Abacus, ci. mensa structoria, uasorum receptaculũ ad cõmessticũ usum, & pompã. I.V. 207 b, Ab hoc iste abaci uasa omnia, ut expolita fuerant, abstulit. & 212 b, Tusc. 240 Abacos quãplures ornauit argento, auroq; cælato.

Abalienatio. Topic. 223 a, Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Abalieno, as. alieno, disiungo. contra Rul. 79 a, Agros uectigales populi Rom. abalienare. & 80 b, Vectigalibus abalienatis socijs uexatis. I.A. 167 b, At uerò Pompeij uoluntatem à me abalienabat oratio mea. At. 232 b, Totum se à te abalienauit Dolabella. de Or. 125 a, Eaq; omnia ualde beneuolentiam conciliant, abalienantq; ab iis, in quibus hæc non sunt. Ep. 7 b, Qui nos quos fauendo retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. Ep. 9 b, Qui à senatu hominem clarissimum abalienauerunt. de Or. 137 a, Non ne abs te iudices abalienes?

Abalienatus. Ep. 6 b, Hominem excellentem nonnihil suspicantem te ab se abalienatum, illa epistola retinere potuisti. de Or. 117 a, Iudices erant à Cæpione propter iudicia abalienati. At. 2 b, Esse animo abalienato.

Abazea, uel Sabazea, institutа Dionysij. de N. 71 a.

Abauus, ui. aui nostri auus. de Cla. 183 a, Auus, proauus, abauus. & ibidem b, Iam duorum abauorum, quàm est illustre nomen.

Abdera, ræ. urbs Thraciæ.

Abderites. Acad. 14 a, de Or. 154 b, Or. 167 a.

Abderiticus, a, um. At. 105 b, Quod iam à multis audio constitutum esse Pompeio & eius consilio in Sicilia me mittere, quòd imperium habeam, id est, Abderiticum. Abderiticum, id est, stultum.

Abdico, as. ante tempus imperium depono. de N. 28 a, Senatus ut abdicarent, cõsules abdicarunt. Tusc. 176 a, & de Diu. 154 a, Quid magnificentius quàm posse decernere, ut magistratu se abdicent Coss. I.A. 185 b, Antonius eo die non modò consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. At. 85 a, Itaq; tutela me abdicare cogito. I.C. 115 a, Cum se prætura abdicassent. L. Ab udico.

Abdicere, quasi repudiare uel reijcere. de Diu. 87 a, Cumq; in quatuor partes uineam diuisisset, treisq; partes aues abdixissent, quarta parte quæ erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine uuam, ut scriptum uidemus, inuenit.

Abditè, occultè. I.V. 145 a, Aliquid ita conditũ esse, atq; ita abditè latère, ut omni diligẽtia inuestigari nõ possit.

Abditus, a, um. Of. 35 a, Nec aurum effoderetur penitus abditũ. & de N. 56 b, Venæ auri penitus abditæ. & 11 b, Res penitus abditæ & res occultæ. & At. 246 a, Hæc loca uenusta sunt, abdita certè, & si quid scribere uelis, ab arbitris libera. & I. V. 77 b, Res retrusa atq; abdita in tenebris. & de Ar. 257 b, Abditi & penetrales foci. & Qu. de Pet. 211 b, Quæ significant uoluntatem esse abditam & retrusam, parui refert patère hostium. Tusc. li. 2. Audis'ne Amphiaraæ sub terram abdite?

Abdo, dis. occulto, retrudo. Attic. 56 a, Ille se in interiorẽ partem ædium abdidit. Ep. 217 a, Itaq; abdidit se in intimã Macedoniã. Ep. 130 b, Et sese abdiderit in claſſẽ. Of. 25 b, Natura eas partes contexit atq; abdidit. & 138 a, Neq; me in Arpinũ hoc tẽpore abdã. pro Mil. 109 b, Cũ se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. aliàs tenebras. & de In. 42 a, Qui dispersos homines in agris & in teclis syluestribus abditos, ratione quadam cõpulit unũ in locũ. I.P. 87 b, An amici tui tabulas abdiderũt? Item alibi: De uxore Tuberonis nõ possum iam abdere, est enim res peruulgata. pro Ar. 188 a, Si qui ita se literis abdiderũt. de D. 121 b, Qui luci ediderat genitor Saturnius, idem abdidit. I P. 99 b, Is domum se abdidit. Ep. fam. li. 7. Ac me totum in literas abdere.

Abdomen, nis. apud Ciceronem pro uitio uentris ac gut turis, quam gulositatem uocant, aliquoties reperitur. pro Sest. 24 b, Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. & I.P. 88 a, Ille gurges natus abdomini suo, non laudi atq; gloriæ. & 93 b, Oculorum delectationi abdominis uoluptates anteferre.

Abduco, cis. remoueo, aufero, abstraho, auerto, traduco. de Nat. 34 b, Nihil est difficilius quàm à cõsuetudine oculorum aciem mentis abducere. et 93 b, A' cõsuetudine oculorũ animũ abducere. & de Or. 136 a, Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram conor traducere. I.V. 202 b, Abducuntur homines nonnunquã ab institutis suis magnitudine pecuniæ. pro Cæl. 41 b, Equidẽ uos abducam à testibus. I.V. 165 a, Hic est Docimus, ad quẽ iste deduxerat Tertiam Isidori Mimi filiã, ui abductam à Rhodio tibicine. & de Or. 112 a, Abducere discipulos ab aliquo. pro Deiot. 149 b, Abducere seruum ab aliquo. I.A. 236 b, Brutus equitatum ad se abduxit Dolabellæ. I. A. 226 a, Abducere legiones ab aliquo, & aucrtere, ibidem: Abducere animũ à solicitudine uel à uitijs. Epist. 48 a, à molestijs. Att. 137. à querelis, 36 a. Epist. 70 a, Ita ut mones, quantũ potero, me ab omnibus molestijs & angoribus abducã. Abducere cogitationẽ à consuetudine, Tusc. 136 a. Abducere aliquẽ à studijs, Epist. 49 a, & Ep. 59 a, Me nec domesticus dolor, nec, &c. à Rep. abducet. pro Quin. 15 b, Auferre & abducere. & I. A. 169 a, Curio te à meretricio quæstu abduxit. de Cl. 184 b, Quin etiã Catulum filiũ abducamus ex acie. i. à iudicijs. & Qu. Fr. 326 a, Abduco me ab omni reip. cura, dedoq; literis. Item pro Flac. 61 a, & de D. 99 b, Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atq; quæstum. De Diu. lib. 1. Nec abducar ut rear, aut in extis totam Heturiam delirare. I.V. act. 5. Ab illis hominibus qui tum uersati sunt in Repub. ad hanc hominum licentiam & libidinem me abducis. Am 97 a, Nec ab isto officio abduci debui. pro Flac. 161 a, Abducere se à fide.

Abeo, abis. discedo, transeo, concedo, facesso, cesso. I.A. 257 b, Quin tu abis in malam pestem malumq; cruciatum? At. 226 a, Nausea iam plane abijt. Epist 232 b, De loco nũc quidem abijt pestilentia. pro Mur. 125 b, Abijt illud tempus, mutata ratio est. I.V. 234 a, Prætor de sella surrexit, atq; abijt. Pro Qu. R. 51 b, Nunquid causare quin ab iudicio abeas turpissimè uictus? Epist. 138 a, Illa mea, quæ solebas antea laudare, ô hominem facilem, ô hospitem non grauem, abierunt. Offic. 68 b, Nunc abeo ad uulgi opinionem. I.V. 99 a, De suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat. Pro S.R. 25 b, Quid ad istas ineptias abis, inquies? pro S.R. & pro Cecin. 303 b, Vt ne longius abeam. Att. 222 b, Ad summam non possunt isthæc sic abire. de Finib. 164 a, Cato autem sic abijt è uita. Epist. 60 b, Atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. Attic. 11 a, Cum abiens consulatu sum domum reductus. Att. 161 a, In quos enim sumptus abierunt fructus prædiorum? Tusc. lib. 1. Abijt ad deos Hercules. Epist. lib. 7. Non longè abieris, num ius ciuile uestrum, &c. I. C. Non hoc tibi sic abibit. i. non impunè feres. de Fin. li. 5. Et si hoc fortasse non poterit sic abire, tamen audebo, &c.

Aberratio, onis. Attic. 199 a, Siue hanc aberrationem à dolore delegerim, laudari me etiam oportere. & Epist. 254 a, Veruntamen aliam aberrationem à molestijs nullam habemus.

Aberro, as. recedo, deerro, animum abduco. pro Cecinna 395 a, Ne ab eo, quod propositum est, longius aberret oratio. de Or. 122 b, A' quo homine iamdudum nõ aberrat oratio tua. Offic. 27 b, Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. de Or. 123 a, A' cuius inuentis ego tibi uideor non longè aberrare. de Ar. 249 a, Si ædilis uerbo aut si nutu aberrauit, ludi non sunt ritè facti. Att. 199 a, At ego hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro. i. à dolore animum abduco. Tusc. 165 b, Sed te de æternitate aberrare proposito facilè pa-

tiebar. de Fin. lib. 5. Tamen à proposito, inquam, aberramus. Att. 236 a, Vercor ne nihil coniectura aberrem. Aberrare à communi utilitate. pro Lig. 140 a, Aberrare à distributione. Quin. de Pet. 212 b, de Fin. 115 a, Non multum ab Herilli leuitate aberrabimus. I. A. 290 b, Animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus. & 243 b, Attendite quæso num aberret à coniectura suspicio periculi mei, & de N. 21 a.

Abhinc, ex hac die: præterito tempori semper iungitur, nunquam futuro. I.V. 82 b, Quæstor Cn. Papirio consule fuisti abhinc annos quatuordecim & 113 a, Horũ pater abhinc duo & uiginti annos est mortuus. Att. 160 b, Abhinc amplius annis xxv. pro Cornificio spopõdit. Pro Quin. R. 51 a, Quo tempore? abhinc annis xv. I. P. 92 b, Mihi libertus domum ex hac die biduò antè conduxerat. I.V. Offendit eum mensem comitialem, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis.

Abhorreo, es. abhorrens sum, aspernor, fugio, absum, religioni habeo, discrepo, alienus sum ab aliqua re, lõgissimè sum remotus, longissimè absum à uoluntate faciẽdi aliquid, alienum animum ab aliqua re habeo. Ep. 28 b, Bibuli uolũtas ab me abhorret. et 97 a, Cũ ab ea sententia Pompeius abhorreret. & 209 a, Est præterea Suffidius studijs nostris non abhorrens. & 16 b, Libri de Oratore abhorrent à cõmunibus præceptis. & 27 a, Abhorreo ab urbe relinquenda. de Or. 99 b, Homo à iuris studio non abhorrens. de Or. 117 b, Sin planè abhorrebit & erit absurdus, ut se cõtineat admonebo. de Or. 86 a, Abhorrere à consuetudine communis sensus. de Or. 104 a, Vsq; eò quæ dicenda de iusticia putabat, à uitæ cõsuetudine & ciuitatum moribus abhorrebant. Pro Clu. 26 a, Nemo illum aditu, nemo cõgressione, nemo sermone dignum iudicabat. Omnes illum aspernabantur, atque abhorrebant, omnes ut aliquam immanem et perniciosam bestiam pestemq; fugiebant. & 53 a, Quid unquam Habitus in se admisit, ut hoc tantum facinus ab eo non abhorrere uideretur? Pro Cæl. 39 a, Cælius longè ab ista suspicione abhorrere debet. de Or. 149 a, Gen⁹ oratorys inusitatum & abhorrens ab auribus uulgi. de Or. 91 b, Sed hæc erat spinosa quædam & exilis oratio, longeq; à nostris sensibus abhorrẽs. At. 228 a, Quintus àducenda uxore abhorret. At. 110 b, Delectus inuitorũ atq; à pugnando abhorrẽtium. Pro Fa. 147 b, Ego nũquam à genere isto, studio ac uolũtate abhorrẽs fui. de Fa. 141 a, Alij talibus uicijs abhorrent. de Op. 244 b, Causa ipsa abhorret ab illa quidẽ formula cõsuetudinis nostræ. Pro S.R. 29 b, Tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. Pro Clu. 22 b, Seq; ab his nuptijs abhorrere respondit. de D. 134 b, Quod abhorret etiam ab hominis cõstantia. I.A. 210 a, Animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu. Oct. 339 b, Nisi fortè frustra deos appello, quorum auris atq; animus à nobis abhorret. Of. 26 a, Et ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorũ auriumq; cõprobatione fugiamus. pro Sest. 23 a, Nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sestij abhorrebit oratio mea. pro Deiot. 147 a, Id etsi à ueritate longè, tamen à consuetudine criminandi nõ multum abhorrebat. I.C. 110 a, A' quo mea longissimè ratio uoluntasq; abhorrebat. Attic. lib. 2. A' scribendo prorsus abhorret animus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abiectio, reiectio, eiectio.)(. adiectio. ad Her. 2 b, Adiectio, abiectio, literarum mutatio. I. P. 98 b, Debilitatio, atq; abiectio animi. i. defectio.

Abiectus, a, um. demissus, humilis, afflictus, contemptus, summissus, iacens. pro Clu. 37 a, Non quòd illi causam pecuniæ publicæ contemptam et abiectam putarent. At. 12 a, Senatum abiectum excitaui. de Finib. 104 a. Cum ipsi inter nos abiecti neglectiq; sumus. & li. 5 de Fin. Nihil abiectum, nihil humile cogitant. de Cla. 186 a, Verba non abiecta, res compositæ diligenter. I. C. 118 b, Examinata uxor, abiecta metu filia. pro Cæl. 54 a. Hic abiectus non tã ad pedes quàm mores, sensusq; nostros. Am. 107 a, Sæpe in quibusdam est animus abiectior, & spes amplificandæ fortunæ fractior. At. 4. 0 a, Sũ animo perculso & abiecto. Oratio humilis & abiecta.)(. alta & exaggerata. Orat. 215 b, contra Rul. 85 a, Homo grandi macie torridus, contemptus & abiectus. Epist. 5 b, Desertus & abiectus. Item de Finib. 138 b, Humilis et abiectus. Summissus & abiectus.)(. se efferens, Offic. 25 a. Abiectus & semiuiuus. I. P. 86 a. Comicorum senarij abiecti. Or. 215 a.

Abiectè. I. A. 189 a. Nec abiectè, nec sine aliqua dignitate casum illum temporum tuli. Tusculan. 387 a, Ne quid abiectè faciamus.

Abies arbor. Tusc. 200 a, Tosti alti stant parietes deformati, atq; abiete crispa. Poetæ.

Abiegnus, a, um. ex abiete. ad Heren. 12 b, abiegnæ trabes. &, Nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset, Top. 226 a.

Abigo, gis. pello, expello, eijcio, ago. de Orat. 131 b, Puer abige muscas. pro Clu. 24 a, Mulier partum sibi ipsa medicamentis abegit. I. P. 97 b, Illi familias arripuerunt, pecus abegerunt. I. V. 81 b. Iste greges equarum abigendos curauit. Act. 22 b, Pestem abige à me Verr. 4. Greges equarum abactos.

Abijcio, cis. depono, reijcio. pro Sest. 16 b, Atq; insigne regiũ, quod de suo capite abiecerat reposuit. de Pro. 70 a, Virgines se in puteos abiecerũt. de Fi. 146 b, Polycrates annulũ, quo delectabatur, in mare abiecit. pro S. R. 20 a, Susceptũ onus aut propter perfidiam abijcere, aut propter imbecillitatẽ animi deponere. Off. 20 b, Relinquũt enim & abijciũt obedientiã. de Or. 138 a, Gloria parta nõ delectari, sed totam abijcere atq; deponere. pro Sest. 20 b, Hic se abiecit examinat⁹. Abijcere et prosternere se. Par. 118 a, et At. 55 a, Clodius abiecta toga se ad generi pedes abiecit. Att. 123 b, Frangere & abijcere aliquem. de Fin 151 a, & Epi. 151 a. b, Quantáq; contentione Titium interfessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere. de Or. 121 b, Abijcere uoluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. At. 74 a, Fannius ædificãdi consilium abiecerat. Epi. 138 b, Nam omnem nostram de repub. curam, cogitationem de dicenda sententia, cõmentationem causarum abiecimus. Att. 156 a, Quæ cùm audissem, abieci cõsilium profectionis. Ep. 70 a, Quanquam tuis monitis & præceptis omnis abijciendus est dolor. de Leg. 161 a, Natura cum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Of. 15 a, Abiecta omni cunctatione facere aliquid. I. A. 175 a, Omnem se amorem abiecisse illinc, atq; in hanc transfudisse. At. 254 a, Quæ minus antea ob infirmitatẽ ætatis cõstáter

ab eo fieri nidebantur, ea ille abiecit. de Am. 102 a, Quæ omnes cogitationes suas abiecerunt in rem tam humilẽ, tamq; contemptam. Epi. 178 a, Abijcere omnem timorem. pro Mur. 134 b, Abijcere hastas.

Abitus, tus. discessus. I. V. 175 b, Ne post abitum quidem huius importunissimæ pestis.

Abiudico, as.)(. adiudico. propriè autem abiudicare est, per sententiã auferre, & alteri addicere. l. V. 68 b, Nulla res per triennũ, nisi ad nutum ijtius, iudicata est, nulla res cuiusquam tam patria atq; auita fuit, quæ non ab eo, imperio ijtius abiudicaretur. pro Cecin. 304 a, Eum qui cum liber esset, censeri noluerit, Populus iudicat ipsum sibi libertatem abiudicasse. de Orat. 118 a, Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico, atq; reijcio. Budæus legit, abdico atq; reijcio. I. V. 77 a, Rationem ueritatis, &c. ab hoc ordine abiudicari. contra Rullũ 74 b, Iudicabit Alexandriam regis esse, à populo Romano abiudicabit.

Abiungo, gis. remoueo. separo Att. 21 b, Demosthenes se ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxit.

Abiuro, as. aliquid me non habere, uel nõ promisisse iuro. periurio nego quod debeo. Attic. 5 a, Mihi abiurare certius est, quàm dependere.

Ἀβλαβεία, L. innocentia.

Ablegatio, onis. de Leg. li. 1. Ablegationem aliquam nimirum ista oratio postulat.

Ablego, gas. amando, remoueo, dimitto. I. V. 124 a, Post illos adhibuit, quos ablegarat. I. V. 125 a, Qui honestos homines, qui causam norint, ableget, cõsilioq; dimittat. Remouere & ablegare aliquem. I. V. 252 b, & I. V. 125 b, Dimisso atq; ablegato consilio. Attic. 33 b, Hæc legatio à fratris aduentu me ablegat.

Abluo, is. eluo, purgo. pro Sex. Rosc. 30 a, Ita iactãtur fluctibus, ut nunquam abluantur. Tuscul. 222 a, Perturbatio animi placatione abluitur. Abluere pedes alicui, Tusculan. 237 b, Vlyssi pedes abluens. ad Heren 28 b, Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.

Abnuo, is. nego, recuso. de Fat. 140 b, Nihil enim unquã abnuit uoluntas tua studio meo. de Finibus 64 b, Et intelligas quid quisq; concedat, quid abnuat. pro Milone 121 a, Non abnuo, non recuso. de Leg. 164 a, Quorum nemo unquam tam audax fuit, quin abnuerit à se commissum facinus.

Abnuto, as. de Or. 158, Quid te adiri abnutas? Poetæ.

Abortio, onis. fœtus ante tempus pariendi, abiectio. pro Clu. 24 b, Si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

Abortus, tus. intẽpestiuus ortus. At. 237 a, Tertullæ nollẽ abortum, tam enim Cassij sunt tam, quàm Bruti serendi.

Abrado, dis. pro Cec. 228 b, Posteaquam uidet nihil se ab Cecinna posse litium terrore abradere. pro Qu. R. 48 a, Supercilia illa penitus abrasa, olere maliciam & clamitare calliditatem uidentur.

Abripio, pis. abstraho. I. V. 226 b, Verres abripuisse Cererem uidetur. I. V. 205 a, Quẽ in umeula abripi iussit. I. V. 184 a, Frumentum auersum à rep. abreptũ ab aratoribus. De Or. lib. 3. Te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atq; in altum à conspectu penè omniũ abstraxit. Antequã. 197 b, à liberis suis abstrahi, à coniuge

coniuge abripi, ab aris fociq; proijci. pro Ligar. 142 b, Tempestate abreptus est unus.

Abrogatio, onis. At. 50 b, Nulla lex est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. ad Heren. 9 a, Num quæ abrogatio aut derogatio sit legis.

Abrogo, as. adimo, refigo, abdico, rescindo, dissoluo, irritum facio, ne lex aliqua ualeat legem fero, antiquo. In Ver. 136 b, Si tibi magistratũ abrogasset, minore ignominia te affecisset. & Of. 60 a. Item pro Milone 115 a, Qui collegæ magistratum per seditionem abrogauit. de Cla. 184 b, M. Octauius legem Sempronium frumẽtariam, populi frequentis suffragijs abrogauit. Att. 50 b, Cùm lex abrogatur, id ipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. & ibid. Derogare, abrogare. pro Do. 210 a, Eiq; imperium est abrogatum. pro Qu. R. 51 a, Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iurisiurandi, responde. Aca. 10 a, Aequaliter omnibus abrogatur fides. ad Heren. 4 a, Quæ res fidem abrogat orationi. & abrogare fidem famæ. 8 b, de Leg. 172 a, Lex illa neq; tolli neq; abrogari potest. & ibidem, Eas tu leges rogabis, uidelicet, quæ nunquam abrogentur? de Leg. 188 b, Gracchus potestatem intercedendi collegæ abrogauit. de In. 79 a, Abrogare legem, derogare aliquid de lege, & commutare legem aliqua ex parte. Qu. Fr. 308 a, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. ad Heren. 9 a, Cui legi abrogatum uel derogatum sit.

Abrumpo, pis. I. A. 264 a, Hæc se prima latrocinio abrupit Antonij: id est, desciuit ab Antonio.

Abruptio, onis. de D. 126 a, Abruptio corrigiæ. Item At. 171 b, Abruptio, pro diuortio.

Abs. Orat. 212 a, Vt iam nescias ab'ne uerum sit, an abs. L. A. & Ab.

Abscedo, dis. recedo. de Diu. 116 a, Caput est in iecore, cor in extis, iam abscedet, simul ac molam & uinum insperseris.

Abscessio, abscessus, discessus. de Vni. 202 b, Cùm ad corpora, tum accessio fieret, tum abscessio.

Abscessus, sus. abscessio, discessus. de Nat. 7 a, Abscessus solis à nobis.)(. Appulsus ad nos.

Abscindo, dis. discindo, lacero, amputo. Att. 26 b, Orationes à me duas postulas: quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscideram: alteram, &c. I. V. 236 a, Aquilium cõstituit in conspectu omnium, tunicamq; eius à pectore abscidit. de Pro. 76 a, Quanquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando. I. A. 231 b, Post autem ceruicibus caput abscidit.

Abscisio, onis. præcisio figura. ad Heren. 41 a, Per abscisionem, si cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus.

Absconditè. de In. 70 b, Absoluta est, quæ ipsa in se, nõ ut negocialis implicitè & absconditè, sed patentius et expeditius, recti & non recti quæstionem continet. de Fin. 90 a, Quæ enim de uoluptate dicuntur, ea nec acutissimè, nec absconditè disseruntur.

Absconditus, a, um. abstrusus, abditus. I. A. 180 b, Erant fortasse gladij, sed absconditi. in Cic. 111 a, In tãtis tãq; absconditis insidijs. pro Do. 241 a, Nihil de abscondito iure pontificum dicam. ad Heren. 25 b, Aperire fontes penitus absconditos.

Abscondo, dis. occulto, celo, abdo, abstrudo, retrudo, op-

primo. pro S. R. 38 b, Quod quò studiosius ab ipsis opprimitur, et absconditur, eò magis eminet et apparet.

Absens, tis. Off. 76 b, Et præsens tecum propediem (ut spero) et dũ aberis, absens loquar. Ep. 255 b, Vt utriusq; nostrũm absentis desideriũ crebris & longis epistolis leniatur. At. 112 a, Vt loquerer tecum absens, quo mihi, cùm coràm id non liceret, nihil est iucundius. l. V. 117 a, De absente secundũ præsentem iudicare. In Ver. 121 a, Ostẽdit enim nouo modo, si quis quid absente peteret, se auditurũ. At. 276 a. b, Existimo omnino absentiũ rationẽ sacerdotũ comitijs posse haberi: nam etiam factũ est antea. C. enim Marius cùm esset in Cappadocia, lege Domitia factus est augur. et infrà, Quæ uerba aperte indicãt posse rationẽ haberi etiã nõ præsentis. I. A. 165 a, Non patiar fieri, ut absentis eius ratio habeatur.

Absentia, tiæ. desiderium, discessus. Am. 110 a, & I. P. 86 a, Confer, si audes, absentiam tuam cũ mea. M. Ant. At. 228 b, Vereor, ne absentia mea leuior sit apud te.

Absoluo, uis. perficio, conficio, trãsigo, finio, libero, soluo, ad exitum perduco. In Ver. 90 b, Non tu absolutus improbitatis, sed ille damnatus est cædis. & 113 a, Hũc hominẽ Veneri absoluit, sibi cõdemnat. Epi. 139 b, Iam pater eius accusatus à M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. pro Plan. 275 a, In Cyprio nihil absolutæ sunt iã preces tuæ. Of. 54 a, Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiã. At. 11 b, Senatorũ urna copiosè absoluit. pro M. 197 b, Solui scelere: id est, absolui. l. V. 223 b, Seruus ille innocens omnib. sententijs absoluitur. pro Qu. R. 51 a, Vt ne Roscij stipulatione alliget, neq; à Fanio iudicio se absolulat. Qu. F. 317 a, Drusus erat de præuaricatiõe à tribunis ærarij absolutus. ad Her. 10 a, Absoluere aliquẽ iniuriarũ. At. 208 a, Dialogos confeci & absolui. de N. 3 b, et de Fin. 114 a, In natura necesse est absolui aliquid atq; perfici. de Fin. 110 b, His initijs, &c. omnis honestas perfectè absoluta est. de E. 87 a, Vita beata sapientis absolui nõ potest, nec ad exitũ perduci. E. 55 a, Reliquamq; iurisdictionẽ absoluerẽ. Off. 54 a, Nemo pictor inuentus est, q Veneris eã partem, quã Apelles inchoatã reliquit, absolueret. Att. 1 b, Propterea quòd curator est uiæ Flaminiæ, quæ cùm absoluta erit, &c. de Leg. 157 b, Historia nec institui potest, nisi præparato ocio, nec exiguo tẽpore absolui. de Le. 157 b, Nec tam facilè interrupta cõtexo, quàm absoluo instituta. Subiungitur absolutè.

Absolutè. ad Her. 4 a, Breuiter & absolutè. Top. 223 b,

Absolutio, onis. perfectio. de Or. 95 b, Hanc ego absolutionem, perfectionemq; in oratore desidero. de In. 65 b, Habitus in aliqua perfecta & cõstanti animi aut corporis absolutione consistit. de Vni. 202 a, Quibus prætermissis, cœli absolutio perfecta est.

Absolutio pro uenia. Qu. Fr. 328 a, Gabinij absolutio, lex impunitatis putatur. I. C. 112 b, Decimus annus post uirginum absolutionem. pro Clu. 33 a, Sententijs XVI. absolutio fieri poterat.

Absolutus, a, um. perfectus. de I. 83 b, Simplex & absoluta necessitudo.)(. cũ adiunctione. de Fin. 83 a, Vita beata consecta et absoluta. Part. 238 a, Absolutũ et perfectũ per se. ad Her. 12 a, Ratio uniuersalis & absoluta.

Absonus, a, um. priuatũ sono, male sonãs. de Or. 146 b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vox extra modũ absona et absurda.de Or.94. b, Sunt quidam ita lingua hæsitantes, ita uoce absoni, ut, &c.

Absorbeo, bes. de Leg.171 a, Ne æstus nos consuetudinis absorbeat.de Cl.191. Sed hũc quoq; absorbuit æstus quidam gloriæ.I.A.183 a, Quæ Charybdis tam uorax, tot res tam citò absorbere potuisset.

Abstergeo, ges, si. deleo, diluo. Qu.Fr.313 a, Consolabor te, et omnem abstergebo dolorem.de Sen.77 a, Confectio huius libri omnes absterfit senectutis molestias. Top.228 b, Oratio ægritudinem abstergens. I.A.264 b, Atq; utinam his omnibus abstergere fletum sententijs nostris consiltisq; possemus.Epi.178 b, Si timidus essem, tum ista epistola mihi omnem metum absterfisset.Tus.199 b, Tum planè luctum omnem absterseris.

Absterfus. In Ant.177 b, Idem tamen quasi fuligine absterfa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti.

Absterreo, res. deterreo, terreo. I.V.137 a, Vt uideamur à pecunijs capiẽdis homines absterrere. Antequã.196 b, Aliquẽ supplicẽ à se absterrere et excludere.de Or. 158 a, Quid te adiri abnuitas? melius esset, uetas, prohibes, absterres.pro Plan.273 a, Eorum neminem à congressu meo, neq; ianitor meus, neq; somnus absterruit.

Abstinens, tis. suo cõtentus, continens, temperans. Att. 81 b, Homo mirificè abstinens. Off.49 a, Laudat Africanum Panætius, quòd fuerit abstinens. Qu.Fr.296 a, Nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est. Of.29 a, Prætorem Sophocle decet, nõ solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Abstinenter. In Salust.285 a, At in prætura modestè se gesit, & abstinenter. pro Sest.11 a, Et in causa populari, si non moderatè, at certè populariter abstinenterq; uersato cesit.

Abstinentia, æ. At.77 a, Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, nullus teruntius insumatur in quenquam. & alibi: Nullare facilius conciliatur beneuolentia multitudinis, quàm abstinentia & continẽtia. pro Sest.4 a, Possum multa dicere de prouinciali eius in eo magistratu abstinentia. Offic.49 a, Laus abstinentiæ est temporum illorum.

Abstineo, nes. cohibeo, tempero. At.41 b, Quod me ad uitam reuocas, unũ efficis ut à me manus abstineã. Abstinere maledicto. I.A.161 b, & At.287 a, Is se maledictis non abstinet. I.V.234 a, Nihil ægrius factũ est multa labore meo, quàm ut man⁹ ab illo appellatore abstinerẽtur. Cor.N.272 b, Sic cũ biduum cibo se abstinuisset, subitò febris decessit. I.V.73 a, Abstineãt in hoc iudicio man⁹ animosq; ab hoc scelere nefario. I.A.161 b, Abstinere se à nefario scelere. I.V.236 a, Abstinere manus ab alijs pecunijs. pro Syl.182 b, Nos q à cæteris causis cõiurationis abstinuimus. de D.101 b, Vt iurgijs et litib. se abstinerent. de Di.133 a, Faba Pythagoræi se abstinuerũt. At.140 a, Pecunijs locupletũ nõ abstinere. de Or.101 a, Ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. At.81 b, Abstinere se in omnib. reb. O.60 a, Quotus n. quisq; reperietur, etc. q abstinere posit iniuria?

Abstractus, a, um. de Di.94 a, Cum à corpore animus abstractus diuino instinctu concitaretur. et Tus.217 a, Abstractus à ratione.

Abstraho, strahis. abripio, auello, auoco, abduco. de Or.

91 b, Deinde illud uerendum est, ne abstrahamur à consuetudine dicẽdi. pro Deiot.151 a, Ego me ab omni solicitudine abstraxi. de Clar.188 b, Cotta se ualde dilatãdis literis à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat. de Clar.188 b, Pompeium maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxit. de D.97 b, In Aesopo sæpe uidi tãtum ardorem ultuum atq; motuum, ut eum uis quædã abstraxisse à sensu mẽtis uideretur. I.A.189 b, Antonius ab hoc impetu abstractus est cõsilio & copijs Cæsaris. de Senect.80 a, Senectus abstrahit à rebus agendis. & ibidem, Senectus auocat à rebus agendis. Epistol.154 b, Abstrahere aliquos milites ab aduersarijs. Antequam.197 b, A` liberis suis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris focisq; proiectum, uitam degere in exilio. pro Cæl.50 a, E` sinu gremioq; patriæ abstrahi. pro Ar.188 a, A` nullius me unquam tẽpore aut commodũ, aut ociũ abstraxit, aut uoluptas auocauit, aut deniq; somnus retardauit. de Som.131 a, Quàm maximè se à corpore abstrahere. pro Syl.168 b, Quare nihil est quod à cæteris me unum abstrahas. de Or.156 a, Atq; in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

Abstrudo, dis. abscondo, abdo. Acad.9 b, Natura in profundo ueritatem, ut ait Democritus, penitùs abstrusit. At.190 a, Cum manè me in syluam abstrusi, dẽsam atq; asperam, non inde exeo ante uesperum.

Abstrusus, a, um. abditus, reconditus. contra Rul.63 a, Nullus numerus tam abstrusus est, quem architecti huius legis non olfecerint. ibidem: Penitùs abstrusas insidias alicui ponere. pro Dom.218 a, Nimium diu reconditus & penitùs abstrusus animi dolor.

Absum, abes. remotus sum, disiunctus sum, abhorreo, desum. Epist.18 a, Ego te abfuisse tam diu à nobis doleo. Epistol 47 b, Longè abfuturus sum. in Ver.252 b, Abesse à domo. Epist.51 b, Abesse domo & foro. et 71 b, Abesse urbe. Epist.47 b, Abesse à suis, & abesse à multis miserijs. In Ver.208 b, Abesse ab domo paulisper maluit, quàm argentum illud amittere. Epist.33 b, Procul absum ab re ipsa & locis. pro Cecin.296 a, Qui in Italia non sit, absitq; Reipublicæ causa. Attic.112 a, Nunquam ab oculis meis abfuerunt. pro Syl.181 a, P. Sylla abfuit ab oculis uestris. At.276 b, Filius tuus à me abest. pro Plan.262 b, Longißimè abesse ab aliquo. pro Sest.8 a, Edixitq; ut ab urbe abessem mille passus. At.77 a, Cum in castra profiscisceret, à quibus aberam bidui. Atti.76 b, In castra properabam, quæ bidui aberant. pro Cecinn.290 a, Interrogatus quot millia fundus suus abesset ab urbe, dixit minus L III. pro Cæl.41 a, Domus mea à foro lõgè abest. Propius abesse. Attic.1 b, Loca, quæ à Brundusio propius absunt, quàm tu, biduum aut triduum. Epistol. 245 a, Aberam ab Amano iter unius diei. pro Clu.23 a, Teanum abest à Larino XVIII millia passuum. Acad. 20 b, Mille & DCCC stadia, quòd abesset, uidebat. Ep. 174 a, Abesse ab aliquo loco millia passuum XXX. Topic.221 b, Abesse longeq; disiunctum esse. Epi.47 a, Absui magnam partem consulatus tui. Att.91 b, Longè absum. At.92 a, Quippe res est in manibus, tu autẽ abes longè gentium. Tusc.246 a, Nũc quidẽ parũper à sole abijs. Attic.152 a, Nihil à me abest longius crudelitate. de Claris 183 a, Ab hoc uis aberat Antonij, Crassi ab illo lepos. Epistol.47 b, Quòd eodem tempore à multis

tis & magnis molestijs abes. Epist.157 a, Dum si quid acciderit mihi, à reprehensione temeritatis absim. At. 214 b, & 46 a, Hoc nõ longè abest à scelere. At.128 a, Et illi ciues optimi sunt, et ego ab ista laude nõ absum. de Cla.195 a, Eloquentia, unde longè absum. Epist. 80 a, Ferendam esse fortunã, præsertim quæ absit à culpa. ad Heren.7 a, A` maleficio non abesse. At.116 b, A` cõsilio fugiendi absum. I.A.227 b, Absum à bello: id est, animũ à bello alienum habeo. de Fin.161 b, Abesse plurimum à uitijs. de Or.107 b, Equidem tantum absum ab ista sententia, ut, &c. de Clar.184 b, Multũ ab his aberat L. Fusius. i. inferior erat. de F.91 a, Sed ab eo plurimùm absum. ad Her.6 b, A` simili turpitudine hominẽ nunquam abfuisse. pro Syl.169 a, Vt mirari Torquatus desinat, me qui Antonio absuerim, Syllam defendere. de Diu.89 a, Hæc etiam si ficta sunt à poeta, nõ absunt tamen à consuetudine somniorum. At.296 b, Neq; discordiarum domesticarum calamitas absutura est. Off. 46 b, Auaritiæq; absit suspicio. pro Fl.164 b, Vis absit, ferrũ remoueatur, operæ faceſſant, seruitia fileant. pro Rab.93 b, Nomen ipsum crucis absit non modò à corpore ciuiũ Rõ. sed etiã à cogitatione, oculis, auribus etc. Or.220 a, Abesse nõ potest, quin ciusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare. At.143 a, Prætores aũt cũ ita rogẽtur, ut, &c. aberit non longè, quin, &c. At.211 a, Tantũ porrò aberat, ut binos scriberent, uix singulos cõfecerũt. de Cla.190 a, Tantũ abfuit, ut inflamares nostros animos, sompũ isto loco uix tenebamus. I.A.238 a, Ego uerò istos tantũ abest ut ornẽ, ut efficì nõ possit, quin eos tã oderim, quàm Remp. diligo. Offi.9 b, Id aũt tantum abest ab officio, ut nihil officio magis possit esse cõtrarium. Tusc.164 b, Tantum abest ab eo ut malũ mors sit, ut uerear ne, &c. Or.129 b, Tantum abest, ne eneruetur oratio cõpositione uerborũ, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis esse possit. et alibi: Parum absuit quin occideretur. et, Propius nihil est factũ, quàm ut occideretur. I. Propior. de Cla. 190 b, Hoc unum illi, si nihil utilitatis attulit, absuit: si opus erat, defuit. de Or.89 a, Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? de Leg.157 a, Abest enim historia literis nostris: id est, deest. de Clar.190 b, Aberat tertia illa laus, quæ permoueret animos.

Absumo, mis. consumo. pro Quin.6 a, Hortensius à me petit, ne dicendo tempus absumam.

Absurdè. Tusc.177 b, Aut si absurdè canat is q se haberi uelit musicũ. cõtra Rul.71 b, Prætori imperat, quàm id ipsum absurdè, nihil ad me. de D.133 a, Nihil tã absurdè dici potest, quod nõ dicatur ab aliquo philosophorũ.

Absurdus, a, um. absonus, quod omnium mentes asperneantur ac respuant. de Ora.116 b, Sin planè abhorrebit & erit absurdus, ut se contineat, admonebo. de Orat. 146 b, Vox extra modum absona & absurda. pro Syl. 178 a, Iam uerò illud quàm incredibile, quàm absurdũ? qui, &c. pro Cor.62 b, Et simul absurda res est, caueri fœdere, ut, &c. de Pro.76 b, Nam & non sortiri absurdum est, &c. I.A.215 a, Quo quid absurdius dici aut existimari potest? de Finib.73 a, Quo nihil mihi uidetur esse absurdius. de Di.83 a, Absurdoq; sono fontes et stagna cietis. Att.252 b, Tempus discessus absurdum: id est, alienum, siue intempestiuum.

Absyrtus, ti. Frater Medeæ, apud Pacu. Aegialeus, de N. 69 a.

Abundans, tis. affluens, circumfluens, copiosus. de N.23 b, Vita abundans bonis. de Or.1.92 a, Homo abundanti doctrina, incredibili quadam uarietate rerũ & copia. de Or.86 b, Græci non solum ingenio & doctrina, sed etiam ocio studioq; abundantes. de Orat.113 b, Timæus rerum copia, & sententiarum uarietate abundantissimus. de Clar.186 b, Non erat abundans, non inops tamen. pro Qu.7 a, Nepos non adesa iam, sed abũdanti pecunia. Offi.16 a, Vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius. I.A.173 a, Multa & lauta supellex, non illa quidem luxorioſi hominis, sed tamen abundantis.

Abundanter, copioſe, large. de Orat.122 b, Copioſe & abundanter loqui de aliquare. & 147 b. Item ad Her. 16 a, Satis abundanter demonstratum est. & Abundantius.)(. angustius. Top.2.4 a.

Abundantia, tiæ. copia, ubertas, affluentia, magnitudo, copia rerum. de In.83 a, Aliquarum copiarum magna abundantia. de Orat.154 a, Rerum abundantia. Epistol. 95 b, Abundantia ocij. alibi, Abundantia quadam amoris erga me tui. contra Rul.64 a, Vbertas agrorum abũdantiaq; rerum omnium. de Amic.106 a, Circumfluere omnibus copijs, atq; in omnium rerum abundantia uiuere. de Am.112 b, Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam.

Abũdè, affatim, largiter, copioſe, plena manu. At.275 b, Omnia alia sic abũdè adsunt, ut cũ quolibet antiquorũ cõparari possit. de D.109 a, Erit abundè satisfactũ toti huic quæstioni. At.39 b, Plena manu aliquem laudare.

Abundo, as. affluo, redundo, circumfluo, magnam copiam habeo.)(. Deficior. Ep.153 a, Tu consilio non eges, uel abundas potius. Offi.1 a, Quanquam te M. fili annum iam audientẽ Cratippum, abundare oportet præceptis institutisq; philosophiæ. de Or.148 a, Cum ipsi doctrina & ingenijs abundarẽt. pro Cor. 58. Cuius oratio omnib. ornamentis abundauit. I.V.149 b, Circũfluere & abundare omnib. rebus. de Leg.186 b, in cod. Germ. Theophrastus uerò, ut scitis, abundauit in eo genere rerũ. At.245 b, Cũ ex reliquis, quæ nonis April. fecit, abundare debeã, cogor mutuari. At.3 a, Caietam, si quando abundare cœpero, ornabo. de In.80 a, Cũ æquitate causa abũdauit. Ep.53 b, Abũdare ingenio. Ep. 95 b, Abundare ocio. Of.35 a, E arũ rerũ, quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio nulla esset. At.102 b, Causam solum illa causa non habet, cæteris rebus abundat. de D.93 b, Siue deest naturæ quippiam, siue abundat atq; effluit. de Am.100 a, Amici egentes abundant. pro Clu.56 b, Mulier abũdat audacia, consilio, rationeq; deficitur.

Abuolo, as. de Fin.87 a, Fluit igitur corporis uoluptas, & prima quæq; abuolat. aliter atq; etiam, auolat, legitur. et pro prima, prona. sed prima non displicet, propter illud Virgilij Geor.4. Optima quæq; dies miseris mortalibus æui, Prima fugit.

Abusio, onis. Ora.205 a, Abusio, quam catachresin uocant, ut cum minutum animum dicimus, pro paruo: & abutimur uerbis propinquis. ad Her.34 b, Abusio est, quæ uerbo simili & propinquo, pro certo et proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breues sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abusus, *sm.* Top. 222 d, Nõ debet mulier, cui uir bonorũ suorum usumfructum legauit, cellis uinarijs & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere usus enim, non abusus legatus est. i. non ut utendo consumat legatum.

Abutor, abuteris. utor, aliquo modo, non rectè, uel non suo loco, uel ut nõ conuenit, utor. Capitur etiã interdũ in bonã partẽ, quod exẽpla docebunt. de N. 14 a, Abuteris ad omnia atomorũ regno atq; licẽtia. de N. 56 b, Nos sagacit. ute canũ ad utilitatẽ nostrã abutimur. i. utimur. pro M. 102 b, Quanquam in hac causa, iudices, T. Annij tribunatu, rebus omnib. pro salute reip. gestis ad huius criminis defensionem nõ abutemur. pro Lig. 237 a, Vt ignoratione tua ad hominis miseri salutẽ abuterer. pro S. R. 28 a, Prorsus ut uestro consessu pro summa solitudine abutatur. pro Qu. 18 b, Ornamentis alicuius pro spolijs abuti. Att. 111 b, Et hic sermone aliquo arrepto pro mãdatis abusus est. pro S. R. 27 a, Abuti legib. et maiestate iudicũ ad quæstiũ atq; ad libidinẽ. I. C. 96 b, Quousq; tandẽ abutẽre Catilina patiẽtia nostra? de Fat. 145 a, Cõmuni igitur cõsuetudine sermonis abutimur, cũ ita dicimus, etc. Ep. 129 a, Quæ igitur studia magnorũ hominũ sentẽtia uacationẽ habẽt, etiã publici muneris, ijs cõcedente rep. cur non abutamur? Ep. 183 b, Sed immoderatè facilitate nostra abutuntur. Or. 214 d, Gorgias his festiuitatib. insolẽtius abutitur.

Abydos. ad Heren. 41 a, Statim potitur Abydo.

Ac, et. pro Do. 239 a, Si illa lex est, ac non uox sceleris. pro Dom. 259 a, Sit sanè hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Epist. 187 a, Fauebam & reip. cui semper faui, & dignitati ac gloriæ tuæ. In Cat. 104 a, Hunc à tuis aris cæterisq; templis ac tectis urbis ac mœnibus arcebis. de Or. 106 b, Virtutem non minis & ui, ac metu tradi. pro Mur. 125 d, Ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ, fortasse etiã alia in parte orationis dicendum nobis erit.

Ac, initia cõprehensionum eleganter tenet, sequente uoce quæ à consonante incipiat. de Or. 85 a, Ac fuit tempus, cùm, & c. de O. 68 a, Ac primò quidem, & c. I. V. 64 a, Ac uide quid differat, & c. I. V. 60 a, Ac uidẽ quantum, & c. Ep. 69 a, Ac ne fortè mirere cur, etc. de Or. 85 b, Ac ne quis fortè, & c. Ep. 68 b, Ac non uereor ne, & c. de In. 42 b, Ac mihi quidem uidetur, & c. de In. 42 d, Ac me quidẽ, etc. de In. 42 d, Ac si uolumus, & c. de In. 42 b, Ac si primò sic, & c. & item postea, & c.

Ac, pro quàm. I. V. 100 a, Contrarium decernis, ac paulo antè decreuerãs. Or. 209 b, Vt cõtrà dicat, ac accipi ac sentiri uelit. de Or. 162 a, Alia dicentis ac significantis dissimulatio. de Di. 89 b, Hebes æquè ac pecus. I. V. 202 a, Omnia contrà sunt ac dixisti. At. 93 b, Quò maiorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat.

Ac, pro ut, uel quemadmodum. de N. 60 a, Non mihi par ratio cum Lucillo est, ac tecum fuit.

ἀναισία, id est, animus terrore liber. de Fin. 145 a.

Academia, miæ. Gymnasiũ Athenis, Ceramicus Græcè. ἀκαδήμεια uel ἐκαδήμεια, ex Steph. de Orat. 93 a, Et longè Academiæ illi ac Lycæo tuũ hoc suburbanũ gymnasium antepono. de Or. 148 b, Ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorũ, alter Academiæ nomen obtinuit. de Cla. 175 a, Brutus ex uetere Academia philosophorũ sectam secutus est. Epistol. 129 b, Nosti enim profectò os adolescentioris Academiæ ex ea enim media, & c. de Or. 88 b, Instaret Academia, quæ quicquid dixisses, idipsum te negare cogeret. de Le. 163 b, Perturbatrix harum omnium rerum Academia, si inuaserit in has rationes, & c. nimias edet ruinas. de Orat. 91 b, Hic mos erat patrius Academiæ, aduersari semper omnib. in disputando. At. 212 b, ô Academiã uolaticam & sui similem, modò huc modò illuc. Of. 56 a, Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunq; maximè probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. Or. 198 d, Omnis ubertas et quasi sylua dicẽdi ducta ab illis est. Or. 198 a, Fateor me oratorem, si modò sim, aut etiam quicunq; sim, non exrhetorum officinis, sed ex Academiæ spacijs extitisse. de Di. 139 b, Cùm proprium sit Academiæ, iudicium suum nullum interponere, ea probare quæ simillima ueri uideantur, conferre causas, et quicquid in quanque partem dici posit expromere, nulla adhibita sua autoritate, iudicium audientiũ relinquere integrum ac liberum, tenebimus hanc cõsuetudinem à Socrate traditã. de Di. 85 a, inq; Academia umbrifera, nitidoq; Lycæo, Versus. Cic. de Fin. 225 b, Academia nouа & uetus quid. & ibid. Aristoteles in Academia uetere numeratur. de Fin. 124 a, Cõstituimus inter nos, ut ambulationem postmeridianã conficeremus in Academia. & ibidem: Inde uario sermone sex illa à Dipylo stadia cõfecimus, cùm autem uenissemus in Academiæ nõ sine causa, nobilitata spacia, solitudo erat ea, quam uolueramus. de Or. 149 a, Ab Arcesila recentior Academia emanauit, Academicen syntaxim. At. 208.

Academici. Prudenter Academici à reb. incertis assensionem cohibuerunt, de Nat. d. 2. Academici antiqui, quod secundum naturam esset, quo iuuaremur in uita, bonũ esse decreuerunt: Zeno nisi quod honestũ esset, nihil putauit bonũ, 1. de Leg. Academici bona corporis alia ponebant esse in toto, alia in partibus, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici conantur ostendere multa posse uideri esse, quæ omnino nulla sunt, quũ animi inaniter mouẽtur, eodem modo rebus ijs quæ nullæ sint, ut ijs, quæ sint, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici constituebant summum bonum esse extremum rerum expetẽdarum, Aca. q. ed. 2. lib. 1. Academici dicebant permotiones, τὰ πάθη, utiliter à natura animis nostris datas, Aca. q. ed. 1. lib. 2. Academici & Peripatetici quõdam ijdem, Off. 3. Academici & Peripatetici rebus congruentes, nominibus differebant, Aca. q. ed. 2. lib. 1. Academici ex loci uocabulo, nempe Academia, quæ gymnasium erat, nomen habuerunt, ibid. Academici forenses causas agre, flioribus musis relinquebant, Orat. 7. Academici noui contra omnes dicere solent, qui scire sibi uidentur, Aca. q. ed. 1. li. 2. Academici noui, uerum sine ulla contentione inuenire uolunt, idq; summa cura studioq; conquirunt, Aca. q. ed. 1. lib. 2. Academici summum bonum à natura petebant, Aca. q. ed. 2. lib. 1. Academici summum bonum, quò omnia referrẽtur, nulla alia in re, nisi in natura quærendum esse, eiq; parendum dicebant, Aca. q. ed. 2. lib. 1. Academici id habebant decretum, Nihil posse percipi, Aca. q. ed. 1. lib. 2. Academici mundum ex ijs quæ qualia appellant, in natura cohærente, & continuata cum omnibus suis partibus effectũ esse uolunt.

uolunt, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi id sequi uolunt, quodcunq; uerisimile uideatur, de Fin. lib. 2. Academici ueri esse aliquid non negant, percipi posse negant, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici ueteres mediocritates probant, & in omni permotione naturalem uolebant esse quendam modum, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici uolunt probabile aliquid esse, & quasi uerisimile: ipsumq; probabile, unicam esse regulam & in agenda uita, & in quærendo ac disputando: hoc est, in omni disputatione et cõsideratione ueri & falsi, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici uolẽtes perspicua à perceptis distinguere, in errore uersantur, ut sentit Lucullus, Acad. q. ed. 1. li. 2. Academici utramq; artem, dicendi scilicet & disserendi, uim unam esse putant, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academicorum alij omnia incerta esse dicebãt, alij uerò inter incertũ, et id quod percipi non posit, distinguere conabantur, Acad. q. ed. 2. li. 2. Plato Academicorũ & Peripateticorum author, de Fin. 5 b. Facilius effugiunt Academicorũ calumniã, quæ uberius disputantur & fusius, de N. d. 2. Academicorum & aliorum differentia, Acad. 3 b. Academicorũ disputationes nihil aliud agunt, nisi ut in utramq; partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquã exprimant aliquid, quod aut uerum sit, aut ad id quàm proximè accedat, Acad. q. ed. 1. lib. 2 Academicorũ more pugnare, de Nat. 74 b. Academicorum nomen unum, sententiæ duæ, 3 de Orat. Academicorum oratio nihil ipsa iudicat, sed habetur in omnes partes, ut ab alijs posit ipsa p sese nullius authoritate adiuncta iudicare, Tusculan. quæst. li. 5. Academicorum philosophiam, confundere uera cum falsis, spoliare nos iudicio, priuare approbatione, omnibus ordinare sensibus, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Contra Academicos disserendum sit, necne, Aca. q. ed. 1. lib. 2. Academicos, dum uisum definiunt & partiuntur, & uirorum genera declarant, κατάληψιν efficere, quam tamen inueniri posse negant, probat Lucullus, Acad. q. ed. 1. lib. 2. 41. Videsne quanta fuerit apud Academicos uerecundia? Tusc. l. q. lib. 4. Cum Academicis incerta luctatio est, lib. 2 de Finib. Inter Academicos & reliquos philosophos discrimen. Aca. q. ed. 1. lib. 2. Academicæ quæstionis libri quatuor. 13 ad Att. Academici tertij prooemium, 16 ad Attic. Academicos libros Cicero ex duobus ijs quatuor contulit, 13 ad Attic. In Academicis libris quatuor ostendit Cicero, quod genus philosophandi minimè arrogans, maximeq; & constans & elegans arbitraretur, Diuin. lib. 2.

Acarnania regio. I. P. 100 b.

Ἀκαμπος tibi sim, 9 ad Att.

Ἀκατάληπτον, lege Incomprehensus.

Accedo, dis. adeo, uenio. appello, addor, seu adiũgor, probo, assentior.) (. Decedo. I. V. 225 b, 226 d, Qui accessistis Ennam, uidistis simulacrum Cereris. I. P. 93 b, Non audebat accedere ad ludos. I. V. 255 a, Prædones accedere incipiunt ad Syracusas. I. V. 211 b, Ipse in oppidum accedere noluit. Att. 129 b, Non est nobis committendum, ut has legiones quas dubio animo habeo, hostis accedere, aut itinere me consequi posit. de Leg. 183 b, Pitacus omnino accedere quempiam uetat in funus aliorum. I. V. 262 d, Cum ego noctu ad Heracliam accederẽ. I. A. 180 b, Cum inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obuiam ei processit magna sanè multitudo. I. A. 244 d, Poteróne Ariminum tutò accedere? Epist. 17 b, Accedere in Apuliam. Epist. 46 d, Accedere ad urbem. pro Cecin. 292 a, Accedere in ædes suas. Att. 104 d, Ne antè in Senatum accederem, quàm rem confecissem. de Leg. 170 b, Nullum frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim. Att. 23 b, Ad te, ut uideo, cominus accesit. I. P. 90 d, In regnũ iniussu populi aut Senatus accedere. Qu. Frat. 322 b, Consurrexit Senatus cum clamore ad unum, sic ut ad corpus eius accederet. Parad. 120 d, Causa, quæ quando accedit alteri, id fit propensius. de Cla. Orat. 180 d, Antonio Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo tamen proximus. At. 12 b, Dolor accesit bonis uiris. de Orat. 107. Quò plus cuique ætatis accedit, eò fit tardior. pro Cæl. 53 d, Cum paulum iam roboris accessisset ætati. At. 79 d, Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accesit. in Vat. 29 b, Non putas fas esse uerbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucũdum & honorificum ad aures tuas accedat. Ep. 199 d, Vt quàm maximus his literis cumulus accedat. de Claris 175 a, Manus extrema non accesit operibus eius. pro Quin. 1 d, Illud quoq; nobis accedit incommodum, quod, & c. Orat. 216 d, Id ad numeros proximè accedit. de Nat. 20 b, Ad similitudinem Deo propius accedit humana uirtus. Attic. 100 d, Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem literæ tuæ. l. V. 110 d, Siculi proximè accedunt ad nostrã disciplinam. Aca. 10 b, Si magna parte ad uerum ipsum aut quàm proximè accedant. de Orat. 108 d, Sanè dubitare uisus est Sulpitius, utrius oratio propius ad ueritatem accederet. pro Mil. 112 b, Proximè accesit ad deos Clodius, propius quàm tum, cùm ad ipsos penetrarat. de Orat. 229 d, Accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit. contra Rullum 78 b, Postremò etiam uectigalia uestra uænierint, accesserint in cumulum manubiæ uestrorum imperatorum. At. 283 d, Accedebat ad beneficij memoriam gratam ratio illa, quæ, & c. id est, addebatur. I. A. 160 d, Huc si quid accesserit, non tam mihi quàm uobis accesserit. At. 7 d, Accedit eò, quòd, & c. Ep. 136 d, Accesit eò, ut, & c. Att. 9 b, Accedit eòdem etiam noster Hortensius. Epist. 37 b, Accedit eôdem uulgi opinio. de Or. 126 b, Accedit ut ego, & c. tu autẽ, & c. Att. 211 d, Accedit enim quod patrem, & c. & ibidem, De Scrofa etiam proximè accedit. Qu. Fr. 289 b, Annus tertius accesit desiderio nostro, & labori tuo. I. V. 162 d, Condemnari malebant quàm ad eius conditiones pactionesq; accedere: id est, quàm eius pactiones comprobare. pro Clu. 53 d, An ut de causa eius periculi nihil decederet, ad causam nouum crimen accederet. pro Qu. 14 d, Cur ex tot creditoribus alijs ad istam rationem nemo accesserit? Of. 18 a, Ne irascamur intempestiuè accedentibus. pro Flac. 151 b, Etenim iam his cognitis accedam ad alia. de Finib. 111 d, Vt propius ad ea Cato accedam, quæ à te dicta sunt. Attic. 102 b, Tibi non multum ad dignitatem potest accedere. de Arusp. 244 b, Non multum mihi sanè post ad odium accesit. de N. 52 b, Æstus maritimi accedentes & recedentes. pro Clu. 29 b, Huic nihil potest offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore.

Accele-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acceleratio, onis. ad Her. 20 b, Continuatio est, orationis enunciandæ acceleratio clamosa.

Accelero, ras. maturo, celero, propero, celeritatem adhibeo. I. C. 105 b, Si accelerare uolent, ad uesperam eum consequentur.

Accendo, dis. Offi. 11 a, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit ut nihilo minus ipsi luceat, cum illi accēderit. de Vn. 200 a, Deus ipsi solem, quasi lumen accendit, ad secundum supra terram ambitum. pro Arch. 188 a, Quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accenderet. de Som. 128 b, Luna radijs solis accensa. I. P. 80 b, Ego faces iam accensas ad huius urbis incendiū extinxi. de Or. 94 a, Præclaræ enim se res habeat, si hæc accendi aut commoueri arte possint.

Accensus, si. Accensus, ut inquit Asconius, nomen est ordinis in militia. Erant etiam accensi milites, qui supplendis militibus, seu legionib. quasi ad legionū censum adscribebantur, biq; uel in demortuorum locū surrogabātur, uel ad necessarias res accersebātur. I. V. 90 b, P. Tettius, qui tum accensus C. Neroni fuit. et 122 b, Itē, Quin. Fr. 292 a, Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse uoluerunt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris, nō temerè nisi libertis suis deferebāt, quibus illi quidē nō multo secus ac seruis imperabant. de Leg 182 b, Vtatur accenso, atq; lictoribus.

Acceptus, a. um.) (. expēsus & datus. de Am. 107 a, Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. & ibidem, Nec obseruat strictē, ne plus reddat quàm acceperit. Referre aliquid acceptum, uel in acceptum. Item, Ferre uel offerre pecuniam expensam. Epistol. 76 b, & 114 a, & I. V. 95 a, Expensa Chrysogono H S sexcenta, accepta pupillo Maleolo retulit. & ibidem, Chrysogono expensa lata sunt. & 196 a, b, Negabat opus in acceptum referre posse. & ibidem, Opus in acceptum retulit. pro Quim. R. 47 a, Pecuniam expensam latam esse, uel non esse. pro Deiot. 151 a, Deiotarus omnem quietem senectutis acceptam refert clementiæ tuæ. Or. 212 a, Tabulæ accepti. pro Quim. 45 a, Tabulæ accepti & expensi. I. V. 143 a, b, Quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cùm contrahebat, eas ipsi isti referebat acceptas. de N. 77 b, Virtutem nemo unquam Deo acceptam retulit. pro Quim. R. 45 a, Scripsisset ille, si non iniussu huius expensum tulisset? non scripsisset, quod sibi expensum ferre iussisset. pro Cec. 288 a, Se habere ait argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit accepta; relata. pro Qu. R. 46 a, Hoc nomen in codicem acceptum & expensum esse debuit. pro Flac. 150 a, Falsas rationes inferre, & in tabulas quodcunq; commodum est, referre. I. A. 168 a, Ego amplius H S ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Att. 9 a, Quòd uiuo, tibi acceptum refero. I. A. 162 b, Quorum nemo fuit, qui non mihi uitam suam, liberos, fortunas, rempub. referret acceptam. I. A. 168 a, Omnia mea mala tibi uni accepta refero. ad Her. 9 b, Quod argentario obtuleris expensum, à socio eius rectè repetere possis. Antequam. 192 b, Sit is animis uestris acceptissimus, qui, &c. de Som. 127 b, Nihil Deo acceptius, quam, &c. Tusculan. 237 a, Quod approbaris, id gratum acceptumq; habēdum. Epist. 190 b, Dolabella in oppugnando malè acceptus in Asiam se contulit. Bru. Epist. 174 a, Recurri ad copiolas meas: sic enim eas uere appellare possum. sunt enim extenuatissimæ, & mopia omnium rerum peßimè acceptæ.

Accersio, sis. aduoco, accio, asciſco, assumo. de Ar. 249 b, Quorum ludorum religio tanta est, ut ex ultimis terris accersita in hac urbe consederit. At. 258 b, Eū locū Posidonius persecutus est, ego autem eius librum accersiui. I. V. 227 a, Sacra adscita atq; accersita ab exteris nationibus. pro Cæl. 41 a, Vt riuulus accersitus & ductus ab ipso capite accusationis tuæ. I. A. 206 a, Qui ad opprimendam remp. Brundusio legiones accersierit. pro Dom. 214 a, Quem à cuncta Italia desideratum, accersitum, reuocatum confiteris. Epi. 189 b, Tarsenses ultrò Dolabellam accersierunt. Epist. 173 b, Postridie manè à Pansa sum accersitus Bononiam. Ep. 165 a, Senatusconsultum, quo Plancum in Italiam accersistis. Epist. 164 b, Cum legionē unā ad se initio belli accersisset Antonius. Attic. 11 a, Accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. de Cla. 196 b, Artes quas cum domi haurire non posses, accersiuisti ex urbe Athenarum.

Accersire, accusare. ad Heren. 4 b, & 5 b, Accersitur Cepio maiestatis. de In. 74 b, Quidam eum capitis accersierunt. pro Cæl. 40 b, Nec ipse alterū ambitus crimine accersiret.

Accersitus, a, um. Tusculan. 209 a, Studia doctrinæ alium de accersita.

Accersitus, tus. de Nat. 5 a, Ad eum, ipsius rogatu accersituq; uenissem.

Accerto, sis. idem est quod accersio. Attic. 121 b, Dicæarchum meherculè diceres accersi, non unum omnium loquacissimum. At. 173 a, In oppido aliquo mallem resedisse, quoad accerserer. Attic 5 b, Te non modò non accersam. sed prohibebo. Attic. 35 a, Et si erit pugnandum, accersam ad societatem laboris. In Ver. 217 b, Optimum quenq; ad se accersebat. de Diu. 78 a, Quo factum est ut eum ad se rex accerseret. At. 276 b, Quod si statueris in Asiam tibi eundum, nulla erit ad comitia nostros accersendi facultas. In Ver. 137 a, Quis erit tam amens, qui te post quinquennium statuarum nomine accersat? De Oratore 157 a, Translationes orationi splendoris aliquid accersunt. Brut. Attic. 288 a, Cùm id malum quod uitare potueris, ultrò accersas atq; attrahas. Qu. Frat. 308 b, Pompeius se comparat, homines ex agris accersit. Epist 106 a, Vbi sint, quando accersantur.

Accerſere, etiam accusare. I. V. 131 a, Quod tum magis inuidioso crimine, quàm uero accerseretur.

Accessio, onis. adiectio, incrementum, lucrum super sortem.) (. discessio. abscessio. pro R. P. 127 b, Non intelligo hoc quale sit, utrum accessionem decumæ centesimæ, an decessionem de summa fecerit. & ibidem, Accessionem mille talentûm esse factam. I. V. 173 a, et 164 b, et 166 a, H S quinque accessionis cogebantur dare. Offic. 54 b, Eorum neque accessione melior uita fit, nec discessione peior. de Vn. 202 b, Cùm ad corpora tum accessio fieret, tum abscessio. de Diu. 115 b, Hæc decessio capitis, aut accessio subitone fieri potest? Orat. 208 a, Vt quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio. Epist. 134 b, Magnam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si, &c. Att. 193 b, Meq; hac ad maximas ægritudines accessione non maxima libera. At. 262 a, Ad ueteres necessitudines magnam attulit accessionem tua uoluntas erga me. Epi. 18 b, Quantæcunq; tibi accessiones fient & fortunæ & dignitatis. I. P. 99 a, Cum tibi ad pristinas clades accessio fuisset Aetoliæ interitus. I. P. 97 b, Tum quidem tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris, Pleuratius tius comes. Officio. 28 a, Hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus.

Accessus, sus, accessio, appulsus, aduentus.) (. Recessus. de N. 52 b, Accessus ad res salutares, à pestiferis recessus. At. 23 a, Id à tuis literis, quas ad me de accessu tuo miseras, discrepabat. Pro Mil. 111 b, Illi accessus ad urbem nocturnus metuendus est. de N. 30 a, Solis accessus discessúq; de Or. 159 b, Luna accessu & recessu suo, solis lumen accipit. de Di. 115 b, Quid de fretis aut de marinis æstibus dicam? quorum accessus & recessus lunæ motu gubernantur. & 127 a, Accessu & recessu stellarum cœlum commutari.

Accidere ad pedes alicuius. Att. 9 b, Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio, ut consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam.

Accidit, b. at. euenit, usu uenit, cadit, casus incidit, tempus incidit, fit sæpe ut, &c. id accidit, &c. id factum est, &c. potest accidere ut, &c. potest fieri ut, &c.

Accido, dis. euenio, obtingo, aduenio, interuenio. de N. 13 b, Quod in illo mihi sæpe usu uenit, idem modò cum te audirē, acciderat ut, &c. Ep. 93 a, Timebā ne euenirent ea, quæ acciderunt. pro Cecin. 287 b, Vt negocia mulieris, si qua acciderent, susciperet. At 127 b, Scidere autē mihi nolebam, quod doleo uiris fortissimis accidisse. de Som. 139 a, Exustiones terrarum, quas accidere tēpore certo necesse est. de D. 112 a, Nihil fieri, nihil accidere, nihil euenire potest, nisi quod, &c. At. 10 b, Id autem ut accideret, commissum est Hortensij consilio. Off. 55 a, Credo si quando dubitatio accidit, quale sit id de quo considerat. At. 10 a, Quæris ex me quid acciderit de iudicio. de D. 92 b, Mihi à peritis in Asia præditū est, fore eos euentus rerum, qui acciderunt. pro Qu. 2 a, Id accidit prætoris iniquitate. & ibi. Quod eorum potentia factum est qui, &c. Att. 129 a, Quod ueritus sum factum est, ut Domitius implicaretur. de Di. 112 b, Nihil pro certo factum est, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat. pro Pl. 262 a, Nihil, ut plerunq; euenit, præter opinionē accidet. I. P. 86 b, Illud etiam accidit præter optatum meum, sed ualde ex uoluntate, ut in furorem incideres. Att. 263 b, Cū Cæsar ostendisset, &c accidit ut subitò ille interiret. Epi. 40 a, Nihil tam præter opinionem meam accidere potuit. de In. 70 a, Si quid pupillo accidisset. I. A. 154 b, Si quid mihi humanitus accidisset. I. V. 257 a, Calamitas, quæ omnis propter suauitiā ipsius accidit. pro Pomp. 15 a, Si quid de eo factum esset. de Am. 97 a, Nihil mali accidisse Scipioni puto, mihi accidit. si quid accidit. At. 122 b, Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Ep. 206 a, Tamen mihi crede, singulares huic municipio calamitates accidisse. ad Her. 16 a, Multa mala alicui casura esse. de In. 50 b, Quid ipsi casurum sit. Epistol. 241 a, Quid casurum sit, incertum est. I. V. 231 b, Mirum quendā dolorem accidere alicui. Part. 237 a, Aliquid diutinitas accidere. de Orat. 127 a, Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere potuit. I. V. 30 b, Quid mihi optabilius ad immortalitatem gloriæ potuit accidere? At. 85 a, Quod uideo tibi etiam nouum accidisse tanquam mihi. Epist. 40 b, Quæ scribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucūda acciderunt. Epist. 30 b, Cognoui omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima pro Plan. 271 b, In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehēdendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. At 3 b, a, Nam mihi omnia, quæ iucūda ex moribus alterius homini accidere possunt, ex illo accidebant. Epi. 41 a, Illud mihi permirum accidit, tantam temeritatem, &c. At. 110 b, Hoc mihi accidit iucundissimum. Att. 49 a, Quòd mē uetas quicquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod, &c. de In. 62 b, Hoc mihi uolūtatis accidit, ut scrberem, &c. Att. 9 b, Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio. alias, accedente. Abijcere & proijcere se ad pedes alicuius. I. Pes, & Abijcio.

Accio, cis. accerso, uenire iubeo, euoco. At. 68 b, Tu inuita mulieres, ego acciuero pueros. At. 220 b, Hic igitur, si acciverit, accurram. de Ar. 249 b, Aruspices accierdos ex Hetruria arbitror. de Or. 156 a, Philippus, qui filio Aristotelem doctorem acciverit.

Accipio, pis. capio, recipio, tracto, interpretor, intelligo, mutuor. Qu. Fr. 315 b, Accepi literas tuas datas Placentiæ, deinde alteras postridie datas Blandenonæ. Itaq; præclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis, de Off. 60 b, Quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. i. à Vario. Certè humanitatem ijs tribuere debemus, à quibus accepimus, Qu. Fra. 298 a, b. Cum optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse, Epi. 29 b. Cum imparatam iam Capuam accipere nolui, At. 128 a. Cum de plebe consulem non accipiebant, de Or. 163 b. Tenere, quæ didiceris in accipienda causa, de Or. 141 a. Accepimus conditiones, sed ita, ut remoueat præsidia, Epistol. 261 a. Quæ contuens animus, accipit ab his cognitionem deorum, de N. 57 a. Quin iudicium acciperet in ea ipsa uerba, quæ Næuius edebat, non recusabat, pro Qu. 11 b. ibi. Cum is iudicium acciperet pro Quintio, cui tu, &c. Cum expōratum habere cœpero, Cæsarē honoribus, quos acceperit, extraordinarijs fore contentum, At. 275 a. Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipient. I. V. 113 a. Imperat Agyrinensibus, ut decumas ipsi publicè accipiant, I. V. 153 a. Quemadmodum ij ludi accipiantur, Att. 249 a. id est, placeant. de Of. 103 b, Animus mollis, & ad accipiendam, & ad deponendam offensionem, Attic. 14 a. Terga boum non esse ad onus accipiendum figurata, de Fin. 58 a. Cum palmam iam primus acceperit, de Cl. 180 a. Tam bonus gladiator, tam citò rudem accepisti? I. A. 174 b. Cum par uoluntas accipitur & redditur, Epist. 60 a. Remp. illis accepi temporibus eam, quæ penè amissa est. Postqu. 199 a. Rogationem suasit eam qua acceptā, est hostibus deditus. de Of. 74 a. Quo deprecante, accepta lex non est, Off. 74 a. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror, Epistol. 28 b. Cum me pro puero resp. accepisset uadem. At. 289 a. Accipere uulnus, Att. 79 b. Accipere plagam, ibidem. Accipere pecuniam ob rem iudicandā, Att. 23 a. Pecuniā adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamē accepta, occupauisti, pro Flac. 157 a. Qui testimonium publicum mandataq; acceperant, I. V. 111 b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

V. 111 b. Luna solis lumen accipit, de Or. 159 b. Hoc & si multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat, de Finib. 82 a. Quod dat accipimus, Ep. 2 b. Et tamẽ ab illo apertè, tectè quicquid est datũ, libẽter accepi, At. 9 a. Si sedant & sua sponte, accipio quod datur, de Or. 125 a. Bibulus prouinciam acceperat, Ep. 23 a. Suaue mihi quidẽ, ut uidetur, émos ad Cæsarẽ, sed quæro locupletẽ tabellariũ accipiat, At. 328 b. Quod ego ita libenter accipio, ut, &c. Ep. 77 a. Sit enim mihi tinctus literis, ista ipsa præcepta acceperit, de Or. 116 b. Voluptatẽ hanc esse sentiũt omnes, quã sensus accipiens mouetur, de Fi. 65 a. Accipere aliquid in bonã uel malã partẽ, Ep. 36 a. Accipere beneficiũ in cõtumeliã, Att. 242 b. Accipere aliquid grauiter, de Or. 128 a. Quicquid in eũ officij cõtuleris, id ita accipiã, ut in me ipsũ te putẽ cõtulisse, Ep. 144 a. Atq; fortiter hoc uelim accipias, ut ego scribo, Att. 247. Ea te moderatè accepisse, Ep. 167 a, id est, æquo animo. Quanto nũc hoc idẽ accipiet asperius? At. 135 b. Accipere aliquid seuerè, pro Cæl. 49 a. Periculosè dico, quèadmodũ accepturi P. C. sitis horreo, sed quæso oroq; uos, ut accipiatis sine offensione, quod dixero, I. A. 210 b. Vt uolet quisq; accipiat, pro Deiot. 148 b. Quòd rogas ut in bonã partẽ accipiã, si qua sunt in tuis literis quæ me mordeãt, ego uerò in optimam. At. 175 a. Accipiet in optimã partẽ C. Pansa: Etenim dicam animo amicissimo, pro Cæl. 49 a. Illud non accipio in bonam partẽ, quod ad me refers, At. 204 b. Cùm uerbum in duas plures ue partes accipi potest, ad Heren. 40 b. Quæ quidem à te in eam partem accepta sunt, ut eum amplissimo regis honore afficeris, pro Deiot. 146 a. Ea iudices spero à uobis esse in bonam partem accepta, pro Arch. 192 a. Tento te quo animo accipias, Ep. 253 a. Sed bonam in partem accipies, Att. 51 a. Accipere aliquid in aliam partem ac dictum sit, ad Her. 13 b. Et hæc accipienda amicè, cùm beneuolè fiunt, de Am. 112 b. Vereor quomodo hoc accipias, ad Her. 36 a. Quemadmodum hoc accepturas exteras nationes putasti? I. V. 215 b. Velim sic hoc accipias, ut à me dicitur, dicã certè quod sentio, de Arusp. 255 b. Patienter accipere admonitionẽ, de Am. 113 a, Durius accipere hoc mihi uisus est, At. 2 a.

Accipere aliquem bene uel malè, id est tractare. Ep. 107 b, Tum quòd Epicurum tuum Stoici malè accipiunt. Accipitur satis malè à Curiõe, & totus eius secundus consulatus exagitatur, Ep. 121 b. Copiæ extenuatissimæ, & inopia omnium rerũ pessimè acceptæ, Bru. Ep. 174 a. Spartæ pueri uerberibus accipiuntur ad necem, Tus. 182 a. Nos Asia accepit admirabiliter, At. 75 b. Malè accipere aliquem uerbis, I. V. 104 b. Hominem multis uerbis malè à me acceptum dimisi, I. V. 10 a. Aliquem ad epulas recipere, & eum bene uel malè accipere, Tus. 222 b. Pòst autẽ regio apparatu accepti, sermonem in multam noctem produximus, de Som. 126 b. Ego uerò hilarè à te acceptus sum, de Or. 135 b. Conuiuæ hilarè & bene accepti, At. 253 b. Leniter clementerq; hominem accepit, I. V. 220 b. Accipere hospitem, Epist. 103 a. Accipere aliquem hospitio, At. 32 a.

Accipere pro admittere. Hìc tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis, Ep. 101 b. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem, Epist. 25 b, et 198 b. Accipere iniuriam. l. Iniuria. Accipere causam, id est excusationem, Epi. 264 a. & Att. 274 b. Causam tuam nosco, id est accipio. & l. P. 82 a.

Accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci, At. 85 b. Accipere detrimentum, pro Pomp. 6 b, & 16 b.

Accipere ignominiã & calamitatem. l. V. 256 a, & 120 a, Accipere contumeliam. Vt cum me hospitio accipias, existimationem te aliquam putes accipere, Ep. 136 b. Ea quæ parum acceperis, quærere, de N. 60 b. & ibi. Ea quæ minus intellexeris requirere, cum causam sumebas, illud accipiebam.

Accipere, pro intelligere seu interpretari. Epist. 5 b, Quæ gerantur, accipies ex Pollione. Epi. 35 a, Cognosce æquitatem expostulationis tuæ. de In. 76 b, In hac lege hanc causam accipi minimè oportet. de In. 58 b, Vim uerbi in aliud atq; cæteri accipiant, posse ducere. de Or. 132 a, Ad uerbum, non ad sententiam rem accipere. de Or. 133 a, Hunc locum, siquidem ego te accipio dicere Arpinum germanam patriam esse uestram. de Leg. 170 a, Vt contrà ac dicat accipi ac sentiri uelit. Ora. 209 b, Sed quem accipio ipse oculis atq; animo sensum, hunc uere apud uos, ut potero planissimè exponam. l. V. 157 a, Vt de Socrate accepimus. Off. 18 b, Accepissentq; fama & auditione esse quoddam numen, &c. de N. 45 a, Cũ græcas literas M. Catonẽ in senectute didicisse acceperim. Aca. 2 a, Ceremoniæ ab omni uetustate acceptæ. de Ar. 250 a, Sic enim à maioribus nostris accepimus. l. V. 64 a, C. Marius duas ædilitias accepit repulsas. pro Plan. 269 b, & ibi. Accipere offensionem in ædilitate.

Accipere aliquem in amicitiam, At. 37 b. Accipere aliquẽ in ciuitatẽ, Of. 8 a. Accipere falsam opinionem de aliquo, Epi. 13 b, id est, habere falsa opinionẽ de aliquo. de Or. 103 b, Sit boni oratoris multa aurib. accepisse.

Acceptio. Top. 223 b, Nam neq; deditionem, neq; donationem sine acceptione intelligi posse.

Accipiter, tris, auis rapax, coturnicum auida. de N. 69 a, Accipitres, aspides, &c. & Hor. 43.

Accitus, a, um. Sal. in Cic. 270 b, Cicero arreptitius, accitus, & paulò antè insitus huic urbi ciuis.

Accitus, tus. accersitus. I. V. 162 a, Accitu alicuius euocari.

Accius, cij. de Cla. 174 a, Vester etiam D. Brutus M. filius, ut ex familiari eius L. Accio poeta sum audire solitus, & dicere non incultè solebat, &c. Pro Arch. 190 b, Dec. quidem Brutus summus ille uir & Imperator Accij amicissimi sui carminibus templorum ac monimentorum aditus exornauit suorum. ad Her. P. Mutius eum qui L. Accium poetam nominarat in scena, condemnauit. In Bruto, Accius cum Pacuuio sene admodum, fabulam docuit. Famil. lib. 9. Accij Oenomaus, tragœdia. ad At. lib. 16. Accij tragœdia Tireus. Famil. lib. 7. Apud Accium Philoctetes, ait. De Nat. lib. 3. Nec possum Accij Nanij Lituum contemnere.

Accius historicus. de Leg. lib. 1.

Accij cuiusdam perfidia in Ciceronem. Ep. ad Q. Fr. li. 1.

Accianus, ab Accio: Tus. 204, Hinc ille Agamemnon Homericus, & idem Accianus.

Acclamatio, onis. adclamatio, admurmuratio, exclamatio. de In. 47 b, Quod genus strepitum, acclamationem, statim non incommodum est inijcere. &, Acuta et attenuata nimis acclamatio, ad Her. 20 a, & ibi. Exclamatio pro eodem. & de Or. 139 b, Vitanda est acclamatio ad

tio aduersa populi. Qu. Frat. 396 b, Cato contradixit maximã acclamatione Senatus. Pompeius non modò acclamatiõe, sed cõuicio et maledictis impeditus fuit, Qu. Frat 308 a. Acclamatio aduocatorum Clodij, Attic. 11 a.

Acclamo, as. de Clar. 188 a, Sed tamen non metuo ne mihi acclametis. &, Hostis omnibus qui acclamassent. I. V. 162 a, Quæstura Hostiẽsis, cui cùm prætores sortiũtur, etiam acclamari solet. pro Muren. 128 a, Is non ausus est dicere, quot millia fundus suus abesset ab urbe. nam cùm dixisset minus abesse L III, populus cum risu acclamauit, ipsa esse. pro Cecin. 209 a, Ne acclametur. l. P. 93 b, in malam partem.

Accliuis, ue. arduus, erectus. Quin. Frat. 318 b, Ea uia pars ualde accliuis est.

Accola, læ. iuxta aquas montes ue habitans. In Ver. 226 b, Ennenses omnes sacerdotes, omnes accolæ atq; antistites Cereris esse uidentur.

Accolo, lis. Orat. 211 a, Vos qui accolitis Histrum fluuium, ex Mæuio. &, Illa gens quæ illum locum accolit, sensu audiendi caret, de Som. 129 a.

Accommodatè. Or. 207 b, Definire aliquid ad populare intelligẽtiam accommodatè. Dicere quàm maximè ad ueritatem accommodatè, de Or. 97 a.

Accommodatio, onis. In Ver. 191 a, Ex huiusmodi initio, atq; ex liberalitate & accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est.

Accommodatus, a, um. aptus, congruens, constitutus. Acad. li. 2. Nam quomodo non potest animal ullum non appetere id quod accommodatum ad naturam apparet: Græci id οἰκεῖον appellant. de Orat. 103 a, Sententiæ ad probandum accommodatæ, & uerba ad audiendum iucunda. &, Animi motus probandi, qui item ad naturã accommodati sunt, Off. 20 b. Oratio ad persuadendum accommodata, Acad. 45 a. Animi præparati rebus ad tranquillitatem accommodatis, de D. 105 b. Nunquis ue strũm ad uim, ad facinus accommodatus est? nemo, contra Rul. 90 a. Minimè sum ad te consolandum accommodatus, Epist. 71 b. Accommodatum ad rem de qua agitur, ad Her. 2 a. Hæc lex uobis accommodata atq; utilis est, contra Rul. 68 b. Numeri singularis orationis generibus accõmodati, Or. 216 a, & pro Clu. 18 a. Pompeij ratio, quæ sunt accommodata L. Syllæ descriptioni, pro Flac. 152 b. Sed te confido ea esse facturũ, quæ mihi intelligis esse accommodata, Epist. 32 a. Tunc mihi ille dixit perfore accommodatum tibi, si, &c. Epist. 33 a.

Accommodo, as. commodo, apto, refero, naturã meam uerso, & ad tẽpus rego. Ep. 203 b, Peto à te, ut ei de habitatione accõmodes. Largiendi ratio & ad facultates accommodanda, & mediocritate moderanda est, Of. 45 b. Si quid iste suorum ædilibus accommodauit, I. V. 219 b: Ait, se ædes suas cuidã amico ad nuptias accõmodasse, ad Her. 40 a. Vos autem, dum illi placere uultis, ad tempus ei mendacium uestrum accommodauistis, pro Cæl. 40 b. Illud si scissem, ad id meas literas accommodassem, Epist. 58 b. Meum consilium accõmodabo ad tuum, Ep. 129 b. Qui se ad remp. & ad magnas res gerendas accõmodauerunt, Off. 14 b. Ad uos exacuendos accommodandi orationem meam, de Orat. 95 b. Vt libenter ad eius testimonium uestrum iusiurandum accommodetis, pro S. R. 35 a. Si qui dies ad rusticandum dati sunt, ad eorum

numerum accommodo, quæ scribo, de Leg. 157 b. Ciceroni hoc uelim proponas, ut sumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedem Argileti, At. 197 a. Ad alicuius arbitrium & nutum totum se fingere & accõmodare, pro Dom. 240 b. Vt se exta ad immolantis fortunam accommodẽt, de D. 115 b. Accommodare fabulas poetarũ ad ea quæ dicimus. Africanus ille coronam sibi ad caput accommodans, de Or. 132 a. Hæc nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda ad oblectãdos animos, de Or. 123 a. Vulgare exordium est, quod in plures causas potest accõmodari, ut conuenire uideatur, de In. 48 a. Vt ijdem uersus aliàs in aliam rem accommodari possent, de D. 131 b. Quod in plures causas accommodari potest, ad Her. 3 a. Ratio, quæ alij expositioni potest accommodari, ad Her 13 a. Accommodare unum alteri, ad Her. 27 b. Accommodare unam rem ad aliam, ad Heren. 1 a. Accommodare tempus ad uniius uoluntatem, Epist. 52 a. Vt perornandæ litis tempus quoad per leges liceat, accommodet, Off. 60 b. aliter perorandæ, de Vniuers. Accommodans, medium medio copulabat.

Accrescо, scis. crescо. de In. 74 b, Flumen enim subitò accreuit. Salust. in Cicer. 271 a, Redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi lutibus accreuerit. Cornel. Nepos in uita Att. 272 a, Postquam indies dolores accrescere, febresq; acceßisse sensit.

Accretio, onis. amplificatio. Tuscul. 162 b, Lunam accretione & diminutione luminis, quasi fastorum notantem & significantem dies.

Accubatio, onis. Of. 26 a, Status, incessus, sessio, accubatio. de Sen. 86 b, Accubatio epularis amicorũ, ingressus, cursus, accubatio, declinatio, sessio, cõprehẽsio, de N. 20 a.

Accubo, as. accumbo. I. C. 106 b, Qui mihi accubantes in conuiuijs eructant sermonibus suis cædẽ bonorum. Hæc scripsi x. Cal. accubans apud Vestorium, At. 227 b.

Accumbo, bis. accubo, cubo, discumbo. l. V. 252 a, Muliebria quotidie conuiuia erãt, utr accumbebat nemo. Huc te è Balneo, priusquam accumberes ducere uolebat, pro Deiotaro 146 b. Lacedæmonij, qui quotidianis epulis in robore accumbunt, pro Mur. 142 a. In conuiuijs Græcorum mulieres non accumbere, In Ver. 89 b. Cùm lauti accubuissent, de Orat. 87 a. Cæsar unctus est, accubuit, Attic. 222 a. Accubueram hora nona, cùm ad te harum exemplum, in codicillis extraui, Epist. 143 b.

Accumulo, as. construo, coaceruo. contra Rullum 77 b, Auget, addit, accumulat aurum ex prædis.

Accumulatissimè. ad Her. 6 a, Vt munus accumulatissimè tuæ largiamur uoluntati. & Ep. 220 b, Liberalissimè & accumulatissimè polliceri cupiam.

Accuratè, diligenter studiosè. exquisitè. Attic. 126 a, Accuratè uelim perscribas tuam ad me sententiam. Accuratè et exquisitè disputare de aliqua re, de Cl. 190 b. Accuratè sanè & diligenter de dijs immortalibus disputatum est, de Nat. 5 a & Cla. 172 a, Accuratè diligenterq; & studiosè facere aliquid. Part. 118 a, Illud tamen arctè tenent, accurateq; defendunt. Attic. 254 a, Is egit mecum accuratè multis uerbis, tibi ut responderem. Attic. 74 a, Scripsi ad eum accuratè. pro Arch 189 a, Accuratè cogitateq; scribere aliquid.

Accuratio, onis. de Clar. 186 b, In inueniẽdis cõponẽdisq; rebus mira accuratio, id est, cura, & diligentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accuratus, a, um. meditatus, exquisitus. At. 101 b, Literarum tuarum accuratißima diligentia mirum in modum delectatus sum. de Oratore 88 a, Accurata orationis copia de Or. 130 a, In tali cœtu & tam accurato sermone. de Cl. 191 a, Accuratum & exquisitum dicendi genus. de Am. 101 a, Accurata oratio alicuius.

Accuro, as. curo, guberno. de In. 54 a, Melius accurantur quæ cõsilio gerũtur, quàm q̃ sine cõsilio administrãtur.

Accurro, ris. ad aliquem curro. Attic. 33 b, Expeditus facito ut sis, si inclamaro, ut accurras. Attic. 220 b, Hic igitur si accierit, accurrã pro Ra. 94 b, Cùm cuncta nobilitas, ac iuuentus accurreret. At. 229 b, Lepta me rogat, ut si quid sibi opus sit, accurras. Att. 239 a, Accurres in Tusculanum, ut scribis. de D. 136 b, Istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut simulatq; uelimus, accurrant. Off. 74 b, Is accurrisse Romam dicitur. Epist. 128 a, Nos accurremus ad te.

Accusabilis, le. Tusculan. 225 b, Quorum omnium accusabilis est turpitudo: id est accusanda.

Accusatio, onis. nominis delatio. de Clar. 176 a, M. Brutus accusationem facilitauit, ut Athenis Lycurgus.

Accusator, oris. de Clar. 186 a, M. Brutus accusator uehemens & molestus. & 176 b, Accusator acer & acerbus. pro Qu. 8 a, Possimus petitoris personam capere, accusatoris deponere? Epist. 122 a, Ponere accusatorem alicui aliqua lege. I. V. 91 a, Accusator apponitur ciuis Romanus. pro S. R. 27 a, Lex Memmia contra accusatores temerarios. Part. 239 b, Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello.

Accusatoriè. In Ver. 144 a, Accusatoriè dicere. & 185 a, Non agam tecum accusatoriè, nihil fingam.

Accusatorius, a, um. pro Muræna 126 a, Illos lex magis quædam accusatoria, quàm uera maledicẽdi facultas, de L. Murænæ uita dicere aliquid coegit. pro Flac. 148 b, Quæ accusatorio iure & more sunt facta. pro S. R. 26 a, Non tu in isto artificio accusatorio calidior es quàm hic in suo. pro Clu. 19 b, Accusatorio animo adduci, & c.

Accuso, as. causam uel culpam in aliquem confero, uel transfero, culpam alicuius accuso, postulo, insimulo, arguo, cõpello, appello, criminor, cito, nomen defero, dico in crimen uoco, aliquem reum cito, in iudiciũ uoco, ad iudicium uoco, reum facio, in reos refero, in iudicium capitis uoco, litẽ intẽdo, litem infero, mulctã peto, litem capitis in aliquem infero, capitis aliquẽ arcesso, in iudiciũ capitis arcesso, aliquẽ ambitus crimine accersio, periculũ capitis alicui infero, in capitis periculũ uoco, in discrimen capitis adduco, alicuius criminis aliquẽ reum facio, actionẽ perduellionis alicui intendo, nomen alicuius defero, nomen alicui defero, in summũ capitis periculum aliquem arcesso, aliquẽ in iudicio arcessere, aliquẽ iudicio persequi, aliquem in iudiciũ de dolo malo & de fraude tutelæ nomine adduco, statuarũ nomine aliquem accerso. I. V. 137 a. et Qu. F. 307 a, Primùm me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso, me enim & c. de Op. 244 b. Æschines à Demosthene capitis fuit accusatus. Epist. 44 a, Te leuiter accusans in eo q̃, de me citò credidisses. de Fi. 70 b, Accusare aliquem capitis. pro Cæl. 40 a, Accusare aliquem ambitus. de Orat. 174 b, Accusare aliquẽ maiestatis. pro Dom. 222 a, Deinde, ne pro indicta die quis accusetur, ut ter ante magistratus accuset, intermissa die quàm multã irroget, aut iudicet, quarta sit accusatio trinum nundinum prodita die, qua die iudicium sit futurum. I. V. 93 a, Is apud C. Sacerdotẽ rei capitalis accusatus, & c. At. 4 a, 160 b, Non committam posthac ut me accusare de epistolarum negligentia possis. Idem & pro S. R. 33 b. & At. 2 b, Hoc eò ad te scripsi, quòd is me accusare de te solebat. pro S. R. 33 b, Sexcẽti sunt, qui inter sicarios, & de ueneficijs accusantur. Epist. 13 a, Etsi accusandi sunt, qui, & c. magis etiã reprehendendi, qui, & c. Ep. 79 a, Cuius tu desperationẽ accusare solitus es. de Fin. 55 b, Voluptatem accusare, dolorem laudare. pro Ar. 179 a, At in ea re per L. Cæcilium Sylla accusatur. Ep. 2 a, Pompeium iam liberius accusare & monere nõ desistimus. At. 137 a, Fusius accusans scelus Pompeij. At. 178 b. & 242 b, Grauißimè accusare aliquem.

Acer, acris, acre. Fortis, uehemens, acutus.) (. lenis. Acer in rebus gerendis, Epistol. 124 b. Minus acer alluersarius, Academ. q. ed. 1. lib. 2. Animus acer & præsens, de Orat. 116 b. Flagitator assiduus & acer, de Clar. 166 b. Acer inuestigator rerum, quæ à natura inuolutæ uidentur. de Vniuers. Neq; tam est acris acies in nataris hominum & ingenijs, 3. de Orat. Acris memoria improborũ, pro Flac. Acre bellum, pro Corn. 63 b. Acre iudiciũ, Ac. q. ed. 1. lib 2. Quamuis acrem amatorem inueneris, Att. lib. 1. Et se uegetam ad somniandum acremq; præbeat, lib. 1. de Diuin. Acrem curam desiderare, de Orat. 160 b. Se acri animo defendere, pro Milo. 106 b. Ad reliqua acri tendebamus animo, de Diuin. 109 b. Acri & uehementi quadam incitatione inflammari, 2. de Orat. Acri ingenio uir, Acad. q. ed 2. lib. 1. de Orat. Veruntamẽ neq; tam acri memoria fer è quisquam est, de Ora. Acres oculi, pro Planc. Si acres ac diligentes esse uolumus animaduersores uitiorum, 1. Officior. Acres humores aut nimis concretos colligant, de N. d. 2. Educere uiros acres, 56. ad Att. b. id est, fortes. Vtendum est imaginibus agentibus, acribus, insignitis, de Oratore 141 b. Acrior causa, 2 ad Qu. frat. Quis in rebus inueniendis acrior Aristotele fuit? in Or. Quis & studio acriore, quàm nos sumus, li. 1. de Orat. 48 a. Hæc inesse necesse est (nẽpe sensum et rationẽ) & acriora quidẽ atq; maiora. de Nat. deor. 2. Defensor acerrimus, ad Lẽt. 1. Acerrimus inimicus, Læl. Sensus uidendi acerrimus, de Orat. 141 b. Acerrima & fortißima libertatis recuperandæ cupiditas, 12. Philipp. Quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit atq; acerbißima, pro Sylla. Omne illud tẽpus in acerrima atq; attentißima cogitatione posuisse, 3. de Orat. Vnguentum acerrima suauitate conditum, de Orat. 152 b. Acerrimo ingenio, de Nat. d. 2. Acerrima consilia & inertißima opponuntur, 15. ad At. in Epist. Hircij.

Acerbè, asperè. de Nat. 76 b, Acerbè necari. & Ep. 5 b, Acerbè & asperè nimium accusari. Acerbè ferre aliquid, pro Plan. 259 a.

Acerbitas, tis. asperitas, tristicia. Attic. 139 b, Ita neque de ocio nostro spero iam, nec ullã acerbitatẽ recuso. Part. 237 a, Acerbitas iustitiam imitatur. Qu. Fr. 298 a, Iracundia exorabilis, ut in malis, acerbitati anteponenda est. de Am. 112 b, Apud aliquem euomere uirus acerbitatis suæ. Qu. Fr. 297 a, Ad summum imperiũ etiam acerbitatem naturæ adiungere. I. C. 118 a, Mihi hæc conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusq; perferrem. & 119 b, Omnes suppliciorũ acerbitates. Off. 27 b, Obiurgatio habens multum acerbitatis. pro Plan. 279 a, Ego fructus ex repub. magna acerbitate permixtos tuli. pro Pla. 281 a, Lachrymæ quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti.

Acerbus, a, um. habens acerbitatem, aliquid acerbitatis habens, austerus, grauis, calamitosus. de Leg. li. 2. Acerbũ incendium. de Or. 127 a, Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere potuit. de Or. 125 a, Demissus, non acer, nõ pertinax, non litigiosus, non acerbus. de Cl. 370 a, Acerbus in uituperando. de Or. 103 b, Quæ mala sunt, ea multo maiora & acerbiora uerbis facere. de N. 75 b, A sotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire. pro Qu. 17 b, Miserum est, & c. acerbũ, et c. calamitosum, & c. abidẽ, Acerbum est ab aliquo circumueniri, acerbius à propinquo. Antequam. 196 a, Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod remp. tutabitur. de Pro. 76 a, Impolitæ uerò res et acerbæ. si erunt relictæ, efferrent se aliquando, & c. de Sen. 88 a, Vua primo est peracerba gustui.

Acerra, ræ. arcula thuraria, in qua thus incẽdi ad suffimẽta solet. de Legib. 182 a, Nec acerræ prætereantur.

Acerualis, le. de D. 110 b. l. Sorites.

Aceruatim, summatim. Or. 204 b, Aceruatim, multa frequentans, una complexione deuinciet. Pro Clu. Aceruatim iam reliqua, iudices, dicam.

Aceruus, ui. cumulus cuiusq; rei. contra Rul. 77 b, Vix iã uidetur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. I. C. 116 a, Aceruus corporum. Aca. 23 a, Aceruus tritici. I. C. 120 b, Cerno animo miseros atq; insepultos aceruos ciuium. I. A. 178 b, Itaq; tanti acerui nummorum apud istum construuntur, ut iam appendantur non numerentur pecuniæ. pro Sylla 181 b, Quantos aceruos sacinorum reperietis?

Achæus, a, um. de Pro. 70 a, Achæi ingentem pecuniam pendunt. L. Pisoni quotannis. I. V. 65 a.

Achaia, æ. pro Fl. 165 a, Athenienses, cuncta Achaia. Epist. 216 a, Prouincia in qua est Lacedæmon.

Achaicus, a, um. At. 282 b, In medio Achaico cursu.

Acherini populi. I. V. 170 a.

Acheron, tis. fluuius apud inferos. de N. 68 a, Et illi q fluere apud inferos dicuntur. Acheron, Cocytus, Styx, Phlegethon. Tusc. 156 a, Acherontis transuectio. Postquam. 209 b, Metellos penè ex Acheronte excitatos. Tus. prima, Acheron altus.

Acherontius, a, um. Tusc. 158 b. L. Templum.

Achilles, lis. de Nat. 68 b, Achillem Astypalæa insula sanctißimum colit. (strepere.

Achiuus, a, um. de D. 86 a, Cum Achiui cœpissent inter se

Acies, ei. acumen, pupilla. Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla uocatur, & c. 2. de Nat. Ille autem (animus) cuius obtusior sit acies, non uidere? Cat. Acies autoritatis, Senatus, in Catil. Acies ingenij & mentis, de Finib. 5. Nulla acies humani ingenij tanta, quæ penetrare in cœlum, terram intrare possit, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Aciem ingenij ad bona deligenda & contraria reijcienda exacuerit, i. de Legib. Acies mentis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 121. & Tusc. q. lib. 1. Acies, oculorum hebes, de Fin. lib. 4. Aciem mentis abducere à consuetudine oculorum, de Nat. deor. 2. An tanta sit eius tenuitas ut fugiat aciẽ? 1. Tusculan. Quod iam ante aciem securium tuarum uidisset, 7. Ver. Atque

idem ita acrẽ in omnes partes aciẽ intẽdit, Tusc. q. lib. 4. Quorũ utrũq; perstringere aciẽ mẽtis solet, 1. de Diuin. Cõtẽplari aliquid omni acie ingenij, 1. de Orat.

Acies pro exercitu. Etsi quem exercitum acies habitura sit, diuinare nemo potest: tamen, & c. Torqu. lib. 6. Ad aciem esse præstò, pro Deiot. In aciem ph. losophiam deducere, 15. Fam. In aciem forensem educere, 1. de Orat. In aciem hostium irruere, Tusc. q. lib. 2. In aciem dimicationemq; ueniamus, in Orat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. pro Mur. Si aciem exercitus nostri ostenderim, concidẽt, in C. Quinetiam uidemus ex acie efferri sæpe saucios, Tusc. q. lib. 2. Hostibus in ipsa acie, cùm præliantur, licet loqui. Antequam. Non sentiunt uiri fortes in acie uulnera, 2. Tusc. In acie uersari & ferro, de Opt. 244 b. Temerè in acie uersari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam et belluarum simile est, Off. 1. Factã ut imperatores instructa acie solẽt, 4. Phil.

Acinus, ni. de Se. 88 a, Acinus uinaceus, granum est, uel semẽ minorũ fructuũ, quales sunt uuæ, hederæ, sambuci.

Acipenser, ris. de Fa. 353 a, Allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum rarò capitur: sed est piscis (ut ferunt) in primis nobilis. Ibid. Acipenser iste paucorũ hominum est. de Fin. 69 b, Atq; acipensere cum Decumano Lucilij. l. Mena. l. Socraticus.

Acquiesco, scis. quiesco, in aliqua re mihi requies est. de Or. 135 b, Qui hoc diuersorio sermonis tam libenter ac quieturum te esse diceba. pro Dei. 144 b, In ore tuo uultuq; acquiesco. Attic. 65 a, Nulla est resp. in qua acquiescam. de Fi. 91 a, Sed quia facilimè in nomine tuo acquiesco. At. 109 a, Acquiesco enim & scribẽs ad te, et legens tua. de Am. 115 a, Vicißim autem senes in adolescentium charitate acquiescimus. de D. 109 a, Qui iã ætate proueẽti in nostris libris acquiescũt. Ep. 48 a, Habemus aliud nihil in quo acquiescamus. At. 190 b, Habeo enim nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquiescã. At. 208 a, Sed crebrò reguito tuas literas, in his acquiesco: tamen expecto nouas. At. 216 b, Vitãdi caloris causa Lanuuij treis horas acquieueram. de Nat. 51 a Ipse dux reuolat, ut ipse quoq; quiescat, in eius locum succedit, ex ijs quæ acquieuerunt. de Le. 159 a, Crebrò insistẽs, interdũ acquiescẽs. Ep. 51 b, Vt in eius bonis acquiescam. pro Mil. 121 b, Qui maximè P. Clodij morte acquierunt. Ep. 51 a, Lectis tuis literis aliquantum acquieui.

Acquiro, ris. quæro, comparo, concilio, adiungo, paro, colligo, adipiscor, persequor, consequor. Of. 56 b, Nam sibi ut quisq; malit, quod ad usum uitæ pertineat, quàm alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura. pro Clu. 37 a, Hæc ipsius labore quæsita atque collecta sunt. Off. 33 a. Philosophi, qui semper aliquid acquirunt quòd spectet & ualeat ad bene beateq; uiuendũ. Of. 45 a, Et si quãdo aliqua res maior aut utilior, populari largitione acquiritur. I. C. 117 a, Mihi iam ad uitæ fructũ nihil potest acquiri. Ep. 36 a, Vt mihi nihil neq; ad honorẽ, neq; ad gloriam acquirendã deesse putarem. Epistol. 144 b, Acquirere dignitatem. de Am. 111 a, Homo & seipsum diligit, & alterum acquirit, cuius animum cum suo commisceat. At. 2 a, Et quàm omnes gratias non modò retinendas, sed etiam acquirendas putemus. de Am. 112 b, Acqrere sibi aliquẽ, apud quẽ euomat uirus acerbitatis suæ. I. C. 107 a, Aliquid de possessiõe detrahere, et

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidem acquirere. pro Cec. 286 d, Quanquã sic mihi persuadeo recuperatores, nõ uos tã iuris obscuram rationẽ bis dubitasse, quàm morã ad eã condemnandũ acquisisse, & simul & illi spacium ad se colligendum dedisse.

Acradina, æ. bs. l. V. 228 d.

Acratophoron, urceolus. de Fin. 93 d.

Acredula, æ. auis. Luscíniam quidam censent. de Di. 83 d, Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,
Et matutinis acredula uocibus instat.

Acrimonia, æ. uis animi, impetus. ad Heren. 21 d, Conuenit igitur in cultu pudorem & acrimoniam esse. ad Her. 35 b, Licentia si nimium uidebitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

Acriter, ari animo, uehementer. Tus. 163 b, Acriter oculis deficientẽ solem intueri. pro Fla. 150 b, Accusatorem acriter et uehemẽter dicere. de Or. 138 d, Sic omnia quæ fiunt, quæq; agũtur acerrimè, lenioribus principijs natura ipsa præexuit. pro Mil. 119 b, Vir animosus, & se acriter morti offerens. pro Fl. 151 b, Aliquid quàm maximè intentis oculis acerrimè contẽplari I. P. 94 b, Lubricũ genus orationis adolescẽti non acriter intelligẽti sæpe præceps. de Or. 94 b, Ferè nemo est, qui acutius atq; acrius usia in dicente, quàm recta uideat. Acerrimè cædere uel reprehẽdere aliquem. I. V. 264 b, & At. 104 b.

Acroama, atis. narratio, musica symphonia in fabulis, musicus concentus, quòd audiretur, non spectaretur, ut histrionum actio. pro Arch. 189 b, Themistocles, cùm ab eo quæreretur, quod acroama, aut cuius uocem libentissimè audiret: respõdit, eius à quo sua uirtus optimè prædicaretur. In Verrem 211 d, Hic quasi festiuum acroama ne sine corollario discederet, emblemata quellenda curauit. pro Sest. 25 b, de Clodio: Ipse ille maximè Ludius non solum spectator, sed actor & acroama.

Acroasis. At 24. 6, Ipsius literæ sic et φιλοσόφως & συνῶς scriptæ, ut eas uel in acroasi audeam legere.

Acrostichis. de D. 131 b, Tum ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cũ deinceps ex primis uersuũ literis aliquid cõnectitur.

Ac si, ut si, tanquam si. pro eo ac si, quasi, perinde quasi, similiter ac si, iuxta ac si, non secus ac si. pro Mur. 126 d, Tecum agam Serui, non secus ac si meus esses frater. de In. 53 b, Pro eo ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem. de N. 61 b, Similiter facis, ac si me roges cur, etc. Posteq. 208 b, Qui me omnibus officijs iuxtà ac si meus frater esset, sustẽtauit. Attic. 67 b, Quem tracta, non secus ac si ego essem imperator.

Acta, æ. littus secretũ et amœnũ. I. V. 252 b, Vxore ei parũ poterat animo soluto ac libero, toi in acta dies secũ ha-

Acta, orum. & actum, cti. l. Actum. de Or. 114 (bere. d, Consilia primùm, deinde acta, postea euẽtus. Ep. 161 d, Res urbanas actaq; omnia ad te perferri arbitror. I. A. 156 d, An in libellis & chirographis acta Cæsaris firma erunt? I. V. 254 b, Tum istius acta commemorabuntur. I. A. 179 d, Acta Cæsaris, quæ quidem Cæsar egisset. de Pro. 78 b, Acta Cæsaris rata esse uel irrita. pro Do. 229 b, Vt acta tui præclari Tribunatus hominis dignitate honestes. In Catil. 111 d, Vt quæ ratiõe hæc inuestigata sunt, uos qui ignoratis, ex actis scire possitis. At. 84 b, Cogitabam multa eius iniquè acta & constituta tollere. I. A. 181 d, In publicis actis nihil est grauius, in priuatis firmissimum est testamentum.

Actæon, onis. Parad. 123 d.

Actio, onis. actus, factum, usus, πρᾶξις. In Salust. 283 b, Quos ego habui omnium mearum actionũ monitores. de N. 21 b, Epicurus deos spoliat motu et actione diuina. de N. 34 b, Epicurus deos omni procuratione, atq; actione priuat. de N. 36 b, Actiones appetitionibus consentaneæ. At. 143 d, Dispersione enim consulum actio de pace sublata est. Of. 4 b, Ad quod genus adhibẽda est quædam actio, non solum mentis agitatio. de Nat. 11 d, Actio mentis atq; agitatio in deo. Aca. 76 d, Actio uirtutis & usus uirtutis idem. Off. 5 d, Virtutis laus omnis in actione cõsistit. Of. 22 b, Omnino si quicquã est decorum, nihil est profectò magis, quàm æquabilitas uniuersæ uitæ, tum singularum actionũ. At. 226 b, Ego non dimitto istã curam, sed suscipiã omnẽ istam actionẽ. Of. 28 b, In omni actione suscipienda, tria sunt tenenda, &c. Att. 286 d, Si modò contra alienã potentiam, nõ pro sua suscipiet eas actiones. Off. 29 d, Locum aũt actionis opportunitatem temporum esse dicunt. Ep. 68 b, Hæc quasi fabula rerum euentorũq; nostrorũ habet uarios actus, multasq; actiones & consiliorũ & temporũ. At. 151 d, Me et cõgressus Cæsaris stimulat, & primus eius actiones horreo. Epist. 42 b, Qua humanitate tulit cõtentionem meã aduersantem interdũ actionibus suis? Off. 21 d, Pueris non omnẽ licentiã ludendi damus, sed eã quæ ab honestatis actionibus nõ sit aliena. Ep. 130 d, Dare curas et actiones honestas alicui. Offic. 25 b, 26 d, Nec actio illarũ rerum aperta petulantia uacat, nec oratio obscœnitate. Of. 33 b, Actiones suas scriptis mandare. de Diu. 95 d, Eam partem animi, quæ sensum habeat, non esse ab actione corporis seiugatã. de Di. 127 d, Ex eo ingenia, mores, animũ, corpus, actionẽq; uitæ cuiusq; fingi. Of. 4 d, Parare res, quibus actio uitæ cõtinetur. Off. 31 d, Cognitio contemplatioq; naturæ manca quodammodo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.

Actio, unum ex quinq; oratoris officijs, quæ & gestũ motum ue corporis totius, & pronunciationem continet. de Clar. 177 d, Demosthenẽ ferunt ei, qui quæsisset, quid primũ esset in dicendo, actionem: quid secundum, idem, & idem tertium respõdisse. pro Deiot. 144 b, Actio causæ maximè debilitatur loco. Or. 202 d, Demosthenes tribuit & primas, & secundas, & tertias actioni. de Orat. 162 b, Actio in dicendo una dominatur. de Or. 163 b, Est enim actio quasi sermo corporis. Or. 202 d, Est enim actio quasi corporis quædã eloquẽtia, cũ cõstet è uoce atq; motu. de Or. 115 d, Actio uaria, uehemẽs, plena animi, plena spiritus. Or. 204 d, Actio non tragica, nec scenæ, sed modica iactatione corporis, uultu tamen multa conficiens, non hoc quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenuè quo sensu quidq; pronunciant. Ep. 161 d, Mea actio atq; contentio. de Cl. 186 b, Actio Cn. Pompeij habebat & in uoce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem.

Actio, pro oratione, quales sunt actiones in Verrem. At. 235 b, Dolobellæ prima illa actio, & hæc cõtra Antoniũ concio. At. 274 b, Sed tamẽ omnium ordinũ consensus, gratiarũ actio, gratulatioq; me cõmouet. Ep. 154 b, Gratiarum actionẽ à te non desiderabã Ep. 158 d, Nec enim tanta necessitudo, quanta, &c. desiderare uidetur gratiarum actionem. At. 86 d.

Actiones, formulæ agendi in iudicio. Cn. Flauius scriba fastos protulit actionesq; cõposuit. de Ora. 100 b, Actiones à Cn. Flauio primum expositæ. I. A. 171 d, Nullum est de alea lege iudicium.

Actio, ius persequendi quod sibi debetur, seu iudicium ipsum. seu quæstio forensis, & lis. I. V. 122 d, Dare actionem, & dare iudicium alicuius rei cuipiam. I. V. 121 d, Prætor asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. de In. 51 b, Actio alicuius rei. Constituere actionem. de In. 69 b, Constituere iudicium mandati. pro S. R. 36 b, Constituere quæstionem de furto. pro Clu. 56 d, Constituere locum reo. pro Cl. 29 d, & 29 b. I. A. 223 d, Nec constituere iuris actiones malebat, quàm controuersias tollere. pro Qu. R. 49 d, Sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare possit. pro Cec. 291 b, Actio iniuriarum doloré imminutæ libertatis iudicio pœnaq; mitigat. pro Cec. 290 b, Eius rei ius actionemq; quæramus. pro Cec. 191 d, Quæro sit ne aliqua eius rei actio, an nulla. pro Cec. 291 d, Hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meum ius tẽtem. tuam iniuriam persequar. pro Qu. Rosc. 54 d, Cùm de sua parte Roscius transegit, cum Flauio actionem tibi tuam reliquit. pro Quin. R. 50 b, Qui de sua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem. pro Cecin. 291 b, Si qui me exire domo mea coegisset armis, haberem actionem: si qui introire prohibuisset, non haberem. pro Cec. 292 b, Vt uos iudicetis, huius rei interdictum atq; actionem in mẽtem maioribus nostris non uenisse. pro Cecinna 286 b, Quare aut muta actionem, aut, &c. de In. 69 d, Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones. de Na. 74 b, Inde illa actio, ope consilioq; tuo furtum factum esse aio. de Or. 98 b, Alter iniquum putabat plus secum agi, quàm esset in actione. I. V. 57 b, Actio ciuilis & priuatum ius. pro Cec. 295 d, Actio est in autorẽ præsentem his uerbis, quandoquidem te in iure conspicio. pro Mur. 130 b, Gloria militaris uestris formulis atq; actionib. anteponẽda est. pro Mu. 129 d, Tu actionem instituis, ille aciem instruit. pro Mil. 108 b, Actionem perduellionis alicui intendere. de Finib. 145 b, Zeno ut in actionibus perscribi solet, de re eadem fecit alio modo.

Actito, tas. de Clar. 187 d, Põtidius multas priuatas causas actitauit: id est, frequenter egit. (& 114 b.

Actium, oppidum. Epist. 259 b, Actianæ legiones. At. 112 b.

Actor, oris. de Or. 94. Nihil est quod cogat homines, sicut in fõro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti. & 95 b, Gestus penè summorũ actorũ. Qu. Fr. 299 d, Poetæ boni & actores industrij in extremo actu diligẽtissimi esse solent. de Or. 126 b, Neq; actor sum alienæ personæ, sed autor meæ. de Or. 148 d, Vt eum efficeret oratorem uerborum, actoremq; rerum. Orat. 202 b, Inuentor, compositor, actor. pro Sest. 174, Cato dux et autor & actor rerum illarum fuit. pro Sest. 25 d, Ludius non solum spectator, sed actor & acroama.

Actuariolum, li. parua nauis celeris minutum actuariũ. At. 256 d, Hæc ego conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scalmis. Att. lib. x. Quid duro tempore anni actuariolo fore censes? L. Corbita.

Actuarium, rij. nauis genus, celeritate ualens. Attic. 72 d, Actuaria minuta. & 165 b, Quid duro tempore anni

actuaria fore censes?

Actum, i. unde acta, quæ tam publica quàm priuata dicũtur. Sed actũ rara uox inuẽta est, acta crebra. I. A. 156 d, Nihil est, quod tã propriè dici possit actũ eius, quàm lex.

Actum est, rem deploratam significabat. At. 76 d, Si prorogatur, actum est. Epist. 234 b, & 138 d, Actum de te est. At. 194 b, Actum iam de isto est, alia magis quæro.

Actuose. de Or. 152 d, Leniter, remissè, non actuosè agere.

Actuosus, a, um. operosus, qui ab agendo non cessat. de Nat. 23 d, Virtus actuosa est, Deus autẽ uester nihil agẽs. Orat. 208 b, Luminosæ & quasi actuosæ partes duæ.

Actus, a, um. Att. 236 d, Acta illa res est animo uirili, consilio puerili. Ad Heren. 13 b, Serò acto negocio uenire. Epist. 86 b, Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ, quibus, &c. pro Qu. 7 b, Si id uelles, iampridem actum esse poterat. pro R. S. 41 b, Sin autem id actum est, & idcirco arma sumpta sunt, &c. Ep. 24 d, Atq; in primis me tenet fatietas actæ prouinciæ. Attic. 139 d, Sed ama ne agamus, reliqua paremus. At. 153 d, Tu mallem inquies, actũ ne agas. Attic. 274 d, Mihi quidem ætas acta fermè est. pro Qu. R. 47 b, Vita acta. Ep. 57 d, Quid acta tua uita à te postulet, tu uidebis. Tuscul. 201 b, Actum habeo, quod egeris. At. 296 b, Nõ minus bene actum cũ illis puto. Actus, ũs. ipsa est actio, & factum. pro Dom. 225 b, Omnem diu collectam uim improborum, quæ inueterata compresso odio, atq; tacito iam erumpebat in actum, excepi meo corpore. de Le. 162 d, Non solum in rectis, sed etiam in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. In Sal. 272 d, Si de mea uita atq; actibus huic conuiciatori respondero. Actus, est ius agendi uel iumentum, uel uehiculum. pro Cecinna 299 d, Aqueductus, haustus, iter, actus. L. Ratus. Actus, pro Comœdiæ seu Tragœdiæ parte. de Senect. 91 b, Nec histrioni ut placeat peragenda est fabula, modò in quocunq; fuerit actu probetur. Epist. 68 b, Hæc quasi fabula rerum euentorumq; nostrorum habet uarios actus, multasq; actiones & consiliorum & temporum. pro Mar. 135 d, Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus. de Sen. 78 d, Naturam optimum ducem sequimur, à qua non uerisimile est, cum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum tanquam ab inerti poeta esse neglectum. I. V. 112 d, Quis dubitaret cùm uideret, &c. qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset?

Actutũ, statim. I. A. 244 b, Ego mortẽ actutũ futurã puto.

Aculeatus, a, um. habens aculeos. Attic. 234 d, Satis aculeatus ad Dolabellam literas dedi. Acad. 19 d, Quorum sunt contorta quædam & aculeata sophismata.

Aculeus, lei. stimulus. de Finibus 134 b, Vespas aculeis uti uidemus. et 107 b, Pungũt quasi aculeis. Tus. 186 b, Cùm liquescimus fluimusq; mollicia, apis aculeũ ferre nõ possumus. Ac. 24 b, Sed omnes istos aculeos, et totũ tortuosum genus disputandi relinquamus. de Ora. 119 d, Genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum insunt. Orat. 202 b, Oratio philosophica neq; neruos neq; aculeos forenses habet. de Orat. 114 d, Oratio sine sententiarum forensium aculeis. de Cl. 180 d, Aliquis cum aculeo & maledicto facetus pro Cæ. 43 d, Emittere aculeos seueritatis in aliquem. pro Pl. 271 b, In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamẽ mihi nõ ingrati acciderunt. de Cl. 168 d, Cũ delectatione aculeos

Universidad de Deusto
Biblioteca

relinquere in animis eorum, qui audiunt, ut de Pericle scripsit Eupolis. pro Cl. 50 a, Aculeos seueritatis iudicis euellere. pro Fl. 154 b, Qui testis mortuus est aculeo iā dimisso, ac dicto testimonio. pro Syl. 145 a, Noli aculeos orationis meæ, qui recōditi sunt, excussos arbitrari. At. 16 b, Ac domesticarum quidē solicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo. Qu. F. 206 a, Fuerunt nonnulli aculei in Cæsarem, contumeliæ in Gellium.

Acumen, nis. Epistol. 70 b, Qui propter acumen occultissima perspicis. de N. 41 b, Epicurus homo sine acumine ullo, sine lepore. pro Fl. 148 a, Acumen ingeniorū. & Or. 206 b, Argutiæ & acumen Hiperidis. de Orat. 95 b, Acumen dialecticorū, sententiæ philosophorum. de Or. 123 a, Dialectici se compungunt suis acuminibus. & 97 a, Omnia sub acumen styli subeant necesse est. & 106 a, Illudere nimium acumen alicuius. & 132 b, Interpretatio nominis habet acumen. de Di. 124 b, Ex acuminibus quod totū auspicium militare est. In Arat. Tergaq; centauri atq; Nepai portat acumen.

Acuo, is. exacuo, excito, hortor. Tusculan. 250 b, Ne stridorem quidem ferræ audiūt, tum cùm acuitur. Tusc. 165 a, Multa è corpore existūt, quæ acuant mētem, multaq; quæ obtundant. Or. 210. Si quis ad dicendū acuat aut adiuuet in eo iuuentutē, uituperatur. Of. 52 b, Itaq; duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, ocium & solitudo. de Cl. 196 b, Qui linguam acuisse exercitatione dicendi. pro Lig. 138 b, Eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? de Orat. 92 b, Consuetudo exercitatioq; & intelligendi prudentiā acuit, & loquendi celeritatem incitat. ad Heren. 24 a, Imò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam. Epist. 256 a, In excitando & acuendo plurimum ualet, si laudes eum quem cohortere. de Cl. 176 a, Non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest.

Acus, acus. pro Mil. 114 a, Vulnus in latere, quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari.

Acutè. de Som. 129 a, Acutè sonans.) (. grauiter sonans. de Or. 106 a, Colligere multa non modò acutè, sed etiam ridiculè & facetè. de In. 68 a, Sed illæ tenuius, subtiliùs, & acutius tractantur. pro Cæl. 41 a, Si mihi acutè argutèq; respondit. de Am. 96 b, Acutè respondere. de Cl. 169 a, Acutè, argutèq; conijcere de faciendo aliquid.

Acutus, a, um. subtilis, acer perspicax.) (. hebes, pinguis. de Som. 129 a, Summus ille cœli stelliferi cursus, cuius conuersio est concitatior, acuto & excitato mouetur sono, grauissimo autem hic lunaris & infimus. de Or. 107 a, Vocem ab acutissimo sono usq; ad grauissimum sonum recipere. de Orato. 343 a, Sententiæ dicendi acutè sunt, delectandi quasi argutæ, commouendi graues. de Or. 117 b, Acutissimum & subtilissimum dicendi genus. Or. 208 a, Principia acuta sententijs. de Or. 94 a, Motus animi celer & acutus ad excogitandum. contra Rul. 68 b, Tamen si qui acutiores in concione steterūt, suspicantur, &c. de Or. 99 b, Vir ingenio prudentiaq; acutissimus. Of. 59 b, Philosophi quidam minimè mali illi quidem sed non satis acuti. de N. 5 a, Antiochus homo in primis acutus. de Or. 104 a, Acutus homo, & natura & usu callidus. Off. 20 b, Id quod acutum & perspicax natura est. de In. 50 a, Acuta, an hebetior.

Acutulus. de Nat. 63 a, Zenonis que breues & acutulas conclusiones.

Ad, significat in loco, ad locum, personam, & rem, et propter, propè, fere, circiter, apud, idq; cum motu & sine. id quod uarietas exemplorum docebit. At. 226 a, Matri ardentes in filium literas ad me misit. Att. 150 b, Exemplum Epistolæ Balbi ad me, & Cæsaris ad eum. I. C. 112 b, Dare literas alicui ad aliquem. At. 113 a, Is scripsit ad me, ut essem ad urbem. I. V. 74 b, Pompeius concionem ad urbem habuit. I. A. 188 b, Is dixit se usq; ad Cal. Mart. ad urbem exercitum habiturum. Ep. 43 b, Ad urbem odiosum te esse arbitrabar. In Ver. 112 b, Verres ad urbem cùm esset, audiuit, etc. Ep. 192 a, & 191 b, Laddicea quæ est in Syria ad mare. I. V. 230 a, Signum, quod est ad introitum Ponti. Attic. 107 a, Quintius ad Bustum Basilij uulneratus est. de N. 68 a, Saturnum uulgò maximè ad occidentem colunt. I. V. 211 b, Ipse ad mare intra oppidum expectabat. I. V. 205 b, Crux, quæ fixa est ad portum, urbemq; uestram. pro Pl. 262 b, Cum ego ad Fabianum fornicem impellor. I. V. 69 b, Videt ad fornicem Fabianū, in turba Verrem. Attic. 278 b, Bellum ad Mutinā gerebatur. de Di. 91 b, Eudemus prælians ad Syracusas, occidit. pro Mur. 132 a, Pugna naualis ad Tenedum. contra Rul. 73 b, Accedent salictа ad Minturnas. Att. 2 b, Signa, quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. Epist. 244 b, Cùm ad Cybistra quinq; dies essem cōmoratus. Att. 277 a, Ex castris ad inam Cardauiā. Att. 228 a, Ad lacū quod habeo, uenditurus sum. de D. 112 b, Si fatum fuit exercitū populi Rom. ad lacum Thrasimenū interire. pro Cæl. 45 a, Habes hortos ad Tyberim. I. P. 91 a, Togulæ lictoribus ad portā præsto fuerunt. Tusc. 241 a, Ad portas Sagragianas magna est frequētia sepulchrorum. pro Sest. 12 a, I. Cæsar erat ad portas cum imperio. Postq. 211 a, Erat alius ad portas in multos annos. de Orat. 132 b, Neoptolemus ad Troiam nomē inuenit. de D. 136 b, Tu demerso me & equo ad ripā. de Or. 114 a, Cū istos libros ad Misenum studiosius lego. pro Fl. 154 a, Qui producti, tabulas se publicas ad spelunceas perdidisse dixerūt. de Or. 110 b, Conchas & umbilicos ad Caietā & ad Lucrinū legere. At. 231 a, Villa mea ad Lucrinū. Ac. 3 b, Hortēsij uilla, quæ est ad Baulos. At. 222 a, Puteolis se diebat unū diē fore, alterū ad Baias. Ep. 33 b, Ad Iconiū fore me puto circiter Idus Sext. At. 205 b, Mummiū fuisse ad Corinthum pro certo habeo. Epist. 199 a, Quamobrē cōscende nobiscū, & quidē ad puppim. Ep. 43 a, Cùm essem in castris ad fluuium Pyramū. de Or. 141 a, Nunciatū est iuuenes stare ad ianuā duos quosdā, qui, &c. At. 158 a, Quoniā ad mare superum milites essent. At. 127 a, Cùm Cæsar ad oppidū castra haberet. Ep. 241 b, Castraq; ad Cybistra, quod oppidū est ad montē Taurum, locaui. At. 150 a. Ad murū castra posui. pro Cecin. 288 b, 289 a, Ad omnes introitus homines armatos opponit. pro S. R. 25 a, Esse in agro, & ali ad uillā. pro S. R. 21 b, Occiditur ad balneas Palatinas, rediens à cœna Roscius. I. C. 195 b, Hi quos uides uolitare in foro, quos stare ad curiā. de L. 182 a, Ara in eo loco fuit, ad eam lamina inuenta est, & in ea scriptū, etc. At. 283. Facere sacrificium ad aram. I. V. 222 a, Agere uigilias ad ædes sacras. Or. 200 b, & pro S. R. 30 a, Ita postremò ejicitur, ut ne ad saxa quidē conquiescāt. de Or. 194 a, Quē seruū sibi ille habuit ad manū, ad est, scribam suū. de D. 90 a, Cùm

d, Cùm dormiēti ei sol ad pedes uisus esset, ter eū frustra appetiuit. pro Cæl. 53 b, Fama adolescentis paulum hæsit ad metas. de N. 46 a, Hærere ad saxa. pro Cæl. 52 a, Aliquis ad unum disertus. Of. 52 a, Quidā ad medium iannæ sedētes. Of. 68 a, Omnib. uicis statuæ factæ sunt: ad eas thus & cerei de Vn. 200 b, Deus solem quasi lumen accendit, ad secundum supra terram ambitum. pro Mil. 107 a, Partim cū ad rhedam pugnari uiderent, &c. pro R. P. 128 a, Dicere ad subsellia. pro Mil. 108 b, Hæc fica nuper me ad regiam penè confecit. pro Mil. 109 a, Miloreus ad populū accusante P. Clodio. de Ora. 113 a, Exponere mādata ad populū à senatu, aut in senatu ab imperatore. de Cl. 171 b, Cato ad populū summa contentione dixit. pro Cor. 60 a, De Cn. Publicio ad populum latiū ut is ciuis esset. de Or. 149 a, Genus orationis, quo uti ad uulgus nemo possit. At. 282 a, Non enim id propositū est huic epistolæ, Messalā ut laudē, præsertim ad Brutū. pro Qu. R. 46 b, Ad arbitrū petere. & ibi. Ad iudicē causam labefactari. pro Qu. R. 52 b, Alicuius testis ad iudicē fidē infirmare. I. V. 200 b, Thespiades, quæ ad ædem Felicitatis sunt. Itē 156 a, Pecunia utimam ad ædē Opis maneret. At. 88 a, Statua quæ ad Opis per te posita est. i. ad ædem Opis: quod & in similibus intelligitur. Ep. 114 a, Cum senatus habitus esset ad Apollinis, ad X I. cal. Sext. At. 230. Rapinæ ad Opis fiunt. Ep. 134 a, Non solùm ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. I. A. 166 a, Cogitationemq; sobrij hominis ad punctum temporis suscipe. At. 2 b, Nos hic te ad mensem Ianuarium expectamus. de A. 191 a, Bestiæ, quæ ex senatus ita amant ad quoddam tempus, ut, &c. I. A. 154 b, Ad tempus occurrere. At. 206 b, Ad quos dies rediturus sim scribam. At. 191 b, De Bruti aduentu scribe quid expectes. i. quos ad dies. Epist. 53 a, Ad quod tempus te expectē nescio. At. 67 a, Ad quæ tēpora te expectem, facias me certiorem uelim. de Na. 36 a, b, Ad quoddam tempus insistere. pro Syl. 168 b, Illa ad breue tempus seueritatē postulauit. At. 197 a, Te rogo ut explores ad quam diem. I. C. 193 b, Ad breue tempus metu releuari. de Se. 92 b, Sensus moriendi ad exiguum tempus durat. pro S. R. 39 b, Opinor esse in lege, quem ad diem proscriptiones, uēditionesq; fiant. Off. 45 a, Hæc res ad breue tempus duratura est. Att. 157 b, Curio fuit ad me sanè diu. Off. 6 a, Perturbatio animi, quæ plerunq; breuis est & ad tēpus. At. 168 b, Dionysius ad me fuit bene manè. At. 32 a, Quod de Quinti Fr. epistola scribis, ad me quoq; fuit, πρόσθεν λεγων, ὅπισθεν δὲ ἀφαιρων, μέσῃ δὲ χίμαιραν. At. 210 b, Ad tēpus redire. I. V. 70 b, Decē fisci ad senatorem relicti. At. 230 a, Ad Calē. adero. I. A. 164 a, Salutares sententiæ quibus ad hanc diem uiximus. At. 119 a, Patriā non seruandam ad reditū nostrū, sed diripiendam inflammandamq; reliquimus. At. 292 a, Nescio quid interfit, utrū illuc nunc ueniā, an ad decem annos. de Se. 81 a, Si ad centesimū annū uixissem. Att. 106 b, Ab hora octaua ad uesperum, &c. At. 283 a, Decreui ut in fastis ad eum diē Bruti nomē inscriberetur. de Som. 126 b, Vigilare ad multā noctē. At. 37 a, Ad extremum manus dedit. & alibi. Is cū Pompeio ad extremū belli tempus fuit. pro Mil. 114 b, Ad tempus apta simulatio. pro Cæ. 40 b, Ad tempus accommodare se alicui. de D. 93 a, Cum magnā partē noctis uigilasses, ad lucē deniq; arctè

dormitare cœpisti. pro Cæl. 40 a, Versare suam naturā & regere ad tempus. de Cl. 196 b, Quorum ad ætatem laus eloquētiæ perfecta nondum fuit. Off. 50 b, Isq; rem integram ad reditum suū iussit esse. I. C. 114 b, Si Catilina in urbe ad hunc diē remansisset. I. A. 262 a, Ex Calen. Ian. ad hanc horā uigilaui. de Se. 81 b, Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit. At. 206 a, Multus sermo ad multū diē. Ep. 217 a, Ea pars est ad XXX sestertia. I. A. 231 a, Populari agros non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentē pastū mendicitatis suæ. i. propter. Parad. 117 b, Nū illi ullā cogitationē habuisse uidentur, aut auri ad auaritiā, aut amœnitatū ad delectationē, aut supellectilis ad delicias, aut epularum ad uoluptates? Off. 43 a, Id enim ipsi sordidum est ad famam, cō mittere ut, &c. Parad. 125 a, Pecuniam meā contemnis, & rectè: est enim ad uulgi opinionem mediocris, ad tuā nulla, ad meā modica. Para. 125 b, Non modò ad fructū, sed etiam ad fœnus ille sumptus exiguus est. I. A. 197 b, An illa non grauissimis ignominijs, monumentisq; huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? quod M. Antonius, &c. I. A. 365 b, Vt extet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumq; diuinam uirtutē. pro Deiot. 144 b, Quæ mihi sunt ad spem obtinendæ ueritatis grauissima, ad cōtētionem dicendi, ad omnem motum animi leuiora. pro Mi. 117 a, Qui tyrannos necauerunt, propè ad immortalitatem & religionem & memoriam conseruantur. de L. 188 b, Quod nobis fuit egregium & ad immortalitatem memoriæ gloriosum. In Vat. 30 b, Quid optabilius ad immortalitatem gloriæ mihi accidere potuit? de Pro. 70 a, Libidines prætereo, quarum acerbissimum extat indicium, & ad insignē memoriam turpitudinis, & penè ad iustum imperij nostri odium. pro R. P. 125 a, Imago ad memoriam posteritatis prodita. I. A. 222 b, Vita Seruij Sulpitij multis erit præclarisq; monumentis ad omnem memoriam commendata. pro Sest. 8 b, O diem illum mihi ad domesticum mœrorem gloriosum. de Ar. 255 b, Mihi exire domo mea, ad priuatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reip. gloriosum. pro Sest. 5 b, Vestigia integritatis illius non pressa leuiter, ad exigui præscriptionem temporis, sed fixa ad memoriam omnium sempiternam. de Or. 138 a, Multa ante congressum fiunt, quæ non ad uulnus, sed ad speciem uulnere uidentur. pro Cl. 56 b, Qui ad fraudem callidi sunt. Or. 219 b, Quicquid in his rebus fit utiliter ad pugnam, idem ad aspectū etiam est uenustum. Off. 7 b, Vt cæteri sint ad iniuriam tardiores. Qu. Fr. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidē scriptus, sed ad effugiem iusti imperij. I. V. 249 b, Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam tutum ad custodias. pro Qu. 17 a, Plus huius inopia posse ad misericordiam, quàm illius opes ad crudelitatem. pro Sest. 10 a, Siue illa uestis mutatio, ad luctum ipsorum, siue ad deprecandum ualebat. contra Rul. 66 b, Vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ dominationis occasionem interceptus. contra Rul. 66 b, Hoc ego cùm ad animi mei lætitiam duco esse permagnum, tum ad curam solicitudinemq; multo maius. Off. 42 b, Domus P. Mutij commendauit adolescentiam Rutilij ad opinionem innocentiæ & iuris scientiæ. pro Do. 241 a, In hisce ædibus monumentum collocasti ad equitū notam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad dolorem bonorum omnium. pro Do. 239 b, Libertatis signum posuisti magis ad iudibriũ impudentiæ, quàm ad simulationem religionis. pro Dom. 235 b, Monumentum, quod positum est ut esset indicium oppressi Senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis. pro Dom. 234 a, Indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam. pro Do. 235 b, Hoc simulacrum quidam homo nobilis ad ornatum ædilitatis suæ deportauit: & alibi, Quo uase utebatur ad festos dies, & ad hospitum aduentũ. At. 149 a, Σωαγωγὴ consiliorum tuorum non est à me collecta ad querelam, sed magis ad consolationem meam. pro Do. 217 a, M. Cato ratione uitæ mirabili ad laudem, & propè singulari. Off. 38 b. Ad exemplũ amissi imperij portari in triumpho Masiliam uidimus. pro Fla. 147 a, Res uaria & multiplex ad suspiciones & simultates. pro Do. 230 b, Ad laudẽ illustre. Off. 36 b, Magnitudinis est fortunæ in utranq; partẽ uel ad secundas res, uel aduersas. de Se. 82 a, Quam ad suauitatẽ nullis egebat corporis uirtibus. Off. 36 a, Quæ fiũt utiliter ad hominũ utilitã. Of. 28 a, Domus suffragata domino ad cõsulatũ putabatur. pro Syl. 177 a, b. Gladiatores emptos esse ad cædem ac tumultum. pro Fl. 158 b, Pecuniam ad patris honorem collatam abstulit. I. C. 114 b, Erat ei consilium ad facinus. cõtra Rul. 90 a, & unquis uestrũm ad uim, ad facinus, ad cædem accõmodatus est? pro S. R. 43 b, Delectus ad aliquã rẽ faciendã. & ibi. Reseruatus ad aliquã rem. I. C. 102 a, Ad hanc te amentiã natura peperit, uolũtas exercuit, fortuna seruauit. pro Rab. 92 b, Qui crucẽ in cãpo ad ciuiũ suppliciũ defigi iubes. I. C. 102 b, Ad huius uitæ studiũ meditati illi sunt, qui feruntur labores tui. I. C. 117 a, Mihi iã ad uitæ fructũ nihil potest acquiri. pro Sest. 15 a, Liberi mei ad necẽ quærebãtur. I. C. 118 a, Lectus ad quietẽ datus. pro Cæl. 48 a, Quam ad rẽ aurum sumpsisti. I. C. 121 b, Sũma populi Rom. uoluntate id communes fortunas conseruandas. I. C. 12 b. Cæteri uerò ad cõmunẽ salutẽ consentiunt. pro Mur. 130 b, Dicendi exercitatio longè ijsti uestræ exercitationi ad honorẽ ante cellit. pro Mur. 131 a, Sed nũc de studijs ad honorẽ dispositis disputo. pro Mur. 133 b, Hoc quanti putas esse ad famam hominum & uoluntatem? de V. 101 a, Deus cœlum ad uoluntatem rotondauit. pro Mur. 138 b, Finxit tenatura ipsa ad honestatem. de Vn. 201 a, Vt hoc esset illi ad æternitatis imitationem similimum. pro Mu 139 b, Nemo Catone commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. pro Mur. 141 b. L. Nacta in equitũ centurijs uoluit esse, & ad hoc officium necessitudinis & ad reliquum tempus gratiosus. de Fat. 145 b, Ad animorum motus uoluntarios non est requirenda æterna causa. pro Fl. 152 b, Describere pecuniam ad rationem alterius. de L. 173 b, Isq; ne committi posit ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiunto. pro Fõ. 283 a, Impiger ad labores belli fortis ad pericula peritus ad usũ et disciplinã, prudẽs ad cõsilia, felix ad casum fortunáq; pro S. R. 30 a, Hoc mihi maximo argumento ad huius innocentiã poterat esse. Qu. F 295 a, Cũ ad tẽplũ monumentũq; nostrũ ciuitates pecunias decreuissent. et ibi Edicere ne ad ludos pecuniæ decernantur. At. 245 b, Id ego ad illud fanũ sepositũ putabã. Qu. Fr. 293 a, Græci duturna seruitute ad nimiã assentationem eruditi. Br. 289 a, Obdurescunt magis quotidie ad uocẽ tributi. pro

Mil. 103 a, & Or. 212 b, Ad quã lege non docti, sed factinõ instituti, sed imbuti sumus. Of. 57 b, Ad nullã rẽ utilis. Off. 57 b, Ad nullam partem utilis. Att. 228 a, Hoc erit utile ad confirmationem Ciceronis de Ora. 132 b, Etiam ad causam utile est, &c. Att. 237 b, Sed ad hæc omnia una consolatio est, quod, &c. Ora. 200 b, Non enim ad iudiciorum certamen, sed ad aurium uoluptatem scripserat. de Or. 109 b, Ad Græcorum consuetudinem disputare Ora. 201 a, Aristoteles adolescentes non ad morem philosophorum tenuiter disserendi, sed ad copiam Rhetorum in utranq; partem exercuit. de D. 125 b, Ad nostri augurij consuetudinem dixit Ennius, cum tonuit, &c. de Or. 127 a, Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere potuit. pro Ar. 189 a, Marius, qui durior ad hæc studia uidebatur. Off. 24 a, Ad eam rationem maximam uim natura habet. Qu. Fr. 315 b, Habere uim magnam ad gloriam, & ad summam dignitatem. Epist. 41 b, Censui sumptus legatis quàm maximè ad legem Corneliam decernẽdos. de Or. 115 a, Iudex omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus est. At. 122 b, Commendatio alicuius ad omnes. At. 32 a, Quod de Quinti fratris epistola scribis, ad me quoq; fuit ψευδέλεγχος, &c. At. 122 b. Vnum etiam restat tibi ad omne dedecus. de Am. 113 b, Ad uoluntatem loqui omnia, nihil ad ueritatem. pro Quin. 17 b, Ad uoluntatẽ loquia. de Or. 97 b, Exercere se ad uersus alicuius. de Orat. 90 b, Res, quas ad certã causam tempusq; cognouerit. de N. 74 b, Commoliri dolum ad aliquem. At. 110 b, Velim cõsideres quid faciendũ putes, primùm πρὸς τὸ ἀσφαλές, &c. deinde ad opiniones, &c. de N. 43 a, Mundi partes neq; ad usum meliores, neq; ad speciem pulchriores esse potuerunt. pro Cæl. 46 b, Dare aliquid temporis ad ludum ætatis. I. A. 228 a, Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarum? pro Cæl. 51 b, Fuerant ad hanc rem collocati, ut, &c. pro Cor. 68 a, Familiaritas bonorum ad summam laudem omnibus ualet. de Or. 198 a, Ad has tot tantasq; res adhibenda sunt ornamenta, &c. de D. 98 a. Et non si significant, nullas uias dant nobis ad significationis scientiã. de Dom. 101 a, Ad opiniones imperitorum esse fictas religiones. de Dom. 101 a, Ad errorem multitudinis, religionis simulacra fingere. de Fat. 142 a, Neq; hoc scribunt uituperantes, sed potius ad laudem. de Dom. 126 a, Res muenta ad quæstum & ad errorem. de Dom. 122 a, Ita Albana aqua deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad urbem retinendam. de Dom. 123 a, Retinetur autem ad opinionem uulgi reipub. mos. pro Deiot. 150 a, Nullus locus est ad statuam huic præbet ad gloriam. I. A. 251 b, Qui suam amentiam huic præbet ad gloriam. I. A. 203 b, Legibus annalibus grandiorem ætatem ad consulatum constituebant. de Leg. 157 a, Aliquis in loquendo multus & ineptus ad summam impudentiam. de Vni. 202 a, Quod maius est uinculum ad perpetuitatem uestram, quàm, &c. de Am. 111 b, Eorũ est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusq; comitatus. de Pet. 207 b, Vir ad ambitionẽ gratiosus. de L. 176 b, Hi omnes multa ad ueritatem admirabilia dixerunt. de Ar. 251 b, Qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem utitur. pro Mar. 137 a, Vti, uel abuti opera alicuius ad aliquam rem. pro Font. 282 a, Habere uoluntatem ad aliquem opprimendum, et licentiam ad maledicendum, & ani-

& animum ad ementiendum, et ingenium, ad fingendũ. pro Rab. 90 b, Quæ mihi iustissima causa ad hunc defendendum esse uisa est, eadem uobis ad absoluendũ debet uideri. pro Rab. 90 b, Nam me amicitiæ uetustas, ad C. Rabirium dfendendum est adhortata. pro Qu. 13 b, Non ad mendacium obtimendum, sed ad uerum probandum autoritas adiuuat. I. C. 101 a, Ad custodiendum te diligentissimum ad supplicandum sagacissimum, ad uindicandum fortissimũ eum putasti. pro Dom. 222 a, Multa ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sunt. pro Dom. 219 a, Hic tibi autor ad instituendum, socius ad comparandam auditor ad perficiendam rem fuit. At. 241 a, Præsentes ad nocendum uires habere. Anteq. 193 a, Manus ad demonstrandam religantur iniuriam, lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. de Cl. 193 b, Quint. Scæuola nemini se ad docẽdum dabat. de Or. 127 a, Tum omnem orationem traduxi, & cõuerti in increpandam Cepionis fugã, in deplorandũ interitum exercitus. de Or. 92 b, Res, quæ ad dicendum pertinent. & ibi: Antequam ad dicendum ingressi sumus. pro Cec. 296 b, Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum, &c. pro Cor. 55 a, Si minus tibi ad refrendam gratiam satis facere potero, ad prædicandam & habendam certè satis sum facturus. pro Clu. 27 b, Ad respondendum surrexi. & alibi, Ad dicendum surrexi pro Cæl. 42 b, Oratio ad criminandum subtiliter inducta. de Ar. 253 a, Autor egregius ad inflammandos animos. Off. 41 b, Iustos uiros ad imperãdũ deligi solitos. Off. 42 b, Deligere sibi aliquem ad imitandum. pro Sest. 25 a, Rẽ quæris præclaram iuuentuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. Qu. de Pet. 297 b, Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. I. V. 76 b, Proiectas ad audendum. Off. 74 b, L. Manlius paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidit. de D. 82 b, Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos. de Di. 83 b, Quid scammoneæ radix ad purgãdũ posit. de Di. 98 a, Stella salutaris ad ortus puerorũ. At. 41 a, Reliqua tempora non tam ad medicinam, quàm ad finem doloris. de Le. 157 a, Nihil ad Cælium, sed potius ad antiquorũ langorem atq; insciti am. de Som. 129, In quo qui insistunt, nihil ad nostrum genus de Le. 179 b, Quid enim ad Pontificem de iure parietum? pro Cor. 62. Quid id ad ciuitatẽ? de Le. 172 a, Sed siue fuit, siue non fuit, nihil ad rem. Acad. 23 b, Hoc nihil ad me. pro Qu. R. 50 b, Præclarè suum negociũ gessit Roscius, quid ad te? pro Dom. 217 a, Sed quid ad te? ad Att. 195 a, Nihil agri ad ullã rem, loci satis nihil ad eam quã quæro. de Or. 121 a, Sed hoc nihil ad me, &c. illud ad me, ac multo etiã magis ad uos Cotta noster & Sulpiti. pro Sex. Rosc. 42 a, Vt ad libidinem suam liberti fortunas nostras uexare possint. Epist. 248 a, Ad meum sensum & ad illud syncerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius, quàm, &c. de Or. 115 a, Qui mentes iudicũ ad arbitrium suũ mouere possit. de Orat. 97 b, Legere aliquam orationem ad eum finem, quem memoria posis comprehendere. I. C. 97 b, Quem ad finem se effrenata iactabit audacia? pro Cl. 49 b, Cõuertere nunc ad equestrem ordinem atq; in cæteros ordines hæc omnia. pro Clu. 59 b, Ea sibi præter formam, nihil ad similitudinem homines reseruauit. &

alibi, Deus in faciendo homine similitudinem suam secutus est. pro Clu. 23 b, Et ad hanc mortem omnia uenenis indicia in illius mortuæ corpore fuerunt. de L. 180 b, Quid est quod ad ius pontificiũ ciuile appetatis? In Vat. 33 a, Si ad cætera uulnera hanc quoq; plagam reipub. infixisses. pro Pl. 259 b, Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa suscipio, etiam hanc molestiã assumo, quòd, &c. contra Rul. 81 a, Ad hunc numerum quingentos sibi singuli sument. Epi. 217. Ea pars hæreditatis est ad XXX sestertia. At. 9 b, Homines ad quindecim. Qu. Fr. 314 a, Domitius ad numerum iudices non habuit. de Fin. 91 b, Heri ab urbe profectus, ueni ad uesperã. Qu. Fr. 306 a, Sanè frequentes fuimus omnino ad ducentos. At. 195 a, Dubito an excusationem aliquam ad filiũ parem. Att. 110 b, Conuertere nauem ad puppim. Qu. Fr. 320 a, Poema ad Cæsarem quod composueram incidisse, instituerant. Tusc. 192 b, Ad omnia cæcitas mentis. Att. 139 a, Adhæc igitur cogita, uel potius excogita. de Orat. 111 a, Cum ille dubitaret quod ad fratrem promiserat. de Vni. 200 b, Nox igitur & dies ad hunc modum, & ob has generata causas, &c. pro Domo 100 b, Quod omnium mirificè ad uerbum cum re cõuenit. de Or. 132 a, Verbum ad literam immutatum: ut neuius, ignauus. pro S. R. 32. Si quid est, quod ad testes referuet, ibi nos, &c. pro S. R. 37 b, Tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora uideant necesse est. cõtra Rul. 70 a, Ratione assecutus est, ut id quod aliceret populi ad partes daret. de Fat. 140 b, Te proponere aliquid ad quod audiam, uolo. pro Cæl. 39 a, Ad istam omnem orationẽ breuis est defensio. de Di. 87 a, Aliquis ad meridiem spectans. pro Qu. 111 a, Ad negocium suum relicto procuratore proficisci. At. 123 b, Abiicere se ad pedes alicuius. de N. 76 b, Pallium aptum ad omne anni tẽpus. de Leg. 182 b, Ad cantus & ad tibicinem prosequi laudes honoratorum uirorum. Tusc. 171 b, Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiã. I. A. 244 b. Facilis est circumspectus, quid ad dextram, quid ad sinistrã sit. pro R. P. 127 b, Ego me aliquando ad literas uindicabo. Ad aliquem pergere: id est, domum illius petere. de Fin. 147 b.

Adæquo, as. parem facio. pro Arc. 190 b, Noster hic magnus, qui cum uirtute fortunam adæquauit. pro Ar. 191 a, Commemorationem nominis nostri cum omni posteritate esse adæquandam. pro Cor. 68 a, Qui in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adæquatus. Qu. Fr. 311 b, Senatorum urna copiosè absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. de Vn. 202 a, Quæ à me ipso facta sunt, deorũ uitã possint adæquare.

Adamo, mas. de Or. 148 b, Qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat. Acad. 3 a, Eam sententiam quam adamauerunt, pugnacissimè defendũt. Ep. 19 a, Si hoc statueris, quarũ laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs esse elaborandũ. pro Mil. 118 b, Nihil erat cuiusquam, quod ille adamasset. de Or. 149 b, Si illã præclarã et eximiã speciẽ oratoris perfecti et pulchritudinẽ adamasti. I. V. 224 a, Id adamasti quod nũquã uideras. pro Pl. 511 a, Quod florere in generis sui gloria uiderat prætor adamauit. I. V. 126 a, Cũ signa quædã pulcherrima uidissent, adamauit.

Adaugeo, ges. cumulo.)(minuo, extenuo. de In. 69 a, Per quem facti honestas adaugetur. de In. 71 b. & ad Her.

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 b, Hæc signa adaugent suspicionem. pro S.R. 23 b, Tamen alijs nefarijs cumulant atq; adaugent.

Adaugesco, cis. cresco. de D. 83 a, Aut dẽsius stridor, &c. Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu. Poetæ.

Addico, cis. dedo, mancipo, destino, adiudico. pro Cu. 287 b, Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim grãtia Cæsenniæ, partim etiam precio, fundus addicitur Ebutio. pro Sest. 11 a, Quos æris alieni magnitudo Tribuno plebis constrictos addixerat. pro Do. 234 b, Is neminem inuenire potuit, cui sedes meas addiceret. I. P. 98 a, Nonne Fusidium creditorem debitoribus suis addixisti? In Ant. 212 a, Antonius regna addixit pecunia. Bona alicuius nummo sestertio cupiam addici, pro R.P. 130 a. &, Tua bona Posthume nummo sestertio à me addicuntur. I. S. 273 b, Non enim uni priuatim ancillatus sum, neq; me addixi. pro Mil 118 b, Incidebantur domi leges, quæ nos nostris seruis addicerent. I. P. 91 b, Cùm addicebas Tribuno pleb. consulatum tuum. pro Pl. 279 a, Senatus cui me semper addixi. I. A. 201 a, Qui ne sorti quidẽ fortunas nostras destituit, sed libidini cuiusque addixit. Posth. 207 b, Cum hoc coire ausus es, ut reip. statum, ut Senatus autoritatẽ, ut ciuis optimè meriti fortunas proiiciarum fœdere addiceres. Anteq. 195 b, Rei sententijs prius iudicũ cõuinci, quàm supplicio addici debent. pro Mil. 97 a, Eius ipsius domũ euertisti, cuius sanguinẽ addixeras. At. 158 b, Vt scriberem, cui uellem addici. I. P. 87 b, Nam lege Cæsaris omnis tibi Græcia addicta. de Or. 132 b, Quanti addictus? mille nummûm. de L. 189 a, Libertas plebi sic data est, ut multis præclarissimis addiceretur, ut autoritati principũ cederet. I. V. 105 b, Addicitur id opus H S. D L X. millib. I. V. 105 b, Addicitur me dimnis MM. Addicere bona alicui. I. V. 104 a. Off. 61 a, Cum eorum alteri tyrannus diem necis destinasset, & is q morti addictus esset, &c. I. A. 170 b, Nemo id de nẽdita atq; addicta sentẽtia mouere potuit. Parad. 120 b, Ego te non stultum ut sæpe, non improbum ut semper, sed dementem & insanum rebus addicam necessarijs. pro Fl. 156 b, Iste cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Addicere sese alicui cerò. de In. 62 b, Addicet corpus suũ turpissimæ cupiditati. ad Her. 29 a, Addicere uitam suam omni intemperantiæ. Ad Her. 32 b, pro Qu. 17 b, Vt parsimonia nuda cupiditati petulantiæq; addicatur.

Addictio, onis. I. V. 68 b, Addictio & cõdonatio bonorũ.

Addictus, a, um. mancipatus.) (. missus. I. Alligo. pro Mil. 112 a, Milo uitam suam maximis præmijs propositam et penè addictam sciebat. pro Cæl. 54 b, Hunc addictum, deditum, obstrictum tibi habebis. Tus. 176 a, Qui certis quibusdam destinatisq; sententijs quasi addicti & consecrati sunt. At. 144 a, Mihi ista omnia iam addicta ustitati uidentur. de Ar. 250 a, Quod tu Brogitaro addictum pecunia tradidisti. I. A. 233 b, Gladiatorio generi mortis addictus. Att. 102 b, Sed quid est quod cunctis Luceijs sunt addicti? I. V. 124 b, Ob rem iudicandam pecuniam accipere, precio habere addictam fidem et religionem accipere. I. V. 125 a, Habere fidem alteri addictam pecuniam.

Addisco, scis. de Sen. 8 b, Solon dicebat senescere se multa indies addiscentem. & 82 a, Quid quòd etiam addiscunt aliquid? de Fin. 145 a, Vt ea quæ Socrates repudiauerat, addisceret. de Or. 151 a, Atq; uelocius puer addi-

dicerat. de Or. 156 b, Sed ut aliquid addiscerem, &c.

Additamentum, ti. appendicula. pro Sest. 18 a, Ligus iste nescio qui, additamentum inimicorum meorum.

Addo, dis. adiungo, accessionẽ adiungo, affero, asscribo. de Or. 113 a, Paululum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum uocis Antipater. Ep. 4. 7 a, Sed aliquid atque adeò multum addunt atq; afferunt de suo. Addere.)(. demere. Acad. 13 a, & At. 290 a, Vnus annus additus labori tuo. pro R.P. 122 b, Ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet. Epistol. 8 a, Vt plus additum ad memoriam nominis nostri, quàm ademptum de fortuna uideretur. de Fin. 73 a, Id autẽ eiusmodi est, ut additum ad uirtutem, autoritatem uideatur habiturum. Ep. 210 a, Si ad id, quod ipsorum causa uis, addideris cumulum cõmendationis meæ. Postquam, 210 a, Ad hæc ornamenta dignitatis meæ, reliqua uos ijdem addidistis, &c. de D. 137 b, Nũc Prætor intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea uti non solebam. At. 8 a, In illam orationem Metellinam addidi quædam. At. 203 a, Eas literas in eundem fasciculum uelim addas. Off. 14 a, Harum rerũ duarũ splendor omnis & amplitudo est, addo etiam utilitatẽ in posteriore. Att 252 b, Addis mihi scribendi alacritatem. At. 100 b, Hæc opinor sunt in his libris, quos tu laudãdo, animos mihi addidisti. Off. 12 b, Addendo deducendoq; uidere, quæ reliqui summa fiat. de Or. 145 a, Addere, mutare, detrahere.

Addubitatio, onis. Off. 55 b, aliàs Dubitatio.

Addubitatus, a, um. Off. 17 a, Eoq; magis si plus adipiscare re explicata boni, quàm addubitata mali.

Addubito, as. dubito. de Or. 209 b, Vt addubitet, quid potius aut quomodo dicat. Ep. 110 a, Quòd ad me sine prænomine epistolam misisti, primùm addubitaui, num, &c. de. N. 5 a, Profectò eos addubitare coget doctissimorum hominum dissensio. & 49 b, Id de quo Panætium addubitare dicebat.

Adduco, cis. deduco, induco, contendo, contraho.) (. remitto. pro Qu. 4 a, Publicius, qui ex Gallia pueros isti adducebat. At. 125 a, Gentes feras armatas in Italiam adducere. I. V. 179 a, Adductus erat in sermonẽ, inuidiam, uituperationem. Ep. 107 b, Nondum uolunt isti lautiter nata in honorẽ adducere fungos, helluellas. I. V. 55 a, Adductus sum iud. officio, fide, misericordia, &c. de Or. 106 a, Mediocris ne res in controuersiam adducta est? pro Qu. 5 b, Adducere aliquẽ in ius. pro S.R. 32 b, Causa, quæ aliquẽ ad facinus adduxit. Epi. 58 a, Adduci spe alicuius rei uel cupiditate. Ep. 63 a, Adduci uolũtate ad aliquid faciendũ, & induci odio. Posth. 207 b, Non te illius unguentorũ odor in eam cognitionẽ adducebat, ut tibi non liceret, &c. At. 90 a, In eam spem adducimur, &c. de Off. 99 b, Ita contracta res est & adducta in angustum. pro Do. 228 b, Ciuitatem in discrimen adducere. Adducere aliquem in summas angustias. pro Qu. 3 b, Adducere aliquem in discrimẽ capitis. pro Deiot. 144 a, & At. 75 a, Adduci in discrimen. Adducere aliquem in inuidiam falso crimine. Off. 67 b. de Pro. 77 a, Adduci ad suspicandum nullo modo possum, ut C. Iulius. &c. Ep 22 a, Nõ enim adduci possum, ut abs te, &c. de Cla. 170 b, Myronis signa nondum satis ad ueritatẽ adducta. Att. 327 b, Ad interregnum comitia adducta. At. 101 b,

Si ad

Si ad concordiam res adduci potest. de Or. 101 b, Infimi homines mercedula adducti, &c. I. V. 75 b, Cũ accusatio nostra in obliuionem diuturnitatis adducta sit. At. 18 b, Pompeium in eam uoluntatem adduxi, ut faceret, &c. de Cl. 173 b, Audiui ista de maioribus natu, sed nunquam sum adductus ut crederem. de N. 29 a. & Epi. 23 a, Non possum adduci, ut putem, &c. Ep. 33 a, Quòd itinerum meorum ratio te nonnullã in dubitationem uidetur adducere, uisurus ne sis, &c. Qu Fr. 290 a, Cum id commiserim, præsertim ut ille alter annus etiã tertiũ posit adducere. At. 273 a, In eum locum rem adductã intelligit, &c. Epi. 18 a, Vt te in meam sententiã adducã. de D. 170 a, Vt tã uideã, adduci hanc quoq;, quæ te procreauit, esse patriã tuã. de Vn. 196 b, Idq; ex inordinato in ordinem adduxit. ad Heren. 29 a, Adducere animũ auditoris ad indignationẽ. Adducere, pro cõtẽdere, seu cõtrahere. de Am. 104 b. Cõmodissimũ est, quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas uel adducas eũ uelis, uel remittas.

Adductus, a, um. Tus. 187 a, Tormẽta eò grauiores emissiones habent, quò sunt cõtẽta atq; adducta uehemẽtius. de N. 105 b, In agro ambulãti ramulũ adductũ, cũ remissus esset, in oculũ recidisse. I. V. 55 b, Dolebam in eũ locũ me adductum, ut, &c. pro Clu 58 a, Cæteri nouis affinitatibus adducti, ueteres inimicitias deponunt. I. V. 55 b, Adductus sum officio, fide, &c. ut onus hoc laboris suscipiendum putarem. I. V. 191 b, Benignitate adductum concedere aliquid. pro Syl. 182 a, Tamen humanitate adductus eum defendit. de Or. 92 b, Tumq; ego hac opinione adductus, scripsi etiam illud, &c. Att. 16 b, Non odio adductus alicuius, sed spe sanandæ reipublicæ.

Adẽptio, onis. ablatio. pro Dom. 229 a, Adẽptio ciuitatis.

Adeò, adverb. usq; eò, tantum, seu tam, sic ut, adeò ut, magis adeò, quin, imò etiam. Qu. Fr. 202 b, Remp. funditus amisimus, adeò ut Cato adolescens, &c. pro Cl. 53 b, Adeo'ne erat stultus, ut, &c. pro Fl. 156 a, Neminem qui dem adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. pro Se. 21 a, At uerò illi adeò uim facinoris sui pertorruerant, ut cogitarint, &c. pro Rab. 96 b, Adeò ne hospes huius urbis es? Epi. 163 a, Adeò mihi uisus est lepidus, ut, &c. pro Deiot. 149 b, Adeo'ne, ut etiam humanitatis iura uiolentur? de Orat. 110 a, Magis adeò id faciitate, quàm alia ulla culpa mea contigit. Off. 8 b, Adeò summa erat obseruatio in bello mouendo. I. V. 233 a, Id adeò ex ipso S. C. cognoscite. 232 b, Id adeò ex me cognoscite. pro Cec. 301 b, Id adeò, si placet, considerate. pro Cl. 34 a, Id adeò sic cognoscite. Atti. 152 a, Hanc adeò habeo gratiam tibi. Ep. 194 a, Adolescens tuus atq; adeò noster. pro Clu. 34 a, De fòro atq; adeò de ciuitate sublatus est. Epi. 47 b, Aliquid atque adeò multa addunt de suo. I. P. 80 a, Tunc etiam atq; adeò uos geminæ uoragines, &c. Att. 244 a, Quod ad te antea atq; adeò prius scripsi. Ep. 166 a, Adeò longo & infesto itinere ad me ueniri doleo. pro Arch. 188 a, Atq; hoc adeò mihi cõcedendum est magis, quòd, &c. Att. 24 b, Interea cursus quos prima à parte iuuentæ, Quosq; adeò consul uirtute animoq; petisti, Hos retine, &c. Poetæ.

Adeo, adis. aditus est, adire possum, subeo. I. V. 101 a, Cæteri hæredes adeant ad Verrem. Epist. 41 a, Ad me adire quosdam memini, &c. pro Cec. 300 b, Cum adibam ad istum fundum. Ep. 35 a, Cum ad me aditum esset ab ijs

qui, &c. Epist. 39 b, Te adeunt ferè omnes, &c. de Cla. 194 a, Tum primùm nos ad causas adire cœpimus. Acad. 24 a, Tribunum aliquem censeo adeãt. de Fin. 145 a, Pythagoras Persarum magos adijt. pro Fl. 156 b, M. Cratidius, ad quem est aditum, negauit, &c. Qu Fr. 302. Cum prætores diebus aliquot adiri non possent, nec potestatem sui facerent. pro S.R. 36 b, Adire periculum capitis. Off. 17 a, In adeundis periculis, &c. I. V. 234 a, Cum ad prætorem in ius adissemus. I. V. 120 a, Antequàm in ius aditum esset. Att. 226 a, Adire hæreditatem. & pro Qu. R. 54 a, I. A. 168 b, Cum ipse patris hæreditatem non adisses. Cernere hæreditatem pro adire. l. Cerno.

Adeps, pis. axungia, pingue quod intra cutem carnemq; est. I. C. 114 b, Nũ mihi P. Lẽtuli somnus, L. Cassij adeps, C. Cethegi furiosa temeritas pertimescenda est?

Adeptio, onis. de Fin. 73 a, Nos beatam uitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus. Par. 240 a, In uoluntate autẽ utilitas ex adeptione alicuius commodi.

Adeptus, a, um. l. Adipiscor.

Adespotos, autore carens & principe. Ep. 253 b, Rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι id est, incerti.

Adesus, a, um. comesus, consumptus. Tus. 180 a, Cum uerò adesum, inflatu renouatum est iecur, &c. pro Qu. 74, Quis tam profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset?

Adfero, fers. Bru. 90 b, Tristes de Bruto nuncij adferebantur.

Adhamare, arripere, capessere, obligare. Acad. lib. 2. apud Nonium, Qui serius honores adhamauerũt, uix admittuntur ad eos. Legendum uidetur adnituntur, ut in translatione maneat ab hamis sumpta. Quid si etiam, ad amauerunt sine aspiratione legatur? quod mihi non displicet, cum illud nusquam legatur apud alium autorem.

Adhæc, præterea. pro Fla. 162 b, Adhæc prædia in censu dedicauisti.

Adhæreo, res. nitor, infixus sum. I. V. 31 b, Tela in tuis uisceribus adhærebunt. pro Do. 226 a, In me omnia conuitationis nefaria tela adhæserunt. In Arat. Spiniferã subter caudam pistricis adhæsit. Epi. 115 a, Tanquam in quadam silice iam omnia adhæserunt. pro Sest. 6 b, Adhærescere ad columnam. Acad. 3 a, Ad eam tanquam ad saxum adhærescunt.

Adgrauescens. Tus. 207, Siquidem qui tempestiuam medicinam admouens, non adgrauescens uulnus illidat manus. Poetæ.

Adhæresco, scis. At. 57 b, Vtiq; fac ueniæ, si potes in his locis adhærescere. de Cl. 195 a, Hortensius in continuatione uerborũ adhærescẽs. de Or. 107 b, Quæ recta sunt probari, quæ praua sunt, fastidijs adhærescere. Off. 17 b, Omninoq; ita iusticiæ honestatiq; adhærescere, ut, &c. pro D. 125 b, Prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiã seditionis ista funesta fax adhæresceret. de Or. 128 a, Argumentum ratio ipsa cõfirmat, quæ simulatq; emissa est, adhærescit. de Cl. 190 a, Oratio ita liberè fluebat, ut nunquam adhæresceret. I. V. 31 a, Tenes'ne memoria te extremũ adhæsisse id est, extremũ quæstorẽ esse factum.

Adhæsio, onis. de Fin. 52 b. l. Copulatio.

Adhibeo, es. admoueo, pono, adiungo, adijcio, utor, confero, affero. de Or. 125 b, Nisi omnes ij motus, quos orator adhibere uolet iudici, in ipso oratore impressi esse uidebun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidebuntur. pro S.R. 23 b, Non potest uim mihi maiorẽ adhibere metus quàm fides. de Na. 73 b, Melius est ægrotis non adhibere uinũ omnino. de Or. 125 b, Medicus ægro adhibet medicinam. Oct. 329 d, Nulla enim remedia quæ uulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Off. 17 d, Medici grauiorib. morbis periculosas curationes & ancipites adhibere cogũtur. Adhibere uim alicui, pro Cec. 294 d, & de Off. 54 d, Adhibere sæuitiam in aliquem. Off. 37 b, pro Qu. 8 d, Adhibenda uis est ueritati. cõtra Rul. 75 b, Cum sese sociorum sanguine implerint, adhibeant manus uectigalibus uestris. i. diripiant. Tus. 247 b, Persas negat Xenophon ad panẽ adhibere quicquã præter nasturtiũ. Aca. 9 b, & Tus. 222 b, Cum adhibemus ad eos orationẽ huiusmodi, &c. Or. 198 d, Ad has tot tãtasq; res adhibenda sunt etiã ornamẽta, &c. de Cla. 193 d, Is celeriter ad causas adhiberi cœptus est. de Or. 157 d, Pòst adhiberi cœpta est ad ornatũ etiã corporis, ad disciplinas. de N. 39 b, Lucina adhibetur ad partus. Adhibere odores ad deos. de N. 23 b, Adhibere multũ studij ad dicendũ. de Cl. 178 d, pro M. 125 b, Huic ego, iudices, satisfacere cupio, uosq; adhiberi arbitros. de D. 139 b, Nulla adhibita sua autoritate. Adhibere calcaria uel frenos alicui, de Cl. 183 d. At. 19 d, Vt priuatis rebus meis adhibeam quandã cautionẽ. At. 290 d, Tanta adhibebatur à nobis cõtentio, ut rẽ confici posse nõ dubitarem. de N. 2 b, Quid est quod ullos dijs immortalib. cultus, honores, preces adhibeamus. At. 291 d, Ea aũt adhibita doctrina est, quæ uel uicioſissimam naturã excolere posit. Ep. 75, Rationes cõfectæ, me absente, sunt tecum, ad quas ego nihil præter lectionem adhibui. Adhibere iudicium, Ora. 201 d. Att. 193 d, Quos ego uniuersos adhibere liberaliter, optimũ quemq; hospitio amicitiaq; coniungi dico oportere. de Or. 144 d, Vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem afferat. de Or. 122 d, Vt his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod, memoriam, uocem, uires. Adhibere miserationem, de Cl. 172 d, Adhibere nerulos & suauitatem. At. 264 d, Adhibere officium erga aliquem. Ep. 205 d, Adhibere patronum. de Or. 137 d, Adhibere testes & laudatores. de Fin. 78 b, pro Rab. 92 b, Adhibeatisq; in hominis fortunis misericordiã, in reip. salute sapientiam, quã soletis. Off. 63 d, Qui orationis uanitatem adhibuerunt. Adhibere deum testem, &. 60 b, &. 2 d, Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines, &c. Att. 186 b, Quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualescendum adhibe prudentiã. Qu. de. Pet. 297 d, Ad hanc rem adhibeas necesse est omnẽ rationem, & curam, & laborem. I. A. 153 d, Ad deliberationes, quas habebat de rep. principes ciuitatis adhibebat. At. 127 d, Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem. de Cl. 178 d, Plurimum studij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse. Qu. Fr. 327 d, Cæsar uirtutem & grauitatẽ in summo dolore adhibuit. de Cl. 168 b, Sed tum ferè Pericles primus adhibuit doctrinam. & 188 b, Cæsar rationem adhibens, consuetudinem uitiosam emendat. Ep. 21 b, De sacerdotio tuo quantam curam adhibueris, cognosces, &c. pro Arch. 186 b, Quorũ alter res ad scribẽdum maximas, alter cùm res gestas, tum etiam studium atq; aures posset adhibere. Ep. 47 b, Hactenus existimo

nostram consolationem rectè adhibitã esse, quoad, &c. de Cl. 196 d, Tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis. I. A. 231 b, Nec Antonius ullius supplicij adhibendi, si poterit, ullã partem est relicturus. Acad. 19 d, Sed adhibebit modum quendam, quem ultrà progredi non oporteat. Ep. 155 d, Adhibere moderationẽ in aliqua re. Off. 45 b, Modusq; adhibeatur, isq; referatur ad facultates. de Fa. 14. 6 d, Si ue medicum adhibueris, siue non, conualesces, pro Do. 220 b, Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Off. 35 b, Quem nos correctione quadã adhibita, potissimũ secuti sumus. Off. 51 d, Quo circa philosophis & magnitudo animi est adhibenda, & uacuitas ab angoribus. Off. 15 d, Capessentibus rempub. magnificentia & despicientia rerum humanarum adhibenda est. Off. 15 d, In omnibus prius quã aggrediare, adhibẽda est præparatio diligens. Ep. 51 d, In me consolando nõ mediocrem animi dolorẽ adhibuisti. de Sen. 64 d, Vtendum exercitationibus modicis, tantum cibi & potionis adhibendum, ut, &c. Qu. Fr. 327 d, In summo dolore uirtutem & grauitatem adhibeo. Or. 215 b, Numerus iambicus adhibetur in fabulis. Or. 202 d, Flores, quos adhibet orator in causis. Ep. 258 b, Quantũ me diligis, tantũ adhibe in te diligẽtiæ. Ep. 238 b, Diligentiã in aliquã rẽ confero. Att. 273 d, Adhibere curam & diligentiã in ualetudine tuenda. pro Cluen. Facilè hoc, iudices, impetrabo, ut quam ipse adhibere cõsueuit in amicorũ periculis fidẽ & diligentiam, tum uim animi libertatemq; dicendi, in hac mihi cõcedat. Ep. 78 d, Vt non adhibeas in consilium cogitationũ tuarũ desperationẽ. Off. 50 b, Is adhibuit sibi in cõsiliũ quindecim principes. Ep. 21 b, Tecũ loquere, te adhibe in consiliũ. Ep. 53 d, Aˡ cæteris tuis non adhibemur: id est, in consilium. de D. 123 b, Illi autem, qui in auspicium adhibetur, &c. Ep. 79 d, Sed tu illum animum nunc adhibe quæso, quo me tum esse oportere censebas. de Ar. 248 d, Adhibete animos & mentes uestras, non solum aures ad aruspicum uocẽ admouete. Qu. Fr. 294 d, Permagni hominis est, sic se adhibere in tanta potestate, ut, &c. Id est, gerere. de Or. 161 d, Cum se mente ac uoluntate coniecisset in uersum. id est, cum mentem ac uoluntatẽ adhibuisset ad uersum

Adhinnire, translatum. I. P. 94 b, Itaq; admissarius iste, simulatq; audiuit à philosopho uoluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus uoluptarios omnes incitauit: sic ad illius hanc orationem adhinnijt, ut non magistrum uirtutis, sed autorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.

Adhortor, aris. I. A. 193 b, Sic ego uos ad libertatẽ recuperandam adhortabor. I. A. 137 d, Iure possum ego uos ad defensionem meæ salutis adhortari. Ep. 256 d, Multæ erant & reconditæ literæ, uis non erat: ad eam igitur adhortabar. Epist. 7 d, Ego te ad certam laudem adhortor. Off. 8 d, Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. Adhortari aliquem ad aliquid faciendum, pro Rab 90 b.

Adhortatio. de Or. 109 b.

Adhuc, etiam nunc, etiam tum, iam tum, hactenus. I. V. 192 d, Facinus fortassè adhuc in nullo etiam uindicatum. Epi. 186 b, Nihil dum audieramus. At. 109 d, Vnã adhuc à te epistolam acceperam. Epi. 91 d, Ego Cæsari pro

pro te, sicut adhuc feci, libẽtissimè supplicabo. At. 116 d, Quod facilè patior, dum ut adhuc, nihil faciam turpiter. de Di. 109. Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo. ad Her. 3 b, Adhuc quæ dicta sunt. arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. de Amic. Nisi quid adhuc fortè uultis.

Adiaphoron. l. Indifferens.

Adigo, gis. cogo. impello, uoco ad arbitrũ. Off 65 d, Itaq; Calphurnius arbitrum illum adegit, quicquid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona. pro Qu. R. 49 d, Cur non arbitrum pro socio adegeris, Qu. Roscium, quæro. l. Arbiter.

Adijcio, cis. immitto, addo, applico. Off. 23 b, Timotheus ad laudem bellicæ doctrinæ, & ingenij gloriam adieceit. contra Rul. 71 d, Cum ad omnia uestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent. Adijcere oculum alicui rei. I. V. 116 d, Partim planè uidebant adiectum esse oculum hæreditati. de Pet. 205 b, Non ut aliquid ex ijs noui adijcerem. de Leg. 177 d, Qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quò ne impudentiam quidem oculorũ adijci fas fuit. de Le 182 b, Ne ue rogum propius sexaginta pedes adijcito ædes alienas inuito domino.

Ἄδηλον. l. Incertus.

Adimo, mis. aufero, eripio, subtraho, doleo, præcido. At. 12 d, Despõsam homini Syriam ademi. Adimere aliquid alicui. Acad. 9 b, & Epistol. 6 b, Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. At. 31 d, Epistola illa mihi somnum ademit. Epi. 8 d, Vt plus additum ad memoriam nominis nostri, quàm ademptũ de fortuna uideretur. pro Qu. 8 b, Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut alicuius eripuit iniuria. Ep. 120 b, Primùm ut Cæsari aliquid adimat. inde ut Pompeio aliquid tribuat. pro Mur. 143 b, Nolite mihi adimere eum cui, &c. pro Dom. 217 b, Quod idem in posterum de extraordinarijs potestatibus libertatẽ ademisses. de Or. 142 d, Tum ille adimere, inquit, omnem recusationem Crasso uolui. At. 41 d, Nisi mihi dolor meus tum omnes partes mentis, tum huius generis facultatem ademisset. pro Quin. 2 d, Vitandi aduersariorum impetus potestas adempta nobis est. Adimere alicui potestatem faciendi aliquid. I. V. 58 d. & contra Rul. 87 b, Non admi cuiquam glebam de Syllanis agris. Adimere ciuitatem, pro Cecin. 303 b.

Adipalis, le. Ora. 199 d, Opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus. aliàs Adipatæ.

Adipiscor, ris. adeptus sum, nanciscor, consequor, assequor, inuenio, obtineo, colligo. de Sen. 77 b, Senectutem ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. Ep. 51 d, Magnamq; ex ea re te laudem adipisci. aliter apisci. pro Cl. 42 d, Is summos honores à pop. Ro. adeptus est. Off. 13 d, Is insidijs & malitia laudem est adeptus. de L. 168 d, Homo multa instrumenta habet ad obtinendam adipiscẽdamq; sapientiã. de Or. 155 d, Nunc contrà pleriq; ad honores adipiscẽdos nudi ueniũt. Off. 25 d, Sed ijs, qui habent à natura adiumenta rerum gerẽdarum, abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt. pro S.R. 40 b, Non mirum est, quod uis diuina assequi non potuit, si id mens humana adepta non est. de Fin. 156 b, Adipiscẽdarum uirtutum causa. pro Flac. 155 d, Lysanias adeptus est ordinẽ senatoriũ. Qu. Fr. 295 b,

Nos ea, quæ consecuti sumus, his studijs & artibus sumus adepti, quæ, &c.

Aditus, a, um. participium ab ædeo, adis. Off. 13 b, Vix inuenitur, qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Part. 231 d, Aut adita ad nomen.

Aditus, tus. uid. introitus, uestibulum, os. Epi. 244 d, Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria. l. V. 223 b, Aditus enim in id sacrarium nõ est uiris. Qu. F. 294 b, Aditus esse facillimos ad aliquem. At. 230 d, Quæ quidem nostris amicis diuinis uiris aditum ad cœlum dederunt. de Or. 143 d b, Dare aditum alicui ad aliquam rem. Off. 2 d, Vt ad officij inuentionem aditus esset. At. 60 d, Tu uelim Fabium, si quẽ habes aditum, odorere, & istum conuiuam tuum degustes. de Fin. 111 d, Quæ omnino aditum habere nullum potest in urbem, in forum, in curiam. At. 241 b, Aditus ad Antonium difficilior esse dicitur. Et Ep. 90 d, Aditus ad eum difficiltores fuerunt. de Na. 50 d, Elephanti propter magnitudinem corporis difficiles aditus habent ad pastum. de Or. 93 d. Nunc uterq; uestrùm patefecit earum rerum aditũ quas quærimus. pro Fon. 278 d. Magnitudine rei sic occupant animos eorum qui audiunt, ut difficilis aditus ueritati relinquatur. de Cla. 176 d, Ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est. pro Pom. 8 d, Vrbes permultas uno aditu atq; aduentu esse captas. pro Pom. 7 b, Patefactum nostris legionibus esse Pontũ, qui ante populo Ro. ex omni aditu clausus esset. pro S.R. 36 b, Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. pro Cec. 292 b, Non solùm introitu, sed omnino aditu prohiberi. At. 32 b, Comparare sibi aditum ad res pestiferas. contra Rul 73 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligetis. pro Cl. 42 d, Hominibus ignominia notatis, neq; ad honorem aditus, neq; in curiam reditus est. pro Syl. 167 b, Quæro à te, cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi intercluſus esse debuerit? Antequam. 193 b, Cum aditus custodi patriæ præcluſus sit. pro Mur. 127 b, Vt aditus ad consulatum posthac omnibus pateret. Off 59 d, Sed est alius quoq; aditus ad multitudinẽ. pro Dom. 235 d, Cum in templum Castoris aditus esset apertus nemini. pro Dom. 237 b, Date de hac religione aditum põtifices, tam reperietis, etc. Or. 201 b, Vestibula nimirũ & aditus ad causam faciet illustres pro Cecin. 291 b, Non modò limine, tectoq; ædium suarum, sed primo aditu uestibuloq; prohibere aliquẽ I. V. 141 b, In primo aditu uestibuloq; templi. I. V. 241 b, In ipso aditu atq; ore portus. de Or. 102 d, Ab hoc aditu ianuaq; patefacta. I. V 227 b, Aditus & terra & mari ad urbem. de L. 174 b, Deus uult omnibus patêre ad se placandum & colendum uiam. I. A. 157 b, Forum sepietur, claudentur aditus, armati in præsidijs, multis in locis collocabuntur.

Adiudico, as. aliquid alicui per iudiciũ attribuo. At. 54 b, Nemo enim dubitat, quin domus esset nobis adiudicata. I. A. 226 b, Si resp. iudicaret, Antonio ne an Bruto legiones adiudicaret? Off. 7 b, In medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. At. 18 b Pompeius sæpe multisq; uerbis suis mihi salutẽ imperij adiudicauit. de Or. 120 d, Iudex, qui nobis causam adiudicaturus est. I. V. 63 b, Adiudicare aliquem in seruitutem alicui. con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra Rul.74 b, Adiudicare aliquid alicui.)(. Abiudicare aliquid ab aliquo. l. abiudico.

Adiumentum, ti. subsidium, præsidium. de Or. 88 a, Plura detrimenta publicis rebus quàm adiumenta per homines eloquentißimos importata. Att. 275 a, Bruti eruptio non solum ipsi salutaris fuit, sed etiam magno ad uictoriam adiumento. pro Quin. 1. a, Hoc mihi in causis consueuit esse adiumento. de Fin. 139 a, b, Vt nihil, aut non multum adiumento ullo ad suam confirmationem indigeret. de Orat. 118 a, Qui locus est talis, ut plus habeat adiumenti quàm incommodi, hunc iudico esse dicendum. Off. 15 a, Qui habent à natura adiumenta rerũ gerendarum. Off. 1 a, Quam quidem ad rem magnum attulimus adiumentum hominibus nostris. pro Pom. 17 b, Præsidia periculis, & adiumenta honoribus quærẽda sunt. ad Her. 7 b, Num quem habuerit, de conscijs, de ad iutoribus, de adiumentis.

Adiunctio, onis. propensio. Qu. de Pet. 208 a, Tribus rebus homines maximè ad beneuolentiam ducuntur, beneficio, spe, adiunctione animi uel uoluntate. Exceptio. de In. 83 b, Sunt quædam cum adiunctione necessitudines, quædam simplices & absolutæ. & ibidem, Illic in superiora adiunctio est hæc, nisi nolint fame perire. Coniunctio, societas. At. 180 b, Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem adiunctio.

Adiunctio item, exornatio quædam uerborum est. ad Her. 32 b, Adiunctio est, cum uerbum, quo res comprehenditur, non interponimus sed aut primum, aut postremum collocamus, &c. de Or. 362 a.

Adiunctor, oris. qui adiungit aliquid. Att. 120 a, Ille Galliæ ulterioris adiunctor.

Adiunctum, ti. attributum, consequens, comes. de L. 181 a, Hostia autem maxima parentare, pietatis adiunctum putabat.

Adiuncta, locus dialecticus. Top. 222 a, & 224 b, & 225 a, Consequentium locus ab adiunctis longè diuersus est. Nam adiuncta non semper eueniunt, consequentia autem semper. de In. 66 b, Deinde uidendum est, quid adiunctum sit negocio, hoc est, quid maius, quid minus, quid æquè magnum sit, quid simile, ex quibus coniectura quædam ducitur.

Adiunctus, a, um. continens, propinquus. pro Pom. 13 a, Fuit quibusdam summis uiris quædam diuinitus adiuncta fortuna. pro Cec. 287 a, Huic fundo continentia quædam prædia & adiuncta mercatur. pro Clu. 23 b, Quæ propiora huic causæ & adiunctiora sunt.

Adiungo, gis. adnecto, applico, aggrego, adhibeo, adscribo, accedo, complector, attexo. Ep. 63 b, Si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, Respub. nos inter nos conciliatura coniunctura q; est. Ep. Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungẽdum putasti. Ep. 12 a, Ad eorum causam me adiungerem. pro Pom. 13 b, Cum ad cæteras summas utilitates, huc quoq; opportunitas adiungeretur. pro Mur. 234 a, Beneuolentiam adiungit lenitate audiendi: id est, acquirit. Qu. de Pet. 205 b, Adiungere sibi aliquem, id est, conciliare. de Na. 53 a, Aspera arteria ostium habet adiunctum linguæ radicibus. Att. 208 a, Scito te ei dialogo adiunctum esse. de Or. 105 b, Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxisti. de D. 132 a, Au-

toritatem nullam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere. de Cl. 174 a, Eiq; proximè adiunctus Drusus fuit. Or. 214 b, Isocrates uerbis solutis numerosq; primus adiunxit. de Fin. 73 b, Qui ad uirtutem adiungunt uoluptatem. de Or. 178 a, Præsertim cum adiungatur ad Africam etiam Hispania. pro Ar. 190 a, Magnus honos rebus populi Ro. adiungitur. Epist. 13 a, Cum etiam Cæsar ad autoritatem eius ordinis adiungeretur. de Vn. 202 b, Et singulos adiunxit ad singula. At. 144 b, Quare eius fugæ comitem me adiungerem. de In. 58 a, Eius artificij cognitio huiusmodi est, ut non ad huius artis partem aliquam adiungi possit. At. 9 a, Hic dies uala de me Crasso adiunxit. de Am. 105 b, Cum autem contrahat uirtus amicitiam (ut suprà dixi) si qua significatio uirtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat: id cum contigit, amor ibi exoriatur necesse est. de Cl. 188 a, Itaq; ad hanc elegantiam uerborum adiungit illa oratoria ornamenta. pro S. R. 32 b, Crimen & suspicionem potius ad prædam adiungerent, quàm ad egestatem. pro Cl. 38 b, Vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiam. Qu. Fr. 397 a, Ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. Off. 331 a, Adiungere prouincias ad imperium. pro Pomp. 19 b, Qui undequinquagesimo die totam ad imperium populi Ro. Ciliciam adiunxit. pro S. R. 37 b, Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Epist. 75 a, Tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxisti. contra Rul. 63 a, Hi uecligalia, quæ Cn. Pompeius adiunxit, uendere cogitant. pro Quin. 2 b, Adiungere sibi aliquem socium. de Fin. 92 b, Non equidem recuso, sed te adiungo socium. Att. 129 b, Alter consulum in Siciliam proficisceretur, Domitius eôdem cum suis cohortibus adiungeretur. pro Pom. 13 a, Fuit enim profectò quibusdã summis uiris quædam ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. Qu. de Pet. 208 a, Quoscunq; uelis adiungere ad amicitiam. pro Mur. 134 a, Prætor offensionem uitat æqualitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. Off. 28 a, Hanc Scaurus demolitus accessionem ædibus adiunxit. de Or. 112 b, Nam illud tertium, quod Aristoteles adiunxit, minus est necessarium. pro Cor. 62 c, Adiũctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus. Epistol. 194 b, Tu sicut mihi pollicitus es, adiunges me quamprimùm ad tuos sermones. pro Cl. 18 b, In altera, diligentia uestra nobis adiungẽda est. Parad. 124 a, Quid enim adiungit nisi nobis uniuersis?

Adiuro, as. iuro. Qu. Fra. 310 b, Adiurat Procilius hoc ne mini accidisse. I. A. 162 b, Adiur. aq; id te me inuito non esse facturum. Att. 35 a, Pompeius affirmat non esse periculum, adiurat. Epistol. 138 b, At ille adiuratus nusquam se unquam libentius. Qu. Fr. 326 a, Qui omnia adiurãt debere tibi, ualde renunciant.

Adiuro, pro adiuuero. de Sen. 77 a, O Tite, si quid ego adiuro, curam ue leuasso, &c. Ennij.

Adiutor, oris. administer. At. 145 b, Huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor. pro Sest. 11 b, Autor in consilijs capiendis, adiutor in rebus agendis. pro Flac. 146 a, Sperabam iudices honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quàm miserarum deprecatorem. de N. 5 b, Quanquam non mihi, sed tibi hic uenit

uenit adiutor. Et ibidem, Nolo existimes me adiutorem huic uenisse. Off. 75 b, Epicurus eiusdem adiutor autorq; sententiæ. Att. 120 a, Ille absentis in omnibus adiutor. contra Rul. 63 b, Vt autor eius legis atque adiutor essem. pro Flac. 146 a, L. Flaccus socius atque adiutor consiliorum, periculorumq; meorum. Postq. 199 a, Adiutores, autores, hortatores ad me restituendum multi fuerunt. pro Dom. 219 a, Adiutor ad agendum aliquid. Off. 44 a, Eò plures ad benignè faciendum adiutores habebunt. pro S. R. 19 b, Vt ad hanc prædam tam nefariam adiutores uos profiteamini. Epistol. 246 b, Huic meæ uoluntati ut faueas, adiutorq; sis, uehementer te rogo. Tusc. 154 a, Adiutor in prælio. de Orat. 107 a, Oratori pragmaticum adiutorem dare. Et alibi, Præbere se adiutorem scelerum alicuius. de Am. 104 a, His adiutor contra patriam inuentus est nemo.

Adiutrix, cis. de N. 63 b, Qua in re adiutricem coniugem cepit sibi. pro Dom. 242 b, Tuq; Minerua, quæ semper adiutrix cõsiliorum meorum extitisti. I. V. 203 b, Messa na tuorum adiutrix scelerum. pro Plan. 259 a, Quæ res C. Plancio in petitione fuit adiutrix. Off. 59 b, Eaq; adiutrice regem interemit. Top. 229 a, Danda est igitur opera, ut legem adiutricem adhibeamus.

Adiuuo, as. adiumento sum, adiumentum affero, suffragor, subleuo, auxilior, opitulor, præsidium affero. præsidio sum, adiutor sum alicui contra aliquem. Orat. 198 a, Palæstra multum adiuuat histrionem. Epistol. 21 a, Non mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipuè sum ab illo adiutus, quàm, &c. de N. 53 a, Quæ confectio etiam à lingua adiuuari uidetur. de Orat. 95 a, Aliquem in dicendo non multum à magistro adiuuari. de Orat. 125 b, Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adiuuante natura. At. 99 b, Et in eo ego te adiuuabo. de Ora. 126 b, Cum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multum lachrymis suis adiuuaret. Epist. 7 b, Vt auxilijs eum tuis & copijs adiuuares. Epistol. 152 b, Si nos mediocris modò fortuna Reip. adiuuerit. Ep. 149 b, Subueni patriæ, opitulare collegæ, omnium gentium consensum adiuta. Off. 15 b, Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit, & ille adiuuit Themistoclem. At. 201 a, Ferendus tibi in hoc meus dolor. ferendus? imò uerò adiuuandus. Off. 44 b, Adiuuare aliquem in collocatione filiarum. Att. 111 b, Me Pompeius Capuam uenire noluit, & adiuuare delectum. pro Qu. 13 b, Non ad mendacium obtinendum, sed ad uerum probandum autoritas adiuuat. Epi. 10 b, Neq; de monimentis meis ab ijs es adiutus, à quibus debuisti. pro Ar. 188 b, Literæ adiuuant ad percipiendam colendamq; uirtutem. Alter ab altero adiutus.) (. Impeditus. Bru. 162 a.

Adlaboro, as. ualde laboro, elaboro. de Cl. 181 a, An tu, inquit, adlaborasse huc modo Bruto probaturus es?

Admetior, ris. metior. I. V. 163 b, Frumentum, quod illi ex area, si uellet, admetiri licebat.

Adminiculor, aris. fulcio, adiuuo. de F. 134 a, Quæ sit scientia, atq; ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

Adminiculum, li. auxilium. de N. 50 a, Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. de Se. 88 a, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio & reli-

gatio & propagatio uitium. Off. 58 b, Hanc igitur partẽ relictã explebimus nullis adminiculis, sed ut dicitur, Marte nostro. de Am. 112 b, Natura solitariũ nihil amat, semperq; ad aliquid tanquam adminiculum adnititur.

Administer, stri. minister. I. V. 122 b, Timarchides omnium rerum transactor & administer. I. V. 135 b, Timarchides erat administer cupiditatum Verris. pro S. R. 31 a, Vnus puer uiclus quotidiani administer relictus non est. pro Qu. 14 b, Administri & satellites Sex. Næuij. pro Pom. 11 a, Multæ sunt artes eximiæ huius administræ, comitesq; uirtutis. de Le. 192 b, Augurẽ Ioui Optimo Max. consiliarium & administrum esse datum.

Administratio, onis. curatio, procuratio, gubernatio. de N. 1 a, An dij ab omni curatione & administratione rerum uacent. Ep. 10 b, In omni actione atq; administratione Reip. floruissemus. Off. 35 a, Ea ipsa, quæ inanima ta diximus, pleraq; sunt hominum effecta operis, quæ nec haberemus nisi manus & ars accessisset, nec his sine hominum administratione uteremur. neq; enim ualetudinis curatio, neq; agricultura, neque frugum fructuumq; reliquorum perceptio et conseruatio sine opera hominum ulla esse potuisset.

Administrator, oris. curator, procurator. de Or. 102 b, Imperator est administrator belli gerendi. Tus. 249 a, Itaq; nec pulchros illos administratores aspiciebat: id est, ministros.

Administro, as. gero, procuro, guberno, obeo. I. V. 261 a, A nobis omnia populo Ro. semper & belli adiumenta & pacis ornamenta administrata sunt. I. A. 200 b, Rem administrandam arbitror sine ulla mora, & confestim gerendam censeo. Ep. 239 b, Quod opus erit prouideas atq; administres. Off. 18 a, Sine seueritate administrari ciuitas non potest. Qu. Fr. 293 b, Ac mihi quidem uidetur non sanè magna uarietas esse negociorum in administranda Asia. de Fin. 71 b, Optimè uerò Epicurus, quòd exiguam dicit fortunã interuenire sapienti, maximasq; ab eo & grauissimas res consilio ipsius & ratione administrari. de N. 1 b, Deorum mẽte ac ratione mundum administrari ac regi. Epist. 208 b, Operamq; des ut per tẽ quàm commodissimè negociũ municipij administretur, quàm primumq; conficiatur. de In. 50 b, Locus consideratur in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam uideatur habuisse ad negocium administrandum. Administrare rem familiarem. de In. 50 b, Administrare leges ac iudicia. I. V. 65 b, Administrare bellum. de Or. 102 b.

Admirabilis, le. habens admirationem. de Ora. 85 b, Vir admirabilis in dicendo, atq; in omnibus artibus. de D. 120 b, Res noua & admirabilis. de Fat. 147 b, O admirabilem licentiam. pro Mur. 129 a, Ars militaris admirabilem dignitatem habet. Epistol. 6 b, Sapientia tua non iucunda solum, sed admirabilis etiam uisa est. Orat. 200 a, Admirabilis fama uirtutum incredibilium alicuius. At. 147 b, Pro tua admirabili ac singulari sapientia. de N. 12 a, & 45 b, & 64 a, Deum uersari circum axem cœli admirabili celeritate. Admirabile genus causæ. de In. 46 b. de D. 101 a, Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio.

Admirabilitas, tis. admiratio. de N. 44 a, Quanta sit admirabilitas cœlestium rerum. Off. 40 b, Hæc animi dessicientia admirabilitatem magnam facit. de N. 46 a,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In quo cum admirabilitate maximæ igneæ formæ cursus ordinatos definiunt.

Admirabiliter. At. 75 b, Nos Asia accepit admirabiliter. de Op. 244 a, Isocratem Plato admirabiliter laudari in Phædro fecit à Socrate. Tusc. 216 a, Quod idē cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisq; magnificè dicere uidentur. de Nat. 52 b, Mundum consilio admirabiliter administrari.

Admiratio, nis. miratio, admirabilitas. de N. 50 b, Est etiam admiratio nonnulla in bestijs aquatilibus. de Ora. 132 a, Hoc admirationē magis, quàm risum mouet. I. A. 224 b, Hoc mihi maximam admirationem mouet. pro Deio. 150 a, Homines admiratione obstupefacti. Off. 43 a, Magna est admiratio, copiosè sapienterq; dicentis. Ep. 68 a, Varij casus habent admirationem. de Orat. 97 a, Hæc sunt quæ clamores, & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. de Cl. 192 a, Crebræ assensiones, multæ admirationes. Orat. 197 b, Hæc ingressio mea reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habitura est. Off. 40 a, b, Admiratione uerò quadam afficiuntur ij, qui anteire cæteros uirtute putantur. Ep. 95 a, Quæ popularem admirationem habuerunt. Or. 216 a, Traducere eos qui audiunt, in magnam admirationem.

Admiror, aris. suspicio, admiratione afficior. Epist. 8. a, Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperq; amaui. de Op. 244 a, Thucydidis quidam eloquētiam admirantur. de Or. 92 b, Quibus dicere Carneades solebat, ingenium tuum Crasse uehementer admirans. de Or. 103 b, Quorum magnitudinem cognitionis atq; artis, non modò non contemno. sed etiam admiror. Ac. 101 a, Nam de illo altero minus sum admiratus. I. C. 98 b, Quid tu admirere de multitudine indocta? Attic. 148 a, De Dionysio sum admiratus. de Or. 89 a, In hoc maximè admiror Platonē, quod, &c. Admirari ingenium alicuius ἐφωνικῶς. de Or. 106 a, Admirari res gestas alicuius. de Cl. 195 b, At. 97 a, Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. de Or. 120 a, Ego in uobis hoc maximè admirari soleo, quod, &c. de Cla. 186 a, Admirando irridere. Off. 13 b, Nihil hominem admirari, aut optare oportet, nisi quod sit honestum. de Or. 152 a, Aspicere, admirari, stupescere. de Fin. 40 b, In quibus hoc primum est, in quo admirer, cur, &c. de Sen. 88 b, Cuius quidem uillam ego contemplans, admirari satis nō possum. de Nat. 50 b, In quo admirandum est, congressu'ne aliquo inter se, &c. de D. 139 a, Aeternam naturam esse suspiciendā, admirandā, mq; hominum generi. de Di 109 b, Nec adulatus, nec admiratus fortunam sum hominis. At 169 b, De diplomate admiraris, quasi, &c. Att. 97 a, Admiratus sum, quòd nihilominus ad me tua manu scripsisses. de N. 3 a, Partim admirantur, unde hoc philosophandi nobis subitò studiū extiterit. I. C. 98 b, Verum id, quod multo magis est admirandū. Off. 40 a, Admiratur igitur cōmuniter illi quidē omnia, quæ, etc. Tusc. 156 a, Plato, quē tu quanti facias. scio, et quē ex ore tuo admiror.

Admisceo. sces. miscēo. Tusc. 180 b, Admiscere uersus orationi. de Orat. 127 a, Tunc admiscere huic generi orationis illud alterum cœpi. de N. 31 a, Atq; aquæ etiam admistus est calor. & ibid. Aquam admisto calore liquefactam diffundi. Att. 99 a, Sed hoc tamen quicquid est Precianum, cum his rationibus quas ille meas tractat, admi

sceri uolo. Quin. Fr. 318 b, Trebatium meum, quod istò admisceas, nihil est. de Na. 31 a, Aer multo calore admistus est. de Vn. 196 a, Deus bonis omnibus mundum expleuit, mali nihil admiscuit. Ac. 40 b, In illis ueteribus nostris scriptis multa admista sunt ex intima philosophia. I. A. 242 b, Ego ad id consilium admiscear? in hac legatione sim?

Admissarius, rij. equus qui ad prolem seruatur: translatum uerò pro libidinoso capitur. I. P. 94 b, Itaq; admissarius iste, simul atque audiuit, &c. nihil expiscatus est, &c. l. Adbinnire.

Admissus, a, um. incitatus. de Fin. 77 b, Et equo admisso, in mediam aciem Latinorum irruebat. & alibi, Qui autem uolunt &c. difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coerceri, reprimiq; non potest.

Admistio, nis. concretio. de Sen. 93. Cum animus omni admistione corporis liberatus, purus, & integer esse cœpit.

Admistus, a, um. concretum. de Se. 93 b, Animus non habet in se quicquam admistum, dispar sui atq; dissimile. Tusc. 163 a, Quoniam nihil sit animis admistum, nihil concretum, &c.

Admitto, tis. recipio, intromitto, suscipio, committo, perficio, alligo, edo, adhibeo. I. A. 219 b, Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere & reducere, hominis nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantis. Off. 28 a, Domus in qua & hospites multi recipiendi, & admittenda hominum multitudo cuiusq; generis. Sal. in Cic. 271 b, Quem Iupiter in concilio deorum admisit. I. A. 169 a, Cum tu tamen nocte socia per tegulas admittere. Att. 222 a, Cæsar tertijs Saturnalibus ad Philippum, nec quenquam admisit. pro Cl. 41 b, Si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt. I. V. 62 b, Si tē semel ad meas capsas admisero. pro Mar. 132 a, Nec ad consilium casus admittitur. Qu. F. 296 a, Facilem se in hominibus audiendis, admittendisq; præbere. Committere. At. 145 a, Tamen spes quædam me obtentabat, fore, ut aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret. Admittere et committere maleficium, pro S. R. 28 b.

Admittere de decus. I. V. 75 a. & At. 138 b. pro Ra. 97 a, Rabirius fraudem capitalem admisit, quòd, &c. de In. 68 a, Qui illa in re peccauit, hoc quoq; admisit. Admittere tetrum facinus. Off. 71 a. pro Cl. 44 a, Si à multis esset flagitiū rei militaris admissum. pro Cl. 53 a, Quid unquam Habitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere uideretur. de Leg. 172 b, Deos, qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, intueri. ad Her. 12 b, Aduersarij hoc in se facinus admiserunt. I. A. 169 b, Tu autem ea in te admisisti, quæ à uerecundo inimico audire non posses. pro Mil. 121 b, Quod nam concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi? cum, etc. Ep. 49 b, Si quid à me prætermissum fuerit commissum facinus, & admissum dedecus confitebor. de L. 176 b, Publicus sacerdos, audaciam in admittendis religionibus fœdus damnet.

Admodum, ualde, per. I. V. 217 a, Erat admodum amplum & excelsum signum cum stola. de N. 73 b, Res ad modum paucis salutaris. de Fin. 137 a, Theophrasti de beata

beata uita liber, in quo multum admodum fortunæ datur. Alibi, Me superiores literæ tuæ admodum delectarunt. Ep. 57 b, Qui me admodum diligunt. de N. 53 b, A corde in totum corpus distribuitur per uenas admodum multas. de Cl. 183 b, Curio literarum admodum nihil sciebat. ad Her. 27 b, Elocutio perfecta, quæ maximè admodum oratori accommodata est. de Am. 98 b, Quamobrem utriq; nostrūm gratum admodum feceris. l. Adolescens.

Admoneo, es. commoneo, moneo, ad memoriā alicuius rei aliquem excito. Top. 221 a, & Ep. 55 a, Putaui ea de re te esse admonendum. & 86 b, Item Ep. 102 a, Vt ego quoq; te aliquid de uestris cautionibus admoneam. At. 68 a, Nūc uenio ad transuersum illum uersiculū, in quo me admones de sorore. de Ar. 254. Discordiæ nostræ, de quibus ipsis his prodigijs recētibus à dijs immortalibus admonemur. Epist. 128 a, Caninius noster me tuis uerbis admonuit, ut scr. berem. At. 98 b, At uellem à principio te audisse amicissimè admonentem. At. 217 a, Quod me amicissimè admones, ut, etc. gratū est. At. 143 a, Illud me præclarè admones, ut cum illum uidero, &c. Quin. Fr. 297 b, Sed te illud admoneo, ut, &c. Att. 127 a, A multis admoniti sumus, ut caueremus, &c. pro Do. 238 b, Neq; erat causa cur prohibendō nō tam deterrere uideretur, quàm admonere. de Di. 136 a, Multi nullo somnio ad thesaurum inueniendum admonētur. de N. 59 b, Multa extis admonemur. Ep. 17 a, Ea tantæ mihi curæ sunt, ut me nolim admoneri. de N. 50 b, Tū admonita à squilla pinna morsu cōprimit conchas. Epi. 8 b, Scribo tamen, ut te admoneam; quod ipse literis omnibus à pueritia deditus cognoui, ut dicas, &c. Att. 5 b, Etenim ibi sedēs hæc ad te scripsi, ut me locus ipse admoneret. de Fin. 79 a, Et eā tantum ad aurem admonerent, ut cauere ne, &c. de N. 3 a, Qui admonent, amicè docendi sunt. de N. 11 a, Ac de forma partim natura nos admonet, partim ratio docet. Top. 221 a, Vt ueni Veliam, admonitus huius æris alieni, nolui deesse ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.

Admonitio, onis. monitum, præceptū. de Or. 139 b, Admonitio quasi lenior obiurgatio. de Or. 135 a, Admonitio in consilio dando familiaris. Off. 29 b, Quæ facilè apparent, nec magnopere admonitionem & præcepta desiderant. de Fi. 124 b, Tanta uis admonitionis est in locis, ut nō sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. Epi. 2 a, Sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. Ep. 145 b, Quare si aut aliter sentirem, certè admonitio tua me reprimere: aut si dubitarem, hortatio impellere posset, ut, &c.

Admonitor, oris. Top. 221 a, Vt mea diligentia mandatorum tuorum te quoq; & si admonitore non eges, ad memoriā nostrarum rerū excitarem. Ep. lib. 9. Misi aūt ad te quatuor admonitores non nimis uerecundos.

Admonitum, ti. admonitio de Ora. 114 a, Præcepta, admonita tractanda sunt omnia disertissimè. de Or. 124 b, Sed ut usus nostri quædam admonita tradamus.

Admonitus, tus. admonitio. I. C. 112 a, Atque interea admonitu Allobrogum misi qui, &c. At. 208. Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronē. At. 145 b, Quem φιλόπατριν καὶ πολιτικὸν homini prudentis & amici, tali admonitu, non moueret autoritas. de Ar. 257 a, Sed tamē huic malo pop. Rom. ipse

nullo Aruspicū admonitu sua sponte prosperexit. Epist. 151 a, Recitatis literis oblata religio cornuto est, pullarioru admonitu, nō satis diligenter eū auspicijs operā dedisse.

Admotio, onis. applicatio. de N. 56 b, Manus apta ad neruorum eliciendos sonos admotione digitorum. i. admouendis digitis.

Admoueo, ues. appono, adhibeo, porrigo, extendo. de Am. 101 a, Quam qui appetunt, applicant sese, & propius admouent. Tusc. 187 b, Cum faces ei doloris admouerentur. Tusc. 122 b, Sed alia quædam ad eum est admouēda curatio. contra Rul. 63 a, Admouent manus uecligalibus populi Romani. Off. 40 b, Dolorum cum admouētur faces, præter modum pleriq; exterrentur. I. V. 269 a, Quid cum ignes, ardentesq; laminæ, & cæteri cruciatus admouebantur? Admouere stimulos alicui. pro Sest. 5 a. i. excitare aliquem. Admouere orationem ad sensus animorum, de Orat. 90 a. Admouere aspidē ad corpus, pro R. P. 126 a, Admouere se ad aliquam rem. de Am. 215 a, Admouere uultum ad aliquem. ad Her. 21 a, de Or. 139 b, Maxima pars orationis adhibenda est ad animorū motus. de Ar. 248 a, Adhibete animos ac mentes uestras, non solum aures ad aruspicum uocem admouete. Or. 202 a, Vtcunq; animum audientis moueri uoles, ita certum admouebis uocis sonum. I. A. 206 b, Dum me exercitum propius urbem Romam CC M. admoueret. de Ora. 125 b, Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest. Admouere aurē & subauscultare. de Or. 122 b, Admouere propè. (. Amouere procul. ad Her. 22 a Acad. 36 b, Cum autem læuam manum admouerat, et illum, &c. Tusc. 199 b, Fasciculum ad nares admouebis, incendet odores. pro Cluen. 24 b, Oppianicus contiuò sperare cœpit hoc se Aiulio tanquam aliqua machina admota, fortunas Asinij expugnare posse.

Admurmuratio, onis. approbatio, & applausio murmure facta. pro Pomp. 11 a, Vestra admurmuratio facit Quirites, ut, &c. Qu. F. 306 b, Clodium accusaui multis & secundis admurmurationibus cuncti senatus. I. V. 74 b, Grata concionis admurmuratio. I. P. 86 a, Quæ non admurmuratione, sed uoce & clamore furorem illius fregistis. I. V. 205 b, Risus populi atq; admurmuratio omnium facta est. I. V. 244 a, O' diuina senatus admurmuratio.

Admurmuro, as admurmurationem facio. I. V. 244 a, Memoria tenetis iudices, quàm ualde uniuersi admurmurarint? At. 7 b, & pro Pom. 11 a, Idq; admurmurante senatu, neq; me inuito est factum.

Adnecto, is. alligo. Tusc. 180 a, Nauem ut harrisono freto noctem pauentes, timidi adnectunt nauitæ.

Adnitor, ris. applico seu applicor, et ualde nitor. de Am. 112 a, Natura solitariū nihil amat, semperq; ad aliquid tanquam adminiculum adnititur. Att. 97 a, Ego nisi Bibulus adniteretur, de triūpho æquo animo essem. alias, adnumeretur.

Adnumero, as. numero, ad numerum addo. pro S. V. 42 b, Omnia sua tibi concesserit, adnumerauit, append. t. I. V. 279 a, Dare & adnumerare nummos alicui. In Sal. 273 a, Si tu unà cum illis adnumeratus esses. At. 97 a, Nisi Bibulus adnumeretur de triumpho. alias, adniteretur.

Adnuncio, as. nuncio. Att. 75 b, Tamen interea hæc uellem, quæ mihi adnunciabantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adolesco, scis. cresco. de Fin. 138 d, Eaq; cupiditas agendi aliquid, adolescit unà cum ætatibus. de Leg. 160 b, Ratio cum adoleuit atq; perfecta est, nominatur ritè sapientia. In Sal. Hinc enim facilè intelligetur, quàm petulanti puerilia, tam impudicus & procax adoleueris. de N. 21 d, Qui natus sit, qui adoleuerit, qui didicerit. de Se. 87 b, Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. I.C. 103 d, Extinguetur atq; delebitur hæc tam adulta Reip pestis.

Adolescens, tis. ephebus, iuuenis, pubes. Homo adolescens, Epist. 26 b, Adolescẽs bona indole præditus. Cat. Puer, nisi fortè adolescens factus est, dum ego absum, 7. ad Attic. Aphricani filia adolescens, de Diuin. 67 a. Hic & bella gerebat ut adolescens, cum planè grandis esset, de Se. 79 b. In primis grauis & doctus adolescens, lib. 1. de Fin. Adolescens perditus ac dissolutus, Tusc. q. lib. 4. Adolescens etiam nunc ô Phædre, Isocrates est. in Ora. Cæsar adolescens penè potius puer, in Ant. 184 b. Qu. Catulus admodum tum adolescens, pro Rab. 95 b. Pueri, siue iam adolescentis, 6. Att. Adolescentis est maiores natu uereri, ex' que his deligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque authoritate nitatur, Offi. 1. Adolescentem uel puerum potius, 11. Fam. Adolescente illo nihil castius, nihil diligentius, 6 ad Attic. Quid autem fuit, quòd illum hoc tempore, ad iuuendum magnopere imitare posset, & c. ut cũ aliquo adolescente primario coniunctè ætatem gereret? Seruius, Cic. lib. 4. In adolescente optando fœcunditas orationis, 2 de Or. Adolescentes peni dediti, 9 Fam. Neq; hæc dico, ut homines adolescentes à dicendi studio deterream, de Or. 94 b. Adolescẽtes sic moriuntur, ut quum aquæ multitudine uis flammæ opprimitur, Cat. Adolescentium greges Lacedæmone uidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu, denique ut exanimarentur, priusquàm se uictos fateretur, Tusc. q. lib. 5. Qui, concedentibus philosophis antiquis, adolescentibus delectamur, 1. de Nat. Quemadmodum poma ex arboribus si cruda sunt, ui auelluntur: si matura & cocta, decidunt: sic uitam adolescentibus uis auferet, senibus maturitas, Cato. Adolescẽtior Academia, 9 Fam. 129 b.

Adolescentia, æ. iniens ætas à XIIII. anno usque ad XXV. etiam XXX. Adolescentia, 2 ad Here. Adolescentia flos ætatis, Top. Magis mea adolescentia indiget illorum bona existimatione, & c. pro Qu. R. 52 b, Adolescentia libidinosa & in temperans effœtum corpus tradit senecluti. Cato, Adolescentia libidinosa & proterua, de Fin. lib. 5. Adolescentia multo plures, quàm senectus, mortis casus habet, Cat. Adolescentiæ cupiditates aliquando tolerabiles, pro Cælio. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? de Sen. Adolescentiæ ineunti inest maxima imbecillitas consilij. Offic. 1. Adolescentiæ terrorem inferre alicui, pro Deiot. Adolescentiam in aliqua re consumere, Acad. q ed. 1. li. 2. Iam à prima adolescentia me Musæ mansuetiores delectarunt, ad Lent. lib. 1.

Adolescentulus, li. admodũ adolescens. pro Rab. 95 d, Quintus Catulus admodum tum adolescens. pro Dom. 220 b, Imberbis adolescentulus. Item I.C. 100. & alibi.

Adonis, idis. de Nat. 71 d, Adonidi nupsisse traditum est

Venerem quartam, Syria Tyroq; concepram.

Adoptio, adoptionis. pro Dom. 220 d, Quod est Pontifices ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neq; procreare iam filios posit: & cum potuerit, sit expertus. & ibidem: Quas adoptiones hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum secutæ sunt. de Fimibus 54 b, L. Torquatus filium in adoptionem D. Syllano mancipauit. Tuscul. 154 b, Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum?

Adoptiua, orum. pro Dom. 220 d, Neq; amissis sacris paternis, in hæc adoptiua uenisti.

Adopto, as. filium facio. filium instituo. de Cla. 171 d, Filius Scipionis, is qui minorem Scipionem à Paulo adoptauit. Attic. 106 b, Adoptatus à plebeio patricius. pro Do. 220 d, Adoptat annos uiginti natus etiam minor senatorem. pro Dom. 220 b, Filium senatorem populi Romani sibi adoptare. Epistol. 212 b, Adolescens, quem C. Memmius Patrensium legibus adoptauit. de Cla. 183 b, Liciniæ filius, Crassi testamento, qui fuit adoptatus. At. 120 d, Ille in Clodio adoptando augur. de Cla. 187 d, C. Statienus, tui seipse adoptauerat, & de Statieno Aelium fecerat.

Adoptare, pro eligere. I. A. 180 b, Puteolani C. Cassium patronum adoptarunt. prõ Sest. 4 b, Conuentus ille Capuæ me unum patronum adoptauit. Epistol. 65 b, Ego autem, quem potius adoptem aut inuocem, quàm illum quo defendente, uincere didici? I. A. 207 b, Atqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. I. V. 63 d, & 65 d, Adoptare sibi aliquem defensorem sui iuris, & ultorem iniuriarum, & actorem totius causæ.

Adorior, iris, uel eris. aggredior, inuado. I. V. 116 d, Hominem id ætatis quàm tumultuosissimè adoriuntur. I. V. 254 d, Postremam quoque nauem piratæ primam adoriebantur. pro Sest. 20 b, Adoriri aliquem inermem & imparatum. pro Mil. 107 d, Adoriri aliquem à tergo. de Orat. 127 d, Ne conuellere adoriamur ea, quæ non possunt commoueri At. 211 b, Hoc quoque ipsum continuò adoriamur. ad Her. 7 d, Occasio idonea ad rem adoriendam. Att. 252 d, ηξαν λάθρᾳ, si Brundusium saluã adoriemur.

Adorno, as. instruo, orno, paro, comparo. pro Pom. 10 b, Pompeius Italiæ duo maria maximis classibus ac præsidijs adornauit. pro Mur. 135 d, Vt idem accusationem & petitionem consulatus diligenter adornet atque instruat. pro Cl. 21 d, Omnis testium copia à matre initiò est adornata, à matre nunc instruitur, ac omnibus eius copijs & opibus comparatur. pro Cl. 58 d, Comparatio huius criminis ab illa est & inuenta, & adornata.

Adornare, pro ornare. Epist. 174 b, Lætor mea consilia, measq; sententias à te probari de decemuiris, de adornando adolescente. I. V. 87 b, Vidi forum comitiumq; ad ornatum magnifico ornatu.

Adpromitto, tis. promitto, alienum promissum confirmo. pro S. R. 22 b, Cum id ita futurum Titus Roscius adpromitteret, crediderunt, At. lib. 5.

Ad quid. Att. 66 b, Ad quid laboramus, res Romanas?

Adquiesco, scis. Epist. 51 d, Lectis tuis literis, aliquantum adquieni.

Adramitenus Xenocles, ex Adramiteo Asiæ oppido, de Cla. 194 b. Item pro Flac. 252 b.

Adrianus, a, um. I. P. 99 b, Adrianum mare. & Her. 23.

Adrimetum oppidum. I. V. 160 b.

Adsciscо, cis. asciscо, adprobo, recipio. pro Cor. 59 d, Innumerabiles aliæ leges sunt latæ, quas Latini uoluerunt, adsciuerunt. pro Cor. 58 b, Cum iussisset Prætor aliquid, id si adsciuissent socij populi ac Latini, & si, & c. ut tũ lege eadem is populus teneretur. I. P. 90 d, Alienam prouinciam sibi adsciscere. Tusc. 180 d, Iouisq; numen Mulciberi adsciuit manus.

Adscitus, a, um. receptus. In Ver. 227 d, Sacra adscita atq; accersita ab exteris nationibus.

Adscribo, bis. ascribo, appono, adiungo, addo. de In. 77 b, Nihil attinuit adscribere, quæ uoleт. eo enim nõ adscripto, nihil inest dubij. Epist. 204 d, Sed & Aruncius ita te mandasse aiebat, & tu adscripseras. Ep. 155 d, Sed accepi literas, in quibus erat, te adscripsisse à Lepido non reæpi Antoniũ. contra Rul. 76 d, Adscribit idem auctioni agros Corinthios. Ep. 75 b, Illud me non animaduertisse molestè ferrẽ, ut adscriberẽ, te in fano pecuniã iussu meo deposuisse, nisi, & c. pro Cec. 303 d, Sylla adscripsit in eandem legem, si quid, & c. ibi. b, Hoc in omnibus legibus adscribitur. contra Rul. 76 b, P. Seruilius Pompeio Cn. filio, non credo adscripturum esse magno. de L. 160 d, Me quoque adscribito fratris sententiæ. At. 50 d, In altera epistola tua præter consuetudinem, diem non adscribis. At. 85 d, Adscribit etiam, & quasi calcar admouet, intercessisse se pro ijs magnam pecuniam. Adscribere aliquid ad legem. de In. 53 b, de In. 59 d, Hoc incommodũ Scipioni adscribendum est: id est, attribuendum. Ep. 76 d, Non adscripsi, quòd tua nihil referebat. c ntra Rul. 71 d, Siue accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis, & c. Epi. 218 d, Is enim erat adscriptus in id municipium ante ciuitatem socijs & Latinis datam. At. 88 b, Fiiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, ut mihi salutem adscriberes. At. 88 b, Tu quoq; salutem utriq; adscribito. & 80 b, Alexis, quòd mihi toties salutem adscribit, est gratum, sed cur non suis literis idẽ facit? At. 44 d, Terentia tibi salutem adscribit.

Adscriptio, onis. pro Cecin. 303 b, Declarata ista adscriptio esse aliquid, & c.

Adscriptor, oris. cõtra Rul. 70 b, Et uidelicet collegas suos adscriptores Agrariæ legis nõ repudiabit. L. Nouitius.

Adscriptus, a, um. Quin. Fra. 319 d, b, Antiquior dies in tuis erat adscripta literis, quã in Cæsaris. aliis, Ascripta.

Adseruo, as. asseruo, seruo. pro Cecin. 292 d, Si omnes in ædibus adseruati ac retenti sunt. pro Cecin. 299 d, Negligentius adseruare aliquid.

Adsistere. contrastare, obsistere, sese opponere. de Leg. lib. 2. Vt contra omnes hostium copias, in ponte unus adsisteret. de Horatio Cocl ite loquitur.

Adstipulator, oris. cõfirmator, defensor. Oct. 331 d, Quam cuius auus fuit argentarius, adstipulator pater. Acad. 17 b, Sed illud falsum esse & Stoici dicunt, & eorum adstipulator Antiochus. I. P. 83 d, Nemo unquam isto nõ modò propugnatore tutiorem se, sed aduocato, aut adstipulatore paratiorem fore putauit.

Adstituo, is. colloco, constituo. ad Her. 22 b, Aegrotum in lecto cubantẽ facienus, & reũ ad lectũ eius adstituemus.

Adsum, es. præsens sum, intersum, appareo, adiuuo, præstò sum. de Or. 113 d, Cum uos Catule & Cæsar non adessetis. pro Do. 221 d, Aderat præsens M. Bibulus. Ep. 242 d, Nunc ades ad imperandum uel ad parendum potius. Att. 179 b, Ii ex Africa iam affuturi dicuntur. & 145 d, Nos, qui adsumus, & c. de Clar. 182 b, Oratorem in causa non adesse. I. V. 76 b, Adesse ad iudicium. Att. 78 d, Video enim te, & quasi coram adsis, ita cerno συμπαθείαν amoris tui. pro Cl. 31 d, Adest præsens in singulari uirtute. Epist. 51 d, Ego uerò Serui uellem ut scribis, in meo grauissimo casu affuisses. pro R. P. 127 d, Ergo aderat uis, quæ, & c. Frat. 325 d, Pomptino ad triumphum ad III Nonarum Nouemb. uolebam adesse. de D. 92 b, Petijt ut manè ad portam adesset. & ibidem: Manè præstò ad portã fuit. pro Fl. 157 b, Siluerunt principes, neque in illa concione adfuerunt pro Qu. 14 b, Vos qui adestis in consilio. pro Pl. 277 d, Aderat mecum cunctius equester ordo. de Senect. 93 d, Qui ad mortem propius adsum. pro Qu. 8 b, Quæ mala iam adesse atq; impẽdere uidentur. Att. 66 d, Tu aduentare, ac prope adesse iam debes. pro Dom. 222 b, Qui neque adesse sit iussus, neque citatus. de Leg. 166 b, Quæ cùm adsunt, perparua sunt: & quandiu affutura sint, certum sciri non potest. Atti. 1 b, Adesse alicui contra aliquem. Epist 91 d, Ego tamen tuis rebus adero, ut difficillimis. I. A. 278 d, Semper enim absenti affui Deiotaro. At. 249 d, b, Ego autem, si imposuisset aliquid, quod penè fecit, nisi tua malicia affuisset, animo iniquo tulissem. pro Qu. 5 d, Recusabant qui aderant tum Quintio. pro Flac. 155 d, Decreto scribendo primùm uideo affuisse Lysaniam, Postq. 205 b, Caput, & c. ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. de Orat. 143 d, Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo adfuisse. Ep. 117 d, Scribendo affuerunt L. Domitius, Qu. Cælius, & c. Idem 248 d, & Attic. 67 d, & 99 b. de N. 4 b, Adsint, cognoscant, animaduertant. de Som. 127 d, Ades, inquit, animo, timorem omitte. Adesse animo, pro Cec. 290 b. pro Syl. 173 d, Adestote omnes animis, qui adestis corporibus. In Aut. 119 b, Vigilare, cogitare, adesse animo. Adesse, instare, subsequi. Cluent. Quin. Fra. 308 d, Crassus aderat Miloni animo non amico. de Finib. 85 d, Tanti autem aderant morbi uesicæ & uiscerum, ut, & c. Of. 3 d, Bellua ad id solũ quod adest, quodq; præsens est, se accommodat.

Adueho, his. I. V. 187 d, Cum frumentum ex decumis mãcupes Romam aduexissent. Offic. 64 d, Si quis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexit. I. A. 175 d. Indè Cassio celeriter ad urbẽ aduectus, Romam redijt. Epi. 55 d, Cùm ab Epidauro Piræũ naui aduectus essem. de D. 92 b, Cùm tu equo aduectus, etc. de D. 128 d, Quidã caricas Cauno aduectas uendens.

Aduena, æ. peregrinus, hospes. de Or. 106 b, Ne in nostra patria peregrini atq; aduenæ esse uideamur. contra Rul. 85 d, Nos autem iam non hospites, sed peregrini atq; aduenæ nominabamur. Tusc. 235 d, Zeno Citiæus aduena quidam, & ignobilis uerborum opifex.

Aduenio, nis. accedo, appropinquo. de Nat. 71 d, Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. ad Her. 8 b, Athenis Mergam uesperi aduenit Simo. Sen. 82 d, Senectus cùm aduenit, apportat secum multa uitia. At. 93 d, Est aliquid aduenientem non esse peregrinũ, atq; hospi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem. pro Mur. 141 b, Quid habet admirationis, tali uiro aduenienti obuiam prodisse multos? I. A. 237 a, Vtq; quã eunq; in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit, ibi imperium habeat. de Sen. 91 b, Cum enim id aduenerit, tunc illud, &c. I. A. 232 a, Sapientis est, quicquid homini accidere posit, id præmeditari ferendum modicè, si aduenerit, esse. Pro Cec. 289 b, In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. Attic. 77 a, Appius noster, cùm me aduenientem uideret, profectus est Tarsum. de Di. 137 b, Medici ex quibusdam rebus, & aduenientes morbos, & crescentes intelligunt.

Aduentitius, a, um. fortuitus, insperatus, non quæsitus. pro Pom. 8 b, Mithridates magnis aduentitijs multarũ nationũ copijs iuuabatur. I. V. 219 a, Neq; ullum aduentitium requiratur auxiliũ. de Nat. 31 a, Externus & aduentitius tepor. de Finib. 139 a, Neque sane multum adiumẽtis externis & aduentitijs uteretur. de Di. 132 b, Animos externa & aduentitia uisione pulsari. de Or. 155 a, Hæc politissima Græcorum transmarina et aduentitia doctrina. Aduentitia pecunia, Attic. 18 a, & de Inuent. 70 a, pro R. P. 130 a, Aduentitia pecunia petitur ab eo, cui sua nõ redditur. Aduentitia bona, Attic. 18 a, Top. 226 b, Assumpta & aduentitia.).(. Innata & insita, Top.

Aduento, as. aduenio, appropinquo, accedo. Attic. 66 a. Tu aduentare ac propè adesse iam debes. Ep. 20 a, Nondum erat auditum, te ad Italiam aduentare, cum, &c. de Sen. 77 a, Onus aut iam urgentis, aut certè aduentantis senectutis. Attic. 253 b, Legiones aduentare dicuntur. de Orat. 101 b, Quod uerè iam tempus aduentat.

Aduentus, tus. accessus. Attic. 23 a, Quid cogites de aduentu tuo, scribe ad nos. & ibi. De accessu tuo. Attic. 203 a, Vt me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit. Attic. 57 a, Aduentus tuus mihi suauissimus, optatissimusq; erit. pro Pomp. 6 a, Ipsorum aduentus in urbes sociorum. Attic. 128 a, & Epist. 153 a, Ibimus Luceriam, nec eum fortasse delectabit aduentus noster. pro Milo. 111 a, Nocturnus Clodij ad urbem aduentus.

Aduersaria, orum. præscriptiones, ephemerides. Tabellæ extraordinariæ, in quibus memoriæ causa, utcunque notamus, ut ea postea in iustas fidei tabulas codicesq; referamus: sic dicta, quòd præstò, & ad manũ semper sint, et aduersa, non auersa: uel ab aduertendo, quòd propter animaduersionẽ & memoriam (ut dixi) conficerentur. pro Qu. R. 45 b, Non habere se hoc nomen in codice fatetur, sed in aduersarijs patêre cõtendit. & ibi. Nõ extabulis, sed ex aduersarijs petere. & ibid. Suarum præscriptionum & liturarum aduersaria proferre, amentia est. Item ibid. 46 a, Quid est, quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est, quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt deiecta, illæ in ordinem confectæ. Itaque aduersaria in iudicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit.

Aduersarius, a, um. aduersus, oppositus, inimicus, hostis. de Orat. 123 a, Opinionem istorum studiorum apud eos qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror. I. A. 287 b, Nec poterat aliter de aduersarijs ducibus iudicari. pro Ce. 286 b, Vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria.

Or. 208 a, Sua confirmare, aduersaria euertere. pro Pl. 259 a, Ea res in iudicio aduersaria est Cn. Plancio. pro Clu 37 a, Tribunus non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius. de Ar. 251 a, Theodosius Hermachi acerrimus aduersarius. de Fa. 146 a, b, Ergo siue habuerit aduersarium Milo, siue non habuerit, luctabitur. & ibid. Sine aduersario nulla luctatio est. pro Mil. 109 a, Octo Tribuni plebis illius aduersarij, defensores mei. de Ar. 252 a, Acceptis à forti aduersario uulneribus aduersis. de Ar. 255 b, Obtrectatores eorum atque aduersarij. In Vat. 29 a, Hic refutandus est, ut grauis aduersarius. Brut. 165 a, Aduersarius & obtrectator laudum mearum. Epist. 29 b, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædã expectatio. Ep. 114 a, Qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum.

Aduersor, aris. repugno, obsisto, contrauenio, cõtra rem alicuius uenio, contrà pugno, contrà facio, aduersarius sũ, in aliquẽ eo, resisto, reclamo, obtrecto.).(. Suffragor. I. V. 252 b, Hanc Cleon amabat, ueruntamè huius libidini aduersari non audebat. de Or. 91 b, Aduersarij omnibus in disputando. Ac. 12 b, Duæ causæ perspicuis & euidentibus rebus aduersantur. Ep. 42 b, Contentio mea aduersans actionibus aliorum. de Or. 213 b, Quis Isocrati aduersatus insensius quàm Aristoteles? pro Syl. 176 b, Ego uerò quibus ornamentis aduersor tuis? aut cui dignitati uestræ repugno? Part. 238 a, Neq; solùm ea sunt quæ nobis suppetunt, sed etiam illa quæ aduersantur uidenda. Of 67 b, et 22 b, Aduersante etiã & repugnãte natura. de Or. 125 b, Aduersantem & repugnantem capere.

Aduersum & Aduersus, cõtra, erga. Offic. 73 b, Hostis legitimus, aduersus quẽ totũ ius fœciale est. Oct. 330 a, Aduersus quos aciẽ struis? Oct. 330 a, Aduersum se amare aliquem. I. V. 192 a, Pecuniæ conciliatæ aduersus leges, aduersum remp. At. 228 b, Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersus te.

Aduersum pro erga. Offic. 7 b, Officia aduersus eos seruanda, à quib. iniuriã acceperis. Ep. 45 b, Modestus aduersum aliquem. Off. 47 b, Vtendum est excusatione ad uersus eos, quos inuitus offendas, quacunque possis. Att. 287 a, Flectere iudicium aduersus aliquos. Attic. 186 a, Blandus aduersus aliquem. Officior. 20 a, Adhibenda est etiam quædam reuerentia aduersus homines. de Nat. 1 b, & 24 a, Pietas aduersus deos. de Nat. 24 a, Iusticia aduersum deos. Off. 57 b, Ii aduersus deos impij sunt iudicandi. Epi. 181 b, Quo nam modo me gererem aduersus Cæsarem, usus tuo consilio sum. Offic. 20 a, Quemadmodum nos aduersus homines geramus. de Diu. 101 a, Ara enim ato loquenti, quã septam uidemus, aduersum cum locum consecrata est.

Aduersus, a, um. contrarius, incommodus, fluxus.).(. prosper. Topic. 224 b, Quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa, ut celeritas, tarditas. Or. 18 b, Vt aduersis res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est. At. 275 a, Nihil nobis aduersi euenire potest. pro Syl. 172 b, Omnium mentes improborum mihi uni maximè sunt infensæ aduersæ. pro Mil. 102 a, Vnum genus est aduersum infensumq; nobis, At. 162 b, Omnia secundissima nobis, aduersissima illis acciderunt. pro Syl. 181 a, Per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ, nunc subleuantur aduersæ.

Aduer-

Aduersus, oppositus, & anteriora ostentans. de Som. 129 a, Intueri solem nequitis aduersum. pro Do. 242 a, Vultus aduersum de Or. 119 b, Iudicibus cicatrices aduersas ostendere. de Ar. 253 a, Acceptis à forti aduersario uulneribus aduersis. de Or. 132 b, & 165 b, Aduersus & auersus impudicus es. de Di. 92 b, Eodemq; equo aduersam ascendit ripam. de Nat. 51 a, Aer ab ijs aduersus pellitur. Or. 202 b, Referre paria paribus, aduersa contrarijs. Dentes aduersi & acuti. de Nat. 53 a.).(. intimi. I. V. 256 a, Cicatrices aduerso corpore exceptæ. Ac. 36 a, b, Zeno cùm extensis digitis aduersam manũ ostenderat, uisum inquiebat huiusmodi esse, I. A. 176 a, Caput in aduersam lectica inferens, beneficia, quæ uideret, à collega petebat. Aca. 31 a, & 36 a, Antipodes aduersis uestigijs stãt cõtra nostra uestigia. de Sõ. 129 b, Sed eorũ partim obliqui, partim uersi, partim etiam aduersi stãt nobis. & ibidem, Qui aduersa nobis urgent uestigia. L. Homo.

Aduerto, tis. observo, attendo, animaduerto. At. 57 b, De libraryis, si me amas, diligenter aduerte. Epist. 2 b, Nam aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio.

Aduesperascit, bat. fit uespera.). V. 234 a, Itaque tum de foro, cum iam aduesperasceret, discessimus. & 224 a, & I. C. 111 b. Item de Fi. 114 a, Sed quoniam aduesperascit, nunc quidem hactenus. Ep. 245 a, Cum aduesperasceret.).(. Cum lucesceret.

Aduigilo, as. uigilo, diligenter uigilo. de Legibus 175 b, Vt aduigiletur ad custodiam ignis. de Pet. 213 b, Si aduigilamus pro rei dignitate.

Adulatio, nis. assentatio, simulatio. de Natu. 58 a, Canum tam fida custodia, tamq; amãs dominorũ adulatio. de Amic. 113 a, Sic habendũ, in amicitijs nullã pestẽ esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem.

Adulo, as. & **Adulor**, aris. blandior, assentor, auribus do, omnia ad uoluntatem loquor, nihil ad ueritatem. Ad alterius non modò sensum ac uoluntatem, sed etiam uultum ac nutum conuerti, de Amic. 113 b. & de Di. 109 b, Nec adulatus, nec admiratus fortunam sum illius. I. P. 101 a, Adulans omnes. Off. 18 b, Cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est. Ep. 194 b, Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. de Am. 114 a, Apertè adulantem nemo nõ uidet, nisi admodum est excors. Tusc. 280 a, Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. Poetæ.

Adulator, assentator, homo leuis, fallax, ad uoluntatẽ loquens omnia, nihil ad ueritatẽ. ad Her. 31 a, Nolo esse laudator, ne uidear adulator. de Am. 113 a, b, Qui ad alterius nõ modò sensum, sed etiam uultũ atq; nutum cõuertitur.

Adulter, mœchus, alienæ coniugis corruptor. In Salust. 275 b, Tu omnium cubiculorũ ineunte ætate pellex, & idem postea adulter. pro Sest. 12 a, Clodius sororis adulter. I. C. 106 a, Quis adulter? quæ mulier infamis?

Adulterinus, a, um. non uerus, non naturalis, fucatus, adumbratus. pro Cluent. 25 b, Oppianicus testamentum in alias tabulas translatum signis adulterinis obsignauit. Off. 70 a, Nummos adulterinos pro bonis accipere.

Adulterium, rij. stuprum. de Orat. 134 a, Qualem existimas, qui in adulterio reprehenditur? tardum. de Sen. 85 a, Stupra & adulteria, & omne tale flagitium, uoluptatis illecebris excitari. Tusc. 225 b, Stupra dico & corruptelas, & adulteria, incesta deniq;.

Adultero, as. corrumpo, stupro. Part. 257 b, Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. pro Cecin. 299 a, Ius ciuile pecunia adulterari non potest pro Qu. R. 47 a, Adulterare tabulas. de Am. 113 b, Simulatio tollit iudicium ueri, idq; adulterat. de Leg. 164 b, Latrocinari, adulterare, testamenta supponere.

Adulteror, aris. cubile alterius ineo. Off. 26 a, Latrocinari, fraudare, adulterari turpe est, sed dicitur nõ obscenè.

Adultus, a, um. grandior ætas, adulta ætas, progressus ætatis. de Clar. 167 a, Thucydides et Pericles qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt. Tusc. 239 b, Ab ijs ipsis, cum iam essent adultæ, ferrum remouit. de Clar. 196 a, Eaq; tueamur, ut adultam uirginem castè, &c. I. V. 184 a, Puer adulta ætate. Tusc 177 b, Philosophia ea mandat animis, & ut ita dicam, serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant. I. C. 103 b, Delebitur hæc tã adulta reip. pestis.

Adumbratio, onis. umbra. Ora. 296 a, Alicuius rei si nõ perfectio, at conatus tamen, atq; adumbratio.

Adumbratus, a, um. fictus, non uerus.).(. expressus. de L. 198 a, Principiò quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente cõcipimus. I. V. 164 b, Hic Aeschrio Pippe uir adumbratus. Tusc. 190 b, Gloria est solida quædam res expressa, non adumbrata.).(. & ibid. Eminens effigies uirtutis, adumbrata imago gloriæ. de Fin. 141 b, Adumbrata opinio honestatis. pro Syl. 177 a, Cornelius etiã nunc de indicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. de Nat. 16 a, Cedò mihi istorum adumbratorum deorum formas pro Cæl. 39 b, Habuit ille multa maximarum non expressa signa, sed adũbrata uirtutum. contra Rul. 72 a, Comitia adumbrata,).(. comitia uera.

Adumbro, as. effugio, imitor. de Finib. 238 b, In qua hæc honesta, quæ intelligimus à natura tanquam adumbrantur, sed in pueris expressa. de Or. 126 a, Heroum ueteres casus imitari atq; adumbrare dicendo. de Or. 144 a, Id genus sumus in eorum sermone adumbrare conati. Ora. 201 a, Excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus. pro Dom. 229 a, Qui ne ementiendo quidem potueris autorem adumbrare meliorem.

Aduncitas, tis. de N. 50 a, Quædam animalia rostrorum aduncitate cibum capessunt.

Aduncus, a, um. curuatus, tortuosus. pro Cluen. 55 b, Serrula aduncа ex omni parte dentium, et tortuosa. de Nat. 24 b, Corpuscula curuata, & quasi aduncа. Tusc. 180 a, Aduncis lacerans unguibus, Iouis satelles.

Aduocatio, onis. aduocati officium. pro Sest. 25 a, Scio quid grauitas uestra, quid hæc aduocatio postulet. Epist. 100 a, In re militari multo es cautior, quàm in aduocationibus. pro Qu. 8 a: Nihil tã copiosa aduocatione uteretur, si petendum esset. pro Syl. 182 b, Parens tuus aduocationẽ hominis improbissimi sella curuli honestauit. pro Cec. 293 a, Quod exercitus armatos mouet, id aduocationẽ togatorũ non uidebitur mouisse? pro. Do. 224 a, Cũ eorũ aduocationẽ manibus, ferro, lapidib. discussisti.

Aduocatus, qui in iudicio aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico. de Clar. 192 a, Non modò à corona, sed etiam ab aduocatis relinquuntur. ad Qu. F. 307 b, Milo affuit, et Põponius aduocatus uenit. At. 11 a, Certè ex acclamatione Clodij aduocatorũ audisse, quæ consue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõsurrectio facta fit.pro Syl. 182 b, Pater tuus Catilinæ reo fuit aduocatus.pro Cl.40 b, Quis enim unquã non modò in patronis,sed in laudatoris aut aduocati loco uiderat?pro Mur. 126 a,Si turpe existimas te aduocato illum ipsum,quem contra ueneris,causa cadere. de Offic. 7 a,Vt si constitueris te cuipiam aduocatum esse uenturum. de Or. 126 b, Cùm ipsum aduocatum ad communẽ Imperatorum fortunam defendendam inuocarem.

Aduocatus,a,um.participiũ.Aca.21 b, Sed adhibes artẽ aduocatã sensibus.Tus.249 b,Sapientis enim cogitatio, non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos.

Aduoco,as.accerso,in auxilium uoco.Attic.191 a, Nam quòd non aduocaui ad obsignandum, primùm mihi non uenit in mentem, deinde, &c.pro Quint. 1 b, Iis,quos tibi aduocasti,uiris electissimis ciuitatis summam spem habeo. Tusculan. 164 a,Cùm à negocio omni seuocamus animum,quid,inquam,tum agimus,nisi animum ad seipsum aduocamus?pro Qu.8 a,Potentes, diserti, nobiles omnes aduocandi sunt.Eodem 12 a, Næuius uiros bonos complures aduocat,testatur,&c. Eodem 13 a, Quia tamen aliquem contra te aduocare poterat. pro Cecin. 389 b,Ait se Ebutio cum seruis armatis uenisse aduocatum. ad Octauium 330 a, Duabus legionibus à pernicie patriæ ad salutem aduocatis.In Verrem 190 a,Aduocare concionem.In Vat.31 b, Aduocare consilium.

Aduolo,as.ad aliquem uolo. de Nat.50 b, Auis aduolans ad eas aues,quæ,&c.pro Clu.21 a,Ipsa nuper huius opprimendi causa Romam aduolauit.pro Mu. 144 b, Catilina prorumpet:quà minatur,in agros suburbanos repentè aduolabit.Ep.253 a,Si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius ἄπλοον mihi aduolabit ad pectus. ad Att.9 a,Hic tibi rostra Cato aduolat.Eodem 30 a,Aduola in Formianum.Eodem 33 a,Sed ita te para,ut si inclamaro, aduoles.Et 57 a,Aduola ad nos.

Aduolatus,tus.Tusc.180 a,Tristi aduolatu, Poetæ.

Aduro,is.uro.Tusc.239 b,Candentibus iuglandium putaminibus barbã sibi et capillũ adurebat.Of.37 b, Dionysius candente carbone sibi adurebat capillũ.Tusc.243 b, Indi cũ ad flãmã se applicuerint, sine gemitu aduruntur.

Aeacides, Aeaci filius, uel nepos.de D.132 b,Aio te Aeacida Romanos uincere posse, Ennij. de Off Regalis & digna Aeacidarum genere sententia. Item de D.132 b, Sanè, Aeacidarum genus semper fuit stolidum.

Aedepol,iurandi uerbum,per ædem Pollucis.Ep.22 b.

Aedes,dis.domus uel templum.ad Qu.Fr.320 b, Epistola in qua de æde Telluris me admones. I. V. 68 b,Aedium sacrarum,publicorumq; operum depopulatio.pro Do. 238 a, Consecrabantur ædes,non priuatorum domicilia. pro Flac. 155 b, Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribunt.I.V.85 a, Aedes Mineruæ in fano Apollinis. Ep.117 a,In æde Apollinis S.C. factum est. Tusc. 240 a, Magnificentia ædium regiarum.I.V. 86 a,Quæ uidi egomet apud istum in ædibus.& ibi. In medijs ædibus.de N. 39 b,Limina profanarum ædium .Qu.Fr. 320 b,Absolutũ offendi in ædibus tuis tectũ.de Cl.172 a,Ex testudine quadam exijt in ædes.ad Her.40 a, Venit ad ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum.

Aedicula,æ.Para.125 b,M.Manilius pauper fuit, habuit enim ædiculas in Carinis.pro D.240 b, Eam aram & ædiculam,& puluinar sub saxo sacro dedicauit.

Aedificatio,onis.Qu.F.310 a,Aedificationem Arcani adtuum aduentum sustentari placebat.I.P.90 a, Immensa & intolerabilis ædificatio.

Adificatiuncula,læ. Qu. Fr. 319 a, Quæstuiq; ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula Lateri mandauisses.

Aedificator,oris.de N. 64, Opifex ædificatorq; mundi Platonis Deus.de Vn. 196 a, Neque mundo quicquam pulchrius,neque eius ædificatore præstantius.

Aedificium,cij.Qu.Frat. 318 b, Quid si cæmentum non haberem,deturbem ædificium? pro Mil.115 b,Extruere ædificium in alieno.

Aedifico,as,extruo, exædifico,constituo, pono, colloco, facio,efficio,construo, parietem duco. Qu. Frat. 290 b, Domus utriusque nostrũ ædificatur strenuè. Off.28 a, Ad domum ædificandi descriptio est accommodanda. Of. 35 b, Vrbes sine hominũ cœtu non potuissent ædificari,nec frequentari. Qu.F.311 a, Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.Tusc.161 a,Qui in Timæo mũdum ædificauit Platonis Deus.Ep.127 a, Si quis adhibere uoluit non modò ut architectos, uerùm etiam ut fabros ad ædificandam rempub.pro Pom.5 a, Qui maximas ædificasset ornasset q; classes.I.V.244 b, Verres nauim ædificauit. I.V. 240 a, Cur carcer ædificatus? pro Syl. 180 b, Ad illius pœnã carcer ædificatus.In Ver. 228 a,Vrbs, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur. Domus bene et ratione ædificata, Officior. 63 a.)(.malè materiata,ruinosa. At.252 a,Prædiola nostra bellè ædificata,& satis amœna. Aedificare hortos. At 150 a, Aedificare porticum.pro Do.236 a,de L.169 a, Villa lautius ædificata. At.216 b, Aedificari capum.

Aedilis, le.de Cla. 190 a, M. Cælius ædilis curulis factus est. de L. 185 a, Sunto ædiles curatores urbis, annonæ ludorumq; solennium ollisq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.pro Mur.133 a, Ego,qui trinos ludos ædilis feceram.I.V.243 a, Nunc sum ædilis designatus.I.P.97 b,Me ædilem priorem populus Rom.sũcit. Att.148 b,Prætores ius dicunt, ædiles ludos parant. De ædili & magistro & ludis.l.Ludus. De officio ædilis,& de eius habitu,et insignibus,de toga prætexta,& sella curuli,I.V.243 a.

Aedilitas,tis.de Of.45 a,L. Crassus cum Qu. Mutio magnificentissima ædilitate functus est.Qu.Fra.307 a,Furiosa ædilitas.pro Do.235 b, Hoc simulachrum quidam homo nobilis,&c.ad ornatum ædilitatis suæ deportauit.Off.45 a,Splendor ædilitatum ab optimis uiris postulabatur.pro Clu.31 b, Aedilitatem se petere cum hominibus nobilissimis dicebat de Ar.250 a,Curulis ædilitas.Att.22 a,Qui Romæ tribunatum pleb.peteret, cùm in Sicilia ædilitatem sæpe dictitasset.

Aedilitius,a,um.de Cla.174 b,Sed omnia is summa spe rans ædilitius est mortuus.de Off.45 a, Crassus functus est ædilitio maximo munere. In Vat.32 a, Vir ædilitius. pro Plan.269 b, Aedilitia repulsa.Qu.F. 294 b, Iniquo & graui ædilitiorum uectigali Asiam liberasti. pro Cl. (nium. 34 a,Homo ædilitius.

Aeditimus,mi.ædiũ sacrarũ curator,et custos.l.Postlimi

Aedituus,tui,æditimus.I. V. 222 b,Illi fores ædis effringunt,æditui costodesq; maturè sentiunt alias,æditimi,et fortè rectius, ut Gellius probat.

Aedo,dis,l.Edo. de Cla. 166 b, Quare si tibi est commo-

dum, æde illa quæ cœperas,& Bruto,& mihi. (asse.

Aeeta,æ.de N.70 b,Solẽ Colchis Aeetã,et Circen procre

Aegeũ,gei.de Leg.191 b,Aegeũ mare, & pro Pom. 14 b.

Aeger,a,um.ægrotus.)(.Valens .de N. 28 b, Ne ægri quidem omnes conualescunt.in Cat.102 b, Homo æger morbo graui.de Cl.180 b,Is semper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit.pro Cæl.41 a,Medea animo ægra. Tusc. 195 a, Corpus etiamsi mediocriter ægrum est, sanum nõ est.Off.35 b, Quis ægris subuenisset? quæ esset oblectatio ualentium? Postq.198 b,Qui nunquam ægro corpore fuerunt. At.257 a, Familia ægra est.Att. 98 a,Pinnarium,quem mihi commendas, diligentissimè Deiotarus curat,grauiter ægrũ. de Diui.91 b, In eo igitur oppido, ita grauiter æger fuit,ut omnes medici diffiderent.Attic. 96 b, Tyro ad te dedisset literas,nisi eum grauiter ægrũ Eseæ reliquissem.In Ver.77 a,Aegra & propè deposita reipub.pars. Valere.)(.ægrum esse. de Fin.122 a, de Do. 200 b,Ad ægros non uates,sed medicos solemus adducere.Aeger animo.ad Her.12 b, pro Mil.114 b, Omnes tibi reip.partes ægras & labentes, ut eas his armis sanares & confirmares,esse commissas.Ep.235 a,Mulier ægra,& corpore, & animo confecta.

Aegina,æ.Officior.61 a,Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo. Epist. 50. Post me erat Aegina,ante Mepara.

Aeginetæ populi.Off. 61. Aeginetis qui classe ualebant, Athonienses sciuerunt,ut pollices præciderentur.

Aegistus,sti.De N.li.3.Aegisti libid. aut Paridis uidem.

Aegrè.aduerbium. de Di.95 b, Quem cùm non potuisset extrahere,discessit ægreferens. Tusc.222 a, Vt si quis ægreferat,se pauperem esse. Attic.258 a,Ab hasta ea ægrè me tenui,itaq; perstringam sine ulla contumelia.de Sen. 92 a, Omnis conglutinatio recens ægrè,inueterata facilè dissoluitur.Tusc.227 a, Inueterata uitia ægrius depelluntur. de Pro. 70 b, Byzantij totum pontum efferuescentem in Asiam ægrè repulsum sustinuerunt. I.V.234 a, Nihil ægrius factum est multo laboremeo, quàm ut manus ab illo abstinerentur.pro Pom. 64, Eum propè esse uident,quo etiam carent ægrius. Att.100 a,Nihil eo uidi melius,itaque careo ægrè.

Aegrimonia,æ.ægritudo.Attic.199 a,Ferrem grauiter, si nouæ ægrimoniæ locus esset.

Aegritudo,inis.ægrimonia. Aegritudo, perturbatio est animi,Tusculũ.q.lib.3.Aegritudo, est animi, aduersante ratione,contractio,Tusculan.q.lib.4. Stulti autem ægritudo est ea,qua afficiuntur inopinatis malis, animosq; demittunt,& contrahunt, rationi non obtemperantes, Tusc.q. lib.4.Aegritudo est in opinione mali recentis, Tusc.quæst.lib. 3.Aegritudo,est opinio magni mali præsentis, & quidem recens opinio talis mali,ut in eo rectũ esse uideatur angi, Tusc.q.lib.3. Aegritudo est opinio mali præsentis, in qua opinione illud insit, ut ægritudinem suscipere oporteat, Tusc.quæst.lib.3. Aegritudo, est opinio recens mali præsentis,in quo demitti contrahiq; animo rectũ esse uideatur, Tusc.q. lib.4.Aegritudo, una res maximè detestabilis,Tusc.q.lib.4. Quum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est ægritudo,Tusc. q.lib.3.Aberit igitur à sapiente ægritudo,3.Tusc.Manat longius ægritudo,3.Tusc.Amplificata ægritudo,4.Tus. Premens ægritudo est angor,4.Tusc.Aegritudo animi, Tusc.q.lib.3.Aegritudo animi, fortunæ magna & graui commota iniuria, de Nat. 1. Aegritudo animi similima est ægris corporibus,Tusc.q.3. Acta ætas honestè, tantã affert consolationem,ut eos qui ita uixerint, aut nõ tangat ægritudo,aut perleuiter pungat animi dolor, 3. Tus. Aegritudo communis pœna stultitiæ est: omnibus enim quorum mẽs abhorret à ratione, semper aliquis alijs dolor,alijs terror impendet,Tusc.q.lib 4.Criminis ægritudo.pro Roscio Comœdo, Crucians ægritudo uocatur, dolor,4.Tusc.Flebilis ægritudo, est mœror, 4. Tusc. Laboriosa ægritudo uocatur ærumna,4.Tusc.Mœrens ægritudo, 3.Tusc.Nata esset ægritudo noua,sed ea modica,4.Tuscul.Permanens ægritude,uocatur molestia,4. Tus.Sublata ægritudo,3. Tus.Aegritudo & metus in mẽtis opinatis uersantur,Tusc.q.lib.3.Aegritudo & metus tabificæ mentis perturbationes sunt,Tus.q.lib.4.Aegritudo non cadit in sapientem, Tu.c.q.lib.3. Aegritudo nõ cadit in uirum fortem,Tusc.q.lib.3.In quem cadit ægritudo,in eundem timor,3.Tusc. Aegritudo me somno priuaret,9.ad At.Ergo ista nec inopinata non habent tantam uim,ut ægritudo ex his omnis oriatur,3.Tus. Aegritudo fortitudini repugnat,Tuscul.q.lib. 3.Aegritudo habet tabem,cruciatũ,afflictionem,fœditatem.Tusc.q.li.3. Vt ægrotatio in corpore,sic ægritudo in animo nomen habet non seiunctum à dolore, Tusc.q.lib. 3. Aegritudo si perturbare animum sapientis non potest, nulla potest,Tusc.q lib.4.. Aegritudo tetra res est,misera,detestabilis,omni contentione,uelis, ut ita dicam, remisq; fugienda,Tuscul.q.lib 3. Aegritudo tũ existit, quum quid ita uisum est,ut magnum quoddam malum adesse,& urgere uideatur,Tusc.q.lib.3. Quòd ægritudo uetustate tollitur,id non est in die,Tusc.q.lib.3.id est, in longinquitate temporis positum,sed in cogitatione diuturna. Nam neq; omnis ægritudo una ratione sedatur: alia est enim lugenti,alia miseranti,alia inuidenti adhibenda medicina,Tuscu.q.lib.4. Dum ægritudinis nomẽ absit, graue, tetrum,funestum,quod cum sapientia esse atq;,ut ita dicam,habitare nullo modo possit,Tusculan.q.li.3. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit,auocatione à cogitanda molestia,& reuocatione ad contemplãdas uoluptates, 3. Tusc. Aegritudinis causa nulla alia est, nisi opinio et iudicium magni præsentis atq; urgẽtis mali,Tusc.q.li.3.Aegritudinis effectus, quasi morsus alicuius doloris,Tuscul.quæst.lib.4.Tum denique efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio,3.Tus. Sedatio ægritudinis,4. Tusculã. Atqui stirpes sunt ægritudinis quàm multæ,quàm amaræ,quæ ipso trunco cuerso omnes elidendæ sunt,&c.Tuscul.q.lib.3.Societas ægritudinis. ad Sulp.4.epist. Et ægritudinis & reliquorum animi morborum,una sanatio est, omnes opinabiles esse & uoluntarios,eaq; re suscipi,quòd ita rectũ esse uideatur,Tusc. q.lib.4.Vacuitas ægritudinis,5.Tusc.Aegritudinis uerbo Græci omnem animi perturbationem appellãt,Tusc. q.lib.3.At eos qui se ægritudini dediderũt miseros,afflictos,ærumnosos,calamitosos (appellamus.) Tus.q.li.4. Sed tamen ne me totum ægritudini dedam,sumpsi mihi, &c.ad At.lib.9.Aegritudini se solent dedere, 3. Tuscul. & 4.Tusc. Aegritudini subijciuntur inuidia,æmulatio, obtrectatio,misericordia,angor,luctus,mœror, ærũna, dolor,lamentatio,solicitudo,molestia,afflictatio,desperatio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio, & si qua sunt de genere eodem, Tusc.q.lib.4. Aegritudinem omnem procul abesse à sapiente, quòd inanis sit, quòd frustra suscipiatur, quòd non natura exoriatur: sed iudicio, sed opinione, sed inuitatione quadam ad dolẽdum, quũ id decreuimus ita fieri oportere, Tusc. q li.3. Chrysippus ipsam ægritudinem λύπην, quasi λύσιν, id est, solutionem totius hominis appellatam putat, Tusc.203 b. Detrahere ægritudinem, 3. Tusc. Culpa contractum malum, ægritudinem acriorem facit, 3. Tuscul. Ex malis metum & ægritudinem nasci censent, 4. Tusc. Aegritudinem non omni malo effici censent Cyrenaici, sed insperato, nec opinato malo, Tusc.q.li.3. Aegritudinem Zeno definit opinionem mali præsentis recentem, Tusc.lib.3. Depellere ægritudinem, 3. Tusc. Effecit hæc res maximam ægritudinem, 3. Tusc. Quæ enim uenientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia, 4. Tuscul. Aegritudinem, quam Stoici ut tetram & inanẽ belluam fugiendam esse dicunt, Peripatetici non sine magna utilitate à natura dicunt constitutã, ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominijs affici se in delicto dolerent, Tusc.q.lib.4. Eleuare ægritudinẽ, 3. Tusc. Eripiamus huic ægritudinem, 3. Tusc. Extenuare ægritudinem, 3. Tusc. Aegritudinem nisi exuimus, sic ut abijciamus, miseria carere non possumus, Tusc.q.lib.3. Etenim si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in inuidentiam, 3. Tusc. Vt ipsam ægritudinem leniri uidemus, quum obijcimus mœrentibus imbecillitatem animi effœminati. quumq; eorũ grauitatem constantiamq; laudamus, qui non turbulentè humana patiantur, Tuscul.q. lib. 4. Id mihi erat satis ad leniendam ægritudinem firmum, ad Attic. lib. 13. Si nec mala sint illa, quæ metum ægritudinem'ue, nec bona quæ cupiditatem lætiam'ue moueant, tamen sit uitiosa ipsa commotio, 4. Tusc. Aegritudinem paruis rebus moueri dixit Lycon, fortunæ & corporis incommodis, non animi malis, Tusc. q.lib.3. Nihil est quod tam obtũdat eleuetq; ægritudinem, quàm perpetua in omni uita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit, quàm meditatio conditionis humanæ, quàm uitæ lex, commentatioq; parendi, Tusc.q.3. Repellere ægritudinem ab aliquo, 3. Tusc. Sedare ægritudinem, 3. Tuscul. Aegritudinem ex turpitudine, quam Cleantes summum malum fatetur, suscipi posse, Tusculan. qu. lib. 3. Voluntate igitur & iudicio suscipi ægritudinem confitendum est, Tuscul.q.lib.3. Sustulit uniuersam ægritudinem philosophia, 3. Tuscul. 139 d. Ex quo intelligitur non in natura, sed in opinione esse ægritudinẽ, Tusc.q.lib.3. Tolerare ægritudinẽ, 4. Tusc. Tollere ægritudinẽ, 3. Tusc. Cũ constet ægritudinẽ uetustate tolli, 3. Tusc. Sublata igitur ægritudine, sublatus est metus, Tusc.lib.4. Aegritudine affici, Tusc.q.lib.3. Num in illa re, quæ ægritudine, Alcibiadem afficiebat, mali ni hil fuisse? Tuscul.quæst. lib.3. Quid est autem non miserius solùm, sed fœdius etiam & deformius, quàm ægritudine quis afflictus debilitatusq; iacens? Tusc.lib.4. Confici ægritudine, 3. Tusc. Debilitatus ægritudine, 4. Tusc. Detracto ab ægritudine hoc, quod totũ est uoluntariũ, ægritudo erit sublata illa mœrẽs: morsus tamen et cõtractiunculæ quædam animi relinquentur, Tuscul.qu.lib.3. In ægritudine lenienda, quam quisq; curationem recipere possit, uidendum est, Tusc q.lib.3. Longior uerò epi-

stola non me solùm, sed meos omnes ægritudine leuauit. ad Attic.li.9. Quarũ enim tu rerũ cogitatione nos leuare ægritudine uoluisti, earum etiã commemoratione leuabimur. Luceio, lib.5. Epist. Opprimi ægritudine, 3. Tusc. Neq; tamen quũ se in media stulticia, qua nihil est peius, hærere intelligant, ægritudine premuntur, 3. Tusc.

Aegrotatio, nis. ἀρρώστημα, morb. Tusc. 195 a, Sed proprie ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Tuscul. lib. 4. Quomodo aũt in corpore est morbus ægrotatio & uitium, sic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem, ægrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium, cùm partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas, membrorum distortio, deformitas. item ibid. Aegrotationes autem & morbi animorum difficilius euelli posse putantur, &c.

Aegroto, as. ægro corpore sum, morbo sum affectus. pro Clu. 54 b, Is tibi in morbum incidit, ac satis uehementer diuq; ægrotauit. de Sen. 91 a, Adolescẽtes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, tristius curãtur. Grauissimè ægrotare.)(. optimè ualere. de Fin. 73 b, At. 119 d, Homo quotannis periculosè ægrotans. Tusc. 226 b, Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Off. 7 a, Si grauiter ægrotare filius cœperit. Tusc. 166 b, Pompeio nostro fami liari, cùm grauiter ægrotaret, Neapoli melius est factũ.

Aegrotus, a, um. æger. Ep. 133 a, Cùm ad L. Cæsarẽ ægrotũ Neapolim uenissẽ, quanquã erat oppressus totius corporis doloribus: tamẽ, &c. Itẽ, Vt si medicus, cũ ægrotus alij medico traditus sit, irasci uelit, &c. I. V. 66 d, Hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ Reipub.

Aegypta, tæ. uiri nomẽ. ad Att. li. 12, et 13. et Ep. fam. li. 16.

Aegyptius, a, um. de N. 10 b, Portenta magorum, Aegyptiorũq; dementia. I. P. 90 a, Rex Aegyptius. de N. 67 d, Omne fere bestiarũ genus Aegyptij consecrarũt. Tusc. 243 b, Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus: quamuis carnificinam prius subierint, quàm ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum uiolent. Tusc. 243 b, De Aegyptiorum superstitionibus.

Aegyptus, ti. contra Rul. 74 d. Alexandria, cunctaq; Aegyptus. L. Nilus. L. Ibis.

Aelius, lij. in Bruto, Aelius scripsit aut orationes multas, orator ipse nunquam fuit. C. Aelius Stalenus. pro Clu. Aeliorum familia. pro Clu.

Aelia Lex. uide, Leges uariæ.

Aelianus, ab Aelio equite Romano & Stoico. de Cl. Cotã tam aũt miror summũ ipsum oratorẽ, minimeq; ineptũ, Aelianas leueis oratiunculas, uoluisse existimare suas.

Aemilia regio, Ep. 162. Aemilia tribus, Attic. lib. 2.

Aemulatio, onis. uirtutis imitatio, inuidia. Tusc 212 b, Aemulatio dupliciter dicitur, ut & in laude & in uitio nomen hoc sit. nam & imitatio uirtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo. si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. Tuscul. 221 b, Illa uitiosa æmulatio, quæ riualitati similis est.

Aemulator, toris. At. 23 d, Seruilius æmulator Catonis.

Aemulor, aris. imitor, inuideo. pro Fla. 159 b, Omnes eius urbis instituta laudare facilius possunt, quàm æmulari. Tusc. 157 b, His æmulamur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus. Item, Obtrectare alter, aut illa uitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis: cùm sit æmulantis angi alieno bono, quod ipse non

ipse non habeat, obtrectantis autem alieno bono, quod id etiam alius habeat.

Aemus uel Hæmus. Thraciæ promontoriũ. pro Fl. 152 b, Hac classe M. Crassius uir amplissimus ab Hæmo in Asiã, his nauib. Flaccus ex Asia in Macedoniã nauigauit.

Aemonensis ciuitas, pro Flac. 153 a, Hinc Aemonensis, & Aemonense. ibidem: Citat præco uoce maxima legatos Aemonenses.

Aemulus, a, um. pro Mar. 131 d, Ille æmulus atque imitator studiorum meorum. Att. 93 b, Licet Brutum solum ames, me æmulum non habebis. de In. 51 b, Rei alicuius comprobatores atq; æmuli. pro Cæ. 44 b, Quin illa Claudia æmula domesticæ laudis. I. A. 66 a, Is me potissimùm testatus est, se æmulũ mearũ laudum extitisse. I. V. 252 b, Si nõ tanquã uirum, at tanquã æmulum remouisset. pro Mur. 138 b, Stoici æmuli inuentorũ Zenonis.

Aenaria, insula Italiæ proxima. At. 167.

Aeneas, æ. I. V. 216 b, Aeneas fugiens à Troia, &c.

Aeneus, a, um. quod ex ære est. de N. 65 b, & I. V. 213 b, Lecti ærati, candelabra ænea. Off. 59 b, Equus æneus. I. A. 233 a, Aenea statua. de In. 71 a, Aeneum trophæum. I. V. 200 a, Signum æneum, marmoreum eburneum.

Aenigma, tis. scrupus Latinè dicitur teste Gellio. de Or. 358 d, Ex hoc genere fiunt ea, quæ uocantur ænigmata. non est autem in uerbo modus hic, sed in oratione, i. in continuatione uerborũ. At. 111 d, Aenigma oppidorum ex Velia planè non intellexi, & ibid. Iam intellexi tuum ænigma. de D. 135 b, Iam uerò, quò pertinent obscuritates & ænigmata somniorum? Att. 96 a, Literæ græcæ ἐν αἰνίγμασι. At. 34 ab, Cætera erunt σὺν αἰνίγμασι.

Aeoleis, ei. pro Fl. 159 b, Tria Græcorum genera sint uerè, quorum uni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habetur: Aeoles alteri: Dores tertij nominabantur.

Aequabilis, le. de In. 70 b, Par, quod inter omnes æquabile est. de Fin. 133 a, Moderati æquabilesq; habitus. Of. 1 b, Aequabile & temperatum orationis genus. de Ora. 113 b, Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. pro Cecin. 298 b, Quod æquabile inter omnes & unum omnibus esse posset. Offic. 41 a, Aequabilis prædæ partitio. pro Fl. 152 b, Prætoris diligentia requirenda in numero nauium, & in descriptione æquabili sumptus. Qu. F. 296 a, Iuris æquabilẽ tenere rationẽ. de N. 12 a, Vt omnia omnibus, paria paribus respondeãt. hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem. de N. 30 b, Motus certus & æquabilis.

Aequabilitas. ἰσονομία, de Ora. 128 a, Quidam intoleratius se iactãt, & æquabilitatẽ cõmunis iuris, præstantius, de N. 28 b, & 23 a, aliàs æquilibritas. de Ora. 140 b, In laude iusticiæ explicãdum erit, quid cum fide, quid cũ æquabilitate factum sit. Or. 201 b, Lenitas & æquabilitas orationis. Of. 22 a, Aequabilitas uniuersæ uitæ, tum singularũ actionum maximè decora est. Of. 18 a, In liberis populis, et iuris æquabilitate, exercenda etiam est ciuilitas. Attic. 286 b, Fortis animus sine constantia & æquabilitate nihil est. Offic. 18 b, Præclara est æquabilitas in omni uita, & idem semper uultus, eademq; frons.

Aequabiliter. de Or. 128 b, Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. Offi. 41 a, Aequabiliter præ dam dispartiri. de Ora. 114 a, Oratio cum lenitate quadam æquabiliter profluens.

Aequalis, le. par, æquabilis, ætate coniunctus, eadem ætate, eiusdem ætatis, coæuus. de Or. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. Or. 215 b, partẽ pedis et æqualẽ esse alteri parti. Or. 208 a, Oratio par & æqualis rebus ipsis. de Le. 171 a, Quæ uis non modò senior est, quàm ætas populorum, sed æqualis dei. de Cl. 187 a, Sed ordinem sequens, in memoriam notam & æqualem necessariò incurro. Para. 119 b, Peccata esse æqualia. Or. 206 a, Demosthenes successit magnis, & maximos oratores habuit æquales. de Dom. 88 b, Philistius æqualis temporum illorum. de Leg. 157 b, Ipse autem æqualem ætatis suæ memoriam deposcit. Ora. 218 d, Et cretici æqualis pæan, qui spacio par est, syllaba longior. de Ora. 160. Quod metiri possumus interuallis æqualibus. de Ar. 252 a, Hoc sacrificium quod à regibus æquale huic urbi accepimus. de Cl. 171 a, Liuius Ennio æqualis fuit. I. A. 237 b, Deiotarus cuius beneuolentia in populũ Romanum est ipsius æqualis ætati. Or. 217 a, Imparibus an æqualibus? de Le. 174 b, Paupertatem diuitijs etiam inter homines æqualem esse uolumus. Brut. 165 a, Memoriæ proditũ est, poetas nobilis poetarũ æqualiũ morte doluisse. In Sal. 272 a, Aequalẽ et parẽ uerbis uitã agere.

Aequalitas, tis. de L. 193 b, Quidam uirtutibus exceptis atq; uicijs, cætera in summa æqualitate posuerũt. de Cl. 178 b, Aequalitas uestra & pares honorum gradus. pro Lig. 142 b, Quis est, qui horum consensum conspirantem, & penè conflatum in hac propè æqualitate fraterna non nouerit? pro Mur. 134 a, Prætor offensionem uitat æqualitate decernendi. de Or. 100 b, In rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio. Part. 231 b, Similitudo æqualitasq; uerborum.

Aequaliter, æquè, æquabiliter, æqua parte, æqua conditione, uno tenore, constanter. de Am. 106 b, Vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter, æqualiterq; respondeat. & de N. 49 a. l. Nitor. & de Vn. 201 a. & ad Her. 27 b. pro Mil. 116 b, Clodius æqualiter in alienos & in suos irruebat. Qu. F. 296 b, Quod Græcis æqualiter Sylla describeret. Epist. 177 a, Aequaliter aut sorte agros legionib. assignari puto oportere. I. V. 184 b, Frumentum, quod ciuitatibus æqualiter esset distributum. pro Fl. 163 a, Communis hæreditas, quæ æqualiter ad uirunq; lege ueniebat.

Aequatio, onis. ὁμαλότης. pro Mur. 135 b, Aequatio gratiæ & dignitatis. Off. 48 b, Aequatio bonorum.

Aequè. tã, pariter, similiter, æqualiter, peræquè. de Orat. 128 a, Afferendum est aliquid, quod sit grauius aut æquè graue. de Orat. 160 b, Nam uersus æquè prima, & media, & extrema pars attenditur. pro Qu. 16 a, Procurator æquè utriusq; necessarius. Epist. 211 b, Id utrique nostrũ æquè gratum est. Off. 39 a, Beneuolentia ciuium non æquè omnes egent, & ibidẽ: Sed ea non pariter omnes egemus. pro Clu. 59 a, Quos tamen ipsos æquè, & eos qui, &c. hæc cura solicitat. pro Do. 219 a. Cn. Pompeius æquè ut unusquisq; uestrũm pro salute mea laborauit. de Arch. 247 b, Qui æquè atq; ego non sunt occupati. de In. 51 a, b, Maius, minus, æquè magnũ. de Fi. 63 a, Neq; ipsam amicitiã tueri possimus, nisi æquè amicos & nosmetipsos diligamus. de Fi. 63 a, Nam & lætamur amicorum lætitia æquè ac nostra, & pariter dolemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

&c. de Dom.89 b, Hebes æquè ac pecus. de N.68 b, Hi coluntur æquè atq; illi. pro S.R.37 b, Hoc æquè turpe est atq; illud I.V.56 d, Nihil æquè cupio atq; bonam famam. Of.47 b, Diuites cùm magnum aliquid ab aliquo accepermt, æquè à se aut postulari, aut expectari aliquid arbitrantur. de Or.1.147 a, Non æquè quid dicant attendo. I.V 135 b, Verùm etiam sut meminerat æquè: id est pariter. At.277 d, Hoc ad officium meum æquè atq; ad ullam aliam rem pertinet.

Aequilibritas, aliàs Aequabilitas uel æqualitas. de Nat. 23 d, Confugis ad æquilibritatem. sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus.

Aequimelium, lij. pro Dom.233 b, Sp. Melij regnũ appetentis domus est complanata. Et quid aliud æquũ accidisse Melio populus Ro. iudicauit; nomine ipso Aequimelij, stulticia pœna comprobata est. & de D.116 b.

Aequinoctium, tij. At 169 b, Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod ualde perturbatũ erat. At.195 b, Publius si æquinoctium expectat, nauigaturus uidetur. In Arat. In quo autumnale atq; iterum sol lumine uerno, Exæquat spacium lucis cum tempore noctis.

Aequiparo, as. æquo. Tusculan.238 d, Nemo est qui facilis me æquiparare queat.

Aequitas, tis. æquum & bonum, æqualitas, æquum. Par. 241 b, Aequitatis uis est duplex, cuius altera directi & ueri, & iusti, & (ut dicitur) æqui & boni ratione defenditur: altera ad uicissitudinem referendæ gratiæ pertinet: quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur. Aequitas animi, Tusc.169 a.i. tranquillitas. Off.13 b, Difficile est, cùm præstare omnibus concupieris, seruare æquitatem, quæ est iusticiæ maximè propria. Att. 67 b, Perspice æquitatem animi mei. pro Mur.134 d, Aequitatis largitio. de S.77 d, Noui enim moderationẽ animi tui & æquitatẽ. pro Cec 297 b. Ex æquo & bono, non ex callido uersutoq; iure rẽ iudicari oportet. de Cl.177 b, In explicanda æquitate nihil erat Crasso copiosius. pro Pl.267 b, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnẽ reiecisti. de Or.105 b, Pro æquitate cõtra ius dicere. I.P.85 b, Quo in spectaculo mira Reip. æquitas erat, uter eorum periisset tanquam lanista. de Ora 99 d, Iudicia in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate & iure quæritur. de Or.106 d, Non ne arripuisti patrocinium æquitatis, & defensionem testamentorum ac uoluntatis mortuorum? Ep.17 b, Aequitatem tuam non potui non probare. de Orat.118 d, Tres personas unus sustineo summa animi æquitate: meã, aduersarij iudicis. Of. 50 d, Hoc nullam habet æquitatem. Attic.263 d, Summa bonitas & æquitas causæ pro Cec.292 d, Omnino iam bene agis, à uerbis enim recedis, et æquitate uteris. Top. Aequitas paribus in causis, paria iura desiderat.

Aequo, as. ex æquo. assequor. gradus tollo, parem facio, nec maius, nec minus fieri. I. Minor. de Cl.177 d, Existimo in his primùm cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiã fuisse æquatam. I.V. 225 d, Aequata agri planities de L.189 d, Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarent. de In. 42 b, Aequari cum aliquo. Off.1 b, Hi libri iam se illis ferè æquarunt. I.V.80 d, Vix eum huius parua parte æquari conferriq; posse. de Di. 87 b, Oracula, quæ æquitatis sortibus dicuntur. I.P. 62 d, Productus in concionem ab

eo cui sic æquatum præbeas consulatum tuum.

Aequor, oris. planities. de Di.99 b, Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes.

Aequus, a, um. quod habet æquitatem, non iniquus, æqualis, plenus. I.V. 234 d, Prætor æquus & sapiens. Attic. 130 d, Aequum est me à te impetrare, ut, &c. Item, Cùm de iure ciuili, cũ de æquo & bono disputatur. de Cl.177 b, & ibi Crassus multa cõtra scriptum pro æquo & bono dixit. et ibi, Scæuola peracutus ad excogitandũ quod in iure aut in æquo, uerum aut esset, aut non esset. Part. 241 b, Directum, & uerum, & iustum, & ut dicitur æquum & bonum. pro S.R.19 b, Aequa atq; honesta postulatio. At.262 d, Cæsar rescripsit Attico, æqua eũ postulare. Ep 179 b, Vt æquum erat, ut par erat. pro Qu. 24, Magistratus æquus reperiri hodie non potest. de In. 48 d, Præter æquũ & bonum. pro Qu.8 d, Quis nobis ista iura tam æqua describit? Top.226 b, & Off. 64 d, Aequum bonũ, et æquius melius in arbitrio rei uxoriæ. pro Qu.8 d, Quis hoc statuit, quod æquum sit in Quintium, id iniquũ esse in Næuium? de Fat.141 b, Sed Posidonium, sicut æquum est, cũ bona gratia dimittamus. pro Cor.67 b, Et erat æqua lex & omnibus utilis. Atti. 199 b, Consequẽris tamen, ut eos ipsos, quos contrà statuas, æquos placabilesq; dimittas. de Pro.72 b, Quẽ animo æquo uidere non possumus. At. 97 d, Esse animo æquo de aliqua re. Ep.18 d, Quare si iniquus es in me iudex, &c. sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. Qu.Fr. 308 b, Populo à se alienato, nobilitate inimica, nõ æquo senatu, iuuentute improba. Qu. de Pe. 212 d, Tamen hi possunt abs te placati æquiq; discedere. I. V. 266 d, Aequo animo uidere aliquid. pro Cl.28 b, Animis aut libẽtibus aut æquis remittatis. I.V.267 d, Vt de quàm me sis usurus æquo. pro Syl.177 b, Vt iam hæc non modò iniquorũ inuidiæ, sed & æquorum expectationi satisfacere possit. At.105 b, Tranquillissimus autẽ animus meus, qui totũ illud æqui, boni facit. Aequo animo facere aliquid. I. iniquus. pro S.R.42 d. Concedo, & quod animus æquus est. & quis nec esse est. Qu.Fr.317 a, Ab æquis uerò, etiam à propensis in hanc partem diligimur. Epi.35 a, Vt me tibi amicissimum esse, & æqui & iniqui intelligant. pro R.P. 129 b, Satis multa hominibus non iniquis hæc esse debent, nimis etiam multa uobis, quos æquissimos esse confidimus. Att.275 d, Aequo animo te moueri patteris. ad Her.36 b, In æquos & pares fastidiosus I.V.210 b, Par, æqua proportio. Of.25 d, Priuatum oportet æquo & par. cum ciuibus iure uiuere. pro Cec.294 b, Aequus & planus locus.

Aer, æris. cœlum, anima, spiritus, æther, Iupiter. Aer, nomen gratum, sed receptum iam tamen usu à nostris, 2 de Natura deorum. Ex aqua oritur aer, 3 de Natur. d. Aer oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi uapor quidam habendus est, de Nat.d.2. Motu eius caloris qui aquis continetur, aer alitur et æther expirationibus terræ, 2 de Nat.deor. Aer annuas frigorum & calorum facit uarietates, 2 de Nat.d. Aer cœli tenuitate & calore temperatus, uitalem & salutarem spiritum præbet animãtibus, 2 de Na.d. Sic nobis aer crassius offunditur, Acad.q.ed.1.lib.2. Aer crassissimus circumfundit terram, de Nat.d.2. Exin mari finitimus aer die & nocte distinguitur, Isq; tum fusus & extenuatus sublime fertur, tum

tum autem concretus, in nubes cogitur, 2. de Nat. deor. Aer & ignis nihil habent proni, Tusc. quæst. lib.1. Id est, quod uergat in imum. Aer & ignis sursum rectis lineis, in cœlestem locum subuolant, Tuscul. quæst. lib.1. Aer et ignis supera semper petunt, Tusc. q. lib.1. 35. Aer, ignis, aqua & terra. prima sunt initia & elementa rerũ. Acad. quæst. æd.2. lib.1. Aer fertur leuitate sublimi, 2. de Nat. d. Ipse uerò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris, 2. de Nat. deor. Aer tum fusus & extenuatus in sublime fertur, tum concretus in nubem cogitur, humoremq; colligens, terrã auget imbribus: tum effluens huc & illuc, uentos efficit, 2. de Nat. d. Aer interiectus inter mare et cœlũ, 2. de N.d. Aer Iunonis nomine cõsecratur, 2. de N.d. Ipseq; aer nobiscum uidet, nobiscũ audit, nobiscum sonat, 2. de N.d. Aer purus ac tenuis: cui opponitur Cœlũ crassũ ac concretũ. de Nat. d. 2. Aer, qui est terræ proximus, crassus est & concretus, Tusc. quæst. lib.1. Aer quẽ spiritu ducimus, de Nat. deor. 2. Ipse uerò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris, de Nat. deor. 2. Aer spiritu ductus, alit & sustentat animantes, de Natura d.2. Nõ uerisimile solum, sed etiam uerum esse censent, perinde utcunq; temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atq; formari, ex eoq; ingenia, mores, animum, corpus, actionem uitæ, casus cuiusq; euentusq; fingi, 2 de Diuin. Namq; est ales auis lato sub tegmine cœli, Quæ uolat, & serpens geminis secat aera pennis, in Arato. Aera deum statuit Anaximenes, de Nat. deo. 1. Aerem qui per maria manaret, Neptunum esse disputat Chrysippus. de Nat. deor. 1.

Aerarium, rij. pecunia publica, uectigalia, locus ubi ea pecunia asseruabatur. Att.85 d, Ariobarzanes nullum ærarium, nullum uectigal habet. Of. 69 b, Cato nimis præfractè ærarium, uectigaliaq; defendebat. pro Fl.155 d, Hi etiam ærarij nostri tabulas falsas esse uoluerunt: nam, &c. I.P.92 b, Rationes ad ærarium retuli. de Ar.247 d, Meam domum senatus ex ærario ædificandam putauit. Et ibid. Mea domus ædificatur pecunia publica. Qu. F. 317 d, Drusus à Tribunis ærarij de præuaricatione est absolutus. I.V.67 d, Depeculator ærarij. I.V. 132 b, Primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt. At.13 d, Hirudo ærarij. contra Rul.80 b, Pecuniam referre in ærarium lex uetat, exigi prohibet. At.99 d, Referre in ærarium ad HS. mille. Att.99 d, Vt ego amicior inuenirer Phrigum & Cili cum ærarijs, quàm nostro.

Aerarius, a, um. quod ad ærarium pertinet. pro Qu.3 d, Hoc eò per te agebatur, quod propter ærariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum deberetur, nisi, etc. de Orat.133 b, Is qui te ex ærarijs exemit, lustrum condidit. At.11 d, Milites non tam ærarij, quàm, ut appellantur, ærati. pro Cl.42 b, In ærarios referri, & tribu moueri. Qu.F.311 b, Senatorũ urna copiosè absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt.

Aeratus, a, um. quod ære tectum est. In Verr. 213 b, Lecti ærati. candelabra ænea. Att.11 d, Milites ærati: id est, ære alieno obstricti.

Aere dirutus. I.V.242 b, Aleatoris castra, in quibus cũ frequens fuisset, tamen ære dirutus est: id est, euersus, uictus, & ære alieno obstrictus.

Aerius, a, um. uel Aereus, a, um. animalis, spirabilis, fla-

bilis. de Vn.201 d, Erant animantium genera quatuor: quorum unum diuinum atq; cœleste, alterum pennigerum aerium, &c. Top.227 b. Aerei uolatus auium.

Aerugo, ginis. quasi æris quædam scabies ipsum corrumpens. Tusc.215 b, Aes Corinthium in æruginem incidit.

Aerumna, calamitas. Est ægritudo laboriosa, Tusculan. q.lib.4. Vt ubi uirtus sit, ibi esse miseria et ærumna non possit, 5 de Fin. Qui aliorum ærumnam dictis alleuans, etc. Tusc.q.li.3. Quòd si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer, morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem, post Reditum in Senatu. Te miseriæ, te ærumnæ premunt omnes. Parad.119 b. Herculis perpeti ærumnas, de Fin.147 b. Tu ornatus ærumnis, uenis ad eum lacerandum quem interemisti: ego iacentem & spoliatum defendo ac protego. pro Sylla: hoc est, ornatus ærumnis & uelut spolijs Syllæ.

Aerumnosus, calamitosus. M. Regulus infelix, nec ærumnosus, Par. Crux infelici & ærumnoso comparabatur, 7. Ver. Nec tam ærumnoso nauigassem salo, 3 Tusc. id est, per mare, in quo tot labores tolerandi fuerunt. At eos, qui se ægritudini dediderunt, miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos, 4 Tuscul. Aerumnosissimus, At. lib.3. & 9. pro Cluentio.

Aes, æris. metalli genus. de Nat. 65 b, Nihil esset æneum, quod commutari non posset, si commutabilis esset natura æris. I.A.189 d, Antonius falsas leges in æs incidendas, & in Capitolio fingendas curauit. I. A. 223 b, Statua pedestris ex ære. Aes alienum, debitum, pecunia debita. I.A.233 d, O ridiculum hominẽ, qui se exire ære alieno putauit posse, cùm uenderet aliena. Of.44 b, Suscipere æs alienũ amicorum causa. Epi.172 b, Meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxi. Att.23 d, Tusculanum & Pompeianum me ualde delectant, nisi quòd me illum ipsum uindicẽ æris alieni, ære nõ Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. At.277 d, Dyrrachini sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt. At.23 d, Multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ ualde leuatæ sunt. Att.23 d, Liberare se ære alieno. Att. 232 b, Liberare se magno ære alieno. pro Font. 276 d, Galliam ære alieno esse oppressam. I.V.205 b, Metuisti ne æs alienũ tibi cresceret. In Cat.108 b, In magnum æs alienum incidi. I.V. 202 d, Habes æs alienum. Et alibi, Magnum & graue æs alienum. Qu.Fr. 294 b, Contrahere nouum æs alienũ. At.200 d, Ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. I.C. 109 d, Partim etiam sumptibus in uetere ære alieno uacillant. pro Syl.17 b, Prædijs uenditis, æs alienum eiusdem dissolutum. Topic.221 d, Aes alienum. I. C. 105 d, Alicuius æs alienum contractum in popinam. pro Syll.178 d, Cuius æs alienum non libidine, sed negocij gerendi studio contractum est. In ære esse, id est, debere, et alicui obstrictum esse. Ep.251 d. Multi anni sunt cum ille in meo ære est. Ep.226 d, Esse in ære alicuius. In Ver.202 d, Non modò ipsam in ære alieno nullo, sed in suis nummis multos esse, semperq; fuisse.

Aeschines, nis, orator. Aeschines Academicus, 1 de Ora. 24. Aeschines Demosthenis orationẽ ut putidam reprehẽdit, Or. Aeschines Demosthenis proximus, Brut. Itaq; & Aeschines in Demosthenem inuehitur, quòd is septimo die post filiæ mortem hostias immolasset, Tusculan. quæst. lib.3. Vide orationem Aeschinis inuectiuam in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demosthenem. Aeschines & Hyperides inter se dissimillimi, Brut. Aeschines orator, Isocratis discipulus, 2 de Orat. Aeschines, Rhodi, qui propter ignominiam iudicij se contulerat, suam & Demosthenis orationem recitauit, 3 de Orat. Conuerti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Aeschinis, Demosthenisq;, de Opt. genere. Aeschines Milesij genus dicendi, Brut. Aeschinis oratio sonitum plurimum habuit, 3 de Orat. Aeschinis testimonium de Demosthenis actione, 3 de Or. Aeschini, ne Demosthenes quidem uidetur Atticè dicere, Orat. 14. Inter Aeschinem & Demosthenē causæ inimicitiarū, Or. 148.

Aeschilus, li. Poeta. de Or. 145 a.

Aesculapi⁹, pij. Aesculapij multi fuerūt. de N. 70 b, 71 d.

Aesernia, æ. oppidum. At. 126.

Aeserninus, ni. de Op. 244 b, Aeschines tanquam Aeserninus, ut ait Lucillius, cum Pacideiano hic componitur. Qui Fr. 327 a, Si cum Aesernino Samnite Pacideianus comparandus uideretur.

Aesopus, pi. de Or. 108 a, Aesopus histrio.

Aestas, tis. anni pars feruētior, æstiuum tempus. de Di. 99 b, Arabes campos & montes hyeme & æstate peragrantes, &c. de Senect. 86 b, Refrigeratio in æstate & uicissim in hyeme aut sol, aut ignis hybernus.

Aestifer, a, um. In Arat. Aestiferos ualidis erumpit flatibus ignes. & ibid. Aestifer cancer.

Aestimabilis, le. de Fi. 94 a, Aestimabile est quod pondus aliquod habeat dignū æstimatione.)(Inæstimabile.

Aestimatio, nis. precij iudicium, impositio precij. In Ve. 135 a, In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ Censori permittitur. & 191 a, Item Parad. 125 b, Non æstimatione census, sed uictu atq; cultu terminatur diuitiarum modus. Ep. 207 a, A` M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem accepit. Qu. F. 298 b, Non est tibi his solis utendum æstimationibus ac iudicijs. pro Cl. 41 b. Aestimatio litis non est iudicium. de Fin. 97 b, Nam cum æstimatio, quæ ἀξίωσις dicitur, neq; in bonis numerata sit. & ibidem: Dignum æstimatione, quam ille ἀξίωμ uocat.

Aestimator, oris. iudex. I. P. 98 a, Vnus tu dominus, unus æstimator frumenti omnis per triennium fuisti. Par. 225 b, Callidi rerum æstimatores, prata & areas quasdam magni æstimant. pro Mar. 133 a, Nemo erit tam iniustus rerum æstimator, qui dubitet, &c. Or. 210 a, Quis tandem id, iustus rerum æstimator reprehenderit?

Aestimo, as. facio, puto, duco, habeo. pono, spectо, ponderо, tribuo, pendo, expendo, perpendo, metior, censeo, censum habeo, æstimationem habeo, mihi graue & sanctum est, aliquo loco numero, nullo loco numero. I. V. 190 b, Senatus quaternis H S. tritici modium æstimauit. I. V. 240 a, Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, æstimata harum rerum omnium precia. pro Cl. 41 a, Aestimare litē. l. lis. I. V. 99 b, Illarum rationē ex ea fæce legationis illa sunt nomina, quæ Dolabellæ necessariò sunt æstimata. Off. 50 b, Præficere aliquem æstimandis possessionibus. In Sal. 273 b, Tanti me fugacem hi æstimauerunt. At. 54 a, Superficiem Coss. ex S. C. æstimabunt. pro Quint. Ros. 50 a, Vulgus ex ueritate pauca, ex opinione multa æstimat. pro Quint. Rosc. 52 a, Cluuius, quem si ex censu

spectas, eques Rom. est: si ex uita, homo clarissimus est. pro Quint. Rosc. 49 b, Nemo illum ex trunco corporis spectabat. sed ex artificio comico æstimabat. Posth. 207 a, Expendunt atq; æstimant uoluptates. Attic. 286 a, Br. Valde carè æstimas tot annos, quos ista ætas recipit, si, &c. pro Dom. 236 b, Is domum emit propè dimidio carius, quàm æstimabat. de Fin. 76 a, Magni æstimabat pecuniam. Epist. 145 b, Aestimare aliquam rem cariū. I. V. 196 b, Eodem tempore, Antonius tribus denarijs æstimauit post messem. Epist. 39 a, Quanti me illud æstimare putas? I. V. 204 a, Deinde hæc expendite & æstimate pecunia. & ibidem, Hæc pecunia æstimeri non queunt. Tusculan. 233 a, Tantisper hoc magni æstimabo. Epist. 50 a, Animus callere iam debet, atq; omnia minoris æstimare. Attic. 4 b, Hoc si quanti æstimes sciam, tum quid mihi elaborandum sit, scire possim. de Finib. 92 b, Næ ego istam gloriosam uirtutem non magno æstimandam putem. Attic. 112 a, Is autoritatem suam quàm magni æstimat. Parad. 126 a, Si callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magni æstimant, quod ei generi possessionum minimè quasi noceri potest, quanti est æstimanda uirtus? Tusculan. 151 b, Me esse mortuum nihil æstimo. de Finib. 120 b, Valetudinem quia sit, non nihilo æstimandam. de Finib. 83 b, Nisi uoluptatem tanti æstimaretis. Et ibidem, Qui uoluptatem nullo loco numerat. Ep. 54 b, Ponere in minimis. i. minimi æstimare. de Fin. 96 b, Cum uoluptatem in summis bonis ponerem. de Fin. 97 a, Putare omnia pro nihilo. Tusc. 229 b, Habere omnia pro nihilo. Par. 123 b, Quæ seruitus est, si hæc libertas æstunari potest? de Vn. 203 b, Aestimant uel existimant. pro R. P. 128 b, Aestimari uel existimari. de Fin. 96 b, Ducere omnia humana infra se. Aca. 23 a, Ponere multum in aliqua re. At. 186 b, Mihi μανάφωρ ὑπὸ non tanti sunt, ut sine te sim. pro Cec. 295 b, Respuere & pro nihilo putare aliquid. L. Lis. Aestimare, pro existimare. de Leg. lib. 1, Sisenna omnes adhuc scriptores, nisi qui fortè nondum ediderunt, de quibus æstimare non possumus, facilè superauit. pro Qu. R. 50 a, Vulgus ex ueritate pauca, ex opinione multa æstimat. Parad. Quæ seruitus est, si hæc libertas æstimari potest.

Aestiua, orum. loca sunt in quibus æstatis ardorem uitantes, bestias aut milites continent.)(. Hyberna. Epist. 26 a, Mihi erat in animo cùm prima æstiua attigissem, militaremq; rem collocassem, decedere ex Senatusc. Epist. 102, Sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita. Atti. 77 a, Cicerones nostros Deiotarus filius secum in regnum, dum in æstiuis nos essemus. I. V. 255 a, Ac primò ad illa æstiua prætoris accedunt. I. P. 100 b, Nulla trinis æstiuis gratulatio.

Aestiuus, a, um. quod ad æstatem pertinet. Attic. 75 b, Erat mihi in animo rectà proficisci ad exercitum, æstiuos menses reliquos rei militari dare. I. V. 252 a, Hic dies æstiuos sexaginta prætor populi Rom. sic uixit, ut, &c. Qu. F. 318 a, Locus æstiuus bonus. Qu. Fr. 184 a, Vnus æstiuus dies. & de Leg. 159 a, Aestiuo die.

Aestuo, as. ardeo. feruеo. (. Algeo. In Ver. 124 a, Ita æstuabat dubitatione, uersabat se in utrāq; partem. Ep. 103 b, Sed magis ut desiderio nostri te æstuare putarem. Tusc. 182 a, Esuriendo, sitiēdo, algendo, æstuando. de Am. 243 b, Ille exanguis atq; æstuans, se è curia repentè proripuit,

ripuit. I. V. 120 a, Quod ubi auditum est, æstuare illi qui dederant pecuniam. pro Fl. 156 a, Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille prosequitur. Acad. 18 a, Sic ille cum æstuaret, umbram secutus est.

Aestuosus, a, um. æstu, caloreq; plenus. Attic. 75 b, Nunc iter conficiebam, æstuosa & puluerulenta uia.

Aestus, tus. feruor, motus & agitatio fluctuum. de Nat. 30 a, Aestus maritimos ortu aut obitu lunæ cōmoueri. de D. 115 a, Quid de fretis & æstibus marinis, plura dicam? de N. 52 b, Aestus maritimi multum accedentes & recedentes. I. C. 103 b, Cum æstu febriq; iactantur. de L. 171 a, Ne æstus nos consuetudinis absorbeat. de Cl. 191 a, Sed hunc quoq; absorbuit æstus quidam gloriæ. de Or. 156 a, Repentè te quasi quidam æstus ingenij tui, procul à terra abripuit. de Or. 157 a, Feruet æstu pelagus.

Aetas, tis. tempus, memoria, seculum. Aetas iniens maximè à libidinibus arcenda est, exercendaq; in labore. patientiaq; & animi & corporis, Officiorū 1. Aetas acta honestè & splendidè tantam affert consolationem, ut eos qui ita uixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor, Tusc. q. lib. 3. Non cani, non rugæ repentè autoritatem arripere possunt: sed honestè acta superior ætas fructus capit autoritatis extremos, de Senect. De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo, Mihi quidem ætas acta fermè est, tua istuc refert maximè, ad Brutum. epist. 2. Propè iam acta ætas decursaq;, pro Quint. 18 b. Quòd si ipsis bona ætas frui tur, libentius primùm paruulis fruitur rebus, de Senect. Vt enim non omne uinum, sic non omnis ætas coacescit, de Senect. Sunt puerilitæ certa studia: num ea desiderant adolescentes? Sunt & ineuntis adolescentiæ: num ea iam constans requirit ætas, quæ dicitur media? de Senect. Aetas Consularis, trium & quadraginta annorum, 5 Philip. Aetas corroborata iam, confirmataq;, Læl. Et interāū multas uias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione uix posset: et multarum rerum iucundissimarum uarietatem dedit, qua non modò hæc ætas, sed etiam iam corroborata caperetur. pro Cælio. Et (ut uerū loquar) ætas iam à diuturnis laboribus deuexa ad ocium, domesticarum me rerum delectatione mollijt, ad Att. lib. 97. Exacta ætas seuerissimè, pro Qu. Rosc. 52 b. Tusculan. quæst. lib. 1. Huius extrema ætas in hoc beatior, quàm media, quòd authoritatis plus habebat, laboris minus, de Senect. Videtur enim esse indoles: sed flexibilis ætas: multiq; ad deprauādum parati, ad Brutum. Epist. Aetas & ambitio hortabantur, 7. Fam. Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi, ætas illa, qua tum fuit, pro C. Rabirio. Aetas improuida, cuiusmodi est adolescentia, Tusc. quæst. lib. 5. Quorum ætas in eorum tempora, quos nominauī, incidit, Or. 200 b. Aetas infirma, de Fin. lib. 5. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra iam ingraueſcens, in amore atq; in adolescentia tua conquiescat, ad Curionem lib. 2. Epist. & Cat. Aetas maturissima, ad Herennium. 29 b. Aetas media, et ætas extrema, de Senectute. Aetas non est ad præcepta, pro Plan. Aetas optima, 10 Fam. Aetas præcipitata, Ep. 180 b. Præterita enim ætas, quamuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem, de Senect. Aetas prouecta & decrepita, Tusc.

q. lib. 1. Ita sensim sine sensu ætas senescit: nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur, de Senect. Aetas spectata, post Reditum ad Quirites. Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati, 11 Philipp. Aetas uolat, Tusculan. q. lib. 1. Aetatis quietè & purè & eleganter actæ placida ac lenis est senectus, Cat. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet quod suo tempore percipi debeat, de Senect. Quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum, quem meruerūt, retribuam, pro Rosc. Comœdo. Cursus est certus ætatis & uia una naturæ, eaq; simplex: suaq; cuiq; parti ætatis tempestiuitas est data, de Senect. Aetatis meæ errata, 16. Fam. Ciceronis filij. Quæ sunt igitur uoluptates corporum cum authoritatis præmijs comparandæ: quibus qui splendidè usi sunt, ij mihi uidentur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse, de Se. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat tamen quidam feruor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt etiam indies mitiora, de Sen. Si infinitus rerū forensium labor, ætatis flexu constitisset, 1 de Orat. Si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificijq; habebant, abducit omnes, 7 Ver. Homo qui et summa grauitate, & iam id ætatis, et parens esset, obstupuit hominis improbi dicto, 3 Ver. Author est, ut quamprimùm agere incipiant, hominemq; id ætatis minimè litigiosum quàm tumultuosissimè adoriantur, 4 Ver. Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris ab horum adolescentium studijs imponitur, &c. 1 de Orat. Si hominem id ætatis in tam longo sermone retinuisset, ad Attic. Homo qui iam id ætatis esset, in Ver. 89 b. Ita uiximus, et id ætatis iam sumus, ut omnia quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus, ad Thoranium, lib. 6 Epist. Aetatis illius ista fuit laus, de Cl. 88 b. Anchialum et Cassandrū summos astrologos illius ætatis qua erat ipse, 2 de Di. Aetatis imbecillitas non potuerit grauitatem rerum sustinere, ad Brutum. Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisq; inferioris ætatis? 4 Academ. de Democrit. Aetatis infirmitas, 16 ad Attic. Ineuntis ætatis insciti a senum constituenda & regenda est prudentia. Officiorum 1. Aetatis maturitas abest, 6 Fam. Aetatis nerui, 2 in Ver. Senectus aūt peractio ætatis est, tanquam fabulæ, de Se. Solet idem Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eò tardioris tibicinis modos et cantus remissiores esse facturum, 1 de Orat. Qui si iam satis ætatis atq; roboris haberet, ipse pro Roscio diceret, pro Roscio Comœdo. Itaq; quantum spacium ætatis maiores nostri ad senectutis initium esse uoluerunt, tantus illi cursus honorum fuit, de Senect. De Valerio Coruino. Temeritas est uidelicet florentis ætatis, prudentia senectutis, de Sene. Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honestēq; uiuendum, de Sen. Atq; illud tenebrosissimū tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere, in Vatin. Angor, mi suauissime frater, angor, nullam esse remp. nulla iudicia: nostrūq; hoc tēpus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustētari, ad Qu. fr. li. 3. pro. ætas hæc nostra. Nunquā satis laudari digne poterit philosophia: cui qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

pareat, omne tempus ætatis sine molestia posit degere, de Sen. Neq; expectat ultimum tempus ætatis, 2. de Fin. Quum enim summum bonum in uoluptate ponat, negat infinito tempore ætatis uoluptatem fieri maiorem, quàm finito atq; modico, 2 de Fin. Aetatis tempore infirmißimo, Acad.q.ed.1.lib.2. Collegi me aliquando, & ita constituì fortiter esse agendum: illi ætati, qua tum eram, solere laudi dari, etiã si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem, pro Cl. In India qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, 5. Tuſ. Hic ferè ætatem egit in literis, 2 de Leg. Tulisse eũ molestè, se non effugere hostitis speciem quum ætatè ageret Athenis, optimeq; loqueretur, in Brut. de Theophrast. Agere ætatem cum aliquo, Ep. 50 b, Quoniã in eo studio ætatẽ cõsumpsi, Of. 1. Legibus annalibus quum grandiorẽ ætatem ad Consulatũ constituebant, adolescentiæ temeritatem uerebantur, 5 Philip. Vt nollent ætatẽ in litibus conterere, 2 de Leg. Degere omnem ætatem sine dolore, 2 de Fl. Quid aũt fuit, quòd illã hoc tempore ad uiuendũ magnopere inuitare posset? quæ res? quæ spes? quod animi solatiũ? ut cum aliquo adolescente primario conjũcta, ætatẽ gereret? Seruius Ciceroni, lib. 4. Ep. de obitu Tulliæ. Vt primùm per ætatẽ iudicium facere potueris, ad Planc. lib. 13. Id est, ætatis progressu, & ætate permittente. Quibus facillimè rationib. ingraueſcentẽ ætatẽ ferre possumus. de Sen. Imperatorẽ liberalißimũ, ætatẽ opportunißimã, cõmendationem certè singularem habes, ad Trebat. li. 7. Hoc est cõmodißimã, & quæ munijs publicis adhuc probè uacare posit. Sed hanc ætatẽ abesse lõgè à sepulchro negãt oportere, 16 ad At. Nõ ne melius multò fuisset, ociosam ætatẽ & quietã sine ullo aut labore aut cõtentione traducere? de Sen. Tertiam iam enim ætatẽ hominum uiuebat, de Sen a. de Nestore dictũ, qui secundũ poetas trecentos annos uixit. Quam honestè tem in iudicium tuum propè acta iam ætate decurſaq; attulit, pro Quint. Affecta iam ætate Mutius, 6 Ver. Multa in nostro Collegio præclara sunt: sed hoc in primis, quòd ut quisq; ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet, de Sen. Nã Gabam, Aphricanũ, Lælium, doctos fuisse traditum est. studiosum autẽ, qui ijs ætate anteibat, Catonem, 1 Tusc. Acad quæst. edit. 2 lib. 1. Tertium genus est ætate iam confectum, in Catil. Bene Sophocles, quũ ex eo quidã iam cõfecta ætate quæreret, uteretur ne rebus uenereis, Dij meliora, inquit, de Senect. Aetate & uulneribus confecti, ad Octau. Ego Plancẽ necessitudinem cõstitutam habui cum domo uestra, antè ali quanto quàm tu natus es: amorẽ autẽ erga te ab ineunte pueritia tua, cõfirmata iam ætate familiaritatem cum studio tuo, tum iudicio tuo cõstitutam, 10 Famil. Cætera ætate iam sunt decursa, 8 Fam. Cælij. M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimũ annum uitã produxisse, quum esset exacta iam ætate in agris, eosq; colere, de Senect. Hic iam grãdis natu Eubulida, tãtum exacta ætate, laboris itineriq; suscepit, &c. 7 Ver. Ac multi & nostra & patrum maiorumq; memoria, summi homines & clarißimi ciues fuerunt, quorũ quum adolescẽtiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ uirtutes firmata iam ætate extiterunt, pro Cælio. Aetate ineunte. Acad. quæst. ed. 1. li. 2. C. Cæsar ineunte ætate docuit ab excellẽti eximiaq; uirtute, progressum

ætatis expectari nõ oportere, 5 Philip. Nã et ijsdẽ exercitationibus ineũte ætate fuimus, in Bruto. Qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; uestrum, 1 de Or. Maior ætate, in Ant. 203 b. Aetate præcipitata commutem, quod adolescẽs præsliti, 11 Fam. Maij. Dignitate & ætate præstat ille, 1 ad Qu. fratrẽ. Liuius usq; ad adolescentiã meã processit ætate, de S 87 b. Themistocles omnium ciuium nomina perceperat. Nũ igitur censetis eũ, quũ ætate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare solitũ? de Sen. Horum uterq; Isocratẽ ætate præcurrit. in Or. Hoc est, Isocrate maior natu fuit. Nisi fortè adolescentes pueritiã, paulùm ætate progressi, adolescentiã debeant requirere, de Sen. Fimbria temporibus ijsdẽ ferè, sed lõgius ætate proiectus, habitus est sanè luculẽtus patronus, in Brut. Aetate proiecta mori, Tusc. q. li. 1. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iam ætate proiecti in nostris libris acquiescunt, 1 de Diuin. Aetate puer, de Inuent. 50 b. Is adolescens subuenit Reipub sed ætate multò robustior, in Ant. 203 b. Aetates confirmatæ, de Fin. lib. 5. Aetates singulæ singula dicẽdi genera extulerũt, 2. de Ora. Omnium ætatum certus est terminus, senectutis autẽ nullus est, Cat. Vt superiorũ ætatũ studia occidunt sic occidũt etiã senectutis, de Sen. Vt eos in rebus quærendis explicandisq; naturis, ætates conterere uideamus, 5 de Fin. Quo in studio, hominũ quoq; ingeniosißimorum ocio sißimorũq; totas ætates uidemus esse cõtritas, 1 de Or. Atticus me inflammauit studio illustrium hominũ ætates & tempora persequendi, de Cl. 172 b. Heroicis etiã ætatibus Vlyssem & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapiẽtes, 5 Tuſ. Aetatib. nostris alienas res, 14 ad At. Vna cũ seculis, ætatibusq; hominũ, de N. d. 3.

Aetatula, æ. de Ar. 253 b, Qui primam illam suam ætatulam ad scurrarum locupletum libidines, detulit. Item de Fin. 138 a, In primis puerorum ætatulis.

Aeternitas, tis. tempus fine carens, immortalitas. de D. 112 a, Nihil fieri, quod non ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore. de N. 6 a, Aeternitas, quam nulla tẽporis circũscriptio metiebatur. de In. 52 a, Tẽpus est pars æternitatis. de Na. 23 b, Deũ in omni æternitate nihil aliud cogitantẽ, nisi &c. de Nat. 62 b, Quod semper ex omni æternitate uerum fuerit, id esse fatũ. de D. 106 b, Animus uixit ab omni æternitate. de D. 85 b, Diuinatio est ab omni æternitate repetita. de D. 104 a, Ea est ex omni æternitate fluẽs ueritas. de D. 112 a, Quæ fiant ex omni æternitate, definita esse fatali ter. To. 225 b, Causæ ex æternitate pendẽtes. de Vn. 196 a, Quod immutabili æternitate continetur. de Fa. 144 b, Si alterutrũ ex æternitate uerũ sit. de Fi. 83 a, Cur ita semper Deum appellet Epicurus beatũ et æternũ? dempta enim æternitate, nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus. de N. 6 a, Fuit quædã ab infinito tẽpore æternitas. l. P. 80 b, Mihi pop. Ro. nõ unius diei gratulationẽ, sed æternitatẽ, immortalitatẽq; donauit. l. A. 264 b, Ea extructio, quæ sit ad memoriã æternitatis, ara Virtutis.

Aeternus, a, um. sempiternus, immortalis, perpetuus, quod toto tempore uitæ durat. Quod immutabili æternitate continetur. de N. 6 a, Nihil quod ortum sit, æternum esse potest. de Fin. 83 a, Deus beatus & æternus. de Nat. 10 a, Legis perpetuæ & æternæ uis. de Som. 128 b,

Supra

Supra lunã sunt omnia æterna. de Fat. 145 b, Causæ immutabiles & æternæ. & ibid. Causæ inclusæ in rerum natura atq; mundo. de Fin. 52 a, Motum atomorum nullo à principio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire. Posteq. 211 b, Si mihi æternã esse propositam ærumnã arbitrarer, morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore mulctassem. de Vn. 177 a, Mundum simulachrum æternum esse alicuius æterni.

Aether, ris. superior mundi pars tota. Aether et Dies, parentes Cœli, Cœlum uerò Saturni, 3 de Nat. deorum. Et quum quatuor genera sint corporum, uicißitudine eorum mundi natura est continuata. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorsum, uicißim ex æthere aer, inde aqua, ex aqua terra infima, 2 de Nat. d. Aether immensus aerẽ amplectitur, 2 de Nat. d. Aether nominatur ardor ultimus & certißimus undiq; circũfusus, &c. de Nat. d. 1. Restat ultimus, & à domicilijs nostris altißimus, omnia cingẽs et coercens cœli complexus, qui idẽ æther uocatur, extrema ora & determinatio mundi, 2 de N. d. Aether Zenoni & reliquis ferè Stoicis uidetur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Non est enim æthereis ea natura, ut ui sua stellas complexa cõtorqueat. Nã tenuis ac perlucẽs, et æquabili calore suffusus æther nõ satis aptus ad stellas cõtinẽdas uidetur, 2 de N. d. Quod astrorũ ignis et ætheris flamma cõsumat, 2 de N. deor. Ex nobilißima puraq; ætheris parte gignuntur sidera, de Nat. deor. 2. Athera Chrysippus esse disputat, quem homines Iouem appellant, de Nat. deor. 1. Atq; hic (Strabo) idem alio loco æthera deũ dicit esse, 1 de Na. de Leone loquitur. At propter se aquila ardenti cũ corpore portat, igniferum mulgens tremebundis ætera pennis, in Arat. Ex æthere innumerabiles flammæ siderum existunt, 2 de Nat. In æthere autem astra uoluuntur.

Aethereus, a, um. de D. 86 b, Aethereus ignis. de Di. 37 a, Sphæra ab æthera coniunctione secreta & libera.

Aethiops, pis. Posteq. 207 a, Cum homine, aut cum stipite Aethiope, si in foro cõstitisses, nihil crederes interesse. de Fi. 89 b, Degere ætatem omnem in tranquillitate.

Aethra, æ. Idem quod æther, de N. 49 a, Summa pars cœli quæ æthra dicitur. aliàs Aether.

Aetna, æ. mons Vulcano sacer. de D. 117 a, Nõ enim te puto esse eum, qui Ioui fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes. de Sen. Onus Aetna grauius sustinere.

Aetnæus, a, um. de Nat. 45 a, Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur, &c.

Aetolia, æ. l. P. 99 a, Aetolia medio ferè Græciæ gremio continetur. (nio comite bellauit.

Aetolus, a, um. pro Ar. 191 a, Fuluius qui cũ Aetolis Ennium

Aeuum, æui. ætas. de Som. 127 b, His est definitus in cœlo locus, ubi beati æuo sempiterno fruũtur. Tusc. 154 a, Romulus in cœlo cũ dijs agit æuũ. Rectius hic uersus sic legitur: Romulus in cœlo cũ dijs agit æuũ. Degit.

Aeuitates, uel Aeuitatis. i. ætates. de L. 185 a, Cẽsores, populi æuitates, soboles, familias, pecuniasq; censento. ibidem: Aeuitatem annali lege seruanto.

Afer, a, um. de Nat. 17 b, Alia est nobis, alia Afris Ammonis Iouis species. & 158 a. Item pro Cor. 63 a.

Affabilis, le. Off. 23 a, Cum et mulierib. inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilem se esse uellet.

Affabilitas, tis. facilitas alloquendi, audiendi lenitas, facilitas in audiendo, comitas sermonis. de Off. 42, Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasq; sermonis.

Affabrè, fabrè, pulchrè et artificiosè. l. V. 69 a, Deus paulò magis affabrè, atq; antiquo artificio fictus.

Affaris, re, tur. alloqueris, & re. Brut. 166 a, Liber quo me hic affatus quasi iacẽtem excitauit. de Diuin. 119 a, Et eum affatus est, qui arabat. de Cl. 188 a, Nam scripsit his uerbis, cum hunc nomine esset affatus. de Sen. 77 a, Licet uersibus ijsdem mihi affari te Attice. & c. l. A. 167 a, Qui locus est tam inhumanus, qui illos cum accesserint, non affari atq; appetere uideatur?

Affatim, abundè. Attic. 32 a, Puto me Dicæarcho affatim satisfeciße. & 231 b, Tum iecore optimo farta & satiata affatim, clangorem fundit uastum. de N. 51 b, Iisdẽq; seminibus homines affatim uescuntur. Att. 251 a, H. S. L. XXII. satis esse affatim prorsus.

Affectio, nis. perturbatio, cõcitatio animi, affectus, motus animi, sensus, impetus, πάθος, animi quidam dolor, studium, cupiditas. de Vniuers. 203 a, Cum perturbationem ratione depulerint, & ad primam & optimam affectionem animi peruenerint. de In. 64 a, Impulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: ut amor, iracundia, ægritudo, uinolentia, &c. de In. 64 a, Ergo accusator cum aliquid impulsione factum esse dicet illum impetum, & quandam commotionem animi affectionemq; uerbis & sentẽtijs amplificare debebit. de In. 50 b, Affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: ut lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, et alia, &c. de In. 64 a, Impetus et quædã commotio animi affectioq;. Tuſ. 215 a, Vitia enim affectiões sunt manentes, perturbationes autem mouentes, ut non posint affectionum manentium partes esse. de Fin. 103 b, 104. a, Ex hac animorũ affectione testamenta, commendationesq; morientium natæ sunt. Offic. 58 a, Animi talis affectio, neminem ut uiolem commodi mei causa. de Fa. 141 b, Affectio astrorum ad quasdam res ualet. de Na. 129 a, In puero refert, &c. qua affectione cœli primum spiritum duxerit. de In. 84 a, Affectio est quædam ex tempore, aut ex negociorum euentu, aut administratione, aut studio hominum, commutatio rerum, ut, etc. de Or. 124. b, Impetu quodam animi, perturbatione potius quàm iudicio, aut consilio regi. & ib. de affectionibus multa. de Or. 125 b, Motus animi et sensus, pro affectione. pro Cæl. 35 b. pro Plan. 260 b.

Affecto, as. appeto, quasi arcesso, nimis exquiro. pro Qu. R. 42 a, Nunc uerò quam uiam munitet, quod iter affectet, uidetis. At 269 a, Omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. ad Herennium 31 a, Nam hic in quibusdam uerbis quædam similitudo, non tam affectanda quàm illæ superiores, sed tamen adhibenda nõnunquam.

Affectus, a, um. animatus. de Finib. 63 a, et de Am. 106 b, Vt eodem modo erga amicũ affecti simus, quo erga nos metipsos. Ep. 257 b, Nõ queo ad te scribere, quo animo sim affectus. Off. 128 b, Cũ ita sis affectus animo, etc. Par.

Universidad de Deusto
Biblioteca

122 b, Nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminẽ. de L. 61 a, Oculi nimis arguti, quẽadmodum animo affecti simus, loquũtur. pro Mur. 137 a, In his tãtis periculis, ita sum animo affectus, ut nõ queã satis cõmunẽ omnium nostrorũ fortunã miserari. de Di. 93 b, Iubet igitur Plato, sic ad somnũ proficisci corporib. affectis, ut nihil sit quod animis errorẽ afferat. de Fi. 130 a, Aliquẽ ita affectum esse, ut optimè secũdũ naturã affectus esse possit. At. 211 b, Et meherculẽ, nunc cum ita simus affecti, ut nõ possimus planè simul uiuere. Off. 56 a, Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisq; commodum, &c. necesse est, &c. Par. 136 b, Atq; si sunt quidem ferè quasi quidam habitus animi, sic affecti & constituti, ut sint singuli inter se proprio uirtutis genere distincti.

Affectus, cõmotus. Or. 202 a, Orator utcũq; se affectũ uideri, & animũ audientis moueri uolet, ita certũ uocis admouebit sonũ. de Fi. 56 b, Qui enim sentit quẽadmodũ sit affectus, eũ necesse est aut in uoluptate esse, aut in dolore. Ep. 258 a, Variè sum affectus tuis literis. I. A. 323 a, Est enim ita affectus, ut nemo unici filij mortẽ magis doluerit, quã ille mœret patris. Tus. 192 a, Eos sanos intelligi necesse est, quorũ mens motu, quasi morbo perturbata nullo sit: qui contrà affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. de In. 64 a, Animus ita uidetur affectus fuisse, ut rem cũ consilio perspicere nõ posset. At. 200 b, Auidè sum affectus. de Fano. de Or. 127 a, Si iusto, si pio dolore me affectum uides. et 92 a, Sic magis affectis animis iudicum, quam, &c. de Off. 46 a, Nõ uno modo in disparib. casibus affecti esse debemus.

Affectus, cumulatus, præditus uel mulctatus. I. P. 86 b, Cùm tantis à uobis P. C. affectus sim beneficijs, tantis honorib. Off. 30 a, et pro Mur. 124 b, Homines aliquo honore aut imperio affecti. I. P. 99 b, Qui erant affecti præmijs, &c. de N. 73 a, Magno deorum munere affecti. Ep. 205 b, Affectus magno alicuius beneficio. & 15 b, Affectus magna molestia, &c. de Di. 94 a, Qui sunt morbo graui et mortifero affecti. At. 257 a, Magna sum leticia affectus, et 234 a, Magna desperatione affectus sum. pro Qu. 2 a, Tot tãtisq; difficultatib. affectus, etc. Ep. 206 a, Affectus summis difficultatib. de Or. 149 a, Qu. Metellus iã affectus senectute. Tus. 227 a, Affectus optima ualetudine. Ep. 56 a, Vir clariß. ab, &c. morte affectus est. I. A. 259 b, His uitijs affectos, etc. Par. 233 a, Animi aũt, aut quẽadmodũ affecti sunt uirtutib. uitijs, &c. aut quemadmodum commoti, &c. spectantur.

Affectus, uexatus, afflictus, tractatus, acceptus. I. V. 235 a, Siracusanã qdè ciuitatẽ, ut abs te affecta sit, ita in te esse animatã uidemus. Oct. 330 a, Affectã ac prostratã rẽp. tuis opib. extulisti. Ep. 228 b. Resp. malè affecta.

Affecta ætas. id est, grauis, effœta, infirma, senectus ipsa, I. V. 222 b. de Or. 101 b.

Affectus sine ablatiuo, pro ægroto, et morbo affecto. At. 232 a, L. Cæsarẽ Neapoli affectũ grauiter uidera. I. A. 221 a, Qui cũ ita affectus esset, ut si ad gravẽ ualetudinẽ labor uiæ accessisset. sibiipsi diffideret. nõ recusauit. Affectus. nõdũ plane pfectus, inchoatus. de I. 70. 73 a, Beliũ affectiũ uidemus, & uereor ut dicã, penè cõfectum. et 74 b, Vt ea quæ per ipsum affecta sunt perfecta, etc.

Affectus, aptus. Tusc. 192 a, & 93 b, Oculus conturbatus, nõ est probè affectus ad suum munus fungẽdum.

Affectus, dispositus, cõpositus. de D. 138 b, Adrẽ pertimet, quomodo cœlo affecto, compositisque sideribus quodq; animal oriatur. de Fin. 57 a, Nunquid nam manus tua sic affecta, quẽadmodum affecta est, desideratí

Affectus, cognatus, affinis, quod rẽ attingit, quod refertur ad aliquid. Top. 221 b, & Part. 230 a, Ducũtur etiam argumenta ex ijs rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur. de Ora. 123 b, Ex sua ut, cum aut res quæ sit quæritur, &c. aut quippiam rem illam quod attingat. Item ibidem paulo pòst: Sin ab eo quod rem attingat plures argumentorum sedes, ac loci.

Affectus, ctus. affectio, πάθος, studium, cupiditas. pro Flac. 150 b, Tus. 237 b, Qualis cuiusque animi affectus est, talis est homo. et ib. Affectus animi in bono uiro laudabilis. de Or. 127 b, Amor, odium, iracundia, inuidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia. At. 186 b, Ego te quoq; ponam in eodem πάθει.

Affero, fers, adfero, defero, infero, deporto, nuncio. apporto, adhibeo. Ego cõtrà breuẽ postulationem affero, pro. S. R. 19 b. Vix enim spero mihi hũc ueniam daturũ, etsi multa affero iusta ad impetrandũ, At. lib. 9. Quoniam iustas causas affers, quòd te hoc tempore uidere non possim, At. lib. 11, Affert satis bella, 10 ad Attic. Id est, nunciat. Si quam conjecturã affert hominib. tacita corporis figura, pro Rosc. Comœdo. Vt enim quum cibo potioneq; fames sitisq; depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert uoluptatis: sic in omnire dolorisamotio, successionem efficit uoluptatis, 1 de Fin. Quæ affert tũ cõstantiã, tũ etiã dignitatẽ, 1 Officiorũ. Hoc authoritatẽ orationis affert et fidem, in Ora. Qui à scribendi consuetudine ad dicẽdum uenit, hanc affert facultatem, ut etiam subitò si dicat, tamen illa quæ dicãtur, similia scriptorũ esse uideantur, 1 de Ora. Qui mihi laborem affert in dolore, At. li. 11, Præterea magnam affert laudem & summam dignitatem, Qu. Frat. 110 b. Ordo est qui memoriæ lumẽ affert, Orat. 141 b. Manus pro se quisq; affert, 3 Verr. Pharnaces quoquo modo agit, affert morã, At. 183 b. Quod motum affert alicui, de Som. 230 b. Nihil necessitatis affert, cur nascatur animi similitudo, 1 Tus. Permagnũ põdus affert beneuolentia erga illum, At. lib. 9 & 6. Si enim semper utare, satietatem affert, in Ora. Affert autem uetustas omnib. in rebus longinqua obseruatiõe incredibilem scientiam, de Diu. li. 1. Quæ res nullã habebat dubitationem, si exercitus Lepidi abfuit: ea nunc magnã affert solicitudinem magnúmque habet casum, Plancus ad Ciceronẽ, lib. 10. Taciturnitas tua mihi suspicionẽ affert, At. 106 b. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedũ uectiões, quorũ celeritas atq; uis nobis ipsis affert uim et celeritatẽ, 2 de Nat. deor. Atq; huic tuæ uoluntati ac diligentiæ difficultatem magnã afferunt publicani, ad Qu. Frat. li. 1. Non alienum ad ea deligenda quæ dubitationẽ afferũt, adhibere homines doctos, Off. 29 b. Si finem Prætoris edicto afferũt, in Verr. 98 b. Ita duæ res. quæ languorẽ afferũt cæteris, illũ acuebant, ociũ & solitudo, 3 Offic. Cuius etiã illi hortuli propinqui nõ memoriã solùm mihi afferũt, sed ipsum uidetur in cõspectu meo ponere, 5 de Fin. Naues, quæ prædã Prætori nõ q̃ prædonib. metũ afferũt, in Ver. 248 b. Nihil igitur afferũt, qui in rem gerẽda uersari senectutẽ negãt. a. id est, Frustra hoc dicunt,

cunt, frustra garriunt. Nihil afferũt quo iucũdius uiuamus, 1. de Fin. Opinionẽ afferũt populo, eorũ se fore similes, quos sibi ipsi delegerũt ad imitãdũ, 2. Of. Hoc est, In eã opinionẽ inducũt populũ. Quòd si geometricis rationib. nõ est crediturus, quæ uim afferũt in docẽdo, 4. Acad. Id est, credere quodãmodo cogũt ea, quæ aut incredibilia uidentur, aut impossibilia. Tibi spem maturæ decessionis afferebã, ad Qu. Fratrẽ, li. 1 Tusc. Hominũ dignitas aliquantũ orationi põderis afferebat, Qu. Fr. 315 b. Galba aũt similitudines afferebat, de Ora. 105 b. Greges hominũ perditorũ, metũ nobis seditionesq; afferebãt, pro Syl. Ego ad illũ belli ciuilis causam attuli, 2 Philip. Magnã attulit accessionẽ tua uoluntas erga me, At. li. 16 Hoc est, multũ addidit ad amorẽ nostrũ. Ac mihi quidè explicandæ Philosophiæ causam attulit casus grauis ciuitatis, 2. de Di. Qui risus classe deuicta multas ipsi Claudio lachrymas, magnam populo Rom. cladem attulit, 2. de Nat. deor. Lepidus Pompeij literarum ad Coss. exemplum attulit. Attic. 122. b. Vterq; enim istorum non mihi attulit aliquã, sed suã significauit facultatẽ, de. Or. 136 b. Itaq; te obsecrat C. Aquili, ut quam existimationẽ, quã honestatẽ in iudiciũ tuum attulit, eã lteeat ei secũ ex hoc loco afferre, pro Quintio. Numerus quasi quandam palæstram & lineamenta extrema oratori attulit, Orat. 215 b. Cui non modò luctum mors patris attulit, sed etiam egestatẽ, pro S. R. 20 b. Sed mihi Patres cõscripti, necessitatem attulit paulò plura dicẽdi, &c. 10. Philip. Magnam perturbationem rerum urbanarum attulit obitus cõsulum, Ep. 172 b. Tibi illa Diana in pace atq; in ocio religionem nullam attulit? 6 Verr. i. non iniecit tibi religionis scrupulum? Nam Mamerco homini ditissimo prætermissio ædilitatis cõsulatus repulsa attulit, 2 Of. Hoc est, in causa fuit, ne ad consulatum admitteretur. Atq; ita Cælius ad illam attulit, se, & pro Cæl. 48 b. Batonius autẽ miros terrores ad me attulit, At. 1d est, nũciauit mihi. Sex. Tarquinius uim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit, 2. de Legib. Hoc est, inuitã stuprauit. Quã quidem ad rem, nos, ut uidemur, magnũ attulimus adiumentum hominib. nostris, 1 Of. Si aliquid oratoriæ laudi nostra attulimus industria, Tusc. q. lib. 1. Caius Missius familiaris tuus, alijq; cõplures attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam, Att. lib. 8. Hìc subauditur, nuncius ut sit. Attulerunt nuncium. i. nunciarunt. Attulerunt nobis oculi rerum optimarum cognitiones, de Vniuers. Quæ maximè confidentiã attulerunt hominibus, ut diceret se ante Calen. Mart. nõ posse sine iniuriã de prouincijs Cæsaris statuere, Cælius ad Ciceronem lib. 8. Tuæ res gestæ cæterorum laudib. obscuritatẽ attulerunt. pro Deiotaro. Sic odiũ, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginẽ ac simulachrũ protulerant. Nam etiã poetæ quæstionem attulerunt, quidnã esset illud, in quo ipsi differrent ab oratorib. in Ora. Id est, in medium adduxerunt, proposuerunt. Attulerat iã liberæ ciuitati, partim metu, partim patientia consuetudinem seruiendi, 2. Philip. Suspicionem autem eò mihi maiorem tua taciturnitas attulerat, At. lib. 7 Ep. Me, si ue ita leuatus sim, ut animũ uacuũ ad res difficiles scribendas afferã, reprehendendũ non esse, ad Attic. lib. 12. Nequeo mihi tèperare, quo minus unũ antiquitatis exemplum afferã. At. lib. 7. et 12. i. in medium adducã. Ego tibi unum sumptũ afferam, quòd balneum calefacias oportebit, ad Papirium, li. 9. An ætatem afferret? quadriennio minor est, 2 de Or. 198 a. Id est, in causam uel excusationẽ adducet? Quòd si, ut es, cessabis, lacessamz nec tua ignauia mihi etiã inertiã afferet, ad Cornificiũ li. 12. Quantum operib. tuis diuturnitas detrahet, tantũ afferet laudib. pro Marcel. Affer ad ea quæ dixi, si quid habes, 7. ad At. Sed non faciam ut aut tuum animum angã querelis, aut meis uulneribus. sæpius manus afferã, At. lib. 3. Reliquum est ut consoler, & afferã rationes quibus coner, Ep. 57 b. Quum uitiorum ista uis non sit, ut causã afferat mortis uoluntariæ, 3 de Fin. Id est, præbeat causam. Vt tranquillitas animi adsit, quæ afferat tum constantiam, tum etiã benignitatem, Off. 14 b. Vt oratio quæ lumen adhibere reb. debet, ea obscuritatẽ & tenebras afferat, 3 de Ora. Eáque res uobis populoq; Ro. pacẽ, trãquillitatẽ, otium, cõcordiãq; afferat, pro Mu. Nolo accusator in iudicium potẽtiã afferat, pro Mur. 138 b. Ad ea eligẽda quæ dubitationẽ afferãt, adhibere doctos homines, 2 de Nat. deor. Off li. 1. Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatẽ et falsum crimen afferret, pro Cluẽtio 135 a, pro Rab. Posth. Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret, At. 265 b. Hac tũ re admonitus inuenisse fertur, ordinẽ esse maximè, qui memoriæ lumẽ afferret, 2 de Or. De Simonide loquitur. Inuẽtus est amicus qui ei mortẽ afferret, Ep. 56 b. Quidnã accidisset quod afferret Qu. fratri meo aut offensionẽ tã grauẽ, aut cõmutationẽ tantã uoluntatis, At lib. 1. Ne quod hìc tumultus dignitatis tuæ periculũ afferret, Cælius ad Ciceronem, li. 8. Quæ tanta fuit, ut eã ad aures L. Luculli non ex prælio nuncius, sed ex sermone rumor afferret, pro lege Ma. Rerũ nouarum cupidi iuctores, præsertim & armati, uim et manus afferrent, Att. li. 8. Quum attulisset nullam causam quæ istam declinationem efficeret, de Fato. Quod tu si audisses, aut si per ætatem scire potuisses, nunquã profectò istam imaginẽ quæ domi posita pestem atq; exitium Sex. Titio attulisset, in rostra atq; in concionem attulisses, pro C. Rabirio. Vt unius Imperatoris præda finem attulerit tributorum. de Of. 49 b. Si quando in dicẽdo scriptum attulerit aliquid, de Or. 97. Afferre, παραφορὰν, Off. 1. Cur credam, afferre possum, Tus. Afferre acerbitatem, Att. Afferre æs alienum alicui, 7 Fam. Afferre aliquid ad Rẽpub. 1 Off. Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beatè uiuendum aliquid afferre, 2 de Fin. Afferre aliquid leuationis, Tusc. q. li. 2. Afferre aliquid lucis rebus, Att. lib. 2. Afferre ad aliquem, pro Cælio. 41 a, Id est, alicui nunciare. Afferre angorem, 3 Tusc. Afferre animũ uel timorẽ, 8 Philip. Afferre animũ alicui, At. li. 7. Authoritatẽ in iudicium afferre, ib. Authoritatẽ peccandi afferre, 3 de Nat. deor. Non cani, non rugæ, repẽtè authoritatẽ afferre possunt, de Senect. Cõsiliũ alicui afferre, At. li. 14. Consolationẽ alicui malo afferre, At. li. 10. Afferre consuetudinem, 2 Philipp. Afferre Consulatum in familiam, pro Mur. Cumulũ artib. aliorum afferre, 3 de Or. Afferre ancipitẽ curã cogitandi, Off. 1. Et Piliã in idẽgenus morbi delapsã curã tibi afferre maiorẽ sẽtio, At. li. 7. Afferre curas et molestias, Læ. Afferre delectationẽ Mario, li. 7. ep. 74. Afferre deprecationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem periculi, pro C. Rab. Afferre dignitatem uel inuidiam. pro Sylla, Afferre dolorem. 2 Tus. Afferre dubitationem. Offic. 3. Afferre egestatem et luctu alicui. pro Rosc. Amer. Afferre errorem animis & perturbationem, Diuin lib. 1. Afferre excusationem, in Ep. Vt quam existimationem quam honestatem in iudicium attulit, ei licet ex hoc loco afferre pro Quint. 18 b. Afferre expectationem, 3 ad At. Afferre familiaritatem. pro Deiot. Fastidium alicui afferre, pro Murena. Afferre finē, 5 Philip. Afferre finem edicto Prætoris, 3 Verr. Finem tributorum afferre, 2 Offic. Afferre mirificos fructus, Cat. Vt nihil possint ex his neque ad communē afferre fructum, neq; in aspectum lucemq; proferre, pro Archia. Afferre hilaritatem, uel iucunditatem, aut lætitiam, 1 de Fmib. Negat enim summo bono afferre incrementū diem, de Fin. lib. 2. Afferre interitum, de Fin. lib. 3. Afferre lachrymas alicui, Att. lib. 12. Afferre lætitiam socijs, terrorem hostibus, Tusculan. quæst. lib. 4. Afferre laudem alicui, ibid. Me ad eius causam, parem animi magnitudinem afferre nō posse, pro Mil. Afferre manum suis ulnerib. Attic. 4 6 b. Quum enim dando egere cœperint, alienis bonis manum afferre coguntur, 2 Offi. Id est, alienа inuadere. Afferre manus socio, Offic. 1. His ne rebus manus afferre non dubitasti, à quib. etiam oculos cohibere te religionum iura cogebant? 6 Verr. Ego ipse Senatum sibi manus afferre coegi, Oct au. 330 b. Manus, quas iustus in Lepidi pernicie armasset, sibi afferre conatus est, Plancus ad Ciceronem, li. 10. Id est sibi mortē consciscere. Afferre medicinam, At. lib. 2. Afferre alicui maximum metum iudicij ac periculi, de Pet. Cōs. Afferre misericordiam alicui, ad Qu. frat. Iam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut uoluptatē, aut molestiam plus aut ad beatam, aut ad miseram uitam afferre momenti, quàm eorum utrūuis, si æquè diu sit in corpore, 1 de Finib. At. lib. 1. Moram alicui rei afferre, pro Sestio, pro Cluētio, 19 a. Afferre mortē uno ictu, 7 Ver. 2 de Diuin. Motū animis afferre, in Partitionib. Afferre dulcem motum sensibus, de Finib. lib. 2. Quod enim munus Reip. afferre maius, meliúsue possumus, quàm si docemus atq; erudimus iuuentutem? 2 de Diuin. hoc est, munere Remp. afficere. Is confessus est se Cn. Pompeio suis manibus necem afferre uoluisse, in Vatin. de Arusp. resp. Afferre necessitatē, 10 Philipp. Afferre neruos & industriam, pro Sylla. Afferre nuntium, 7 Verr. Mihi maiorem hæ res dolorem quàm Qu. Hortensio, mihi maius odiū afferre debet? pro Sylla. Afferre pacē animis, de Finib. li. 1. Afferre periculum patriæ, 1 Offic. Afferre perniciē, 2 Offic. Afferre perturbationē rerū, Brutus ad Ciceronem, lib. 10 et 11. Afferre plurimū dignitatis, de Petit. Consul. Afferre rationem, Tusc. quæst. lib. 1. Afferre res multum & diu cogitatas, Cato. Afferre salutē Carboni à bonis, reditus ad bonos nō potuit, 3 de Legib. Vt ea mihi salutē afferre uideantur, Sulpitio, lib. 4. Ep. Afferre domo scelus meditatū. 2 Philip. Afferre sedationē mœrendi, Tusc. q. lib. 3. Suā quisq; uideri uoluit afferre sententiā, 5 de Fin. Afferre magnū solatiū, Læl. Afferre solicitudinē, 9 Fam. Afferre somnū, ad At. Afferre spē, Tuscul. q. lib. 1. Famil. Afferre spiritus, pro Sylla. Afferre suspicionē, 12 Philip. Vim hoc quidē est afferre, in Lælio. Afferre uim alicui, in Vatin. Afferre uim naturæ, Tusc. q. lib. 4. Afferre uim sensib. de Finib.

li. 2. Sed perinde ualebit, quasi armatissimi fuerint, si reperiantur ita parati fuisse ut uim uitæ aut corpori potuerūt afferre, pro Cecinna. Afferre multā utilitatem Reipub. atq; hominū societati, Offic. 3. In hoc naturam ducē debemus sequi, et cōmunes utilitates in mediū afferre mutatione officiorū, dādo, accipiēdo, 1. Off. Hæc enim duo signa putarem mihi æs alienum attulisse, ad Gallum lib. 7. Aliquantum animi mihi uidetur attulisse. Labienus. At. 111 b, Idq; me non ad meam defensionem attulisse. sed illorū defensioni retulisse. pro Cecinna, Collegij quoq; coniunctio non mediocre uinculū mihi quidem attulisse uidetur ad uoluptates nostras copulādas, Appio, lib. 3. Rationes quoq; cur hoc ita sit, afferendas puto, 5 de Fi. Aut si ita non refellas, afferendū est in contrariam partē, quod sit aut grauius, aut æquè graue, 2 de Orat. Et semper aliquid ad cōmunē utilitatē afferendū, 1. Off. 4. Tamē medicina nulla affertur, At. 35 b. Affertur nihil, quo minus, etc. ad Brut. Nimīū rarò nobis abs te literæ afferūtur, Att. li. 1. Equitib. Romanis honestissimus uiris afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorū magnæ, &c. Bithyniæ, quæ nunc uestra prouincia est, uicos exusto esse complures, pro lege Manil. Id est, quotidie nunciatur per literas. Gratos tibi optatósque esse, q de me rumores afferūtur, nō dubito. Cic. filius Tironi, li. 16. Si accepero literas, quas expecto: si spes erit ea, q̄ rumorib. afferebātur, ad te me cōferā, At. li. 3. Eū detrahi cui manus afferantur, pro Cecin. Vt filiæ suæ uis afferetur, in Ver. 89 b. Accēsit, quū Dyrrhachij essemus, ut duo nūtij afferrēturunus, &c. At. li. 3. Insidiatori uerò et latroni quæ potest afferri iniusta nex, pro Mil. Maior mihi leuatio afferri nulla potest, Seruio Sulpitio, li. 4 Ep. Et plus à uobis præsidij, quàm à cæteris opis ad salutē, potest afferri, At. 14 b. Quæ interitū allatura est aut seruitutē Ep. 97 b. Allatū est ad nos de temeritate eorū, Appio, li. 3. 10. 1. 4. Allatū est mihi, uel ad me, de morte eius, uel de temeritate eorū, in Bruto 1. 4, Appio, libro tertio. Nihil allatum esse, ne rumoris quidem. 9 ad Attic.

Afficio, is. permoueo. Attic. 229 a, Literæ tuæ sic me afficerūt, ut nō dare tibi beneficiū uiderer, sed accipere, etc. pro Mil. 117 a, Quónā modo ille uos uiuus afficeret, qui mortuus inani cogitatiōe percuss. sit? pro Mil. 116 b, Mil. pop. R. maxima lætitia affecit. At. 284 b, Studiū tuū curaq; de salute mea nulla me noua uoluptate affecit. At. 80 a, Ego in uita mea nulla unquā uoluptate tā tā sū affectus, quāta afficior hac integritate. Att. 237 a, O' factū malè de Alexiōe, incredibile est quāta me molestia affecerit. At. 92 b, Magna igitur, ut uides, solicitudine afficior, magni inopia cōsilij. de Cl. 296 b, Ex te duplex nos afficit solicitudo, q, et ipse rep. careas, et illa te. de Or. 92 a, Et utiqui audirent, sic afficerētur animis, ut eos affici uellet orator. de N. 9 b, Res sordidas deorum honore afficere.

Afficere, cumulare, mulctare. Epist. 19 a, Afficere aliquē plurimis maximisq; munerib. Top. 229 a, Nā aut negari potest id factū esse quod laudetur: aut nō eo nomine afficiēdū, quo laudator affecerit, pro S. R. 37 a, Quia is tādē pœna afficieturet ibid. Macula affici. de In. 76 b, Afficere aliquē præmiō. Br 91 b, Res quæ ne laude quidē satis idonea affici possit. Or. 209 a, Sattetate afficiri. pro Sex. Ro. 43 a, Magno honore filius ex patris dignitate

tate afficitur. Pard. 121 b, Exilio affici. de In. 50 b, Affici turpi morte. Ep. 67 b, Affici à gratia et à uoluptate. aliàs allici, aliàs flecti. Ep. 92 b, Affici doloribus pedum. pro S. R. 37 a, Qui ignominia mortuum afficerit. de Fi. 98 a, Quis est qui Africanorum facta, dicta, consilia cognoscens, nullo animo afficiatur uoluptate?

Affigo, gis, xi, xum. ad aliquid figo, insero, addo. de N. 71 b, Minerua, cui pinnarū talaria affigunt. de Vn. 198 a, Itaq; nec ei manus affixit, quia nec capiendum quicquam erat. I. V. 264 a. Hoc in sensu meo penitus affixū & insitum est. de Or. 101 a, Ithaca in asperrimis saxulis affixa. pro S. R. 27 b, Literam illam ita uehementer ad caput affigent, ut, &c. de Or. 138 b, Vt non tanquam citharœdi prooemium affictum aliquod, sed cohærens cū omni corpore membrum esse uideatur. Qu. F. 321. Iubes illum mihi esse affixum tāquam magistro. Epist. 9 b, Habere aliquē sibi affixum. Item, Quæ semper affixa sunt ad aliquam rem. I. Affixus.

Affingo, is. fingo, seu fingendo accommodo & adiungo. in Ant. 154 a, Qui boni aliquid uolunt afferre, affingūt aliquid, quo faciant id quod nunciāt lætius. de Oratore 146 a, Sed tantum alteri affinxit, de altero limauit. Or. 205 b, Poeta peccat cùm probam orationem affingit improbo, stultoq; sapientis. pro Cl. 19 b, Faciamq; ut intelligatis in tota illa causa, q̄ res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. de Or. 259 b, Nulla pars corporis sine aliqua necessitate afficta est. de D. 105 a, Paruis. n. momētis natura multa, aut affingit, aut detrahit, aut mutat. pro Fō. 5 b, Ne illi uera laus detracta oratiōe nostra, nec falsa aficta esse uideatur. Tus. 208 a, Sapiēs q nihil opinione affingat assumatq; ad ægritudinē.

Affinis, ne. affines propriè sunt, uiri & uxoris cognati inter se, quòd duæ cognationes inter se diuersæ, per nuptias coniunguntur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut Iuriscōsulti docēt. cōiunctus. Post. 297 b. Item alibi, Tu me affinem tuum constrictum inimicis reip. tradidisti Post q. 200 a, Alter mihi affinis erat, alter, etc. Post. 208 a, Tu affinē tuā, filiam meam, à genibus repulisti. de Or. 90 b, Marius affinis noster. Ep. 184 a, Alter itē affinis nouis cōmētarijs Cæsaris delimatus est. Affinis, cōiunctus. I. C. 119 a, Huic facinori si pauci putatis affines esse, uehementer erratis. pro Syl. 170 a, Homines huius affines suspicionis. I. V. 127 b, Affinis rei capitalis. de In. 65 b, Si nulli uitio affinis ostenditur. pro S. R. 21 b, Affinis alicui culpæ. & de In. 78 b, Affinis alicuius culpæ. ad Her. 26 b, Huius sceleris affines. pro Cl. 44 a, Duos solos uideo autoritate censorum affines ei turpitudini iudicari.

Affinitas, tis. coniunctio affinitatis, necessitudo. de Clar. 193 a, P. Crassius cum summo illo oratore Ser. Galba, cuius C. filio filiam suam collocauerat, affinitate sese deuinxit. de Fin. 140 b, Serpit sensim foras, cognationib. primùm, tum affinitatib. deinde amicitijs, pòst uicinitatib. &c. & de Orat. 118 a, Cognationes, affinitates, etc. pro Cluen. 58 a. & 59 b. & Ep. 45 a. Affinitatis coniunctio, Officior. 2 b.

Affirmatio, nis, Off. 73 a, Iusiurandum est affirmatio religiosa. Epist. 155 b, Crediti chirographis eius, et affirmationi præsentis Laterensis. Ep. 247 a, Quo magis iudicares omnia me Reip. causa præstitisse, quæ et tua ex

hortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi.

Affirmatè, asseueranter. Officior. 73 a, Quod affirmatè, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est.

Affirmo, as. confirmo, assero, asseuero, adiuro, aio. de Or. 122 a, Nihil enim aliud affirmare possum, nisi sentētiam & opinionem meam. At. 189 b, Affirmo tibi nullā consolationem esse talem. de D. 106 b, Nam id quidem difficile est affirmare. pro Mar. 131 b, Tamen hoc affirmo, et hoc pace dicā tua, nullam, &c. At. 212 a, Omni tibi asseuratiōe affirmo, quod mihi credas uelim, mihi, &c. de D. 110 a, Dicam igitur ad ea quæ sunt à te dicta, sed ita nihil ut affirmē, quæram omnia. At. 106 b, Quid opus est de Dionysio tam ualde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? de In. 55 a, Approbatio, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatū probabilius et apertius fit. At. 273 a, Nō soleo temerè affirmare de altero. Or. 135 a, Toto cap. annuere.

Affixus, a, um. de In. 50 b, Continentia cum negocio sunt ea quæ semper affixa esse uidentur ad rem, neque ab ea possunt separari. Tusculan. 229 b, Prometheus affixus Caucaso.

Afflatus, tus. inflatus, instinctus, furor, impetus, anhelitus, ἐνθουσιασμὸς, concitatio mentis, incitatio mentis, permotio mentis. de N. 59 b, Nemo uir magnus sine ali quo afflatu diuino unquam fuit. Itē, Poeta nemo sine inflāmatione animi, et sine quodam afflatu, quasi furoris, esse potest. de D. 87 b, Oracula, quæ instinctu diuino afflatuq; fundūtur. de D. 132 b, Quid tam diuinum quàm afflatus ex terrat mētem ita mouens, ut eam prouidam rerum futurarum efficiat. de Di. 88 b, Potest autem uis illæ terræ, quæ mentem Pithiæ diuino afflatu concitabat, euanuisse uetustate.

Afflictatio, onis. ægritudo, cum uexatione corporis. & 212 b. Tusculan. 213 a.

Afflictio, onis. Tusc. 196 b, Habet ardorem libido, &c. Sed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem. aliàs, afflictationem.

Afflicto, as. conficio, crucio, iacto. Attic. 44 a, Hic tu me accusas, quòd me afflictem.

Afflictari. Tusculan. 207 b. Item At. 170 b, Scire nihil potuit de nostris domesticis rebus, de quib. acerbissimè afflictor. In Cat. 193 b, Deinde multo grauius uehemētiusq; afflictantur. pro Milo. 105 a, Squallent mancipia, afflictantur coloniæ. de Ar. 253 a, Hoc etiam turpius afflictatur Respublica, quòd, &c.

Afflictor, oris. I. P. 93 b, Afflictor, proditor senatus.

Afflictus, tus. afflictatio. Tusculan. lib. 2. Effœminata uirtus afflictu occidit.

Afflictus, a, um. pro stratus, iacens.) (. Florens. Aliquis afflictus & euersus, pro Qu. 13 b. Afflictus & fractus animus, At. 193 b. Afflictus, & iam omni spe salutis orbatus, 6 Fā. Afflictus debilitatusq; ægritudine, Tusc. q. lib. 4. Fractus & afflictus calamitate, pro Syl. 169 b. Afflictus grauissimè aliquo casu, 9 Fam. Magnis clamoribus afflictus conticuit & concidit, Attic. li. 1. Afflictus cōcursu & odio populi, 3 ad Qu. frat. Afflictus luctu aut mœrore, in Pis. 9 Philip. in Catil. Tusc. q. lib. 3. Itaq; ut hanc Græciam, quæ iam diu suis consilijs perculsa & afflicta est, omittam: illa uetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo cōcidit, libertate immode-

Universidad de Deusto
Biblioteca

immoderata de licentia concionum.pro Flacco, Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquiæ pristinæ dignitatis, non tam illustres fuissent.pro Sylla, Afflicta salus.ad Lent.lib.1. Afflicta uirtus maximè luctuosa. 2 de Orat. Quod certè afflicti & fracti animi non fuit. At. li.12. Qui mihi primus afflicto et iacenti dexteram porrexit.post reditum in Senatu, Hic se ita fractum illa calamitate atq; afflictum putauit, ut nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur.pro Sylla, Hunc in illo timore & fuga Tygranes rex Armenius excepit: diffidentéq; rebus suis confirmauit, & afflictũ erexit, perditumq; recreauit.pro Lege Manil. Quãto tandem illum mœrore afflictum esse & prostigatum putatis? In Catil. Videtis igitur hominem per seipsum iam pridem afflictum ac iacentem, pernicioſis optimatium diſcordijs excitari.de Aruſp.reſp. Vt per se afflictum atque euersum propinquum suum non modò honestè partis bonis, uerùm etiam communi luce priuaret.pro Quintio, Senatum abiectum & afflictum excitaui.ad Atticum, 12 b, 1 Famil. Auxerat autem meam quidem spem, quòd domũ Antonij afflictã mœsticia audiebam, lamentari uxorẽ. 12. Philip. Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisse, ad quos Sex. Titij afflictam nauẽ uideres. pro C. Rab. Alia sunt sua facta atque consilia, summa laude digna, quibus illam tu prouinciam afflictam & perditã erexisti atque recreasti. 5 Verr. Fatetur se non bellè dicere, non ad uoluntatẽ loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare. pro Quint. Qui me animo minus fracto esse atq; afflicto loquebantur. pro Dom. ſua ad Pontif. Atq; ita afflicti et exanimati iacẽt. Tuſc. q. lib. 2, Hoc tã ferè sic fieri solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facilè multorũ opes alliciãt ad misericordiã. pro Le. Manil. Afflictæ lectu miseriæ. 3 ad Att. Afflictæ proſtratæ æque religiones. 2. de Le. Ego recreaui afflictos animos bonorũ unũquẽque cõfirmãs, excitans. Att. lib 1. Quid tã porrò regium, tam liberale, tam munificũ, quàm opẽ ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutẽ, liberare periculis? 1. de Or. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici poteſt, quàm eum, qui hanc perſonam ſuſceperit, ut amicorum cõtrouerſias cauſaſque tueatur, laborantib. ſuccurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, hũc in minimis tenuiſſimisq; rebus ita labi, ut alijs miſerandus, alijs irridendus eſſe uideatur? 1. de Orat. Afflictior conditio. 6. Fam.

Affligo, gis. proſtigo, proſterno, deprimo.)(. Erigo, recreo. At. 203 a, Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. de Cl. 168 b, Rẽ laudãdo augere.)(. uituperãdo rurſus affligere. contra Rul. 83 b, Non ſolum afflixerunt, ſed etiam ne quãdo recreata exurgere & erigere ſe poſſent. funditùs ſuſtulerũt. Tuſc. 216 b, Curæ animos affligunt. pro Mur. 145 a, Si hunc ueſtris ſentẽtijs afflixeritis. de Sen. 83 b, Senectus eneruat & affligit homines. pro Do. 234 b, Alicuius domũ nõ ſolùm affligere, ſed etiam religione ſempiterna obligare. pro Cæ. 54 b, Adoleſcentiam plenam ſpei maximè perculiſſe atq; afflixiſſe uideamini. I. P. 96 b, Illi ſtatuam iſtius deturbãt, affligunt, comminuunt, diſſipãt. pro Cæl. 54 a, Qui Catuli monumentum afflixit. de Vn. 197 b, Nullus morbus mundum poteſt, aut ſenectus affligere. pro S. R. 24 a, Mors Qu. Scæuolæ omnes ciues ſuos perdidit & affli-

xit. Attic. 12 b, Magnis clamoribꝰ afflictius conticuit & concidit.

Affio, as. excito, incito. pro Arch. 189 a, Poetas mentis uirib. excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. I. V. 83 a, Sperat ſibi auram pòſt aliquam afflari in hoc crimine. de Se. 89 b, Suauitates odorum, qui afflantur è florib. ad Her. 39 b, Si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare poſſit. At. li. 16, Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat, &c.

Affluens, tis. abundans, refertus, plenus. pro Arch. 186 a, Vrbs eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimisq; ſtudijs affluens. de Fin. 83 b, Vita affluens uoluptatibus. de A. 106 a, Homo diuitijs affluens. contra R. 82 b, Opibus et copijs affluens. Of. 31 b, Omnium rerum affluentib. copijs ditari. pro Qu. R. 46 b, Homo bonitate affluens. de N. 12 a, Affluens bonis omnibus. pro Seſt. 6 b, Cõſul unguentis affluens. I. V. 265 a, Homo affluens omni lepõre et uenuſtate. pro Clu. 157 b, Domus ſcelere omni affluens. de Orat. 148 a, Homines ocio nimio, & ingenijs uberrimis affluentes. & 86 a, Ingenijs abundantes.

Affluentius. Tuſculan. 231 b, Quo affluentius uoluptates undique hauriat.

Affluentia, æ. contra Rullum 85 b, Copia atque affluentia rerum omnium.

Affluo, is. abundo. de Fin. 57 a, Si ea ſola uoluptas eſſet quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuauitate affluret & illaberetur. Qu. Fr. 323 a, Iamdiu nihil à te ex iſtis locis non modò literarum, ſed ne rumoris quidem affluxit.

Affore. Epiſt. 52 a, Maior mihi ratio affore nulla poteſt, quàm, &c. aliàs, Leuatio afferri: & quidem melius. Ep. 143 a, Non mehercule ſuſpicatus ſum illam affore.

Afrania fabula. pro Cæ. 52 b, Vt illa uetus Afrania fabula refricaretur.

Africa, cæ. pro Sex. R. 35 b, Africa tertia pars orbis terrarum. Poſtq. 202 b, Marius cum parua nauicula tranſeuit in Africam. contra R. 76 a, Carthago uetus in Africa. in Sal. 275 a, Saluſtius Africam interiorem obtinẽs. de N. 18 a, Vulcanus in Africa. de Or. 158 a, Africa terribili tremit horrida terra tumultu, Ennij.

Africus, a, um. de Nat. 21 b, Cùm uolucres angues ex uſtitate Libyæ, uento Africo inuectas interficiunt.

Africanus, diuinus homo. pro Arch. Africanus, homo exiſtimationis retinendæ cupidiſſimus, quomodo cuidam familiari reſpõderit. 4. in Verr. Africanus Aemilianus ἐξωφ. 2 de Orat. Africanus, Catonis et Lælij diſcipulus. 1. de Inuent. Africanus libros Xenophontis de Cyro, pro nere de manib. non ſolebat. 1. ad Qu. frat. Africanus in libris de Repub. Ciceronis perſuadere conatur rerum publicarum omnium ueterẽ fuiſſe optimam. 2. de Leg. Africanus M. Alienum Pelignum ſcuto protexit, gladiumq; hoſti in pectus infixit. Tuſcul. q. lib. 4. Africanus, ſecundo bello Punico. 2 de Nat. d, Africanus Socraticũ Xenophontem ſemper in manibus habuit. Tuſ. q. lib. 2. Africanus Socratici Xenophontis in primis laudabat illud, quòd diceret eoſdẽ labores non eſſe æque graues imperatori & militi, quòd ipſe bonos laborem leuiorẽ faceret Imperatorum. Tuſ. q. lib. 2. P. Africanus maior Senatui primum locũ ludis aſſignauit. de Aruſp. reſpon. P. Africanus duos terrores imperij Romã. Carthaginẽ, Numan-

Numantiãq; deleuerat, pro Mur. 138 a. P. Africanꝰ ueteremq; Carthaginẽ conſecrauit, in Rull. P. Africanus L. Cottã in iudicium uocauit, 2 in Verr. P. Africanus, quid de Tib. Gracchi morte ſenſerit, pro Mil. P. Africanus, Carthagine deletã, Siculorũ urbes monumẽtis pulcherrimis exornauit, 4 in Ver. P. Africanus, domi ſuæ quieſcẽs, interfectus, pro Mil. P. African. ſol alter, eo anno extinctus, quo ſol geminatus apparuit. de N. d. 2. Africani fratris nepos omniũ perditorũ ita ſimilis fuit, ut eſſet facilè deterrimus, Tuſ. q. l. 1. Africani laus, 1 de In. Africani ſuperioris celeritas in re gerẽda, 7 in Ver. Africani minoris ſingulare cõſiliũ, 7 I. V. Africani cognomẽ declarat tertiã orbis partẽ eũ ſubegiſſe, pro Roſc. Amer. Nox Africano acerba, 10 ad A. Ex bellica laude aſpirare ad Africanũ nemo poteſt, de Cl. 172 b. Africanũ C. Carbo interemit, 2 ad Qu. Fra. Cur Africanũ domeſtici parietes nõ texerunt? 2 de Nat. deor. Africano multò maior Cn. Põp. 5 Fa. In Africano diſſimulationẽ, quam Græci εἰρωνείαν uocant, fuiſſe, ait Fannius, Acad. q. ed. 1. li. 2. Africani, Maximi, Pauli, Scipiones, ad Oct.

Africanus, a, um. Africanæ cauſæ iratior Cæſar, 6 Fam. Secutũ eſt bellũ Africanum, pro Deiot. At eo tempore ipſo Niceã Epheſumq; mittebat, qui rumores Africanos exciperent, et celeriter ad ſe referrent, pro Deiot.

Age. Atti. 98 b, Age hoc malum quod mihi commune eſt cum omnibus nihil tibi mando, ut de eo cogites. pro S. R. 26 a, Age nunc refer animum, &c. de Fin. 83 b, Age, inquies, &c. I. A. 199 b, Age ſi paruerit, poſſumus, etc. de Or. 113 a, Age uerò, inquit. pro Fon. 283 a, Age uerò, nunc inferte oculos, &c. de In. 42 b, Age uerò, urbibus conſtitutis. Ep. 85 b, Age uerò, laudo aliquem, num offendo? de Fin. 326 a, Et ille ridens, age age, inquit, &c. de Fin. 89 b, Age ſanè, inquam. de In. 79 a, Age porrò, quid ſi nec. I. V. 247 a, Age porrò tu, &c. de N. 17 b, Age, & his uocabulis deos eſſe facimus, &c. pro Cl. 34 b, Age quoniam, &c.

Agedum. pro Syl. 180 b, Agedum conferte nunc cum illius, uitam P. Syllæ.

Age ſis. i. age ſi uis. hortantis uox. Part. 233 b.

Agite. de Oratore 142 b, Agite uerò, ille inquit, ut ultis. Tuſc. 184.

Agellus, li. de Na. 77 a, Dij nec agellos ſingulorum, nec uiticulas perſequuntur. & I. V. 166 b.

Agens, tis. de Or. 141 b, Vtendum eſt imaginibus agentibus, acribus, inſignitis.

Agerenſis ager. contra Rul. 76.

Ager, gri. territorium, ſeges, ſolum, campus, ſaltus. Agerenſis ager: in Rullum. Cognoſcerent qui ager colonus eſſet, quò milites ueterani deducti eſſent, qui cõtra legem Iuliam poſſideretur, ut is militibus ueteranis diuideretur, 5 Philip. Id eſt, in quẽ colonia deducta eſſet, & qui colonis eſſet aſſignatus. Vt ager, quamuis ſertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe nõ poteſt, ſic ſine doctrina animus, Tuſcul. q. lib. 2. Ager frugifer, Tuſc. q. lib. 2. Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima uilla, pro Qu. R. 50 b. Fundus Irpinus, ſiue ager Irpinus, totũ enim poſſidet, cõtra Rul. 88 b. Qui ager neq; uillam habuit, neque ulla ex parte fuit cultus. pro Qu. R. 50 b, Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agriculatione oblectabãt? de Senect.

Fines agri, in Vat. 218 b. Ita aqua Albana deducta ad utilitatẽ agri ſuburbani, nõ ad arcẽ urbemq; retinendã, 2 de Diui. Vt agro à Senatu & uacatione donatus eſt, de N. d. 2. Agro bene culto nil poteſt eſſe nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius. Cat. Ex agro culto, uel qui coli poſſit, ullã partẽ ſepulchro ſumi uetat Plato, ſed quæ natura agri tantummodo efficere poſſit, ut mortuorũ corpora ſine detrimento uiuorum recipiat, ea potiſſimum ut compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, et ut mater cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis minuat, neue uuus, neue mortuus, 2 de Leg. Vite atq; agro exterminatus, de N. d. 1. Ex agro tuo tantũ mihi aſſignes, quantũ meo corpore occupari poteſt, 13 ad At. Quintius de ſaltu agroq; communi ui detruditur. pro Qu. 4 b. Is habet in Volaterrano poſſeſſionẽ. i. in agro Volat. Ep. 104 b. Agri fertiles, Off. 1. qui multò plus afferunt, quàm acceperunt. Agri fructuarij, 8 Fam. in Ep. Cælij. Agri ne cõſecrentur. Platoni aſſentior, 2 de Leg. Vt agri non omnes frugiferi ſunt qui coluntur, ſic animi nõ omnes culti fructum ferunt, Tuſc. q. lib. 2. Quum eſſent agri deorum immortalium excepti lege Cenſoria, 3 de Na. d. Adſcribit idẽ auctioni Corinthios agros opimos & fertiles, de leg. Agr. Quid, qui agros immunes liberoſq; arant, cur oderunt? 4 Ver. Agros habent & natura perbonos, & diligẽtia culturaq; meliores. pro Fl. 161 b. Agros legionib. aſſignari puto oportere æqualiter, aut ſorte, 11 Fam. in Ep. D. Bruti. De agris eorum legem iniquiſſimam promulgaſſent, 13 Fam. Agris Syllanis & agro Campano, 11 Fam. D. Bruti.

Agger, ris. terræ aut cuiuſuis rei coaceruatio ad loca munienda. l. A. 196 a, Aditus hoſtiũ caſtellis & aggeribus prohibetur. At. 79 b, Oppidũ cinximus uallo & foſſa, aggere maximo. I. A. 226 a, Græcia eſſet uel receptaculum pulſo Antonio, uel agger oppugnandæ Italiæ.

Agyrium, oppidum. I. V. 162 a, Agyrinenſis ager. ibid. Agyrinenſium beneuolentia, I. V. 170.

Agglutino, as. adnecto. Attic. 255 a, Tu illud deſecabis, & hoc agglutinabis.

Agrinæ, populi. I. P. 99 a.

Agrigentum, ti. urbs Siciliæ. I. V. 121 b.

Agrigentinus. I. V. 133 b.

Aggredior, ris. adorior, aſſilio, inuado, peto, attẽto, ingredior, incipio, adeo, accedo. I. A. 244 b, Quis audeat bene comitatum aggredi? de Orat. 148 b, Non repellet ur inde, quò aggredi cupiet. pro Ce. 298 b, Quid agat, quo modo aggrediatur iudicem, nõ habet. de Or. 125 b, Cùm aggredior ancipitem cauſam. At. 197 b, Si et Silius is fuerit quẽ tu putas, nec Druſus facilè ſe præbuerit, Damaſippũ uelim aggrediare. de N. 13 a, Antequã aggrediar ad ea quæ à te diſputata ſunt, de teipſo dicã aliquid. aliàs, Aggrediar ea. de N. 61 a, Sic aggredior ad hãc diſputationẽ, quaſi, etc. Q. F. 314 b, Aggredi ad hiſtoriã. Of. 5 b, Quidam aggrediuntur ad iniuriam faciendam, ut, &c. de Or. 109 b, Quod hoc etiam ſpe aggredior maiore ad probandũ, quia, etc. de Cl. 177 a. Antonius imparatus ſemper aggredi ad dicendum uidebatur. pro Cl. 19 a, Sed ne diutius uos teneã, aggrediar ad crimen. pro Mur. 127 a, His rebus fretum ad conſulatus petitionem aggredi par eſt. Of. 15 a, In omnib. negocijs priuſquã aggrediare, adhibẽda eſt præparatio diligẽs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Of.33 a,De qbus dicere aggrediar,si,etc. Or.209 d,Ex eo loco unde de suis meritis in rep.aggressus est dicere.

Aggrego,as.coniungo,congrego. Epi.12 a,Si meam uoluntatem ad dignitatem alterius aggregassem. I.C.103 b,Si secum suos eduxerit,eodemq; cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit.pro Mu.127 d, Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo. In Vat.34 d,Huius filium eodem crimine ad patris interitum aggregare uoluisti.

Aggressio,onis. principium, exordium. Orat.201 b, Cumq; animos prima aggressione occupauerit, infirmabit excludetq; contraria.

Agilitas,tis.agendi dexteritas,habilitas.Atti.14 b,Agilitas,ut ita dicam, mollitiesq; naturæ.

Agitatio,onis.commotio.de D.135 d,Nunquam animus agitatione & motu uacuus esse potest.de N.53 d,Agitatione & motib.linguæ cibus depellitur.Off.4 b,Ad quod adhibenda est quædam actio, non solum mentis agitatio.pro Mu.132 d,Motus & agitatio fluctuum,de Sen.81 b,In omnib.his studiorũ agitatio uitæ æqualis fuit.de Or.151 d,Ita fit ut agitatione rerum sit infinita cognitio.de N.11 d,Actio mentis & agitatio in Deo.

Agitator,oris.auriga,qui equos currumq; agit. Atti.210 b,Nec est melius quicquam,quàm ut Lucullus sustineat currum equosq;,ut bonus sæpe agitator.Acad.23 b, Ego enim ut agitator callidus,priusquàm ad finem ueniam,equos sustinebo.

Agitatus,a,um.tractatus, iactatus. pro Cluen.18 b, Res agitata in concionibus, iactata in iudicijs, commemorata in senatu.de Som.131 d,Agitatus & exercitatus in optimis curis.pro Qu.2 d, Vt æquitas multis iniurijs iactata atq; agitata in hoc tãdem iudicio consistere & confirmari possit.de Orat.147 b,Quæ omnia oratori tractata atq; agitata esse debent. de Vn.196 b,Immoderatè agitatus & fluctuans.)(.quietus et tranquillus. Off.16 b,Est uiri magnanimi,reb.agitatis puntre sontes,multitudinem conseruare.

Agito,as.concutio,impello.de Na.24 d,Cum Deus pulsetur agiteturq; incursione atomorum.de N.65 d,Natura omnia ciens & agitans motibus suis. Offic.65 b, Excitare & agitare feras.de Nat.23 d, Atomos pellere scipsos,& agitari inter se concursu fortuito.

Agitare,persequi,insectari.pro Sex.Ros.29 d,Agitari et perterreri furiarum tedis ardentibus.de Leg.163 b,Furiæ agitant,& insectantur impios.pro S.R. 29 d,Tamen eos agitant furiæ,nec usquam consistere patiũtur. de Di.138 d,Aquila insectatur & agitat alias aues.

Agitare,uersare,commouere,tractare. pro Cluen.35 d, Omnia quæ ad rem pertinent,ex huius & ex aliorũ tabulis agitatis,tractatis,inquisitis. Tusc.24.1 d,Mens agitandis exquirendisq; rationib. alitur.pro Cor.67 d, Adoptio Theophanis agitata est, per quam, &c. pro Dom.214 b, Sententia quæ erat superioribus diebus agitata in senatu.Attic.18 d,Agraria lex à Flauio Trib. pleb.uehementer agitabatur,authore Pompeio.

Agmen,nis.exercitus,acies,militum copiæ.I.P.90 b,A Brundusio usq; Romam agmen perpetuum totius Italiæ uidi.A.243 b,Nec duces simus,nec agmẽ cogamus. I.A.180 d,b,& 189 d,Agmine quadrato cũ gladijs sequuntur scutati milites.I.A.197 b,Ad hãc pestẽ agmen armatorũ sequebatur.& ibi. Certũ agminis locum tenebant barbari sagittarij.Itẽ:Educere dictionẽ ex umbratili exercitatione in medium agmen & puluerem.

Agnascor,sceris. pòst, uel iuxtà nascor, ut frater fratri adnascitur. quod si ad patrem referas, agnasci dicitur qui post factum testamentum,patri nascitur. pro Cec. 298 b,Cui filius agnatus sit,eius testamentum esse ruptum.de Or.106 d,Nemo hæreditatem petit eo testamento,quod pater fecit antequam ei filius natus est:nã constat agnascendo rumpi testamentum.

Agnatio, onis.cognatio.de Legibus 160 b,Ex quo uerè uel agnatio nobis cum cœlestibus, uel genus, uel stirps appellari potest.ad Her. 5 d,Lex agnationis. de Orat. 99 d,Gentilitatum & agnationum iura.de Leg.160 b, In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarũ distinguuntur status. et ibi.Homines deorum agnatione & gente teneri.

Agnatus,a.Agnati qui dicantur,ex ijs quæ in uerbo Agnascor dicta sunt,intelligi potest. Dicuntur enim qui per uirilis sexus personas, cognatione coniuncti sunt, quasi à patre cõgeniti (ut Caius ait) ueluti frater eodẽ patre natus,filius fratris,nepos ue ex eo.Inter agnatos aũt & cognatos hoc interest,quod inter genus et speciem.Nã qui est agnatus,& cognatus est:non utiq; qui cognatus est,& agnatus est.Cognationis enim nomen, naturale est:agnationis uerò,ciuile. Propriè enim ciuilis cognatio,agnatio uocatur: uidelicet, quæ per mares cõtingit.de Vn.101 b,Iupiter,Iuno,et reliqui, quos fratres inter se et agnatos appellare uidemus. de In.80 b,Agnati & gentiles.ad Her.5 d,Lex,si furiosus est,agnatorũ gentiliũq; in eo,pecuniaq; eius,potestas ẽsto.

Agnitio,onis.cognitio.de Nat. 1 d, Quæstio quæ ad agnitionem animi pulcherrima est.

Agnomen,nis.idem quod cognomen.de In. 65 d, Nomen autem cum dicimus,cognomen quoq;,& agnomẽ intelligatur oportet.

Agnosco,scis.cognosco,attendo,sentio, exaudio, recipio,suscipio,cõfiteor,probo.de N.11 b,Hæc sunt dicta subtilius,quàm ut quiuis ea posit agnoscere.de Am.115 d,Aspicere & agnoscere aliqd.pro Fl.156 d,Sex.Scbola,qui et rẽ agnoscit,neq; hominem ignorat.Or.218 d, Primũ.n.numerus agnoscitur,deinde satiat,postea cognita facilitate cõtinitur.At.255 d,Agnoui erratũ meũ.de Fi.71 b, Leuiter agnoscere aliqd. Aca.21 b, Simul inflauit tibicen,à perito carmen agnoscitur.Ep.134 b, Moriar.si præter te quenquã reliquum habeo, in quo posim imaginem antiquæ & uernaculæ festiuitatis agnoscere.de Som.127 d,Quod ut agnoui,equidem cohorrui.Ep.75 b,Id ego agnoui meo iussu esse factũ.pro Rd.93 b,Ego, si mihi esset integrum,susciperẽ hoc crimen,agnoscerem,confiterer. At.174 b,Causam tuã nosco.i.agnosco uel accipio. Ac.21 d,Ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio?pro Pl.265 d,Iacis adulteria, quæ nemo non modò nomine, sed ne suspicione quidẽ posit agnoscere.de Am.97 d,Tu aũt Fanni,quod tãtũ mihi tribuisti,quãtum ego nec agnosco, nec postulo,fac is amicè.E.48 b,Quod dicis,etc.nec nosco,nec probo: quod aũt scribis,&c. illud quidem agnosco.de Or. 142 d,Humanitatẽ & facilitatem agnoscimus tuam.de N.19 d,b,Deorũ cognationem libenter agnoscerẽ.Ep. 8 b,

8 b,Quòd mihi de filia gratularis,agnosco humanitatem tuam.Ep.4.7 d,Dolorem tuũ,mecũ quodammodo agnosco. Or.213 b,Et apud Græcos quidem iam anni propè quadringẽti sunt cum hoc probatur, nos nuper agnouimus.Tusc.163 d, Vt Deum agnoscis ex operibus eius,sic ex memoria rerum & inuẽtione & celeritate motus,omniq; pulchritudine uirtutis uim diuinam mẽtis agnoscito.At.260 b,In tuis quoq; epistolis Alexim uideor agnoscere.pro M.109 d, Cũ tota Italia facti illius gloriam libenter agnosceret.pro Pl.268 d, Sequestrem ne Plancium respuerũt aures,agnosceret nemo, repudiaretur.de D.108 d,Nec psychomantiam agnosco.i.probo.I.P.82 d,Ipse certè agnoscet & recordabitur. pro Pla.266, Agnosco enim ex me.i.conijcio.de Am.109 b, Tantum cuiq; tribuere debemus,quantum is cui tribuimus,possit agnoscere & sustinere.

Agnus.gni.de Nat.73 b,Agnus inter pecudes aurea clarus coma.& de D.116 b,bis de Sen.89 d,Villa abundet porco,hœdo,agnò.

Ago,agis.gero,traduco,agito.I.A.190 d, Quod agendũ & faciendum est,non recuso.Ep.5 d,Hic quæ agantur, quæq; acta sint,ea te literis multorum cognoscere arbitror.de Or.138 d, Sic omnia quæ fiunt, quæq; agantur acerrimè,lenioribus principijs natura ipsa præcuit.de Of.6 b,Sũt qui studio rei familiaris tuendæ suũ se negocium agere dicant.Of.70 d,Quid si pater fana expilet,cuniculos agat ad ærarium.de D.100 d,Nostri nihil in bello sine extis agunt,nihil sine auspicijs domi habent.At.130 b,Te animo magno & forti rem istã agere existimo.At.197 b, Tuam in agendis reb. nostris diligentiam amo.Ep.244 d,M.Manneio imperauit,ut coacto in unũ locũ exercitu,castra in Lycaonia apud Iconiũ faceret:quod cũ ab illo diligenter esset actũ,ego in castra ad VII.Calẽd.Septẽb.ueni.Epi.35 b,Quàm uellem Romæ mansisses:quod egisses profectò,si,&c.

Agere,moliri,transigere,cõtendere,curare.pro Mu.143 b,Id,mihi crede,& agunt & moliuntur.Ep.1 d,Res agitur per eosdẽ creditores,per quos cum tu aderas agebatur.Q.F.324 b,Ego mihi ipsi ista per quem agã nõ habeo.nam cõfici nisi per hominẽ peritũ non possunt. de N.34 b,Mihi enim,q nihil agit, esse omnino nõ uidetur.de N.37 b.Nõ cessans deus, nec quæ agit moliẽs cũ labore operoso ac molesto.de N.16 b, Agere et moliri aliqd. At.51 d,Cũ Egnatio de re tua uehemẽter egi, is grauiter sẽ acturũ cũ Aqlio cõfirmauit.Of.1 b,Neq; si tecũ agas,neq; si cũ altero cõtrahas.de Or.93 d,Cum & per meipsum egissem,& per Brutũ sæpe tẽtassem. A.254 d,Is agit mecũ accuratè multis uerbis, ut tibi respondere.At.36 b,et 37 d,Cũ hoc Põpeius egit, & uehemẽter egit,cũ diceret,etc. At.53 b, Agere cũ aliquo, ut aliquã rẽ suscipiat.Ep.25 b, Agere accuratè et prudẽter de aliquare. At.1 b,& Ep.230 b, Agere cum aliquo de aliquare. At.264 b,Cũ aliquo de eadẽre agere sæpius.de Cl.191 d,Quæ ego cum Crasso sæpe egi,cum eũ uehemẽter hortarer,&c.Ep.46 b,Vt ad te scriberem mecũ egerunt.de Am.96 d,Cũ sæpe mecũ egisses, Attice,ut de amicitia aliquid scriberem. Qu.Fr.298 d, Non hortatione,neq; præceptis,sed precibus tecũ fraternis ago.de Or.124 d,Neq; .n. nũc id agimus,ut explicemus,&c. At.125 d, Dominatio quæsita ab utroq;

est,nõ id actũ,beata ciuitas ut esset.pro S.R.19 b, Aliud agitur nihil,nisi ut,&c. & ibi.Hoc solũ hoc tempore pugnatur,ut,&c.pro S.R.20 b,Nil aliud hoc iudicio tentatur,nisi ut,&c.pro Do.315 d,Nõne id agendũ nobis fuit,ut materiam subtraheremus furori tuo? Of.9 d,Qui tum cum maximè fallunt,id agunt,ut uiri boni esse uideantur.Tusc.166 d,Sed quid necesse est,cũ id agam, ne post mortẽ miseros nos putemus fore, uitam etiam afficere deplorando miseriorem? At.139 b, Ego enim non iam id ago, ut prosperos exitus consequar.Ep.52 b,Ego id semper egi,ne bellis interessem.

Agere cum aduerbijs bene, male, atq; idem significantibus,habere,accipi,tractariq; significat.de Att.98 d, Cũ illo quidẽ actũ optimè est, mecũ autẽ incommodius.I.V.162 b,Hæc conditio fuit aratorum,ut secũ præclarè agi putarẽt, si uacuos agros Apronio tradere liceret.pro Sest.14 d,Præclarè cũ ijs agimus,quos pacatos esse patimur.I.V.77 b,Qui hoc nõ perspicit,præclarè nobiscũ actum iri.de Am.97 b,Cum illo quis neget actum esse præclarè?Ep.50 d,Hisce temporibus nõ pessimè cum ijs esse actum,quibus sine dolore licitũ est mortem cum uita cõmutare.Epi.73 b, Vt optimè actũ cum eo uideatur esse, qui quam leuissima pœna ab hac republica discesserit.I.V.174 d,& 173 b,Cum senserit populus istum, &c. intelliget secum actũ esse pessimè. I.A.161 d,Secum malè actum putet. Itẽ, Malè enim mecũ ageretur,si,&c.I.A.263 b,Sed facile est bene agere cum ijs,à quibus etiã tacẽtibus flagitari uideamur. Actum agere.i.frustra conari et laborare,inanem operã terere,ludere operã.de Am.112 d,Præposteris enim utimur cõsilijs,et acta agimus, quæ uetamur ueteri prouerbio. At.139 d,Sed acta ne agamus,reliqua paremus. At.153 d,Tu mallem, inquies, actũ ne agas. Alias res agere.i.non attendere, negligenter rem agere.) (.adesse animo.Ep.254 d,Itaq; facio me alias res agere, ne conuicium Platonis audiam.pro Cec.290 b,Vt facilè intelligeretis eum non affuisse animo, cùm ab illis causa ageretur: sed tantisper de aliquo reo cogitasse,&c.pro S.R. 28 d, Vsq; eò animaduerti iudices eum iocari atq; alias res agere. Or.205 b,Ridiculum,cuius genera plura sunt, sed nũc aliud agimus.pro Clu.55 b,Oppius aliud agens, & nihil eiusmodi cogitans. pro Fl. 154 b, Quiescant igitur,& me hoc in lucro ponere, atq; aliud agere patiantur.de Ora.147 b,Atqui uides,inquit Antonius, cum alias res agamus,quàm te inuiti audiamus,qui,&c.Tusc.168 d, Virtutem necessariò gloria, etiamsi id tu nõ agas,consequitur.Orat.214, Quæ sua sponte,etiamsi id nõ agas,cadunt.de Cla.186 d,Miror tam alias res agere populum, ut sit insano inter discrtos locus.ad Her.21 d,Vt res ex animo agi uideatur.

Agere,circumducere,agitare.de Orat.126 d, Magna uis est earum sententiarum atq; eorum locorum quos agas tractesq; dicendo. I.V.210 b, Hic nolite expectare, dũ ego hoc crimen agam hostiatim.

Agere,disceptare,decertare,dicere,litigare. pro Ce.292 d,Omnino iam bene agis,à uerbis enim recedis,& æquitate uteris.Qu.F.306 b,Non gladijs mecum,sed litibus agetur.pro Cec.291 d, Quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio,nõ habes.pro Mur.132 d, Agere cũ aliquo ex sponsione.I.V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

211 d. et 220 d, Qui hæc palàm de loco superiore agere
pro imperio ac potestate. Ep. 61 a, Ad III. nonas Ianua-
rias, cum agere cœpisset, tertio quoq; uerbo orationis
suæ me appellabat. I. A. 239 a, Nũc quod agitur agam⁹.
Q. F. 306 d, Lupus egit causam agri Capani sanè accu-
ratè. Att. 135 b, Nec suã causam agit, sed publicam. I. V.
237 d, Videte quàm nõ inimico animo sim acturus. pro
Cl. 52 a, Agere furti cũ aliquo. de Or. 118 d, & Tus. 180
d, Agere causam aduersarij, ut ille agat suã. pro Qu. 13
b, Ego experiri nõ potui. i. agere. Anteq. 195 b, Virtus
mea me tacẽte, agit causam meã. Tusc. 214 b, Agere cũ
aliquo tabellis obsignatis. i. conuincere illũ testimonio
literarum suarum. de Ora. 88 b, Agere cũ aliquo lege.
Contendere cum aliquo interdicto. ad Her. 4 b, Agere
iniuriarũ cum aliquo. ad Her. 9 b, Quod cum hærede
mandati ageretur. de Or. 99 a, Cum miles domũ reue-
nisset, egissetq; lege in hæreditatẽ paternam. de Or. 98
b, Alter plus lege agẽdo petebat, quàm quãtũ lex per-
mittebat. de Or. 98 b, Alter iniquũ putabat plus secum
agi, quàm quod esset in actione. pro Mur. 129 b, Posset
agi lege nec ne, pauci quondam sciebant. Of. 64 d, In-
ter bonos bene agier. Off. 64 d, Ex fide bona agere.

Agere, tractare, & tentare aliquid. At. 6 b, Eodem tem-
pore aget prætor ad populum. de Le. 192 b, et Ep. 3 b,
Agere cum populo, aut cũ senatu. de Le. 186 d, Consu-
libus esto cũ patrib. agendi. At. 7 d, Consul nihil agens
cum rep. In Vat. 32 b, Agere cum plebe, Tribuni erat.
Agi, id est, in discrimine uersari, in discrimen & peri-
culum uocari. pro Pom. 5 d, Agitur enim salus sociorũ,
pro qua, etc. aguntur certissima populi Ro. uectigalia,
aguntur bona multorum ciuium. de Am. 107 d, In qui-
bus eorum aut de capite agatur aut fama. de Fin. 76 b,
Agitur magna res. I. V. 226 b, Agãtur iniuriæ sociorũ.
I. A. 213 b, Sed uos moneo, libertas agitur populi Rom.
quæ, &c. uita & fortuna optimi cuiusq;, quo, etc. auto
ritas uestra, quam, & c. de Or. 126 d, Cum agitur inge-
nij nostri existimatio. pro S. R. 35 b, Tua quoq; res per
magna agitur. At. 264 b, Attici permagna res agitur.

Agere, exequi, obire, tractare, repræsentare. de Cl. 164
b, Cùm Cotta princeps adhibitus esset, priores tamen
agere partes Hortensium. Ibidem 193 b, Primas in cau
sis agebat Hortensius. i. principatum in causis obtine-
bat. Fp. 125 b, Dum mihi pacis mandata das ad Cæsarẽ,
mirificum ciuem agis. pro Mu. 125 d, Ego has partes le-
nitatis et misericordiæ semper egi libẽter, & c. de Or.
129 b, Agere tragœdias. I. A. 233 d, Quorum alter com
mentatus est mimos, alter egit tragœdiam. pro Qu. R.
48 d, Roscius Ballionem lenonem cum agit, agit Chæ-
ream. & ibid. Chæreæ personam præclarè Roscius in
scena tractare consueuit. & ibi. Imitare aliquẽ in per-
sona alicuius. de Or. 152 b, Nunquam egit hũc uersum
Roscius eo gestu quo potest. Ep. 22 d, Egiq; omnes illos
adolescentes, quos ille iactitat.

Agere, emittere. Tusc. 152 d, Nam & agere animam, &
efflare dicimus. pro Qu. R. 48 b, Eodem tempore &
gestum, & animam ageres. Epi. 123 d, Qu. Hortensius
cum has literas scripsit, animã agebat. de Or. 107 d, A-
gere uocem. pro Cec. 294 b, Nemimem statu detrusum
qui non adhibita ui, manu demotus, et actus præceps
intelligatur. I. V. 225 d, Agere diẽ festum: id est, celebra-

re. pro Arch. 188 b, Hæc studia adolescentiam agunt: id
est, ducunt. de Se. 78 b, Si octuagesimum annũ agerẽt.
Tus. 154 d, Agere æuum in cœlo: id est, uiuere. de Ora.
332 d, Asellum agas: id est, ducas. I. V. 77 d, Agunt eum
præcipitem pœnæ, id est, impellunt. de Sen. 78 b, Mo-
derati senes tolerabilem agunt senectutẽ. i. traducunt.
Tus. 229 d, Agere unum diem bene uel malè ex præce-
ptis sapientum: id est, uiuere & traducere. I. V. 270 d,
& de Fin. 146 b, Agi in crucem: id est, tolli. Attic. 13 b,
Agere gratias alicui nomine alicuius. Epi. 226 b, Nero
meus mirificas apud me tibi gratias egit.

Agragianæ portæ. l. Porta.

Agrarius, a, um. Agraria facultas, 2 ad Att. Agraria lex
Rulli, 8 Fam. Cælij. Agraria lex à Flauio Tribuno ple-
bis uehementer agitabatur, Att. lib. 1. Huic toti rationi
agrariæ Senatus obuersabatur, ad Att lib. 1. Ob eamq;
causam aut agrariam rem tentant, Offi. 2. Agrarij, pro
ijs qui agros cupiebant, ut subuenirent suæ inopiæ, 2
ad Att. & 16. Alibi Agripetas appellat. Qui agrarios
concitare conatus est. in Catil. Non solicitabit rursus
agrarios, 7 Philip.

Agrestis, ste. quod ad agros pertinet, rusticanum, incul-
tum, asperũ, syluestre. Tus. 243 b, Quæ Barbaria India
uastior, aut agrestior? contra R. 85 d, Ligures mõtani,
duri & agrestes. I. V. 253 b, Palmarum agrestium mul-
titudo in Sicilia. pro Mu. 138 b, Aut in aliquo conuentu
agrestium. de Or. 87 b, Fera agrestisq; uita. Part. 237 b,
Genus hominũ indoctum & agreste. de Off. 26, Agre-
stis & inhumana negligentia. de Or. 87 b, Rustica uox
& agrestis. pro Mi. 108 d, Serui agrestes et barbari. de
Se. 87 d, Agrestis & furiosus dominus. de Orat. 94 b,
Quidam uultu motuq; corporis uasti atq; agrestes. At.
202 d, Isto. n. animo nihil agreste, nihil inhumanũ est.
de Or. 64 d, A' principio clamare, agreste quiddã est.

Agricola, æ. pro Deio. 148 b, Deiotarus diligentissimus
agricola & pecuarius habebatur. de Or. 112 d, Si de ru
sticis rebus agricola quispiam disertè dixerit. pro S. R.
25 b, Qui suos filios agricolas assiduos esse cupiunt.
pro S. R. 34 b, At ego agricola & rusticus, & c.

Agricultura, æ. cultura agri, cultio agri. de Or. 106 b, Si
mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut
imperandum uillico sit. Off. 30 b, Omnium rerum, ex
quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius,
nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine digni-
us. de Orat. 106 b, Libri Magonis Carthaginensis de a-
gricultura. de Se. 88 b, & 89 d, Hesiodus de cultura a-
gri scripsit. & ibi. Nihil est tam regale, quàm studium
agri colendi. ibid. De laudibus agriculturæ, & c. de Fi.
90 b, Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni
politiore elegantia, tamen eas res, in quibus uersatur,
nominibus notauit nouis.

Agripeta, æ. agri competitor. de Na. 15 b, In Samum pa-
ter Epicuri Neocles agripeta uenerat. At. 250 b, Agri-
petas eiectos à Buthrotijs. et lib. 16, Agripetas cõcisos.

Ah, reclamantis interiectio. de Or. 15 d, Ah, inquit, patres
conscripti, non ego mihi illum iniquum egero, uerum
omnibus.

Ain. At. 88 d, Ain tu? & 91 b, Ain tandem? de Leg. 186 b,
Ain tandem etiam à Stoicis ista tractata sunt? Ora. 218
d, Ain, pro ais ne.

Aio, ais. affirmo, dico, loquor.)(. Nego. de Diuin. 123 d,
Quid ergo, Aius iste quando eum nemo norat, aiebat, et
loquebatur, & c. posteaquam & sedẽ, & aram inuenit,
obmutuit. de D. 132 b, Aio te Aeacida Romanos uincere
posse. de Finib. 79 d, Quasi ego id curem quid ille aiat
aut neget. Aca. 26 d, Vt neq; neget aliquid, neque aiat. de
Of. 70 d, Diogenes ait, Antipater negat. de Orat. 130 d,
Docebo fus (ut aiũt) oratorem eũ, quem, & c. Top. 224.
b, Sunt etiam ualde contraria alia, quæ appellantur ne-
gantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria dicentibus: ut si
hoc est, illud non est. I. P. 94 b, Iste Claudus (quomodo
aiunt) pilam retinere, & c. pro Pom. 8 d, Aiunt, dicunt,
dicitur, prædicant. de Ar. 248 d, Vt hominum fama est.
Vt perhibent. in Ar. pro Fl. 154 d, Vt apparet, ut dicitur.
pro Fl. 156 d, Hic cornici oculum, ut dicitur.

Aius, aij. Deus quem Titus Liuius Allocutium uocat. de
Di. 123 d, Quid ergo? Aius iste loquens quando eum ne-
mo norat, aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inue-
nit. & ibid. Aio loquenti ara cõsecrata est. & de D. li. 1.

Ala, æ. ordo, seu turma equitum per translationem. Pro-
prie uerò qua uolant aues. Offic. 42 d, Quo in bello te
Pompeius alæ alteri præfecit. de Di. 120 d, Galli cantu
plausuq; premunt alas. Or. 211 d, Quomodo enim uester
Axilla ala fuctus est? fuga literæ uastioris.

Alabandus, di. Deus. & Alabandi populi. de Nat. 76 d,
Alabandi Alabandum consecrauerunt.

Alabandeus. de Cl. 195 b.

Alabandensis. Ep. 224. de Or. 95. 117. de N. 69.

Alabaster, stri. myrothecium. l. Puteo.

Alacer, cris, cre.)(. perterritus. pro Cecin. 51 b, pro Mur.
136 d, Catilina alacer atq; lætus. Ep. 69 d, Alacres animo
sumus, ut, & c. id est, cupimus. de Orat. 100 d, Alacri &
prompto ore et uultu huc atq; illuc intueri. ad Her. 11 b,
Alacres & erectæ uadunt, ut alteri noceant. de Som. 127
b, Quo sis alacrior ad tutãdam remp. de Diu. 95 b, Re-
spexitq;, & equum alacrem lætus aspexit. de In. 60 d,
Quartus locus per quem demõstramus multos alacres
expectare quid statuatur, ut ex eo, & c. ad Heren. 15 b, Si
huic sit remissũ, multos alacriores ad maleficia futuros.

Alacritas, tis. lætitia. Tusculan. 216 b, Sic hilariores illæ
perturbationes, cupiditas auidè semper aliquid expe-
ctans, & inanis alacritas. i. lætitia gestiens, non multum
differunt ab amentia. de Di. 120 d, Galli uictores alacri-
tate & lætitia ad canendum excitantur. Br. 91 b, Quæ
lætitia senatus, quæ alacritas erat? Att. 253 b, Addis mihi
scribendi alacritatem. In Ant. 191 b, Frequentia uestrũm
Quirites, alacritatem mihi summam affert defendendæ
reipub. de Clar. 58 d, Canum mira alacritas in uenando.
Epi. 13 b, Qui & summa uoluntate cesserit, & egregia
animi alacritate abfuerit. Qu. Fra. 326 d, Opus est qua-
dam animi alacritate.

Alarij milites. Epi. 29 d. & ibidem, Quod autem meum
erat proprium, ut alarijs Transpadanis uti negarem, id
etiam populo se remisisse scribit.

Alaudæ, arum. legionis nomen. Att. 257 b, Antonius cum
legione alaudarum ad urbem pergit. I. A. 246 b, Huc
accedunt alaudæ, cæteriq; ueterani. I. A. 196 b, Antesi-
gnanos, & manipulares, & alaudas iudices se constitu-
isse dicebat. & 136 b, Legio alaudarum.

Alba, urbs. I. A. 184, 192.

Albensis. ad Her. 16.

Albanus mons. de Diuin. 84 d. & de Diuin. 122 b. &
Albanus lacus.

Albatus, a, um.)(. Atratus. In Vatin. 35 d, Cum ipse epuli
dominus, Quin. Arrius albatus esset.

Albescit. fit album. Aca. 26 b, Mare nunc quia à sole col-
lucet, albescit & uibrat.

Albinus, ni. de Clar. 171 b, Albinus, is qui Græcè scripsit
historiam.

Album, bi. tabula uel matrix (ut hodie loquuntur) in qua
nomina alicuius ordinis, uel res gestæ breuiter notaban
tur, ut fieret populo copia. de Orat. 113 d, Pontifex Max.
res omnes singulorum annorum mandabat literis, effe-
rebatq; in album: & proponebat tabulam domi, pote-
stas ut esset populo cognoscendi.

Albus, a, um.)(. Niger, ater. de Diui. 110 d, Quæ alba sint,
quæ nigra dicere. Epist. 108 b, Quod quasi auem albam
uidentur bene sentientem ciuem uidere. Tus. 250 d, De-
mocritus alba & atra discernere non poterat. de Leg.
179 d, Color albus præcipuè decorus Deo est, cùm in
cæteris, tum maximè in textili. I. A. 168 d, Qui albus a-
ter´ue fuerit, ignorans fratris filium præterijt.

Alcæus, cæi. Poeta lyricus. de Nat. 17 d, Næuus in articu-
lo pueri delectat Alcæum.

Alea, leæ. omnis ludus, in quo temeritas & casus, non ra-
tio nec consilium ualet: qualis est talorum, et tesserarũ.
de Diuin. 126 d. & I. A. 171 b, Homo nequissimus, qui nõ
dubitaret uel in foro alea ludere, lege ea qua est de alea
condemnatus. I. C. 106 b, In uino & alea, comessationes
& scorta quærere. pro Arch. 188 d, Quantum alij tem-
poris tribuunt aleæ, quantum pilæ: tantum ego, & c. de
D. 115 b, Non perspicitis aleam quandam inesse hostijs
deligendis. aleam: id est, fortunam, & casum. Legitur e-
tiam: Aliam quandam uim, & c. I. A. 171 d, Licinium de
alea condemnatum collusorem suum restituit, ut quod
in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret.

Aleator, oris. I. A. 173 b, Domus erat aleatoribus referta.
in Catilin. 109 d, Omnes aleatores, omnes adulteri, & c.
I. V. 242 d, Aleatoris Placentini castra commemorabun
tur. At. 224 d, Ab Aleatore ἐυφυὲς πολύτ.

Alei campi. Tusc. 204.

Aleatorius, a, um. I. A. 173 d, Suggerebantur etiam sæpe
damna aleatoria.

Aletrinas, municipium. pro Cl. 26.

Aletrinensis. pro Cor. 65.

Ales, alitis. uolucer. de Diui. 105 d, Aues quæ tum huc, tum
illuc uolant: alites, quæ tum à dextra, tum à sinistra par-
te canant, oscines. de Nat. 58 b, Aues, & alites, & osci-
nes, ut augures nostri appellant. de In. 48 d, Angues in-
gentes alites iuncti iugo. de Nat. 48 d, Inde est ales auis
lato sub tegmine cœli. In Arat. Ales nuncius Iouis.

Alexander, dri. de Diu. 904, & Attic. 214 d, Alexander
Babylone est mortuus.

Alexandria, driæ. urbs. Attic. 25 d, Cupio Alexandriam
reliquamq; Aegyptũ uisere. contra Rul. 74 d, Alexan-
dria, cunctaq; Aegyptus. & Ep. lib. 7.

Alexandrinus, a, um. contra Rul. 74 d, Rex Alexan-
drinus.

Alexis, Alexidis. Attici amanuensis. Attic. 106 b, In tuis
quoq; epistolis Alexim uideor agnoscere. Attic. 100 d,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam Alexidis manum amabam, quod, &c.

Algeo, es. frigeo. de Oratore 135 a, Sapiens, si algebis, tremes. & Tusc. 181 a, Algere.)(. Aestuare. Epist. 125 b, Nostri milites facilè algere & esurire consueuerunt.

Algidus, a, um. frigidus. Ora. 211 a, Vos qui accolitis Histrum fluuium, atque algidam, &c. algidam regionem scilicet. ut Catullus, Algida loca, de Berecynt.

Aliàs, aliquando. de Or. 124 b, Et ex ijsdem illis locis interdum concludere, relinquere aliàs, alioq; transire. de Ora. 111 a, Itaq; illi aliàs aliud ijsdem de rebus iudicant. Or. 216 b, Quorum descriptus ordo aliàs alia termination concluditur. de Di. 109 b, Sed hæc aliàs pluribus, nunc, &c. de Orat. 111 b, Vt uterq; uestrûm eadem de re aliàs aliud defendat. de Diu. 131 b, Vt ijdem uersus aliàs in aliam rem accommodari possint. Epi. 99 a, Sed plura scribam aliis. Ep. 102 a, Sed aliàs iocabimur. Att. 8 d, Hoc ad te scribam aliàs subtilius. At. 210 d, Huic epistolæ quam tu misisti, rescribam aliàs, nunc alijs mato. de Finibus 143 a, Ego uerò uolo in uirtute uim esse quàm maximam: sed quanta sit, aliàs, nunc tantum, &c. Attic. 54 d, Si unquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si unquam aliàs futuri sumus, tum profectò, &c. At. 259 d, Alij enim sunt aliàs, nostriq; familiares ferè demortui. Or. 211 b, Aliàs ita loquor ut concessum est, aliàs ut necesse est. de Finib. 83 a, Nemo potest aliàs beatus esse, aliàs miser. de Or. 162 b, Aliàs contentius, aliàs remissius. I. V. 100 b, Aliàs reuocabat, aliàs decernebat, &c. Tusc. 216 b, Ex quo intelligitur qualis ille sit, quem tum moderatum, aliàs modestum & temperantè, aliàs constantè cõtinentèq; dicimus. de In. 60 b, Atq; hic item, ut in nostra persona licebit aliàs singulatim transire omnes argumentationes, aliàs ad partitiones singula genera referre, aliàs ab auditore, quid desideret, quærere, aliàs hæc facere per comparationem suarum & contrariarum argumentationum. de Am. 102 a, Mutantur etiam sæpe hominum mores, aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingraueſcente. de Or. 106 d, Cum in eiusmodi causis aliàs scriptum, aliàs æquitatem defendere doceamur. Acad. 3 a, b, Quibus de rebus & aliàs sæpe nobis multa quæsita sunt, & quondam in Hortensij, quæ, &c. de Sene. 87 b, Terra nunquam sine usura reddit quod accepit, sed aliàs minore, plerunq; maiore cum fœnore. de Orat. 162 a, Geminatio uerborum habet interdum uim, lepórem aliàs. de Cla. 177 b, Idq; cùm sæpe aliàs, tum apud centumuiros cognitum est. Off. 6 b, Cùm sæpe aliàs, tum maximè bello Punico secundo. de Ora. 83 a, Quorum pater & sæpè aliàs, & maximè censor saluti reipub. fuit.

Alibi. Cum Cæsar præteriret, omnis armatorum copia, dextra sinistra ad equum, nec usquam alibi, Acad. li. 4. nusquam alibi.

Alicubi, uspiam, usquam. pro Flac. 161 a, Si te Crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses.

Alicunde. ex alio loco. de Or. 107 d, Alicunde arripere aliquid. & pro Cec. 293 b, Alicunde discedere.

Alienatio, tionis. defectio. Qu. Frat. 305 b, Subita defectio Pompeij, alienatio consulum. I. A. 160 a, Tuamq; à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putasti. de Am. 110 b, Statim alienatio disiunctioq; faciẽda

est. Or. 210 d, et de Leg. 193 b, Quibus uerbis sacrorum alienatio fiat.

Alienatus, a, um. abhorrens, alienus. ad Atticum 260 b, Gaudeo mihi causam oblatam, in qua omnes sentiant me ab illo alienatum. Attic. 15 a, Animus alienatus & offensus.

Alienigena, næ. peregrinus, alienus, externus, alia ex gente. pro Deiot. 145 b, Homo longinquus & alienigena. de Leg. 174 b, Deos alienigenas coli, confusionẽ habet religionum. pro Cor. 59 b, Alienigenarum nos hominũ studijs atq; externa uirtute priuari. pro Fon. 280 b, & 284 a, Alienigenas domesticis anteferre. I. C. 135 a, Hostes alienigenæ.)(. Hostes domestici.

Alieno, as. abalieno, immuto, distiungo, uendo, diminuo, mentem meam ab omni studio sensuq; alicuius flecto.)(. Reccõcilio. In Verr. 231 a, Precio paruo, ea quæ à maioribus acceperis uendere atq; alienare. contra Rull. 72 b, Alienare uectigalia. contra Rullum 77 a, Venire uestras res proprias, & in perpetuum à uobis alienari. Ep. 34 b, Maleuoli ignari constantiæ meæ conabantur alienare à te uoluntatem meam. de Pro. 73 a, Quibus cum omnibus eadem respub. me reconciliauit, quæ alienarat. Att. 15 b, Summum erat periculum, ne si nihil impetrarent, à senatu alienarentur. Epi. 26 a, Hominem adolescentem non tam allicere uolui, quàm alienare uolui. Epistol. 64 a, Qui & te nonnunquam à me alienarunt, & me immutarunt tibi. de Finibus 92 b, Simul atq; natum sit animal, ipsum sibi conciliari, & commendari ad se conseruandum, &c. alienari autem ab interitu, ijsq; rebus quæ interitum uideantur afferre.

Alienus, a, um. remotus, auersus, discrepans, abhorrens, relictus, alienatus.)(. Suus. In V. 121 b, Letilius homo nõ alienus à literis. Off. 6 b, Difficilis est cura rerum alienarum. Ep. 29 a, Sin ille à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. pro Mur. 117 b, Cato à Murena nulla re unquam alienus fuit. pro Pl. 261 a, Allicere uoluntates alienas. id est, alienatas. pro De. 147 b, Cum is à te animo esset alieno. de Am. 101 a, Ab altero non alienos animos habemus. pro S. R. 41 a, Non uereor, ne quis alienum me animum habuisse à causa nobilitatis existimet. Ep. 73 a, Nõ putaui esse alienũ institutis meis, hæc ad te scribere. Qu. de Pet. 205 a, Tamen amore nostro non sum arbitratus alienum hæc ad te scribere. Ep. 181 b, Sum admiratus te, quicquam à me cõmissum quod esset alienũ nostra amicitia, credidisse. de Di. 98 a, Neq; hoc dij alienum ducunt maiestate sua. de Pro. 72 b, Sed alienum mihi uidetur dignitate imperij, quo, &c. Ep. 52 a, Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua. de Fin. 51 a, Quis alienum putet eius esse dignitatis quam mihi quisq; tribuit, quid in omni munere uitæ optimũ & uerissimum sit exquirere? Ep. 182 a, Quo nec mihi grauius quicquã potest esse, nec à te alienius. pro Plan. 259 b, Id ab hoc alienum est. At. 252 b, Nauigationis labor alienus ab ætate nostra. pro Ce. 289 b, Id dicit quod illi causæ maximè est alienum. Ep. 14 d, Tantũ enitor, ut neq; amicis, neq; etiã alienioribus desim. Epi. 34 d, Vt tuũ factum alieni hominis, (ut leuissimè dicã) meum uerò coniunctissimi, & amicissimi esse uideatur. pro D. 227 d, Homines alienissimi à P. Clodio: id est, minimè

minimè coniuncti, & propinqui. de Fin. 52 a, Epicurus in Physicis totus est alienus.)(. Suus.

Alimentarius, a, um. Ep. 116 a, Lex alimentaria.

Alimentum, ti. nutrimentum. de Vn. 198 a, Nec uerò mundus desiderat alimenta corporis.

Aliò, in alias terras. Att. lib. 9. Ex illius sermone statuam, Arpinum'ne mihi eundum sit, an quò aliò. de Ora. 96 a, Sed si placet, sermonem aliò transferamus. pro Cl. 30 b, Tamen uocat me aliò iamdudum tacita uestra expectatio. I. V. 104 a, L. Domitius aliò responsionem suam deriuauit. de Fin. 70 b, Appellet hæc desideria naturæ, cupiditatis nomen seruet aliò.

Alioqui. alioquin, aliàs. Or. 201 b, Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur, alioqui quomodo ille in bonis hærebit & habitabit suis?

Alioquin. alioqui, cæteroquin. Orat. 204 b, de L. 128 b, Minima olim istius rei fuit cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum.

Alifanus ager. contra Rul. 79. pro Fl. 263.

Aliphera, urbs. At. 90.

Aliptes, tæ. unctor. Ep. 13 b, Sed uellem non solum salutis meæ quemadmodum medici, sed etiam ut aliptæ uiriũm & coloris rationem habere uoluissent.

Aliquando aliàs, nonnunquam, interdum, quodam tẽpore, tandem, aliquo tempore. At. 195 b, Velim aliquãdo puerũ uisas. pro Cæl. 39 b, Quis bonis uiris quodam tempore cõiunctior? quis ciuis meliorũ partiũ aliquando? Aca. 4 a, Num hæc ex ullo audiuisti aliquando? pro Ce. 187 b, Magis opportuna opera nonnunquã, quàm aliquando fideli. Ep. 64 a, Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Off. 28 a, Et maximè si aliquando alio domino solita est frequentari. pro Mil. 114 b, Erit illud profectò tempus, & illucesceet aliquando ille dies, cum tu, &c. de Ar. 254 b, Sit discordiarũ finis aliquando. de Or. 96 a, Et nostro more aliquando, nõ rhetorico loquamur. pro Qu. 7 b, De cõtrouersijs uult dijudicari serò, uerum aliquando tamẽ. pro Qu. 17 b, Spes est hũc miserũ aliquando tandẽ posse consistere. pro Fla. 146 a, Sed si fortè aliquando beneficij huius obtrectator extitisset, &c. de Or. 92 b, Non despero fore aliquem aliquando, qui, &c. Or. 212 d, Aliquando, idq; serò mihi extorta ueritas est.

Aliquandiu, satis diu, aliquando. Acad. 41 a, Nam Aristum Athenis audiuit aliquandiu. & At. 29 b, pro Cl. 22 b, Off. 109 b.

Aliquantulum, paululum. de In. 65 b, Et de natura licet aliquantulum ducere suspicionis. ad Heren. 26 b, In mediocri figura uersabitur oratio, si hæc aliquantulũ demiserimus, &c. pro Qu. 3 a, Cum æris alieni aliquantulum relictum esset. de D. 95 b, Cum aliquantulũ progressus esset. de Amic. 104 d, Aliquantulum deflectere de spacio.

Aliquantum, paulùm, nonnihil leuiter, paulisper, nescio quid, aliqua ex parte. Par. 119 a, Auri nauẽ euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris ineptia nihil interest. Epi. 51 a, & 69 b, Lectis tuis literis aliquantũ acquieui. At. 111 a, Aliquantum animi uidetur nobis attulisse Labienus. pro Syl. 177 b, Cincius profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ. Ep. 143 a, Nõ modò nõ contra legẽ, sed etiã intra legem, et

quidem aliquanto. Atti. 83 b, Literas tuas minus paulò expecto, quàm si Romæ esses, id est, aliquanto minus. de In. 81 b, Postea aliquanto ipsos quoq; tempestas uehementius iactare cœpit.

Aliquid, aliqua, uel ulla pars.)(. nulla pars. pro De. 150 a, Nihil à me arbitror prætermissum, sed aliquid ad extremam causæ partem reseruatum: id autem aliquid est, te ut plane Deiotaro reconciliet oratio mea. Offi. 41 a, Qui cuipiam furatur aliquid. pro Deiot. 151 a, Ne tibi illum succensere aliquid suspicere.

Aliquis, qua, quod. quidã, quispiam, aliquispiam, ullus, nonnullus, unus aliquis, nõ nemo, aliquot, partim, paucus, quis. I. V. 134 b, Est consuetudo Siculorum, ut nonnunquam eximant unum aliquem diem aut summum biduum ex mense. pro Mar. 134 a, Neq; enim culpa tua est, si te aliqui timuerunt. de Or. 109 b, Bene dicere nõ habet definitam aliquam regionem. At. 47 b, Meq; ut facis, uelis esse aliquem: quoniam qui fui, esse non possum. At. 120 a, Nullus priuatorum dolor bonorum erat aliquis, sed hebes. I. V. 192 b, Alicuius facti si non bonam, at aliquam rationem afferre. pro Lig. 140 a, Atq; is tamen aliquis Ligarius non fuit. de N. 45 b, Cum mã chinatione quadam moueri aliquid uidemus. Of. 41 a, Confugere ad unum aliquem uirtute præstantem. pro Cluent. 57 a, Atq; istam ipsam quæstionem dicite, quis obsignauit. unum aliquem nominate. de Or. 112 a, Multi fine doctrina, aliquid omnium generum atq; artium consequuntur. de Leg. 187 a, Puto posse & quidem aliquem de tribus nobis. pro Cec. Aliquis de familia. Epi. 187 b, Sed gesta res expectatur, quam quidem aut iam esse aliquam, aut appropinquare confido. de Or. 93 b, Quid mihi tanquam alicui Græculo quæstiunculam ponitis? de Or. 121 b, Timidè tanquam ad aliquem scopulum libidinis, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. Aca. 9 b, Illos, &c. quasi desperatos aliquos relinquamus. de Fin. 77 b, Leonides, Epaminondas, tres aliqui, aut quatuor. Att. 208 b, Quo die has dabam, expectabam aliquem meorum. At. 208 b, Et si tuæ literæ rectè sperare iubent, tamẽ expecto recens aliquid. Tusc. 194 a, Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non uitiose se habet? Att. 208 b, Nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, &c. Am. 112 c, Si aliquis, &c. &, Si aliquid, 112 a.

Aliquot, nimerum significat, nec uariatur. Atti. 147 b, Aliquot sunt anni, cum uos duos elegi, quos præcipuè colerẽ. de D. 135 a, Aliquot somnia uera, inquit Ennius, sed omnia nõ est necesse. de Vn. 105 a, Disciplina Pythagoreorum aliquot secula in Italia Siciliáq; uiguit. Ep. 103 b, Accepi à te aliquot epistolas uno tempore.

Aliquotiens, uel aliquoties, aduerbium numeri. pro Quim. 1 a, M. Iunius, qui hanc causam aliquotiens apud te egit. de L. 171 a, Aliquoties iam iste locus à te tactus est. pro Font. 281 a, Quod ego profectò non crederem, nisi aliquotiens ex ipsis accusatoribus audissem, cum præciperent, &c.

Aliter, secus, alio pacto, alio modo, non eodem modo, nõ perinde. pro D. 219 b, Quod certò scio aliter esse. Att. 259 a, Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Offic. 63 b, Sed aliter leges, aliter philosophi tollũt æstutias. Att. 260 a, De Antonij itineribus nescio quid aliter audio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; ut ad te scripserã.Or.219 b,Tantùq; abest ne e-
neruetur oratio cõpositione uerborum, ut aliter in ea
nec impetus ullus,nec uis esse posit.pro D.219 b,Pro-
inde quasi isti de illo, aliter atq; ego existimo, sentiãt.
p D.241 b, Oĩa aliter apud uos in monumẽtis habetis
pronũciauit.Ep.92 b,Sed tamẽ aliqd uidebimus in quo
sit spes: aliter quidem non modò non appetendum,sed
etiã fugiendũ puto.de Am.110 d,Aliter enim amicitiæ
stabiles permanere nõ possunt.pro R.P.127 d,Si qui in
prædones inciderint,aliter quidpiam coacti faciant.i.
turpiter uel indecorẽ.At.93 b,Quo maiorem spem ha
beo nihil sorẽ aliter ac deceat.At.65 b,Assentior,fieri
nõ potuit aliter.de Diuinat.138 b,Cum eadẽ somnia,et
alijs aliter cuadant,& eisdem non semper eodẽ modo.

Aliunde,ex alio loco,uel ex alia re.pro Lig.137 d,Cum
id neq; per te scires,neq; aliunde scire potuisses.Epist.
69 b, Aliunde pendere.de Or. 112 d,Hic nisi domesti-
cis se instruxerit copijs, aliunde dicendi copiam pe-
tere non posit.& ibi. Aliunde assumptum bonum. O-
rat.204 d,In alienis aut translatum, aut factum aliun-
de,ut mutuo.

Alius,alia,aliud.non idem,reliquus,cæteri, prætereà,al
ter.de In.63 d,Cum communiter quædam de omnibus
præcipi possint,separatim tamen sunt aliæ cuiusq; ge-
neris,& diuersæ præceptiones.de Fi.130 b,Sed naturas
esse diuersas,ut aliud equo sit natura, aliud boui, aliud
homini.de D.114 b, Si eadem hora aliæ pecudis iecur
nitidum atq; plenum est,aliæ horridum & exile.de N.
50 b,Quib.bestijs eratis cibus, ut alius generis bestijs
uescerentur:alias, Alij generis. Nã alij & aliæ in geni-
tiuo apud Cic.repertũ esse,testis est Prisc.lib.6.Epist.
168 b,Nos ab initio spectasse ocium,nec quicquã aliud
à libertate commuti quæsisse,exitus declarat.Tusc.160
b,Ita nihil aliud est discere,nisi recordari.de L.158 b,
Aliud ex alio quærere.Ep.138 b,Me quotidie aliud ex
alio impedit.Or.200 d,Aliud alijs uidetur optimũ.Ep.
107 d,Habes Sardos uenales,alium alio nequiorem.hic
Alius de duobus dici uidetur.Qu.F.321 b,Multa in epi
stolam conieci,aliud alio tempore.de Di.126 b,Orbis
unamquanq; partem aliam alio modo mouere atq; im-
mutare cælum. & alibi: Signa alia alio in loco lachry
mantes intuebantur. At.260 b,Sed ut aliud ex alio,mi
hi non potest dubiũ,quin,etc. At.144 b,Nec unquam
aliud ex alio peccare destitit.I.V.89 b,Hic tũ alius ex
alio parta,& c.pro Sest.19 b,Omnes certatim alius a-
lio grauius atq; ornatius de mea salute dixerunt. Atti.
200 d,Accepi epistolas tuas aliam alia iucundiorem.de
Or.111 d, Itaq; illi aliàs aliud ipsiẽ de rebus iudicant.de
Do.96 d,Simia omnia disturbauit, & aliud aliò dissi-
pauit.Or.216 b,Quorũ descriptus ordo aliàs alia ter-
minatione cõcluditur.de Sõ.126 d,Vt nihil inter ipsos
ab alijs ad alios manare posit.de D.131 b,Vt ijdem uer
sus aliàs in aliam rem accommodari posint.Or.303 b,
Res alio atq; alio elata uerbo.Or.203,In alio ponitur,
aliudq; totum est,utrum oportere an decere dicas.Or.
217, Cùm aliud uideatur esse numerus, aliud numero-
sum,quid intersit.pro Cæ.38 b, Aliud est malè dicere,
aliud accusare.de Or.106 b,Aliud est esse artificẽ,etc.
aliud non esse hebetem,etc.de L.166 b,Videtis ne quã
ta seruus rerum sit, atq; ut ex alio alia nectantur?Tusc.

242 d,Causæ aliæ eis alijs aptæ,et necessitate nexæ. de
Or.98 b, Aliquẽ ita labi ut alijs miserãd⁹, alijs irridẽ-
dus esse uideatur.Eodẽ 104 d,Sed aliud quiddam lon-
gè aliud Crasse quæremus. At.218 b,Aliud tu honestum
in hac causa iudicas,atq; ego existimẽ.de Or.162 d,A-
lia dicere ac significare.Sal.in Cic.271 b,Aliud stãs,a-
liud sedẽs,de rep.sentis.de L.172 d,In alijs rebus uersor
atq; tu. Eodem 105 d,Tantum dico aliud esse aliud atq;
hoc.Eodem 111 b,Quid sit quare alij melius quàm alij
dicant.de Or.149 d, Virtus habet plures partes,quarũ
alia est ad laudationem aptior.I.V.206 d, Siciliæ cum
essem, sic ab omnibus audiebam,tam te has phaleras à
Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, quàm alias
item nobiles ab Aristo Panormitano, quàm tertias à
Cratippo Tyndaritano.Top.228 d, Cõparationũ duo
genera sunt,unũ de eodẽ & alio,alterum,& c.& ibid.
b,Huic generi finitimũ est illud, quod appellari de eo-
dem & altero diximus.de Som. 128 b, Alios,reliquos,
cæteros,idẽ.de Ora.149 d,Alia,& bona,& mala ui-
dentur Stoicis,& cæteris gentib. pro Cec.295 b,Non
alia causa est æquitatis in uno,& in plurib.de Off.64
d,Alia causa est eius qui calamitate premitur, & eius
qui res meliores quærit.pro Cæ.52 d,Lux lõgè alia est
solis,& lychnorũ. At.165 d,De puero aliter ad te scri-
psit et ad matrẽ.Or.220 b,Aliud mihi ac tibi uideri po
test. pro Pl. 269 d, Nec erit hæc alia ratio Plancio ac
Laterensi.Item alibi,Cùm alia dicuntur ac sentias.

Aliusmodi.de In.64, Nam opinio dupliciter facit ho-
mines:cum aut res aliusmodi est,ac putatur: aut non is
euentus est,quem arbitrati sunt.

Allabor,ris.labor,fluo. de Di. 120 b, Et humor allapsus
extrinsecus,ut in tectorijs uidemus, austro sudorem i-
mitari potest.

Allecto,as.prolecto,allicio,inuito blandè. de Senect. 89
d, Ad agrum fruendum non modò non retardat, uerũ
etiam inuitat atq; allectat senectus. de Amicit.114 b,
Qui ipsi illam allectant & inuitant: id est, assentatio-
nem.

Allegatio,onis.priuata quædã legatio.I.V.103 b, Cùm
sibi omnes ad istũ allegationes difficiles, omnes aditus
arduos ac potius intercluſos uiderent. lege Expugno.

Allego,as.lego,mitto.I.V.106 b,Petit à me Rabonius,et
amicos allegat,facilè impetrat.Ep.247 d,Extremum il
lud est,ut philosophiã ad te allegem.& 249 b, Allega-
rem ad te illos,& c.pro S.R.22 b,Homines nobiles al-
legat ijs,qui peterent,ne ad Syllam adirent. Qu.F.306
d, Sed idem Nerius iudex edidit ad allegatos Cn.Len-
tulum,& C.Cornelium.

Allegoria,æ.Or.205 b,Iam cũ fluxerunt continuæ plu-
res translationes,alia planè fit oratio: itaq; genus hoc
Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè: genere
melius ille,q ista omnia translationes uocat. At.35 d,Si
erũt mihi plura ad te scribẽda,ἀλληγορίαις obscurabo.

Alleuamentum,ti.pro Syl.179 b,In aduersis sine ullo
remedio atq; alleuamento permanere.

Alleuatio,nis.alleuamentum.Epist.126 d,Et sitot tan-
tisq; rebus urgemur,ut nullam alleuationem quisquam
non stultissimus sperare debeat.de Fin. 57 d,Vt doloris
diuturnitatem alleuatio consoletur.

Alleuio,as,de In.57 d,Reprehensio est, per quam argu-
mentando

gumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut
infirmatur, aut alleuiatur.aliàs,alleuatur, & fortasse
rectius eleuatur.uide Eleuo.

Alleuo,as. leuiorem facio,lenio,mitigo. de Clar.166 d,
Quod aliqua ex parte solicitudines alleuaret meas.
At.199 b,Alleuor cũ loquor tecum absens.de Am.100
d,Amicitia res aduersas partiens communicansq; leui-
ores facit. Att.98 d,Acastus quæ uellẽ de alleuato cor-
pore tuo nunciauit.pro S.R.20 d,Hoc onus,si uos ali-
qua ex parte alleuabitis,feram ut potero.

Allienſis,sc.At.137 b, Allienſis pugna.

Allicio,cis.allecto,inuito,capio,capto,prolecto,traho,
duco, attraho, induco, excito, titillo, illicio,obserno,
serno.de In.82 d, Est quiddã quod sua ui nos alliciat ad
sese,nõ emolumento captãs aliquo,sed trahens sua di-
gnitate.de Or.138 d,Eũ qui audit permulcere atq; alli-
cere.Ep.26 d,Hominẽ adolescentẽ non tã allicere uo-
lui,quàm alienare nolui.de Or.87 b,Dicẽdo tenere ho
minum cœtus,mẽtes allicere.pro Mur.141 b,Cato ne-
gat uerum esse, allici beneuolentiam cibo. Qu.de Pet.
213 b,Hoc & tenentur homines Romæ,et alliciuntur.
pro Pl.261 d, Allicere uoluntates alienas, retinere par
tas.I.V.273 d, Nullis nostris studijs beneuolentiã illo-
rum allicere possumus. pro Pom.8 b,Regũ afflictæ fõr
tunæ facilè multorum opes alliciunt ad misericordiã.
de Am.101 d, Virtus allicit homines ad diligendũ. I.A.
182 d,Si te laus allicere ad rectè faciendũ nõ potest, ne
mẽ⁹ quidè à fœdissimis factis potest auocare.pro Mu.
142 b, Nullare allici mentes hominũ oportet ad magi-
stratum mandandum.Of.36 b,Hominum studia ad nõ-
stras utilitates allicere & excitare.Of.42 b,Oratione
benigna multitudinis animos ad beneuolentiã allicere.
Of.11 b,12 d,Omnis uirtus nos ad se allicit.de Di.98 b,
Magnes lapis est,qui ferrũ ad se allicit & trahit.Tusc.
249 d,Qui cogitatiões suas nec disponere nec illustra-
re posit,nec delectatione aliqua allicere lectorẽ. E. 16
d,Cum in hunc sensum, & alliciar beneficijs hominũ,
et compellar iniurijs,facilè patior,& c.de Fi.71 b,Ea
uoluptas quæ in motu est, & paruos allicit & bestias.

Allido,dis. Qu.Fr.311 b, Damnationes inimicorum, in
quibus,me perlubente, Seruius allisus est: id est,læsus,
uel impegit.

Alligatus, a,um. astrictus, & colligatus.)(.Solutus. de
Amic.104 d,Ne existiment ita se alligatos,ut ab amicis
peccantibus nõ discedant.pro Do.221 b,d, Vbi per suũ
tribunatum Cæsaris actis alligatus teneretur.

Alligo,as,deuincio,astringo. Attic.134 d,Cedendum est
celeriter, ne fortè qua in re impediar atque alliger.de
Ora.159 d,Neq; uerba alligata sint,quasi certa aliqua
lege uersus,neq; ita soluta ut uagentur.Attic.33 d,Cum
uideas uoluntatem ciuitatis solutam,uirtutem alligatã.
pro Cl.49 d,& pro R.P.125 d,Lex ubi omnes morta-
les alligat,ita loquitur,& c.pro Pl.276 b,Beneficio al
ligari.pro Fl.155 d,Metuit ne L.Flaccus nunc se scele-
re alliget.In Ver. 238 d,Producuntur, & ad palum al-
ligantur.de Dom.133 b,Alligandi essent omnes, qui cu
bitũ irent.pro Qu. R.51 d, Aliquem stipulatione alli-
gare.de Leg.180 d,Sacris alligari.

Allino,nis.lino,applico.I.V.69 b,Nullæ sordes uidebã
tur his sententijs allini posse.

Allobrox, gis. ulgò Sabaudiensis. Galli sunt Heluetijs
finitimi.de Diuin.84 b,At clades patriæ flamma ser-
roq; parata, Vocibus Allobrogum patribus populoq;
patebat. de Pro. 75 b, C. Pomptinus Allobroges do-
muit.In Cat.111.112.113.

Alloquor,ris.compello,προσφωνῶ,affaris.ad Her.28 b,
Te nunc alloquor Africane,cuius,& c. pro Cl.54.

Alludo, dis. Alludere,est ludere, & alio quod dicas re-
ferre.de Or.205 b,Galba autem alludens uariè, & co-
piosè,multas similitudines afferebat.

Alluo,is.lauo,rigo.abluo.I.V.255 d,Nõ alluuntur à mari
mœnia extrema, sed influit in urbis sinum portus. Or.
206 b, Ita iactantur fluctibus,ut nunquam alluantur.
pro Fl.159 b,Cum hæc ciuitas barbariæ fluctibus allua-
tur.de Leg.170 d,Fluuius diuisus latera insulæ alluit.

Alluuio,onis.eluuio.de Ora. 99 d, Alluuionum & cir-
cumluuionum iura.

Almo,onis. flu. prope Romam. non Anenio, neq; Anio
legendum.de Nat.70 d, Lucanus: Et totam paruo re-
uocant Almone Cybellem.

Almus,a,um.sanctus,augustus.Offi.73 d, O fides alma,
ex Ennio.In Arat.Hanc illi tribuunt pœnam Nereides
almæ.

Alo,lis.educo,nutrio.de N.30 b, Omnia quæ aluntur &
crescunt,continent in se uim caloris. & 36 d, Multa,
quibus animantes alantur augescantq; & pubescãt. I.
V.150 d,Hac pecunia alimur & sustinemur.de N.51 b,
Animantes quæ lacte aluntur.pro S.R.27 b,Anseribus
cibaria publicè locantur, et canes alũtur in Capitolio.
de Nat.15 b,Cum agellus eum non satis aleret.pro De-
iot.147 b,Deiotarus antea maiores copias alere pote
rat,nũc exiguas uix tueri potest.Par.124 d, Alere exer
citũ suis fructibus.de Vn.198 d,Ita se ipse consumptio-
ne & senio alebat sui. Atti.272 d,Nam mihi stat alere
morbum desinere. At.104 b, Serò restitimus ei, quem
per annos decem aluimus contra nos.de Cla.167 d,In-
traq; parietes aluit eam gloriam, & c.pro Cec.287 d,
Ebutĩ⁹ iste Cæsenniæ uiduitate alitur.de In.82 b, Alere
aliquid & maius facere.pro Mar.135 b,Illa est uita tua
Cæsar,quæ uigebit,& c.quã posteritas alet.I.C.116 b,
Memoria uestra Quirites, nostræres alẽtur,sermoni-
bus crescent,& c.de Amicit.115 b,Sed nec illa extincta
sunt,aluntur̃q; potius & augẽtur cogitatio & memo-
ria.Offi.21 b,Hominis mens discendo alitur.I.C.103 d,
Qui spem Catilinæ cum mollibus sententijs aluerunt.
pro Sest.21 d,Quorum effrenatus furor alitur impuni-
tate diuturna.Or.200 d,Ab hac & uerborũ copia ali-
tur. de In. 42 b, Dicendi assiduitas aluit audaciam. de
N.49 b,Vapores,quib.altæ renouatæq; stellæ,atq; o-
mnis æther,refundunt eosdẽ.pro Pla.276 b,Locus ille
mutus,ubi quisq; altus aut doctus est.de Cl.168 d,Vrbs
in qua nata & alta est eloquentia.Ep.79 d,In ea urbe
es,ubi nata & alta est ratio & uitæ moderatio.

Alpes,pium. montes altissimi Galliam ab Italia disterm i
nantes.de Pro.76 d,Alpibus Italiã munierat antè na-
turã,& c.Ep.172 b,Antonius Apẽnino alpibusq; sote-
net.I.P.79 d,Vallũ alpiũ cõtra ascensum transgressio-
nẽq; Gallorũ.I.A.201 b,Vt eius furorẽ ne alpiũ quidẽ
muro cohibere possemus.I.C.119 d,Hoc malũ manauit
non solum per Italiam,uerùm etiam transcendit alpes.

Alsium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alsium,sij.oppidum Thuscorum. Att.21.

Alsiensis ager,ab Alsio dictus.pro Mil.111 b,Pompeium ut uideret & sciebat in Alsiensi esse procul inde.

Alsus,a,um.frigidus. Qu.Fr.319 a, Iam ἀπὸ τοῦ κρίνω nihil alsius,nihil muscosius. At.59 d,Antio nihil quietius est,nihil alsius,nihil amœnius.

Altare,ris.ara. Antequam.196 b, A deorum quondam altaribus impiam manum ciuium remoui.I.C.102 a,A cuius altaribus sæpe te ad necem ciuium transtulisti.de Ar.245 b,Ab altaribus religiosissimis fugatus.

Altè,sublimè.I.A.165 b,Altè extollere manum. Tusc.ula. 235 b,Altè à terra.& de Na.51 b,Tollere se à terra altius.Or.204 b,Cum uerbum aliquod altius transfertur.de Ar.251 a,Tollere tectum altius.de So.130 a,Altè spectare atq; ad cœlum cõtueri.de D. 119 a,Cùm terra araretur,& sulcus altius esset impressus.I.V.70 a,Indignum uidebatur ijs qui altius perspiciebant. Or. 205 b,Altè enim cadere non potes,id est,ex alto.

Alter,a,um.Tusculan.154 b,Agricola serit arbores,quæ alteri seculo prosint.de Cl.183 a,O magnã,inquit,artem,Brutus,si quidem istis,cum summi essent oratores, duæ res maximæ,altera alteri defuit. At.233 b,Vt factũ Dolabellæ tantopere laudarem, adductus sum tuis & unis & alteris literis. At.211 b,Alteris iam literis nihil ad me de Attica.pro Clu.25 a,Cum is unum iã & alterum diem desideraretur.de Clar.165 a,Sed contrà semper alter ab altero adiutus.Or.214 a,Id est genꝰ,ex tribus collocationis partibus alterum. de Nat.51 a, Ergo alter alterius, ubicunque nactus est oua frangit.de Senect.82 b,Nec nunc quidem adolescẽtis uires desidero: is enim locus erat alter de uicijs senectutis. Officior.50 a,Ptolemæus, qui tũ regnabat alter post Alexandriam cõditam.I.A.159 a,Quo Senatus die lætiorẽ proximo, altero,tertio, deniq; reliquis consecutis diebus, nõ intermittebãt,&c.I.A.227 a,Equitatus qui in Syriã ducebatur bipartitò:alter eum à quo ducebatur,reliquit: alterum Cn. Domitius à legato Syriaco abduxit. pro Deiot.44 a,Accedit ut accusatorum alterius crudelitate,alterius indignitate perturber.Ep.6 a,Quorũ alterũ mihi facere necesse est, alterũ facio libẽter.Tusc. 169 b,Necesse est .n.alterum sit de duobus,ut aut,&c. Tusculan.251 b,Ad Brutum nostrum hos libros alteros quinq; mittamus.de D.96 b,Nõ modò his tribus,qui, &c.sed etiam alteris tribus,qui,&c.I.A.248 a, In altero pudor,in illis libidines,scelera,&c. I. V.206 a, Tam has phaleras,&c.quàm alias,&c. quàm tertias, etc.de In.63 b,Caupo cum illum alterum,uidelicet qui nummos haberet,animaduertisset, gladiũ propè appositum è uagina eduxit,et illum alterum occidit. At.46 b,Me ipsum accuso,deinde te,quasi me alterum. At.53 b,Ad omnia me alterũ se fore dixit.Ep.98, Vide quàm mihi persuaserim te esse me alterum. Attic.282 a,Ad te tanquam ad alterum me proficiscens.Epi.26 a,Quem si reliquissem, dicerent iniqui non me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem.Top.228 b,De eodem et altero.et ibidem, De eodem & alio.Altero tanto maior,id est,duplo.l.Sesqui.At.224 b,Ego è Formiano exiens XVII. Calendarum, ut inde altero die in Tusculanum scripsi hæc.

Altercor,concerto,contendo.de Clar.178,Iam in altercando inuenit parem nemimem.Item 180.

Altercatio,onis.concertatio,contentio, ἀγὼν ῥητορικός,studium contentionis.Attic.12 b,Redeo ad altercationem,surgit Pulchellus,&c. de Nat.5 a,Oritur mihi magna de re altercatio cum Velleio.de Clar. 179 a, Nulla est altercatio clamoribus unquam habita maioribus. Att.61 b,Altercationes,quas in Senatu factas audio.Ep.3 a,Idib.Ianuarijs in Senatu nihil est confectum, propterea quòd dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli & Caninij.

Alternus,a,um.quod uicißim fit,aut uicißitudinem habet.I.Ver.125 a,Senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet, datur,cum alternæ ciuitates reiectæ sunt.In Vat.34 b, Lex de alternis cõsilijs reijciendis.pro Arch.190 b,Epigramma in aliquem alternis uersib. longiusculis.Tusc. 226 a,Alternis enim uersibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ. pro Clu.47 a,Ex duabus orationibus capita alterna contraria inter se recitãda curauit.de Or.161 a,Pedes aut heroos,aut chorios,aut alternos esse oportet.nã horum uicißitudine efficient, ut,&c.pro Plan.266 b,Senatus de ambitu,de reiectione fieri uoluit iudicium alternorum.

Alteruter, a, um.è duobus alter. Attic. 129 b, Duellio mãdaueram ut alteruter uestrũm ad me ueniret. de In. 64 a,Nã horum in genus alterutrũ illa quoq; incidet, in quibus,&c.I.V.64 a,Video esse necesse alterutrũ. & de N.15 a, At.154 b,Solon capite sanxit, si quis in seditione nõ alterutrius partis esset.At.142 a,b,Nõ est tuæ dignitatis atq; fidei,ut contra alterutrũ, cũ utriq; sis coniunctißimus,arma feras.pro M.134 a, Si in alterutro sit peccãdũ,malim uideri nimis timidus,quàm parum prudens.Ep.49 b,Si alterutrum necesse sit,audire ea malis,quàm uidere. Ep.118 b, Alterutrum ad cõditionem descendere uult Cæsar,ut aut,&c.Ep. 115 b, Pompeium puto alterutrum de filijs ad te missurũ.Ep. 190 b,Dum ipsorum alteruter uenit.de Di 121 a,b,Cur alterutrum emiserit. Alteriusutrius,ex Prisciano.

Altisonus,a,um.ex alto sonans. de Diu.102 a, Hic Iouis altisoni subitò pennata satelles,&c.Poetæ.

Altitonans,tis.ex alto tonans,pro Ioue ponitur.de Di. 84 a,Nam pater altitonans,&c.Poetæ.

Altitudo,nis.excelsitas,uel celsitas.In Verr.249 b,Latumiæ opus ingẽs in mirandã altitudinem depressum. de Di.100 b,Labes agri Priuernatis cum terra ad infinitam altitudinem desedisset.I.V.225 a,Spelunca conuersa ad aquilonem infinita altitudine.de N.45 b,Speluncarum concauæ altitudines.de Nat.12 b,In hac immensitate latitudinum,longitudinum,altitudinum.cõtra Rul.76 b,Altitudo montium. Atti.250 b,Altitudo maris.Of.65 a,Demoliri ædes quarũ altitudo officeret auspicijs.de Nat.45 b,Impendentiũ montium altitudines.de Cl.170 b,Elatio atq; altitudo orationis.Or.210 b,Omnium magnarum artiũ sicut arborũ altitudo nos delectat.Part.236 b, Altitudo animi in capiendis incõmodis.Of.18 a,In liberis populis exercẽda est etiã ficilitas & altitudo animi quæ dicitur.pro R.P.129 b,Altitudo fortunæ et gloriæ alicuius.de Vn.203 b,Cũ spectarent labores eius hinc illinc q; altitudinem assumpsit.

Altiuolans,tis. Altè & sublimè uolans uolucris,de Di. 102 b.& de N.102 b, Ennij,Cernẽs genus altiuolantũ.

Altor. de Nat. 43 d, Omnium autem rerum quæ natura administrantur,seminator, & sator, & parens, ut ita dicam, atq; educator & altor est mundus.

Altrix,cis.pro Flac.159 d, Et eorum terra parens, altrix patria dicitur.de Diu. 84 b, Romani nominis altrix, Martia.&c.de Vn.201 b,Terra altrix nostra,&c.

Altum,ti.mare.de In. 74 d,Cum nautæ in alto iactarentur.& ibidem b,Cùm magna in alto tempestas esset.de Fin. 120 b,Si plures ex alto emergere uelint, &c.I.V. 242 b,& 253 a,In ore portus,ubi primùm ex alto sinus ad urbem à littore inflectitur.

Altus,a,um.sublimis,excelsus,celsus,erectus,in altũ editus,excitatus humo.)(.abiectus.de Or.156 d, Procul à terra abripi,atq; in altum à conspectu pene omniũ abstrahi.I.V.169 a,Sic est hic ordo quasi propositus atq; editus in altum,ut ab omnib. uẽtis inuidiæ circumflari posse uideatur.de Leg.183 b,Columellã non altiorẽ tribus cubitis super tumulũ statuere.de N.46 d, Vltimus, & à domicilijs nostris altißimus cœli complexus. de Or.144 b,Hoc est altius quã ut id nos humistrati suspicere posßimus.pro S.R.32 a,Sua uirtute in altiorẽ locũ peruenire. I.A.93 b,Virtus est altißimis defixa radicibus. pro Do.232 b, Præcipitari ex altißimo dignitatis gradu.de Am.102 a,Nihil enim altũ, nihil magnificũ suscipere possunt,qui,&c.I.A.155 b,Altißimus dignitatis gradus.Or.215 a,Alta & exaggerata oratio.)(.humilis & abiecta. pro Mil.105 b,Homo sapiens & alta quadam mente præditus.pro Clu.49 b,Altiorem gradum dignitatis assequi.pro Sest.7 a,In altißimo gradu poni.Tus.234 b,Magnus & altus uir.de Fin.96 a,Vir altus & excellens.Tusc.177 a,Altus,excelsus,humana despiciens.Tus.193,Ita sunt stirpes altæ stulticiæ.

Aluearium,rij.Cic. in Oeconomico, teste Charisio:Apes in aluearium concesserant.

Alueolus,li.tabula in qua tesseris & talis luditur.de Fi. 138 a,Et cùm re nulla impediantur necessaria, aut alueolum poscere,aut quærere quempiam ludum.

Alueus,ui. uas amplum, quo in balneis utebantur. pro Cæl. 52 a,Ex quibus requirã quónam modo latuerint, alueus ne ille,an equus Troianus fuerit. ad Her. 27 a, Deinde ubi uisum, in alueum descendit.

Alumnus,a,um.qui alit,quiq; alitur.de Cla.168 a,Eloquentia bene cõstitutæ ciuitatis quasi alumna quædã. I.A.210 b,Ego itaq; pacis, ut ita dicam, alumnus,&c. de Fin.122 b,Aristoteles cæteriq; Platonis alumni.Epi. 133 a,Aliquis quasi alumnus disciplinæ alicuius. de Di. 83 a,Vos quoq; signa uidetis aquæ dulcis alumnæ.

Aluus,ui.pars corporis subiecta stomacho.de Nat.53 b, & 21 a, Aluus subiecta stomacho, cibi & potionis est receptaculum: est autem multiplex & tortuosa. pro Clu.24 b, Spes illa quam mulier in aluo commendatã à uiro continebat.de D.88 b,Cum mater filiũ aluo cõtineret.de N.71 a, Aesculapius primus purgationẽ alui,dentisq; euulsionem inuenit. de N. 31 a,Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curant.

Alizia,æ.urbs. Epist.257.

Amabilis,le.quod dignum est amari,dulce,suaue.At.78 b,Filiolam tuam amo,& amabilem esse certò scio. Ep. 175 a, Mihi autem nihil amabilius officio tuo. de N.25 a,Nihil est uirtute amabilius.& de Amic. 101 b,Nihil

est amabilius uirtute. At.261 b,& 188 b,& 252 b,Nihil iucundius literis Sexti,nihil amabilius.Par.231 b,Oratio quæ significat oratoris ipsius amabiles mores.

Amabiliter. At.228 b, Sed mehercle si humaniter & sapienter & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profectò præbebis M. Antonij.

Amabo,si me amas.rogãtis est. At.23 b,Cura, amabo te, Ciceronem nostrum. At.24 b,& 27 a,Cura,amabo te, ut cum Ticinio transigas. Epist.110 a,Vrbanitatis possessionem,amabo,quibusuis interdictis defendamus.& ibid. Pugna,si me amas,&c. Att.47,Nostra autem negocia,quoniam Romæ cõmoraris, amabo te, explica. At.98 b,& Q.F.305 a,Expecta,amabo te,dum Atticũ conueniam.Ep.21 b, Sed amabo te,cura ac cogita nihil noui.Epi.116 a,& 354 a, Amabo te,si quid,quod opus fuerit, Appio facies,ponito me in gratiâ.A.67 b,Si me amas,apud me cũ tuis maneas. Q.F.312 a, Adhuc,si me amas,Mariũ. At.77 a, Amabo te,incumbe in eam rem.

Amalthea,uel Amalthiõ,uocat Cic. Attici bibliothecam,propter uariam & magnam bonorũ librorum copiam.quasi dicas copiæ cornu.nam præterquàm quòd Amalthea Iouem nutrijsse fertur,Amaltheam cornu habuisse traditur miræ naturæ, ut quem quis siue potũ expetijsset, siue cibum, sine ullo omnino labore eius compos fieret.Non mirum igitur,si Cicero Attici sui bibliothecam tam uariè copioseq; instructam, Amaltheæ appellauit. At.22 a,Amalthea mea te expect.at,& indiget tui.& 13 b, Velim ad me scribas cuiusmodi sit ἀμαλθέωρημα tuum,quo ornatu,quæ τονεκτικία,&c.& 7 a,

Amandatio,onis.reiectio,relegatio.pro Sex.Ros.25 b, Tamen ne hæc uita rusticana relegatio atq; amandatio appellabitur?

Amando,as.ablego,remoueo,relego, dimitto,mando.I. V.249 b,Amandat hominem quò? Lilybeũ. Postquam. 200 b, Re quidè infra omnes mortuos amandatus esset.de N.54 b,Sic natura res similes procul amandauit à sensibus.pro S.R.25 a,An amandarat hunc sic, ut esset in agro,ac tantummodo aleretur ad uillam? pro D. 226 a,Hunc modò amandandum esse.sic M.Cato inuisus,quasi per beneficium Cyprum relegatur. & paulo infrà,Me expulso,Catone amandato.

Amans,tis.diligens,obseruans, cupidus, studiosus, gratiosus,fautor.pro R.P.129 b,Equitẽ Romanum ueterẽ amicum suum studiosum,amantem, obseruantem,fuit laudantem excepit.Ep.71 d,Me,lenißimis et amantißimis uerbis utẽs,re grauiter accusas.At.118 a,Gallus Fabius amãtißimus utriusq; nostrũ.Epi.181 a,Trebatius utriusq; nostrũm amantißimus. I.C.118 b,Frater carißimus atq; amantißimus. Qu.F.292 b,Si què fortè tui cognouisti amantiorẽ quàm temporis. At.354 d, Ciuis amans patriæ. Epi.257 a,Ad nos tui amantißimos ueni. Tusc. 214 b,Aliud est esse amatorem, aliud amantem.Ep.5 a, Qu.Selicio neminem esse amantiorem tui.

Amanter,peramãter,studiosè.At.24 b,Valde hoc uelim amãter diligenterq; conficias.Ep.744 a,Literæ tuæ, quib.expectatũ meũ aduẽtũ abs te amãter uidebã. Ep. 139 a,Qui me perofficiosè et peramãter obseruãt.pro Clu.20 a,Quo enim est ipsum nomẽ amantius indulgẽtiusq; maternũ,hoc,&c.Qu.F.327 b,Nihil fuit faciendum istorũ,quæ amantißimè cogitata sunt. Att.88 b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deinde me obsecras amantißimè, ne, &c. de Am. 95 b, Coniunctißimè, & amantißimè uiuere cum aliquo.

Amantia, tiæ. urbs. I. A. 236 d.

Amanus, ni. mons. At. 79 a, Amanus Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Ep. 23.

Amanienſis, Ep. 23.

Amarus, a, ũ. de N. 65 b, Animal ſentit calida et frigida, dulcia & amara. de Fi. 72 b, Senſus iudicat dulce, amarum, &c. pro Cl. 32 a, Itaq; minimè amarus is uſus eſt, Att. 236 a, Amariorem me ſenectus facit, ſtomachor omnia. ad Her. 18 b, Amari iucundum eſt, ſi curetur nequid inſit amari.

Amator, oris. cultor, obſeruator. I. V. 181 a, Alba tuus nõ ſolum amicus, ſed etiam amator. Tuſc. 214 b, Aliud eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Poſtquam. 206 b, Aliter à me Catilinam amatorem ſuum repoſcebat. de N. 71 a, Amatores puerorum Qu. Catulus, et Alcæus poeta. pro Cæl. 47 b, Vtrum hic tibi adulter an amator uidetur? de Vn. 204 a, Qui ſapientiæ amatorẽ ſe profitetur. de Clar. 170 a, Amatores Catoni deſunt, ſicuti multis iam antè ſeculis Thucydidi. At. 20 b, L. Papyrius Pætus uir bonus, & amator noſter.

Amatoriè. I. A. 175 a, Epiſtola amatoriè ſcripta.

Amatorius, a, um. quod ad amorem pertinet, quod ad amorem allicit. Tuſc. 225 a, Anacreontis tota poeſis eſt amatoria. & 225 a, Amatoria uoluptas. & 206 a, Amatorius ſermo. At. 144 b, ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς.

Ambigo, gis. dubito. pro Cecin. 288 b, Fundus de quo ambigitur, &c. de Or. 106 a, In eo autè iure, quod ambigitur inter peritißimos, non eſt difficile, &c. de Fin. 64 b, Vt inter eos qui ambigũt, cõueniat quid ſit id de quo agatur. de Or. 118 a. Nihil eſt enim quod inter homines ambigatur, in quo, &c. de Or. 118 b, Quæ propter ſcriptum ambiguntur. de Or. 153, Omnis res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri et diſceptari ſolet, ſiue, &c. de Or. 118 b, Ex cõtrarijs ſcriptis, ſi quid ambigitur. de In. 567 b, Ambigunt agnati cũ eo qui eſt ſecundus hæres. Or. 208 a, Nihil ambigi poteſt, in quo nõ, &c. Or. 208 b, Niſi cum de uero ambigitur, quod quæri coniectura ſolet. de In. 70 a, Si plures ambigent, &c. Top. 224 a, Ambigere de aliqua re. & I. V. 100 a, Si de hæreditate ambigitur.

Ambiguè. Orat. 207 a, Ambiguè dicta diuidere & explanare oport. Ambiguè loqui, de N. 18 a, & de Ora. 96 b, Ambiguè ſcriptum aut contrarie. pro Cec. 300 b, Verbum ambiguè poſitum.

Ambiguitas, tis. amphibologia, anceps, dubia, incerta, multiplex uerborũ poteſtas. Part. 221 b, Obſcurum autem aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione atq; immutatione uerborum. de In. 56 b, Sed nobis ambiguitate nominis uidentur errare. l. Amphibologia.

Ambiguus, a, um. anceps, dubius, incertus, multiplex. de Or. 118 b, Ambiguorum cõplura ſunt genera, quæ, &c. de Ora. 118 a, Statim occurrit animo quæ ſit cauſa ambigui. Top. 227 a, Ambiguum eſt, cum duæ differentes ſententiæ accipi poſſunt. Or. 208 a, Nam ſi quando aliud in ſententia uidetur eſſe, aliud in uerbis, genus eſt quoddã ambigui, quod ex præterito uerbo fieri ſolet, in quo, quod eſt ambiguorũ proprium, res duas ſignificari uidemus. Epi. 175 a, Ego tamen non habui ambiguum, & ſtatim, &c. id eſt, non dubitaui. de Cl. 178 a, Rem ambiguam diſtinguere. de Ora. 132 a, Ex ambiguo dicta uel argutiſſima putantur. de Or. 206 a, Verba ambigua diſtinguere. de D. 104 b, Oraculis, quòd erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt. Tuſ. 194 b, Vt effugiam nomen ambiguũ inuidiæ. de D. 132 a, Oracula partim flexiloqua et obſcura, partim ambigua, & quæ ad dialecticum referẽda ſint. ad Her. 41 a, Ambigua quemadmodũ uitanda ſunt, quæ obſcuram reddunt orationẽ: ita hæc cõſequenda, quæ conficiunt huiuſmodi ſignificationẽ: ea reperientur, ſi nouerimus uerborum ancipites aut multiplices ſignificationes. Topic. 229 a, Id autem contingit, cum ſcriptum ambiguum eſt, & duæ differentes ſententiæ accipi poſſunt.

Ambio, bis. circumeo, prenſo. Att. 56 a, Clodius uicatim ambire, ſeruis apertè ſpem libertatis oſtendere. de Vn. 200 a, Vt terram lunæ curſus proximè ambiret. I. A. 234 b, Quod ſi comitia placet in Senatu haberi, petamus, ambiamus: tabula modò noua detur nobis, ſicut populo data eſt. pro Planc. 260 b, Populus facit eos à quibus eſt maximè ambitus.

Ambitio, onis. ambitus, ſtudium cupiditaſq; honorum, conciliatio gratiæ & amicorum. I. V. 135 a, Vt ſtudia cupiditatesq; honorum ambitionesq; ex omnib. ciuitatibus tolleret. de Cl. 187 a, Nõ puto exiſtimare te ambitione me labi, quippe de mortuis. Tuſc. 188 b, Quid de noſtris ambitionibus? quid de cupiditate honorũ loquar? Offi. 17 b, Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumq; contentio. pro Mur. 141 a, Hæc ſiue ambitio eſt, ſiue liberalitas, &c. I. A. 234 b, L. Cæſar comitia et ambitionẽ introduxit in ſenatum. pro Mil. 109 b, Scio enim quàm timida ſit ambitio, quantaq;, & quàm ſolicita cupiditas conſulatus. In Sal. 273 a, Non dico hanc popularem ambitionem, ſed illam pernicioſam contra leges. At. 14 b, Me ambitio quædam ad honorum ſtudium duxit. At. 1 b, Domitius, in quo uno maximè ambitio noſtra nititur. Qu. Frat. 291 b, Præſertim cum ij mores ad nimiam ambitionem incubuerint.

Ambitioſè. Epiſt. 35 b, Cum in iſto genere multo etiam ambitioſius facere ſoleam, quàm honos meus & dignitas poſtulat. At. 238 a, Petiuit à me, ut eius orationẽ ne ambitioſè corrigerem.

Ambitioſus, a, ũ. At. 16 a, Illæ ambitioſæ noſtræ ſuoſq; amicitiæ ſunt in quodam ſplendore forenſi. In Sal. 273 a, In honorib. petẽdis nimis ambitioſus. pro Mur. 128 b, Ambitioſus imperator. Qu. Fra. 300 a, Ne fortè me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere. pro Flac. 155 a, Qui ita ambitioſus, ut omnes nos quotidie perſalutet.

Ambitus, tus. de corporeis rebus. conuerſio, circuitus, orbis. Topic. 222 b, Qu. Scæuola id ſolum eſſe ambitus æditi dixit, quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proijceretur. de Vn. 200 b, Cum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerint. de N. 35 b, Sellarum rotundi ambitus. de Vn. a, Secundus ſupra terram ambitus. de Vniuerſ. 199 b, Sic animus extremitatem cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit.

Ambi-

Ambitus, ambitio, ambitionis crimen. pro Murena 124 b. M. Cicero legis ambitus lator. Qu. Frat. 312 a. S. C. factum eſt de ambitu in Afranij ſententiam. pro Clu. 41 a, Iudicium ambitus. de Or. 118 a, Rarò illud datur, ut poſſis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atq; largitione ſeiungere. Epiſt. 175 b, Sed is ambitus extat, ut omnia pertimeſcam, & totam Lamiæ petitionem mihi ſuſtinendam putem. Qu. Fr. 316 b, Ambitus redit immanis, nunquam ſiit par.

Ambitus, ta, tum. ambitione & prenſatione delimitus. pro Planc. Non enim comitijs iudicat ſemper populus, ſed mouetur plerunq; gratia, cedit precibus, facit eos à quibus eſt maximè ambitus.

Ambitus. orationis ſeu uerborum circuitus. de Ora. 160 a, Ille quaſi uerborum ambitus: ſic enim has orationis conuerſiones Græci uocant. de Cla. 179 a, Comprehenſio & ambitus ille uerborum, ſi ſic periodum appellari placet. de Or. 161 b, Circuitus et quaſi orbis uerborum. Or. 200 a, Arguti certiq; & circumſcripti uerborum ambitus. Or. 213 a, Meæ aures perfecto completoq; uerborum ambitu gaudent. l. Periodus.

Ambo, orum. uterq;, duo. de D. 95 a, Quorum amborum generum una ratio eſt. At. 89 b, Sumus enim ambo curioſi. de Cla. 171 b, De ipſius Scipionis & Lælij ingenio ea tam eſt laus, ut plurimum tribuatur ambobus. At. 131 b, Epiſtolæ duæ prid. Cal. ambæ datæ. de N. 61 b, Idem obtutus amborum oculorum. Epi 132 a, Hos igitur ambos tibi commendo. Epiſt. 64 b, Quos ego ambos unicè diligo. ad Heren. 35 b, Horum amborum generum exempla ſubijciemus. Or. 198 b, Vicinus amborum, in neutro excellens, utriuſq; particeps.

Ambracia, urbs. I. P. 99 a, Ambraciæ ſedens & ad Brutum: Ambraciam ducere equites per Theſſaliam Bruti.

Ambraciota. Tuſc. 166 a, Callimachi quidem epigramma, in Ambraciotam Cleombrotum eſt.

Ambroſia, æ. herba & cibus deorum. de Orat. 130 b, Præſertim cùm ita dicat ipſe, ut ambroſia alendus eſſe uideatur. Tuſcul. 161 b, Non enim ambroſia aut nectare deos lætari arbitror.

Ambulatio, onis. ipſa ambulandi actio. de Or. 87 a, Poſtero autẽ die cum illi maiores natu ſatis quieſſet, in ambulationẽ uctum eſſe dicebat, tũ Scæuolam duob. ſpacijs tribus ue factis dixiſſe, &c. de Fin. 114 a, Cõſtituimus inter nos, ut ambulationem in Academia cõficeremus. At. 24 b, Sed hæc ambulationibus cõpitalitijs reſeruemus.

Ambulatio, locus & ſpacium ad ambulandum, ambulacrum, ut Plaut. et Plin. uocant. pro Do. 237 b. Ibi enim poſtis eſt, ubi aditus templi eſt, & ualuæ ambulationis. Att. 60 b, & 61 a, Noſtram ambulationem uelim, cùm poteris, inuiſas. Qu. Fr. 318 a, Nihili ei reſtabat balnearia & ambulationem & auiarium. Qu. Fr. 319 a, Edera conueſtiuit quà baſim uillæ, quà inter columnia ambulationis.

Ambulatiuncula, læ. At. 214 b, & Ep. 24 b.

Ambulo, as. uado, eo, iter facio, deambulo, inambulo, contendo, decurro, peruolo, pedibus peragro, uel obeo. At. 137 a, Si enim rectè ambulauit is qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diẽ incidit. de Fin. 88 a, Xerxes tantis claſſibus Helleſponto iunctio Athoq; perfoſſo maria ambulauit, terramq; nauigauit. & ibid. Xerxes maria

pedibus peragrans claſſibus montes. de Or. 114 a, Ambulare in ſole. At. 98 a, Sed ut philoſophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. At. 132 a, Eo autem modo ambulat Cæſar, ut timeam ne cittus ad Brundiſium, quàm opus ſit, acceſſerit. pro Qu. 14 b, Triduo ſeptingenta millia paſſuum ambulare. de Cl. 182 a, Adoleſcẽs delicatus in littore ambulãs. de Or. 155 a, M. Manlium nos etiam uidimus tranſuerſo ambulantem fòro. Acad. 13 b, Ambulare cum aliquo. & de Fin. 89 b.

Amburo, ris. circumuro. pro Mil. 118 b, Vt Clodius ſine exequijs amburetur.

Ambuſtus, a, um. I. V. 90 a, Hic ſociorum ambuſtus incendio tamen euolauit. pro Dom. 236 a, & de Ar. 224 a, Qui ambuſtas fortunarum mearum reliquis domos ſuas comportarent. pro Seſt. Herculis corpus ambuſtum. pro Mil. 103 b, Huius ambuſti Tribuni pl. illæ intermortuæ conciones.

Amentatus, a, um. amentis. id eſt, loris ligatum, ad acrius iaculandum & feriendum. de Ora. 102 a. Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas oratoris lacertis uiribuſq; torquere. et de Cla. 189 b, Vt haſtæ uelitibus amentatæ traduntur, ſic argumenta, &c.

Amens, tis. mente motus, perturbatus. pro Sex. Roſc. 25 a, Pater igitur amens, qui odiſſet filium ſine cauſa. Or. 219 a, Incurriſti amens in columnas. I. A. 201 b, Homo amentiſſimus atq; omnibus conſilijs præceps ac demus. I. P. 83 b, Cùm tu ô uecors atq; amens complexus es illud funeſtum animal. & c. pro Flac. 166 a, Quem poſthac tam amentem fore putatis? qui, &c.

Amentia, tiæ. Tuſc. 192 a, Amentia eſt animi affectio lumine mentis carens. I. C. 109 b, Mens ſana conſligit cum amentia. Antequã. 195 b, Ego inimicorum amentiæ pauorum omnium ſalutis cauſa decedãm. de Aruſp. 254 a, Hãc ob amentiã arreptus eſt unus ex patricijs, cui, etc.

Ameria, oppidum & municipium. pro S. R. 21.

Amerinus, na, num. pro S. R. 21.

Amica, cæ. I. A. 171 b, Mater amicam filij tãquam nurum ſequebatur. At. 164 b, Hic tamen Citherida ſecum lecti ea aperta portat, altera uxorem, ſeptem præterea coniunctæ lecticæ amicarum. de Di. 138 a, Alcibiades amicæ amictus amiculo.

Amicè, beneuolè. Offic. 19 a, Viuere ſimpliciter, fideliter, uitæq; hominum amicè. I. V. 59 b, Familiariſſimè & amiciſſimè uiuere cũ aliquo. de Fin. 59 b, Amicè & beneuolè feciſti. de Am. 97 a, & pro Plan. 274 b, Tu autem, quod mihi tantum tribuis, &c. facis amicè. Part. 232 a, Vt amicè, ut intelligenter, ut attentè audiamus.

Amicio, cis. ueſtio, operio. de Cla. 169 b, M. Popilius, ut erat lana amictus, ita uenit in concionem. I. A. 176 a, Cæſar amictus toga purpurea. de Orat. 154 b, Hippias gloriatus eſt pallium quo amictus, ſaccos quibus indutus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe. I. C. 109 a, Velis amicti, non togis. I. P. 93 a, Hæc toga qua ſum amictus. de D. 218 a, Alcibiades paulo ante interitũ uiſus eſt in ſomnis amicæ amictus amiculo.

Amicitia, tiæ. beneuolentiæ coniunctio, familiaritas neceſſitudo. Amicitia, uoluntas erga aliquẽ, rerum bonarũ illius ipſius cauſa, quem diligit, cum eius pari uoluntate, 2 de In. Amicitia nihil aliud eſt, niſi omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

summa consensio, Læl. Amicitia, uirtutum adiutrix à natura data est, non uitiorum comes, Læl. Amicitia in quo cernatur, Part. Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res secundas uel aduersas, quàm amicitia, Læl. Amicitia hoc præstat propinquitati, quòd ex propinquitate beneuolētia tolli potest, ex amicitia non potest, Læl. Amicitia tua mihi ampla est 3 Fam. Amicitia claudicare uidetur, 1 de Fimib. Si amicitia ueritate colitur, qui amicum prodit, uanus sit necesse est, pro Qu. Amicitia per se colēda est, 1 de Leg. Amicitia sanctissimè colenda, 10 Fam. Amicitia nostra quæ summis officijs ab utroq; culta est, 15 Fam. Amicitia cū uoluptate cōnectitur, 1 de Fin. Amicitia Consularis, pro Domo sua. Amicitia utrum propter imbecillitatem atq; inopiam desiderata, Læl. Vera amicitia mihi ditior & affluentior uidetur esse, in Lælio. Mihi cum uiris fortibus, qui Censores proximè fuerunt, ambobus est amicitia, pro Cluent. Amicitia inter ingratos esse non potest, pro Planc. Amicitia nisi in bonis esse non potest, Læl. Amicitia sine uirtute nullo modo esse potest, Læl. Exardescit amicitia, in Læl. Expetenda amicitia, 2 de Inuent. Amicitia et secundas res splendidiores facit, & aduersas partiēs communicansq; leuiores, Læl. Amicitia firma & perpetua, de Pet. Consul. Charitas et amicitia hominum gratuita est, 1 de N. de. E. fq; ea iucundissima amicitia quam similitudo morum contugauit, Off. 1. Amicitia ex amore nominata est, Læl. Amicitia orta mihi uidetur à natura potius, quàm ab indigētia, in Læl. Amicitia permanet usque ad extremum uitæ diem, in Læl. Amicitia tota ueritate perpēditur, Læl. Amicitia præcurrit iudiciū, in Læ. Pyladea amicitia, 2 de Fin. Quæsita amicitia utilitatis causa, 2 de Fin. Amicitia remissior esse debet, et liberior & dulcior, et ad omnē comitatē facilitatēq; procliuior, in Læl. Serpit amicitia nescio quo modo per omniū uitam, in Læl. Hic multis ualuit uetus amicitia, quam tu, &c. Ep. 12 et 38 b. Cōciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio, in Læl. Condimentum amicitiæ haudquaquā mediocre, suauitas sermonum atq; morum, in Læl. Amicitiæ finis quid sit, 2 de Inuent. Amicitiæ fons à natura cōstitutus, bonorū inter bonos beneuolētia, in Læl. Amicitiæ fores aperiātur, 15 Fam. Amicitiæ gloria excellēs Læl. in Læl. Habenas amicitiæ habere laxissimas, quas uel adducas quū uelis, uel remittas, in Læl. Amicitiæ initia ex parentibus repetere, 6 Fam. Bithynici. Institutionē amicitiæ omnino non posse reperiri, 1 de Finib. Deserere ius amicitiæ, in Læ. Nā cùm amicitiæ ius sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex plurib. qui fieri poterit si ne in uno quidem quoq; unus animus erit, idemq; semper, sed uarius, commutabilis, multiplex, in Læl. Pro iure amicitiæ nostræ à te peto, 10 ad At. Cæsaris. Pro nostra beneuolentia, pro eodē dixerat paulo antè. Vetus est lex illa iustæ ueræq; amicitiæ, quæ mihi iādiu cū illo est, ut idē amici semper uelint: nec est ullum certius amicitiæ uinculum, quàm consensus & societas consiliorum & uoluntatū, pro Planc. Hæc igitur prima lex amicitiæ sanciatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorū causa honesta faciamus, de Am. 104 b. Amicitiæ loco ubi esse potest, aut quis amicus esse cuiquā, quē non ipsum amet propter ipsum? 2 de Fin. Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternā fōre, in Læl. Amicitiæ munus expletū est, in Læ.

Amicitiæ, coniunctionisq; necessitudo, in Læl. Tollere amicitiæ nodū amabilissimū, in Læ. Charū ipsum uerbū est amoris, ex quo amicitiæ nomē est ductū: quam si ad fructū nostrū referemus, nō ad illius cōmoda, quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum, 1 de Nat. Amicitiæ officium & ius præstare, 14 Famil. Amicitiæ officijs diligēter sanctēq; seruatis, 5 Fam. Amicitiæ maximum ornamētum tollit, qui ex ea tollit uerecundiam, Læl. Ortus amicitiæ generosus, in Læl. Quod enim par amicitiæ Consularis fuit unquam in hac ciuitate cōiunctius, quàm fuimus, inter nos ego & Cn. Pōpeius? pro Domo sua. Amicitiæ præsidiū firmissimum, 1 de Fin. Amicitiæ rationem impedari, si summū bonū in uoluptate ponatur, 1 de Fin. Amicitiæ recordatiōe frui, in Læl. Amicitiæ simulatio, in Læl. Stabilitas amicitiæ cōfirmari potest, in Læl. Vacillat stabilitas amicitiæ, 2 de Fi. Amicitiæ studia, 6 Fam. Venenū amicitiæ odium, in Læl. Amicitiæ ea est uis, ut simulatq; sibi aliquid quàm alteri maluerit, nulla sit, 1 de Leg. Omnis uis amicitiæ est in uoluntatū, studiorum, sententiarū cōsensione, Læl. Amicitiæ uarius est & multiplex usus, Læl. Amicitiæ præponenda est patria, 11 Fam. Amicitiæ grauiorem iniuriam feceris, 10 ad Attic. Cæsaris. Admiratus eorum fidē tyrannus, petiuit ut se ad amicitiā tertium adscriberent, 3 Officior. Similitudo illicit, et attrahit ad amicitiam, de Amicit. 105 b. Ad amicitiā alicuius se conferre, 13 Fam. Quum Crassius initio ætatis ad amicitiam se meā cōtulisset, in Brut. Nihil difficilius, quàm amicitiā usq; ad extremum uitæ diem permanere, Læl. Ad tollendam amicitiam ualet hoc quidem præceptum, in Lælio. Amicitiam alicuius confirmare, 7 Famil. Consequi amicitiam, in Lælio. Si utilitas amicitiam constituet, tollet eadem, 2 de Finib. 126 a. Contrahit amicitiam uirtus, in Læl. Amicitiam contrahere quæ in rerum natura, totoq; mundo constant, quæq; mouentur omnia, Lælius. Amicitiā diuelli à uoluptate non posse, 2 de Fin. Amicitiam euertere funditus, 2 de Fin. Amicitiā gerere, 3 Fam. Amicitiam & gignit & continet uirtus, in Læl. In amicitiam accipere, 2 ad Attic. In amicitiam meam te contulisses, 7 Fam. Numestium ex literis tuis studiosē scriptis, libenter in amicitiam recepi, Attic. lib. 2. In amicitiam meam reciperem, 13 Fam. Iungere consuetudinem et amicitiam cum aliquo, pro Deiot. Difficile est amicitiam manere, si à uirtute defeceris. Læl. Amicitiā si metiare sua charitate, nihil est præstantius, 2 de Fin. Amicitiam nasci quidam uolunt ab inopia, in Læl. Officiosam amicitiam nomine inquinas crimino so, pro Planc. Amicitiam paternam nullis officijs prosequi, 6 Fam. Bithynici. Amicitiam natura ipsa peperit, in Læl. Amicitiam petere propter utilitatem, 2 de Inuent. Amicitiam funditus tollere è uita, in Lælio. Solem è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è mundo tollunt, quæ nihil à dijs immortalibus melius habemus, nihil iucundius, Lælius. Tueri amicitiam, 1 de Finibus. Vocare amicitiam ad calculos, in Læl. Ab amicitia afflicta transfugere, pro Qu. Naturali amicitia carere, in Lælio. Suscipere amicitia gerenda præclarissimè scripti libri, 3 Fam. de amicitia gerenda præclarissimè scripti libri, 3 Fam. Cùm graue est uerè accusari in amicitia, tum etiā si falsò accuseris, non est negligendum, pro Murena 125 b. In amicitia adiunctus, 5 Fam. Fines in amicitia qui sint, & quæsti

quasi termini diligendi, constituēdi sunt, in Læl. In amicitia illud efficitur, quod quibusdam incredibile uidetur. est autem necessarium, ut nihil sese plus, quàm alterum diligat, de Leg. 162 b. In amicitia nihil est ficti, nihil simulatum, Læl. In amicitia nisi (ut dicitur) apertum pectus uideas, tuumq; ostendas, nihil fidū, nihil exploratū habeas, &c. Læl. Prima lex in amicitia est, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati, Læl. Ne optandum quidē est in amicitia, ut me ille plus quàm se amet, ego illum plus quàm me: perturbatio uitæ, si ita fit, atq; officiorum omnium consequatur, Tusc. q. lib. 3. In amicitia proueēti lōgius, in Læl. In amicitia quæ sint uiro bono tenēda, Læl. In amicitia quid mutuū, 5 Fam. In amicitia quicquid est, id est uerum & uoluntarium, Læl. 26. In amicitia uult Pythagoras, ut unus fiat ex pluribus, Of. 1. Mundus ipse concordi quadam amicitia & charitate complectitur, de Vniuers. 197 b. Dignus amicitia, de Amicit. Omnium rerum, quas ad beatè uiuendū sapientia comparauerit, nihil est maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius, etc. de Finib. 62 b. Vos hortor, ut, uirtute excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis, Læl. Remouere se ab amicitia Pompeij, de Am. Sine amicitia corruere omnia, de Am. Amicitiæ ambitiosæ, fucosæq; 1 ad At. Amicitiæ cur comparatæ, pro Rosc. Amer. Amicitiæ amore & charitate cernuntur, Pa. 237 b. Coluntur amicitiæ simulatione, duntaxat ad tempus, de Am. Tantum abest ut amicitiæ propter indigentiam colantur, de Am. de Finib. Communes amicitiæ, de Am. Conuerterant se amicitiæ in graues inimicitias de Am. Amicitiæ, corroboratis iam confirmatisq; & ingenijs & ætatibus, iudicādæ sunt, de Am. Depositæ amicitiæ, de Am. Extinctæ amicitiæ, de Am. Amicitiæ non modò fautrices fideliss imæ, sed etiam effectrices sunt uoluptatum tam amicis, quàm sibi, iuxta Epicureos, de Fin. lib. 1. Amicitiæ similitudine facilè iunguntur, pro Cl. Leges amicitiæ, de Am. Mediocres amicitiæ, 2 de Fin. Oppressæ amicitiæ de Am. Amicitiæ profectæ ab nostro beneficio, 2 de Inuent. Amicitiæ stabiles permanent, de Am. Veræ amicitiæ sempiternæ sunt, de Am. Veræ amicitiæ difficillimè reperiuntur in ijs, qui in honorib. req; pub. uersantur, de Am. Vulgares amicitiæ de Am. Amicitarum cum cæteris bonis collatio, de Am. Instituendarum amicitiarum consuetudo, 1 de Fin. Amicitiarū sua cuique permanet stabilis & certa possessio, de Am. Amicitiarum præsidia quærere, de Am. Amicitiarū proditiones, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Amicitiarum satietates esse non debent, de Am. Nouis amicitijs indulgere, de Am. Amicitias appetere, de Am. Ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus, 1 de Fin. 102 a, de Am. Conciliat amicitias et cōseruat uirtus, de Am. Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret, de Am. Tu soles cōglutinare amicitias testimonijs tuis, 7 ad Atticum. Ad coniungendas amicitias quantam uim habeat studiorum ac naturæ similitudo, scitis omnes. pro Cluent. Dimittere amicitias, de Amic. Dirumpere amicitias, de Amic. Discindere amicitias, de Amic. Dissociat amicitias dissimilitudo morum, de Amic. Dissoluere amicitias. de Am. Amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere censent sapientes sensum dissuere, quàm repentè præcidere, Officiorum 1. Eleuare amicitias remissione usus, de Amicit. Fideles amicitias excludere, de Amic. Molestas amicitias faciunt quidam, quum ipsi se contemni putāt, de Amic. Fingere amicitias utilitatis causa, de Am. Nec me pœniteat mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere, pro R. P. 126 b. Iungere amicitias & consuetudines cum aliquo, pro Deiotaro. Incidere in amicitias malorū, de Am. Repudiare amicitias gratiosorum, pro Pl. Spernere ueteres amicitias, de Am. In amicitijs expetendis colendisq; ita quisq; maximè excellit, ut sibi plurimum confidit, uirtuteq; ac sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, &c. de Am. In amicitijs tuendis quamuis cōmis fuerit Epicurus, nō satis acutus fuit, 2 de Fin. In amicitijs tuendis quamuis cōmis fuerit Epicurus, nō satis acutus fuit, 2 de Fin. In amicitijs fidel. 5, 2 de Fin. In amicitijs pestis nulla maior, quàm adulatio, blanditiæ, assentatio, de Amic. Amicitijs nouis implicati, 1 ad Att. Quæ potest esse uitæ iucunditas, sublatis amicitijs: quæ porrò amicitia potest esse inter ingratos? pro Planc. 266 b.

Amictus, ēlus. Tusculan. 246 d, Mihi amictui est Scythicum tegmen. Attic. 88 a, Statua quam esse eiusdē status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. de Oratore 117 d, Imitari alicuius amictum, aut statum, aut motum.

Amicula, æ. amica. de Or. 131 d.

Amiculum, li. palliolum, uestis. de N. 76 b, Dionysius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere, eiq; laneum pallium iniecit. de D. 158 d, Alcibiades amicæ amictus amiculo.

Amiculus, li. amicus. I. V. 165 d.

mans nec ne sit, de N. 9 b. Animans est igitur mundus, compósque rationis, de Nat. deorum. Quæ autem animans natura, nihil curans? de Nat. d. 1. Animantem legē efficit Zeno, de N. d. 1. Nihil quod (uiuit) generare ex se potest animantem, compotemque rationis, de Nat. de or. 2. Qui mundum ipsum animātem sapientémque esse dixerunt, de Nat. deor. 1. A' quo enim animante omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur, de Vniuers. Animātes qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur, de Vniuers. Animantes multæ insectātes odoris intolerabili fœditate depellunt, 2 de Nat. deor. Animantes orientur, quos & uiuos alatis, & cōsumptos sinu recipiatis, de Vniuers. Animantes aspiratione aeris sustimentur, 2 de Nat. d. Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominē erexit, 1 de Legib. Deinde ut requirant atque appetant aliquas alias animantes, ad quas se applicent, in Læl. Animantia diuina sunt infixa cœlo sidera, ob eámque causam suis sedibus inhærent, & perpetuò manent, de Vniu. Animātia omnia sunt in quædam genera partita aut incchata, de Vni. Animantium genera quatuor, quorum unum diuinum atq; cœleste, alterum pennigerum et aereum, aquatile tertium, terrestre quartum, de Vni. 201 b. Commune animantium omnium est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum quæ procreata sunt, Offic. 1. Animantium generi omni à natura tributū est, ut se, uitam, corpúsque tueatur, declinétque ea quæ nocitura uideantur, omniaq;, quæ sint ad uiuendum necessaria, acquirat & paret, Off. 1. Animantium hoc natura commune est, ut habeant libidinē procreandi, Off. 1. Animantium uarius ortus, de Nat. deor. 2. Animantiū aliæ corijs tectæ, aliæ uillis uestitæ, aliæ spinis hirsutæ. 2 de Nat. deor. Animantibus quantam custodiam conseruandi sui ingenuit natura, 2 de Nat. deor.

Animatio, onis. de Vniuers. 201 d, Diuinæ animationis speciem maximè faciebat ex igne. Cœlum intelligit, seu æthera.

Animatus, a, um. affectus, affectus animo, incensus. I. V. 235 d, Ciuitatem ut abs te affecta sit, ita in te esse animatam uidemus. Tusc. 156 b, Animatum est, quod motus cietur inieriore & suo. de Som. 128 d, Stellæ diuinis animatæ mentibus. Ep. 180 b, Si aliter essem animatus, nunquam quod facerem negarem. Epi. 240 b, Intelligebam socios infirmè animatos esse. de Amic. 107 d, Vt quemadmodum in se quisq; sic in amicum sit animatus. I. A. 223 d, Qui quanquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, ut si ille adesset. Antequam. 196 d, Sic enim ab initio sui animatus, ut me reip. procreatū putarem. Postquā. 198 d, Hoc si animo in uos liberosq; uestros fui, ut, etc. Antequam. 197 b, Erga uos omnitempore optimè fui animatus. de Ar. 244 b, Is in me fuit eodem animo, quo etiam eius familiaris Catilina, si uicisset, fuisset. Epist. 84 d, Pompeius animatus melius quàm paratus. de Oratore 127 b, Ita animati homines sunt, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possemus.

Animo, ás. de Dom. 127 d, Perinde utcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. de D. 107 b, Quicquid est, hoc omnia animat, formát, alit, auget,

Universidad de Deusto
Biblioteca

auget. de N. 23 d, Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt.

Animos è. In Ant. 192 d, Animose & fortiter facere aliquid. Off. 19 d, Hæc præscripta seruantem licet magnificè, grauiter, animoseq; uiuere.

Animosus, a, um. plenus animi, plenus roboris, non timidus. pro Mil. 119 b, Vir fortis et animosus. Tusc. 152 d, Nam & animosos & bene animatos dicimus. de Sē. 92 d, Senectus animosior est quàm adolescentia, et fortior.

Animus, mi. mens, animi, sensus. Quid sit animus, aut ubi, aut unde, magna dissensio est, Tusc. quæst. lib. 1. Animus, est mens sine corpore ullo, ut dixit Xenocrates, Acad. 31 b. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatiq; contrarium, de Senect. Animus est qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet et moderatur, et mouet id corpus, cui præpositus est, de Som. 130 b. Animus unus ex omnibus rationis, contentionisque sempiternarum rerum et sub intelligentiam cadentium compos & particeps: quo nihil ab optimo genito re melius procreatum: quippe qui ex eadē uinctus, alteráque natura, adiūcta materia tēperatione trium partiū, proportione compacta, se ipse conuersans, cùm materiam mutabilem arripuisset, & cùm rursus indiuidam atq; simplicem, per quam omnis mouetur, discernitq; quid sit eiusdem generis, & quid alterius, & cætera dijudicat, quid cuique rei sit maximè aptū, quid quoque loco aut modo, aut tempore contingat, quæq; distinctio sit inter ea quæ gignātur, et ea quæ semper sint eadem, de Vn. Nō solùm animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant, 16. Fam. Ciceronis filij. Animus à medio profectus, extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circūiecit, seseque ipse uersans, diuinæ sempiternæ sapientisq; uitæ induxit exordium, de Vniuers. Animus à se ipse dissidens, secumq; discordans, de Fin. 2. Animus ab anima dictus, Tuscul. q. lib. 1. Animus ab iracundia antè occupatur, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur, 1 ad Qu. Fr. Nostris animus accesit, hostibus timor iniectus est, ad Atticum, 7 8 b. Animus accipit quæ uidemus, Tusc. q. lib. 5. Æger & præsens animus, 2 de Or. Animus æger (ut ait Ennius) semper errat, neque pati, neq; perpeti potest, cupere nunquam desinit, Tusc. q. li. 3. Animus ægritudine ac perturbationibus reliquis omnibus uacuus, perfectè atque absolutè beatos efficit, Tusc. q. li. 4. Animus æquus, pro Rosc. Amer. Animus seipsum semper mouet, atq; idcirco non est natus, sed æternus, Tusc. q. li. 1. Animus afflictus et fractus, 12 ad At. Animus semper agit aliquid, neq; ulla conditione quietem sempiternam potest pati, de Fin. li. 1. Scire enim uis quo uno animus alitur, 12 ad At. Animus altus, de Fin. 138 b. Animus altissimus, & gloriæ cupidus, Offic. 1. Amplus animus, & excelsus, & patiens incommodorum, 1 de Inuent. Animus angustus, Offic. 1. Angustus atq; demissus animus, in Pisonem. Animus anxius & solicitus, Ep. 57 b. Apertus et simplex animus, ad Lentulum, li. 1. Animus calidi or est, uel potius ardentior, quàm est aer terræ proximus, Tusc. q. li. 1. Vt oculus, sic animus sese non uidens, alia cernit, Tusc. q. li. 1. Animus nulla nisi noua aut admirabili re commouetur, 3 ad Heren. Animus concitatus

* abstractúsque ab integra certáque ratione, non cōstantiam solum amittit, uerumetiā sanitatem, Tusc. q. lib. 4. Animus consularis, 10 Fam. Animus auritū nuncio naturalem in se continet uocum omnium mēsionem, Or. Quemadmodum oculus conturbatus nō est probe affectus ad suum munus fungendum: sic cōturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum, Tusc. quæst. li. 3. Animus corruptus largitionibus, ad Brut. 9, in Ep. Bruti. Animus currēs, 6 ad At. Animus cùm ad sui similē penetrauit, in eo nulla re egens aletur, & sustentabitur ijsdem reb. quibus astra, Tusc. quæst. lib. 1. Animus cùm multum corpori præstet, obseruetúrque, ut casto corpore ad deos adeatur, multo est in animis id seruandū magis. Animi labes nec diuturnitate uanescere, nec manib. ulla elui potest, 2 de Le. Animus cùm superauit regionem aeris crassi, naturámque sui similē cōtigit & agnouit, ignibus insistit, et finē altius se efferendi facit, Tusc. q. li. 1. Animus cùm lāguore corporis, nec mēbris uti nec sensibus potest, incidit in uisa uaria et incerta, ex reliquis inhærentib. earum rerum, quas uigilans gessit aut cogitarit, Diuin. li. 2. Quòd si cui simul animus cum re concidit, Tusc. q. li. 3. Hominib. animus datus est ex illis sempiternis ignib. quæ uos sidera stellásque uocatis, de Sō. 129 b. Animus de se ipse tū iudicat, cùm id ipsum, quo iudicat, ægrotet, Tusc. quæst. li. 3. Animus opinionibus malóque more (id est, usu & consuetudine uitæ) delinitus, Tusc. q. li. 5. Animus desertus languore corporis, Di. li. 2. Animus, ut Euripedes audet dicere, deus est, Tusc. q. li. 1. Animus diuinus est, Tusc. q. li. 1. Animus diuinus, corpore liberatus, Tusc. q. lib. 1. Animus appropinquante morte, multò est diuinior, Diuin. lib. 1. Animus in duas partes diuisus, alteram rationis particeps, alteram expertem, Tusc. q. li. 4. Animus effœminatus, Tusc. q. li. 4. Animus oculorum effugit obiutum, de Vniuers. Animus sensum omnem effugit oculorum, de Vniuers. 63. Ardor mūdi animus est, de Nat. deor. 2. Animus est in cursu, 15 ad At. Quanquam animus est præsens, tamen uoluntas me deficit, 1. ad At. Animus rerum bonarum expectatione erigitur, 2 de Leg. 29. Animus ex quo animal dicitur, de Nat. 66 b. Animus exālatus, Tusc. q. lib. 2. Id est, exhaustus ærumnis. Quorum aut ingenio, aut uirtute animus excellit, Tusc. quæst. li. 1. Animus excelsus atque inuictus, Offic. 1. Animus excelsus et magnificus, Offic. 1. Animus expectat quid'nam, etc. 25 ad At. Animus corporis expers Xenocrati, & antiquis philosophis, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Animus festinat, 2 Philip. Animus prudētia cōsilióque fidēs, Off. 1. Animus firmus & grauis, 9 Fam. Animus fortis & magnus duab. reb. maximè cernitur: quarum una est in despicientis rerum externarum, altera in rebus magnis & utilibus, sed uehementer arduis gerendis, Off. 1. Tusc. q. li. 2. Animus fortis et magnanimus in homine nō perfecto nec sapiēte feruentior plerunq; est, Off. 1. quoniam feruor fortitudinis Aristoteles 3 Ethic. excessum facit, ὑπερβολὴν. Fractus animus, ad Len. li. 1 Ep. Animus fractus et abiectus, Parad. Generatus à deo animus, 1 de Diuinat. Animus tres partes habet, ut Platoni placuit, rationis, iræ, cupiditatis, Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. eas Plato λόγον, θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν uocat. Animus, harmoniā secutus Aristoxenū, Tusc. q. li. 1. Animus hominis diues, nō arcā

appellari

appellari solet, Parad. Animus hominis habet memoriā, & eam infinitam rerum innumerabilium, Tusc. q. lib. 1. Animus hominis nūquam naturaliter diuinat, nisi cùm ita solutus est & uacuus, ut ei planè nihil sit cum corpore, Diuin. li. 1. Animus hominis quibus rebus beatus fiat, 1 de Legib. Cur animus hominis quicquam ignoraret, si esset deus? de Nat. deor. 1. Animus hominis, si nihil esset in eo, nisi ut per eum uiueremus, esset nobis cum bestijs plantisq; communis, Tusc. quæst. lib. 1. Bestiæ enim & plantæ animam uegetatiuā seu uitalem habēt, per quam uiuunt. Animus hominis si nihil haberet, nisi ut appeteret aut refugeret, id ei esset commune cum bestijs, Tusc. q. lib. 1. Nam & bestiæ appetunt quæ sunt bona, & refugiunt cōtraria. Animus hominibus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellæ uocantur, Som. Scip. Animus humanus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest, Tusc. quæst. lib. 5. Animus humanus sic ut natura cœlestis, & terra uacat & humore, Tusc. quæst. li. 1. Animus humanus si est excultus, & si eius acies ita curata est, ut ne cæcetur terroribus, sit perfecta mēs, id est, absoluta ratio, quæ est idem quod uirtus, Tusc. lib. 5. Humilis atq; imbecillis animus, de Fin. 59 b. Humilis animus, & pertinax, ad Marcel. 4. 77 d. cōtraria. Animus imbecillus atq; anilis, Diuin. lib. 2. Animus imbecillus, remissiusq;, Diuin. li. 2. Animus ieiunus, uel angustus, 14. Philipp. Animus in corpore inclusus, Tusc. q. lib. 1. Animus in corpore tanquam alienæ domi, Tusc. q. lib. 1. pro pria enim eius sedes, est cœlum. Animus est in hortis, At. lib. 12. Animus in partes duas distributus est, quarum altera rationis est particeps, altera expers, Tusc. q. lib. 2. Ex hoc ille animus in prælijs paratus ad uulnera, Tusc. q. li. 2. Animus ad inuentionem facilius incedet, 2 de Inuent. 152. Animus furore diuino incitatus, Di. 2. Animus inflatus & tumens, Tusc. q. lib. 3. Animus infixus in patriæ charitate, ad Brut. Animus se mijciens & intendens in immensum, de N. d. 1. Animus intentus, Tusc. q. lib. 4. Vt onera contentis corporibus facilius ferantur, remissis opprimūt: simillimè animus intētione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione aūt sic urgetur, ut se nequeat extollere, Tusc. q. li. 2. Si animus unà cum corpore interit, nullus in eo sensus remanet, ipse enim nusquā est, Tusc. q. lib. 1. Animus, iudex omniū, Tusc. q. lib. 1. Animus iunctus ex anima tenui: id est, aere, et ardore solis temperato, Tusc. q. lib. 1. Animus iuxta Empedoclem est cordi suffusus sanguis, Tusc. quæst. lib. 1. Animus leuis et calidus, Tusc. q. lib. 1. Animus magnus elatusq;, humanásq; res despiciens, Offic. 1. Animus magnus, erectúsque, de Fin lib. 5. Animus magnus & excelsus, Off. 3. 30. Lentulo, li. 1. Animus magnus & fortis, At. lib. 8. Animus mollis, demissus, humilis, eneruatus, languens, Tusc. 185 b. Animus mollis & ad accipiendam & ad deponendā offensionem, 1 ad At. Animus mūdi, Acad. q. ed. 2. li. 1. Vult & Plato in Timæo mundum esse animantem, et omniū qui sub aspectum cadūt, animantium perfectissimū. Animus mundi omniū rerum quæ sunt ei subiectæ quasi prudentia quædā, procurans cœlestia ac humana, secundum Academicos, Aca. q. ed. 2. li. 1. Animus nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest, nec interire igitur, Tusc. q. li. 1. Cùm præsertim ipse quoq; animus non ma-

ne nescio quid sit, sed in quodam genere corporis, de Fi. li. 4. Animus, numerus, secundum Xenocratem, Tusc. q. lib. 1. Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, nō utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quàm fortitudinis, Offic. 1. Animus parus, Offi. 1. Animus patrius, pro Rosc. Amer. Animus latè longéq; peregrinatur, de Na. d. 1. Animus perturbatus, Tusc. q. lib. 3. Vt qui è Leucade se præcipitauerit, sustinere se, cùm uelit non potest: sic animus perturbatus & incitatus nec cohibere se potest, nec quo loco uult, insistere omnino, Tusc. quæst. lib. 4. Promptus animus & alacris ad defendendam Rempub. ad Appium Pulchrum lib. 3. Vt optima quisq; ualetudine affectus potest uideri alius, ut natura ad aliquē morbū procliuior: sic animus alius ad alia uitia propensior, Tusc. q. li. 4. Animus pusillus, 2 Fam. Animus pijs omnibus retinēdus est in custodia corporis, nec intussu eius, à quo ille est nobis datus, ex hominum uita migrandum est, Somn. Scip. Animus robustus & excelsus, de Finib. li. 1. Animus qui est in aliquo morbo, non magis est sanus, quàm id corpus, quod in morbo est, Tusc. quæst. lib. 3. Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore, Tusc. lib. 3. Animus sapientis ita semper est affectus, ut ratione optimè utatur, Tusc. q. li. 3 Animus sapientis nunquam est perturbatus, Tusc. quæst. lib. 3. Animus sapientis semper uacat uitio, nunquam turgescit, nunquam tumet, Tusc. q. lib. 3. Animus saucius, 1 ad At. Vt ipsum mundū ex quadam parte mortalē ipse deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet, Somn. Scip. Animus, somno seuocatus à societate et contagione corporis, meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet, Diu. li. 1. Animus si est horum quatuor generū, ex quibus omnia constare dicūtur, (id est ele mentorū) ex inflammata anima constat, atq; idcirco superiora capessat necesse est, Tusc. quæst. lib. 1. Animus si sit numerus, ut sensit Xenocrates: uel ἐνδελέχεια, ut Aristoteles, multò integrior ac purior est, quàm igneus, aut animalis, longissimeq; à terra se efferet, Tusc. q. lib. 1. Animus siue anima sit, id est, spiritalis & aerius, siue ignis diuinus est, Tusc. q. li. 1. Quò animus spectat, et quò res uocat, 8 ad At. Etenim animus eius uultu, flagitia parietib. tegebantur, pro Sest. 7 b. Animus tenerior, 5 Fam. Tranquillissimus animus, At. li. 7. Animus turpificatus, Off. 3. Animus tuus mihi magis patuit, quàm domus, 14. ad At. in Ep. ad Antoniū. Animus uacans corpore, Tusc. q. lib. 1. Animus sensibus et curis uacuus, Diu. li. 2. Animus natura insistens, agitatione et motu nunquam uacuus esse potest, Diu. li. 2. Animus Zenoni Stoico ignis uidetur, Tusc. q. lib. 1. Animi est omnis actio, 3 de Orat. Actio uaria, uehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena ueritatis, de Or. 215 b. Ad animi æquitatem extollere, 6 Fam. Aliquantū animi nobis attulisse, 7 ad At. Animi altitudo, cui opponitur, Humilis animus, 3 Fam. Amplitudo animi, & quasi quædā exaggeratio quàm altissima, 2 Tusc. Animi appetitus, ratione regūtur, de N. deor. 1. Animi auxilium nō ut in corporis morbis petēdum est foris, Tusc. q. li. 3. Animi bona ab Academicis in naturā & mores diuidebantur, Aca. q. ed. 2. li. 1. Animi bona dicebant Academici, quæ essent ad cōprehendendā animi uirtutē idonea. Acad. q. ed. 2. li. 1. Animi causa, 7 Fam. Animi le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niendi et sanādi causa,12 ad At. Et qui illud animi causa fecerit, hunc prædæ causa quid facturū putatis? 7 Phil. Sed planè animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet, in Pis. Animi celeritas, Tusc.q.lib.1. Animi & corporis inter se cōparatio, Tusc.q.lib.4. Animi concitationis,1 ad Qu. Frat. Omnē animi cōformationē, cæteri philosophi motum imanē uocant: uos aduentū in animos & introitum imaginum dicitis, de Nat.deor.1. Ait me animi conscientia de se suspicari,13 ad At. In omnib. officijs persequendis animi est adhibēda contentio, Tusc.quæst. lib. 2. Animi creatio unde à deo facta, de Vni. Animi defectio, 3 ad At. Animi domus, cœlū, Tusc.q.l b.1. Animi egestas, in Pis. Animi firmitas,12 ad Attic. Firmitudo grauitasq; animi ad Luceiū,li.5 Animi fortis & constantis est non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deijcit: sed præsenti animo uti & consilio, nec à ratione discedere, Offic.1. Animi fortis magniq; ducendū est, ea quæ eximia plerisq; & præclara uidentur, praua ducere. Offic.1. Grauitas et altitudo animi, ad Nigi. Figulum. lib.4. Animi hostilis in rempub. ad Brut.8 in Ep. Bruti. Imago animi, vultus est: indices oculi, 3 de Or. Animi mei impetus, 10 Fam. Planci. Omni animi impetu, dolori & iracundiæ paret, 2 ad At. Magis quodā animi impetu uti, quàm cogitatione, 11 ad Atticum. Animi ingeniū, 2 ad Her. 1 de Inuēt. Animi ingenui est, cui multū debeas, ei plurimum uelle debere, 2 Fam. Animi intelligētia, quid aut qualis sit difficilis. Tusc.q.lib.1. Animi labor, 13 Fam. Quos ego noui lāguoris animi effœminatissimi plenos, 16 Fam. Qu. Ciceronis. Animi & laus honesta & uituperatio uehemēs est, 2 de Inuēt. Locus animi, stomachus ubi habitabat, olim cōcaluit, 4 ad At. Qui magni animi est, eum necesse est esse inuictum, Tusc.quæst. li.3. Magni animi fuit non esse supplicem uictori, 4 Fam. Animi magnitudo, Ac.qu.ed.1.lib.2.66 Tusc.quæst.li.1. Magnitudinem animi tui ne unquā inflectas cuiusquam iniuria, 1 Ep. Homo maximi animi, pro Fonteio. Animi moderatio definita,1 ad Her. Animi & plures et perniciosiores morbi quàm corporis. Tusc q.lib.3. Animi motus & cogitatio, 3 de Na.d. Id est ratio. Animi motus qui ratione rexerit, iustè uxerit. qui autem his se dederit, iniustè, de Vni. Animi motū & dolorē tenere in sua potestate,1 ad Qu. Fratrē. Munus animi est, ratione bene uti, Tusc.q. li. 3. Animi propria natura atq; uis est motu cieri interiore & suo, Tusc.q.li.1. In animi notione reponere tanquā in uestigio, de Nat.deorū,1. Artes in quibus animi libera quædā oblectatio quæritur, de Or.94.b. Plena animi & terroris oratio, de Cl.180 b. Animi pars in qua feritas quædā est, atq; agrestis immanitas, Diuin.li.1. Græci θυμὸν seu θυμοειδὲς uocant, Animi pars, in qua irarum existit ardor, Diuin.li.1. Animi pars quæ mentis & consilij est, Diuin.li. Græci νοῦν ἢ λόγον uocāt. Animi pars quæ mentis et rationis particeps est, Diuin.lib. 1. Græci λογιστικὸν μέρος uocāt. Animi pars, quæ uoluptate alitur, Diu li. 1. ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς Græcis dicitur. Animi pars rationis atq; intelligētiæ particeps, tū maximè uiget, cùm plurimū abest à corpore, Diu.lib.1. Animi partes duæ temerariæ, Di.li.1. nempe θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. Animi partes duæ, quarū altera sensum, motū & appetitum habet: altera, rationis atq; intelligētiæ est particeps, de Diu.95 b. Animi aūt & eius animi partes,

quæ princeps est, quæq; mēs nominatur, plures sunt uirtutes: sed duo prima genera unū, &c. de Fin. 133 b. Animi pendeo uehementer,8 Fam. Cælij. Animi te pendere, quam rationē sim allaturus illi,11 ad At. Frequentius absolutè ponitur hæc locutio. Animi permotiōes,1 de Orā. Animi propositio,2 de Inuen. Animi bene cōstituti proprium est, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs, Læl. Quid animi mihi in nauigādo cēses fore? 10 ad At. Animi sedes naturalis, Tusc.q.li.1. Animi sedē & locū in corde esse dixerunt Stoici: in cerebro, Pythagoras, et cū secutus Plato. Tusc.q li. 1. Animi remissio ac dissolutio, cui opponitur altitudo animi,5 Fam. Animi res,3 ad He. Nerui atq; robur animi, Torquato, lib.6. Incredibili robore animi septus, pro Mil. Animi robusti est, magnæq; constantiæ, ea quæ uidentur acerba, ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, Offi. 1. In animi securitate uitam beatam ponimus, de Nat. d. 1. Hæc ego pro me ipso et animi mei sensu ac dolore pronūcio, pro S.R. Ex animi tui sentētia,2 de Or. Sunt enim quædam animi similitudines cum corporib. Tusc. quæst. lib.2. Vt maris trāquillitas intelligitur, nulla ne minima quidē aura fluctus cōmouente: sic animi quietus & placatus status cernitur, cùm perturbatio nulla est, qua moueri queat, Tusc.quæst.li.5. Tantū animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret,5 Ver. Si quantam habent ad maledicendū licentiam, tantum haberent ad ementiendū animi, pro Font.282 b. Tantum animi habuisset in uestro Domitio,8 Fam. Cælij. Declaratio animi tui quem haberes, de Repub.10 Fam Animi turpitudo uitijs ipsis facillimè percipitur,1 de Leg. Animi in Cicerone uis magna, Orat. Singularis est quædam natura atq; uis animi, seiuncta ab his usitatis notisq; naturis, (scilicet terrena, humida, aerea & ignea) Tusc.q.lib.2. Animi atq; ingenij mei uires omnes profudi,1 ad At. Animi uirtutes quatuor,3 ad Her. Pro animi mei uoluntate,5 Fam. Animo adesse,8 Philipp. Animo diuinitatē dedit Alcmæ Crotoniates, de Nat.deorū 1. Animo exculto nihil agreste, nihil inhumanū est,12 ad Att. Animo meo fixa perpetuò manebūt.10 Fam. Lepidi. Animo & orationi moderari 1 ad Qu. Frat. Animo alicuius supplicare, pro Fōt. Animū à consuetudine oculorum abducere, difficillimum est,3 de Nat.deor. Animum tamen à solicitudine abducerent, 4 Fam. Non ad animum, sed ad uultum ipsum reficiendū,12 ad At. Animū ad seipsum adhuc care, secū esse cogere, maximè à corpore abducere, Tusc. q.lib.1. Animum Aristoteles appellat ἐντελέχειαν nouo nomine, Tusc quæst.lib.1. Animū mūdi Academici deum appellant Acad.quæst.edit.2 li.2. Animū attendere,3 In V. Necesse est animū perspicuis cedere, ut lancem in libra ponderib. impositis deprimi, Acad.qu.ed.1.lib.237. Animum deus ut in medio mūdi collocauit, ita per totū tetendit, de Vni. Vt animū sapientis commoueri & conturbari negarent, Acad. quæst. ed.1.li.2. Animū ne contrahas aut demittas,1.ad Qu.Frat. 3. Animū contundere,12 ad Att. Animū debere,1 Fam. Animū defigere, & intendere in rē aliquam, Aca.quæst.ed.1.li.2. Animi illis non copias defuisse,7 V. Qui animū à corpore discedere censent, alij statim dissipari, ut Democritici & Epicurei: alij diu pmanere, ut Stoici: alij semper, ut Platonici, Tusc.q.li.1. Animū diuinū, corpore liberatū, cogitatione complecti

complecti non possumus, Tusc.q.li.1. Animū erigere, & contrahere, seu demittere, cōtraria,1 ad Qu.Frat. Animum esse deum, seu diuinū probatur, Tusc.qu. li.1. Animum deum esse Pythagoras censuit per naturam rerum omnem intentum, & commeantem, ex quo animi nostri carperentur, de Nat.deor.1. Nihil omnino esse animum, & hoc esse nomē totum inane, sensit Dicæarchus, Tusc. q.li.1. Animum nostrum esse licet non appareat, nec cernatur, pro Mil.118 b. Ibi. argumenta id probantia. Animum cum corpore extingui sunt qui cēsent, quales sunt Epicurei, Tusc.quæst.li.1. Animū procreator mūdi Deus ex sua mente & diuinitate genuisset, tum deniq; omne quod erat concretum atq; corporeum substernebat animo, interiusq; faciebat, de Vniuers. Si eundem in cætero rum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus., Antequam. Animum habeas & spem bonam,1 ad Qu.Frat. Maiorem etiam animum, quàm unquam habuissem, daret, Ep.13 b. Animum habere ad audaciam,5 In Ver. Alienum animum habere ab re aliqua, de Amicit. Habere fortem animum, ad Qu. Ligarium, lib.6. Tamen tribus tantis exercitijs proprijs Reip. ualentibus, magnum animum habere debebas, quē & semper habuisti,11 Fam. D. Bruti. Nec tam animū me quàm stomachum non habere arbitrantur,15 ad Att. Animum mundi haud tum deniq; cum corpus ei effecit, inchoauit deus: deus enim & ortu & uirtute antiquiorem genuit animum, eumq; ut dominum atq; imperantem obedienti præfecit corpori, de Vn. Antonius induxit animū sibi licere, quod uellet, ad Att. 228 b. Tu quoq; animum inducas, si sit aliqua Resp. in ea te esse oportere, ad Marcellum, li. 4. Qui potuit animum inducere, ut exhæredaret filium, pro S.R. 27 b. Animum uel animam inesse in homine, & in bestia, negauit Dicæarchus, Tusc.q.lib. 1. Animum aliquò intendere,2 in Verr. Defigere & intendere animum in aliquam rem, Acad.q.12 b. Animum laudo, consilium reprehendo,9 ad At. Licet etiam mortalem animum iudicantem, æterna moliri, nō gloriæ cupiditate, quam sensurus non sit: sed uirtutis, quam necessariò gloria consequatur, Tusc. quæst.lib.1. Animum mutare difficile est,1 ad Qu. Frat. Animum alicui offendere,4 ad Attic. Animum placare & mitigare,10 Philip. Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rempub. Ep. 42 b, Quorum quidem animū tu non perspexisti solum, quū de me ageres, sed etiā confirmasti atq; tenuisti, ad Lentulum, li.1. Animum ponere in aliqua re faciendā,1 ad Qu.Frat. Deus animum ut domum atq; imperatorē obedienti præfecit corpori, de Vni.198 b. Præstare animum, ad Lentulū, li.1. Cùm nihil erit præter animum, nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat quale quidq; sit, Tusc.q.li.1. Animum armatum retinere. pro Marcel. Animū à corpore secernere, nec quicquā aliud est, quàm emori discere, Tusc.quæ.li.1. Cum animū à negotio omni seuocamus, nihil aliud agimus, quàm animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus, maximeq; à corpore abducimus, Tusc. qu. li. 1. Animum spirabilem sumpsimus ab aere eo, quē spiritu ducimus, de Nat.deor.2. Quū eius animū ad persequendum nō negligentia tardaret, sed conscientia sceleris auaritiæq; frænaret,5 Ver. Animū uacuum ad res difficiles scribendas afferam,12 ad At. Nō enim dū eram uobiscū,

animum meū uidebatis, sed ex ijs rebus, quas gerebam, intelligebatis, de Sen.83 b. Animum & uidere et audire, non eas partes quæ quasi fenestræ sunt animi (ut sunt oculi & aures) Tusc.q.li.1. Animū, antequā corpus intrauit, in rerū cognitione uiguisse, Tusc.q.li.1. Sententia Socratis apud Platonem in Phædone, Animum uincere, 12 ad At. Animæ mi, Terentiæ. Ab animo tanquam ab oculis caligimem dispellere, Tusc.q.li. 1. Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te, Tusc.q.li.1. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu, non uoluntate fuisse populares, 7 Philip. Abiectio re animo me futurū, quum Respub. maiorē etiam mihi animum, quàm unquam habuissem, daret, ad Lent.li. 11. Acri & attento animo intueri,1 de Fin. Facilè & æquo animo carere re aliqua, Ep.55 b. Aequo animo facere aliquid, ad Qu. Fr.296 b. Aequo animo ferre aliquid, Tusc. q.li. 1. Interea quidē cum musis nos delectabimus animo æquo, imò uerò etiam gaudēti ac libenti, ad At.25 b. Aequo animo mori, Epist. 68 b. Agitare aliquid animo, ad Torquatū, li.6. Id est, cogitare. In eum locum sæpe profectus alacri animo & erecto, &c. Cat. Animo meo ab suis rationibus alienissimo, 10 ad At. Qui altiore animo sunt, capessunt Rempub. honorib. imperijsq; adipiscendis, 5 de Fin. Facillimè ad res iniustas impellitur, ut quisque altissimo est animo, & gloriæ cupido, Offic.1. Quare bono animo es: uideo enim, &c. At.li.5. Quicquid animo cernimus, id omne oritur à sensib. de Fin.li.1. Animo rem cernere, Acad.q.ed.1.li.2. de artib. dictū, quas Græci θεωρητικὰς uocant. Qui animo cernuntur, et ratione intelliguntur animantes, de Vni. Animo certo & confirmato, pro Quin. Animo perturbatiore aliquid cogitare, 6 Fam. Quæ animo complectimur, nō minus nostra sunt, quàm quæ oculis intuemur, 5 Fam. Cōprehēdere aliquid animo, 1 de N.d. Animo comprehēdere & tenere, Acad.q.ed.1.li.2. Animo comprehensum atq; perceptum habere, Ac.q.ed.1.li.2. Animo cōfectus, 14 Fam. Animo multis modis uarijsq; delectari licet, etiā si nō adhibeatur aspectus, Tusc.q.li.5. Huic discēdi quærendiq; diuinæ delectationi toto se animo dedidisset, 5 Tusc. Ita dissidēt à nobis animo ac uolūtate, 7 V. Animo distētus, 3 ad Qu. Frat. Animo diuino in homine influēte atq; effluēte ambitus illigabāt, de Vni. Amare aliquē ex animo, ad Qu. Fr.293 b. Cuius tibi negocia ita cōmendo, ut maiore studio, magisue ex animo cōmendare nō possim, Ep.299 b. 16, ad At. 46 b. Cùm constemus ex animo & corpore, Tusc.q.li.3. Equidē dicā ex animo quod sentio. In Pis. 97 b. Ex animo uereq; diligi, 9 Fam. Ex animo tuo effluam, 7 Fam. Ex animo exire hoc mihi nō potest, 3 de Nat. d. Hos tu homines, ut ex animo, atq; ut ex illa summa uoluntate tui studiosi sint, laborato, de Petit. Siue ex animo id fit, siue simulatè, 2 de Nat.d. Si quidē animo excelso et alto, & uirtutibus exaggerato sumus, Parad. Animo ex celso magnoq; despicere aliqd, Off.2. Animo excubare, 9 ad At. Animo fidenti gradi ad mortem, Tusc.q.li.1. Animo fractus & debilitatus, 12 ad At. Animo fracto & demisso fuisse, 1 Fam. Postea totam Italiam fac ut in animo ac memoria distributā comprehensamq; habeas, de Pet. 209 b. Deus intelligētiā in animo, animū cōclusit in corpore, de Vni. 196 b. Dicis tibi in animo esse alio tēpore persequi, in V. 93 b. Habeo in animo pecuniam Prætor

Universidad de Deusto
Biblioteca

dare,I.V.122 b. Pater istum exhæredare in animo habebat,pro S.R.33 b.Rogaui ut diceret, quid haberet in animo,ad At.124 b. Cùm tribuni haberēt in animo de præsidio Consulum designatorū referre,Ep.170 b. Quid enim in animo habuerim,cùm Lernus discessit à me,ex literis,quas ei dedi,potuisti cognoscere, Ep. 154 b. Lucceium scito consulatum habere in animo statim petere,ad Att.15 b.In animo res insculptas habere, Ac.q.ed.1. li. 2. In animo meo inest nescio, quid, quo me plus hic locus delectet,2 de Legib. Animo incitari,1 ad Qu. Frat. Animo inflammato aliquid concupiscere,Tus.q.li.4.. Animo iniquo aliquid sustinere,1 ad Qu. Frat. Negat satis esse,quid bonū sit,aut quid malū,sensu iudicari,sed animo etiā ac ratione intelligi posse,li. 1 de Fin. Animo in quo sunt omnia,iubet lex castè ad deos adire,2 de Legib. Animo libenti prolixoq; aliquid facere, 16 ad At. Magno ac forti animo rem agere, At.li.8.Nimis es penè animo molli,Tus.q.li.2.Ex Pacuuio. Animo ita paratus ire quò Resp.uocet, 10 Fam.Planci.Consul ipse paruo animo & prauo,1 ad Atti. Animo perinuito patiebar te à me digredi,12 Fam. In animo perturbato,sicut in corpore,sanitas esse non potest,Tus.quæ.lib.3.Animo & sensib.præditus mundus,de N.deor.1.Animo nihil præstantius,neq; diuinius.Parad.Animo relaxari,2 Philip. Animo sedatiore scripsi, 8 ad Att. Animo & præterita & futura sentimus,de Finib.1.Sine animo miles,Atti.lib. 1. Animo soluto scribere,9 ad Att. Sed uelim hæc aliquando animo solutiore,11 ad Att.Stabili animo & firmo et magno,3 de Finib.Sic habeo statutū cum animo ac deliberatum,I.V.178 b.Quare meo quidē animo nihilominus eloquentiæ studendū,1 de Inuent.Gratulatio tua mihi est probatissima,quòd ab optimo est animo, Ep. 55 b. Nos quo animo inter nos sumus,esse nollēt,3 Fā. Quòd certior fieri uis,quo quisq; in me animo sit, neminē alieno intellexi,ad Att.178 b. Quapropter eo animo simus inter nos,quo semper fuimus, Ep.18 b. Alacrem esse animo,ad Luceium,li.5.Tamen ex illa inuestigatione naturæ cōsequi uolebat,ut esset bono animo,5 de Finib.Quare hoc animo in nos esse debebis, ut æras nostra in amore conquiescat tuo,Ep.18 b. Et quidem prodest, inquis, mihi in eo esse animo,de Fin. 81 b.Animo elato esse,Tus. quæ.li.1.Erectiorem animo esse, At.li. 11. Animo esse fractiorē,11 ad At. Quod quibus adhuc nō satis est perspectum,ij mihi nolle magis hoc animo nos esse, quàm non intelligere uidentur,ad Appium,li.3.Magno fortiq; animo esse,ad Qu.Ligarium.li.6. Animo mobili esse in aliquem,5 Fam.1.in Ep.Qu.Metelli.Animo mobili esse,& animo stabili,contraria,5 Fam.Perculso & abiecto esse animo,At.li.3.Animo tranquillo esse, Cato. Animo iam hæc tenemus comprehensa,Acad.q.ed.1.lib.2.Teneriore animo mihi uidebare,ad Mescinum,lib. 5. Toto animo dedere se alicui rei,Tus. 250 b. Animo tremere,1 ad Qu.Frat.Plura ad te animo uacuo scribam,3 ad Qu.Fr. Animo uacuo audire aliquē,et magno studio, Aca.q. ed. 1.lib.2. Animo te ualere opus est, ut corpore possis, 16 Fam.Nihil animo uelocius,Tusc.quæst.lib.1.Non modò uiderat animo res obscuras,de Nat. deor.1. Animo ipso animū uidere,Tus.quæst.lib.1. Animo uidere,& oculis cernere,6 Famil.Animo aliquid uidere, ut faciunt dormientes, Acad.q.ed.1.lib.2.Nihil enim animo uidere po-

terant,Tusc.q.lib.1. Acta enim res est animo utrili,consilio puerili,ad Att.14.Animi seipsos mouent,ergo æterni,Tusc.q.lib.1.Animi altissimi,Tusc.q.lib.1 Animi bestiarum sunt rationis expertes,Tus.q. lib.1.Animi quibus rebus concilientur , 2 de Orat. Vt agri non omnes frugi fieri sunt qui coluntur:sic animi non omnes culti fructū ferunt,Tus.quæst.li.2.Animi hominum semper fuerunt, futuriq; sunt,1 de Diuinat.Animi imbecilles,Acad.q.ed. 2.lib.1. Animi, quo maior est in eis præstantia & diuinior,eo maiore indigent diligentia,Tusc. quæst. lib. 4. Ne si interirent quidē animi,quicquā mali esse in morte,Tusc. quæst.li.1.Ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint:multa enim è corpore existunt,quæ acuant mentem,multa quæ obtundant,Tusc.quæst.lib. 1. Et corpora quidem defatigatione ingrauescunt,animi se exercendo leuantur,de Sen.84 b.Si animi mortales sunt, tantus interitus est in morte,ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur,Tuscul.q.lib.1.Animi cum corpore permisti, Diuin. lib. 1. Animi quibus rebus pellantur sæpe uehementius, Diuin.lib.1.Vt animi relaxati sint,11 Fam.Animi ualentes,Tusc.quæst.lib.4.Id,est,bene constituti ac sani , qui nulla perturbatione tentari possunt, qualis est animus sapientis. Animi per seipsos uiuentes, Tus.q.li.1. Animorum æternitas cur nonnullis uideatur incredibilis,Tus.quæst.lib. 1. Animorum æternitas quo argumento probetur,pro C.Rab.Cùm de animorum æternitate dicitur , de mente dicitur , quæ omni turbido motu semper uacet,non de partibus ijs,in quibus ægritudines,iræ,libidinesq; uersantur,Tusc.quæst.lib.1.Animorum commutatio,16 ad Att.Animorum dicta,14 ad At.Illud animorum corporumq; dissimile est,quod animi ualentes , morbo tentari non possunt , corpora possunt,Tusc.quæst.lib.4.De animorū immortalitate Plato eadem dicit,2 de Leg. Animorum magnus est motus factus,5 Fam.Animorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt.Tuscul.quæst.lib. 4. Sed sumendum tempus est non minus in animorum morbis,quàm in corporum,Tuscul.quæst. lib. 3. Genus humanum sparsum in terras atq; satum , diuino auctum est animorum munere,de Legib.160 b. Animorum parem numerum sideribus distribuit deus, & singulos adiunxit ad singula,de Vniuers. Animorum nulla in terris origo inueniri potest,Tusc.q.lib.1.Animorum ingeniorumq; naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioq; naturæ. Acad.quæst.ed.1.lib. 2. Animorum remissio maximè efficitur sermone familiari,9 Fam. Animorum è corpore excedentium duas esse uias, duplicesq; cursus disseruit Socrates,Tus.q.lib.1. Animorum uis duplex est : una pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græce,quæ hominem huc atq; illuc rapit:altera in ratione,quæ docet & explanat quid faciēdum fugiendumq;,Offic.1. Animorum est ea uis atq; natura, ut uigeant uigilantes nullo aduentitio pulsu, sed suo motu, incredibili quadam celeritate , de Diuin. 137 b. Naturis quæ sine animis sunt , locus est proprius , de Natura deor.1. Animos abstinere,2.I.V.Hæc opinor sunt in libris, quos tu laudando animos mihi addidisti,7 ad Att. Quæ ciuitas in Asia,quæ non modò unius imperatoris aut legati , sed unius Tribuni militum animos ac spem capere posit:pro lege Manil. Remittant spiritus,comprimant animos,

sedent arrogantiam,pro Flac.157 b. Aduersantur enim primùm,quòd parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt,4. Acad. Victi debilitantur,animosq; demittunt, de Finib.125 b.Efferre animos insolentia dominatus,pro Dom.sua. Animos ad audiendum ereximus, Acad.q.ed.1.lib.2. Quæ cura excusitat etiam animos,& maiores ad rem gerendā facit, Off. 3 b.Animos,siue dispūtetur procul à terris, siue permaneant & conseruēt habitum suum,necesse est ad cœlum ferri,Tus.quæst.li.1. Animos,siue animales sint , id est, spirabiles,siue ignei,in sublime ferri perspicuū est, Tus. q.li.1. Ab altero non nimis alienos animos habemus,Læ. Ex uniuersa mente diuina delibatos animos habemus, de Senect. 93 b. Das ne aut manere animos post mortē, aut morte ipsa interire? Tus.q.lib. 1. Nosse alicuius animos ac spiritus,pro Cluent. Animos omnium occuparat desperatio rerum eius.11 ad Att. Animos permanere arbitramur consensu omnium nationum, Tus.quæst. lib.1. Animos optimorum hominum irritabiles et eosdē placabiles,1 ad Att.Posse animos,cum è corporibus excesse rint,in cœlum quasi in domicilium suum peruenire, Tus. q. lib.1. Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum, Somn.128 b. Alij dicunt animos hominum sensumq; morte restingui: alij autem eos tum maximè,cum è corpore excesserint,sentire ac uigere,pro Sest.13 b. Alicuius animos atq; impetus retardare,I. V. Animos deos esse dicit Plato in Timæo & in Legibus, de Nat. deor.1. Animos omnium hominum immortales esse,sed fortium, bonorumq; diuinos 2 de Legib. Animos esse mortales , quibus rationibus probet Panætius,Tusc. quæst. lib. 1. Animis cadere,6 Fam. Ab animis consuetudine imbutis , de Nat. d. 1. Ex animis conatur euellere cognitionem deorū,de Nat.deor.1.Idq; in maximis ingenijs , altissimisq; animis & existit maximè,& apparet facillimè,1 Tus. In animis doctissimi illi ueteres inesse quiddam cœleste & diuinum putauerunt, de Finib.li.2. In animis hominum, deorum notionem impressit ipsa natura,de Nat. deor. 1. In animis imprimentur, Acad.q. ed. 2. lib. 1. Nihil est in animis mixtum aut concretum, Tus.q.lib.1. In solis animis motum,qui sua sponte sit,ponit Plato,de Nat.deor. 2.Est in animis omnium fere naturā molle quiddam,demissum,humile,eneruatum,quodā modo & languidum, Tusc.q.lib. 2. In maximis animis splendidissimisq; ingenijs plerunq; existūt honoris,imperij, potentiæ , gloriæ cupiditates,Offic. 1. Sed est naturale in animis tenerum quiddam atq; molle,quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur, Tus.q lib.3.Animis nihil admixtū, nihil concretum,nihil copulatum,nihil coagmentatum, nihil duplex, Tus.q. li. 1. Animis & armis infestus & inimicus, 10 Philip. Animis tanquam oculis , totam licet lustrare terram,2 de Nat.deo. Nosmetipsi qui animis mouemur & sensibus;de N.d.1. Videte Iudices,& prospicite animis quid futurum sit,in V. 197 b. Animis stare,5 ad Atticum.Intelligentiam in animo,animum conclusit in corpore. Acad. 71 a,Animus est mens sine ullo corpore , ut dixit Xenocrates . de Vniuers. 198 b , Deus animum ut dominum atq; imperatorem obedienti præfecit corpori. de Som.130 b,Animus est,qui uiget,qui sentit, qui mouet

id corpus,cui præpositus est.de Diu. 137 a, Animorum est ea uis atq; natura,ut uigeant uigilantes,nullo aduentitio pulsu,sed suo motu , incredibili quadam celeritate. de Nat. 7 b , Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem.Tuscul.162 a, Animus,ut Euripides ait,deus est. Acad. 44 b , Animus mundi,quem deum appellant.de Diuin. 93 b, Cum est animus seuocatus à societate & cōtagione corporis,tum meminit præteritorum,præsentia cernit,futura prouidet. de Nat. 29 b, Animum illū spirabilem sumpsimus ab aere eo , quem spiritu ducimus.pro Mil. 118 a, Animum nostrum esse licet non appareat,nec cernatur.& ibidem,argumenta id probantia.de Sen 83 b, Non enim dum eram uobiscum, animum meum uidebatis,sed ex ijs rebus quas gerebam, intelligebatis.de Diuin.197 b, Animi hominum semper fuerunt,futuriq; sunt.de Fin.133 a, Animi autem & eius animi partis,quæ princeps est , quæq; mens nominatur, plures sunt uirtutes,sed duo prima generatunum, earum quæ ingenerantur suapte natura,appellanturq; non uoluntariæ,ut docilitas,memoria: alterum, earum quæ in uoluntate positæ sunt,ut prudentia, temperantia , &c. de Sen.93 a.Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus,& quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatiq; contrarium.de Nat.9 b, Totius naturæ mens atq; animus.de Som.128 a, Hominibus animus datus est ex illis sempiternis ignibus,quæ nos siderа stellasq; uocatis.de Sen.93 a,Ex uniuersa mente diuina delibatos animos habemus.de Legibus 160 b , Genus humanum sparsum in terras atq; satum , diuino auctum est animorum munere.& ibid. Animum esse ingeneratum à Deo.de Diuin.95 a, Animi partes duæ: quarum altera sensum , motum & appetitum habet : altera rationis atq; intelligentiæ est particeps. de Diuin. 93 a, Animi partes duæ: una,quæ mētis ac rationis particeps est:altera,in qua feritas quædam est atq; agrestis immanitas.de Diuin.93 b, Tum eueniet duabus animi temerā rijs partibus compressis , ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat.& ibidem, Ea pars animi quæ uoluptate alitur.& ibid. Ea pars animi , in qua irarum existit ardor.de Som.128 b, Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum,præter animos generi hominum munere deorum datos. Oēt.au.332 a , Si non una cum corpore sensus omnis uno atque eodem consumptus est igni. de Orat. 121 a, Omnia quæ sunt in rerum natura celeriter animo comprehendere.pro Sest. 13 b , Alij dicunt animos hominum sensumq; morte restingui,alij autem eos tum maximè cum è corpore excesserint , sentire ac uigere . de Nat.66 b, Animus ex quo animal dicitur.Tuscul. 152 a, Animus ab anima dictus est. pro Sest. 7 b , Etenim animus eius ultu, flagitia parietibus tegebantur. de Orat. 163 b,Imago animi uultus est,indices oculi.Item,Mens, & animus,& consilium , & sententia ciuitatis , posita est in legibus.Offic.3 b, Quæ cura excusitat etiam animos,& maiores ad rem gerendam facit.In Verr. 60 a, Animos atq; impetus alicuius retardare . pro Flac . 157 b,Remittant spiritus,comprimant animos.sedent arrogantiam.pro Clu.40 a, Noratis animos eius , & spiritus tribunitios.pro Dom.24.1 b, Quanquam insolentia dominatus extulerat animos. Attic. 78 a, Nostris animus accesit , hostibus timor iniectus est . Attic . 100 b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc opinor sunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. Attic. 112 b, Labieni aduentu noſter Cn. multo animi plus habet. de Orat. 215 a, Actio uaria, uehemens, plena animi, plena ſpiritus, plena doloris, plena ueritatis. de Clar. 180, Plena animi & terroris oratio. pro Fon. 282 a, Si quantam habent ad maledicendum licentiam, tantum haberent ad ementiendum animi. Att. 236 b, Acta enim res eſt animo uirili, cõſilio puerili. At. 124 b, Rogaui ut diceret, quid haberet in animo. In Ver. 138 b, Itaq; uno genere, opinor, circumſcribere habetis in animo genus hoc oratorum, &c. de Pet. 209 b, Poſtea totam Italiam fac ut in animo ac memoria diſtributam comprehenſamq; habeas. Antequam. 194 a, Si eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in noſtris difficultatibus. pro S. R. 40 a, Hæc ego pro me ipſo & animi mei ſenſu ac dolore pronuncio. Epiſtol. 299 b, Cuius tibi negotia ita commendo, ut maiore ſtudio magis'ue ex animo commendare non poſſim. I. A. 237 b, Ali quis ex animo amicus uereq; beneuolus ac fidelis cuipiam. Ep. 157 a, Confiteor imprudentia me lapſum, ſi unquam Lepido ex animo credidiſſe. Quin. de Pet. 207 b, Hos tu homines ut ex animo atq; ut ex illa ſumma uoluntate tui ſtudioſi ſint, laborato. & ibid. Ex animo agere. Qu. Fratr. 293 b, Amare aliquem ex animo. Nat. 59 b, Siue ex animo id fiat, ſiue ſimulatè. Epiſtol. 135 b, Me ex animo uereq; arbitror diligi. I. P. 97 a, Equidem dicam ex animo quod ſentio. Tuſc. 250 b, Toto animo dedere ſe alicui rei. Off. 73 b, Quod ex animi tui ſententia iuraueris. At. 75 b, Erat mihi in animo proficiſci ad exercitum. In Verr. 93 b, Dicis tibi in animo eſſe alio tempore perſequi. pro S. R. 26 b, Pater iſtum exhæredare in animo habebat. pro S. R. 33 b, Sed in animo eſt leuiter tranſire. de Nat. 30 a, Vt mihi eſt in animo facere. Atti. 25 b, Luceium ſcito conſulatum habere in animo ſtatim petere. In Verr. 122 b, Habeo in animo pecuniam prætori dare. Epiſtol. 170 b, Cum tribuni haberent in animo de præſidio conſulum deſignatorum referre. Epiſtol. 154 a, Quid in animo habuerim, cum Lernus diſceßit à me, ex literis quas ei dedi, potuiſti cognoſcere. Item, Conſiderate cum ueſtris animis, circumſpicite cum ueſtris mentibus. I. Cum. In Verr. 197 a, Videte iudices, & proſpicite animis quid futurum ſit. In Cat. 102 b, Perſpicite quæſo, diligenter quæ dicam, & ea penitus animis ueſtris mentibusq; mandate. In Ver. 133 b, Conſiderate cum ueſtris animis uoſmetipſi. In Verr. 178 a, Sic habeo ſtatutum cum animo ac deliberatum. de Am. 101 a, Ab altero non alienos animos habemus. de Sen. 84 a, Et corpora quidẽ defatigatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. I. P. 93 b, Sed planè animi ſui cauſa ludos nobis idiotis relinquet. de Orat. 94 b, Artes in quibus animi libera quædam oblectatio quæritur. In An. 12 b, Qui illud animi cauſa fecerit. pro Sex. Roſc. 40 b, Habet etiam animi cauſa rus amœnum. Attic. 130 b, Te Animo magno ac forti iſtam rem agere exiſtimo. Epiſtol. 91 a, Fac animo magno fortiq; ſis. Epiſtol. 57 b, Te hortor & obſecro, animo ut maximo ſis. Att. 168 a, Quòd me audis erectiorem eſſe animo, quid putas? Epiſtol. 90 b, Fac habeas fortem animum. Epiſtol. 153 a, Hoc animo eſſe debes, ut nihil huc reijcias. Epiſt. 178 b, Magnum animum habere debes. Epiſtol. 18 b, Quare hoc animo in

nos eſſe debebis, ut ætas noſtra in amore conquieſcas tuo. Epiſtol. 18 b, Quapropter eo animo ſimus inter nos quo ſemper fuimus. Ep. 34 a, Neſcio quo animo ſtiti inter uos. Epiſt. 39 a, Multi ſunt, qui nos, quo animo inter nos ſumus, eſſe uolent. Atticum, 178 a, Quod certior fieri uis, quo quiſq; in me animo ſit, neminem alieno intellexi. de In. 61 a, Animus amplus, & excelſus, & patiens incommodorum. Attic. 7 b, Conſul ipſe paruo animo & prauo. Epiſtol. 16 a, Animus magnus & excelſus. & ibidem, Animus apertus et ſimplex. de Finib. 96 a, Aliquis ſtabili & firmo & magno animo. Epiſtol. 69 b, Firmitudo grauitasq; animi. Epiſtol. 57 a, Grauitas & altitudo animi. Orat. 116 b, Animus acer & præſens. Epiſtol. 16 a, Magnitudo animi. Tuſcul. 188 b, Amplitudo & quaſi quædam exaggeratio quàm aliſſima animi. de Finib. 138 b, Animus altus. Tuſculan. 155 a, Altiſſimus animus. de Finib. 138 b, Qui altiore animo ſunt. de Finib. 59 b, Humilis atque imbecillus animus.)(. robuſtus, excelſus. Tuſculan. 185 Animus mollis, demiſſus, humilis, eneruatus, languens. Epiſtol. 77 b, Verum enim ſcribam, teneriore mihi animo uidebare. Epiſtol. 77 b, Sed plenè animus, qui dubijs rebus firmitan fuerit infirmior, deſperatis confirmatus eſt. Epiſtol. 78 b, Cadere animis. de Finib. 125 a, Victi debilitantur, animosq; demittunt. de Orat. 110 b, Remiſſio animi. Epiſtol. 52 b, Animus humilis.)(. Animus perſtuax. Att. 40 a, Sum animo perculſo & abiecto. Epiſt. 57 b, Animus anxius & ſolicitus. Epiſt. 43 b, Animum tuum promptum & alacrem perſpexi ad defendendam Rempub. Epiſt. 55 b, Facilè & æquo animo carere aliqua re. Attic. 25 a, Interea quidem cum Muſis nos delectabimus animo æquo, imò ucrò etiam gaudenti ac libenti. Qu. Frat. 296 b, Aequo animo facere aliquid.)(. iniquo animo facere aliquid. Epiſtol. 68 a, & ibidem, Aequo animo mori. Epiſtol. 55 b, Gratulatio tua mihi eſt probatiſſima, quòd ab optimo eſt animo. Epiſtol. 69 a, Alacres animo ſumus, ut & cæteri, &c. de Fin. 60 b, Acri & attento animo intueri aliquid. Acad. 12 b, Defigere & intendere animum in aliquam rem. Epiſt. 73 b, Complecti aliquid animo. de Nat. 75 b, Comprehendere aliquid animo. Ep. 53 b, Vt quod ego facio, tu quoq; animũ inducas, ſi ſit aliqua Reſpub. in ea te eſſe oportere, de Diuin. 117 b, Tu igitur animum induces cauſam bene defendere? At. 228 b, Antonius induxit animum ſibi licere, quod uellet. pro S. R. 27 a, Qui potuit animum inducere, ut exhæredaret filium. de Clar. 65 b, Angor animo. Att. 122 a, & 77 b, Pendeo animi. Epiſtol. 78 a, Agitare animo de aliqua re: id eſt, cogitare. Epiſtol. 146 a, Omni animi impetu facere aliquid. Epiſtol. 13 b, Cum Reſp. maiorem etiam mihi animum, quàm unquam habuiſſem, daret. de Finib. 81 a, Et quidem prodeſt, inquis, mihi in eo eſſe animo. Epiſtol. 10 b, Reipub. eum animum eamq; uoluntatem, quam debemus præſtare. Epiſtol. 13 a, Quorum quidem animum tu non perſpexiſti ſolum, ſed etiam confirmaſti atq; tenuiſti.

Annales, lium. memoria publica, monumenta uetuſtatis, annalium monumenta. de Orat. 113 a, Erat enim hiſtoria nihil aliud niſi annalium confectio, cuius rei memoriæq; publicæ retinendæ cauſa, res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pont. Max. &

ibid. de annalibus multa. pro Mur. 127 b, Itaq; non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium uetuſtate eruẽda eſt memoria nobilitatis tuæ. pro Rab. 93 a, Iſtæ omnes & ſuppliciorum & uerborum acerbitates non ex memoria ueſtra et patrum ueſtrorum, ſed ex annalium monumentis, atq; ex regum commentarijs conquiſiuit. pro Dom. 230 a, Vt annales pop. Rom. & monumenta uetuſtatis loquuntur. de Leg 157 a, Annales Pontificum Maximorũ, quibus nihil poteſt eſſe iucundius. Ep. 68 a, Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum.

Annalis, le. I. A. 203 b, Legibus annalibus num grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem uerebatur. I. A. 203 b, Maiores noſtri leges annales non habebant. de Leg. 185 a, Conſules ciuitatem annali lege ſeruato. de Or. 233 a, Lex annalis: id eſt, quæ annorum numerum præfiniebat ad capiendos magiſtratus. At. 193 b, Scriptum eſt in tuo annali. de Clar. 169 b, Ennius in nouo annali.

An'ne, an. pro Cor. 66 a, An'ne de uobis trahere ſpolia fœderatis licebit? de hoſtibus non licebit. I. An.

Annecto, ctis. agglutino. de N. 53 a, Stomachus ad linguã annectitur. de In. 81 b, Funiculus à puppi religatus ſcapham annexam trahebat. de In. 48 a, Separatũ eſt, quod nõ ex ipſa cauſa ductum eſt, nec ſicut aliquod membrum annexum orationi. & Top. 225 a.

Annellus, li. annulus paruus. de Finib. 125 a, Epicuri imaginem non modò in tabulis, ſed etiam in poculis, & in annellis habebant. ex Nonio.

Anniuerſarius, a, um. quod ſingulis recurrit annis. I. V. 219 b, Mercurius ſacris anniuerſarijs apud Tyndaritanos ſumma religione colebatur. I. V. 215 a, Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt. de Ar. 251 a & I. V. 230 a, Qui ſacrificio gentilia anniuerſaria ſa ẽtitarunt. Att. 26 b, Sacra anniuerſaria. de N. 45 b, Imp etus cœli conſtantiſſimè conficiens uicißitudines anniuerſarias.

Annicerij philoſophi ab Ariſtippo. Offic. 75 b.

Annominatio, onis. Græcè παρονομασία. ut nobilior, mobilior. de Or. 132 b, & ad Her. 30 b.

Annona, næ. res frumentaria, aut alia res quæ ad annum reponitur. pro Pom. 13 b, Repentè uilitas annonæ, ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt. de D. 120 b, Annona in macello cara eſt. Epi. 237 a, Fũdo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, ſi annona carior fuerit. I. V. 199 a, Annona preciũ nõ habet. pro Dõ. 216 b, Frugũ inopia.)(. Frugũ copia. pro Dõ. 216 a, Subitò illo die cariſſimam annonam nec opinata uilitas conſecuta eſt. pro Dom. 215 b, Difficultas annonæ ſumma, inopia rei frumentariæ. pro Dom. 215 a, Cum ingraueſceret annona, ut iã planè inopia ac fames non caritas timeretur. pro Mil. 115 a, Leuare annonam. pro Dom. 216 a, Aduentu meo uilitas futura eſt, et ibid. Commutata eſt annona. pro Do. 216 a, Annona in meo reditu facta erat durior.

Annotare, notare obſeruare. Columella & Nonius ex Oeconomico Xenophontis, quem Cicero è Græco uertit, ſed deſideratur.

Annularius, rij. opifex annulorum. Aca. 21 b, An tibi erit quærendus annularius aliquis? quoniã gallinarium in ueniſti.

Annulus, li. I. V. 108 a, Annulus aureus ſcribæ tui me deterret. Academ. 21 b, Si in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero. Qu. Fr. 292 a, Sit annulus tuus non miniſter alienæ uoluntatis, ſed teſtis tuæ. Off. 9 b, Foribus apertis hominis mortui uidet corpus, annulũq; aureũ in digito, quẽ ut detraxit, ipſe induit. & ibi. Cum palã eius annuli ad palmã cõuerterat, à nullo uidebatur.

Annumero, as. in aliquorum numero pono, in eundem numerũ refero. de Cla. 183 a, His duobus annumerabatur nemo tertius. pro S. R. 33 a, Verùm forſitan in grege annumerer. de Di. 109 a, Atq; his libris annumerandi ſunt ſex de Rep. de N. 1 a, Qui uerò deos eſſe dixerunt, tanta ſunt in uarietate cõſtituti, ut eorum moleſtum ſit annumerare ſententias. de Opt. 244 a, Verba nõ me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquã appẽdere. I. V. 63 b, Annumerare & reddere pecuniam alicui. & 137 b, Annumerare pecuniam alicui. de In. 58 a, Si in firmum aliquod annumeratum dicemus.

Annuncio, as. denũcio. At. 185 b, Eiq; interea ſalutem annunciabis, itemq; Pyliæ.

Annuo, is. nutu capitis aſſentio. I. V. 196 a, Hoc mihi ſignificaſſe & annuiſſe uiſus eſt. de Or. 135 a, Id quoque toto cap. annuit. de N. 23 b, Annuere te uideo. pro Qu. 3 b, Simulatq; ſibi hic annuiſſet, numeraturũ ſe dicebat. I. C. 113 a, Tum oſtendit tabulas Lentulo, & quæſiui cognoſceret'ne ſignum? annuit. I. A. 247 a, Si annueritnæ ego iſtam ſapientiam non audiam.

Annus, ni. Magnus annus qui tum efficitur cum ſolis et lunæ, & quinq; errantiũ ad eandem inter ſe cõparationem cõfectis omniũ ſpacijs, eſt facta conuerſio, de N. d. 36 b. Annus perfectus & abſolutus perfecto numero tẽporis tũ cõpletur: deniq; cùm ſe octo ambitus cõfectis ſuis curſibus ad idẽ caput retulerunt, cũq; eos permenſus eſt idem et ſemper ſui ſimilis orbis, de Vniuerſ. Annus iudicialis, Brut. Annus uertẽs uere appellari poteſt tũ, cũ ad idem, unde ſemel profecta ſunt, cunctа aſtra redierunt, eandemq; totius cœli deſcriptionem, longis interuallis retulerunt, Somn. Scip. Apparuiſſe numen deorum intra finem anni uertentis, 13 Philip. Anni primus menſis apud Ægyptios, 3 de Nat. deor. Annitempus, pro tempeſtate, 16 Fam. Anni tempore duro, 10 ad Attic. cui opponit æſtatem. Anni tẽpora quomodo ex ſolis inflexione fiant, de Nat. 2. Addere annũ labori. ad Qu. frat. li. 1. Quartum annum ago et octuageſimum, de Senect. 83 b. Annum homines populariter tantummodo ſolis, id eſt unius aſtri reditu metiũtur, Somn. Scipion. Annum petitiõis ſuæ non obierunt, 10 Famil. Quinto autem anno exeunte ad Syracuſas occidit, 1 de D. Hoc grauiſſimo & peſtilentiſſimo anno, Epiſt. 72 b. Anno uertente ſine controuerſia uerbum nullum facis, pro Quintio, 7 b. In hoc anno, non ſolet addi in hoc interdicto, 15 Fam. Ni anni decem interfuerint, nequis eiũdem magiſtratum capito. 3 de Legib. Nondum centũ & decem anni ſunt, cũ, &c. Of. 2. Anni multi ſunt, cùm, et 15 Fam. Babylonij CCCCLXXX. milia annorum, ut ipſi dicunt, monumẽtis cõprehenſa tenẽt, de Diu. 88 b. Agere annos, de Se. Annos multos nihil aliud cõmẽtaris, 7. Fa. Annos habere, 4 ad At. Iã annos uiginti habere. pro Ce. Annos decẽ peditũ et equitũ polliceri, 9 ad At. Annis legitimis eũ curules magiſtratus pſcilè cepiſſe, 13 At.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Annuus, a, um. quod unius anni spacio contineatur. Att. 95 a, Nos annuum tempus propè iam emeritũ habebamus. At. 68 a, Vt hoc desiderium nostrũ plus sit annuum. de Leg. 173 b, Idq; ne cõmitti posit, ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiunto. pro Flac. 165 a, Annui temporis criminatio. de In. 51 a, Annuum spaciũ. Att. 245 b, Sic enim annuum tempus cõficitur. de In. 54 a, Et annuæ commutationes quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt.

Anquiro, ris. inquiro, quæro. de Or. lib. 1, Omnes enim artis loci anquirentibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantibus, ostendunt se. de Fato: In qua quid ualeat id quod geri posit, anquiritur.

Ansa, sæ. manubrium, aut id quo uas, aut aliud manu capi teneriq; solet. hinc per translationem occasio dicitur. de Am. 107 b, Quin etiam necesse erit cupere, ut quàm sæpissimè peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum. pro Cecin. 288 a, Iste hac sextula se ansam retinere omnium controuersiarum putat. pro Plan. 277 a, Si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur, &c.

Ansancti, in Hirpinis populi. de D. 97 a.

Anser, ris. pro S.R. 27 b, Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures uenerint. & I.A. 248 a, Anseres de Falerno depellantur. id est, Anser poeta, cui Antonius Falernum donauerat.

Antandrius, a, um. ab Antandro insula, 300 a.

Antaxon. Tusc. 162 b, Ora australis ignota nobis, quam uocant Græci ἀντάξονα.

Ante, antea, præ, pro, à fr. ôte, ob, in conspectu positus, ante hoc tempus, ante id tẽpus, ante hunc diẽ, plus. pro S. R. 20 b, Vt non modò clàm, uerùm etiam hic in foro, ante tribunal tuũ M. Fanni, ante pedes uestros iudices, inter ipsa subsellia cædes futuræ sint. et ibi. Ne hic ibidẽ ante oculos uestros trucidetur. pro Mil. 106 b, Clodius ante suũ fundũ Mil. insidias collocauit. de D 95 b, Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætoriũ, tũ ante oppidũ Nolã Samnitum castra cepit. I.V. 246 b, Hi ne in freto ante sua tecta & dõmus nauigarent, precio abs te ius fœderis emerunt. At. 234 a, Id ipsum quod me mones, quatriduo antè cogitaram. de In. 64 a, Ille multo ante lucem surrexit. de Fin. 71 a, Vt qui asoti esse uelint, philosophi antè fiant. Ep. 35 b, Mãdauiq; utriq; eorũ, ut antè ad me excurrerent. et alibi. Multũ interesse mihi est uisũ inter eũ qui tũ erat, & qui anno antè fuerat. Tus. 196 b, Quæ ueniẽtia lõgè antè uideris. Postquã 199 a, C. Marius tertius ante me cõsularis subijt, &c. At. 111 b, De quib. antè ad te falsũ scripserã. I.A. 204 b, Vt ei triennium ante legitimũ tẽpus petere liceat. I.V. 99 b, Minutius mortuus est ante istũ prætorẽ. I.V. 68 a, Qui, dum hic quæ opus essent, compararet, causam interea ante eum diceret. Att. 133 b, Crucior, quòd eũ quem ante me diligo, uideo in consulatu quiduis potius esse, quàm Cos. de N. 38 a, Vt Fides, ut mens, quas in Capitolio dedicatas uidemus proximè à M. Aemilio, antè autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata. de Fin. 132 b, Vt si aut manibus ingrediatur quis, aut nõ antè, sed retrò, fugere planè se ipse uideatur. de Orat. 101 a, Omnia enim sunt posita ante oculos. I.V. 249 a, Homi-

nem nostis, qui ducẽ prædonum ceperit, quàm libenter eum palàm ante oculos omnium esse patiatur. ad Her. 5 a, At in senatum, aut ante Imperatorem, & in consilium talis causa potest uenire. de I. 175, Religio in fundi uillæq; conspectu posita: id est, lucus ante fundum uillamq; positus.

Antea, antehac, ante hoc tempus, superiorib. diebus, superioribus temporibus. Attic. 102 b, Posthac neq; herculè antea negligentes fuimus. At. 244 a, Quod ad te antea, atq; adeò prius scripsi (sic enim mauis ad scribendũ tibi uerè dicere) feci sti me acriorem. De In. 66 a, Si inter antea fuisse demonstrabitur. Ep. 5 b, Naclusq; tempus hoc magis idoneum, quàm unquam antea, ita sum cum illo locutus, &c. Ep. 34 a, Qui in nisi ego successor essem, quem tu cuperes uidere, te antequàm tibi successum esset, decessurum fuisse.

Anteactus, a, um. superior. de In. 66 b, Ex anteactis uitã facere iudicium, &c. I. V. act. 5. & pro Marcel.

Antecanis, nis. procyon. de Nat. 48 b. l. Procyon.

Antecapio, pis. d N. 10 b, Antecapta animo rei quædam informatio, Græcè πρόλη ψις.

Antecedens, tis. præcurrens, antegrediens, antegressus, præpositus, antepositus, primùm.)(. quod consequitur. de Fat. 145 a, Omnia quæ fiant, fieri causis antecedentibus. & ibid. Voluntatis nostræ non esse causas externas & antecedentes. de Orat. 230 a, Ex ijs rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus. de Inuẽt. 70 b, Obseruantia, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur. de Fat. 143 a, Si quod primum in connexo est, necessarium est, sic etiã quod consequitur necessariũ. de Fat. 141 b, Causæ naturales et antecedentes. de I. 82 b, Homines aliqua dignitate antecedẽtes. Of. 329 b, Et quæ non insequens hora antecedente clamitosior pop. Ro. illuxit? de Cla. 171 b, Sed inter hos paululum ætate his antecedens Galba, eloquentia præstitit. de Cla. 174 a, M. Pennus Paulum Gracchum ætate antecedens.

Antecedo, dis. anteeo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteuerto. Top. 228 b, Si huic rei illa antecedit, huic nõ antecedit. Top. 225 a, Quicquid antecedit quãq; rem, id cohæret cum re necessariò. de Fat. 147 a, Nõ sic causa intelligi debet, ut quod cuiq; antecedat, id et causa sit, sed quod cuiq; efficienter antecedat. de Fat. 149 a, In omnib. quæcunq; fiunt, uerisimile est causam antecedere. Ep. 174 a, Antecedere aliquem ætate. Biduo me Antonius anteceßit. At. 124 a, Pompeius expeditus anteceßerat legiones. Acad. 39 b, Ea res longe cæteris antecedit. de Vniuer. 199 a, Septima, quæ septem & uiginti partibus antecederet primæ. de In. 58 a, Si id quod sequitur, non uideatur necessariò cum eo quod antecesit, cohærere. In Ver. 232 a, Incipit is loqui, qui & autoritate & ætate, &, ut mihi uisum est, usu rerum antecedebat Timarchides.

Antecello, is. excello, præsto, anteeo. I. V. 150 a, Hæc causa magnitudine iniuriæ criminib. cæteris antecellit. I. V. 227 b, In ea sunt ædes sacræ cõplures, sed tuæ quæ lõgè cæteris antecellũt. de In. 43 a, Præclarũ mihi quidam uidetur adeptus is, qui qua re homines bestijs præstent,

stent, ea in re hominibus ipsis antecellat. de N. 55 b, Sensus hominũ multò antecellit sensib. bestiarum. ad Her. 15 b, Inferiores, qui omnibus his rebus antecellunt. pro Muren. 130 b, Dicendi consuetudo longè et multum isti uestræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Mur. 119 a, Summa dignitas est in ijs qui militari laude antecellunt. pro Mur. 133 a, Vir humanitate, sapientia, integritate antecellens. de Sen. 90 b, Vt quisq; ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. de D. 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt. pro Arc. 186 a, Antecellere omnib. ingenij gloria.

Anteceptus, a, um. de N. 10 b, Lege Anticipatio.

Antecessio, onis. præcursio, progressio. Of. 3. Homo autem qui rationis est particeps, per quam cõsequentia cernit, principia et causas rerũ uidet, earumq; progressus quasi antecessiones nõ ignorat. Top. 225 a, Triparti tò igitur distribuitur locus hic, in consecutionem, antecessionem, & repugnantiam.

Antedico, cis. prædico, anteprædico. de D. 113 a, Hæc qui antedicunt, quam rationem sequantur, uides. I.A. 158 a, & 157 b, Atq; ego hoc dico de futuris, quod est augurum, antedicere ea quæ uitari possunt. I.A. 206 b, Itaq; quod paulo antè feci in senatu, faciam apud uos, testificor, denuncio, anteprædico.

Anteeo, is. antecedo. contra Rul. 85 b, Lictores prætoribus anteibant cum fascibus duobus. Tusc. 149 a, Cato qui hos ætate anteibat. I.A. 221 a, Seruius ætate illis anteibat, sapientia omnibus. de Fi. 149 b, Præstantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicimus. de Fa. 149 a, Si illi fateantur assensiones non sine uiso antecedente fieri, alia ratio est. sed si concedunt anteire uisa, &c. ui de ne idem dicant. de Cla. 185 b, Consules, qui omnes intelligentia anteibant. Tus. 124 a, Fortunam ipsam antei bo fortunis meis. pro Syl. 161 a, Nec se æquales tui propter istam causam abs te anteiri putant. Off. 40 a, Qui anteire cæteros uirtute putantur.

Antefero, fers. antepono, præpono, præripio. Partit. 229 b, Deinde ista tua studia uel maximis meis occupationibus anteferrem libẽter. Ep. 83 b, Vel iniquissimam pacẽ iustissimo bello anteferrẽ. pro Cor. 64 a, Quis dubitaret de toto iure pacis & belli omnib. iuris peritis, quin me antetuleritis nobilitati. Ep. 74 b, Tamẽ ita existimes uelim, me antelaturũ fuisse. si ad me uenisses, uoluntatem tuam commodo meo. de Pro. 74 b, Cum ipse cæteris omnibus esset omni honore antelatus. pro Syl. 184 b, Vt nemo ei se honore anteferret. Ep. 29 b, Præsertim cũ sine cuiusquam reprehensione, legatis quæsto rem posis anteferre. Ep. 11 a, Bibuli fortunam, quam ille afflictam putat, omnium triumphis uictorijsq; anteferro. Ep. 72 b, Certè nos quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus. Orat. 198 b, Sed ego idem, qui, &c. recordor longè omnibus unum anteferre Demosthenem. Qu. Fr. 306 b, Comitia iudicijs anteferre. Att. 96 b, Qui se solet anteferre puero sororis tuæ filio. de Cl. 189 a, Anteferre se alicui.

Antegredior, ris. prægredior, antecedo, anteuerto. de N. 36 b, Lucifer latinè dicitur, cum antegreditur solem: cum subsequitur autem, hesperos. de Fat. 144 b, Quod si ita est, omnia quæ fiunt, causis fiunt aut egressis. & ibid. a, Causæ fortuitò antegressæ. & de D. 85 b, Iisdem signis antegressis. Of. 19 a, Id tum apparet, cùm antegressa est honestas.

Antehac, antea. Ep. 197 a, Atque antehac sperare quidem licebat, nunc etiam illud ereptum est. Epistol. 7 b, Simul quod uideo, nõ ut antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ.

Antelucanus, a, um. quod ante lucem fit. Epistol. 245 a, Ex antelucano tempore usq; ad horam diei decimam. Tuscul. 218 b, Qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana uictus esset industria. I.C. 109 a, Antelucanæ cœnæ.

Antemeridianus, a, um. quod ante meridiem fit.)(. Pomeridianus. Attic. 211 b, Antemeridianis tuis literis hesi statim rescripsi, nunc respondeo uespertinis. de Or. 144 b, Antemeridianus sermo. L. Pomeridianus.

Antenna, æ. transuersum in naui lignum ad malum, cui uelum alligatur. de Or. 159 b, Quid tam in nauigio necessarium, quàm prora? quàm puppis? quàm antennæ? quàm uela? mali? &c.

Anteoccupatio, onis. Rhetorica exornatio est, alia ab occupatione. de Or. 162 a, Erroris inductio, in hilaritatem impulsio, anteoccupatio, &c.

Anteoccupo, ás. præoccupo. Or. 209 b, Vt anteoccupet quod putat opponi. de eadem anteoccupatione loquitur.

Antepono, nis. præpono, præfero, priorem duco, antefero, præstabilius puto, primas omnium alicui do, aliquid primũ et summũ habeo. At. 14 b, Vera quidẽ laude probitatis, neq; me tibi, neq; quenquã antepono. Qu. F. 300 b, Si te illi anteponis, ualde magnũ facis. de Or. 93 a, Et longè Academiæ illi & Lyceo tuum hoc suburbanum antepono. Tusc. 203 b, Cuius iudicium longè antepono tuo. Ep. 52 a, Ea te sapientia esse iudico, ut mecum consilium non anteponam tuo. Ep. 36 a, Nec mehercule aliter uidi existimare Cn. Pompeium, quem omnib. qui unquam fuerunt, uel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. de Cl. 188 a, Hanc autem gloriam, testimoniũq; Cæsaris, tuæ quidem supplicationi non solum, sed triũphis multorum antepono. In Vat. Nemo se anteponet, quo minus reus fiat. de Sen. 79 a, & Off. 17 b, Non ponebat enim rumores ante salutem.

Antequàm, priusquàm. Attic. 75 a, Antequàm aliquo ioco cõsedero, literas à me nõ habebis. At. 26 b, Equidẽ antequàm tuas legi literas, in hominẽ ire cupiebã. pro Do. 241 b, Præsertim illo magistro, qui cogeretur docere, antequàm ipse didicisset. I.V. 246 a, Nunquam in Sicilia frumentũ publicè est emptũ, antequã iste hoc præclarũ consiliũ dedit, ut, &c. de Or. 156 a, Neq; defatigabor antequàm percepero. etc. I.V. 136 b, Neq; in hac re solũ fuit eiusmodi. sed antequàm ego in Siciliã ueni, in maximis rebus ac plurimis. Para. 124 b, Nunquam eris diues, antequàm tibi tãtum ex tuis possessionib. reficiatur, ut tueri sex legiões possis. Ep. 102 a, Sin nostri oblitus es, dabo operã ut istuc ueniã. antequàm planè ex animo tuo effluo. I.A. 244 a, Cui fui semper amicus, antequàm ille reip. est factus inimicus. Qu. F. 301 b, Ne quid de bonis quæ L. Octauij fuissent, diminuerent, antequã Cn. Fundanio pecuniam soluissent. pro Milon. 121 b, Vtinam, dij immortales, ut P. Clodius uiueret antequàm

hoc spe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc spectaculum uiderem.l.A.218 b,Dixitq; se non antea renunciaturum senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset,quàm ex illa circumscriptione excederet.

Anteros,Veneris & Martis filius.de D.71 a,& b, Tertius Cupido quidem est Anteros. & de N. lib.3.

Antesignanus,ni. primipilus.miles qui ante signum in acie collocatur.l. A. 174 a, & 196 b, Fueras in acie Pharsalica antesignanus. Antesignanos iudices constituere.

Antesto,as.præsto, antecello,excello.de In.62 b,Crotoniatæ quondam omnibus corporis uiribus & dignitatibus antesteterunt.

Anteuerto,tis.præuerto, antecedo.de Am. 98 b, Atque id ipsum cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit.pro Mil.210 a, Vidit, necesse est Miloni proficisci Lanuuium,illo ipso quo profectus est die, itaque anteuertit. de Nat.36 b, Stella tum anteuertens solem,tum subsequens.

Anticipatio,onis.Græcè πρόλη ψις. de N.19 b, Quis non habet sine doctrina anticipationem quandam deorum:id est, anteceptam animo rei quandam informationem,&c.l. Pronotio.

Anticipo,as.anteoccupo,anteuerto.Attic. 132 a,Dices, quid igitur proficis?qui anticipes eius rei molestiã, quã triduo sciturus sis.de N.16 a,Ita est informatum,anticipatumq; mentibus nostris.

ἀντινομία,contraria lex.l. Lex.

Antilibanus,mons.At.31 b.

Antiochia,æ.urbs.244 b.

Antiochij,philosophi ab Antiocho.Acad.18 a.

Antipodes,dum.Acad.31 a,Antipodes è regione nobis,è contraria parte terræ aduersis uestigijs stant contra uestigia,quos Antipodas uocatis.de Som.129 b,Sed eorum partim obliquos,partim uersos,partim etiam aduersos stare nobis. & ibidem, Qui aduersa nobis urgent uestigia.

Antiquitas,tis.uetustas. de L.173 a, Antiquitas proximè accedit ad deos.Item: In exemplis autoritatẽ habet antiquitas.de D.123 a,Errabat enim multis in rebus antiquitas,quam uel usu iã, uel doctrina,uel uetustate immutatam uidemus.ad Her.24 b, Non omnia antiquitati cõcedẽda esse.pro Font.202 b, Generis antiquitas exclarissimo municipio profecta.Antequam 197 a,Generis antiquitas.Or.212 b,A quibus dã serió iam emẽdatur antiquitas,qui,&c.de Or.146 b, Quo magis antiquitatẽ eorum sermo retinere uideatur.pro P.R.127 a, P. Rutilius,qui documentum fuit hominibus nostris uirtutis,antiquitatis,prudentiæ. de Orat.101 a,Plurima in XII tabulis antiquitatis effigies.

Antiquior,us. carior, melior, potior. Ep. 178 b, Si in
a duentu tuo bellũ confici potest, nihil sit antiquius.At. 192 a,Me id multo magis mouet,quod mihi est sanctius & antiquius. Att.101 b,Ne dubitaris,quin quod honestius,id mihi futurũ sit antiquius.Qu.Fr.294 b,Quod tibi & antiquissimũ esse.& ab initio fuisse, omniũ sermone celebratũ est. At.37 a,Nihil mihi antiquius amicitia nostra est.de D.124 b, Antiquiorẽ Deiotaro fuisse laudem et gloriã,quàm regnum & possessiones suas. Epist. 170 a, Nec quicquam habui antiquius, quàm ut

Pansam statim conuenirem.At.187 b,De Tullia mea ut bi antiquissimum esse uideo.Qu. Fr.306 b,Is iudiciorũ causam suscepit,antiquissimáq; se habiturũ dixit. de Inuct.55 b,Hoc trophæo nihil carius, nihil antiquius habere cõuenit.Att.169 b,Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Att.238 b, Id quidem sic susceptum est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius. ad Her.32 a, At salus antiquior est militum, quàm impedimẽtorũ. Ep.166 a, Nihil antiquius communi salute iudicaui. de In.57 a, Qui pauperes sunt, ijs antiquior officio pecunia est.l.A.247 a, Nihil uita antiquius existimare,omnia posteriora libertate ducere.

Antiquo,as.abrogo.de Leg.191 b,Vos demum,ut uideo, legem antiquastis sine tabella. Attic. 9 b, Et populum ut rogationem antiquaret,rogabant.At.8 a,Piso operã dat,ut ea rogatio,&c.et de religione antiqueiur.Offic. 48 b,Philippus legem agrariam tulit, quam tamẽ antè quàm passus est.

Antiquus,a,um. priscus, uetus,credulus,simplex,probus.)(.Recens.l.V.87 a,Hæc nimis antiqua et obsoleta sunt.Att.142 b, Igitur antiquissimæ cuiq; epistolæ primũ respõdebo. Qu.F.319 a, Antiquior dies in tuis erat ascripta literis. pro Rab. 95 b, Causam suscepisti antiquorem memoria tua.de Vn.198 b,Animus & ortu et uirtute est antiquior corpore.de Am. 101 a, Antiquior & pulchrior & magis à natura profecta causa amicitiæ.de Cl. 172 a, Sed multo tamẽ antiquior et horridior ille quàm Scipio.pro S.R.12 b,Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent,crediderũt. pro S.R.23 a, In qua muliere uestigia antiqui officij remanẽt.pro Cl. 33 b,Homines ex uetere illa disciplina iudiciorum.

Antistes,tis. primarius unius templi sacerdos. pro Do. 234 a, Vos qui estis antistites ceremoniarũ & sacrorũ, autorem habetis et magistratũ publicæ religiõis.de Ar. 246 b, Antistites sacrorum. de D.131 b, Cum antistitibus agamus,ut proferant.etc pro Dom.213 a,Alij antistites deorum immortalium, alij interpretes religionũ requirendi.de Or.102 a,Eum quærimus, qui sit eius artis antistes,cuius esse Deus putatur.

Antistita,tæ.I.V.223 b,& 226 b, Cereris sacerdotes atq; illius fani antistitæ. Sic enim legendum est,non antistites,autore Gellio & Prisciano. Significat enim fœminam sacerdotem.

Antisthenes,nis.de Or.148 b,Ab Antisthene,qui patientiam et duriciã in Socratico sermone adamauit Cynici.

Antitheton.Orat.213 a,Græci ἀντίθετα nominant, eis contrarijs contraria opponuntur. Id quod scis profectò nihil, id quod nescis obest.

Antium,oppidum.Att.24 a,Hinc Antiates. ibid. 26 a.

Antonianus,a,um.Ep. lib.12, Antonianæ leges.in Epistola Lẽtuli.et eodem libro, Antonianũ latrociniũ.l.V. Antoniana uetus dicendi ratio.sed id de Antonio illo Oratore.

Antoniaster, ab Antonio per contemptum factum nomen,ut ab olea oleaster,ut à pyro pyraster.Pro Varenо citante Prisciano.

Antronianus, a, um.At.li.1,Antroniana domus.

Anus,ani.Ep.240 a, Anum appellas alieno nomine, cui non suo potius!ma excrementorum uia.

Anus, anus. uetula mulier. Tusc. 214 b, Quæ est anus

tam delira, quæ ista timeat? de D.137 b,An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somnijs crederet?

Anxietas,tis. procliuitas ad angorem. Tusc. 214 b, Ex quo in alijs anxietas,unde anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ a b ira differt. Estq; aliud, iracundum esse, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij,qui anguntur aliquando,neque anxij semper anguntur, ut inter ebrietatem & ebriositatem interest.

Anxifer,a,um.quod anxietatem affert. de D. 85 a, Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas. Tus.179 b, Anxifери uertices.

Anxitudo,nis.anxietas.de Rep. li.2, Quartáque anxitudo prona ad luctum & mœrens,semperq; ipsa se solicitans. ex Non.

Anxius,a,um. qui natura procliuior est ad angorem. Tuscul.214 b, Non omnes anxij sunt qui anguntur aliquando,nec anxij semper anguntur.Tusc.216 a,Aegritudo anxia atq; acerba.de Sen.90 b,At sunt morosi,et anxij,& iracundi,& difficiles senes. At.38 a,Solicitus & anxius amor.de Fin.76 a,Anxio & solicito animo esse.Offic.15 a,Si quidem nec anxij futuri, & cum gratulatione constantiaq; uicturi.

Aonium,oppidum.At.82 a.

Apamea,æ.oppidum. At.76 b.& Ep.lib. 2. Cebij.

Apamensis,At. 82 a,30 a.

Apameus,a,um.alias Apianus. Ep.39.

Apage, & apagete. abigentis uox, & fastidientis aliquid.Epist.66 a,De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecatiõis diligentissimæ,apagete cum nostro Sexto Seruilio.

Apenninus,ni.mons Italiam intersecans. I. A. 244 b, Nũ idem in Apennini tramitibus potero facere?Ep.172 b, Antonius Apennino alpibusq; se tenet.I.C.109 b.

Aper,pri.syluester porcus.I.V. 222 b, Aiebant in labores, Herculis non minus hunc immanissimum Verrem quàm illum aprum Erymanthiũ referri oportere.Tusc. 219 b, Iratum'ne Herculem censes constixisse cum Erymanthio apro?

Aperio,ris. patefacio, palàm facio, illustro, aditum facio,emergo,refero,diduco,diuarico,resigno.de D. 96 a,& 122 b,In tẽplo Herculis uluæ clausæ repagulis subitò seipsæ aperuerunt. de N.54 b,Palpebræ aptissimæ & ad claudẽdas pupillas & ad aperiendas.pro Cl.31 a, Quæ in diuturna obscuritate latuerũt, si aperiã,ut ea cernere oculis uideamini. At.74 a,Epistolam aperui,legi. At.7 b,& 112 a,& rursus At.166 a,Aperire literas. et ib.Resignatæ literæ.de N.36 b,Stella tum delitescẽs, tum rursum se aperiens.& 36 a,Tum occultari,tũ aperiri.de Fin.68 a,Aperiendum est igitur quid sit uoluptas: aliter enim explicari quod quæritur non potest. Off.26 a,Verentur ne si quo casu euenerit, ut corporis partes quædam aperiantur,aspiciantur nõ decorè. I. A. 275 a,Cum mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum inuasit. de Fin. 55 a,Altera occulta quædam & quasi inuoluta aperiuntur, altera prompta et aperta indicantur. Of.44 b,Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris,ut eam benignitas aperire non posit:nec ita reseranda, ut pateat omnib.Ep.137 b,Dionysius Co

rinthi dicitur ludũ aperuisse.Ep.88 b,Tibi uirtus tua reditũ ad tuos aperuit.At.279 a,Nec in senatu sceleratissimorũ cõsiliorũ fontes aperire dubitaui. pro S. R. 39 a, quod postea aperietur. Anteq. 194 a, Aperuerunt non fortes esse se amicos,si,&c.ad Her.25 b,& 16 a,Aperire fontes penitùs abscõditos.I.A.262 a, Si de clementia, qua in alios usi sumus,aperiemus.Item: Multus apertus cursus ad laudẽ.Tusc.146 b,Multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus.de Or.91 b,Carneades uerò multo uberius ijsdẽ de rebus loquebatur, nõ quo aperiret sententiam suam(hic enim mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando)sed, &c.

Aperire,exponere,se ad solutionem paratum esse, ostendere.At.68 a, De Oppio factum est ut uolui, & maximè quod DCCC.aperuisti.Item 70 b,De Oppio bene curasti,quod ei DCCC.exposuisti.

Aperte, planè, non obscurè, non dissimulanter,rectè,)(. Circuitione.ex insidijs,tectè.I.V.69 b,Apertè palamq; dicere aliquid.pro Qu.R.52 a,Planius et apertius dicã. de Fin.67 a,Planè & apertè loqui.I.V.140 b,Apertissimè et planissimè explicare quidpiam.de Or.137 a, Ponere aliquid apertè falsum.de Cl.190 a,Numeri non apertè,sed dissimulanter concluси.Or.200 a,Non ex insidijs,sed apertè & palàm facere aliquid.pro Pl.226 a, Sed eum ipsum dolorẽ hic tulit paulo apertius. At. 227 b,Lætitiã apertissimè tulimus omnes.Att.276 b, Quæ uerba apertè indicant posse rationem haberi etiam nõ præsentis.At.9 a,Et tamẽ ab illo apertè,tectè, quicquid est datum, libenter accepi.

Apertus,a,um.patẽs,manifestus,planus,ante oculos positus.)(.Obscurus,occultus,insidiosus.de D.80 a,Aßyrij cœlum ex omni parte patens atque apertum,intuentur.I.C.104 a,Cum illum ex occultis insidijs in apertũ latrocinium coniecimus.Pro Pom.17 b,Multas simultates partim obscuras, partim apertas suscepi. pro Mur. 136 a, Atq; ille, ut semper fuit apertissimus,non se purgauit,sed indicauit.Pro Cl.27 a,Nemo unquã apertior in iudicium adductus est.de Nat. 26 b,Nihil potest esse tam apertum,tamq; perspicuum.At. 120 a,Apertus dolor.)(.Hebes dolor.de Am.114 a,Apertum pectus,ut dicitur,uidere & ostendere. Ep. 3 b, Quod iam omnibus est apertum.Par.116 b, In apertũ referre aliquod opus: id est,edere.pro Cec.285 b,Causa aperta & simplex.de In.48 b, Aperta et lucida narratio.I.V. 209 b, Statuerũt se nihil tã clausum neq; tã reconditũ posse habere, quod non istius cupiditati apertissimũ promptissimũq; esset.pro S.R.24 b,Vnum hoc sumo, quod mihi apertiũ tuũ scelus,resq; manifesta dat.Or.218 b,Dochimus iteratus numerum apertum, & nimis insignem facit.

Apex,cis.de Se.90 a,Apex senectutis est autoritas.i.summa dignitas.nam apex cuiusq; rei sastigiũ significat.de L.156 b, Nec dubito quin ab aquila Tarquino apicem impositum putent. id est, diadema,regis insigne.

Aphractum,cti. & Aphractus, cti. genus nauigij, quo Rhodij utebãtur. At.74 b, Nauigauimus tardius propter aphractorũ Rhodiorũ imbecillitatẽ. At.97 a, Aphractis cæterisq; lõgis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. At.96 b,Detraxit uiginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. L. Dicrorum.

Apiani legati.Ep.35 a.

Ἀπείρων,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ἀπέρατα, L. Infinitio.

Apis, pis. Off. 31 a, Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, sed cùm congregabilia natura sint, fingunt fauos. Tusculan. 186 b, Cum liquescimus fluimusq; mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. de Arusp. 249 b, et de D. 95 b, Si examen apum ludis in scenam uenisset. Officior. 35 a, Apes quorũ opere efficitur aliquid ad hominum usum atq; uitam.

Apisci. pro adipisci. Ep. 51 a, Sulpitij. & de Leg. 166 b, Apiscendi causa. At. Maris apiscendi causa.

Apis. de N.at. 17 b, Apis ille sanctus Aegyptiorum bos.

Ἀπόδειξις, demonstratio. l. Argumentum & demonstratio.

Apodyterium, rij. locus ubi balnearium ingressuri, se expoliabant. Qu. Fr. 318 a, In balnearijs assa, in alterum apodyterij angulum promoui. Qu. F. 319 a, Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alsius.

Apollinares ludi id est, Apollini dicati. Att. 34 a, & Philip. 10.

Apollo, inis. de N. 39 b, Iam Apollinis nomen est Græcum quem solem esse uolunt. & 71 a, Apollinum antiquissimus. et ibid. de Apollinib. multis. I. V. 228 a, Apollo Thesmotes, uel Temnites. pro Fon. 280 a, Hæ sunt nationes quæ quondam Delphos usque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ uexandum profectæ sunt.

Apollonia, niæ. urbs Macedoniæ. Attic. 273 b, Epist. 217 a.

Apollonienſis, se. pro Flac. 161 a, At. 301 b.

Apolloniates. Diogenes. de N. 8 a. I. P. 98 a.

Apollonicenſis. Att. 75 a, Apollonicensem Xenonem commendaui.

Apollonius, nij. de Or. 91 a, 95 b.

Apologus, gi. fabula in qua bruta animalia inducuntur loquentia. de Or. 133 b, Ad hoc genus adscribuntur etiam narrationes apologorum. de In. 47 b, & ad Her. 2 b, Ab aliqua re iam parta incipere, quæ uel apologũ, uel fabulam, uel aliquam contineat irrisionem.

ἀπορατικὰ. l. Negans.

Apophtegma, tis l. Dictum Epist 135 b, Sic audio Cæsarem cùm uolumina iam conficerit ἀποφθέγματων.

Apoproegmenon, id est reiectum.)(Proegmenon, id est, præpositum. de Fi. 93 a. l. Reiectus.

Apotheca, cæ. taberna, uel potius cella uinaria. In Vat. 31 a, Cum omnium domos, apothecas, naueisq; furacissimè scrutarere. I. A. 173 a, Apothecæ totæ hominibus nequissimis condonabantur.

Apparatè. Att. 222 a, Itaque edit & bibit ἀδελῶς & iucundè, opiparè sanè & apparatè. De Cæsare hoc dicit Cicero.

Apparatio, onis.)(Inapparatio, onis. Offic. 44 b, Magnificentia & apparatio popularium munerum. Ad Her. 3 a, Genus est narrationis, quod intercurrit nonnũquã aut fidei aut criminationis, aut alicuius apparationis, uel laudationis causa.

Apparatus, a, um. pro Sest. 25 a, & I. A. 159 b, Qui ludos apparatissimos magnificentissimosq; fecit. ad Her. 3 a, Quod nimium apparatis uerbis compositum est. de In. 54 a, Domus omnibus rebus instructa & apparata.

ad Her. 3 a, Vt non apparata oratio uideatur.

Apparatus, tus. apparatio, instrumentum, magnificentia. Of. 7 a, Delectãt etiam magnifici apparatus, uitæq; cultus cum elegantia et copia. Or. 204 b, Apparatus epularum à magnificentia recedens. de Som. 127 b, Post autem regio apparatu accepi, &c. In Vat. 35 a, Omitto festũ diẽ argento, ueste, omni apparatu ornatuq; uisendo. I. A. 179 b, Quid prandiorum apparatus proferam? Ep. 95 a, Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. de Cl. 189 b, Præcepta, quæ maiorem habent apparatum. de N. 6 a, Omnis totius orbis designatio et apparatus. de Or. 104 b, dixit Qu. Mutius more suo, nullo apparatu purè & dilucidè.

Appareo, es. uideor, compareo, adsum, exto, existo, constat, eluceo, emineo, in conspectu relinqui, in conspectu esse, speciem offero, speciem præ me fero, speciem habeo in conspectum me do. de D. 122 a, Anguis ille, qui Syllæ apparuit immolanti. Ep. 162 a, Cum equites Antonij apparuissent. pro S. R. 38 b, Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & abscõditur, eo magis eminet & apparet. de Clar. 171 b, Itaq; exaruerunt uix iam ut appareant. pro Clu. 48 b, Quid cæteri, quos apparere huic quæstioni uideo, uoluntis? pro Syl. 167 b, An uerò in quibus subsellijs hæc ornamẽta reip. uiderem, in his me apparere nollem? pro Fl. 152 a, Nulla ut spiam prædonum nauis apparuit. Ep. 74 b, Quid reciũ sit apparet, quid expediat incertum est. de N. 9 b, Ita fit ut deus ille nusquam prorsus appareat. de Clar. 137 b, Aulus Porcinna fuit, ut apparet ex orationib. scriptor sanè bonus. Or. 204 b, Idq; apparet ex genere et granditate uerborum. Item: Aliquid manifestè deprehensum apparere. Epis. 15 a, Illud odiũ omne repentè apparuit. pro Fla. 155 a, Si ue hoc Romæ conflictum est, ut apparet siue missum domo est, ut dicitur. de N. 29 b, Hoc si quis quærat unde habemus, apparet quod à terra sumpsimus. Ep. 52 b, De quo quid sentiã, nihil attinet dicere, cum app. reat ipse quid fecerim. de Orat. 91 a, Tamen apparet atq; exstat, utrũ simus earũ rerum rudes, an didicerimus. de Or. 88 a, Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ usum apparet? At. 288 a, Tamen illud apparebit, uerba rebus esse contraria. de D. 137 a, Equus in quo uehebar, mecum unà demersus, rursus apparuit. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum. Parad. 116 b, Quoniam illud maiorum uigiliarum opus in tuo nomine apparuit. de Finib. 95 a, Membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem uiuendi data esse appareant.

Apparitio, onis pro officio apparitoris. Ep. 223 b, Quòd in longa eius apparitione singularẽ eius fidem abstinentiamq; cognoui.

Apparitor, oris, satelles, stipator, minister. I. V. 160, b, Mittit ad eum Venerios, id est, apparitores à prætore assignatos. Qu. F. 292 a, Si lictor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor. I. A. 176 b, Quis unquam apparitor tam humilis, tam abiectus?

Apparo, as. comparo, paro. I. V. 210 a, Ornare & apparare conuiuium. pro Pomp. 11 a, Pompeius extrema hyeme bellũ apparauit, ineũte uere suscepit, media æstate confecit. Quint. Frat. 309 a, Crimina quæ in Sestium apparabantur. I. A. 205 a, Facilius apparabitis ea quæ necessitas

necessitas flagitat. pro Mil. 106 b, Qui iter illud ad cædem faciendam apparasset. Qu. Frat. 327 b, Is ludos apparat magnificentissimos, sic inquam, ut nemo sumptuosiores. ad Heren. 1 b, Animus iudicis constituitur uel apparatur ad audiendum. & 7 b, Nunquid apparuit: id est, parauit.

Appellatio, onis. compellatio. pro R. P. 124 b, Quæ appellatione litium? in qua Posthumi mentio facta nulla est. de Clar. 188 b, Lenis appellatio literarum. id est, pronunciatio. pro Dom. 239 a, Regum appellationes uenales erant. pro Qu. 12 a, Videtur'ne intercessisse appellatio Tribunorum?

Appellator, oris. In Verr. 234 a, Nihil ægrius factum multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abstinerentur.

Appello, as. nomino, nuncupo, usurpo, dico, perhibeo, uoco, inuoco, debitum peto, compello, alloquor, aliquẽ nomine affari. de N. 70 b, Hunc Aegyptij Thoyt appellant. de Vn. 201 b, Iupiter, Iuno, & reliqui quos fratres inter se agnatosq; ipsurpare & appellare uidemus. pro Cec. 295 b, Seruos nõ numero distinguunt, sed appellant uno familiæ nomine. et ibid. De liberis quisquis est, pro curatoris nomine appellatur. Epist. 29 b, Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, nomenq; imperij quo appellor. I. A. 252 a, O Spartace: quem enim te potius appellem? Ep. 240 a, Appellare rem suo nomine. de Vn. 200 b, Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neq; nomen appellant, neq; inter se numero commetiuntur. Tus. 232 b, 233 a, Ex maiore parte unaquæq; res appellari spectarique debet. pro Clu. 32 a, Tum appellat hilari uultu hominem Balbus, ut blandissimè potest, Quid tu, inquit, Pacete? Quint. Fr. 312 b, Tu ut me & appelles, & interpelles, & colloquare, et obloquare uelim. I. A. 246 b, Salutare benignè, comiter appellare unumquenq;. de Leg. 191 b, Ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet. Of. 42 b, Appellare milites blando sermone. Antequàm. 195 a, Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. de Or. 126 b, Cum ego illum crebrò appellans collegam ei suum commendarem. de In. 72 a, Appellare nomen alicuius identidem. I. A. 158 b, Te autem M. Antoni absentem appello, non'ne, &c. pro Cl. 31 a, Te appello Oppianice, te T. Acti, audere negare, &c. pro Mur. 143 b, Te appello Cato, non'ne prospicis? &c. I. V. 195 b, C. Marcelle te appello, num? &c. pro Pom. 5 b, Appellare aliquem superbius. contra Rul. 78 b, Appellare aliquem asperius. I. V. 178 a, Appellare aliquem uerbo grauiore. de Orat. 105 a, Vt enim tristem Galba uidit, nomine appellauit. & Acad. 4 b, Me autem nomine appellabat. Attic. 77 a, Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est. Attic 77 a, Qui rex ab senatu est appellatus. Epist. 23 b, Ita uictoria iusta imperator appellatus apud Issum. Ep. 3 a, Quòd tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisq; perspexerim. Ep. 61 a, Is cum agere cœpisset, tertio quoq; uerbo orationis suæ me appellabat. Ep. 15 a, Quidam homines, & iidem illi, quos sæpe nutu significationeq; appello. pro Flac. 166 b, Qui etiam me uultu appellat ac repetit etiam, &c. Ep. 84 a, Cæsar nũquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat. Epis. 255 a, Tu mi Treboni, quo tolerabilius feramus ignicu-

lum desiderij tui, crebris nos literis appellato. de Legib. 164 a, Quæ si appellare audent impij, quo tandem studio colentur à bonis. pro Fla. 146 b, Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? I. V. 274 b, Vos etiam imploro atq; appello sanctissimæ deæ. pro S. R. 31 a, Te nunc appello P. Scipio, meministi'ne? etc. pro Qu. 17 b, Sin, &c. quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides implorãda est? pro R. P. 124 a, Neminẽ unquam quò ea pecunia peruenisset causam dixisse, qui in æstimãdis litibus appellatus nõ esset. In litibus autẽ nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, etc. pro Quim. 18 a, Ab omni magistratu agitatus, quem præter te appellet, habet neminẽ. pro Cœc. 295 a, Aedes, quæ in lege non appellantur. Offic. 18 a, Cauendum est ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. pro Cl. 21 a, Hæc omnia nisi perspexeritis in causa, temere à nobis illam appellari putatote. I. A. 174 a, Appellatus es de pecunia, quam peo sectione debebas. At. 78 b, De Attiliano nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalã. contra Rul. 86 b, A me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis. Att. 189 b, Cocceium uelim appelles, quod enim dixerat non fecit. pro Qu. 7 a, Cum tibi quotidie potestas fuisset admonendi, uerbum nullum facis: biennio iam ferè appellas. Ep. 266 b, Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur, appellabis etiam Appiam. Att. 6 a, Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. At. 5 a, Tulliola tuum munusculum flagitat, me spõsorem appellat. de Cla. 166 b, Videor enim iam te ausurus esse appellare, quoniam, &c. Att. 261 a, Possumus enim ut sponsores appellemus, procuratores introducere. pro Quin. 11 b, Cuius procurator à prætore ad Tribunos appellare ausus sit. I. V. 233 b, Atq; adeò cum iam discessio facta esset, prætor appellatur. & ibi. Quis igitur prætorem appellat? qui quæstor isthuius fuerat Cæcilius. I. V. 35 b, Appellasti Tribunos plebis, ne causam diceres. pro Planc. 246 a, Appellaui populum, tribubus me submisi. pro Qu. 5 a, Appellantur Tribuni, à quibus cum esset certum auxilium petitum, tamen, &c. de Cl. 176 b, Nam de sono uocis & suauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouisti, noli expectare quid dicam.

Appello, lis. applico. I. V. 85 b, Cum Persæ mille numero nauium classem ad Delum appulissent. et 248 b, Appellitur nauis Syracusas. & 244 b, Nauis appulsa Veliam est. & 250 a, Quos in Siciliam appulsos esse nauigijs dicebat. & 224 a, & 265 b, Classe ad eum locum appulsa. At. 210 a, Cum ad uillam nostram nauis appelleretur. de Or. 122 b, Timidè tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad Philosophiam appulisti. pro Rab. 95 b, Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titij afflictam nauem uideres. de D. 89 b, Visus est in somnis pastor ad me appellere.

Appendicula, læ. corollarium. pro R. P. 123 b, Est enim hæc causa, quò ea pecunia peruenerit, quasi quædã appendicula causæ iudicatæ atq; damnatæ.

Appendix, cis. additamentum, corollarium. In Hort. Vidit enim quod uidendum fuit, appendicem animi esse corpus.

Appendo dis. pendo, annecto. l. Appensus. I. V. 212 b, L. Piso aurifici palàm appendit aurum. pro S. R. 42 b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnia sua tibi concesit, adnumeravit, appendit. I. A. 278 b, Tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut iam appendantur non numerentur pecuniæ. de Opt. 244, Non uerba me annumerare lectori putaui oportere, sed tanquam appendere.

Appensus, a, um. Tusc. 240 a, Gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

Appetens, tis. auidus, cupidus. pro Pom. 5 a, Quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes atq; auidi laudis fuistis. de Am. 105 b, Nihil est tam appetẽs similium sui, nihil rapacius quàm natura. de Or. 125 a, Gratus animus non appetens, non auidus. Tusc. 187 b, Studiosissimus appetentissimusq; honestatis. contra Rul. 70 a, Homo cupidus atq; appetens.

Appetentia, tiæ. Tusc. 212 b, Libido efficit effrenatam appetentiam.

Appetitio, onis. Græcè ὄρεξις. (. Declinatio. de Fi. 95 a, & 117 a, Appetitio animi, quæ Græcè ὄρεξις dicitur. Of. 36 b, Appetitiões, quas Græci ὀρμὰς nominãt, obediẽtes efficere rationi. de N. 37 b, Natura mundi habet motus uolutarios appetitionesq;, quas Græci ὁρμὰς dicẽt. Tusc. li. 4, Eiusmodi appetitionẽ Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus uoluntatem. Of. 3 b, Huic ueri uidendi cupiditati adiuncta est appetitio quædã principatus. de N. 69 a, Appetitio & declinatio naturalis in animali. Offi. 59 a, Detractio & appetitio alieni. de Diuin. 90 a, Et magi dixerunt, ex triplici appetitione solis XXX annos Cyrum regnaturum esse portendi.

Appetitus, a, um. tentatus, expetitus, uexatus. l. Appeto. pro Qu. 18 a, Quintius è fundo ornatissimo deiectus, ignominijs omnibus appetitus, nihil alienum tamen uita superiore commisit. pro S. R. 23 a, Vita eius sæpe ferro insidijsq; appetita.

Appetitus, tus. appetitio, appetentia, impetus, ὁρμή. de N. 50 a, Natura dedit belluis & sensum & appetitum, ut altero conatum haberẽt ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera à salutarib. de N. 32 b, Natura belluis dedit sensum & motum, et cum quodam appetitu accessum ad res salutares. & ibid. Ratio quæ reguntur animi appetitus. Of. 20 b, Duplex est uis animorũ atq; naturæ. una pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμή Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumq; sit. ita fit ut ratio præsit, appetitus uerè obtẽperet. Offic. 26 b, Motus animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. Cogitatio in uero exquirendo maximè uersatur, appetitus impellit ad agendũ. de D. 95 a, Pars animi, quæ sensum, quæ motũ, quæ appetitũ habet. Of. 35 a, Animalia quæ habent suos motus & rerũ appetitus. & 21 b, Si quis est paulò erectior, occultat & dissimulat appetitum uoluptatis. Of. 20, Appetitus rationi sunt subiecti lege naturæ. & ibid. Efficiendũ est, ut appetitus rationi obediant. & 26 b, Appetitũ rationi obedientẽ præbeamus. & 3 a, Commune animantium omniũ est coniunctionis appetitus. & 21 a, Contrahere & sedare omnes appetitus.

Appeto, tis. requiro, expeto, asciſco, apprehendere conor. (. Declino, depello, aspernor. I. V. 218 b, Nõ alienã mihi laudẽ appeto. contra Rul. 78 a, Nihil sibi appetit præcipuè Põpeius. I. V. 228 a, In hac partitiõe ornatus

nõ plus uictoria Marcelli populo Rõ. appetiuit, quàm humanitas reseruauit. pro Sest. 15 b, Ea sibi ille nõ colẽdi, sed uiolandi causa appetierat. de N. 52 a, Animalia moueri, & sentire, & appetere possunt. & 66 a, Appetuntur quæ secundã naturã sunt, declinantur cõtraria. pro S. R. 26 b, Suos agros studiosè colebãt, nõ alienos cupidè appetebãt. de Or. 154 b, Multũ illi de præclarissimis artib. sibi appetierunt. cõtra Ru. 85 a, Nõne arbitramini paucis annis fuisse cõsulũ nomẽ appetituros? Of. 7 b, Cũ utriq; separatim locutus est, ne cupidè quid ageret, nec appeteret, atq; ut regredi quàm progredi mallẽt. de Am. 111 a, Deinde requirũt atq; appetũt ad quas eiusdẽ generis se applicẽt animãtes. Ac. 125 a, Genus illud Syllani regni iampridem appetitur, multis qui unà sunt cupientibus. de L. 180 b, Quid est quod ad ius pontificium ciuile appetatis? Attic. 273 b, Qui ex Asia fugere dicebatur, Europã conatur appetere. I. A. 167 a, Hunc uel ipsi parietes affari atq; appetere uidẽtur. pro Syl. 182 b, Graue si appetimus aliqd, etc. I. A. 190 a, Hoc nõ modò nõ recuso, sed appeto etiã atq; deposco. de Ar. 245 a, Is inimicitias non solùm suscepit propter salutẽ meã, sed etiã appetiuit. de Fin. 54 b, & 55 a, Omne animal simulatq; natum est, uoluptatẽ appetit, eáq; gaudet ut summo bono, dolorẽ aspernatur ut summũ malũ, & quantum potest à se repellit. pro Mil. 121 a, Ego inimicitias potentiũ pro tẽ appetiui. de D. 126 a, Puer lactens, mammã appetẽs. de D. 90 a, Is ter solem frustra appetiuit manibus, cum se cõuoluens ille elaberetur. de N. 46 a, Mare terram appetens litoribus eludit. pro D. 215 b, A' quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dixit. pro Pl. 274 b, Vitã meam inimicorũ modestia non esse appetitã. pro S. R. 23 a, Filij uita infesta sæpe ferro atq; insidijs appetit. I. P. 94 a, Hic non fugit eius amicitiam cum esset præsertim appetitus. de Sen. 90 a, Salutari, appeti, decedi, assurgi, &c. pro Dom. 233 b, M. Manlius regnum appetisse est iudicatus. pro D. 233 a, Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata. pro Mil. 115 a, Sp. Melius in suspicionẽ incidit regni appetendi. de Sen. 89 a, Appetere & occupare regnum. I. A. 182 a, Qui propter suspicionem regni appetendi sunt necati. et ibi. In regnũ appetentum impetum fecerunt.

Appingo, gis. At. 27 b, Epistolã superiorem restituo nobis, & appinge aliquid nouitiè est, adde, adiunge.

Appius, Claudius Cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, uiam muniuit, pro Cæl. 44 b.

Appias, appiados. ab Appio. Ep. 30 b.

Appietas, atis. Ep. 36 a, Vllam Appietatem, aut Lentulitatem ualere apud me plus, quàm ornamenta uirtutis existimas: id est, ullam Appij aut Lentuli nobilitatem.

Applauditur, impersonale. pro Sest. 25 a, Cui generi ciuium maximè applauditur.

Applaudius, us. fauor popularis. de D. 130 a, Ennius, qui magno applausu loquitur, assentiente populo, &c.

Applicatio, onis. adiunctio animi. de Am. 101 a, A' natura mihi uidetur potius, quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione, quantum illa, &c. de Or. 99 b, Ius applicationis.

Applico, as, applicui & applicaui, confero, adiungo, appello. Off. 23 b, Itaq; se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile applicant. Acad. 16 b, Ad hanc potissimũ philosophiam me applicaui. de Fi. 72 b, Voluptas non potest ad honestatem applicari. de Or. 113 b, Qui ad scribendã historiã maximè se applicauerunt. de In. 67 a, Ante rem erit, quòd in itinere se tam familiariter applicauerit. de Cla. 194 a, Meq; ad Molonẽ applicaui. pro Clu. 31 b, & 27 a, Oppianicus se ad Staleni familiaritatẽ applicauit. I. V. 109 a, Sicilia se ad amicitiam, fidẽ populi Rom. applicuit. de Amic. 105 b, Applicare & adiungere se ad uirtutem. de Fat. 148 a, Chrysippus medium se fieri uoluit, sed applicat se ad eos potius, qui, &c. Ep. 43 b, Omnes uires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. de Fi. 113 b, Omne animal applicatum est ad se diligendum, & ad id quod in eo est optimũ. de Am. 102 a, Quam qui appetunt, applicant sese & propius admouẽt. de Am. 111 a, Deinde requirunt atq; impetunt, ad quas se applicent eiusdẽ generis animãtes. I. A. 165 b, Si ille ad eam ripam quam constituerat, non ad contrariam nauim applicuisset. ad Her. 13 a, Fortuna nihil cernit, quò sese applicet. de In. 81 b, Nautæ nauim ad eum applicauerunt. de Or. 99 b, Cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset. Tusc. 243 b, Indi cum ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur.

Applicatus, a, um. de In. 50 b, Occupatio uehemens ad aliquam rem magna cum uoluntate applicata. & de Fi. 113 b. l. Applico.

Appono, is. affingo, adscribo, addo. I. P. 95 a, Aristarchus, qui notam apponebat ad malum uersum. Epist. 205 a, Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum cõuenit. de In. 63 b, Caupo alterius gladium propè appositum è uagina eduxit. I. V. 105 a, Omnes illæ columnæ machina appositæ, nulla impensa dejectæ. Brut. 91 b, Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. I. V. 241 a, Reticulumq; ad nares sibi apponebat, plenum rosæ. Off. 64 a, Non licitatorem uenditor, nec qui contrà se liceatur, emptor apponet. I. V. 91 a, Accusator apponitur ciuis Rom. & 113 b, Verres caricatorem. I. V. 104 b, Apponere mancupem in locatione. I. V. 211 a, Argentum illi cæterum purum appositum, ne purus ipse relinqueretur. Tusc. 246 a, & 226 a, Xenocrates adduxit legatos ad cœnam in academiam, ijs apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. I. V. 211 a, Is cœnam isti dabat, apposuit patellam in qua sigilla erant egregia. Att. 87 a, Quid te in uasis fictilibus appositurum putem? At. 224 b, Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Epist. 136 b, Volo enim uidere animum, qui mihi audeat ista quæ scribis, apponere.

Apporto, as. affero. I. V. 87 b, I. P. Seruilius ornamenta hostium populo Rom. apportauit. I. V. 191 a, Apportare frumentũ ad difficillima loca. I. V. 261 b, Quæ non ab hostib. uictis capta et apportata sit. Off. 30 b, Mercatura magna & copiosa multa undiq; apportãs, etc. de Sen. 82 a, Ex Cæcilio, Senectus apportat secum multa uitia.

Appositè, aptè, accõmodatè. de In. 43 a, Dicere appositè ad persuasionem. & ibi. Curare appositè ad sanandum.

Appositio, onis. Parad. 117 a, Sed hæc uideri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentius disputantur.

Appositus, a, um. aptus, accommodatus, propinquus, finitimus. de D. 97 a, Noctu lumine appositio nutrix animaduertit puerum, &c. de In. 82 b, 83 a, Propter se fugienda sunt etiam illa, quæ propinqua uidentur ac finitima esse, absunt autem longissimè, quod genus fidentiæ contrarium est diffidentiæ: audacia autem non contrarium, sed appositum ac propinquum est. de In. 76 a, Loci appositi ad præmij quæstionem. de In. 77 a, Si quid ad id appositum sit, quod nos interpretemur. ad Her. 39 a, Forma apposita ad dignitatem. I. V. 82 a, Menses tres ad dicendum maximè appositos mihi eripuistis. Att. 45 a, Locus minimè appositus ad tolerandam calamitatem. I. V. 229 b, Operarius appositior ad deferenda, quàm ad auferenda signa. et 257 b, Homo bene appositus ad istius audaciam. At. 123 a, Cætera apposita tibi mandabo. Qu. Fr. 307 a, Habet quiddam Sardinia appositum ad relegationem præteritæ memoriæ.

Apprehendo, is. arripio, appeto. de N. 50 a, Vites claviculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. pro Qu. 18 a, Ipsius S. Nævij lachrymans manum apprehendit. de N. 12 b, Atomi cohærescunt inter se, & aliæ aliis apprehendentes continuantur. Attic. 160 a, Necesse est istum apprehendere historias. de Or. 148 a, Ex Socratis disputationibus uarijs, alius aliud reprehendit. pro Cl. 28 a, Quicquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat è manibus.

Apprimè, ualde, multum, perquàm. de Fin. 97 a, Id apprimè rectissimè dicitur.

Approbatio, onis. comprobatio. de Cl. 181 a, Id uulgi assensu & populari approbatione iudicari solet. Acad. 10 b, Nunc de assensione atque approbatione quam Græci συγκατάθεσιν uocant, pauca dicemus. Tusc. 175 b, Efficit eloquentiæ est audientium approbatio. de Cl. 189 b, Præsertim tantis plausibus, tanta approbatione infirmorum. Off. 20 a, & 29 a, Sic hoc decorum mouet approbationem eorum, quibus cum uiuitur. de In. 55 a, Approbatio est, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum probabilius & apertius fit.

Approbator, oris. autor, comprobator. Attic. 256 a, Quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Item: Cn. Pompeius qui uoluit me sui factì, sui iudicij, sui beneficij esse & prædicatorem & autorem.

Approbo, as. comprobo, laudo, autoritatem alicui rei tribuo, fidem alicui rei tribuo, asciſco. Ac. 24 a, Hoc negas & te nosse, nec approbare, nec improbare. Qu. Fr. 324 b, Ego meum consilium uehementer approbo. pro Ar. 290 b, Milites magno illud clamore approbauerunt. Qu. Fr. 306 b, Approbare sententiam alicuius. pro Sest. 19 b, Cn. Pompeius approbauit ac laudauit sententiam Cottæ. I. P. 80 b, Populus meum iusiurandum una uoce & consensu approbauit. pro Deiot. 149 a, Si hoc à tanta autoritate approbatum fuerit. At. 97 a, Id etiam uidebatur approbare quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse, &c. de Fi. 96 a, Quo posito & omnium consensu approbato illud assumitur. Epist. 15 a, Dijs hominibusq; approbantibus. Attic. 95 b, Id quidem, inquis, dijs approbent ita uelim. Epist. 26 a, Quod actum est, dijs approbent. I. V. Act. 1, Non uereor, ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Appromitto, is. Att. 68 a, De Oppio factum est, ut uoluit, & maximè quod DXX appromisisti. aliàs, aperuisti: & rectius.

Appropero, as. propero. At. 58 b, Lucium q; ut approperet, adhortabor. pro Mil. 110 a, Quem diem ille nisi ad cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquisset. Qu. Frat. 313 a, Adduc, si me amas, Marium, sed approperate.

Appropinquatio, onis. de Sen. 91 a, Appropinquatio mortis. de Fin. 132 a.

Appropinquo, as. accedo, aduento, propè accedo, propius accedo, proximè accedo, propè sum, propius sum, adsum, propè adsum, propius adsum, uicinus sum ad faciẽdum aliquid, admoueo, propius admoueo, impendeo, pedem confero, ut aiunt, subsum.)(.longè absum. Qu. F. 327 a, Sed eius rei maturitas nondũ uenit, & tamen iam appropinquat. I. C. 106 b, Quibus ego confido impendêre fatum aliquid, aut instare iam planè, aut certè iam appropinquare. & 115 a, Totius urbis occasus appropinquat. Epi. 120 a, Sed tamen cum appropinquare tuus aduentus putaretur, magnitudo rei fecit, ut, &c. & 52 a, Quanquam sperabam tuum aduentum (sic enim audiebam) appropinquare. pro Clu. 58 a, Cum appropinquare huius iudicium ei nunciatum esset. de Fin. 131 b, Quis est enim, cui mors cum appropinquet, non refugiat, etc. de Fin. 120 b, Propius esse eos ad respirandũ, qui ad summam iam aquam appropinquant. de Finib. 200 a, Nec catulus ille, qui iam appropinquat ut uideat, plus cernit, quàm is qui modò est natus. I. A. 193 a, Illi pœna, libertas nobis appropinquat Cæsar. 44 a, Hos item alij ex primis proximis nauibus cum conspexissent, subsecuti hostibus appropinquarunt.

Appulsus, us. de N. 7 a, Pars terræ appulsu solis exarsit.)(.longinquo solis abscessu obriguit. de N. 56 b, Vt omnes ictus omnesq; nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. de Nat. 54 b, Tactus omnes appulsus nimios & frigoris & caloris sentit. de D. 94 a, Tribus modis deorum appulsu homines somniant.

Apricatio, onis. Att. 108 b, Vnam meherculè tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istiusmodi regna. de Se. 89 a, Calescere uel apricatione uel igni.

Apricor, aris. ad solem maneo. Tusc. 24 b, Diogenes Alexandro roganti ut diceret, si quid sibi opus esset: Nunc quidem paululum, inquit, à sole absis. offecerat uidelicet apricanti.

Apricus, a, um. ad solem apertus. Epist. 263 b, Helluo nequissimus H S. CC. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. Part. 233 a, Locus apricus.)(.locus opacus.

Aprilis, is. l. Mensis.

Aptè, appositè, accommodatè, congruenter. de Finibus 100 a, Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire. de Or. 163 b, Oculi sunt quorum tum intentione, tũ remissione, motus animorũ significemus aptè cum genere ipso orationis. Part. 232 a, Dicere aliquid ad tempus aptè. Of. 29 b, Facilè iudicabimus quid eorum aptè fiat, quidq; ab officio naturaq; discrepet. de Or. 96 b, Loqui ad rerum dignitatem aptè & quasi decorè. Orat. 218 b, & 220 a, Aptè numeroseq; dicere. de Orat. 146 a, Vt ad

id quodcunq; agetur, aptè congruenterq; dicamus.

Apto, as. de Or. 157 b, Hoc uerbum est ad id aptatũ, quod antè dixerat. id est, accommodatum.

Aptus, a, um. accommodatus, appositus, conueniens, congruens, quod decet, constitutus, habilis, idoneus, consentaneus. I. V. 135 b, Reperiebam hunc ad istius libidines natum atq; aptum fuisse. de Or. 93 a, Cùm te unum ex omnibus ad dicendum maximè natum aptumq; cognossem. Par. 234 b, Actio congruẽs & apta ad animos permouendos. de Op. 244 a, Verba apta ad nostram consuetudinem. At. 121 a, Vir minimè aptus ad docendũ. pro Mil. 114 b, Simulatio apta ad tempus. Attic. 147 b, Ad eam rationem existimabam satis aptam esse naturam & personam meam. Or. 216 a, Pœan minimè est aptus ad uersum. de Nat. 54 b, Palpebræ aptissimæ factæ & ad claudendas pupillas & ad aperiendas. pro Mil. 111 a, Vtri locus ad insidias aptior fuerit. de N. 76 b, Cum id pallium esse aptum ad omne anni tempus diceret. Tusc. 149 a, Nõ eruditus, sed tamen aptus ad dicendum. de Or. 85 a, Explicatio apta ad id quod requiris. de Ora. 105 a, Calceis Sicyonijs nõ uterer, quamuis essent habiles atq; apti ad pedem. de D. 127 a, Prædicere ad quam quisq; maximè rem aptus futurus sit. Ep. 53 b, Qui locus ad exulandum est aptissimus. de Am. 99 a, Nihil est tam aptũ, tam conueniens ad res uel secundas uel aduersas, quàm amicitia. de N. 35 a, Epicurus homo non aptissimus ad iocandum. & 34 a, Ossa commissuras habent & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas. de Fi. 116 b, Initia apta & accommodata ad naturam. Ep. 34 a, Est ille aduentus ad multas res mihi minus erat aptus. de Fi. 107 a, Ita nati sumus, ut communiter ad uirtutem apti simus. Part. 228 b, Omnes illi loci, quos suprà diximus, ad plerasque sunt, sed alij ad alias quæstiones apticres. Qu. F. 305 b, Quod certè & ad honestatem, & ad effugiendos dolores fuit aptiss. mum. Tusc. 193 b, Animus conturbatus non est aptus ad exequendũ munus suum. Tusc. 167 a, Cum id non habeas quod tibi nec usu nec naturâ aptũ sit, non careas, etiam si sentias te nõ habere. Of. 20 b, Neq; enim solum corporis qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt. de Cl. 185 a, Aptior enim Palicanus aurib. imperitorũ. et 195 b, Hæc genera dicendi aptiora sunt adolescentib. At. 196 a, Huic meo consilio nihil est isto loco aptius. Of. 3 b, Quod uerum simplexq; est, id est naturæ hominis aptissimũ. At. 41 a, Aut enim huic ætati hoc maximè aptũ est, aut ijs reb. si quas dignas laude gessimus, hoc in primis cõsentaneũ. Or. 205 b, Decere quasi aptũ esse cõsentaneumq; tẽpori & personæ. I. A. 183 a, In sortitione prouinciarũ, quæ cuiq; apta erat, ea cuiq; obuenit. Of. 16 a, Nec histrionibus cedendũ est, ut his hæc apta sint, nobis dissoluta. de Or. 169 a, Hunc ille numerũ clausulis aptũ putat. In Sal. 277 a, Cylones nulla in parte castris apti. de Or. 162 b, Nunc quid aptũ sit. i. quid maximè deceat in oratiõe, uidemus. de Se. 78 b, Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesq; uirtutũ. At. 217 a, Nihil fieri potest nec cõmodius nec aptius quàm ut scribis. Of. 29 a, Ordo est compositio rerum aptis & accõmodatis locis. Of. 26 a, Quẽadmodũ in oratiõe constãte, sic in uita omnia sint apta, & inter se conuenientia. de L. 167 b, Ex natura ui

uere summum bonum est. id est, uita modicè & aptè uiuere perfrui. de Or. 147 b, Si sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominem. Parad. 120 b, Vita quæ omni gestu moderatior, & omni uersu aptior esse debet. de Or. 96 a, Neminẽ nec motu corporis, nec ipso habitu atq; forma aptiorem uidi.

Aptus, cohærens, connexus, coniunctus. de N. 60 a, Balbus multa dixit, etiam si minus uera, tamen apta inter se & cohærentia. In A. Orbes uincti inter se, & nodis cœlestibus apti. pro Cec. 295 a, Non ex uerbis aptũ pendêre ius. de Fat. 147 a, Si ea causa non ex æternis causis apta dicatur. Tusc. 235 b, Nam cui uiro ex seipso apta sunt omnia quæ ad beatè uiuendum ferunt, nec suspẽsa aliorũ aut bono casu, aut contrario, pendêre ex alterius euentis, & errare coguntur, huic, &c. de Or. 113 b, Thucydides uerbis aptus & pressus. Part. 242 a, Tanta series artis est, sic inter se sunt pleraq; connexa & apta, ut, &c. Para. 118 b, Is beatissimus est, qui est totus aptus ex sese, qui in se uno sua ponit omnia. de Fin. 118 a, Est apud illos ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta & connexa. de In. 67 a, Hæc & illa inter se apta sunt. Or. 220 a, Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata connectere. de Vn. 202 b, Qui rectè uixerit, ad illud astrũ, quo cum aptus fuerit, reuertetur. Et ibid. 197 b, Qua ex constitutione cœlũ ita aptũ est, ut sub aspectũ et tactũ cadat.

Apud, prope, ad. Atti. 131 a, Cæsar apud Corfinium castra posuit. de In. 78 a, Hostes prope muros castra habent. Att. 150 a, Ad murum castra posui. Ep. 244 a, Apud oppidum Cybistra castra feci. & ibi. Ad Cybistra quinq; dies commoratus sum. et alibi, Curio fuit ad me sanè diu. contra Rul. 62 a, Agri in Hispania apud Carthaginem nouam. de Or. 109 b, Cum etiam tum Crassus in lecto esset, & apud eum Sulpitius sederet? Epistol. 15 b, Crassus cum mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassi pedis hortis. At. 67 b, Si me amas, apud me cũ tuis maneas. Att. 71 a, Pompeius à me petierat ut secum, & apud se essem quotidie. Ep. 3 a, Eo die casu apud Pompeium cœnaui. Attic. 60 b, Malo tecum apud te ambulare, quàm cum eo, quo cum uideo esse ambulandum. de Or. 103 a, M. uerò Scaurus, quem nõ longè ruri apud se esse audio, ità credo huc ueniet. apud se, id est, domi suæ. Ep. 229 a, Apud eum sic Epheſi fui, quotiescunq; fui, tanquã domi meæ. pro Sest. 12 a, Eiusq; uitæ à me insidias apud me domi positas esse dixerunt. de Leg. 178 a, Alexander in Cilicia deposuisse apud solem in delubro pecuniã dicitur. Qu. Fr. 318 a, Apud herum rectè erat. Att. 4 b, Apud matrem rectè est. & ibidẽ, Apud te est, ut uolumus. Tusc. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. At. 96 b, Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates posſim relinquere. de Inuẽt. 52 a, Impijs apud inferos pœnas esse præparatas. de Dom. 90 b, Apud Agathoclem scriptum in historia est, eum, &c. de Fi. 131 a, Vt ille apud Terentium, qui decreuit, &c. de Fi. 74 b, Apud cæteros philosophos qui quæsiuit aliquid, tacet. de Ora. 100 a, Quæsitum est apud maiores nostros, num, &c. de Off. 61 a, Vt Petronius apud patres nostros, Papius nuper. pro Mur. 142 a, Fuit eodem ex studio uir eruditus apud patres nostros Quin. Tubero. pro Dom. 233 b, Vt apud posteros nostros cõiurationis autor fuisse uideatur. Off. 12 a, Non compellar præmijs, quæ apud me minimum ualent. At.

142 b, Plus apud me ualere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem uolo. pro S. R. 19 b, Qui apud me & amicitia, & beneficijs, & dignitate plurimum possunt. pro R. P. 129 a, Tum sub inuisum apud maleuolos Posthumi nomen. de Or. 92 b, Apud mediocres homines ex cõmuni quadam hominum opinione dicere. Att. 54 a, Secuta est contentio de domo nostra, diximus apud pontifices. de In. 71 a, Thebani accusantur apud Amphictyones. I. A. 196 b, Apud iudicem pro reo dicere. de Or. 117 b, In ea causa quam ille contra me apud centumuiros pro fratrib. Cossis dixit. de Or. 129 b, Nulla unquã apud populum grauior oratio. I. V. 118 b, Facere uerba apud senatum. de Cl. 171 b, Cum eo ipso anno contra Seruium Galbam ad populum summa contentione dixisset. de Cl. 169 b, Dicitur etiam C. Flaminius ad populum uoluisse dicendo. pro Quin. 1 b, Si apud hoc consilium ex opibus, non ex ueritate causa pendetur. I. V. 211 a, Eupolemus, qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo est. At. 245 a, Is tibi apud me gratias egit pro Sest. 4 b, Cõuentus ille huic apud me P. Sestio maximas gratias egit. At. 39 b, Cum alij quem apud te laudaro tuorũ familiarium, uolam illum scire ex te, me id feciſſe. At. 12 a, Nõ enim mihi uideor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea præsertim epistola quam nolo alijs legi. At. 83 b, Lucius queritur apud me per literas, esse, &c.

Apulia, liæ. Att. 120 a, Apulia inanissima pars Italiæ. de D. 100 b, Apulia maximis terræmotibus conquassata est. I. C. 105 b, Video cui Apulia sit attributa.

Apulus, la. pro Cl. 23 a, 59 a.

Aqua, aquæ. humor, gelidus riuus. Aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, 2 de Diuinat. Aqua conclusa facilè corrumpitur, de Nat. 2. Aqua frigoribus congeliat, niue prunaq; concrescit, de Nat. d. 2. Aqua & terra in medium locum mundi grauitate feruntur & ponderè, Tusc. q. lib. 1. Aqua ex terra oritur, & contrà, 2 de Na. d. Dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret, ut aiunt, 3 Off. Vide Chil. Erasmi. In hac causa mihi aqua hæret, ad Qu. frat. lib. 2. Aqua iugis, Diuin. lib. 2. Aqua quam ij ducebant non longè à uilla, 3 ad Qu. fr. Aqua nigra Anaxagoræ, Academ. q. ed 1. lib. 2. Aqua turbida, & cadaueribus inquinata, Tusc. q. lib 5. Vos quo que signa uidetis aquai dulcis alumnæ, 1 de Diu. Aquæ admixtum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio, de Nat. d. 2. Colligere uberiorẽ aquam, 3 ad Quint. frat. Aquam dixit esse initium rerum Thales Milesius, de Natura deor. 1. Ducere aquam per fundum alterius. pro Quint. 318 b. Aquam calidam ex puteis iugibus trahi, & id maximè fieri hybernis temporibus, de Nat. de. 2. Ignis in aquam coniectus continuò restinguitur, pro Quint. 47 b. Aquam bellè fluentem uidi, 3 ad Qu. frat. De aqua per fundum eius ducenda rogabo, 3 ad Qu. frat. Aqua & igni nobis interdicatur, 11 Fam. 1. in epist. D. Bruti. Aqua maddus, 2 ad Qu. frat. Aqua demq; prohiberentur milites nostri, 12 Fam. Lentuli. Non aqua, non igni (ut aiunt) pluribus locis utimur, quàm amicitia, Læl. Aquæ Arpinates, aquæ marinæ, aquæ calidæ, 1 ad Att. Ille tenet & scit ut hostium copiæ, ut aquæ pluuiæ arceantur. pro Murena 19 a. in Top. Aquæ Puteolanæ, in Ant. 216 b. Ex aquarũ respiratione et uapore fit aer, de Nat. deor. 2. 20. Motu eius caloris qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquis continetur. Ad aquas uenire, pro Plan. Aquis alia dulcibus, alia marinis, 3 de Nat. deor. Quò utamur quasi aquis tentatis, sic amicitijs, Læl.

Aquæductus, us. ductus aquæ, tubus, euripus. de L. 169 a, Ductus uerò aquarum, quos isti tubos & euripos uocant, quis non irriserit? Att. 205 a, De aquæductu probè feciſti. Off. 35 b, Adde ductus aquarum, etc. pro Cec. 299 a, Aquæductus, hauſtus, iter, actus.

Aqua intercus, tis. Off. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem: id eſt, ad hydropem curandam.

Aquarius, ria, rium. In Vat. 31 a, Cum tibi aquaria prouincia ſorte obtigiſſet, id eſt, aquarum & aquæductuum cura.

Aquarius, ſubſtantiuum, ſignificat aquarum & aquæ ductuum curatorem, qui Plinio aquilex dicitur. Epiſt. 115 b, Niſi ego cum tabernarijs et aquarijs pugnarem, uetera nus ciuitatem occupaſſet.

Aquarius, ſignum cœleſte, uir fundens aquas. In Ar. Egelidum riuum fundens aquarius. de N. 48 a, Capiti equi proxim it aquarij dextra, totuſq; deinceps Aquarius.

Aquatilis, le. natans, aquarum incola, ut beſtiæ aquatiles. de Nat. 22 a, et 50 b, Beſtiæ aquatiles, quæ in terra gignuntur. & 56 b. Beſtiæ terrenæ, aquatiles, et uolatiles.

Aquatio, onis. Officior. 63 b, Hic aquatio, hac uilla iſti carere non poſſunt.

Aquila, læ. ales nuncius Iouis. de D. 138 a, Curſor ad interpretem detulit, aquilam ſe in ſomnis uiſum eſſe factum: at ille, uiciſti: iſta enim aui uolat nulla uehementius. de Di. 35 b, Deiotarus ex itinere iam conſtituto reuertit, aquilæ admonitus uolatu. & 102 a, Hic Iouis altiſoni ſubito pennata ſatelles, &c. Ep. 162 b, Aquilæ duæ, ſigna ſexaginta ſunt relata Antonij. I. C. 102 a, A quo etiã aquilam illam argenteam ſcio eſſe præmiſſam. I. A. 263 a, Cũ Hircius ipſe aquilam quartæ legionis inferret. et 243 a, Atq; hic idem latro Italiæ cum aquilæ primipili aureos nummos daret, de meis bonis ſe dare dixit.

Aquileia, æ, urbs. I. V. 36 a.

Aquilo, onis. ſeptentrionalis mundi pars, & uentus ex ea flans. de L. 156 b, Orithiam Aquilo ſuſtulit. de Som. 129 b, In aquilonis aſtri ue partibus. I. V. 125 a, Spelunca conuerſa ad aquilonem infinita altitudine. de N. 31 a, Aquilonibus & reliquis frigoribus dureſcit humor.

Aquilonaris, re. de Natur. d. 36 a, Regio aquilonaris.)(. Auſtralis.

Aquinum, ni. urbs. I. A. 180 b.

Aquinates, atium. pro Cl. 58 a. I. A. 180 b.

Aquula, læ. exigua aqua. de Or. 87 a, Platanus, quæ mihi uidetur non tam ipſa aquula quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. & 123 b. l. Seclusius.

Ara, aræ. altare, focus, puluinar. de Diu. 123 a, Ex eo Aio loquenti ara in noua uia conſecrata eſt. & 101 a, pro D. 204 b, Licinia uirgo veſtalis aram & ædiculam ſub ſaxo ſacro dedicauit. de Ar. 250 a, Qui ſacerdotẽ ab ipſis aris puluinaribuſq; detraxiſti. pro Fl. 163 a, Is ſi aram tenens iuraret, crederet nemo. de N. 64 b, Quod uos cum facere non poteſtis, tanquã in aram confugitis ad Deũ. et 68 b, Aras delubraq; Hecates in Græcia uidimus. pro Quint. Roſ. 50 a, Erotes ſicut in aram confugit in huius domum. Epiſt. 245 a, Caſtra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexãdri. Poſtq. 206 a, Qui niſi in aram Tribunatus confugiſſet, uim Prætoris effugere non potuiſſet. I. A. 246 b, Eaq; extructio, quæ ſit ad memoriam æternitatis, ara uirtutis. de Natur. deor. 79 a, Pro aris focisq; certare. Antequàm. 197 b, Innocens ab aris focisq; proiectus.

Ara, ſidus cœleſte. de N. 48 b, Aram, quam flatu permulcet ſpiritus auſtri.

Arabia, æ. regio. At. 147 a.

Arabs, bis, Arabes & Phryges & Cilices cantus auium et uolatus notauerunt. & qua occaſione, Diuin. lib. 1. Arabes & Phryges & Cilices paſtu pecudum maximè uſi, Diuin. lib. 1. Arabum, Phrygum, Lycaonum, Cilicum, nationes uatum ſeu augurum nomina cum diſciplina ad tempora Ciceronis retinuerunt, 2 de Leg.

Arabarches: id eſt, Pompeius. At. 32 b, Velim è Theophane expiſcere, quo'nam in me animo ſit Arabarches.

Araneola, læ. de N. 50 b, Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt, aliæ ex inopinato obſeruant.

Arateus, a, um. ab Arato aſtronomo. de D. 111 a, Noſtra quædam Aratea, &c.

Aratio, onis. I. V. 199 b, Arationes tota Sicilia deſertas atque à dominis relictas eſſe cognoſcitis. et 193 a, Tuſ. 245 a, Aratio fructuoſa. I. A. 181 b, Arationes glandiferæ, & fructuoſæ.

Arator, oris. colonus, bubulcus. I. A. 187 b, Ex aratore oratorem fieri. I. V. 99 b, Coloni populi Romani atq; aratores in agros ſuos reuertantur.

Aratrum, tri. contra Rul. 79 b, Quod ſolum tam exile et macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit. I. A. 179 b, Vt aratrum circumduceres, cuius quidè uomere portum Capuæ penè perſtrinxiſti. pro S. R. 26 a, Cum aratro arceſſebantur qui conſules fierent. de N. 58 a, Boum uires ad aratra extrahenda.

Aratus, ti. de Or. 90 b. l. Aſtrologia.

Arbiter, tri præſens, teſtis, diſceptator domeſticus, honoraria amici opera. Off. 74 b, Pomponius ſurrexit è lectulo, remotiſq; arbitris ad ſe illũ iuſſit uenire. Ad Her. 7 b, Spes celandi quæritur ex conſcijs, arbitris, adiutoribus, &c. contra Rul. 77 a, Decemuiri ueſtra uecligalia non modò ne nobis quidem arbitris, ſed ne præcone quidem teſte uendent. At. 246 a, Loca ab arbitris remota. I. V. 252 a, Locus amœnus & arbitris remotus. I. V. 274 a, Caſtor & Pollux legum iudiciorumq; arbitri et teſtes, celeberrimo in loco prætori locati. Top. 224 a, Adigere arbitrum bis. Ep. 215 a, Sic enim præſcripſimus ijs, quibus ea negocia mandauimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controuerſiam uocarentur te arbitro, & quod commodo tuo fieri poſſit, te diſceptatore uterentur. Tuſc. 251 b, Quorum controuerſiam ſolebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. Off. 7 b, Quint. Fabius Labeo arbiter Nolanis & Neapolitanis de finibus agri à ſenatu datus. de L. 166 b, Sed ego planè uellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Xenonem datum. Attic. 237 b, Antonius arbitrum me ſtatuebat non modò huius rei, ſed totius conſulatus ſui. pro Sex. Roſ. 37 b, Damnatus per arbitrum, & rem reſtituit, & honeſtatem omnem amittit. pro Cecin. 288 b, Is nomine heredis arbitrum herciſcundæ familiæ poſtulauit. pro Quin. R. 46 b, Quis in hanc rem fuit arbiter?

ter? Off. 63 a, Itaq; Calphurnius arbitrum illum adegit, quicquid ſibi de ea re facere oporteret ex fide bona. a liis, ad arbitrum. pro Quin. R. 46 b, De arbitro & arbitrio, & compromiſſo, multa præclara dicuntur.

Arbitratus, tus. uoluntas. de Orat. 93 b, Qui mihi nunc quæſtiunculã, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Fi. 64 a, Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu faceré, ante hoc tẽpus nunquã eſt data. de Fin. 106 b, Quo loco niſi iniquum poſtulo, reſponde arbitratu meo. de Am. 96 a, Quæ ſententias in hoc libro expoſui meo arbitratu. At. 251 a, Ego literas ipſius arbitratu dabo, eæ te ne moueãt. Ep. 95 b, Quæro cauſas omneis aliquãdo uiuẽdi arbitratu meo. Q. F. 316 a, Tribunitij cãdidati compromiſerũt HS. CCCC in ſingulos apud M. Catonem depoſitis petere eius arbitratu, ut qui contrà ſeciſſet, ab eo condẽnaretur. de In. 50 b, Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. At. 153 a, Veni igitur & age de pace, meóne, inquã, arbitratu? an tibi, inquit, ego præſcribam? contra Rul. 79 a, Cum ſummam tãtæ pecuniæ nullo teſte, ſibi ipſe ſuo arbitratu & ſua uoluntate feciſſet.

Arbitrium, trij. arbitratus, uoluntas, libido, amicum & honorarium iudicium, aut diſceptatio, aut ſententia arbitri. I. V. 72 a, Ad noſtrum arbitrium libidinemq; ad uerſariorum minas eludemus. I. V. 255 a, Hic Heracleo ad arbitrium ſuum nauigauit. I. V. 269 b, Secundum arbitrium tuum teſtes dabo. pro Mur. 128 a, Ad aliorum arbitrium uiuere, non ad ſuum. In Vat. 34 a, Cum Vecti us ad arbitrium tuum peroraſſet. de Or. 115 a, Mẽtes in dicum ad arbitrium ſuum mouere poſſe. de Fin. 50 a, Quid Epicurei? num deſiſtunt de iiſdem, de quibus ab Epicuro ſcriptum eſt, ad arbitrium ſuum ſcribere? Or. 199 a, Ad alicuius arbitrium & nutum, totum ſe finge re & accommodare. Ep. 94 b, Delectationes, quæ tibi ipſi ad arbitrium tuum compares. & ad Herenn. 22 a, Et in ea ſitum loci cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari. At. 275 a, Quod ſenatus nõdum cenſuit, id arrogãter nõ præiudico, nec ad arbitrium meũ reuoco. Ep. 177 a, Omnia ad arbitrium unius collata ſunt. de Fin. 52 b, Ipſa declinatio ad libidinem fingitur. Parad. 122 b, Animus fractus & abiectus, & arbitrio carens ſuo. At. 115 b, Sed uideo quorũ arbitrio ſit acturus. de Ora. 94 a, Res ab opinionis arbitrio ſeiũctæ ſciẽtia cõprehẽſæ. I. V. 242 b, Maximas res arbitrio multitudinis agi. Ira omnia nutu atq; arbitrio alicuius gubernari. I. A. 206 a, Antonius in ſua poteſtate nunquã fuit, nihil unquã arbitrio ſuo fecit, ſemper eò tractus quò rapuit libido. pro S. R. 40 a, Iouis nutu & arbitrio omnia regi. pro D. 214 b, Puto arbitrio ſuo quẽq; timere oportere. At. 243 b, Eius orationes cuſtodiendæ & proferendæ arbitrium tuũ ſit. At. 825 a, b, Antonius poſtulat eſſe arbitriũ ſuũ de Repub. At. 6 a, Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium pro Quint. R. 46 b, Aliud eſt iudiciũ, aliud arbitriũ: iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. & ibid. de iudicio et arbitrio multa. Of. 64 a, & Topic. 226 b, In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius in fiducia, inter bonos bene agier, &c. pro Quin. Roſcio 49 b, Cur non arbitrum pro ſocio adegeris, Quint. Roſcium quæro. aliàs, arbitrium. pro Quint. 2 b, Quaſi ij qui magna fide ſocietatem gererent, arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent. I. P. 84 a, Eodẽ in templo arbitria non mei ſolùm, ſed patriæ funeris abſtuliſti, id eſt, præmia. Poſtquàm. 208 a, Nõdũ palàm factũ erat concidiſſe rempub. cum tibi arbitria funeris ſoluebãtur. pro Dom. 232 b, Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petẽtes funeris. de Fat. 144 a, Qui introducũt cauſarum ſeriem ſempiternam, hi mentem hominis uoluntate libera ſpoliant, ne ceſſitate fati deuinciunt. Voluntate libera, id eſt, ut alij dicunt, libero arbitrio. de Fat. 141 b, Non enim ſi alij ad alia propenſiores ſunt propter cauſas naturales & antecedentes, idcirco etiam noſtrarum uoluntatũ & appetitionum ſunt cauſæ naturales & antecedentes: nam nihil eſſet in noſtra poteſtate, ſi res ita ſe haberet. Hæc pauca uerba idcirco addidi, quòd ad liberam uoluntatem pertinent.

Arbitror, aris. cenſeo. Quin. Fr. 306 b, Ego quod ad me attinet, idemq; arbitror cæteros, idcirco taceo, quòd, &c. At. 273 a, Quinq; cohortibus quid ſe nam facturũ arbitratur? At. 273 a, Non ſoleo mi Brute (quod tibi notum eſſe arbitror) temerè affirmare de altero. pro Clu. 55 a, Tamen (ut arbitror) auctoritate aduocatorum adducti in ueritate manſerunt. de D. 81 a, Atq; hæc, ut ego arbitror, ueteres rerum magis euentis moniti, quàm ratione docti putauerunt.

Arbor, ris. de Or. 159 b, In arboribus trunci, rami, folia, &c. de Sen. 81 b, Serere arbores, quæ alteri ſeculo proſint. de Senect. 89 b, Multæ iſtarum arborum meã manu ſunt ſatæ. de Finib. 133 b, Itaq; & uiuere uitem & mori dicimus, arboremq; & nouellam & uetulam, & uigere & ſeneſcere. At. 239 b, Exciſa eſt arbor, non euulſa: itaq; quam fructicetur uides. de Sen. 89 b, Procerites arborũ & directi in quincuncẽ ordines. de Diuin. 115 a, Arbores ſimul cum luna ſeneſcentes tempeſtiuè cædi, quia tũ exiccatæ ſint. pro Rab. 92 b, Da mihi ex iſta arbore, quos ſerã ſurculos. pro Rab. 92 b, Caput obnubito, arbori infelici ſuſpẽdito. de D. 83 b, Ne hoc quidè quæro cur hæc arbor una ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad ſignum floris admouet: id eſt, lentiſcus. pro Fl. 145 b, Homo Phryx qui arborem fici nũquam uiderat.

Arbuſtum, ſti. arbores multæ ad fructum conſitæ. de Senectute 88 a, Segetibus, pratis, uineis, arbuſtis, res ruſticæ lætæ ſunt. In Arat. Arbuſta ornata tegmine foliorum. de Diuinat. 90 b, Tum uiſam belluam, qua cunq; incederet, omnia arbuſta, uirgulta, tecta peruertere.

Arca, cæ. armarium, capſa. de Diuin. 126 a, Eorum iuſſu ex illa olea, arcam eſſe factam. Top. 221 a, Argentum in arca poſitum. & pro Dom. 225 b. Parad. 124 b, Animus hominis diues, non arca appellari ſolet. pro Milone 113 a, Serui in arcas conijciuntur, ne quis cum eis colloqui poſſit. Attic. 5 a, Quicquid eius generis habebis, ne dubites mittere, & arcæ noſtræ confidito. de Orat. 134 b, Cato percuſſus ab eo qui arcam ferebat.

Arcadia, æ. regio. de N. 70 a.

Arcades, dum. de N. 70 b.

Arcanò, pro arcanè dictum hoc loco eſſe, teſtis eſt Charisius. Attic. 255 a, Lege arcanò hoc etiam modo uſurpatam à Cæſare de Bello ciuili, lib. 1. Domitius arcanò

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum paucis familiaribus suis colloquitur. Alij legunt, In Arcano: ut de uilla intelligamus.

Arcanum, uilla. Att. 68. Prandimus in Arcano.

Arcanus, a, um. commissus, occultus, de Fin. 82 b, Qui cum ioca, seria, ut dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia.

Arceo, ces, arcui. prohibeo, propulso, cohibeo, defendo, pello, coherceo, contineo. I. C. 104 a, Tum tu Iupiter hunc ab urbis mœnibus arcebis. pro Mur. 129 a, Ille scit ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceãtur. Of. 25 d, Adolescẽtia à libidinibus arcenda est. I. A. 231 a, Brutus inuadentem in Asiam à progressu arcuit, à reditu refrenauit. I. A. 201 b, Brutus illum non ut consulem recepit, sed ut hostẽ arcuit. I. A. 180 d, Omnes te illis sedib. arcebunt. de Ar. 244 b, Videbam illum nõ posse arceri ocij finib. sed erepturum aliquando. Tus. 167 a, Non L. Brutus arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat. de L. 164 d, Natura non pœna debet arcere homines ab iniuria. Tus. 185 b, Ergo hos quidem, ut famulos uinculis & custodia arceamus. de L. 174 b, Cur pauper tatem, sumptu ad sacra adhibito, deorum aditu arceamus? de Somn. 128 a, Orbis extimus arcens & continẽs cæteros. de Nat. 53 b, Aluus arcet & cõtinet illud quod recipit. Top. 224 d, Si aliqua pluuia in urbe nocet, quo niam res tota magis agrorum est, aquæ pluuiæ arcendæ adijcere nõ posiis arbitrum. & ibid. Aqua pluuia nocẽs iubetur ab arbitro coerceri. de N. 52 d, Nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus.

Arcera, arceræ. plaustrum rusticum undiq; tectum & munitum, quasi arca quædam magna uestimentis instrata, qua nimiis ægri aut senes portari cubantes solebant. uocabulum ex XII tabulis sumptum. uide Gellium & Nonium.

Arcessio, sis. uoco, aduoco, accerso. Quin. Fr. 318 b, Chilonẽ arcessiueram Venafro. Postquàm. 210 a, Quo die nos P. Lentulus comitijs centuriatis arcessiuit in patriam. pro S. R. 31 d, Arcessiuit aliquem, at quando? de Or. 132 b, Cauendum est, ne arcessitum dictum putetur.

Arcesso, sis. pro S. R. 26 d, Cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. pro Dom. 214 d, Cum P. Lentulus, Qu. Metellus me arcesserent in senatum, non uenirem? At. 225 a, Pelopem ad te arcesse. At. 224 d, Interea narrat eadem, Basum arcessi, Cassiũ expectari. de Orat. 119 d, A capite quod uelimus arcessere, & unde omnia manant uidere. Top 224 d, Non erit necesse id usq; à capite arcessere. Off. 43 b, Arcessere aliquem in iudicium capitis. pro Deio. 149 b, Arcessere aliquem capitis. pro Rab. 96 d, Deinde nõ intelligis quos eodem crimine in summum capitis periculũ arcessis. pro Flac. 149 a, Vt hunc hoc iudicio arcesseret.

Archetypus, pi. prima forma, exemplar. Att. 252 b, Archetypus crebris locis inculcatus & refectus.

Archilochius, a, um. Attic. 36 d, Archilochia edicta Bibuli.

Archilochus, chi. poeta Iambis faciendis nobilissimus, uerùm acerbitate in lacerandis hominibus præter modũ præditus fuit. Idcirco Hora. in Poetica arte inquit, Archilochũ proprio rabies armauit Iambo. Hinc Bibuli edicta, Cicero Archilochia uocat: id est, felle, acerbitate, & maledictis tincta, Att. 258 b, Mihi ut Aristophanis Archilochi Iambus, sic epistola longissima quæq; optima uidetur.

Archimedes, dis. mathematicus nobilissimus fuit, cuius eruditissima opera diu ab omnib. desiderata, nuper primùm ab Heruagio typographo Basiliensi. græcè et latinè, unà cum explicatione, præclarè edita sunt. Tus. 161 b, & de Fin. 157 d.

Archipirata, tæ. princeps piratarum. Off. 41 a, Ille aũt qui archipirata dicitur, nisi æqualiter prædam dispertiat, aut occiditur à socijs, aut relinquitur. Postquàm. 206 b, Cum à latrone archipirata productus esset. I. V. 24 b, Omnes sic habent persuasum, istum clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse.

Architector, aris. fabricor. de Fin. 73 b, An quòd illa callida est? ut optime possit architectari uoluptates? ad Heren. 22 d, Mens potest in ea regione situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari.

Architectura, ræ. architectandi ars. Off. 30 b, Quib. autem artib. aut prudentia maior inest, aut nõ mediocris utilitas quæritur, ut medicina, architectura, etc. hæ sunt his, quorum ordini conuenunt honestæ.

Architectus, cti. princeps architectandi, machinator. de Nat. 15 b, Mali ædificij dominus glorians se architectũ non habuisse. de Ora. 90 a, Philo architectus, qui Athenien sibus armamentarium fecit. Ep. 129 d, Si quis adhibere uolet non modò ut architectus, uerùm etiam ut fabros ad ædificandam Remp. pro Mil. 115 b, Qui eũ architectis & decempedis uillas multorum hortosq; peragrauit. Att. 223 b, Torumbus bellus esse dicitur architectus. pro S. R. 40 b, Scio omniũ architectũ & machinatorum unum esse Chrysogonum. Epist. 102 b, Cyrus architectus. A t. 25 a, Vectius. de Cl. 175 a, Stoici sunt architecti penè uerborum. de Fi. 55 b, Epicurus inuentor ueritatis, & quasi architectus beatæ uitæ. pro Clu. 29 b, Princeps et architectus alicuius sceleris. pro Dom. 225 a, Architecti operum.

Archonte. id est, imperante. de Fat. 144 d.

Arcitenens, tis. sagittarius. In Arat.

Arctè, strictè. de D. 101 a, Arctè complecti aliquem. de D. 93 d, Arctè & grauiter dormire. de Fat. 146 b, Hæc arctius astringi ratio non potest. de In. 63 b, Arctius dor dendunt.

Arctophylax, cis. ursæ custos. de Nat. 47 b, & in Arcto, Arctophylax uulgo qui dicitur esse Bootes, Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arctum.

Arctos, ursæ signum. de Nat. 46 b, Circum polum æquatus duæ feruntur nunquam occidentes, altera Cynosura, altera Helice. In Arat. 388 a, Arctos minor.

Arcturus, ri. de Nat. 47 b, Booti subter præcordia fixa uidetur Stella micans radijs, arcturus nomine claro.

Arctatus, ta. pro R. P. 120 a, Nauis arctata.

Arctus, a, um. Orat. 218 b, Nec tamen hæc ita sunt arcta & astricta, ut ea cum uelimus laxare, nequeamus. de Nat. 31 d, Terra densior calorem continet arctius. de Somn. 126 b, Arctus somnus me complexus est. in Verr. 78 b, Arctioribus laqueis teneri. Attic. 89 b, Vincula amoris arctissima. Offic. 37 b, & 74 b, Cuius societas arctissimum uinculum est, magis arbitrari, &c.

Arculanum.

Arculanum, uel Aculanum, uilla. At. 252.

Arcula, læ. parua arca, capsula. de Offic. 38 d, Dionysius præmittebat de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres. Attic. 21 d, Meus liber totum Isocratis ἀνεσθιων, et omneis eius discipulorum arculas consumpsit.

Arcus, cus. iaculandi instrumentum. de Senect. 84 b, Appius animum intentum tãquam arcum habebat. pro Sest. 6 d, Fuerat ille animus, &c. tanquam intentus arcus in me unum. Arcus, Iris & Thaumantias poetis. de N. 69 b, Cur arcus species nõ in deorum numero reponitur? est enim pulchra, et ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. & ibid. Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus.

Ardeas, tis. ab Ardea urbe. de Natur. d. 68 b, In agro Ardeati.

Ardens, tis. inflammatus, flagrans. At. 226 d, Matri ardentes in eum literas ad me misit. Or. 209 a, Nisi ardẽs ad eum perueniret oratio. I. A. 192 d, Antonius ardẽs odio uestri. de Or. 154 b, Græci ardentes his studijs. pro S. R. 334, Qui ardens auaritia fertur, &c. Qu. Fr. 315 b, & de Fi. 77 b, Ardenti studio facere aliquid. I. A. 179 d, Amore ardens, &c. I. A. 193 b, Ardens & erectus ad libertatem recuperandam.

Ardenter cupere aliquid. Tusc 217 d.

Ardentius, aduerbium. Tus. 231 b.

Ardeo, es. flagro, conflagro, deflagro. de D. 105 b, Caput arsisse Seruio Tullio dormienti, quæ historia non prodidit? pro Do. 225 b, Domus ardebat in palatio, non fortuitò, sed oblato incendio. Att. 34 b, Is ardet dolore & ira noster Pompeius. de Or. 125 b, Tu mihi nõ solùm incendere iudices, sed ipse ardere uideris. In Verr. 234 b, Cum spumas ageret in ore, arderent oculi. Att. 95 d, Cum arderet Syria bello. Ep. 46 d, Orbem terrarum distributis imperijs ardere bello. Orat. 200 d, Vna Gallia communi non ardet incendio. In. Verr. 132 b, Verres ardebat amore illius hospitæ. pro Cæ. 45 d, Nũc enim mihi animus ardet, et meũ cor cumulatur ira. ex Cæcilio. I. P. 91 b, Ardere cupiditate alicuius rei. At. 269 d, Ardeo studio historiæ. Qu. Fr. 302 b, Nostra antiqua manus bonorum ardet, et studio nostri atq; amore. Qu. F. 316 b, Res ardet inuidia. At. 138 b, Nõ angor, sed ardeo dolore. pro Mil. 109 d, Omnia tum in illum odia ciuiũ ardebant desiderio mei. de L. 178 b, Vidimus eos ardentes tum cupiditate, tum metu, tum cõscientia. de Finib. 67 d, Nunc demum mihi animus ardet. Tuscul. 217 d, Nec scienter quid appetens ardeat desiderio. de Finib. 147 d, Is uum arderet podagræ dolorib. mane quæso, inquit, &c.

Ardor, oris. flagrantia, calor. de N. 34 d, Astra, quæ oriuntur in ardore cœlesti, qui æther uel cœlum nominatur. Anteq. 192 b, Ne omnes ardore flammæ cõflagretis, mei capitis periculo nõ dubitaui prouidere. de D. 84 d, Concursus grauis stellarum ardore micantis. de Som. 120 b, Solis ardore terreri. de Fat. 147 d, Ignis est causa ardoris. de D. 117 d, Si autem nubium cõflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmẽ. de Se. 88 d, Vuaue stita pãpinis, nimios solis defendit ardores. I. C. 115 d, Omitto uisus iam nocturno tempore faces, ardoremq;

cœli, fulminum iactus, etc. pro Cor. 65 d, Ille imperatorius ardor oculorũ. de Diuin. 97 b, In Aesopo sæpe uidi tantum ardorem ultuum atq; motuum, ut, etc. pro Cæl. 48 b, Impetus animi, cupiditas uincendi, ardor mẽtis ad gloriam. Ora. 206 b, Nec uerò hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus. Br. 91 b, Repressi impetũ, ardorẽq; restinxi. de Fi. 58 d, Omniũ cupiditatum ardore restincto. de Cl. 173 d, Ardor animi consedit. de Or. 96 d, & Of. 10 d, Studium et ardor quidam amoris, sine quo, &c.

Arduus, a, um. molestus, laboriosus, difficilis. In Verr. 211 b, Oppidum difficili ascẽsu atq; arduo. Orat. 203 b, Magnum opus et arduum. Orat. 199 b, Magnum opus omnino & arduum Brute conamur, sed nihil difficile amanti puto. de In. 58 d, Hoc longi temporis, et magnæ arduæq; cogitationis indiget. de In. 82 b, & de L. 163 b, Res arduæ & difficiles.

Area, reæ. locus sine ædificio in urbe, area: in rure, ager appellatur. Area tamen etiam ruri dicitur, ubi frumenta excutiuntur. At. 54 d, Pontifices si religionem sustulerint, areã pulchrã habebimus. Par. 125 b, Aestimatores prata et areas quasdam magni æstimãt, &c. I. V. 151 b, Vt neq; in segetib. neq; in areis, neq; in horreis orator posset fraudare Decumanũ. Qu. Fr. 310 d, A puero tuo ut discẽsi, in aream tuam ueni. I. V. 155 d, Exoritur edictum, ne quis frumentum de area tolleret. Et Ep. 138 b, Nos iam ex areis tantum habebimus, ut Valeriũ tuum uocare sæpius audeamus. At. 153 d, Area scelerũ, id est, copia.

Arena, næ. contra Rul. 80 b, Arenam aliquam aut paludes emere.

Arenariæ, arum. arenæ fodinæ. pro Clu. 25 d, Arenariæ quædam extra portam exquilinam.

Areopagites, tæ. Areopagitæ senatores erant Athenis et iudices causarum capitalium. I. A. 197 d, Si Lysiades citatus iudex non respõderit, excusetur? Areopagites esse, &c. Of. 15 b, Solonis cõsiliũ, quo primum cõstituit Areopagitas. pro Cor. 60 b, Vidi nonnullos nostros ciues in numero iudicum atq; Areopagitarum, certa tribu, certo numero. Ep. 20 d, Decretum illud Areopagitarũ, quẽ ὑποσυμματισμὸν illi uocant. At. 62 d, Ex quo intellectum est, treis ἀριστοκράτας totam Rempublicã flocci non facere. At. 74 d, Non enim dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis iniuito Memmio impetrari nõ posset. At. 11 b, Præclari Areopagitæ.

Areopagus, gi. Martis uicus Athenis, ubi curia & forum Areopagitarum. de N. 40 b, Atheniẽsium Rempublicam regi consilio Areopagi. de D. 91 b, Sophocles ascendit in Areopagũ, detulit rem: Areopagitæ cõprehendi iubent eum, qui, &c. Off. 15 b, Et Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagũ adiuuerit. At. 74 d, Patro mecũ egit, ut peterem à uestro Areopago, ὑποσυμματισμὸν tollerent, quẽ Polycharmo prætore fecerant. Attic. 9 d, Senatus ἄριστος πάγος.

Aresco, scis. iuriditatem amitto. Parad. 234 b. Et de In. 62 d, Citò arescit lachryma, præsertim in alienis malis. ad Herenn. 16 d, Commiserationem breuem esse oportet: nihil enim lachryma citius arescit.

Aretium, urbs. Ep. 261 d, de N. 96 b.

Aretini, orum. pro Cec. 303 b.

Argentaria,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argentaria, argentariorum munus. pro Cę. 28 7 a, M. Fulcinius qui Romæ argẽtariã non ignobilem fecit. In Verr. 269 a, Qui argentariam Rhegij maximã fecit. In Verr. 267 b, Herennius, quem ille argẽtariam Lepti fecisse dicit. pro Cec. Argentariam dissoluere.

Argentarius, rij. qui argentariam facit, trapezita. pro Cę. 288 a, Cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas auerterit: se autem habere argentarij tabulas, in quib. sibi expensa pecunia lata sit, acceptaq; relata, &c. ad Heren. 9 b, Quod argentario obtuleris expensum, à socio eius rectè repetere possis. Oct. au. 331 a, Augusti auus fuit argentarius, adstipulator pater.

Argenteus, a, um. de Pro. 69 b, Ita gentes hæ, ut pace uterentur, uim argenteam dederunt præclaro imperatori nostro. I. C. 102 a, Aquila argentea

Argenteum flumen. Ep. 166 b, Lepidi.

Argentum, ti. Argentum ὄχεται, in Pison. Argentum cælatũ. Partit. Quum essent triclinia strata, argentũq; expositum in ædibus, 6 Verr. Quoniam argentum omne mulieri legatum est, non potest ei pecunia, quæ numerata domi relicta est, non esse legata, Topic. 222 b, Argẽtum plenum artis, Tusc. q. li. 5. Argentum signaretur, 13 Fam. Argenti scrupulum ullum esse in illa insula, 4 ad Attic. Erat ea nauis plena iuuentutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati, multa cum fragula veste, 7. Verr.

Argilla, læ. terra tenax. I. P. 92 b, Hic homulus ex argilla & luto fictus.

Argiletum, ti. oppidum. At. 196 a.

Argiletanus, a, um. Att. 10 a.

Arginusæ, arum. insulæ. de Off. 17 a.

Argiuus, a, um. Græcus. de Cla. 196 a. Argiuus orator. de Nat. 17 b. & Tusc. lib. 1, Argiui delecti uiri.

Argo, nauis Argonautarum. in Arat. Sic conuersa uetus super æthera uertitur Argo. ad Her. 12 b, Nauis, quæ nunc nominatur nomine Argo, quæ uecti Argiui delecti uiri, petebant illam pellem inauratam arietis, &c.

Argolicus, ca, cum. In Ar. Argolica nauis. de D. 121 b.

Argonauta, tæ. de Orat. 99 a, Nauis Argonautarum. & de N. 43 b, Argonautis & naui eorum.

Ἀργὸς λόγος, Lege Ignauus.

Argumentatio, onis. ratio, argumentum, inuenti artificiosa expolitio. Par. 231 b, Argumentationem quærere uideris, quæ est argumenti explicatio. de In. 56 b, Argumẽtatio nomine uno res duas significat, ideo quid et inuentum aliquam in rem probabile aut necessarium, argumentatio uocatur, & eius inuenti artificiosa expolitio. de Ora. 122 b, Loci ex quib. omnis argumentatio ad omnem disputationem inuenitur. de In. 51 b, Argumẽtatio est inuentũ ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessarie demonstrans. pro S. R. 31 a, Etiam ne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut coniectura capienda est? de Fin. 126 b, Peripatetici multa non modò probabili argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione conclusserunt. ad Heren. 6 b, Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant. de Inuen. 53 b, Si extremum concedetur, concludenda est argumentatio.

Argumentor, aris. argumentis ostendo uel probo, argumentis uel coniecturis prosequor. de Nat. 61 a, Rem minimè dubiam argumẽtando dubiam facis. de Nat. 61 b, Neq; ego in causis, si quid est euidens, argumẽtari soleo. I. V. 132 b, Quid porrò argumenter, qua de re dubitare nemo possit. pro Cl. 31 a, Atq; ego illa non argumẽtabor, quæ sunt grauia uehemẽter, eum corrupisse, qui, &c. pro Do. 217 b, Cum etiam es argumentatus amoris hoc esse signum, cum nominib. tantũ uteretur, neq; scriberet Proconsul. Tribun. plebis. de Cl. 190 b, Cum essem argumentatus quantum res ferebat, hoc ipsum etiam posui pro argumento, quod ille cũ indicia mortis suæ se comperisse manifestò diceret, tam solutè egisset, tam leniter, &c. de In. 78 b, Argumentari de uoluntate alicuius: id est, argumentis uel argumentãdo ostendere. de Fin. 90 a, Argumentari de aliqua re. de Fin. 55 a, Sed & argumentandum & accurate disserendum, et ratio nibus conquisitis de uoluptate & dolore disputandum. At. 44 a, Tu quidem sedulò argumentaris quid sit spectandum. In Verr. 106 b, Nónne argumentamur quò ista pecunia peruenerit? ad Her. 8 a, Et præterea si cæteri falsi soleant esse, argumẽtabimur hunc esse uerum. pro Mil. 110 a, Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? ad Herenn. 35 a, Quare si testem, præterquam quid sciat, aut audierit, argumentari & coniectura prosequi patieris, ius accusatoris cum iuris testimonijs cõmiscebis.

Argumentum, ti. indiciũ, quasi rei nota, periocha. Topi. 222 b, Argumẽtum est ratio rei dubiæ faciens fidem. Parad. 230 a, Argumentum est probabile inuentum ad faciendam fidem. Ac. 8 a, Argumenti conclusio, quæ est, Græcè ἀπόδειξις, ita definitur, ratio quæ ex reb. perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit. de Nat. 61 b, Multis & grauibus argumentis deos esse docet. et ibidem: Affers omnia argumenta, cur dij sint. Acad. 45 a, Pòst argumentis & quasi rerum notis utebantur ad probãdum. In Verr. 69 b, Quæ res pertenui nobis argumento indicioq; patefacta est. In Verr. 112 a, Atq; ut intelligatis, &c, certissimum accipite argumentũ. In Verr. 145 b, Si argumento est Mamertinos dedisse, &c. quia, si argumento gratis constare naui, quia, &c. Epistol. 12 b, Quod egomet multis iam argumentis antea indicaram. Tusc. 167 a, Hoc premendum etiam atq; etiam est argumentum. Tusc. 193 a, Stoici qui breuiter astringere solent argumenta. de Ord. 92 a, Ea Menedemus exemplis magis, quàm argumentis conabatur refellere. de Diu. 114 a, Argumentis & rationibus oportet quare quicq; ita sit docere, non euentis. de Or. 123 b, Ex cõmunibus argumẽta ducere. pro Cæ. 31 b, & 42 a, Argumẽtis agemus, & signis omni luce clarioribus crimina refellemus pro Qu. R. 52 a, Est hoc primum, & ex cõditione iuris, & ex cõsuetudine cautionis grauissimum & firmissimum argumentum. pro Cæl. 39 a, Quis non posset isti ætati quàm uelit petulanter etiam, si sine ulla suspicione, at non sine argumento maledicere? I. A. 168 a, Quod autem, &c. id magno argumento sit, me in utroq; fuisse moderatum. de Nat. 105 a, Quod ne dubitare posimus, maximo est argumento, quod nuper comitigit, &c. pro S. R. 30 b, Hoc mihi maximo argumento ad huius innocẽtiã poterat esse. Of. 31 a, Idq; hoc argumẽto cõfirmari potest, quod, &c. pro Quin. 7 a, Satis est

Aspernor,aris.respuo,refuto, recuso, repudio, reijcio, fugio,abhorreo.pro R.P. 129 b, Quam uirtutem non modò aspernari ac refutare,sed etiam complecti & augere debetis.pro Cl.27 a,Seruus sermonẽ Fabricij non est aspernatus.de Or.122 b,Philosophia hæc ciuitas nũquam aspernata est.I.V.226 b,Quas illorum querimonias nolite per deos immortales aspernari,nolite contemnere ac negligere.de Or.152 a,Gustatus quod ualde placuit,aspernatur ac respuit.At.113 b,Quanquã nõ aspernor Trebatij literas.At.288 a, Cicero seruitutem honorificam modò nõ aspernatur. et 243 b,Cassius frumentariam rem aspernabatur. Qu.Fr.314 a,Iocos autẽ illius de sua egestate ne sis aspernatus. pro S.R.44 a,Hæc proscriptione nisi hoc iudicio à uobis reijcitis, & aspernamini,uidete per deos,&c. pro Sest. 9 b, Is nunquam ausus esset equitum Rom. preces aspernari. pro Clu.58 b,Cuius furorem deos immortales à suis aris aspernatos esse confido.de Fat.149 b, Dicere aliqd quod omnium mentes aspernentur ac respuant.I.P.89 a,Nemo ciuis est,qui uos non oculis fugiat,auribus respuat,animo aspernetur,recordatione deniq; ipsa consulatus tui perhorrescat.Epist.18 a, & 54 b, & 67 b, Præsertim si in eo genere studiũ meũ nõ aspernabere. Tusc.246 a,Quos cũ tristiores uidisset,XXX minas accepit,ne aspernari regis liberalitatem uideretur. de Fin.71 a,Appetere uoluptatem.)(. Aspernari dolorẽ. At.217 b,Vtrum apertè hominem aspernerne ac respuam, ἢ ἐνελαύσαις ἀπάτεως.de Fin.52 a,Et tamen à philosopho,si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat,non admodum flagitem.L.Maleficus.
Aspersio,onis.respersio.de Leg.174 b,Nam illud uel aspersione aquæ,uel dierum numero tollitur. & de D. 85 a, Aspersione fortuita.
Aspicio,cis. conspicio, tueor, intueor, contueor, aspecto,in aliquẽ oculos conijcio,alicuius in uultu habitat oculi mei,obtutũ in aliqua re figo. de Or.98 a,Sic euo lauit oratio,ut eius uim & incitationẽ aspexerim, uestigia ingressumq; nõ uiderim.& ib.Sed ea cũ contemplari cuperem,uix aspiciendi potestas fuit.pro S.R.28 a,Propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit. de Cla.165 b, Tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatũ.de Ora.154 a,Hoc cernes,si modò aspexeris.I.C. 213 b,Illi inter se furtim nonnunquam aspiciebant.pro Syl.181 a,Aspicite,ipsum contuemini os.de Aruisp.243 b,Sed uecors repentè sine uoce constitit:deinde respexit,& simul ad Cn.Lentulũ Cos.aspexit, cõcidit,in curiæ penè limine.de D.95 a,Respexitq;,& equum alacrem lætus aspexit.de Ar.245 b,Sacra, quæ uiri oculis

ne imprudentis quidem aspici fas est.I.A.175 a,At etiam aspicis me, & quidem ut uideris iratus.Aspicere ad aliquem,Contueri ad cœlum.
Aspiratio,onis. afflatus,exhalatio,halitus. de D. 97 a, Quæ omnia fiunt,& ex cœli uarietate, et ex disparili aspiratiõe terrarũ.de N.42 b, Animãtes aũt aspiratio ne aeris sustinẽtur.aliàs à spiratiõe.de D.107 b, Vt eã cœli aspiratio grauis et pestilẽs futura sit. O.212 a.l.H. Maiores musquam nisi in uocali, aspiratione utebãtur.
Aspiro,as.accedo,peruenio,nitor,oculũ adijcio, faueo, I.V.57 b,Nemo ad alienã causam inuitis ijs, quorũ negociũ est,accedere aut aspirare debet.I.V.105 a,Quid enim quisquam ad meam pecuniam me inuito aspirat? I.P.81 a,Cum tu non modò ad eum Ciceronem, eui,etc, nunquam aspirasti,sed omnibus cõsilijs, quæ ad me opprimendũ parabantur,interfuisti.ad Her.34 b,Magno se prædicat auxilio fuisse,quia paululum in rebus difficillimis aspirauit.Tus.230 b,Hæc in oculeum conijciuntur,quo nõ aspirat uita beata.Tus.233 b, Occupaui, inquit,te fortuna,atq; cepi,omnesq; aditus tuos intercluси,ut ad me aspirare nõ posses. Epi.100 a,Subinuideo tibi,ultrò te etiã accersitũ ab eo, ad quem cæteri propter eius occupationem aspirare non possunt.I.V. 124 b,Quãdo iste nisi Februario mense aspirabit in curiam?de Cl.172 a, Ex bellica laude aspirare ad Africanũ nemo potest.pro Syl.177 a, Quis tũ dicit in cãpũ aspirasse Syllãs Or.209 b,Sed hæc ad eam laudẽ quam quærimus,aspirare nõ possunt.pro Qu.17 a,Dixit Rome domũ fuisse,quò iste ne aspirauit quidem. pro Cec. 292 b,Si mihi ante occurratur,ne nõ modò intrare,uerùm etiam aspicere aut aspirare posim. de N.53 b,Pulmones tũ se contrahunt aspirantes,tũ spiritu dilatant.
Aspis,dis.serpens exiguus perniciosissimus.pro R.P.126 a,Demetrius aspide ad corpus admota,uita est priuatus.& de N.69 a.Item:Si scieris aspidẽ occultè latère uspiam, & uelle imprudentem super eã assidere, cuius mors tibi emolumentum futura sit, improbè feceris, nisi monueris ne assideat.de Fin.77 a.
Ἀσπονδοι.Saturnus,id est,immitis.At.220 b.
Asporto,as.Par.117 a, Cæteri ita fugiebant,ut multa de suis rebus asportarent.I.V.226 a,Is hoc signum auellendum asportandumq; curauit. I.V. 86 b, Signa plostris euecta asportataq;.L.Deportare.
Asportatio,onis.I.V.226 a.
Assa,orum. cella in balnearijs ubi tantum sudant, non etiam lauant: idcirco Seneca sudatoria uocat.l. Balnearia.
Assecla,asseclæ. assectator. At.93 b,& in Verr. 154 b, Qui potentissimorum contumaciam nõ tuli,ferrem huius assectæ de Di.125 a,Cæsar Troginorum tetrarchiã Deiotario eripuit, & assectæ suo Pergameno nescio cui dedit.In Sal. 275 b, Tu omnium mensarum assecla. I.V.89 a,Legatorum assectæ.
Assectatio,onis.pro Mur.140 b, Tenues homines,&c. habent hanc in nostris petitionibus operam atq; assectationem. Qu.de Pet.210 a, Sed quoniam assectationis mentio facta est,id quoq; curandum est,ut,&c.
Assectator,oris.assecla.pro Cor.68 a, Cum ducib. ipsis nõ cum comitatu assectatoribusq; confligant. I.V.114 a, Quidã assectator ex numero amicorum. Qu.de Pet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

210 b, Tertia est ex hoc genere assidua assectatorum copia. & ibi. Ipsi tecum assidue sint.

Assector, aris. de Orat. 105 b, Cum ædilitatem P. Crassus peteret, cumq; Seruius Galba assectaretur, &c.

Assensio, nis. assensus, approbatio, plausus, applausus. de Cl. 174 b, Orationis genus exile, nec satis populari assensioni accommodatum. Acad. 10 b, Nunc assensione atq; approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν uocãt, pauca dicemus. de Cl. 192 a, Crebræ assensiones, multæ admirationes. de Inu. 52 b, Inductio est oratio, quæ rebus non dubijs captat assensionem eius qui cum instituta est. & ibi. Iudicatum est, res assensione aliquorum comprobata. de Fat. 148 b, Assensio fieri nõ potest nisi commota uiso. & ib. Assensio fieri non potest nulla ui extrinsecus excitata, & ibi. a, Appetitum sequitur assensio & actio. & ibi. de assensionibus multa.

Assensor, oris. Ep. 93 a, Quotidie cõmemorabam te unũ in tanto exercitu mihi fuisse assensorem. ad Her. 23 a.

Assensus, a, um. Acad. 35 a, Sapiens multa sequitur probabilia, non comprehensa, neq; percepta, neq; assensa, sed similia ueri.

Assensus, sus. assensio, approbatio. Assensum à certis et illustrioribus cohibere, Aca. quæst. edit. 1. lib. 2. Assensum retinere, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Quare qui aut uisum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit è uita, 4 Aca. Præsertim quum ipsi dicatis sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, qui a nulla in uisis distinctio appareat, 4 Aca. Assensu suo cõprobare aliquid, Aca. quæst. edi. 1. lib. 2. Quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius, Aspice hoc sublime, cãdens, quem inuocant omnes, Iouem, 2 de Nat. d. Vulgi assensu, & populari approbatione iudicari solet, 2 de Cl. Or. Assensus lubricos sustinere, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Assensus sustinere sapientem dupliciter dicitur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Obsistere uisis, assensusq; suos firmè sustinere, 3 de Fin.

Assentatio, onis. adulatio, blanditiæ, blanda uanitas, blãdum mendacium. pro Cl. 24 b, 1s se blanditijs & assentationibus in Asinij consuetudinem penitus immersit. At. 213 b, Quàm enim turpis est assentatio? cum uiuere ipsum turpe sit nobis. Qu. F. 293 a, Græci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. & pro Fl. 162 b, Blanditiæ apertæ. de Am. 114 b, Semper auget assentatio id quod is cuius ad uoluntatem dicitur, uult esse magnum. de Am. 107 b, Beneuolentiam ciuium blanditijs & assentationibus colligere turpe est. & 113 a, Assentatio uitiorum aduitrix procul amoueatur.

Assentatiuncula, læ. Ep. 68 b, Ac non uereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear.

Assentator, oris. ad uoluntatem dicens. Off. 18 b, Cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures. & 9 b, Perniciosus assentator. de Am. 113 b, Assentator ad alterius non modò sensum ac uoluntatem, sed etiam uultum atq; nutum conuertitur. Tusc. 249 b, Quidam ex eius assentatoribus Damocles, &c. Offic. 46 a, Assentatores populi, multitudinisq; leuitatẽ uoluptate quasi titillantes. I. P. 94 b, Græculus assentator. de Orator. 153 b, & Topic. 228 a, An aliquid inter sit inter assentatorem & amicum. pro Cecin. 287 b, Assentator mulierum.

Assentatoriè. Qu. Fr. 316 b, Dubitare te non assentatoriè, sed fraternè uelo.

Assentio, tis. assertione approbo, assentior, cum aliquo sentio, concedo. At. 142 b, Assentio tibi, ut in Formiano potissimùm commorer. Ep. 2 b, Nam aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio. de Di. 130 a, Ennius, qui magno applausu loquitur assentiente populo. & 81 b, Omnibus in rebus temeritas in assentiendo errorq; turpis est. Off. 4 b, Cauendum est, ne his rebus temerè assentiamur. ad Brut. 90 b, Acerbissimè tulit senatus, assensum esse mihi de Planco. Ep. 3 a, Bibulo assensum est de tribus legatis.

Assentior, ris. assentio, conuenio, probo, blandè mentior, cum aliquo sentio, plaudo, audio, in sententiam alicuius eo uel discedo, uel discessionem facio. de Or. 105 b, Tibi senatus breuiter impoliteq; dicendi maximis est de rebus assensus. At. 261 b, 1s in Casca mihi ualde assensus est. pro Cor. 67 b, Neq; me dissensioni meæ pristinæ putaui potius assentiri, quàm præsentibus reipub. temporibus & concordiæ conuenire. de Or. 95 a, Illud uerò quod à te dictum est, esse permulta, &c. ualde tibi assentior. de Nat. 72 a, De quibus habeo ipse quod sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar. de Or. 160 a, Namq; ego illud assentio Theophrasto, &c. et 87 b, Tum ille cætera, inquit, assentior Crasso. At. 229 a, Timet multa, assentitur omnia. & 110 a. Item, De Venonianis rebus tibi assentior. & 99 b, Catoni assensus est Fauonius. & Ep. 25 b, Ep. 2 b, Huic assentiuntur reliqui consulares. At. 101 b, Habet enim res deliberationem, etsi ex magna parte tibi assentior. Aca. 17 b, Vitiosum est assentiri quicquam falsum.

Assentor, aris. adulor, blandior. de Cl. 192 b, Hæc germana ironia est, cur ita sentiam non dicam, ne me tibi assentari putes. Ep. 132 a, Et tibi assentantur tanditu dum ades. de Am. 124 a, Qui ipse sibi assentatur. Att. 123 b, Non sum ueritus, ne uiderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Aca. 12 a, Vt nihil nobis assentati esse uideamur. de Or. 119 b, Dicam enim non reuerens assentandi suspicionem. de Am. 113 b, Postremò imperaui egomet mihi assentari omnia.

Assequor, ris. consequor, nanciscor. de N. 67 a, Ratione utimur ad eam rem, ut apertis obscura assequamur. pro Pl. 27 b, Eosdem fumus honorum gradus, quos illi assecuti. Postquam. 199 a, Vestros deniq; honores, quos ceramus gradatim singulos assecuti. I. P. 79 b, Assequi omnes magistratus sine repulsa. de Am. 101 b, Vt amicitia sit, per quam quisq; assequatur, quod quisq; desiderat. de Ar. 247 b, Nemo illorum prudentiam non dicã assequi, sed quanta fuerit perspicere potest. Epi. 8 a, b, Itaq; omnia quæ ne per populũ qdẽ sine seditione se assequ arbitrabãtur, per senatũ cõsecuti sunt. & 82 a, Beneuolentiã tuã erga me imitor, meritã nõ assequor. pro Pl. 278 b, Nunquam ego mortem potius, quàm immortalitatẽ assecutos putaui. de L. 157 b, Quẽ imitaris, nũquã assequêre. de Or. 96 a, Quod neq; precib. unquã nec insidiãdo, nec speculãdo assequi potui. At. 40 b, 41 a, Ad te quid scribã, nescio: si enim es Romæ, iã me assequ nõ potes: sin es in uia, cum eris me assecutus, coram agemus. ad Her. 30 b, Vt lõgitudo aut plenitudo harũ multitudinẽ alterius assequatur et exæquet. de N. 36 a, Augescantq;

Augescantq; et pubescant, maturitatemq; assequantur. Of. 22 b, Nihil sequere, quod assequi nequeas. Tusc. 168 b, Senectus nos in cursu à tergo insequens, nec opinantes assecuta est. At. 186 b, Non assequor, ut scribã quod æquo animo legas. Att. 227 b, & de D. 111 a, Coniectura uel suspicione assequi aliquid. I. V. 145 a, Assequor, παρίστημι. Item: Nihil horum inuestigari, nihil assequi potuit. de Am. 99 a. Hos uiros bonos appellandos putemus, qui assequuntur quantum homines possunt. de In. 79 b, Vt essent non qui scriptum suum recitarent, &c. sed qui cogitationem assequi possent.

Assero, seris. affirmo. uendico. Off. 63 a, Qui proscribũt uillam (ut ipsi asserunt) bene ædificatam. ad Her. 38 b, Vt paulo antè cum de cursoribus asserebamus. pro Fl. 154 b, Cum in causa liberali, cum qui asserebatur, cognatum suum esse diceret.

Assertio, onis. Aca. 47 a, Academici censent nihil oportere, neq; profiteri neq; affirmare quenquam, neq; assertione approbare, &c. l. Præcurro & Sustineo.

Asseruio, seruis. seruio. Tusculan. 187 a, Qui uolunt exclamare maius, toto corpore contentioni uocis asseruiunt.

Asseruo, as. adseruo, seruo. I. V. 159 b, Tum iste temperat, dum res iudicaretur, hominem ut asseruarent: cum iudicatum sit, ad se adducant. pro Arch. 287 a, Cum Appij tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur. I. C. 101 a, Domi meæ te asseruari rogasti. I. V. 251 b, Asseruari priuatis custodijs.

Assessio, nis. Ep. 181 a, Oblitum'ne me putas, qua celeritate ad me Tarento aduolaris? quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio, &c.

Assessor, oris. quasi secundarius iudex, qui iuris dicendi causa principi iudici adsidet. de Diuin. 100 a, Lacedæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt. pro Cl. 39 a, Sedere proprie dicuntur iudices cũ ius dicũt. unde Assessores.

Asseueranter. affirmatè. Att. 247 b, Qu. Cicero ualde asseueranter cum eo locutus est. Acad. 16 a, Hæc Antiochus ferè, & Alexandriæ tũ, & multis annis pòst, multo etiam asseuerantius in Syria.

Asseueratio, nis. At. 212 a, Omni asseuerationè tibi affirmo, quod mihi credas uelim, maiori offensioni esse, quàm delectationi possessiunculas meas.

Asseuero, as. affirmo. de N. 44 b, Isti quemadmodum asseuerant ex corpusculis mundũ esse perfectum? Acad. 10 a, Nemo ulla de re potest cõtendere neq; asseuerare, sine aliqua eius rei, &c. certa & propria nota. I. V. 121 a, Asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturũ. de Cl. 183 b, Magni interest coràm uidere quemadmodum aduersarius de quaq; re asseueret. pro Cluen. 32 b, Is pulchrè asseuerat, se, &c. I. V. 113 b, Virum asseuerantur in hoc an tentaturi? de Cl. 192 b, Bella ironia, si iocaremur: sin asseueramus, uide, etc. Or. 220 b, Hoc meũ iudiciũ de quo hoc libro tantopere asseueraui. At. 167 b, Asseuerare aliquid firmissimè. I. A. 175 b, Idq; se facturum asseuerauit.

Assideo, des. assisto, propè sedeo. In Ver. 125 b, Sthenius est is q nobis assidet, Thermitanus. & 232 a, Nos rogatu magistratus assedimus. I. P. 96 b, Cum Cn. Põpeius P. Lẽtulo frequens assideret. At. 8 b, Mihiq; ut assedit, dixit, &c. At. 83 a, Assident, subducunt ad nummum, conuenit. In Catilin. 100 b, Consulares simul atq; assedisti, partem istam subselliorum uacuam reliquerũt. de Diu. 110 a, Tum in bibliotheca, quæ in Lyceo est, assedimus. de Or. 129 b, & pro Clu. 47 a, In Tiburti fortè assedimus ego & M. filius. pro Sext. Rosc. 28 a, Perorauit aliquando, assedit, surrexi ego. Or. 208 b, Curio cum cœpisset respondere, subitò assedit. In Verr. 258 b, Cum lachrymans in carcere mater noctes diesq; assideret. de Or. 93 b, Irrisi semper eorum hominum impudentiam, qui cum in schola assedissent, ex magna hominum frequentia dicere iuberent, si quis, &c. pro Plan. 264 b, Macedones huius repentino periculo commoti huic assident, id est, assistunt. de Clar. 182 b, Itaq; intelligens dicendi existimator, non assidens & attentè audiens, sed uno aspectu & præteriens de oratore sæpe iudicat. de Fin. 77 a, Si scieris imprudentem super assidere uelle, improbè feceris nisi moueris.

Assido, dis. consido, consedeo, sedeo. Aca. 41 b, Et simul assidamus, inquam, si uidetur. & ibi paulò infrà: Quæ cum sunt dicta, in conspectu consedimus omnes.

Assiduè, continenter, usq; assiduus, totos dies, quotidie, omni tempore, dies atq; noctes, diem & noctem, nullo puncto temporis intermisso. de Cla. 194 b, Assiduissimè mecum fuit Dionysius Magnes. Epi. 71 a, Literæ credo quibus assiduè utor. pro Mil. 119 a, Voces quas audio assiduè, & quibus adsum quotidie. Postqu. 198 b, Sic omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta delectant. ad Her. 41 b, Vt frequenter & assiduè consequamur artis rationem. de D. 96 a, Gallos gallinaceos sic assiduè cantare cœpisse, ut nihil intermitterent.

Assiduitas, atis. perseuerantia, opera quotidiana. de Natura deor. 45 a, Sed assiduitate quotidiana, & consuetudine, oculorum assuescunt animi. Quint. de Pet. 205 b, Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. Att. 31 a, Terentiæ pergrata est assiduitas tua & diligentia. ad Quintum Frat. 304 b, Hortensius summa assiduitate me insidiosissimè tractauit. pro Deiot. 151 a, Eandẽq; assiduitatem tibi præbuit postridie. Attic. 97 b, Medici assiduitas, & tota domus omni genere diligens. & 254 a, Quintus assiduitate orationis meæ commutatus est totus. pro Sext. Rosc. 43 b, Ipse assiduitate, consilio, autoritate, diligentia perfecit, ut, &c. & 44 b, Assiduitate malorum sensum omnẽ humanitatis amisimus. pro Cor. 56 a, Talis eius in rempub. nostram labor, assiduitas, dimicatio. Offi. 48 b, Propter ærarij tenuitatẽ assiduitatemq; bellorum tributum conferre. pro Mur. 128 b, Assiduitatis & operarum harum quotidianarum putat esse consulatum. Epist. 266 b, & 99 b, Noli committere ut excusatione potius expleas officium scribendi, quam assiduitate literarum. Epist. 99 a, Et quo consilio profictus es, id assiduitate & uirtute consequêre. Ad Herennium 27 b, Et si uitabimus eiusdem literæ nimiam assiduitatem.

Assiduus, a, um. quotidianus, frequens, continuus, diligens. At. 59 b, Audiui Romæ esse hominẽ, & suis se assiduum. Ep. 156 b, Frater meus in febriculam incidit assiduam. de Sen. 89 a, Bonus assiduus dominus. de Or. 97 a, Assidua & diligens scriptura. pro S. R. 21 a, Cũ hic filius assiduus in prædijs esset. pro Cæl. 239 a, Cassius fuit

assiduus

Universidad de Deusto
Biblioteca

aßiduus mecum. de Pet. 210 b, *Ipſi tecum aßidui ſint.* de Or.148 d, *Homines labore aßiduo & quotidiano aſſueti.*pro Plan. 263 a, *Non enim tribum Tarentinam, ſed ſolidam & robuſtam, & aßiduam frequentiam præbuerunt.*pro Cl.20 b, *Quotidianæ querimoniæ, aßiduus fletus.*pro S.R.29 b, *Hæ ſunt impijs aßiduæ furiæ.* & 26 b, *Hic ruri aßiduus ſemper uixit.* & 25 b, *Qui filios ſuos agricolas aßiduos eſſe cupiunt.*de Or.123 b, *Magiſtri aßidui uno opere eandem incudem diem noctemq; tundentes.*Top.221 b, *Locuples enim aßiduus, ut ait Aelius, appellatus eſt, ab ære dando.* de Cl. 166 d, *Flagitator non moleſtus, ſed aßiduus tamen & acer.*

Aſsignatio, onis. attributio. Epiſtol. 207 d, *Cæſar Sullanas uenditiones & aſsignationes ratas eſſe uoluit.* contra Rullum 82 b, In Antonium 193 d, & 208 d, *Aßignatio agrorum.*

Aſsigno, as. attribuo, tribuo, aſcribo. I.V.260 b, *Hoc quoque attendite, apparitores à prætore aßignatos habuiſſe decumanum.*Ep.177 d, *Aequaliter aut ſorte agros legionibus aßignari puto oportere.*pro Do. 236, *Inferiorem ædium partem aßignauit ſuæ genti Clodiæ.* Att. 48 b, *Mihiq; ex agro tuo tantum aßignes, quantum corpore meo occupari poteſt.*de Som.128 d, *Ne munus humanum aßignatũ adeò defugiſſe uideamini.*I.P.98 b, *Quid per tuum ſeruulum ordines aßignari? contra Rul.*64 d, *Aßignare agros colonis.*I.A.168 b, *Duo millia iugerum agri Leontini Sex.Clodio aßignaſti.*I.A.205 d, *Hiſq; militibus agros ita darent, aßignarent, ut quibus militibus ampliſſimè dati aßignati eſſent.*contra Rul. 88 b, *Quis aßignauit? quis dedit? quis cõceſſit præter Syllam?* Qu.Fr.305 d, *Amabo te ne hoc ſceleri meo potius quàm imprudentiæ aßignes.* At.157 b, *Quoquo modo uerò ſe res habeat, nihil aßignabis, nec patruo, nec patri.* Ep. 85 b, *De quo quicquid detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati, aut inuidiæ aßignetur.*Pro R.P.126 d, *Nec uerò id hominum quiſquam, ſed tempori aßignandum putauit, ad Heren.*9 d, *Hoc noſtris occupationibus aßignare debebis.*At.89 b, *οἰνοφυΐαι ſi perturbatior eſt, tibi aßignato, te enim ſequor ἀσθενέστατα.* de Clar. 171 d, *Hæc ſi minus apta uidentur huic ſermoni, Brute, Attico aßigna,* Epiſt. 154 d, *Hoc omne aßignatum iri pertinaciæ meæ uidebam.*

Aſsilio, lis. aggredior. de Orat.128 b, *Nec aßiliendum ſtatim eſt ad illud genus,*

Aſsimilis, le. *ſimilis.* de N. 53 b, *In pulmonibus ineſt raritas quædam & aßimilis ſpongiæ mollitudo.*

Aſsimilo, las. *ſimilem facio, confero.* de In.51 d, *Simile autem ex ſpecie comparabili, aut ex conferenda atq; aßimilanda natura iudicatur.*

Aſsimulo, as. *ſimulo.* Offic. 71 b, *Vlyſſes furere aßimulauit.* pro Cæl. 40 d, *Is multos fortes uiros ſpecie quadã amßimulatæ uirtutis tenebat.*pro Clu.25 d, *Exitum huius aßimulatæ familiaritatis cognoſcite.*I.V.147 d, *Literæ lituræq; omnes aßimulatæ, expreſſæ de tabulis in libros transferuntur.*

Aſsimulatio, onis. ad Her.36 d.

Aſsiſto, ſtis. aßideo. In Verr.89 b, *Seruis ſuis imperat Rubrius, ut ianuã clauderẽt, & ipſi ad fores aßiſterent.*Tuſ. 169 b, *Accede nate, aßiſte, aſpice,* & c. pro Arch. 190 d, *Alexãder cum in Sycheo ad Achillis tumulũ aſtitiſſet, ô fortunate, inquit, adoleſcens,* & c. de Leg.171 d, *Vt contra omnes hoſtium copias unus in ponte aßiſteret.*

Aſsoleo, les. ſoleo. de Amic.96 b, *Cum in hortos D. Bruti commentandi cauſa (ut aſſolet) ueniſſemus.* I. A. 176 d, *Deinde (ut aſſolet) ſuffragia.* de In.77 b, *Deinde quæ aſſolent.*de Nat.lib.2, *Senatus ad quos aſſoleret, referendum cenſuit.*

Aſsorum, uel ut quidam legunt, **Aſserũ**. oppidũ. I.V.222 b.

Aſsorinus, uel **Aſserinus**, ager in Sicilia. I.V.222 b.

Aſsuefacio, cis. *uſu doceo.* Epiſt.57 d, *Itaq; orbus iſs rebus omnibus, quibus & natura me & uoluntas & conſuetudo aſſuefecerat, cùm cæteris, tum ipſi mihi diſpliceo.*de Cla.175 b, *Arma quæ tractare cœperam, & quibus me aſſuefeceram.*de Pro.75 b, *Cæſar cæteras nationes imperio Romano parère aſſuefecit.*

Aſsuefio, fis. de Orat.146 d, *Quorum ſermone aſſuefacti qui erunt, ne cupientes quidem potuerunt non latinè loqui.*de Cl.184, *Curionis patrio inſtituto puro ſermone aſſuefacta domus.*I.C.106 d, *Aliquis ſcelerum exercitatione aſſuefactus.*

Aſsueſco, ſcis. *conſuetudinem exercitationemq; capio.* Acad.15 d, *Sic tu internoſces, ſi aſſueueris.*de Finibus 119 d, *Vt fremitum aſſueſceret uoce uincere.*de N.46 d, *Sed aßiduitate quotidiana & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi.*Epiſt.141 d, *Ego ſeruo & ſeruabo (ſic enim aſſueui) Platonis uerecundiam.*

Aſsuetus, a, um. *ſuetus, aſſuefactus.* pro Planc.263 b, *Vicinitas non aſſueta mendacijs.*de Or.148 d, *Homines labore aßiduo & quotidiano aſſueti.*

Aſsumo, mis. *accipio, arrogo, attribuo.* de Orat.99 d, *Neque illum iure ciuili ſatis illi arti facere poſſe, niſi dicendi copiam aſſumpſiſſet.*Ep. 197 d, *Equidem aliquantum iam etiam noctis aſſumo.*de Or.123 b, *Argumenta aut ex ſua ſumi ui, aut aſſumi foris.*Top.221 b, *Alij loci in eo ipſo de quo agitur hærent, alij aſſumuntur extrinſecus.* de Or.103 b, *Si quis in aliqua arte excellẽs, aliam quoq; artem ſibi aſſumpſerit.*Or.217 b, *Genus autẽ hoc orationis neq; totum aſſumendum eſt ad cauſas forenſes, neq; omnino repudiãdum.* At.34 b, *Ego apud improbos meã retinuiſſẽ inuidiam, alienã aſſumpſiſſẽ.*de Fin.55 b, *Cum nihil impedit, quo minus,* & c. *omnis uoluptas aſſumẽda eſt, omnis dolor depellendus.*pro Mur.131 b, *Quã laudat ille, Africa oppreſſa, cognomine ipſo præ ſe ferebat, eãdem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit.*Off. 30 b, *Illinc aſſumes, quæ ad hunc locũ pertinebũt.*Off.56 b, *Quod alteri detrahat, ſibi aſſumat.*pro Syll. 183 b, *Dico illud, quod in his cauſis nõ autoritati aſſumo, ſed pudori meo.* de Ora.89 b, *Orator tractationẽ orationis ſibi aſſumet.* pro Plan. 271 d, *Vt eorum reprehenſionem uos ueſtræ prudentiæ aſſumere, meæ modeſtiæ remittere debetis.* pro Cor.66 d, *Sacra Cereris aſſumpta de Græcia, id eſt, accepta.*I. Aſcitus. Part 232 d, *Aſſumpta uerba.* Off. 5 b, *Si id mihi aſſumo, uideor id meo iure quodammodo uẽdicare.*Ep.14 d, *Neq; uerò ego mihi poſtea quicquam aſſumpſi, neq; hodie aſſumo, quod quenquam maleuolentiſſimum iure poſſit offendere.*pro Syll.183 b, *Ego uerò minimum iure poſſit offendere.*pro Syll.183 b, *Ego uerò minimum iure po

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia,aut callida esset audacia, uix ullo obsisti modo posset. de Fin.132 d, Quibus abest ad præcauendum intelligendi astutia. Offi.65 b, Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias.

Astutus, a, um. callidus, uafer, ueterator, ueteratorius, malicios⁹. Of.63 a, Homo uersutus, obscurus, astutus, fallax, malicios⁹, callidus, ueterator, uafer.)(.apertus, simplex, &c. Or.202 b, Nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum, &c. Ep.38 a, Quod si quis me astutiorem fingit, quid potest esse incallidius, quàm, etc. pro Mur. 125 b, Id esset hominis & astuti & ingrati.

Astu, uel Asty, urbẽ significat, hocq; nomine olim omnes ciuitates Græciæ uocabantur, ut Diodorus scribit. Verùm per excellentiam quandam, Athenæ & Alexandria, ut Stephanus testatur, sic appellatæ uetustis temporibus fuerunt, non secus quàm Vrbis nomine, Roma intelligebantur. Cic. autem Athenas intelligit, in quã ciuitatem Theseus innumeros mortales conuocauit. ut est apud Plutarchum. de L.170 a, Vt nostri Attici, priusquàm Theseus eosdem migrare ex agris, & in Astu quod appellatur, omnes se conferre iussit, & Suniẽ erant ijdem & Attici: sic nos & eam patriam ducimus ubi nati, & illam quã excepti sumus. Terentius quoq;, In astu uenit, inquit.

Astypalea, leæ. insula una Cycladum. de N.68 b.

Asylum, li. locus profugij. I.V.93 b.

At, sed, atqui, uerùm. At.108 b, Nõ est in parietibus resp. at in aris & focis. At.73 a, At uerò posthac frustra potius dabo, quàm si rectè dari poterunt, committam ut nõ dem. de N.77 b, Nemo quòd bonus uir esset, gratias dijs egit unquam, an quòd dites, quòd honoratus. Ep. 68 b, Ad properationem meam quiddam interest, non expectare, donec, &c. at statim causam illã totam arripere. I.V.192 b, Si non bonam, at aliquam rationem afferre. Ep.83 a, Animum tuum, & si non sapientißimi, at amicißimi hominis autoritate cõfirmãdũ puto. pro Dom.139 b, Esses omnia si minus re, at uerbis consecutus. I.V.249 b, Si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. de Orat.114 b, Si minus ut separatim de his reb. respõdeat, at certè ut in causa prudenter posit intexere. Ep.84 a, Cæsar nunquam nisi honorificentißimè Pompeiũ appellat, at in eius persona multa fecit asperius: armorũ ista & uictoriæ sunt facta, nõ Cæsaris. & ibi. At nos quemadmodũ est cõplexus? de Fin.81 a, At enim sequor utilitatẽ: manebit ergo amicitia tã diu, quàm diu sequetur utilitas. de Nat.77 d, At enim minora dij negligunt, &c. Sic enim dicitis quasi ego, &c. de N.65 a, At enim quærit apud Xenophontem Socrates, unde animã arripuerimus, si nulla fuerit in mũdo: et ego quæro unde orationem, unde numeros, unde cantus. Epi.140 a, At hodie penis in obscœnis est. & ibid. At uerò Piso ille Frugi queritur, &c. de Or.88 a, Atq; is non accurata quadam orationis copia reip. saluti fuit: at uerò eius filij diserti, &c. ciuitatem dißipauerunt. de N.77 b, At uerò aut honoribus aucti, aut re familiari, &c. tum dijs gratias agimus, tũ nihil nostræ laudi assumptum arbitramur. de In.68 b, At enim qui patria potestate tribunitiã potestatẽ infirmat, minuit is maiestatem, id est, etenim. I.V.58 a, At enim solum, id est, ut me Siculi maximè uelint, alterum illud credo obscurum est, à quo Verres minimè se accusari uelit. In Verr.111 b, At enim istum soli Siculi persequũtur, cuius Rom. qui in Sicilia negociantur, defendunt, diligunt.

Athamanum, gens. I.P.100 b.

Atauus, ui. pro Cælio 44 d, Pater, auus, proauus, atauus.

Atedius, tẽlum nomen: id est, Cæsar. Attico libro 12. 166 b.

Atella, læ. urbs. contra Rul.83 a.

Atellanius, a, um. de D.113 b, Totum omnino fatum etiã Atellanio uersu iure mihi irrisum esse uidetur.

At enim, uerùm, uerùm enim. I. At.

Ater, a, um. niger ut carbo. Tusc.250 d, Democritus albã & atra discernere non poterat. Quin. Fra. 114 d, Rissimum atram. I. A.168 d, Qui albus atérue fueris ignorans fratris filium præterijt. Tusc.191 b, Atra bilis. Nubes atræ, In Arat.

Athenæ, arum. de Or.86 d, Vt omittam illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi uis & inuenta est et perfecta. de Or.146 b, Domicilium tãtum in illa urbe remanet studiorum. de Cl. 196 b, Ea urbs, quæ domus est semper habita doctrinæ. & 159 b, Athenienses, quæ gẽs Ionum habetur. Or.199 a, Atheniensium semper fuit prudens syncerumq; iudicium, de quorum urbis possessione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen proditũ est: quæ uetustate ea est, ut ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur, ut eorũ eadem terra parens, altrix, patria dicatur. autoritate autem tanta est, ut iam fractũ propè debilitatum Græciæ nomen huius urbis laude nitatur.

Athenienſis, se. Atticus. pro Flac.159 a, Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras distributæ putantur. pro Flac. Athenienses olim Iones habiti. Ora.199 a, Athenienſium in loquendo prudens semper syncerumq; iudicium.

Atheos sine deo. de N.14 a, Diagoras atheos qui dictus est: posteaq; Theodorus, nonne apertè deorum naturam sustulerunt? Ibid.78 a.

Athleta, tæ. ad luctationẽ, certamenq; institutus. de Sen. 82 b, Cum Milo iam senex esset, athletasq; se in curriculo exercẽtes uideret, aspexisse lacertos suos dicitur. illachrymansq; dixisse, At hi quidem iam mortui sunt. & ibid. Nec enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. Tusc.183 b, et 287 a, Subducẽbũ athletæ, &c. Or.219 b, Athletæ & gladiatores, etc.

Athos, mons. de Fmib. 88 a, Hellesponto iuncto, Athoq; perfosso.

Atina, næ. oppidum. pro Plan.265 a.

Atinas, tis. pro Plan.263 a, & de Diuinat.93 a, Campus Atinas.

Atlanticus, a, um. de Som.129 b, Atlanticum mare, quod magnum, quod oceanum appellatis in terris.

Atlas, antis. mons in Mauritania, & uiri nomen. Tusc. 229 b, Atlas sustinere cœlum traditur. & pro Sest.7 a.

Atomus, mi. indiuiduum corpusculum. de Fi.52 a, Ille atomos, quas appellat. i. corpora indiuidua propter solidꝫ censet in infinito inani, in quo, &c. ita ferri, ut concursionibus inter se cohærescant, ex quo efficiantur ea quæ sint, quæq; cernantur omnia: eumq; motũ atomorum

morũ nullo à principio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire. de N.12 b, Infinita uis innumerabiliũ atomorum, quæ interiecto inani cohæresc⁹t inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur, ex quo efficiuntur omnia. de N.14 a, Abuteris ad omnia atomorum regno, & licẽtia. de N.44 b, Miror esse quenquã qui sibi persuadeat corpora quædã solida, atq; individua ui & grauitate ferri mundumq; effici ornatißimũ, etc. Acd.40 a, De corpusculorum (id enim appellat atomos) concursione fortuita loqui. de Fat.145 a, Democritus autor âto morum, accipere maluit necessitate omnia fieri, quàm à corporibus individuis naturales motus auellere.

Atq; etiam, & uerò. leg. Verò.

Atq;, & uerò, & de D.122 a, Is à constantia atq; à mente, atq; à se ipse discessit. pro Fla.146 a, In maximis periculis huius urbis atq; imperij grauißimo atq; acerbißimo Reip. casu, socio atque adiutore consiliorum, periculorumq; meorum, &c. pro Mur.143 a, Qui ab illo in speculis atq; insidijs relicti, in capite atq; in ceruicibus nostris restiterunt. I.C.114 a, Atq; illud, quod faciendũ prius fuit, factum atq; transactum est. de Or. 93 b, Atq;, inquit Sulpitius, hoc primum ex te quærimus, etc. de N. 71 b, Atq; hæc quidem atq; eiusmodi, ex uetere Græciæ fama collecta sunt. de L.188 a, Atq; ut C. Flaminium, atque ea quæ prisca sunt, relinquam, quid, &c.

Atq;, pro quàm. I.V.100 b, Iste aliter atq; ut edixerat, decreuit. Tusculan.206 b, Qui suos casus aliter ferunt, atque ut alijs autores ipsi fuerunt. Atti.277 a, Hoc ad officium meum æquè atque ad ullam aliam rem pertinet. Attic.24 a, Hoc non dißimile est atq; in Solonium. pro Dom.223 b, Hoc unum et idem uidetur esse, atq; id quod de meipso nominatim tulisti. I.C.215 a, Simulachrum Iouis contrà atq; antè fuerat, ad orientem conuersum. de L.272 b, In alijs rebus uersor, atq; tu. de Orat.132 a, Vim uerbi in aliud atq; cæteri accipiant posse ducere. de Or. 153 b, Sed paulo secus à me atq; ab illo perfecta sunt. de Som. 128 b, Stellæ errantes uersantur retrò, contrario motu atq; cœlum.

Atq;, pro ut. de In. 71 a, In hanc argumentationes ex issdem locis sumendæ sunt, atq; in causam negocialem. & cum præcedit æquè pro tam, illud atq;, quàm uel ut signi ficæt. de N.68 b, Hi coluntur æquè atq; illi. pro Do.219 a, Pompeius æquè ut unusquisque uestrùm, pro salute mea laborauit.

Atq; adeò. I.V.109 d, Atq; adeò antequàm de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi uidentur esse dicenda de dignitate, &c. Antequàm.104 b, Atq; adeò, cùm hæc omnia omnib. sint acerba, tum uerò nobis intoleranda. I.V. 65 b, Hoc institui atq; adeò institutum referri molestè ferunt. At.15 b, Ego princeps in adiutoribus atq; adeò secundus fui. pro Plan.191 a, Insector, posco, atq; adeò flagito crimen. pro S.R.23 a, Hoc consilio atq; adeò hac amentia impulsi, &c. pro S.R.35 a, Quæ si prodierit atq; adeò cũ prodierit, scio enim proditurũ esse, audiet, &c.

Atqui, sed, sed enim, etenim. de Or.147 b, Atqui uides, inquit, Antoni, &c. I.V.137 b, Quid uerò, modum haberi nullum placet, atqui habentur necesse est. pro Plan. 276 a, Atqui eum cum uides, quo me tandem animo in te esse putas? Epist.83 a, Atqui utebar familiarißimè Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. Ep.140 a, Atqui hoc Zenoni placuit, &c. pro Mil.111 b, Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo. de N.29 b, Atqui certè nihil melius est mundo. Attic.105 a, Atqui certè ille agere debuit.

Atramentum, ti. Epist. 139 b, Iam pater eius accusatus à M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. Q. F.316 a, Calamo & atramento temperato, charta dentata res agetur. de Natur.51 b, Atramenti effusione sepiæ se tutantur.

Atratus, a, um. funebri uestimento indutus, funestus.)(.albatus. In Vat.35 a, Cedà, quis unquam cœnauit atratus? id est, cum toga pulla. de D. 100 d, Quid, quòd fluuius atratus sanguine fluxit?

Atridæ, Agamemnon & Menelaus. ad Her.22 b.

Atrienſis, se. seruus cui atrij cura mandabatur. I.P. 94 d, Idem coquus, idem atriensis. & Parad. 122 b, Serui atrienses.

Atriolum, li. atrium minus. I. Atrium. Qu.F.318 d, Quòd loco in porticu quæ scribere aiunt, ut atriolum fiat, mihi ut est, magis placebat. & At.5 b.

Atrium, trij. primus intra ædes aditus. Qu. Frat. 318 d, Atriolum non ferè solet, nisi in ijs ædificijs fieri, in quibus est atrium maius. contra Rul. 62 a, Vt in atrijs auctionarijs potius quàm in triuijs aut in compitis auctionẽtur. pro Qu.4 a, b, Næuius suos necessarios ab atrijs Licinijs, & à faucibus macelli corrogat.

Atrocitas, tis. pro Quin.9 b, Rei atrocitas necessitudinis nomine leuatur. de In.68 a, Locus communis, per quem ipsius facti atrocitas aut indignitas, aut omnino culpa cũ indignatione augeatur. Acad.34 b, Atrocitas ista, quo modo in academiam irruperit, nescio. Quin.Fr.300 b, Hæ literæ cum leguntur, inuidiosam atrocitatem habent. ad Heren.7 b, Augere atrocitatem peccati. I.C.120 b, Ego quòd in hac causa uehementior sum, non atrocitate animi moueor, sed singulari quadam humanitate & misericordia.

Atrociter, crudeliter. I.V.268 b, Nimis atrociter minitari cuipiam. Orat. 202 a, Contenta uoce atrociter dicere. pro Mil.105 b, Atrociter ferre de aliquo.

Atrox, cis. habens atrocitatem, crudelis, atro horrendoq; aspectu. pro S.R.28 b, Res sceleſta, atrox, nefaria. de Cl. 172 a, Cõsulẽs de re atroci magnaq; quærere. de Or. 127 a, Genus orationis uehemens & atrox.)(. lenitatis & mansuetudinis. pro Mar.134 a, Atrox suspicio.

Attalicus, ca. ut Attalica Sicilia. I.V. 205 b, Attalici agri, contra Rul.76 a.

Attalenſis, se. ibidem. Item 61 b.

Attamen, uerùntamen. Epist.105 b, Attamen istæc ipsa, quæ te emisse scribis, non solùm rata mihi erunt, sed etiam grata. Ep. 107 b, Attamen ne mirere unde hoc deciderit, lex sumptuaria, &c. Or.198 b, Quem si imitari atq; exprimere non possumus, attamen qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere. de Orator. 144 d, Atq; ei si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam referre. de Clar. 166 a, Si non pari, at grato tamen munere.

Attellanus, a, um. ab Attella Campaniæ oppido histriones dicti, unde Attellanæ & Attalaniæ fabulæ. Ep.136 b, Quando tu secundum Oenomaum Accij, non ut olim solebas Attellanum, sed ut nunc fit, Mimum introduxisti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Attendo, *dis. animaduerto*, animum attendo, noto, diligenter percipio, attento animo, summáq; cum benignitate audio, mentem aures q; erigo, silentium orationi alicuius tribuo, animum & mentem adhibeo, aures ad alicuius uocem admoueo, attentum animum ad decoris cõseruationem teneo, ad sum animo.)(Alias res ago. de In. 64 a, Hoc autem in horum locorum expositione oportebit attendere, non omnes, &c. et 67 a, de In. 51 b, Si diligenter attendimus, hæc apta inter se intelligemus. & 84 a, bis. Postremò attendendum est, num, &c. de In. 43 b, Hermagoras quid dicat non attendit. Ep. Ego quia curo, attendo q; id tibi, affirmo te, &c. de Fin. 126 a, Attende quæso Brute, satis ne, &c. pro Milon. 106 a, Rem gestam uobis dum breuiter expono, quæso diligenter attendite. pro Plan. 280 a, Audi, audi atq; attende Lateren sis. de Fin. 91 a, Attendes igitur, ut soles. Epist. 80 a, Si attendes, quod facis, intelliges, &c. Ep. 36 a, Nihil errabis, si paulò diligentius attenderis. ut intelligas, etc. Tusc. 224 b, Hæc lætitia quàm turpis sit, satis est diligenter attendentem penitius uidere. I. A. 212 a, Quæ tria dum explico, peto à uobis P. C. ut eadem benignitate, qua soletis, uerba mea audiatis. pro Sest. 9 b, Et si me attentissimis animis summa cum benignitate auditis: tamen, &c. I. C. 102 b. Percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitus animis uestris mentibus q; mandate. pro Syll. 172 a, Erigite mentes aures q; uestras, & me de inuidiosis reb. ut ille putat, dicentẽ attendite. I. V. 128 b, Attendite quæso & uidete. &c. pro Arch. 186 a, Quoniã me in hac re tam diligenter attenditis. Part. 240 b, Excitare animos ut attendant. I. V. 62 a, Quid in dicendo posis, nunquam satis attendi. de Orat. 147 a, Non æquè quid dicant, nisi admodum attendi, intelligo. I. V. 81 b, Quis nos magnopere attendit unquam? hoc quidem genere causarum, ubi, &c. Ep. 13 a, Sed attende quæso, quæ sint consecuta. de Fin. 98 b, Attendere aliquem studiosè. de Orat. 132 b, Attendere et aucupari uerba oportebit. de In. 57 a, Quæ pertinent ad dicendũ, ea nos melius quàm cæteri attendimus. Ep. 173 b, Attẽdere te uolo, quæ in manibus sunt. Orat. 215 b, Sed non attendimus, neq; exaudimus nosmetipsos. I. A. 166 a, Sed stuporem hominis attendite. I. V. 266 a, Quod iste neq; attendere unquam, nec intelligere potuit. pro Qu. 14 b, Quod abs te quæso, ut diligenter attendas. pro R. P. 125 a, Vt cùm lex aliqua recitaretur, primum uersum attenderet, si, &c. de Orat. 98 a, Imò id mehercule, inquit, ipsum attendo. de In. 46 b, Humile genus causæ, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendũ uidetur. de Or. 160 b, Nam uersus æquè prima, & media & extrema pars attenditur. pro Qu. 11 b, Cum attendo qua prudentia sit Hortensius, non arbitror, &c. Off. 45 a, Sed cum attenderint ueniam necessitati dari, non mirabuntur, &c. I. A. 244 b, Animus tamen erit solicitus, ut nihil possit de officijs legationis attendere. Atti. 249 a, Parua res est, sed tu bene attendisti. Off. 58 b, Sed si animum attenderis, turpitudinem uideas. I. V. 81 b, Quo tempore igitur aures iudex animum q; attenderet? contra Rul. 75 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur.

Attentè, *silentiò, attento animo, benignè, diligenter, clementer*. de Or. 108 a, Itaq; nos raucos sæpe attentissimè audiri uideo. pro S. P. 20, Vos oro ut attẽtè bonaq; cum

uenia uerba mea audiatis. Par. 232 b, Intelligenter autem ut audiamur, & attentè à rebus ipsis ordiendum est. pro Clu. 19 a, Quæso ut me benignè attenteq; audiatis. et 70 b, A uobis benignè attenteq; audior. I. A. 160 a, Et sum à uobis benignè & diligenter auditus pro Cl. 51 a, Agit enim sic causam T. Actius, &c. uos attenditis & auditis silentiò. pro Do. 219 b, Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. I. A. 152 b, Alterum peto à uobis, ut pro me dicentem benigni, alterum ipse efficiam, ut contra illum cum dicam, attentè audiatis. de Cla. 182 b, Assidens & attentè audiens.

Attentio, *onis*. de Or. 122 a, Cura, attentio, animi cogitatio, uigilantia, assiduitas, labor, uno diligentiæ uerbo continentur.

Attento, *as. tento, pertento*. pro Sest. 4 b, Quam urbem ab illa scelerata manu attentari suspicabamur. de Ar. 247 a, Cùm ea attententur eius lingua, cuius antea manu euersa sunt. I. V. 135 b, Omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare. Ora. 217 a, Compositæ orationis insidijs fidem auditoris attentare. de Ora. 153 a, Melius fuerat præterire quàm attentatum deferre. Postq. 202 a, L. Hellius suam classem attentatam magno cum suo periculo penè sensit.

Attentus, *a, um*. diligens, diligentiam adhibens I. V. 102 a, Qui in re aduenticia & hæreditaria tam diligens & attentus esset. & 168 b, Vt uarietate criminum uos attentos tenerem. ad Her. 27 b, Tenere auditorem attentum. de N. 60 a, Præbebo me tibi uicißim attentum contrà Stoicos auditorem. de Or. 138 b, Attentum commonendi Græci, ut principiò faciamus iudicẽ. ad Her. 1 b, Facere auditores attẽtos. de Or. 116 a, Vt eum qui audiat, benè attẽtos animos ad decoris cõseruationem teneamus. de D. 131 b, Id certè magis est attẽti animi quàm furẽtis. Or. 216 a, Attẽto animo excipere aliquid. de Or. 144 a, Omne illud meridianũ tẽpus Crassũ in acerrima et attentissima cogitatione posuisse. pro S. R. 25 a, Attẽta & uigilantia uita. pro Qu. 2 b, Paterfamilias prudẽs et attẽtus.

Attenuatè. de Cla. 182 b, Attenuatè pressèq; dicere.

Attenuatio, *onis*. ad He. 6 b, Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis. Ibidem 20 b.

Attenuatus, *a, um*. de Cla. 191 a, Oratio nimiã religione attenuata. ad Heren. 26 a, Attenuata est, quæ demissa usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem. l. Acclamatio.

Attenuo, *as. imminuo, demitto, deprimo*. pro Pom. 9 b, Bellum expectationi Pompeij attenuatum atq; imminutum est. ad Her. 17 a, Vt hæc attenuentur, quæ suprà demonstraui. Amplificare, ibidem.

Attestor, *aris. testor, testem facio*. pro Mil. 114 b, Te Magne tamen attestaretur, &c. pro Sylla, De his tantum dicam quod satis est, attestante memoria omnium, neminem esse, qui, &c.

Attexo, *xis*. aduingo, applico. de Vniuers. 202 a, Vos autem ad id quod erit immortale, partem attexuite mortalem.

Atticè. Atticorum more. de Opt. 244 a, Bene dicere est Atticè dicere.

Atticismus, *mi*. elegantia linguæ Atticæ. Attic. 664 a, Et ille la-

ille latinus ἀττικισμὸς ex interuallo requirendus.

Atticus, *a, um*. Orat. 198 b, 199 a, Demosthenes, quo'ne Athenas quidẽ ipsas magis credo fuisse Atticas. de Cla. 179 b, Huius orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut penè Attico stylo scriptæ esse uideantur. de Or. 146 b, Suauitas sermonis Atticorum & Romanorum propria. de Cla. 170 b, Ea subtilitas, quam Atticam appellant. Or. 199 a, Atticorum est inculte & horridè dicere, modò id eleganter enucleateq; fiat. & ibi. Atticorum aures teretes & religiosæ. de N. 19 b, Scito sermone & Attico loqui.

Attilius, *lij*. pro S. R. 26 a.

Attineo, *es. I*. Attinet. Or. 211 b, Quamq; attinendi magni dominatus fient. ad Her. 1 a, Græci scriptores ne parum multa scisse uiderentur, ea conquisiuerunt, quæ nihil attinebant, ut ars difficilior cognitu putaretur.

Attinet, *bat. pertinet, oportet, attingit*. de In. 73 a, Iudicium de ea re fieri nihil attinuit. de Fat. 14 a, Quid igitur attinet inculcare fatum. de Finib. 119 a, Si autem eos non probabat, quid attinuit cum his, quibus cum re conueniebat, uerbis discrepare? pro Qu. 11 a, Neque quemquam attinebat id recusare, quod, &c. Ep. 52 b, De quo quid sentiam, nihil attinet dicere. Attic. 191 a, Ea re non uenit, quia nihil attinuit. de Am. 303 b, Nam hoc quidem in talibus uiris quid attinet dicere: si contendissent, scio impetraturum non fuisse. Of. 22 b, Neq; enim naturæ attinet repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. Epist. 261 a, Vrbem reliquimus, quàm sapienter, nihil attinet disputare. de Fin. 114 b, & pro S. R. 29 a, Hoc ad me nihil attinet: si igitur illa cultura uitium in uite insit ipsa, cætera credo uelit, quæ ad colendã uitem attinebant. Quint. Frat. 306 b, Ego quod ad me attinet, itemq; arbitror cæteros, ideirco taceo, &c. Atti. 260 b, Caninium perdidi hominem, quod ad me attinet, non ingratum. & 77 a, Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quemquã. I. V. 111 b, Alio loco, ut se tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demõstrabitur. Ep. 3 b, Quod ad popularem rationem attinet, hoc uidemur esse consecuti, ut ne quid agi, &c.

Attingo, *gis. tango*. Att. 79 a, & Epi. 244 a, Cappadociæ pars, quæ Cliciam attingit. I. P. 87 b, Macedonia, quæ tantis barbarorum gentibus attingitur. Att. 22 b, Attingere cœlum digito. de Leg. 107 b, Nullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim. Ep. 28 b, De præda mea nec attigi, nec tacturus est quisquam. Qu. Frat. 292 a, Quæ res ad officium imperij tui pertinebunt. de his rebus serui nihil attingant. de Or. 92 a, Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. pro Cæl. 43 a, Qui primorib. labris aliquid gustant, & extremis (ut dicitur) digitis attingunt. pro Arc. 189 a, Si ipsi hæc neq; attingere, neque sensu nostro gustare possemus. de Ar. 245 a, Voce tantum attigi legum initium et iudicij, confedit ille, &c. Or. 200 b, Isocrates præstat omnibus, qui unquam orationes attigerunt. pro Arc. 191 a, Nam quas res nos gessimus, attigit hic uersibus, & inchoauit: quibus auditis, &c. ad perficiendum hortatus sum. pro Cec. 294 a, Si ad uerbum rem uolumus attingere. de In. 60 a, Singillatim unamquamq; rem attingere. pro Do. 235 a, Nemo fuit qui rem ullam de meis bonis attigerit.

de Or. 123 b, Ab eo quod rem attingat, plures sunt argumentorum sedes. Off. 4. b, Primus ille locus, qui maximè naturam attingit humanam. & 164 a, Quanquam hæc res non solùm ex domestica est ratione, attingit enim & bellicam. de Orat. 108 b, Opinio fuit L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quàm, etc. de Leg. 169 b, Sed nimirum me alia quoq; causa delectat, quæ te non attingit. de Orat. 91 b, Ego qui serò ac leuiter Græcas literas attigi, tamen, &c. & ibi. Si illa quæ ego non attigi, accesserint. id est, artes & studia. de Leg. 171 b, Quæ non magis legis nomen attingunt, quàm si, etc. id est, non magis sunt leges, &c. Epi. 42 b, Ne qua me illius temporis inuidia attingeret. Aca. 55 b, Et quæcunq; res eum sic attinget, ut sit uisum illud probabile, neq; illa re impeditũ, mouebitur. de Orat. 127 a, Sic quid esset illud perquam breuiter perstrinxi atq; attigi. Ep. 19 b, Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed, &c. Att. 21 a, Strictim attingere aliquẽ librum. Epist. 14 a, Atq; hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reipublicæ fuisse. At. 37 a, Rempublicam nos nulla ex parte attingimus. & 147 b, Nec sumptis armis belli ullam partẽ attigi. Ep. 64 b, Vt primam attigi forũ. pro Sest. 18 a, Qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset. At. 147 b, Si quæ de Pompeio nostro tuendo cura te attigit. Off. 48 b, Eorum autẽ ipsorum partim eiusmodi sunt, ut ad uniuersos ciues pertineant, partim singulos ut attingãt. de Fin. 130 a, Cum autẽ processit paulum, & quatenus quidq; se attingat, ad seq; pertineat, perspicere cœpit, tum, &c. Ep. 43 a, De ambitu uerò quid interest, inquies, an de maiestate? ad rem nihil, alterum enim non attigisti, alteram auxisti. I. V. 252 b, Ciuitates, quæ officijs, fide, uetustate, & etiam cognatione populi Rom. nomen attingunt. Qu. Frat. 290 b, Publicani nos summa necessitudine attingunt. I. V. 113 b, Is me cognatione maximè attingit. At. 39 a, Deinde quos in senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, nominauit. Ep. 206 a, Qui te aliqua necessitudine attingunt. de Fin. 72 a, Sed ne suspicione quidem possum attingere.

Attingens, *tis*. Tusc. lib. 1, Mentò summam aquam attingens. L. Stomachus.

Attraho, *his*. allicio, inuito, allecto, adduco. I. V. 109 a, Ea me ad hoc negocium prouincia attraxit. At. 288 a, Cum id malũ, quod uitare potueris, ultrò accersas atq; attrahas. In Sal. 174 a, Sallustius bis ad iudicis subsellia attrahit atq; attrahit ad amicitiam. At. 155 a, Puto te attractum iri, si de pace agetur.

Attrectatus. *tus*. Tusc. 186 a, Nam attrectatu et quassu sæuum amplificatis dolorem. Poetæ.

Attrecto, *as*. sæpe tracto & tango, et quasi manibus tero. de Ar. 250 a, Libri, quos tu contaminatis manibus attrectas. pro Plan. 265 a, Aspicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. pro Cæl. 41 b, Quidam dixerunt uxores suas redeuntes à cœna attrectatas esse à Cælio.

Attribuo, *is*. ascribo, tribuo, assigno, confero, conijcio, refero, addico, uendico, ascisco, destino, affingo. de N. 78 a, At nonnunquam bonos exitus habeat boni, eos quidem ascribimus attribuimusq; sine ulla ratione dijs immortalibus. de Sen. 77 b, Qui si eruditius uidebitur disputare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Autor, ris. suasor, impulsor, hortator, machinator, architectus, adiutor, monitor, consiliarius, magister, dux, præfectus, princeps, effector, præceptor, laudator, signifer, testis, ascriptor. At. 147 b, Senatui cum primùm potui pacis autor fui. et ibidem: Eo tempore non modò ipse autor dignitatis tuæ fui, uerùm etiã cæteris autor ad te adiuuandum. & 225 b, Ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem & autore Vestorio. & 279 b, Nã illi magnopere autor fui, ne differret tempus petitiõis suæ. & 145 b, Ego quidem non sum autor, si Pompeius Italiam relinquat, te quoque profugere. & 242 b, Sed autor non sum, ut te urbi committas. et 246 b, Hircius mihi ut absim uehementer autor est. Epistol. 86 d, A me cõsilium petis, qui sim tibi autor in Sicilia ne subsidas, an proficiscare, &c. & 17 b, Ego tibi sum autor, ut quibus rebus possis, eum tibi ordinem reconcilies. de Leg. 166 b, Tibi magnopere autor sum, ut aliquando, &c. Postquam. 260 d, Cum eum in me restituendo autorem ascriptoremq; fuisse uideatis. pro Dom. 219 d, Hic mihi grauissimus autor ad instituendam. fidelissimus socius ad comparandam. fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit. de Ar. 247 b, Habeo autores & magistros religionum colẽdarum maiores nostros, qui, etc. pro Plan. 265 b, Crassus maximarum societatum autor, plurimarum magister. Attic. 120 d, Ille legibus contra auspicia ferendis autor. et 132 d, Non mihi satis idonei sunt autores ij qui à te probantur. de Orat. 147 b, Quare omnes istos me autore deridete. et 122 b, Quos tu cum haberes autores, miror cur, &c. & 135 d, Non uereor ne quis iam in isto genere me leuiorem putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi autores protulisti. de Clar. 176 d, C. Licinius diligentia & uirtute animi atq; uita bonus autor in senatu. pro Flac. 135 b, Præclarus iste autor suæ ciuitatis: id est, qui testis eam uituperat. Epistol. 183 b, Autor alicuius interficiendi. pro Flac. 157 d, Hunc habent autorem Tralliani doloris sui, & autorem querelarum. I. A. 165 b, Autor ad faciendũ aliquid. Postquam. 201 d, Qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresq; fuerũt. & 200 b, Cùm duo Consules empti, pactione prouinciarum autores se inimicis Reipublicæ tradidissent. pro Mur. 139 d, Hæc M. Cato autoribus eruditissimis inductus arripuit. Att. 225 d, Id certis autoribus comperi. Orat. 197 b, Non solùm intelligendi, sed etiam dicendi grauissimus autor et magister Plato. de Clar. 169 b, M. Cethegus, cuius eloquentiæ est autor, & idoneus quidem, mea sententia Quint. Ennius. Offic. 75 d, Polybius bonus autor in prẽmis scribit, &c. Offic. 71 b, Apud Homerum optimum autorem, talis de Vlysse nulla suspicio est. Orat. 216 d, Aristoteles autor optimus. At. 166 d, et 167 b, Autor luculentus, id est exploratus, certus. & 190 b, Habeo nõnullos ex ijs, quos nũc lectito autores, qui dicãt fieri id oportere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportere.pro Mur.131 d, Vt aut ingeniosus poeta, et autor ualde bonus.de Orat.163 a, Orationem eandē aliā esse putari autore mutato.et 168 b, Te rerum Romanarum autorem laudare possum religiosissimum.et 160 d, Cùm differendo par esse nō posset, ad autores confugit. Or.213 b, Isocrates orationis ornādæ autor locupletissimus.Attic.119 d, Quasi locupletior mihi sit quærēdus autor quàm Socrates.Item, ille Plato, quem ego autorē uehementer sequor. de Nat. 4 a, Non enim tā autores in disputādo quàm rationis momenta quærēda sunt. At.103 d, Cæcilius malus autor latinitatis.pro Fon.277 d, Quis est ex eo numero, qui uobis autor placeat? eo nos iam laudatore et teste utemur.de Cla.168 b, Thucydides autor locuples.l.V.166 b, Habes autorē idoneū. de Cla. 165 a, b, Cū Appius Cæcus de plebe cōsulem nō accipiebat, M.Curius patres antè autores fieri coegit. Att.279 d, In hoc honore extraordinario nemo magistratus autor extitit. pro Flac.157 b, Siluerunt principes, neq; ipsius decreti ac testimonij autores esse uoluerunt.Top.224 b, Soluere pupillo tutore autore.pro Cecin.278 b, Quod mulier sine tutore autore promiserit, nō deberi.pro Cecin.295 d, Actio in autorē præsentē. & 290 d, P. Cæsennius autor fundi, non tam autoritate graui, quàm corpore.de Or.126 d, Neq; actor sum alienæ personæ, sed autor meæ.et 101 d, Multi ingenio sibi autore dignitatem pepererunt. At.44 d, Quidā boni nuncij non optimis tamen autoribus.et 118 b, Autor rei publicæ.Ep.146 b, Præbere se autorem, principem, & ducem senatui. Or.102 b, Definirem hunc reip. et recto rem publici consilij autorem esse habendum. Item Cn. Pompeius, qui uoluit me sui facti. sui iudicij. sui beneficij esse & prædicatorē & auctorem. de Cl.174 d, Autor legis.)(. Dissuasor. Off.74 d, Atq; huius deditionis ipse suasor & autor fuit. Part.238 b, Non enim supplex ut ad iudicē uenit orator, sed hortator atq; autor. Laudare autores, de Or.160 b, et de Cla.198 b, id est, nominatim citare, uel nominare.de Fin 128 b, Fruendi rebus his, quas, &c. princeps Carneades, non ille quidem auctor, sed defensor differendi causa fuit. Acad.2 d, b, Ego cum græcas literas M. Catonē in senectute didicisse acceperim, nullum iam græcarum literarum autorem requiro. Attic. 90 d, Cum mihi autor placeret, erat enim ἰσοδυνώτατος, & uixerat in Peloponneso, admirabar, tamen, &c.

Autoramentum, *ti.* obligatio & nexus. Offic.30 b, Est enim in mercenarijs ipsa merces autoramentum seruitutis.

Autoritas, *tis.* pondus, momentum, testimonium, existimatio, *uis*, fides, *ius*.)(. persona leuis. l.V.123 b, Existimatio atq; autoritas nominis populi Romani imminuta. de D.93 b, Hūc ergo antepones Platoni qui ut rationē nō redderet, autoritate tamen hos minutos philosophos uinceret. de N.61 b, Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. de N.4 d, Autoritas sine ratione plerūq; obest. de Cl.196 b, Id autoritatis habet parū. Off.39 b, Iustitia sine prudentia satis habet autoritatis. de Sē.90 d, Senectus honorata maximam habet autoritatem. de D.81 d, Pythagoras diuinationi magnam autoritatem tribuit. & ibid. Dicæarchus ijsdem rebus fidē tribuit. Ep.2 b, Nos in causa eo minorem autoritatē ha

bemus, quòd tibi debemus. & At.118 d, Quam enim ille autoritatem habeat in hac causa. de Di.31 b, et 132 d, Autoritatem nullam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere. Ep. 6 b, Nostra defensio dignitatis tuæ propter magnitudinem beneficij tui plerisq; officij maiorem autoritatem habere uidetur, quàm sententiæ. de Nat.78 b, Stoici poetis dederunt autoritatem. de Nat. 77 d, Inuita hoc loco uersatur oratio: uidetur enim autoritatem afferre peccandi. de Sen.90 d, Non canis, non rugæ repentè autoritatem afferre possunt. pro Deiot. 249 b, Si hoc à tanta autoritate fuerit approbatum. de Se.90 d, Apex senectutis est autoritas. Att.146 b, Pedarij autoritas multum apud me ualet. Att.242 d, Pedarij autoritas magna quidem apud me, & in primis grauis. I. A. 25 d, Quam igitur municipijs ad excludendum Antonium autoritatem damus? Offic.18 b, Hisq; etiam maior quàm antè tribuenda est autoritas. l. a. 186 d, Vt præstantissimis ducibus à nobis detur autoritas. de D.137 d, Neminem cognoui qui maiore autoritate nihil diceret. I. A. 236 d, Opus est nobis homine, qui habeat autoritatē, nomē, etc. de Sē.77 b, Vt maiorem autoritatem haberet oratio. l. A. 243 b, Lentonis Cæsennij Septemuiralis autoritas. pro Font.278 b, Nec cupido testi autoritas attributa uideatur. de Sen. 77 b, Ne parum autoritatis esset in fabula. Off. 74 d, Vtilitatis species falsa ab honestatis autoritate superata est. de Sē, 84 b, Appius tenebat non modò autoritatē, sed etiam imperium in suos. de D.87 a, Gracchus auctoritatem confessione errati sui comprobauit. et ibi. Aruspicum disciplinæ magna accessit autoritas. et ibi. b, Sors contemnenda non est, si autoritatem habet uetustatis. pro Cor. 61 d, Autoritate & exemplo alicuius facere aliquid. Att. 124 d, Tua autē autoritas uehemētius mouet. pro Cor. 67 b, Si mea autoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet. de Ar.254 b, Et eo fecisse autore se dicebat, cuius autoritatis nemine poßet pœnitere. de Orat.101 d, Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi uidetur XII tabularū libellus, & autoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. & ibi. Autoritate nutuq; legum docemur eo hercere omnes cupiditates. de Sen. 90 d, Quorum non in sententia solū, sed etiam in nutu residebat autoritas. Orat.208 d, Hoc & autoritatē orationi affert & fidē. de Orat. 123 d, Suspicio artificij imminuit & oratoris autoritatem, & orationis fidem. pro Flac. 150 b, Nunc uerò quam habere autoritatē, aut quam fidem poßumus. & 159 d, Habere autoritatem apud aliquem. At.354 b, Eius igitur mihi uiuit autoritas, & filius eodē est apud me pondere. et 123 b, Quò plus in suadendo autoritatis haberem. et 262 b, Non dubitabam, quin consulum literæ apud te plurimum autoritatis haberēt. Orat.213 d, Habet autem ut in ætatibus autoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. pro Syl.168 b, Nec testimonio fidē tribui conuenit, nec defensioni autoritatem. pro. S.Rosc. 45 b, Non eandem uim & autoritatem habent aduersaria quàm tabulæ. pro Quint. Rosc. 45 b, Quod apud omnes leue atq; infirmum est, id apud iudicem grate et sanctum esse dicetur? pro Flac.148 d, Huius rei quæ fuit, quæ autoritas, quod pondus, ignorāt. pro Pom.35 b, Tametsi cognoscitis autoritates contrarias clarissimorum

rum uirorum, tamen omißis autoritatibus, ipsa re & ratione possumus exquirere ueritatem. Tusc.153 b, Autoritas ad aliquid probandum & solet et debet ualere plurimum. ad Her.24 b, Quod si illorum autoritate remota, res omnes uolent cum re comparare, intelliget, &c. & ibi. De autoritate et uetustate autorū. pro Mur. 140 d, Tolle mihi è causa nomen Catonis, remoue ac præter mitte autoritatem, congredere mecū criminib. ipsis. pro Mur.140 d, Si autoritatib. hanc causam confirmandam putatis, est uobis autor uir bellorum peritißimus, &c. pro Pom.12 d, De quo homine uos, id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia feciſtis. pro Flac.154 b, & pro Mur.145 b, Quia de tabulis publicis recitat, quæ in accusatoris potestate fuerūt, non debet habere autoritatem. pro Ar.187 d, Tabulæ, quæ solæ obtinent publicarū tabularum autoritatem. Anteq.195 d, Nemo tam perdita autoritate, tam facinorosa uita inuentus est, qui, &c. & ibi. Qui neq; tanta ualetis autoritate, neq;, &c. pro Do.236 b, Posuerat enim autoritatē in uno, quæ in his omnibus. pro Dom. 237 d, Autoritas propter coniunctionē affinitatis minor est putanda. pro S.R.18 b, Vir in quo summa autoritas est et amplitudo. de In.60 b, Grauissima autoritas. de Or.122 b, Vir autoritate grauis, gloria clarus. cōtra Rul.75 d, Homines autoritate tenui. Ep.67 d, Autoritas testimonij tui. At.106 d, Tanta autoritate dux, tanta audacia. Attic.173 d, Habere pondus, id est, autoritatem. de Cla.174 b, Esse in aliquo numero. de Or.162 b, Esse in nullo numero. Ep. 6 b, De autoritate & sententia alicuius scribere aliquid, id est, ex autoritate. Ep.54 d, Ex autoritate alicuius gerere magistratum. l. A. 201 b, Cæsar nondū interposita autoritate uestra, suo consilio atq; iudicio Antonium ut hostem arcuit. Ep.7 d, Offensionem esse periculosam propter interpositam autoritatem, religionemq; uideo. Ep. 3 d, De his rebus, pridie quàm hæc scripsi, senatus autoritas grauissima intercesserat. Offic.74 d, Sine autoritate senatus facere aliquid. Item, iniussu senatus facere aliquid. pro Cec.299 d, Rata autoritas harum rerum à iure ciuili sumitur. Offic.8 b, Aduersus hostem æterna autoritas. l.V.67 b, Legationes cum publicis autoritatibus ac testimonijs uenerunt. item, In tabellis nihil erat autoritatis. I. V. 33 b, In rostris, quò autoritatis exquirendæ causa cæteri Tribuni plebis principes ciuitatis ducere consueuerunt. pro A. Cecin. 295 d, Lex usum & autoritatem fundi iubet esse biennium. Top.222 b, Vsus autoritas fundi biennium est. Quæ autē extrinsecus assumuntur, ea maximè ex autoritate ducuntur. item: Iurisperito rum autoritas. item Top.227 d, Ad faciendam enim fidē autoritas quæritur. & ibi de autoritate multa præclara. de Ar.246 b, & 247 d, Multæ sunt domus in hac urbe iure optimo, sed tamen iure priuato, iure autoritatis, iure mancipij, &c. Ep.6 b, 7 d, Eaq; quæ de ea reductione scripta autoritas tantam uim habet ut, &c. & 118 b, Si quis huic senatusconsulto intercessisset, autoritas perscriberetur. de Orat.143 d, Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse.

Autoror, *aris.* militiæ sacramento obligor. Epistol. 164 b, Quia cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, autorari sese nolebat, & ad populum confugerat. aliàs, & quidem melius, autore.

Automedon, *ontis.* pro S.R.35 d, Automedontem illum sui sceleris acerbißimi, nefariæq; uictoriæ nuncium.

Autumnalis, *le.* In Arat. Autumnale lumen.)(. Vernum.

Autumnus, *ni.* Partit. 233 d, Vt hyems, uer, æstas, autumnus.

Autumo, *as.* opinor, censeo, puto. Orat.313 d, Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri. Top.225 b.

Auunculus, *culi.* matris meæ frater. de Orat. 140 d, P. Tubero Africanum auunculum laudauit et de Fin. 91 d, de Clar.194 b, Drusius tuus magnus auunculus.

Auus, *ui.* patris & matris pater. pro Murena 120 d, Proauus L. Murenæ & auus Prætores fuerunt. & pro Deiotaro 149 d, Idem auiæ frater, aut patris, matris ue auunculus.

Auxiliarius, *a, um.* Epist. 165 d, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidē ullum quo quam missi Asinij Pollionis. de Pro.72 d, Res in Sardinia à propratore una cohorte auxiliaria gesta.

Auxilium, *lij.* subsidium, præsidium, adiumentum, opis adminiculum, numen, telum. de Orat. 127 d, Nihil mihi ad existimationem turpius, quàm si is, qui alienißimis à me saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non poßim. Orat. 210 d, Petere auxilium ab aliquo. de Fat.144 d, & pro Qu.5 d, Petere præsidium ab aliquo. I. C. 108 b, Deos immortales nobis contra tantam uim auxilium esse laturos. l.V.110 b, Ferre opem et auxilium alicui. & pro Dom. 218 b, Academicarum quæstionum 22 b, Fer mi auxilium. pro S.R.37 b, Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. pro Cor.95 d, Qui nostros duces auxilio laboris, commeatus, periculo suo iuuerit. Antequàm.196 b, In meis miserijs diuinum aliquod auxilium & numen ostendite. I. A. 236 d, Non ut ex ea acie auxilium haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. Parad. 124 b, Magna equitum ac peditum auxilia. pro Deiot. 48 d, Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. ad Her. 2 d, Esse auxilio alicui. Epistol. 56 b, In quo debebat esse, aut promißio auxilij alicuius, aut cōsolatio doloris tui. pro Rab. 91 d, Dij quorum ope & auxilio hæc respub. gubernatur.

Auxilior, *aris.* adiuuo, suffragor, opitulor, opem auxiliumq; fero, auxilio sum, auxilio succurro, subsidio eo uel uenio, præstò sum, subuenio, auxilium fero, subleuo, adsum, præsidium fero, adiumento sum, subsidio sum, præsidio sum, fidem dexteramq; porrigo, subsidio proficiscor, alicui dextram tendo, meumq; illi præsidium polliceor. Ep. 62 d, Auxiliari cuipiam. & ad Her. 32 b, Nihil Numantinis uires corporis auxiliatæ sunt.

Αὔξησις, id est, amplificatio. Orat.208 b, Tum sunt maximè luminosæ et quasi actuosæ partes duæ: quarum alteram in uniuersi generis quæstione pono, quam (ut suprà dixi) Græci appellant θέσιν: alteram in augendis amplificandisq; rebus, quæ ab eisdem αὔξησις est nominata.

Ἀξία. l. Aestimatio.

Axia. castellum. pro Cec.288 b.

Axilla, *læ.* locus subter brachium concauus. Inde Pub. Seruil. Ala factus est. Orat.211 d, Quomodo enim uester Axilla? Ala factus est, nisi fuga literæ uastioris?

Axioma, *tis.* de Fat. 140 d, Enunciationes, quas Græci ἀξιώματα uocant. de Natur. 25 d, Epicurus totum hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

gut est, aut non, negauit esse necessarium. Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enuncietur, id autē appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum, aut uerum esse, aut falsum. l. Pronunciatum.

Axis, *xis. linea quædam per mundi centrum ducta, circum quam mundus ipse perpetuò conuertitur. de Vni. 201 b, Terra altrix nostra, quæ transiecto axe sustinetur. & Acad. 31 a, Terram circum axem conuerti. in Arat. Hosce æquo spacio deuinctos sustinet axis. de Nat. 12 a, Versari circum axem cœli admirabili celeritate.*

Babylon, *onis. urbs Chaldææ gentis caput, in Syria. de D. 90 a, Alexāder Babylone est mortuus. pro Dom. 225 b, Alteri Syriam, Babylonem, Persas tradidisti.*

Babylonius, *a, um. de Diuinat. 128 b. Ibidem 81 a, Tusculan. 210 a.*

Bacca, *cæ. fructus arborum, quales sunt corni, oleæ. de Di. 111 b, Agricola cum florem oleæ uidet, baccam quoq; se uidere putat. Tusc. 154 b, Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. de Di. 161 a, Quæ frugibus atq; baccis terræ fœtu profunduntur. & 104 a, Nec fruges terræ, bacca'ue arborum dedisset, nisi, &c. de Senect. 78 a, & de Leg. 173 a, Baccæ arborum terræq; fruges.*

Bacchæ, *arum. signa Thracum mulierum bacchantium, à quibus Orpheus discerptus legitur. Epist. 106 a, Bacchis uerò ubi est apud me locus? at pulchellæ sunt, noui optimè, &c. & Epist. li. 7, Bacchas istas cum Musis Metelli comparas.*

Bacchanalia, *orum. Bacchi sacra. 177 a, Senatus auctoritas de bacchanalibus, &c.*

Bacchatio, *onis. in Verrem 82 b, Nocturnæ bacchationes & uigiliæ.*

Bacchor, *aris. furo, insanio. de Clar. 190 b, Eos quorum altior oratio actioq; esset ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. In Catil. 102 b, Hic tu quibus gaudijs exultabis, quanta in uoluptate bacchabere. 120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in uectra cæde bacchantis.*

Bacchus, *chi. Liber. pro Flac. 156 a, Euhius, Bromius, Nysius, Bacchus, Liber. de N. 38 a, Sine Cerere & Libero friget Venus. l. Liber.*

Bacillum, *li. baculus & uirga quædam. de D. 86 b, Lituus, id est, incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. de Fin. b. 71 b, Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum. ad Atticū 193 a, Quos ego cum bacillis in turbam cōieci. contra Rul. a, Lictores non cum bacillis, sed cum fascibus anteibant. I. V. 264 b, Bacillo oculos alicuius tundere.*

Bacchis Bœotius, *uates. de Di. 87 b.*

Baiæ, *arum. oppidum. pro Cæl. 43 a, Qui unguenta sumpserit, qui Baias uiderit. pro Cæl. 44 b, & Attic. 222 a, Conuiuia Baijs acta, comessationes. Item 228 a.*

Baianus, *na. At. 225 a, Baiana negotia.*

Baiulus, *li. operarius. appositus ad ferenda onera. de Orat. 112 a, Remigem aliquē aut baiulum nobis oratorem descripseras. Tusc. 207 b, Nihil inter Alcibiadem summo loco natum, & quemuis baiulum interesset, de Cla.*

188 a, Operarij autem aut baiuli deesse non possunt. Parad. 120 a, Operarij & baiuli.

Balbus, *a, um. lingua hæsitans, cuius lingua inhæret ita ut ægrè loqui possit. de Orat. 109 a, Demosthenes ita balbus fuit, ut Rhetoricæ primam literam non posset dicere. Epist. 23 a, Balbus enim sum, quod non putaram. & ibi. Sed balbi non sumus.*

Balbutio, *tis. lingua hæsito. (. Apertè & clara uoce loquor. Tusculan. 243 a, Academici balbutire desinant aliquando, aperteq; & clara uoce audeant dicere, &c. de Di. 81 a, Epicurus balbutiens de Natura deorum. Aca. 35 a, Sed ille noster est planè, ut suprà dixi, Stoicus, perpauca balbutiens.*

Baleares. *insulæ. At. 186 a.*

Balearicus, *ca. de D. 81 a.*

Balearis: *id est, Balearicus. pro Sex. R. 43 a.*

Balista, *stæ. arcus magnus, cum ansa seu manubrio. Tusculan. 187 a, Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores ictus habent, quo sunt contenta & adducta uehementius.*

Balneæ, *arum. Balnea erant bina ædificia coniuncta, alterum ubi uiri, alterum ubi mulieres publicè laubātur: autor Varro. pro S. R. 21 b, Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. ad Heren. 27 a, Nam ut foris è balneis hic in balneas uenit, cœpit, postquam per fusus est, defricari. de Orat. 120 a, Quàm multa de balneis, quas nauiter ille uendiderat, dixit. & ibidem: Modò enim excisi de balneis. pro Cæl. 50 b, Balneæ xeniæ. & ibid. Balneæ publicæ.*

Balnearia, *orum. Idem in uilla. Quint. Frat. 318 a, Nihil restabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. & ibidem, In balnearijs assa in alterum apodyterij angulum promoui. At. 214 b.*

Balneator, *oris. balnearum præfectus. pro Cæl. 51 a, Mulier familiaris facta erat balneatori. In Ant. 252 a, Balneator temperans.*

Balneum, *siue Balineum, nei. lauatio, ubi quisq; prius tim domi suæ lauabatur. At. 24 b, Balneum calefieri iubebo. Attic. 246 b, Cum è balneo exissem, accepi literas tuas. pro Deiot. 146 b, Huc te è balneo, priusquàm accumberes, ducere uolebat. At. 222 a, Cæsar in de ambulatione in litore post hæc in balneum.*

Balo, *as. balare est, ouis uocem emittere. de Diuinat. 89 a, Rex ipse Priamus, &c. exsacrificabat hostijs balantibus, Ennij.*

Bambalio, *onis. Philipp. 3. Tuæ coniugis bonæ fœminæ atq; locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemq; cordis, cognomen ex contumelia traxit. Locus est ex Notatione.*

Barba, *æ. Tusculan. 239 b, Regiæ uirgines ut tonstricula tondebant barbam, & capillum patris. de N. 76 b, Dionysius Æsculapij barbam auream demi iussit. contra Rul. 68 b, Aliquis capillatior quàm antè barbaq; maiore. de Fin. 94 a, Viris mammæ atq; barba.*

Barbarè, *inquinatè. Tusc. 177 b, Vt si Grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur.*

Barbaria, *riæ. barbaries. I. P. 83 a, Quod nulla in barbaria quisquam tyrannus fecit. pro Cor. 65 a, C. Cæs. interia ueteratam quandam barbariam ex Gaditanorum mo-*

ribus disciplinaq; deleuit. de Or. 94 b, Hæc turba et barbaria forensis dat locum uel uitiosissimis oratoribus. pro Font. 283 a, Illi immani ac intolerandæ barbariæ resistamus. de Fi. 126 b, Omnes ciuitates nō Græciæ solùm, sed etiam barbariæ. de Fin. 75 a, A' quo non solùm Italia & Græcia, sed etiam omnis barbaria commota est.

Barbaricus, *ca, cum. Tusc. 166 b, 200 a, poetæ.*

Barbaries, *ei. Barbaria. de Nat. 17 b, Aegypti & Syri, & ferè cuncta barbaries. de Cla. 188 b, Omnes tum ferè, qui nec extra urbem hanc uixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.*

Barbarismus, *mi. ad Herenn. 27 b, Barbarismus est, cum uerbum aliquod uitiosè effertur.*

Barbarus, *a, um. immanis, incultus, agrestis, indoctus. (. Humanus, doctus. pro Mur. 132 a, Gentes immanitate barbaræ. pro Fon. 280 a, Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. pro Mil. 108 a, Serui agrestes & barbari. de D. 80 a, Gens humana atq; docta. (. Immanis atq; barbara. de Finib. 120 b, Antiqui illi quasi barbari, ut nos de nostris solemus dicere. l. V. 226 b, Neque tam barbari lingua & natione illi, quàm tu natura & moribus. Attic. 174 b, Auxilijs barbaris fallacissimæ gentis non esse Rempub. defendendam. de Na. 28 a, Vos Tusci ac barbari. l. C. 166 a, Allobroges barbari. Acad. 39 b, De Amafanio & Rabirio indoctis et barbaris scriptoribus. Tusc. 176 a, Contra barbaros philosophos.*

Barbatulus, *a, um. Attı. 9 a, Concursabant barbatuli iuuenes. Par. 123 a, Barbatulus mululus.*

Barbatus, *a, um. de Nat. 17 b, & 76 b, Iupiter barbatus, Apollo imberbis. l. C. 199 a, Imberbis. (. bene barbatus. pro Mur. 130 a, Hæc iam tum apud illos barbatos ridicula credo uidebantur. pro Cæl. 44 a, Aliquis ex barba tis illis barba illa horrida, quam in statuis antiquis uidemus. pro Sest. 6 b, Barbati illi ueteres. Attic. 22 a, Mulus barbatus.*

Barbula, *læ. pro Cæl. 44 a, Vnus ex barbatis illis non hac barbula, qua ista delectatur. sed, &c.*

Bardus, *a, um. stupidus, hebes, tardus. de Fat. 242 a, Zopyrus physiognomon stupidum Socratem esse dixit & bardum.*

Bargilætæ. *populus. Ep. 224 b.*

Baro, *onis. mulier fuit philosophiæ studiosa, autore Suida, ex qua interdum Cicero philosophos effœminatos & molles, Barones appellat. Epistol. 143 a, Ille Baro te putabat quæsturum, unum cœlum esset, an innumerabilia. Videtur etiam stultum & stupidum significare. de Fin. 80 b, Hæc cum loqueris, nos Barones stupemus: tu uidelicet tecum ipse rides. Item de D. 138 a, Huic equidem Antipho, Baro, inquit, uictum te esse non uides. At. 74 a, Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui.*

Basilica, *cæ. Attic. 66 b, Paulus in medio foro basilicam texuit ijsdem antiquis columnis. In Verr. 201 a, Qui forum & basilicas ornarent. & 266 a, Forum plenum & basilicas uidemus. pro Murena 141 b, Si uno basilicæ spacio honestamur. Attic. 30 b, Basilicam habeo non uillam frequentia Formianorum. Locus amplus & publicus in urbe.*

Basis, *sis. In Ver. 149 a, Videmus in basi statuarum maximis literis incisum à communi Sicilia datas. l. A. 224 a,*

bis. Vtique consules eam basim statuamq; faciendam locent. l. P. 99 b, Vt esset, quod in basi trophæorum incidi inscribiq; liceret. l. V. 141 a, Statua ablata, basim tamen in foro manere uoluerunt. Tusc. 241 a, Quò cum patefactus esset aditus in aduersam basim, accessimus. l. V. 217 a, Hæc statua erat posita Segestæ sanè excelsa in basi. de Nat. 51 a, Basis trianguli, quam grues efficiunt. Qu. Frat. 319 a, Edera conuestiuit basim uillæ.

Batuo, *is. Epist. 140 b, Batuit, inquit, impudenter: depsit multo impudentius.*

Bauli, *orum. locus in littore Neapolitano. Epist. 111 a, Ego qui scirem Qu. Pompeium Baulis embæneticam facere: id est, nauicularium. l. Embænetica. Aca. 3 b, 31 b.*

Beatitas, *tis. beatitudo. de N. 20 a. L. Beatitudo.*

Beatitudo, *nis. beatitas. de Nat. 20 a, At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit (utrunq; omnino durum, sed usu mollienda nobis uerba sunt) uerùm ea, quæcunque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam figura membrisq; corporis uacuam cadere non potest? nihil aliud dicis, nisi nunquā uidi solem aut mundum beatum, quod, &c.*

Beatus, *a, um. cui bene est. Beatus, iuxta Metrodorum est, cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum ita futurum, de Fi. li. 2. Beatus est nemo qui ea lege uiuit, ut non modò impunè, sed etiam cum summa interficiendi gloria interfici possit, 1 Philip. 2 de Fin. 6 Ver. pro Cæl. Nam qui beatus est, non intelligo quid requirat ut sit beatior: si est enim quod desit, ne beatus quidem est, Tusc. q. li. 5. Opto ut beatus sis, 10 ad At. Id est, omnia tibi prosperè eueniant. Volumus enim eum qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atq; munitum, non ut paruo metu præditus sit, sed ut nullo, Tusc. q. li. 5. Beatus esse in maximarum rerum timore nemo potest, de Fin. li. 2. Mihi enim non uidebatur quisquam esse beatus posse, cum in malis esset, Tusc. q. li. 5. Beatus esse sine uirtute, nemo potest, de Nat. d. 1. Vnde tu, qui modò, ne paternam quidē domum redimere potueris, repentè tanquam somnio beatus, hortos preciosissimos, etc. paraueris? in Sallust. Moderatori ciuitatis beata ciuiū uita proposita est, ad At. 124 b. Ex quo illorum beata mors uidetur, & horum uita laudabilis, de Amicit. Beatum, si modò sit aliquid esse beatum, id totum positum est in potestate sapientis, de Finib. lib. 2. Si omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atq; cumulatum est, id q; uirtutis est proprium: certè omnes uirtutis cōpotes beati sunt, Tusc. quæst. lib. 5. Quod beatum & immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negocium, de Nat. d. 1. Epicuri dictum. Quo (honesto) detracto, quid poterit beatū intelligi? Tusc. quæst. lib. 5. Nomē beati longè & latè patet, Tusc. q. lib. 5. Nec ulla alia huic uerbo, cum beatū dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio, Tusc. quæst. li. 5. His tuā grauibus concitationibus, tamq; ipsis inter se dissentientib. atq; distractis (ægritudine uidelicet, metu, lætitia gestiente & libidine) quē uacuum, solutum, liberū uideris, hūc dubitabis beatum dicere? Tusc. qu. li. 5. Beatum ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendum, Tusc. quæst. lib. 5. Beatam uitam in animi securitate, et in omniū uacatione munerum ponimus, de Nat. de. 1. Nos beatam uitam non depulsione mali, sed adeptione*

Universidad de Deusto
Biblioteca

boni iudicemus,2 de Fimb. Zeno in una uirtute positam beatam uitam putat. Quid Antiochus? Etiã inquit beatam,sed non beatißimam,Acad.q. ed. 2. lib. 2. Ex beato miser,miserabile est,Partit.in libera & in beata ciuitate uiximus,Messenio,lib.6. 21. 11. d. Beati dicuntur,qui sunt in bonis,nullo adiuncto malo,Tusc.q.lib.5. Crotoniatæ quondam quum florerent omnibus copijs, & in Italia quum in primis beati nominarentur, 2 de Inuentione. Sint florentes,sint beati,de Somn.127 b. Sic contrà illi beati,quos nulli metus terrent,nullæ ægritudines exedunt,nullæ libidines incitãt,nullæ futiles læticiæ languidis liquefaciunt uoluptatibus,Tusc.q.lib.5. Beati qui honorati sunt,uidentur propter honestatis et gloriæ similitudinem miseri,qui inglorij,1 de Leg. Nemo potest non beatißimus esse,qui est totus aptus ex sese, quiq; in se uno sua ponit omnia, in Parad. Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentißimæ et beatißimæ ciuitatis,3 de N.d. Beatißimum aliquem uelle,1 ad Qu. Fr. hoc est,nihil ex eius commodis detrahere. Beatißimi,& minus miseri, 5 Fam. Profectò nihil est aliud bene beateq; uiuere,nisi honestè & rectè uiuere,in Par. Aca.q.ed.2.lib.1. Beatè uiuere,idem quod apud Græcos εὖ ζῆν καλῶς ζῆν. Beatè uiuere in una uirtute positum est,iuxta Stoicos,Tusc.q.lib.2. Quid potest ad beatè uiuendum deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine et à metu uindicet, temperantia tum à libidine auocet,tum insolenti alacritate gestire non sinat? Tusc.ul.quæst. lib. 5. Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè uiuendum refertur,&c.2 de Fin.

Belgæ,populi in tertia Galliæ parte.pro Font.279 b.

Belus, id est Hercules quintus, in India natus. de Natur.60 d.

Bellator,oris,bellicosus homo. de Clar. 189 b, Is minus uehemens orator quàm bellator fuit.& pro Cor. 66 d, Tusc.218 d,Nec uerò de bellatoribus solùm disputant.At. 128 b,Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.

Bellatrix,cis.Tusc.220,Ista bellatrix iracundia.

Bellè,bene.Quint.Fra.317 b,Aqua non longè à uilla bellè sanè fluens.At. 89 b, Sumus enim ambo bellè curiosi. At.2 d,Hermathena tua posita ita bellè est,ut totũ gymnasium ἑρμαθήκην esse uideatur.de Orat.152 d, Bene & præclarè quamuis sæpe dicatur,bellè & festiuè nimium sæpe nolo.de Diuin.122 d,Hæc nõ tam admirabilia sunt, quàm conjecta bellè.Ep. 259 d, Bellißimè nauigauimus. & 238 d,Bellißimè mecum esse poteritis.Att.65 d,Hæc quomodo fers? bellè Hercule. Attic. 216 d, Horum ego uix attigi penulam,tamen remanserunt,cecidit bellè.

Bellicosus,a,um.Epistol. 67 d, Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi.& de Pro.75 b, Gentes bellicosæ.

Bellicosissimus,ma.pro Pomp.

Bellicum,ci. cantus ad arma uocans. I. A. 210 d, Atque ijdem bellicum me cecinisse dicunt. Or.200 b,Thucydides incitatior fertur,& de bellicis rebus, canit quodam modo bellicum.pro Mur. 131 a, Simulatq; motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

Bellicus,a,um.militaris.de Clar. 172 d, Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. de D. 124 d, Rem bellicam administrare.de Natur.58 b,Vt exerceamur in uenando ad similitudinem bellicæ disciplinæ.pro Mure

nã 129 d,Virtus bellica.Officior.73 b,Ius bellicum hostis seruandum.

Belligero,as.bello, bellum uel bella gero. Posti. 202 d, Quoniam nobis cum fortuna belligerandum fuit. pro Font.281 d, C. Marius, qui isti par in belligerando esse posit.ad Her.27 a,Belligerare cum hostibus.

Bellipotens,tis.bellator.de Di.132 b, Aeacidæ bellipotentes sunt magis,quàm sapientipotentes.Ennij.

Bello,as.belligero,bellum gero.pro Arch.191 d,Fulvius, qui cum Aetolis bellauit.de Senect.78 d,& Offic.26 b, Gigantum more bellare cum dijs.I.V.216 b,Cùm illa ciuitas cum Pœnis suo nomine ac sua sponte bellaret.1.Ph. 231 b,Cum hoste hoc bellandum est.pro Pom.10 d,Longè à domo bellare.

Bellouaci,pop.in Belgis.Ep.112 d.

Bellua,æ.bestia.Bellua fera & immanis, Acad.q.ed.2.lib. 2. Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo, 4. Tusc.quæst.Bellua uasta et immanis,Diuin.lib.1.Bellua uastifica,Tuscul.q.lib.2.Belluæ impuræ furorũ multis in flammatus furoribus,3 de Legib. Sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ à communi tamen humanitate corporis segregãda est,3 Off. Est quædam illi belluæ cum humano genere societas, id est elephanto,Ep.95 b.Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? 7 Verr.Cum homine enim erudeli nobis res est, an cum fera atque immani bellua? 7 Ver. Quinetiam de illo homine queri solebas, quid ea facturum de bellua putas?8 Philip.Belluæ ad saxa naturis testibus adhærentes,2 de Natur.deor. Belluarum diuersaria genera (in mari) partim submersarum, partim fluitantium & innatantium,2 de Nat.de.Ea genera belluarum quæ in rubro mari India'ue gignantur, de Nat.d.1.Belluarum nomine appellare singulas stellas, ut eod.1.Belluarum nomine appellare singulas stellas, ut eodem.Elephantum, ut lupam,ut taurũ,ut leonem,3 de Nat.d.Elephantos,belluarum nulla prudentior,de bestijs loquor, de Nat.d.1.Belluas multas in numero deorum reponebant Barbari,3 de Nat.d.Belluis sensum et appetitum natura cur dederit,2 de Nat.deorum.

Bellum,li.duellum,Mars,belli contẽtio, certamen belli, tempus belli,arma.Nam ut duellum bellum,& duis bis, sic Duellium cum,qui Pœnos classe deuicit,Bellium nominauerunt, cum superiores appellati essent semper Duellij, Orat. Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quæsita uideatur,Offi.1.sic Plato de Leg.1. οὕτ' ἄλλο πόλεμον νομοθέτης ἀνεῖδεν, εἰ μὴ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμια μανθάνειν μᾶλλον, ἢ τῶν πολεμίων ἕνεκα τὰ τῆς εἰρήνης. Bellum aliquando sine tumultu,at sine bello tumultus nunquam.8 Philip. Nam quum quadriennio post in Siciliã uenissem,sic mihi affecta uisa est,ut hæc terra solent,in quibus bellum acerbum, diuturnumq; uersatum est,5 Ver. Cum omnibus improbis æternum bellum esse susceptum,pro Sylla.Bellum affectum,& ut uera dicã, penè confectũ uidemus,de Prou.73 b. Bellũ ἀσυνθέτον, 9 ad At.Quod bellum commotum à Scapula,ita postea confirmatum est à Pompeio,ut nulla ratione ab illa ferocia se eripere posset,Dolabellæ 9. Deinde bellũ crudele & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebã,At.li.9.Bellum detrusum in Hispaniam,10 Fam.Planci. Bellum domesticum,triste,ac turbulẽtum,Diuin.li.1. Durissimum bellum,pro Corn.Balbo. Video enim quantũ id bellũ,quàm

quàm pestiferum futurum sit,Att.lib.8. Bellum intestinum,2 in Cat.4.6 a.pro Domestico.Bellum iustum cum hoste,in Cat.Ex quo intelligi potest,nullum bellum esse iustum,nisi quod aut rebus repetitis geratur,aut denunciatum ante sit indictum, Off. 1. Bellum merum loqui, 9 ad At.Bellum mortiferum,Tusc.q.li.3.Quasi naturale bellum est miluo cum coruo,2 de N.deor. Bellum nefarium,Diuin.li.1.Bellum occultum mihi indixit, 8 Fa. 36.in Ep.Cælij.Bellum Octauianum,de Nat.d.2.Bellum oppressum,10 Fa.Planci.Bellum quod ab opinione plerunq; & fama gubernatur,1 Philipp. Bellum renatum, 11 Fam.Bellum non restinctum,sed etiam inflammatum, 11 Fam.20.Sertorianum bellum à Senatu priuato datum est,11 Philip.Teterrimum & periculosissimum bellum, Planc.10.Belli apparatus,Acad.q.ed.1.li,2.παρασκευὴ τοῦ πολέμου Græci uocant. Communem martem belliq; casum nimium timens,pro Sest.5 b.Belli celeritatẽ morabitur,5 Philip.Belli certamen,10 Fam.Planci. Antiochum illum magnũ,maiores nostri magna belli contentione terra mariq; superatum intra montem Taurum regnare iusserũt,pro Sest.Incertos exitus esse belli, martemq; communem,in Antonium 227 b. Belli me expertem fuisse,8 ad At.Tum uerò est ratus se posse,quoniam togatu domestici belli extinctorem nefario scelere fœdasset,illum etiã, illum externorũ bellorum, hostiumq; uictorẽ affligere,de Arusp.respon. Belli ciuilis historia à L.Luceio scripta, 5 Fam. Belli ciuilis initia inuitũ suscipere,extremã non libenter persequi, 4 Fam.Belli imstrumẽta,Acad.q.ed.1.li.2.Belli ius,in quo & suscipiendo,& gerẽdo,& deponendo ius ut plurimum ualet,& fides,2 de Leg.pro Cornel. Balbo. Belli reliquiæ extinguendæ.1 Fa. Qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius belli confectorẽ fore,Planc.10. De reliquis rebus, quæ esset propriæ belli administrãdi,&c.2 de D. 116 d. 2 de Or.Belli ciuilis tubam appellabant Axiũ Balbum, 6 Fam.Bello Ligustico Qu. Maximus dedicauit templum Honoris & Virtutis,de N.d.2.Quòd nunquã bello ciuili interfuisset,gloriari solitus Qu.Hortẽsius,2 Fam. Ad bellũ denunciandũ legatos miserat Senatus,12 Fa.52. Vbi ad bellũ & castra uentũ sit,8 Fam.Cælij. Idem cũ Theotonis bellũ administraret,&c.pro Leg.Manil. Administrare bellũ cum aliquo,pro Pom.15 b.Id est,gerere bellum contra aliquẽ.Verebar ne cui obtrectatorũ uiderer & nimiũ pertinaciter Lepido offensus,& mea patientia etiam alere bellũ,Plancus Ciceroni,lib.10. Ferro bellum terra & mari comparat,10 ad At.Bellum conficere, in Piso. Deinde quũ ab ea sententia Pompeius uelde abhorreret,suadere instituit ut bellũ duceret, Mario lib. 7.Tum ad te scribam plura,si erit bellum,ad Att. 113 b. Bellũ extinguere,10 Fam.Planci. Si fugitiui bellũ in Sicilia facerẽt,I.V.259 b.Bellũ facere alicui,in Catil. 66. pro Mil.113 b.Bellum gerimus,sed non pari conditione, cõtra arma uerbis,12 Fam. Nihil turpius,quàm cum eo bellũ gerere,quicum familiariter uixeris, Læl. Populus Romanus Crasso consuli bellũ gerendũ dedit, 11 Philip. Bellũ habet nescio quod susceptũ:Consulatus cum Tribunatu,pro Leg.Agr.In bellũ cõfugere,4 ad At. Quos quũ haberes authores Antoni, miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus,propè bellum indixeris,2 de Or.Indicere bellũ nefarium,pro Deiot. Nisi publicè

satisfactum sit,ei ciuitati bellum indici atq; inferri solere,2 Ver. Sed quid ego uestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis, qui parietibus, qui tectis,qui columnis ac postibus meis horrificũ quodam et nefarium,omni imbutum odio bellum intulistis? pro Domo sua.Inferre bellum cortra patriam,in Anto. 170 b.Bellum in prouinciam inferre, 15 Fam. Vrbs quæ facere atq; instruere bellum posit,pro Leg.Agrar.Inter bellum & pacem medium nihil, 8 Philip. Mouere bellum,ad At.152 b.Bellum,discordiam,cupiditatem,cæteraq; generis eiusdem,ad Deum reuocat Parmenides, de Nat.d.1.Bellum sustinere, 16 Fam. Bello arderet Syria, 6 ad Attic.4 Fam.Bello Latinorum,&c.cum Octauio, Mamilio,Tusculano prælio dimicaret,&c. de Nat.d.2. Bello flagraturam totam Italiam,7 ad At.In bello mouendo summa fuit apud priscos Romanos obseruatio, Off. 1. In bello pudor est maximè periculosus, 10 Fam. 47 in Ep.Planci.In bello titubari solet,12 Fam. Persequi aliquem bello,ad Brut.9 b.Bello profligato at penè sublato, renouatum bellum gerere conamur, 12 Fam. Bello Punico secundo exercitus Pop.Rom.ad lacũ Trasimenum interijt,Diuin. lib. 2. Bello gloriam quærere, Off.1.Bello uti,7 ad At. Bella,quibus Reip.salus continetur,de Nat.de.2. Bella ciuilia nunquam deerunt,si clementes esse uoluerimus, ad Brut. Itaq; eorum consilio sæpe aut non suscepta,aut confecta bella sunt, nonnunquam etiam illata, Offic.1. Bella domestica & externa, de Senect. Bella,quibus imperij gloria proposita est,minus acerbè gerenda sunt, Offic. 1. Bella hostilia & externa,5 Fam. Bella suscipienda sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace uiuatur,Offic. 1. Bellorum ciuilium exitus quales,12 Fam.Bellorum omnium exitus incerti, 6 Fam. Bellorum uictor, de Arusp. respon. Tum enim nostri duces bella gerere incipiunt,&c. de Nat.deor. 2. Si tanta bella legisset,quanta gesit & confecit,&c.omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisset, pro Corn. Bal. Thucydides res gestas & bella narrat & prælia, Orat.199 b. Bellis prælijsq; dij non caruerunt.2 de Natur. deorum. In bellis ciuilibus nihil miserius uictoria, 4 Famil.

Bellus,a,um.bonus & urbanus,festiuus, lepidus. Attic. 77 d, Illum pueris locum bellißimum esse duximus. At. 94 b, Pyliæ & puellæ Cæciliæ bellißimæ salutem dicas.Epistol. 237 d, Cicero bellißimus tibi salutem dicit. Att.209 b,Theatrum quidem sanè bellum habuisti. At. 65 d,Recordor quàm bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit.At.72 b,Hæc ipsa fero equidem fronte ac uultu bellis,sed angor intimis sensibus. de Or. 106 b,Quàm sit bellum,cauere malum, nemo ignorat. Epi. 126 b, Mihi in mentem uenit bellum esse, aliquò exire. Attic.2 d,Durius accipere hoc mihi uisus est,quàm uellem,& quàm homines belli solent. At.lib.15,Bella iuris licentia.de Legib.lib.1, Succedere huic belli, Clodius, Asellio,&c.ad Heren.li.4, Belli montes.Epistol.lib.15, Gratißimæ & bellæ literæ.Attic.lib.10, Satis bella affert:id est,quæ placent.de Orator.lib.1,Bellißimum subsidium.Epist.lib.16,Bellus,pro bene habitus,& ex morbo confirmatus.

Bene, probè, præclarè, ualdè commodè, ratione, bona ratione.)(.Mala ratione.ad Heren. 38 b. Attic. 205

Universidad de Deusto
Biblioteca

a, Quòd reliquos hæredes cõueniſti, feciſti planè bene, Attic.216 a, Othonem quòd ſperas poſſe uinci, ſanè bene narras. In Antonium 202 a, Reſpublica benè & feliciter geſta. Offic. 63 a, Domus bene & ratione ædificata. Epiſtol. 9 b, Rem te ualde bene geſſiſſe rumor erat. pro Quint. 2 b, Res ruſtica ſanè bene culta. Attic. 105 a, Hoc enim ipſum bene fecit, quod, &c. Attic. 194 a, Bene fecit Silius qui tranſegerit. de Fimb. 93 a, Bene facis, quòd me adiuuas. Attic. 102 a, De animo meo erga rempublicam, bene facis quòd non dubitas. contra Rul. 77 b, Adoleſcens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Bene factus homo à Deo, de Vn. 293. Bene ueſtitus, de Fat. 147. Bene ædificatus, Offic. 63 a. Bene conſtitutus, & 105, Bene cultus. & 89 b, Bene deſcriptus, et 62. Bene inſtitutus, & 87. Bene iratus, Attic. 252. Bene firmus. In Antoniũ 208 a, Bene moratus. pro Milo. 120 b, Bene ſanus. pro Seſt. 7, Bene exiſtimans. de Orat. 138, Bene olens. Acad. 6, Bene ſuadens. de Am. 104. pro Dom. 220 b, Imberbis adoleſcentulus, bene ualens ac meritus. de Diuin. 116 a, Quæ autem inconſtantia deorum eſt, ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis? I. A. 208 b, Itaq; Senatum ſua ſponte bene firmum, firmiorẽ ueſtra authoritate feciſtis. Parad. 119 a, Improbo neminì bene eſſe poteſt. de Orat. 141 a, Habetis ſermonem bene longum. de Clar. 172 a, Fabius literarum & antiquitatis bene peritus. Attic. 224 a, A' Cicerone mihi literæ ſanè πεφυνημεναι; & bene longæ. & 9 b, Puer bene ſibi fidens. In Verr. 143 a, Is bene penitùs in iſtius familiaritatem ſe dedit. Epiſt. 67 a, Antonius habet inermes bene multos. Epiſtol. 67 b, Qui ſemel uerecundiæ fines tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem. Tuſcul. 184 b, Sed ſi eſt tantus dolor, quantus Philoctetæ, bene planè magnus mihi quidem uidetur. I. V. 62 a, In clamando uideo eum eſſe bene robuſtum. Attic. 60 a, et 168 b, Bene manè hæc ſcripſi. pro Murena 140 b, Cum bene magna caterua. de Legib. 175 a, Bene uerò, quòd fides conſecratur manu. pro Quint. 14 b, Bene agis, quàm longè eſt hinc in ſaltum ueſtrum Gallicanum? pro Quint. Roſ. 50 b, Næui te rogo D C C. millia paſſuum, optime. & ibidem: Tu tuum negocium geſtiſti bene. et ibidem: Præclarè ſuum negocium geſſit Roſcius. in Verr. 179 a, Bene agis Alba. pro Murena 127 a. Bene habet, iacta ſunt fundamenta defenſionis. de Clar. 174 a, Is perbene Latinè loqui putabatur. Attic. 152 a, Rectè augurariſ de me, bene enim tibi cognitus ſum. & Epiſtol. 151 b, Bene audire. & malè audire. l. Audio. Bene paſcere, bene ueſtire. Off. 51. Catonis.

Benedico. de Opt. 244 a, Benedicere, eſt Atticè dicere. & de Orat. 86 b, Profeſſio benedicendi. de Orat. 109 a, Benedicere, quod eſt ſcienter & peritè & ornatè dicere.

Benedicere alicui. pro Seſt. 28, Cui benedixit unquam bono?

Benedictum, cti. de Nat. 75 b, Benedicta malè interpretari. de Cla. 195 a, Philoſophia mater omnium beneſãctorum, beneq; dictorum.

Benefacio, cis. beneficio afficio, benignè facio, beneficium tribuo uel do. bene uel optimè mereor, orno, beneficijs orno, bene promereor, beneficium confero, beneficio complector. de Inuent. 61 b, & 62 a, Ab iis, quibus benefecerimus, malè tractari.

Benefactum, cti. rectè factum, honeſtè factum, uirtus. Offic. 46 a, Benefacta malè locata, malè facta arbitror. En. Tuſcul. 189 a, Omnia enim benefacta in luce ſe collocari uolunt. Attic. 286 b, Benefacta pro debitis exigimus. de Senect. 78 b, Multorum benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. Parad. 119 b, Benefacta rectè facta ſunt.

Beneficentia, tiæ. liberalitas, benignitas. de Nat. 254, Quid eſt melius aut præſtantius bonitate & beneficentia? de Orat. 140 a, Virtutes in quadam comitate & beneficentia poſitæ. idem de Off. 5 a.

Beneficentiſsimus. de Na. 38 b, 39 a, Iupiter optimus, id eſt, beneficentiſſimus.

Beneficium, cij. benefactum, benignitas, liberalitas, meritum, promeritum, officium, gratia, munus. Attic. 162 a, Pompeius, qui tibi ut beneficiũ daret, prius iniuriam fecit. Attic. 133 b, & 162 a, Cæſar maximum beneficium te ſibi dediſſe putabit, ſi te huc reijcis. Antequàm. 192 b, Beneficia, quæ ſingulis ciuibus priuatimq; dantur. Att. 277 b, Nec coniunctiori dare beneficium potes. Attic. 229 b, & Epiſtol. 92 b, Dare beneficium alicui, & accipere beneficium ab aliquo. Atti. 142 a, Pompeius, à quo tantum beneficium te accepiſſe prædicas. pro Cor. 62 b, Tribuere beneficium. In Antonium 156 a, Multa beneficia alicui tributa et data. Offi. 10 b, Dare beneficium, reddere beneficium, collocare beneficium, deferre beneficium. & 10 a, Conferre beneficium in aliquem. pro Seſt. 13 b, Quod à me beneficium haberetis? cum pro uobis, ea quæ mihi uilia eſſet reliquiſſem? de Natur. 74 a, Eos beneficium à patribus nullum habere. Attic. 285 a, An hoc pro beneficio eſt habendum, quòd ſe quam Antonium eſſe maluerit? Officior. 48 a, Melius apud bonos quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. & 47 b, In collocandis beneficijs mores hominum, non fortunam ſequi conuenit. Epiſtol. 210 a, Bene collocare beneficium. in Verr. 136 a, & pro Murena, 130 b, Collocare beneficium. Offic. 46 a. Benefacta malè locata, malefacta arbitror. pro Syl. 171 b, Ego tantis à me beneficijs in republica poſitis, ſi, &c. de Am. 114 a, Ea, cege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur. pro Murena, 149 b, Homines tenues unum habent in noſtrum ordinem aut promerendi aut profrerendi beneficij locum. Promereri officium. l. Promereor. Epiſtol. 215 a, Bene ponere beneficium apud aliquem. & 223 b, Ponere beneficium apud gratos homines. Poſtquam. 203 a, Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt, quàm beneficij remunerandi. contra Rul. 63 a, Non enim unus afficitur beneficio, ſed unus priuatur iniuria. Epiſtol. 152 a, Et rempublicam diuino beneficio affecteris. pro Pom. 17 b. Ego hoc honore præditus, tantis uestris beneficijs affectus, ſtatui, &c. Poſtquam. 198 a, Beneficio diuino immortaliq; ueſtro. In Antonium 177 a, Ne qua poſt idus Martias immunitatis tabula, neue ciuſquam beneficij figeretur. pro Plan. 266 b, Complecti aliquem beneficio: id eſt, afficere. pro Cæl 38 b, Meum erga te beneficium tueri debeo. At. 85 b, Ornare ciuitatem beneficijs. Poſtquam. 200 b, Quem ego maximis beneficijs or. Nauer. am. Epiſt. 10 a, Qui tuis maximis beneficijs ornatus in te patißimum fratrem illam uim ſuam contulit. I. V. 114 a, Hoc illis in beneficij loco deferendum eſt. Epi. 116 a, Dare aliquid alicui pro beneficio. I. V. 172 b, Atq; hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio. & 191 b, Qui benignitate adducti per beneficium, & gratiam ciuitatib. conceſſerunt, ut nummos pro frumento darent. In Verr. 172 b, Hoc uix ab illo in ſummo beneficio impetratum eſt. & ibi. Beneficij gratiæq; cauſa concedere aliquid. In Verr. 191 a, In beneficij & gratiæ loco petere aliquid. et 246 b, Beneficium, ut dicitur, trabali clauo figere. contra Rul. 78 a, Beneficio iſto legis & benignitate decemuirali nihil utor. pro Pl. 256 a, Cui ſum obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. In Catilin. 123 a, Hoſtes alienigenæ beneficio ſe obligatos putant. Ep. 214 b, Hageſſaretus magnis meis beneficijs ornatus & memor & gratus fuit. cõtra Rul. 70 a, Gratus ac memor beneficij. pro Planc. 259 a, Multa extãt in me tua merita. de Amicit. 109 b, Offic. meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non commemorare qui cõtulit. pro Arch. 187 b, Archias in beneficijs ad ærarium delatus eſt à L. Lucullo prætore & conſule. de Natur. 75 b, Multi deorum beneficio peruerſe utuntur. de Fin. 89 a, Si tuam ob cauſam cuiquam commodes, beneficium illud habendũ non eſt, ſed fœneratio. Ep. 20 a, & b, Neq; enim ſum ueritus, ne ſuſtinere tua in me uel innumerabilia beneficia non poſſim, cum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam, quam uel non capere animus meus accipiendo, uel remunerando cumulandoq; illuſtrare poſſit. Epiſt. 58 b, Quibus pro meis immortalibus beneficijs charißima mea ſalus eſſe debebat. et 122 a, Qui me odiſſe, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit, & cũ homo auarus, ut ea ſolueret, ſibi imperare non poſſet, occultum bellum mihi indixit.

Beneficus, a, um. benigne faciens, benignus. de Natura deor. 25 a, Ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos & benignos fuiſſe? & 38 b. de Legib. 166 a, Beneficus eſt, qui non ſui, ſed alterius cauſa benignè facit. de Natura deor. 39 a, Iupiter optimus, id eſt, beneficentiſſimus. Officiorũ 9 b, Qui gratificantur cuipiam, quod obſit, &c. non benefici, neque liberales, ſed pernicioſi aſſentatores iudicandi ſunt. de Diuinat. 197 b. & 129 b, Dij ſunt benefici, generiq; hominũ amici. pro Mil. 105 a, Beneficus & ſalutaris cuius. Offic. 89 a, Benefica uoluntate mouetur, etiam ſi res forte non ſuppetat.

Benemerens, tis. beneficus. Anteq. 139 a, Opitulari benemerentibus.

Benemereor, ris. beneficio afficio, beneficium colloco. Epi. 53 b, Libenterq; ei ſum teſtimonio, omnibusq; ero qui benemerentur. & 146 a, De repub. bene mereri. de Cl. 188 a, Bene de nomine ac dignitate populi Rom. meritum eſſe exiſtimare debemus. de Am. 102 b, Propenſioresq; ad bene merendum, quàm ad reposcendum ſimus. pro Plan. 176 a, Ciues de patria benemerentes. Of. 30 a, Bene de rep. ſentientes, ac benemeritos aut merentes colere debemus.

Benemeritus, a, um. (. Malemeritus. Anteq. 195 a, Igitur ex ciuitate benemeritus de rep. ciuis exturbatur.

Beneuentum, urbs. I. V. 84 a.

Beneuentanus. ibidem.

Beneuolè, amicè. de Am. 112 b, Et hæc accipienda a-

micè, cùm beneuolè fiunt. Epiſt. 213 a, Præſtò eſſe alicui fideliter & beneuolè. de Finib. 56 a, Amicè et beneuolè feciſti.

Beneuolentia, æ. gratia, bona gratia, ſtudium, charitas. (. Odium, offenſio. Off. 10 a, De beneuolentia autẽ, quam quis habeat erga nos, primùm ille eſt in officio, ut ei plurimum attribuamus à quo plurimũ diligimur. de Opt. 244 b, Atq; ita prædicaretur eum donari uirtutis ergò beneuolentiæq; quã erga populũ Athenienſem haberet. Poſt. 202 a, Mihi in ueſtris commodis augendis grata animi beneuolentia defuturi nõ eſt. Epi. 9 b, Mea in te pietas, quid enim dicam beneuolentiam? cum illud ipſum nomẽ pietatis leuius, mihi meritis erga me tuis eſſe uideatur. At. 170 b, Omnem ſpẽ habeo in tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolẽtia, quam ſi his temporib. miſeris et extremis præſtiteris, hæc pericula fortiter ferram. Ep. 55 b, Præſtare beneuolentiam alicui. Off. 64 a, Tribuere gratiam alicui, id eſt, beneuolentiam. Of 37 a, Malus cuſtos diuturnitatis metus, contraq; beneuolentia fidelis eſt, uel ad perpetuitatem. Att. 78 a, Exercitus ad beneuolentiam erga nos conſentiens. ad Herẽ. 2 a, A' perſona noſtra beneuolentiam contrahemus, ſi, &c. de Ora. 135 a, Multum ualet ad uincendum animos eorum, apud quos agitur, conciliari quàm maximè ad beneuolentiam. Off. 30 a, Beneuolentia beneficijs capitur maxime. & ibi. b, Benefica uoluntate beneuolentia mouetur, etiã ſi res forte non ſuppetat. Ep. 4 b, Vt & meã et cæterorũ erga te fidem et beneuolẽtiam abſens experirere. & 64 a, Tuam erga me beneuolentiam facilè perſpexi. pro Seſt. 4, Sed beneuolentiam & charitatem illius neceſſitudinis mors filiæ non ademit. Att. 262 b, Hoc pro coniunctione & beneuolentia noſtra mihi ſumpſi. Off. 42 b, Oratio benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere. de Or. 226 a, Hæc omnia ualde beneuolentiam cõciliant. Ep. 36 b, Suſpicere & conſeruare beneuolentiam. Att. 86 a, Reportare beneuolentiam omnium ex prouincia. Epiſtol. 40 b, Nauare beneuolentiam ſuam in aliquem. I. A. 161 a, Gratia non uirtutis ſpecie, ſed ætatis flore colligta, id eſt, beneuolentia. pro Pomp. 17 a, Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto: id eſt, beneuolentiam. & ibid. Nec mihi bonam gratiam quæro.

Beneuolentior. Ep. 225 b, Nã beneuolẽtior quàm ſemper fui, eſſe non poſſum. Epiſt. 25 a, Beneuolentior tibi quàm fuerim, nihilo ſum factus.

Beneuolus, a, um. amans, inclinatione animi in aliquã propendens. l. Propendeo. Orat. 116 a, Iubent exordiri ita, ut eum qui audiat, benevolum nobis faciamus & docilem et attentũ. de In. 46 b, Si eum beneuolum, docilem & attentum fecerit. & pro Cl. 55 a, Seruus domino beneuolus. de Or. 138 a, Iudices beneuolos beneq; exiſtimantes efficere. Anteq. 197 b, Beneuolus huic ciuitati ab hoſte proijcitur in exilium. de In. 81 b, Beneuolus patriæ. Ep. 72 b, Exiſtimabam officio me eſſe functũ beneuolentiſſimi atq; amiciſſimi, quem me tibi & fuiſſe ſemper exiſtimes uelim, & futurum eſſe confidas. ad Her. 2 a, Beneuolus auditor.

Benignè, comiter, liberaliter. In A. 246 b, Salutare benignè, comiter appellare unumquẽq;. I. V. 60 a, Quæ cum Quæſtore ſuo benigniſſimè communicauit. Attic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

40 b, Adhuc inuitamur benignè. pro Flac. 157 b, Iſta ciuitas neq; ſeuerè Flaccum oppugnauit, neq; benignè defendit. Of. 9 b. & Epiſt. 216 a, & 228 a, Benignè facere alicui: id eſt, conferre beneficium in aliquem. Officior. 43 b, Nam aut operâ benignè fit indigentibus, aut pecunia. pro Corn. 62 b, Benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit. pro Cluent. 16 a, Benignè attenteq; audire. pro Deiot. 150 b, Deiotarus dicere eſt ſolitus, benignè ſibi à populo Romano eſſe factum. In Ver. 192 b, Frumentum, inquit, abs te emere oportet, optimè: modium denario, benignè ac liberaliter. Epiſtol. 57 a, Nunc P. Nigidio ne benignè quidem policeri poſſum.

Benignitas, tis. liberalitas, beneficentia, clementia, comitas, humanitas. de Fi. 140 b, Iuſticiæ adiunctæ ſunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas. pro Quint. R. 50 b, Num deûm immortalium benignitate omnium fortunæ ſunt certæ. Epiſtol. 203 b, Deorum immortalium benignitate. pro Cecin. 286 b, Veruntamen nos ueſtræ benignitati pareremus: id eſt, ueſtræ clemẽtiæ. pro Dom. 219 b, Veſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. pro Seſt. 9 b, Et ſi me attentiſſimis animis ſumma cum benignitate auditis, tamen, etc. At. 55 b, Amicorum benignitas exhauſta eſt: id eſt, liberalitas. in V. 191 b, Qui benignitate adducti per beneficium conceſſerunt, ut nummos pro frumento darent. de Nat. 52 b, Sed illa quanta benignitas naturæ? quæ tam multa ad ueſcendum gignit?

Benignus, a, um. liberalis, blandus, comis. Benignus ad commodandum, 6 in Verr. 191 b. Benignus liberalis'ue qui dicitur, officium non fructũ ſequitur, 1 de Leg. Oratione benigna multitudinis animos allicere, 2 Off. 42 b. Comes benigni, faciles, ſuaues homines, pro Cor. Bal. Sed neſcio quo modo facilius in honore benigni, quàm in uictoria grati reperimur, ad Brut. 283 a. Ne homines quidẽ cẽſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos & benignos fuiſſe, 2 de Natura deorum. 25 a. Quanquam omnia nec benigna, nec copioſa cognorant, 2 Famil. Qui benigniores eſſe uolunt quàm res patitur, peccãt, de Offic. lib. 1.

Beroa, æ. I. P. 98 b, In oppidum Beroam refugiſti.

Bes, octo unciæ. Attic. 63 b, Fœnus ex triente factum erat beſſibus.

Beſſi, orum. populi. I. P. 97 b.

Beſſica gens. I. P. 97 b.

Beſtia, æ. bellua. nomen beſtiæ etiam piſcibus & conchylijs conuenit. I. Bellua, & beſtiola. Beſtia monſtroſiſſima, Diuin. lib. 2. Sed quæ poteſt homini eſſe polito delectatio, quum aut homo imbecillis à ualentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia uenabulo tranſuerberatur? 7 Fam. Pro beſtia de ambitu dixi, ad Quint. Fr. Canes tametſi beſtiæ ſunt, tamen, & c. pro Sex. Roſc. 27 b. Beſtiæ aquatiles, ut crocodili, fluuiatilesq; teſtudines, de Natura deor. 50 b. Beſtiæ in perturbationes non incidunt, Tuſcul. quæſt. lib. 4. Mutæ beſtiæ penè loquuntur magiſtra ac duce natura, 1 de Finibus. Aliæ beſtiæ ſunt nantes, aliæ uolucres, ſerpentes quædam, quædam gradientes, Tuſcul. 235 b. Quid beſtiæ non pro ſuo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus reformident? Tuſculan. quæſt. lib. 5. Beſtiæ

quæ alius generis beſtijs ueſcuntur, 2 de Natura deor. 92. Beſtiæ, ut quicquid obiectum eſt, quod modò à natura non ſit alienum, eo contentæ, non quærunt amplius, Tuſculan. quæſt. lib. 5. Ad beſtiarum auxilium confugere, 9 Fam. Beſtiarum quæque ſuum tenẽs munus, quum in diſparis animantis uitam tranſire nõ poſſit, manet in lege naturæ, Tuſc. quæſt. lib. 5. Beſtiarum uaria genera, uel cicurum uel ferarum, 2 de Nat. deorum. Beſtijs ſensum & motum dedit natura, et cum quodam appetitu accessum ad res ſalutares, & à peſtiferis receſſum, de Nat. deor. 2. Beſtijs obijcere, 10 Famil. Pollionis. Quid, quòd populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias amicos ſociosq; miſiſtis in Piſonẽ. Namque alias beſtias nantes, aquarũ incolas eſſe uoluit (natura), alias uolucres cœlo frui libero, ſerpentes quaſdã, quaſdam eſſe gradiẽtes: earum ipſarũ partim ſoliuagas, partim cõgregatas: immanes alias, quaſdam aũt cicures: nõnullas abditas, terrãq; tectas, Tuſ. q. li. 5. Beſtias quaſdam eſſe, in quibus inſit aliquid ſimile uirtutis, de Fin. li. 5. De beſtijs quibuſdã fortiores uideas eſſe apud Aegyptios ac Syros opiniones de Na. deo. 1. Hoc apparet in beſtijs, uolucribus, agreſtibus, natantibus, ſuibus, cicuribus, feris, de Amicit. 11 b. In beſtijs quanta ratio appareat ad perpetuam conſeruationem earum generis, 2 de Nat. deor.

Beſtiola minima, 2 de Nat. deor. 108. Diſſimilimæ beſtiolæ communiter cibum quærunt: id eſt, pinna et ſquilla, de Nat. 50 b.

Beſtiarius, rij. qui cum beſtijs pugnabat in publicis ludis. Q. Fr. 311 a, Nam ille uindex gladiatorum & beſtiariorũ, emerat de Coſconio beſtiarios, nec ſine ijs artibus unquã in publico fuerat. In Vat. 37 a, Gladiatoribus & beſtijs Rempub. obſidere. pro Seſt. Primum do, inquit, beſtiarios, lex eſt ſcripta de gladiatoribus. Feſtiue.

Beta, tæ. holus hortenſiorum leniſſimum. Epiſtol. 207 b, Beta & malua.

Bias, antis. de Am. 107 b, Bias, qui ſapiens habitus eſt unus è ſeptem.

Bibliotheca, æ. tam libros, quàm librorum locum ſignificat. Abdo me in bibliothecam, ad Curium libro 7. Dionyſius ſeruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, quum multos libros ſcripſiſſet, & c. ad Sulpitium, libro 13. Offendes deſignationem Tyrannionis, bibliothecam mirificam librorum meorum, 4 ad Atticum. Bibliothecam tuam cane cum quam deſpõdeas, quamuis acrem amatorem inuenerit, Attic. Bibliotheca alicuius paſci, 4 ad Atticum. Bibliotheca tua ſupplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, ualde uelim iſta confici, ad Quintum fratrem, lib. 3. Si hortum in bibliotheca habes, nihil deeſt, Epiſt. Quum, & c. ſatisq; ambulatum uideretur, tum in bibliotheca quæ in Lyceo eſt, aſſidemus, 2 de Diuinat. Bibliothecas omnes duodecim tabulæ ſuperãt, 1 de Or. 96. Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus, Tuſculan. quæſt. lib. 2.

Bibo, bis. poto, perpoto, poculum exhaurio, uinum exhaurio, haurio, ſorbeo. I. A. 232 b, Quid eum non ſorbere animo? quid non haurire cogitatione? cuius ſanguinẽ non bibere cenſet is? Tuſc. 247 a, Darius, eum aquã tum bidã bibiſſet, negauit unquam ſe bibiſſe iucundius. et 251 a, Lex

a, Lex quæ in Græcorum cõuiuijs obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. I. P. 84 a, Conuiuium in quo nemo poteſt dicere, utrum iſte plus biberit, an uomuerit, an eſuriderit. In Ant. 180 a, Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur. pro Fl. 163 b, Nam iſte totam Aſiã magnitudine poculorũ, bibendoq; ſuperauit. At. 222 a, Itaq; & edit, & bibit ἀδλῶς & iucundè. Tuſ. 247 a, Nũquã ſitiens biberat, nec eſuriens ederat. de Sen. 86 b, Me uerò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo qui à ſummo adhibetur magiſtro in poculo. de Cla. 168 a, Excipere ſanguinem patera. de Nat. 75 b, Vinum meracius ſumere.

Biceps, tis, de D. 105 b, Si puella nata biceps eſſet.

Bicorpor, ris. Tuſculan. 179 b, Hæc bicorporem afflixit manum. Poetæ.

Bidis, oppidum eſt tenue ſanè, non longè à Syracuſis, in Sicilia. I. V. 119 b. Hinc Bidini & Bidenſes, ibidem.

Biduum, dui. duorum dierum ſpacium. de N. 45 a, Tantæ tenebræ quõdam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obſcurauiſſe dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnoſceret. Att. 132 a, Romæ nihil auditur noui, nec in his locis, quæ à Brunduſio abſunt propius quàm tu biduum aut triduum. & 76 a, Nos in caſtra properabamus, quæ aberant bidui. & 67 a, Ab caſtris aberam bidui. & 132 a.

Biennium, ij. pro Cec. 295 a, Lex uſum & autoritatem fundi iubet eſſe biennium. In Anton. 195 b, Tribuni Pleb. tulerunt de prouincijs contra acta Cæſaris, ille biẽnij, iſte ſexennij.

Bifariam, bipartitò. de Vni. 200 b, Aliqua bifariam contrariè ſimul procedentia. Tuſc. 193 b, Cumq; is motus aut boni aut mali opinione citetur, bifariam quatuor perturbationes diſtributæ ſunt.

Biformatus, a, um. Tuſ. 179 a, Hos non biformato impetu centaurus ictus corpori infixit meo. Poetæ.

Bilis, lis. de Natur. 53 b, Ab eo cibo cum eſt ſecreta bilis, hiq; humores, qui ex renibus profunduntur, reliqua ſe in ſanguinem uertunt. Tuſc. 192 b, Quaſi uerò atra bilis ſolum mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Tuſ. 160 a, Sanguis, bilis, pituita, oſſa, nerui, & c. Tuſc. 213 b, Cùm pituita redũdat aut bilis in corpore. Attic. 26 b, Si (ut ſcribis) bilem id commouet.

Bimeſtris, ſtre. duorum menſium, bimenſis. Epiſt. 159 a, Conſulatus bimeſtris, Planci.

Bimus, a, um. duorum annorum. Epiſtol. 38 b, Hortenſiumq; roges, ut de hac quoque ſententia bima decedat, qua mihi nihil poteſt eſſe inimicius. & 159 a, Legio bima. Planci.

Binus, a, um. ternus uel trinus, quaternus, quinus, & c. I. V. 135 a, Deſcribebat cẽſores binos in ſingulas ciuitates Timarchides. I. V. 135 a, Vt dies XLV inter binos lucidos tolerẽtur. & 172 b, Terna medimna, aut quaterna, aut quina in ſingula iugera exigere. et 185 a, Binæ centeſimæ. et 190 b, Quaternis denarijs. et 187 a, HS. quinos denos. & 190 b, Quaternis HS. tritici modium æſtimauit. et 192 b, Quaternos HS. quos mihi ſenatus decreuit, ego habebo. I. V. 133 a, Pueri annorum ſenum ſeptenũq; denum. id eſt, XVI & XVII annorũ. de N. 35 b, Bis bina quid ſint, Epicurus non didicit. de L. 185 b, Bini cẽſores

res ſunto. & 187 a, Cum deni Tribuni crearentur. cõtra Rul. 83 a, Et eo in duodena deſcribit in ſingulos homines iugera. & ibi. Et unicuiq; ueſtrùm, ubi cõſiſtat, bini pedes aſſignẽtur. pro Cõr. 64 b, Vt in ſingulas coloniis ternos ciues Ro. facere poſſet. I. P. 94 a, Græci ſtipati, qui mi in lectulis, ſæpe plures. At. 181 a, Tullia mea uenit ad me, mihiq; literas reddidit trinas. I. P. 100 b, Nulla trinis æſtiuis gratulatio. de Cl. 196 b, Non'ne cernimus uix ſingulis ætatibus binos oratores laudabiles conſtitiſſe? Or. 218 a, O M. Druſe, patrẽ appello, hæc quidẽ duo binis pedibus inciſim. et ibi. Hæc itẽ mẽbra ternis pedib. pro Font. 278 b, Senos uel quaternos denarios exigere. Parad. 125 b, Capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta HS. ego centena ex meis. I. V. 248 a, Verres certo precio ſexcenos nummos nautarum miſſione conſtituit. de Or. 108 a, Demoſthenes una contentione uerborum, binas contentiones uocis & remiſſiones continebat. Ep. 95 a, Binæ uenationes per dies quinq; magnificæ. At. 86 b, Per binos tabellarios miſi Romam literas. Epiſt. 165 a, b, Binos tabellarios in duas naues impoſui. I. V. 245 a, Cn. Pompeius cum P. Vectio inter bina caſtra collocatus eſt. Att. 111 b, Pompeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum. de Orat. 161 b, Terna aut bina aut ſingula etiam uerba dicebant. de Som. 127 b, Cum ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus conuerterit. In Verr. 192 b, Tu mihi octenos HS. dato. I. V. 246 b, Verùm etiam quo plus darent quàm poterant, hæc ſexagena millia modium addidiſti. Epiſt. 140 b, Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at cum bini, obſcœnũ eſt: Græcis quidem inquies.

Bipartior, iris. in duas partes diſtribuo, ſeu partior. I. C. 111 b, Atque ibi omnes proximis ſullis ita bipartiti fuerunt, ut Tybris & pons interesſet.

Bipartitò, dupliciter, bifariam.) ſingulari modo, ſimpliciter. pro Flac. 152 a, Bipartitò claſſis diſtributa fuit, ut, & c. I. A. 227 a, Equitatus, qui in Græciam ducebatur bipartitò, alter, & c. alterum, & c.

Bipartitus, a, um. Poſtquam 201 b, Cuius oratio quemadmodum accepi, fuit tripartita: primùm, & c. tum, & c. denique ad extremum, & c. ad Heren. 11 b, Argumentatio tripartita, quadripartita, quinquepartita. & Officiorum 53 b, Diuiſio tripartita. & Orat. 203 b, Tripartita uarietas.

Bipedalis, le. duorum pedum longitudine. de Finibus 5 a, Sol Epicuro bipedalis uidetur.

Bipes, dis. quod duos habet pedes. de Nat. 20 a, Quid obſtat quo minus ſit beatus, ſi non ſit bipes. pro Do. 223 a, Omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus.

Biremis, mis. nauis, quæ remorum duos ordines continet. I. V. 246 a, Ne hæc biremis aſcriberetur, & c.

Bis, ter, quater, & c. In Ver. 247 b, In una ciuitate bis improbus fuiſti, cũ, & c. cum, & c. In Ant. 216 b, In quo bis falleris, primùm quòd, & c, deinde, quòd, & c. Ep. 134 a, De quo tu mihi antea ſcripſeras bis eodẽ exẽplo. Itẽ: Iſq; ludos appareat magnificentiſſimos, ſtultè bis terq;, uel quia, & c. uelquia, & c. uel quia, & c. de Sõ. 227 a, Cũ ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus conuerterit. de N. 35 b, Bis bina quid ſint, Epicurus nõ didicit. Or. 221 a, Nã ut duellum bellum, & duis, bis, ſic, & c. I. A. Quinquies.

Bithynia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bithynia,æ.regio.In Verr.241 a, Bithyniæ reges lectica octophoro gestari soliti.

Bithynicus,ca.Ep.207 a.de Cla.

Βλέμμα,L.Detrimentum.

Blandè,comiter.Attic.251 b,Amabo te mi Attice,uidésne quàm blandè?pro Qu.R. 53,Appellare aliquè blandissimè.de Or.94 a, Petere aliquid blandius.

Blandenona,æ.oppidum.Att.315 b.

Blandenius,a.Qu.Fr.300 a.

Blandiloquentia,æ.de Nat.72 b,Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia? poetæ.

Blandimentum,ti.blanditia.pro Cæl.46 a, Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita uirtus cõsueret. 245 b,Nec eam minimis blandimẽtis corrupta deseret.

Blandior,diris.amplexor.Acad.25 a, Video quàm suauiter uoluptas sensibus blandiatur.de Am. 114 b, Qui aduersando assentatur, & litigare se simulans blanditur.de Or.92 a,b,Ita nati sumus,ut & blandiri & suppliciter insinuare possimus. Quint.F.313 b,Mirificè mihi blanditur Appius. pro Flac. 163 b, Cur matri blanditur?cur epistolis & sororis & matris imbecillitatem aucupatur?

Blanditia,æ. assentatio.)(.Mimæ. pro Plan. 265 a,Facilis est illa occursatio¦ & blanditia popularis. Quin. de Pet.212 a,Ea desiderata blanditiam,assiduitatem,benignitatem.de Am.107 b,Beneuolentiam ciuiũ blanditijs & assentationibus colligere turpe est.pro Clu. 24 b, Is se blanditijs & assentationibus in illius consuetudinem penitus immersit.Of.66 b,Malitiosis blanditijs officio rum, non ueritate,sed simulatione quærere hæreditates.de Fi.35 b,Blanditijs præsentium uoluptatum delinti atq; corrupti,non prouident.Qu.Frat.300 a,Elicere aliquem blanditijs ad iudicium.I.V.161 b,Sermo inquinatissimus & blanditiæ flagitiosæ.Att.19 a,Exprimere numulos ab aliquo blanditijs.

Blandus, a, um. benignus,comis. Attic. 186 a,Vnum te puto minus blandũ esse quàm me.Item:Scis me minimè esse blandum,itaq; minus aliquanto dico quàm sentio. Off. 42 b,Milites blando appellando sermone delinire. I.A.213 b,Ne blanda aut supplici oratione fallamur. de D. 89 a, Vocare aliquem blanda uoce.

Bœotia,æ.regio.pro Flac.156 b.

Bœotius,a,um.de D.77 a,Bacchis Bœotius.

Bona, orum. commoda, fortunæ, res, possessiones, pro Sex.Ros.21 a,& 22 a,Hæc bona emuntur H S.duobus millibus nummũm.pro D. 218 a, Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro Cec.292 a, Ad incertum reuocari bona, fortunas, possessionesq; omnium. I.V.99 a,Patres sua bona cum filijs partiũtur. Top.222 a,Mulier cui uir bonorum suorum usumfructum legauit.Att.280 b,Bonis publicatis eandem calamitatem subirent liberi.

Bona dea. Mater Idæa, Cybele; Matuta. de Arch. 245 b,Sacra Bonæ deæ,quæ uiri oculis'ue imprudentis quidem aspici fas est.pro Mil.118 a, Sacrarum Bonæ deæ. de Ar.246 a,& 252 a,Sacrificium bonæ deæ, quod fiebat pro salute populi Rom.

Bona fortuna.dea apud Siculos.I.V.201 a.

Bonitas,tis.probitas,integritas, uirtus, fertilitas,uber-

tas, cum de agris loquimur.)(. Malitia. de Am. 101 a, Sed eadẽ bonitas ad multitudinem pertinet. nõ est enim inhumana uirtus,neq; superba.de Fi.140 b,Iusticiæ adiunctæ sunt pietas,bonitas,&c.de Ha. 25 a,Quid est melius aut præstantius bonitate et beneficentia? de Fi.104 a,Nec iusticiæ ullus esset nec bonitati locus.de Na.37 b, Id nõ sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur. Of.24 a, Nõnulli siue felicitate quadã,siue bonitate naturæ, siue parẽtum disciplina rectam uitæ secuti sunt uiam.Postq.209 a,Magnam uim naturæ bonitas habet. cõtra Rul.89 b,Socer huius uir multũ bonus est, neq; ego nunc de illius bonitate disputo. Or.212 b, Quare bonitate potius nostrorum uerborum utamur,quàm splendore Græcorum. & 202 a, Ac uocis quidem bonitas optanda est. pro S. R.29 a, Bonitas prædiorum, contra Rul. 74 b, Bonitas agrorũ. Ep.204 a, Eorum fortunas tuæ fidei,iusticiæ,bonitatiq; commendo.pro Dom.224 b,An eam causam probare non poterã? cuius tãta bonitas est,ut ea ipsa se per se probarit.At.265 a,Summa bonitas et æquitas causæ. At.141 b,Hoc mihi Cæsar sua cõcessit bonitate. pro Dom.235 a, Vir singulari bonitate & modestia præditus. de Offic. 46 a, Summi cuiusque bonitas commune perfugium est omnium. Offic. 2 a,Si nõ interdum naturæ bonitate uincatur.pro Qu.R.49 b,Scilicet homo liberalis,& dissolutus,& bonitate affluens.de Inuent.76 b,Petere sibi præmium laboris alterius,aut bonitatis deorum.Off. 67 b, Cum fidem alicuius bonitatemq; laudant, dignum esse dicunt, qui cum in te nebris mices. Offic.54 b,Officia,quæ & ingenij bonitate,& progressione discendi multi assequuntur. de Or. 140 a,Bonitas & moderatio.)(. superbia & libido. de Nat.77 a,Is uti se deorum bonitate uelle dicebat,id est, liberalitate.

Bononia,æ.urbs Italiæ.Ep.185 b, 173 a,Bruti.

Bononiensis,se.de Claris orat. 179 b,C.Rusticellus Bononiensis.

Bonus, probus, præstabilis, salutaris, frugi.integer, iustus. Primùm,quòd uidetur esse bonus,nemo igitur potior,ad Atticum 92 b. Bonus autor, 12 ad Atticum. Bonus calamus,2 ad Quintũ fratrem.Bonus dominus Antonius,ad Brutum.Bruti. Bonus et assiduus dominus,de Senect.Valde bonus homo,ad Atticum lib.2.Bonus in aliquem,10 ad Atticum.Poeta bonus,ad Qu. fratr.li.1. Bonus re aut spe, pro Domo sua.Bonus uir,Aca.quæst. ed.1.li.2. Sit igitur sanè bonus uir, Attic. lib.7.Multum bonus uir,pro Lege Agr.3.Vir bonus qui sit, describitur multis, Off. 67 b. Vir bonus, & simplicis ueritatis amicus,Of.13 b.Bonus uir minimè est q ad suũ cõmodũ refert, quæcũq; agit, 1 de Leg.Bona actio, Acad.q.ed.2. li.1.Bona causa, pro Sest.Tusculano emptor nemo fuit: si cõditio ualde bona fuerit,fortasse nõ omittã, ad Qu. fr.li.2.Bona de Domitio,præclara de Afranio fama est, At.lib.7.Memoria bona,At.lib. 8.Bona ratio,pro Flac. Postremò copiæ cum egestate,bona ratio cum perditi, mens sana cum amentia, bona deniq; spes cum perditi rerum desperatione consligit,2 in Catil. Boni auguris est meminisse maximis Reip. temporibus præstò esse debere,Iouiq; Opt.Max.se consiliarium atque adminstrum datũ,ut sibi eos,quos in auspicio esse iusserit,ea-liq; partes sibi definitas esse traditas: è quibus sæpe opẽ referre

referre possit,3 de Leg.Boni haudquaquam est dissolue re ratione uinctum,de Vn.Aequi boniq; facere aliquid, ad Att.305 b.In bonæ fidei iudicijs,locorũ à causis magnus usus, Top. Nec enim cuiquã bono mali quicquam euenire potest,nec uiuo,nec mortuo: nec unquã eis res à dijs immortalibus negligentur,Tusc.quæst.li.1. Bonã beneuolentiam hominum et fidem perspicere potui, 13 Fam.Quam deam iste idcirco bonam dicit, quòd in tanto sibi scelere ignouerit,de Ar.252 b.Bonam gratiã quærere, pro L. Manil.Bonam mentem mihi sentio iracundia & amore ablatam, 8 Fam Cæli. Aiebat bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam,2 de Orat. Bonam rem impediri melius,quàm concedi malè, 3 de L. Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus,et magnam indolem, 2 de Finib. Redeamus ad nostros de quibus tu bonam spem te significas habere, Attic.lib.15. Quid mihi ad defendendum dedisti bone accusator? pro Sex.Rosc. Bone custos, defensorq; prouinciæ, 7 Verr. Bono animo te iussisse esse, & c.1 de Diuin. Consilio bono aliquid facere,1 Offic.Proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio,bono gubernatore ac tranquillitate, 4 Acade. Bono Lepido me esse usurum, 10 Famil. Planci.Id est, amico & beneuolo. De die tantum uideto,& idipsum bono modo, Attic. lib. 13. Ἀμφιλαφίαν si prorsus ut aduenientem excipiam libenter,ad Quinfrat.lib.2.Quod idem in delectu consules obseruant, ut primus miles fiat bono nomine, 1 de Diu.Bono nomine centesimis contentus erat, 5 ad Attic. Illa quæ à bono poeta dicta est flexanima oratio, de Oratore 125 b.Ecquis unquam ex tã amplo statu,in tam bona causa,tantis facultatib. ingenij, &c.Attic.lib.3.Vi opprimi in bona causa est melius,quàm malè cedere,3 de Legib. Bona fide in gratiam redire,3 Famil. Bona aut denique aliqua Repub. 5 Fam. Id est bene constituta. Bona & certa tempestate, 2 ad Qu. frat.Bona uenia me audies, de Na.deor.1.pro.Ros.Amer.4.bonoris præsatio.Quare frater,bona tua uenia dixerim,ista sententia, etc.3 de Leg.Nisi uerò bona uenia huius optimi uiri dixerimus Scæ[illegible]tu libellis aut præceptis,etc.1 de Orat.Omnes boni [illegible]per beati,Tusculan. quæst.lib. 5. Boni uiri qui appellandi, Læl. Boni uiri omnes ipsam æquitatem & ius ipsum amant, nec est uiri boni errare, & diligere quod per se non sit diligendum,1 de Legibus.Boni uiri ut simus,si non ipso honesto mouemur,sed utilitate aliqua atque fructu,callidi sumus,non boni,1 de Legib.Bonæ gratiæ,pro Mur.Bonæ & firmæ legiones,11 Famil. D.Bruti.Valdæ bonæ res,15 ad Attic.Id est,in bono statu.Prædes igitur homines sunt fideiussores,quorum res bona prædia nunc uno nomine dicuntur,3 Verr. Bona tempora, pro Domo sua.Bonorũ nõ dicam,qui nescio an ulli sint,&c. 4 ad At.Bonorum,id est,lautorum & locupletum,Vrbem uideo refertam fore, 8 ad Att.Bonorum ordines & genera quærenda sunt, 7 ad At.Bonos nullos noui, ibid. Bonarum rerum expectatione animus erigitur, 2 de Leg.Bonis ac sapientibus à principio innascitur ratio,de Na.deor.2.Bonis inter bonos quasi necessaria est beneuolentia,Læl.Bonis uiris quid iuris relinquit tribunatus C.Gracchi,3 de Legib.1. Optimatib.se uatoribus.Ita prorsus existimo bonos beatos,improbos

miseros,Tuscul. quæst.li.5.Socratis est apud Platonem in Gorgia.Populũ inflammare in improbos,aut incitatum in bonos mitigare,de Orat.102 b.Inter bonos bene agier, fiduciæ formula, 7 Fam. Inter bonos bene agier, iudiciorum quorundam formula,Topic. Inter bonos bene agier oportet,& sine fraudatione, Offic.3.Nisi insitum illud in animis haberemus, omnes bonos interitu suorum quàm grauissimè mœrere oportere, Tusculan. quæst.lib. 3. Consules duos bonos quidem.sed duntaxat bonos amisimus, ad Brut. Bona dicta tenere sapiens uix potest,2 de Orat. A' bonis uacuum forum,Post.redit.in Senatu.In bonis omnia,quæ summa sunt, iure laudantur,de Claris Orat. 282 b. Vbi illa consuetudo in bonis prædibus prædijsq; uendendis omnium Consulum, Censorũ,Prætorũ,Quæstorũ denique?ut optima cõditione sitis,cuia res sit,cuium periculum? 3 Verr.Bona prædia dicuntur bonis satisdationibus obnoxia, siue sint in mancipijs,siue in pecunia numerata. Nũquam ego hæc in bonis rebus numeranda duxi,Parad. 116 b.Inutijs bonis orsus tribunatus, in Bruto. Quòd me in forum uocas, cõ uocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam, ad Attic. lib.12.Id est,prosperis. Bonis aut perditis rebus, 12 Famil.Si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudẽs pro bonis,3 Off.Ita bonis uiribus esse in extremo tempore ætatis, ut adolescẽtiam non requireret,de Senect. Bonum definiuit Diogenes,id quod esset natura absolutum,de Finibus lib.3. Quod bonum est,id non quiuis habere potest. Tusculan. quæst.lib.5. Bonum crescendi accessionem nullam habet, de Finib. lib. 3. Excellens bonum. pro Marcel. Bonum efficiens, ποιητικὸν dicitur, quod honestas actiones affert & efficit, de Finib. lib. 3. Quicquid est quod bonum sit,id expetendũ est, Tusculan.quæst.lib.5. Quod bonum, id honestum, Tusculan. quæst.lib.5.Quod bonum,id utile,Officior.3.Bonum ipsum nõ est in opinionib. sed in natura: quod ni ita esset,beati quoque opinione essent,1 de Leg.Bonum literarum,15 Fam.38,id est,commodum uel utilitas.Bonum mentis est uirtus,Tuscul.quæst.lib. 5. Bonum naturale, pro Cælio. Nihil bonũ,nisi naturæ primis bonis,aut omnibus, aut maximis fruat, ut Carneades contra Stoicos disserebat, Tusculan. quæst.lib.5. Nihil bonum nisi quod honestum, iuxta Stoicos, Tusculan. quæst. lib. 2. Ibidem,lib.5 ad Attic.8. Nihil bonum, nisi uacuitas doloris,ut Hieronymus, Tusculan.quæst. lib. 5. Nihil bonũ, nisi uirtus, secundum Aristonem Chium & Zenonem, Academ.quæst.ed.1.lib.2. Nihil bonum, nisi uoluptas,ut Epicurus,Tuscul. quæst. lib. 5. Nihil bonum,quod non eum qui id possidet,meliorem facit. Parad. Bonum non est de quo non is qui id habeat, honestè possit gloriari, Parad. Atque hæc certè non ita se haberent,nisi omne bonum in una honestate consisteret, Tusculan. quæst. lib. 5. Bonum omne laudabile, Tusculan.qu.lib.5. Bonum in eo positum est,ut naturæ consentiat,de Fin.li.3. Omne bonum lætabile est: quod autẽ lætabile,id prædicandum & præ se ferendum: quod tale autem, id etiam gloriosum:si uerò gloriosum, certè laudabile:quod autem laudabile, profectò etiam honestum: quod bonũ igitur, id honestum,Tuscul.q.lib.5.Vt facilè cerneres naturale quoddam stirpis bonum, degenerauisse uitio depranatæ uoluntatis, in Bruto. Quamobrem simul

obiecta

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiecta ſpecies cuiuſpiam eſt, quod bonũ uideatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura, Tuſcul.quæſt.lib.4. Id ſolum bonum eſt, quod rectum & honeſtum, & cum uirtute eſt, Parad. Bonum ſolum quod honeſtum, ut Zenoni, eiusq; auditori Ariſtoni placuit, Tuſc.quæſt.lib.5. Summum bonum eſt, quod ipſum nullam aliam ad rem, ad id autem res referuntur omnes, de Finib.lib.1. Summum hominis bonum iuxta Stoicos poſitum eſt in eo, quod ὁμολογίαν ipſi, hoc eſt, conuenientiam uocant, de Finib.lib.3. Summum bonum in cognitione & ſcientia ponit Herillus, Acad.quæſt.ed.1.lib.2. Summum bonum in corpore et uoluptate uidetur Epicuro, Tuſcul.quæſt. lib.3. Summum bonũ ſi ignoretur, uiuendi ratione ignorari neceſſe eſt, de Finib.lib.5. Nec tamen tantum in ſtatuenda Lepidi ſtatua factum eſt mali, quantum in euertenda boni, ad Brutum. At uerò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut ſi aliud quippiam nacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum dijs gratias agimus, tum nihil noſtræ laudi aſſumptũ arbitramur, 3 de Nat.deor. Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali, de Fin. 73 b. Vt quiſque boni eſt maximè particeps, ita & laudabilis maximè, Parad. Sũmi boni diffinitione omnis ratio uitæ continetur, de qua qui diſſident, de omni ratione uitæ diſſident, Acad.qu.ed.1.lib.2. Cui bono fuerit, 2 Philip. Bonum Academici antiqui, quod ſecundum naturam eſſet, quo in uita iuuaremur, eſſe decreuerũt: Zeno, niſi quod honeſtum eſſet, nihil putauit bonum, 1 de Leg. Qui ſummum bonum ſic inſtituit, ut nihil habeat cũ uirtute coniunctum, idq; ſuis commodis, non honeſtate metitur: hic ſi ſibi ipſe conſentiat, & non interdum naturæ bonitate uincatur, neque amicitiam colere poſſit, nec iuſticiam, nec liberalitatem, Officior.1. Bono mẽtis fruendum eſt, ſi beati eſſe uolumus, Tuſc.quæſt.lib.5. Bono nil melius, Parad. Bono philoſophiæ nullum optabilius, de Vniu. De ſummo bono qui diſſentit, de tanta philoſophiæ ratione diſſentit, de Finib. lib.5. Diſſenſio de ſummo bono maloq;, 1 de Legib. Summo bono in philoſophia conſtituto, conſtituta ſunt omnia, de Finib.lib.5. Eo ipſo bono tuo quo delectatur, 6 Famil. Id eſt, ijs dotibus animi. Bono ſuo opus facere, 3 in Verr. Atqui niſi ſtabili & fixo permanente bono, beatus eſſe nemo poteſt, Tuſc.quæſt. lib.5. Id quum non accidit, utemur bono literarum, & eadem ferè abſentes, quæ ſi coràm eſſemus, conſequemur, ad Caſſium lib.15. Quædam animi & corporis in quibuſdam non tam naturæ, quàm beatæ uitæ adiuncta ſunt, Acad.q.edit.2.lib.1. Bona animi ab Academicis in naturam & mores diuidebantur: hoc eſt, in uirtutes, quæ ſuapte natura ingenerantur, et in uoluntarias, quæ exercitatione acquiruntur, Academic.quæſt.edit.2.li.1. Bona corporis alia in toto, alia in partibus ſecundum Academicos, Acad.qu.edit.2. lib.1. Bona corporis complent quidẽ beatiſſimam uitam, ſed ita ut ſine illis poſſit beata uita exiſtere, de Finib.lib.5. Bona præterita ſapientes grata recordatione renouata delectãt, de Finib. lib.1. Non ſunt igitur ea bona dicenda, quibus abundantem licet eſſe miſerrimum, Tuſc. lib. 5. Bona maxima ſunt, quæ in ipſo animo, atque in ipſa uirtute uerſantur, Acad.q.ed.2. lib. 1. Bona ſi ex diſſimilibus mixta erunt, honeſtũ ex his effici nihil poterit, Tuſc. q.lib.5. Natura omnes ea quæ bona uidentur, ſequuntur, fugiuntq; contraria, Tuſ.q.lib.4. Bonorum alia τελικὰ, id eſt, ad ultimum pertinentia: alia autem efficientia, quæ Græci ποιητικὰ, alia utrunque, de Fin.lib.3 Bonorum diuiſio, Partit. Bonorum finis ad quem referuntur, et cuius causa ſunt facienda omnia, 1 de Leg. Bonorum malorumq; fines conſtituere, Acad.quæſt.edit.1.lib.2. Omnium bonorum fons in corpore, iuxta Epicureos, Aca.ed.1.li.2. Bonorum et malorum genera, Partit. Bonorum tria genera, maxima animi, ſecunda corporis, extrema tertia, ut Peripatetici, nec multò ueteres Academici ſecus, Tuſcul.q.li. 5. Quid ſit extremũ, quid ultimum bonorum, 1 de Fin. Quomodoq; bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus, Tuſc.quæſt.li.4. Bona animi ponebant Academici, quæ eſſent ad comprehendendam animi uirtutem idonea, Acad.q.ed.2.lib.1. In bonis animi tanta præſtantia eſt, ut ab his corporis & extrema obſcurentur, Tuſc.q.lib.5. Zenoni, præter honeſtum, nihil eſt in bonis, Acad.q edit.1.lib.2. Bonis corporis & fortunæ uitam beatam compleri negant Stoici, Tuſculan. quæſt.lib.5. Neque enim ſunt iſti audiendi qui uirtutem duram, & quaſi ferream eſſe quandã uolunt: quæ, &c. ut bonis amici quaſi diffundatur, et incommodis contrahatur, de Amic. Magnis enim illi et diuinis bonis hanc licentiam aſſequebantur, 1 Offic. Quod ſi ita eſt (id eſt, ſi uita beata ex ſui ſimilib. partibus effici debet) ex bonis quæ ſola honeſta ſunt, efficiendum eſt beatum, Tuſcul. quæſt.lib.5. Vt in malis opinatis tolerabilia, ſic in bonis ſedatiora ſunt efficienda ea, quæ magna & laetabilia dicuntur, Tuſculan. quæſt.lib. 4. Sine bonis corporis & fortunæ uitam beatam nullam eſſe putant Peripatetici: aut ſi ſit beata, beatiſſimam eſſe negant. Tuſculan. quæſt. lib.5.

Bootes, tæ, ti. de Na. 47 b, Septentriones autem ſequitur Arctophylax uulgò qui dicitur eſſe Bootes. et ib. Bootis ſubter præcordia fixa uidetur Stella micans.

Bos, bouis. Bos opimus, Diuin. lib. 1. Bos ſanctus, Aegyptiorum Apis, de Nat.deor.1. Bos armenta ſequitur, 7 ad Attic. Boni clitellas imponere, 5 ad Attic. Olympia per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, quum humeris ſuſtineret bouem uiuum, de Senect. 83 b. Bouem mollipedes, Diuin.lib.1. Boues et equi, ibes, accipitres, altéq; bestiæ à barbaris in numero deorum reponebantur, 3 de Nat.deor. Boum ceruices natæ ad iugum, & uires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda, 2 de Nat. deor. Boum terga declarant nõ eſſe ſe ad onus accipiendum figurata, 2 de Nat.deor. Boum uiſceribus ueſci ſcelus habebatur, tempore aurei ſeculi, 2 de Natur. deor. Bobus ab illo aureo genere uis nunquam ulla afferebatur, 2 de Natur. deor. Quid de bubus loquar? 2 de Natura deorum.

Boſphorus, ri. pro Mur. 132 b, Anguſtum eſt fretum ad Mæotim paludem, Cimmerius Boſphorus dicitur.

Boſphoranus, a, um. pro Põ. 5 b, Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulauit.

Bouilla pugna. Att. 74 b.

Bouillanus, na.

Bouianus, na. pro Clu. 59 a.

Brachatus, a, um. pro Font. 280 b, Galli ſagati bracchatiq;. & l.P. 91 a, O` brachatæ cognationis delecus quemadmodum ueniſti? Ep. 134 b, Brachatæ & transalpinæ nationes. Bracchæ genus ueſtis erat, quã utebantur Galli trãſalpini. unde Bracchati, et Gallia Bracchata, pro tranſalpina dicta.

Brachalia, L. Armillæ.

Brachium, chij. cubitus. de Or. 131 a, Cum extento brachio paululum etiã de geſtu addidit, pro Cæl. 39 b, Nobis olim annus erat unus ad cohibendum brachiũ togæ conſtitutus, ut exercitatione ludoq; campeſtri, tunicati uterentur. de Or. 132 a, Excuſauit ueſpa, quòd eum brachiũ fregiſſe diceret. At. 22 b, Obiurgare aliquem molli brachio. At. 64 b, Agere aliquid leui brachio. Conſules qui illud leui brachio egiſſent, rem ad ſenatum detulerunt, ad Her. 21 a, bis. In contentione per diſtributionẽ, celeri proiectione brachij uti oportet, &c. Or. 202 a, Brachij proiectio in cõtentionib. cõtractio in remiſſis.

Braſica, cæ. de N. 50 a. l. Caulis.

Breue, pro breui, ſeu breuiter. pro Seſt. Breue dicam. At. lib. 6. & in Saluſt. Breue faciam.

Breui, breuiter, paucis uerbis, propediem, in breui, breui tempore, exiguo tempore, paucis diebus, paucis annis. At. 130 b, Cæſar magnas copias breui habiturus eſt. & ibi. Breui tempore. & 138 a, Ep. 184 b, Reſp. breui tempore ius ſuum recuperabit. Epiſt. 89 a, Nec ullo modo diuulgandum eſt de te iam eſſe perfectum, ſed erit percurram tamẽ breui. de Sen. 89 a, Breui expediam. Par. 222 b, Illud breui conficiendum eſt, &c. pro Seſt. 23 a, Sed genus uniuerſum breui circumſcribi & definiri poteſt. Item: Hæc ſi quis exiſtimat à me poſſe exponi tam breui, uehementer errat. de Or. 100 b, Nunc complebo, quod proposui breui. de Or. 119 b, Quid in utrãq; partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. Epiſt. 36 b, Vt tuis literis breui reſponderem. de Or. 225 a, Ad ea quæ requiris, breui reſpondebo. ad Her. 32 a, Tranſitio uocatur, quæ cum oſtendit breuiter quod dictum ſit, proponit item breui quod conſequatur.

Breuiloquens, tis. Att. 114 b, Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit.

Breuiloquentia, tiæ. de Rep. teſte Gellio.

Breuis, uis, paruus, puſillus, contractus, conciſus, anguſtus, exiguus, præciſus.)(. Lõgus, productus, procerus. de Am. 115 b, Omnia breuia tolerabilia eſſe debent, etiamſi magna. de Orat. 138 b, Breuis eſt L. Craſſi oratio. pro Seſt. 5 a, Lõgũ eſt dicere, ſed hoc breue dicã, ſi M. Petreij uirtus, &c. In Sal. 272 b, Iam dabo operã, quàm maximè potero, ut breue id faciam. de Or. 161 a, Aliqd contractione breuius fieri, aut productione lõgius. pro Ar. 191 a, In hoc tam exiguo uitæ curriculo & tã breui. de Inu. 84 b, Ac multos imitatio decipit breuitatis, ut cum ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint. de Cl. 179 a, Ambitus uerborum contractus & breuis. Or. 212 a, Inclytus dicimus breui prima litera, inſanus producta. de Or. 160 a, Syllaba breuis.)(. Longa, producta. de Ora. 96 b, Quædam breuia, ſed magna cum exercitatione præcepta guſtarem. Oct. 336 b, O` miſeram et in breui tam celerem, & tam uariam reip. commutationem.

Breuitas, tis. contractio, paruitas. Breuitas, exornatio eſt, res ipſis tantummodo uerbis neceſſarijs expedita, &c. ad Her. 4.1 a, de Or. 138 b, Breuitas appellanda eſt, rerum uerbum nullum redundat, uel cum tantum uerborum eſt, quantum neceſſe eſt. de In. 48 b, Multos imitatio decipit breuitatis, ut cùm ſe breues putent eſſe, lõgiſſimi ſint. de Le. 192 a, Breuitas non modò ſenatoris, ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia. Or. 219 a, Contractio et breuitas dignitatem non habet. de Or. 161 b, Diſtincte conciſa breuitas. At. 5 b, Breuitate temporis tam pauca cogor ſcribere. de Cl. 169 b, Breuitas autem laus eſt in aliqua parte dicendi, in uniuerſa elocutia laudem non habet. Or. 213 b, Iudicium longitudinum & breuitatum in ſonis. & 215 b, Breuitate & celeritate ſyllabarum uerba procliuius labuntur. de Cl. 170 b, Conciſæ ſententiæ, et non ſatis apertæ, cùm breuitate, tum nimio acumine. Or. 217 b, Breuitas pedum.)(. Proceritas pedum. de Leg 173 a, Eum igitur morem cum breuitate, ſi potero, conſequar. Or. 218 b, Breuitas ambitus.)(. Longitudo ambitus. At. 15 b, Breuitas dici. & de Or. 146 b, Angustiæ temporis.

Breuiter, exiguè, leuiter, ſtrictim, ſummatim, breui, cum breuitate, ἐν ἐπιτομῇ, paucis uerbis.)(. Productè, pluribus uerbis. de Or. 93 b, Non grauabor breuiter meo more, quid quaq; de re ſentiam, dicere. ad Heren. 2 a, Si ſummam cauſæ breuiter exponemus. Or. 201 b, Breuiter ſummatimq; deſcribere aliquid. ad Her. 62 a, Breuiter & abſolutè complecti aliquid. Epiſt. 36 b, Quòd ego ad te breuius ſcribo. de D. 65 a, Expoſui quàm breuiſſimè potui oracula, &c. de Natu. 26 a, Agam quàm breuiſſimè potero. pro Cec. 288 a, Vt in pauca conferam. pro Cæl. 40 b, Vide quàm pauca reſpondeam. pro Clu. 43 a, Hæc pluribus uerbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea.

Britannia, niæ. Anglia, Albion, regio nota. ad Quin. Fr. 517 a, O` iucundas mihi tuas de Britannia literas. Nat. 43 b.

Britannicus, a, um. Epiſt. 99 b, Ego ueſtras Britannicas literas expecto. de Natura deor. 64 b, Aeſtus maritimi Britannici.

Bromius, mij. Bacchus. l. Bacchus, & Liber.

Bruma, mæ. brumale tẽpus, brumalis dies, hyems.)(. Aeſtas, ſolſticium. de Nat. 30 a, Solis acceſſum diſceſſumq; brumis ſolſticijſq; fieri. de D. 115 a, Muſculorũ iecuſcula bruma dieuntur augeri, & puleium aridum floreſcere ipſo brumali die.

Brumalis, le.)(. Solſticialis. de Vn. 200 a, Aſtra per cœlum penetrantia, ſolſticiali ſe & brumali reuocatione conuertunt. de N. 66 b, Solſticialis orbis, itemq; bruma lis. de Orat. 159 b, Sol accedens ad brumale ſignum. de Fa. 140 b, Vt in brumali die nati. In Arat. Sol brumali flectens contorquet tempore currum.

Brunduſium, ſij. urbs. At. 4.1 a.

Brunduſinus, na. ſæpe.

Brutij, orum. Italiæ populi. pro Cec. 195 a.

Brutinus, a, um. ad Atticum 282 b, Conſilia Brutina, id eſt, Bruti.

Brutus, a, um. ad Heren. 13 a, Fortuna bruta, Pacuuij. & Hor. terram brutam dixit.

Brutus, ti. Tuſc. 209 a, L. Brutus patriam liberauit, præclarus autor nobilitatis tuæ.

Bubulcus, ci. boum cuſtos. de Di. 92 a, Hoc ſomnio commotus manè bubulco præſtò ad portam fuit. & 19 a.

Bucca, æ. os ipſum, & interior malarum pars concaua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Post quam. 206 b, Consul processit grauibus oculis, fluentibus buccis. & I.P. 84 b, Fluentes pulsataq; buccæ. de Or. 133 b, Gallus pictus sub nodis distortus, eiecta lingua, buccis fluentib. At. 108 a, Tu ad me crebrò scribe, uel quod in buccam uenerit. At. 7 a, & 225 a, Si nullam rem habebis, quod in buccam uenerit, scribito. At. 186 a, Cum coram sumus & garrimus quicquid in buccam uenit. At. 154 a, Quicquid uenerit in mentem scribas.

Buccina æ. tuba belli. pro Mur. 128 b, Te gallorum, illiũ buccinarum cantus excusitat. in Verr. 222 b, Signum buccina datur.

Buccinator, oris. præco, tubicen. Ep. 264 b, Quod pol liceris te fore buccinatorem existimationis meæ, firmo animo id facias licet. Cic. filij.

Buccula, æ. I.V. 131 b, Mironis buccula ex ære. & de D. 90 b, Buccula ex auro: id est, uitula, seu iuuenca.

Buleuteriũ, rij. locꝰ Syracusis ubi erat curia. I.V. 119 a.

Βούλησις. L. Appetitio. L. Voluntas.

Bullienses, populus est. I.P. 100 b.

Bulliones. idem pop. 221 b.

Bulla, læ. in Ver. 107 a, Bulla in toga prætexta erat ornamentum pueritiæ in cordis figuram formatum. 107 a, Pupillus cum toga prætexta sine bulla. Bullæ pro clauis quibus ualuæ ornantur. I.V. Indicium atq; insigne fortunæ. I.V. 229 a, Verres bullas omnes aureas ex ualuis non dubitauit auferre.

Bustuarius, a, um. I.P. 83 b, Si mihi cũ illo bustuario gladiatore & recũ & cũ collega tuo decertandũ fuisset.

Bustum, sti. locus ubi aliquis combustus est, sepulchrũ, monumentum. Tusc. 248 a, Qui incidi insũt in busto, hæc habui, quæ edi. de Le. 183 a, Pœna est, si quis bustũ (nam id puto appellari tymbon) aut monumentũ uiolarit. I.A. 153 b, Cum ijdem bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturã efferebant. I.P. 82 b, Quorum ego furori nisi restitissem, in Catilinæ busto mactatus essem. I.P. 81 b, Cum templum illud fuit te consule bustum legum omnium. pro D. 240 a, Vt in uiri etiam spirantis caput bustum suis manibus imponeret pro D. 235 b, Signum de busto meretricis ablatum isti dedit. I.P. 81 a, Cum tu interim bustum reipub. &c. Att. 107 a, L. Quintius ad bustum Basilij uulneratus & despoliatus est.

Buthrotum, oppidum. At. 26 a, & 59 a, & Ep. 237 a.

Buthrotius, a. At. 216 a. Item 230 b.

Byzantium, tij. urbs. pro Dom. 223 b.

Byzantius, a, um. Or. a. 200 b, Theodorus Byzantius. de Pro. 70 a, Vrbem Byzantiorum uobis atq; huic imperio fidelissimam. & ibidem, Byzantiorum uirgines se ad libidinem Romanorum militum effugiendam, in puteos abiecerunt.

C A

Litera post S posita legitur sic. S.C. & significat Senatusconsultũ. In numeris C, ualet cẽtũ. Condẽnandi quoq; nota fuit, hanc q; intellexit Cic. pro S.R. illis uerbis: Sed si ego hos bene noui, literã illã cui uos usq; eò inimici estis, ut etiã eas omnes oderitis, ita uehemẽter ad caput affigent, ut posteaneminem alium, nisi fortunas uestras accusare possitis.

Cachinnatio, onis. solutior risus. Tusc. 224 a, Si ridere

cõcessum est, uituperetur cachinnatio. et ad Her. 20 b.

Cachinnor, aris. solutius ridere. I.V. 161 a, Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Appronius.

Cachinnus, ni. risus solutior. de Fa. 142 a, In quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. de Cl. 184 a, Curio in agendo cachinnos irridentium commouebat.

Κακίαι. L. Malitia. L. Vitium.

Cadauer, ris. mortuum corpus. pro Mil. 108 a, Cadauer P. Clodij semiustulatum. Tusc. 247 a, Aqua turbida & cadaueribus inquinata. Epi. 50 a, Cum uno loco tot oppidorum cadauera proiecta iacerent. Sulpitij. I.P. 83 a, Ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi opis expectabam? & 97 a, Abiectum hoc cadauer, &c.

Cado, dis. concido, labor, delabor, decido, corruo, præcipito, accidit, euenit, conuenit. Off. 16 a, De manibus cadacissimorũ ciuiũ delapsa arma ceciderunt. Or. 205 b, Si quando minus succedet, magnũ tamen periculum nõ adibit: alte. n. cadere nõ potest. Or. 205 b, 15 q; in lubrico minimè uersabitur, & si semel cõstiterit, nunquã ea de. Of. 15 a, Quia si quid aduersi eueniat, tam graniter cadere nõ possunt. pro Mu. 138 b, Noluerũt illi ita quæ cadere in iudicio, ut nimijs aduersarij uiribus abiectus uideretur. pro Do. 240 a, Sed tibi cum oculi, multus, uerba cecidissent. de Ar. 253 a, Vt si tãta ciuitas cadat, quod dij omen obruant. Or. 216 a, Verba melius in syllabas lõgiores cadũt. & 219 b, Et in spondeos cadit. Or. 202 a, Articulus ad numerũ cadẽs. de Ar. 258 a, Autoritas principũ cecidit. Off. 42 a, Tua laus pariter cũ rep. cecidit. Epi. 78 b, Non debemus ita cadere animis, quasi, &c. At. 119 a, Cadendũ est in unius potestatem. Or. 215 a, Pedes qui maximè cadũt in orationẽ. & 197 a, Quæ sub oculos nõ cadunt. I.V. 276 b, Sub pop. Ro. imperiũ ditionẽq; ceciderunt. de Of. 68 a, Cadit ergo in bonũ uirũ, mẽtiri emolumenti sui causa? pro Syl. 181 a, Nõ cadit in hãc uitã ista suspicio. de Ar. 252 a, Multi sunt in quos huius maleficij suspicio cadat. Or. 205 b, In idẽ genus orationis uerborũ cadũt lumina omnia. et 200 a, Neq; in unã formã cadunt omnia. de Or. 109 a, Quæcũq; in disceptationem cadere possũt. Of. 2 a, Id quod in deliberationẽ cadit. Of. 55 b, Quod in nostra intelligentiã cadit, cõseruãdũ est nobis. de Ar. 256 a, Tibi bẽt Hetrusci certa nomina, quæ in id genus ciuiũ cadere possũt. & 257 a, In eũ cadit hoc uerbũ maximè, quod &c. pro Cæl. 52 b, Nihil est, quod in eiusmodi mulierẽ nõ cadere uideatur. de D. 87 b, Sortes eductæ in rẽ aptè cadere possũt duinitus. Epi. 30 a, Verebar ne ita caderet, quod nũc etiã uereor. de Le. 176 b, Augurũ responsis multis multa incredibiliter uera cecidisse. At. 40 a, Nihil mihi optati? cadere potuit. At. 52 a, Hæres quæ admodũ ceciderit, scire uelim. At. 41 b, Sanè ita cadere ut uellẽ. de Or. 110 a, Sed hoc cecidit mihi peropportune. Ep. 112 b, Quod meli? caderet, nõ uidi. I.V. 67 a, Verũ hoc adhuc pcõmodè cadit. Ep. 74 a, aliter cecidit res ac putabã. et 88 b, Aliter cecidit res atq; opinabar. Qu.F. 303 a, A te mihi oĩa semper honesta et iucunda ceciderũt, à me tibi luctus, mœror, &c. At. 216 a, Hoc ego uix attigi penudã, remanserant tamẽ, cecidit bellè. At. 120 b, Quoquo modo ea res huic quidẽ cecidit pro Rã. Qu. 9 a, Nil tibi iure incõmodi cadere potest pro Rã. 117 b, Si minus fortissimi uiri uirtus ciuibus grata eccidisset.

disset. Ep. 241 a, Quid casurum sit incertũ est. At. 15 b, Verebar quorsum id casurum esset. de Cl. 177 b, Sed ita cadebat ut alter, &c. i. eueniebat. de Or. 93 a, Insperanti mihi sed ualde optanti, cecidit, ut, &c. i. euenit. Ep. li. 6 ad Torquatũ, Cadere animis. de Am. Nec debilitari animos, aut cadere patitur. de Or. li. 1. de Fi. li. 1. & pro Mur. Causa cadere. de Fato, Ex equo cadere. Part. Cadere ex bona fortuna. de Leg. 181 a, Ne in offensionem Atheniẽsium caderẽ. de Or. 160 a, Quib. hi tres heroi pedes in principia cõtinuandorũ uerborũ satis decorè cadũt. de In. 52 a, Signũ est, quod sub sensum aliquẽ cadit. & ibid. Res quæ sub eandẽ rationẽ cadunt. Or. 203 a, Quicquid est, quod sub aurium mensuram aliquã cadit. de Nat. 6 b, Quod ne in cogitationẽ quidem cadit. de Fin. 103 a, Hæc sub iudicium sapientis cadunt.

Caduceum, cei. Mercurij uirga & sceptrum, qua bella dirimuntur. de Or. 102 a, Eum quærimus, qui non tam caduceo quàm nomine oratoris ornatus, incolumis possit inter hostium tela uersari.

Caducus, a, um. fragilis, mobilis, mortalis, falsus, incertus. de So. 128 b, Infra lunã nihil est nisi mortale, & caducũ. de Or. 206 a, de Sen. 88 a, Vitis, quæ natura caduca est, nisi sulta sit, ad terram fertur. pro Do. 143 a, Caduca semper & mobilia hæc esse duxi. I.A. 193 b, Omnia alia falsa incerta sunt, caduca, mobilia, uirtus est una altissimis defixa radicibus, &c. de Am. 111 a, Res humanæ fragiles, caducæq; sunt. I.A. 226 b, Hæreditates caducæ. de Na. 21 a, Corpus caducũ & infirmũ. de Le. 160 b, Corpus fragile & caducũ. et de Fin. 82 b, Quod fragile & caducum sit. de Or. 153 a, Possessio quasi caduca & uacua. de Am. 99 b, Illa autem caduca & incerta. Quasi uietum & caducum. l. Vietum. de Of. 48 b, Flcta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.

Cæcatus, a, um. obcæcatus, lumine priuatus. de Cla. 189 a, Rabida & celeritate cæcata oratio. Tusc. 163 b, Aliquis cæcatus uitijs.

Cæcilius. pro S.R. 25 b.

Cæcilianus, na. Tusc. 202 b.

Cæcitas, tis. priuatio sensus oculorum. Tusc. 250 a, Asclepiadem ferunt, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, ut puero uno esset comitatior. et 249 b, Horribilis ista cæcitas, &c. pro Do. 234 b, Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est coniersa. de Ar. 252 b, An tibi luminis obesset cæcitas plusquam libidinis. pro Do. 239 a, In furore animi & cæcitate: id est, furore & amentia.

Cæco, as. excæco, cæcum facio uel efficio, perdo oculos, oculis priuo. Tusc. 239 a, Animi acies cæcatur erroribus. I.A. 193 a, Sed spes rapiendi cæcat animos eorum. pro D. 225 a, Non enim te arbitror supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum. de Fin. 145 a, Democritus oculis se priuasse dicitur. pro Sest. 27 a, Qui largitione cæcarunt mentes imperitorum.

Cæcus, a, um. oculis captus, amens, furens. de Am. 106 b, Nõ solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiã plerũq; efficit cæcos quos cõplexa est. I.A. 248 a, Quis hoc nõ uidet, quod fortuna, quæ dicitur cæca, uidit? pro D. 234 b, Quem unquam audisti tuorum cum sacrificiũ Bonæ deæ fieret, interfuisse neminẽ, ne illum quidem qui cæcus factus est. de Fi. 121 a, Catuli qui iã despecturi sunt,

cæci æquè ut hi qui modò nati. pro Pla. 260 b, Sed ego cæcum me et præcipitem ferri cõfitear in causa, si, etc. I.P. 92 a, Cupiditate cæca rapi. pro Cl. 59 b, Mater, quã cæcam crudelitate & scelere ferri uidetis. pro Qu. 15 a, Aliquem cæcum cupiditate atq; auaritia esse. de In. 42 a, Cæca & temeraria cupiditas. pro S.R. 35 a, Ipsos cæcos reddit cupiditas & auaritia. pro Sest. 6 b, Ille cæcus atq; amens furore. & de Ar. 255 a, Cæcus amentia. contra Rul. 73 a, Cur hoc tam est obscurum atq; cæcum? de Or. 141 a, Res cæcæ & ab aspectus iudicio remotæ. pro Mil. 111 a, Cæca nox. pro Lig. Timor cæcus. Ep. lib. 12, Cæcum tempus seruitutis. Ep. lib. 6, Cæca suspicio. de D. lib. 2, Quod temerè fit cæco casu, & uolubilitate fortunæ. de Fin. li. 1, Cæco impetu in alios incurrere. contra Rul. Obscura spe & cæca expectatione pendẽre. At. li. 11, Cæci fuimus in eare.

Cædes, dis. occisio. Ep. 58 a, Bellum ex altera parte cædem ostendat, ex altera seruitutem. Epi. 184 a, Cædem gladiator quærit. pro S.R. 31 a, Qui in cæde atq; ex cæde uiuunt. pro Mil. 118 b, Clodius multorum priuatorũ cædes efficit. & 103 b, Cædem, qua P. Clodius occisus esset, contra remp. esse factã. pro S.R. 20 b, Cædes indignißimæ maximæq; factæ sunt. de Clar. 172 a, Cũ in Syllua sua facta cædes esset, &c. pro Cec. 293 a, Tu uim negabis esse factam, si cædes et occisio facta nõ erit? Anteq. 195 b, Neq; patiar ut cædes ciuiũ inter se fiat. pro Syl. 180 b, Facere cædem uicinorum. de Pro. 75 a, Conducere aliquem ad cædem faciendam. pro Pl. 278 a, A seruis cædem fieri Senatus, Reip. exitiosum fuisse. Att. 246 b, Mihi res spectare ad cædem uidetur.

Cædo, dis, cecidi, cæsum. tundo, uerbero, occido. I.A. 218 b, Cum enim serui publici loris ceciderunt. & 252 a, Quos Antonius in conuiuio loris cædi iubebat. Anteq. 195 b, Serui ad supplicium cæsi uerberibus trahuntur. I.V. 264 b, Cædere aliquem uirgis. & de Di. 62 a, I.V. 90 a, Cædere ianuam saxis. de Di. 126 a, Cædere silicẽ. I.V. 106 a, Lapis aliquis cædendus & asportandus fuit. I.A. 189 b, Antonius cædit greges armentorum. Att. 79 a, Hic ad III Id. Octob. magnum hostium numerum cecidimus. pro Mi. 104 a, Ille dies, in quo T. Graechus est cæsus. ad D. 126 b, Qui robur illud cecidit, dolauit, inscripsit. de D. 115 a, Arbores simul cum luna senescentes tempestiuè cædi, quia tum exiccatæ sint. de Le. 158 a, Roscius in senectute numeros in cantu ceciderat.

Cælebs, L. Cœlebs.

Cælo, as. occulto, obscurè fero. (Indico. in Ver. 249 a, Quamobrẽ iste pirata cælatus est? de Nat. 16 a, Nec tu me cælas, ut Pythagoras solebat alienos. Ep. 61 a, Existimare debes te maximis de reb. à fratre esse cælatũ. Ep. 105 b, Bassius noster me de hoc libro cælauit. pro Cl. 57 b, Nõ est professiò de ueneno illa cælata mater. At. 167 b, Iã cælandũ magis de nostro consilio, quem ad diẽ uideretur. Or. 219 b, O uirum simplicẽ, qui nos nihil cælat. Ac. 15 b, Vnum tamen illud non cælant. contra Rul. 68 a, Cum familiariter me in eorũ sermonẽ insinuarem ac darẽ, cælabar, excludebar. Qu.F. 317 b, Sed heus tu, cælari uideor à te. pro Syl. 174 b, Credo iudices cælatũ esse Cassiũ de Sylla uno. Ac. 15 b, Aut cur cælatis quasi turpe aliquid, sententiam uestram? At. 239 a, Saufeium pete, cælemus, ego nunquã indicabo. Qu.Fr. 326 a, Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen indicabo tibi, quod in primis te cælatũ uolebã. Of.59 a, In omni deliberatione, & cælãdi et occultãdi spes remouẽdã est. Ac.39 a, Nec tamẽ istum cessare, sed cælare quæ scribat existimo. Of.59 b, Si omnes deos hominesq; cælare posſim°, nihil tamẽ iniustẽ faciẽdũ est. pro Dei.147 a, Si te palàm interemisset, deos quidem nunquã cælare potuisset, homines uerò fortasse cælaſ- (set.

Cælum, L. Cœlum.

Cæmentum, ti. lapides rudes & fracti, quibus ædificia consurgunt. pro Mil.115 b, Repente lintribus in eã insulã, materiã, calcẽ & cæmẽta conuexit. Qu. Fr.329 b, Quid si cæmentum nõ haberẽ, deturbem ædificium? de D.129 a, Nũ hæc in latere aut in cæmento ex quib. effẽcta est, ualere potuit. p Do.225 b, Nec illi cæmẽti ac tegulis meorũ tectorũ se famẽ suã expleturos putauerũt.

Cæpto, as. incipio. de Fin.130 a.

Cærimonia. L. Cerimonia.

Cæruleus, lea, color cœli, cærulus, cumatilis. de Nat.17 b, Oculos cæruleos esse Neptuni.

Cærulus, a, um. de Di. 89 a, Ad cœli cærula templa. & in Arat. Cærula castra.

Cærula. id est, maria. de Fi.136 b, Poetæ. L. Transuehor.

Cæsar, ris. de Cl.188 a, De Cæsare ita iudico, illũ omniũ ferè oratorum Latinè loqui elegantißimè. & ib. Cæsar de ratione Latinè loquendi accuratißimè scripsit ad Ciceronẽ. At.124 d, Sed hoc τέρας horribili uigilãtia, celeritate, diligentia est plenũ. i. Cæsar. de D.113 a, C Cæsar in curia Pompeiana occisus est. Tusc.239 a, C. Cæsar à Cinna interfectus, &c. & L. Cæsar eodem tempore.

Cæsarianus, a, um. At.258 a, Cæsariana celeritas.

Cæsena. urbs. *

Cæsim. incisim. Or.219 a, Membratim adhuc, deinde cæsim diximus, &c.

Cæsius, a, um. cæruleus, glaucus color, quales sunt felũ oculi. de N.17 b, Cæsios oculos Mineruæ. ad Her.39 b, Hominem cæsium.

Cæstus, stus. Tusculan.183 b, Pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem. Genus est clauæ ex corio & plumbo.

Cæsus, a, um. I.A.258 b, Exercitum hostium cæsum fusumq; cognoui. At.277 a, Hostes cæsos fugatosq; esse. pro Cl.58 b, Hostiæ cæsæ. At.77 b, Ne quid inter cæsa & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur. Prou.1, In ipso articulo discessus mei. Sumpta est similitudo à sacrificijs, cum inter cæsa exta & porrecta, sinistri quid acciderit, ne litari posſit. uerebatur. n. Cicero, ne quo tempore ex prouincia Cilicia profecturus esset, eo tẽpore eiusmodi quid accideret, ne posset discedere.

Cætera, a, um. reliquus, alius. Qu. de Pet.208 a, Sed hoc nomen amicorũ in petitione latius patet, quàm in cætera uita. Att. Cætera in re. Att.90 b, Iam cætera iurisdictio, nec imperita, nec demens, cũ admirabili facilitate. cõtra Rul.63 a, Tu Rulle, missos enim facio cæteros. I.V.209 b, Qu. Calidius eques Ro. cum cæteris Siculis. de In.63 a, Is & cæteras tabulas complures pinxit, & Helenæ se pingere simulachrũ uelle dixit. de In.73 b, Et id signis confirmandum huiusmodi, ex cætera diligentia, ex antè factis, &c. I.V.211 a, Argentum illi cæterum apposuerat. de In.53 a, Si uestes et cæterum ornamentum habeat. Epi.49 a, Cæteri & cætera eiusmodi sunt, ut,

& c. de Fi.64 b, Apud cæteros autem philosophos, qui quæsiuit aliquid tacet. de Fi.54 a, De cætero uellem equidem ut ipse doctrinis esset instructior, aut ne deterruisset alios à studijs. de In.51 a, Molestia, amor, & cætera quæ in simili genere uersantur. cont. Rul.73 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atq; aditum ad cætera factum intelligitis. de Or.121 b, Si mihi filius gignitur, isq; prius moritur, & cætera. & 132 b, Agas asellum, & cætera. Topi.223 a, Et cætera. At.34 a, Itẽq; cætera. Or.20 a, Et quæ sequuntur. id est, et cætera. Of.2 b, Et quæ sunt generis eiusdem. & 3 a, Vt alia eiusdem generis. Et Top.224 b, Et cætera generis eiusdem. Off.12 b, Et si qd eiusmodi. Tusc.214 b, Et si qua sunt similia. de Fin.140 b, Benignitas, comitas, quæq; sunt generis eiusdem. Att.231 a, O' loca cætera, quàm ualde expetenda, interpellantiũ autem multitudine penè fugienda. id est, in cæteris reb. Qu. Fr.315 a, Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquàm quòd sine te, cæterum satis commodè oblectabar. id est, in cæteris rebus. de N.li.1, Non solũ enim poeta suauis, uerumetiã cætera doctus sapiensq; traditur.

Cæteroquin, uel cæteroqui, alioquin. Or.204 b, Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic subtilis, quem nisi quod solum, cæteroquin rectè quidam uocat Atticum. de N.13 b, Sed Simonidem arbitror: non enim docta solum suauis, uerùm etiã cæteroqui doctus, sapiensq; traditur. Ep.92 b. At.186 a.

Cæterùm, sed. At.230 a, Cæterùm quis nonꝰ i. impetrabit. At.285 b, Cæterùm nequiequam perijt ille, &c. Ep.92 a, Cæterùm is mihi quidem locus non displicet.

Caicus, fluuius. pro Flac.161 a, Longè est à Tiberi ad Caicum.

Caieta, tæ. urbs à nutrice Aeneæ sic dicta. pro Pompeio 10 a, Portus Caietæ celeberrimus & plenißimus natium.

Caia, iæ. prænomen honorificum & frequens Romanarum mulierum. fertur enim Caiam Cæciliam, Tarquinij Prisci regis uxorem, optimam lanificam fuisse: & ideo institutum fuit, ut nouæ nuptæ, ante ianuam mariti Caiæ interrogatæ quænam uocarentur, Caiam esse se dicerent: pro Mur.130 a, Vt quia in alicuius libris exemplì causa id nomen inuenerant, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari.

Calamister, stri. acus quædam, qua calfacta capilli intorquentur, & ornatus accersitus. Or.204 a, Remouetur omnis ornatus, quasi margaritarũ, ne calamistri quidem adhibebuntur. Post.207 b, Frons calamistri notata uestigijs. de Cla.189 a, Cæsar ineptis fortasse grauẽ fecit, qui uolunt illa calamistris inurere.

Calamistratus, a, um. calamistris inustus. pro Sest.6 b, Calamistrata coma. & Postquam.207 a, Calamistratus saltator.

Calamitas, tis. miseria, ærumna, pernicies, aduersa uel incommoda fortuna, incõmodæ res, offensio. pro Pompeio 6 b, Hæc uobis prouincia non modò à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. ad Att.177 a, Nemo maiorem calamitatẽ morte Pansæ accepit. I.A. 212 b, Resp. nullam calamitatẽ accipere potest. sine cõpa senatus. At.42 a, Præparauit, ne quid absens acciperet calamitatis. pro Põ. 12 b, Accepta in Põto calamitate ex

tate ex eo prælio, hostium opes animiq; creuerunt. I.C. 99 b, Quanquam uidebam perniciem meam cum magna calamitate reip. esse coniunctam. de D.86 b, Ob eã causam pop. Rom. maximam calamitatem cœpit.

Calamitosus, a, um. ærumnosus, calamitate affectus. Oct.319 b, Quæ non insequens hora antecedente calamitosior pop. Rom. illuxit? Tusc.227 b, Miseri affecti, ærumnosi, calamitosi. Epist.131 b, Aliquis magis fortuna quàm culpa calamitosus. At.118 a, Flagitiosa & calamitosa fuga. de Or.130 b, Calamitosus homo. I.V.96 a, Calamitosissimum bellum. pro Clu. Calamitosa fama. pro Le. Agr. Or.2, Calamitosus ager cœlo ac loco. I.V. act. 3, Tempestas calamitosa. de Fi. lib.5, Calamitosum ociũ.

Calamitosè. de Offic. lib.3, Nam quod aiunt minima de malis, id est, ut turpiter potius quàm calamitosè, an est ullum maius malum turpitudine?

Calamus, mi. frutex aquaticus ad scribendũ aptus. Att. 96 b, Cum instituissem ad te scribere, calamumq; sumpsissem, &c. Qu. F.316 a, Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur.

Calantica, æ. tegmen capitis muliebre. Cic. in Clodium apud Nonũ: Tunc cum uimcirentur pedes fascijs, cum calanticam capiti accommodares, &c.

Calatia, æ. oppid. At.257 a.

Calata, æ. idem. I.V.169 b. pro Sest.19 a.

Calatinus, ni. I.V.169 b, Ep.219 b, I.P.82 a.

Calchas, uates. de N.27 a, 98.

Calcar, ris. equi stimulus, quod ad calcem alligatur equitis. Att.85 a, Adscribit etiam & quasi calcar admouet, intercessisse se pro ijs magnam pecuniam. de Ora.146 a, Dicebat Isocrates, doctor singularis, se calcaribus in Ephoro, contrà autem in Theopompo frenis uti solere. At.86 b, Alter frenis eget, alter calcaribus. de Cla. 183 a, Alteri se calcaria adhibere, alteri frenos.

Calceamentũ, ti. Tusc.246 a, Mihi amicìui est Scythicum tegmen, calceamentum solorũ callũ, cubile terra.

Calceatus, a, ũ. pro C.50 b, Homines calceati et uestiti.

Calceolus. li. de Nat. 17 b, Sospita, cum pelle caprina & calceolis repandis.

Calceus, cei. pedum uestitus et tegmen ex corio. de Or. 205 a, Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem. In Antonium 175 a, Rediui cum calceis et toga, nullis nec caligis, nec lacerna.

Calcitro, as. calce percutio. pro Cæl.45 a, Eum habere tuis copijs deuimèlum non potes, calcitrat, respuit.

Calculus, li. lapillus, ratio. de Orat.180 a, Demosthenes coniectis in os calculis, summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciabat. de Fin.77 a, Voluptatem ne calculis subductis prælium ineunt. At.129 a, Quare nunc ad illos calculos reuertamur, quos tũ abiecimus. de Am. 107 a, Hoc est quidem nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum.

Calefacio, cis. calficio. ad Quintum Frat.322 a, Eodem die Gabiniũ ad populum luculenter calefacerat Memmius.

Calefio, fis. ad Heren.20 a, Fauces calefiunt, & arteriæ complentur.

Calendæ, arum. Qu. Fr.325 a, Hæc scripsi ad VIII Ca-

lend. Nouemb. At.4 b, Ad VIII Calend. Decembris. De Calendis, Nonis, & Idibus, & earum locutionibus abundè uide Lilij Gregorij Gyraldi Ferrariensis, de Annis, &c. libellum.

Caleo, les. calidus sum. de Sen.88 a, Vua uestita pampinis, nec modico tepore calet, & nimios solis defendit ardores. ad Her.28 b, In re frigidißima cales, in feruentißima friges. de Fin.55 a, Sentiri hoc putat, ut calere ignem, niuem esse album. pro Plan.270 b, Illud uerò crimen de nummis, quos, &c. caluit re recenti, nũc in causa refrixit. de Cla.186 a, Cn. Lentulus calebat in agendo. I.V.89 b, Posteaquàm satis calere res Rubrio uisa est. At.65 b, Itaq; iudicia calent. In Sal. 272 a, His uitijs & meæ & uestræ iam aures calent.

Calesco, scis. calidus fio, calfio. de Se.89 a, Vbi enim potest illa ætas æquè calescere uel apricatione uel igni? de N.54 a, Anima quæ spiritu in pulmones ducitur, calescit ab ipso spiritu.

Cales, ium. opp. contra Rul.85 b. I.A.245 a.

Calenus, na. Ep.132 a.

Calfacio, cis. Epist.263 b, Calfacite hominem. & 115 b, Si Parthi uos nihil calfaciunt, nos nihil frigore frigescimus. Cælij. At.24 b, Balneum calfieri iubebo.

Calidus, a, um. de Nat.30 b, Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo. Tusc.157 a, Calidior est enim, uel potius ardentior animus, quàm hic aer, &c.

Caligæ, arum. tibiarum tegumentum. At.24 a, Mihi ciuis caligæ ut fiscinæ eretatæ non placebant.

Caliginolus, a, um. obscurus, caligine tectus. de Di. 107 a, Si obscurior et quasi caliginosa stella fuerit. Tusc.161 a, Nebulosum & caliginosum cœlum. & 157 a, Cœlum humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

Caligo, as. In Ar. Atq; aram tenui caligans uestiet umbra. & ibid. iterum Poetæ.

Caligo, nis. tenebræ. Postq.205 a, Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Repũb. respicere cœpistis. pro Pla.279 b, Vide nunc caligimem temporum illorũ. contra Rul. 74 b, Nunc telris tenebris & caligine eò se peruenturos putãt. I.A.240 a, Quod uidebam equidem, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus. & ibi. Discussa est illa caligo, quam, etc. Item in Arat. Aliquid obscura caligine tectum.

Calix. cis. poculum. I.P.94 a, Toreuma nullum, maximi calices, ne contemnere suos uideretur. Tusc.200 a, Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat?

Calleo, es. scientiam habeo, arte quadam præditus sum. pro Cor.61 b, Ignosco tibi, si neq; Pœnorũ iura calles, neq;, etc. Ep.50 a. In illis reb. exercitatus animus callere iã debet. I.A.162 a, In quo scientiã habes quæstuosam.

Callidè, astutè, nõ incallidè, cautè. Or.205 b, Callidè arguteq; dicere. de Or.li.1, Callidè & peritè. pro Cl. Callidissimè dicere. pro Fl.150 b, Callidè accesit.

Calliditas, tis. malitia, astutia. Part. 236 b, Prudentiam malitia imitatur. Offic.75 a, Fuit igitur stulta callidit.as peruersa imitata prudentiã. Of.13 a, Plato inquit scientiam quæ est remota à iusticia, calliditatẽ potius, quàm sapientiam appellandam. de Ar.248 a, Pœni calliditate ualent. Part.242 a, Genus eiusmodi calliditatis & ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lumniæ retrahatur in odium iudicis.

Callidus,a,um.astutus,uersutus,uafer,malitiosus,peritus,eruditus artificio simulationis,ueteratorius,ueterator,non incallidus.I.V.155 a,Deinde in hoc homo lutº etiã callidus & ueterator esse uult.de N.64.b,Chrysippus homo sine dubio uersutus et callidº.callidos uoco, quorum tanquã manus opere,sic animus usu cõcalluit. de Fi.75 b,An quòd illa callida est:ut optime posit architectari uoluptates.Of.7 b,Nimis callida & malitiosa iuris interpretatio.Of.12 a, Callidũ & uersutum factum Solonis.pro Cl.56 b,Qui ad fraudẽ callidi sunt.

Calliope,es.una Musarũ,à uocis bonitate dicta. Att.24 b,Hæc mihi cũ eo libro,in quo,&c.Calliope ipsa perscripserit,non opinor esse dubitãdũ,quin semper,&c.

Callipedes,æ.tragœdus quidam. Att.207 b,Biennium præterijt,cum ille Callipedes assiduo cursu cubitũ nullum processerit.

Callis,is.semita.pro Se.5 b,Italiæ callis.alidis caulas.

Callum,li.cutis usu facta densior.Tus.246 a, Mihi calceamentum est solorum callum.& 182 b,Et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori.Tus.127 a,Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo.

Calones.militum ministri. de N.62 a.

Calor,ris.ardor,nimius solis ardor,tepor.At.216 b,Vitandi caloris causa Lanuuij tres horas acquieui.de Nat. 30 b,Omnia quæ alantur & crescant, continere in se uim caloris,sine qua neq; ali possent,neq; crescere. & 52 b,Si est calor,à sole se opponũt.& ib.Etesiarũ flatu nimij temperãtur calores.de Vn.103 b,Causæ quæ uim habeant caloris & frigoris.de Or.1 c 8 a,Nunc Scæuola paulùm requieſcet,dum se calor frangat, & nos ipsi quoniam id temporis est,ualetudini demus operã.Qu. F.317 a,Scio nunquam me à causis districtiorem fuisse, atq; id anni tẽpore grauissimo, & caloribus maximis. & ib.b,Ego ex maximis caloribus (non enim memimus maiores)in Arpinati summa cũ amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus.de Sen. 88 a, Vua uestita pampinis,nec modico tepore calet,& nimios solis defendit ardores.& ibid. Vua & succo terræ & calore solis augescit.Of.35 a,Tecta quibus & frigorũ uis pelleretur,& calorum molestiæ sedarentur.

Calpe,pes.promontorium in Aphrica.Ep.164 a.

Caluitium,tij. caluæ nuditas, cũ sine capillo est caput. Tus.204 a,Perinde stultissimus rex in luctu capillũ sibi euellebat,quasi caluitio mœror leuaretur.

Calumnia,æ.iniusta uexatio,& fraudulenta interpretatio.Par.242 a,Genus eiusmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odiũ iudicis.pro Ce.296 b,Aequitatis iudiciũ cũ erit,caue in ista tam frigida tamq; ieiuna calumnia delitescas.pro Mil.115 b, Qui calumnia litiũ fundos alienos petebat.I.V.122 a, A' quo HS.CM.per calumniã malitiãq; petita sunt.Qu.F.294 b,Illa acerrima ministra prætorũ auaritiæ calũnia.pro Clu. 35 b, Nec sine ignominia calumniæ relinquere accusationẽ poterat.& 52 b,Hic nobis patronis calumniã fortasse non effugiet. de Fat.146 b,Itaq; premebat alio modo, nec ullam adhibebat calumniam.pro Do.220 b,Illud in primis ne qua calumnia,ne qua fraus,ne quis dolus adhibeatur.& ibi.Quæ maior calumnia, quàm imberbẽ adolescentulum dicere filium senatorem pop.Rom.sibi

uelle adoptare?pro Do.223 a, Accusare propter calumniæ metũ non est ausus.Sal.in Ci.271 a,Qui uerò nihil poterat,is erat calumniæ proximus.Ep.4 a, Res ab aduersarijs nostris extracta est uarijs calumnijs.& 2 a, Senatus religionis calumniam,non religione,sed malæuolentia comprobat.Off.7 b,Exist unt etiã iniuriæ saepe calumnia quadã & nimis callida & malitiosa iuris interpretatione.Aca.17 a,In minimis rebus pertinacia reprehenditur,calumnia etiã coercetur.Ep.117 a,Nam de diuinatione Appius cum calumniam iurasset,cõtendere ausus non est,Pylioq; cessit. itẽ iurare calumniam uulgò dicitur,iurare de calumnia,quod fit ante litẽ cõtestatam.Ep.116 b,C.Sempronius Rufus calumniã maximo plausu tulit,quòd is,&c.At.56 b,Metellus calumnia dicendi tẽpus exemit.In Sal. 272 b,Sed est quædã calumnia,quam unusquisq; nostrũ testate animo suo fert de eo,qui falsum crimen bonis obiectat. I.C.205 a, * Tongillus,quẽ amare in prætexta calumnia cœperat.

Calumniator,ris.malitiosus interpres,qui falsum crimen obijcit bonis.pro Cec.297 b,Scriptum sequi calumniatoris est.& I.V.81 b,Calũniatores de sinu suo apposuit,qui illã hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent.& 112 b,Etenim erat eiusmodi causa, ut ipse prætor cum quæreret calumniatorem, paulò tamen consideratiorem reperire non posset.pro Qu.16 b,Aliquis calumniator atq; improbus.

Calumnior,aris. calumniã adhibeo,uexo,malitiis ago. pro Qu.12 a, Tacet res in controuersijs,isto calumniante biennium.Post.210 a,Meq; etiã si diutius calumniarentur redire iussistis.pro S.R.27 a,Is aperte ludificari ac calumniari sciens uidetur.Ep.129 a,Nã quòd antea te calũniatus sum,indicabo malitiã meã. Ep.126 b, Sed calũniabar ipse me,putabã,&c.ad Her.7 b,Defensoris locus est,cum accusatorẽ calumniari criminantur.

Calx,cis.pars posterior pedis, finis rei cuiusq;.In Verr. 159 b,& pro Syl.180 b,Ibi cum pugnis & calcibus cõscissus esset,promisit,&c.ad Her.41 a,Hue subsellium quoddam calce premens dextra pedem defringit. Tus. 243 b,Certare pugnis & calcibus.

Calx,pro fine,& meta.Tusc.151 a,Nunc uideo calcẽ ad quẽ decursum est.i finem.De rep. teste Seneca,Epi. libr.19,Epistola 109,Quoniã sumus ab ipsa calce,eius interpellatione reuocati.ubi,obseruandũ est, ipsa calce genere fœminino scriptũ, quod et Seneca testatur.de S.94 b,Nec uerò uelim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari.de Am.115 a, Quib. cũ tãquã è carcere rib.emissus,cũ ijsdẽ ad calcẽ(ut dicitur) puenire possis.

Calx,pro cocto lapide.pro Mil.115 b, Repente in cẽ insulam,materiam,calcem & cæmenta conuexit.

Calypso.Off.23 a, Quam multa passus est Vlysses in illo errore diuturno,cum mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret,&c.

Camellus,li.de Nat.50 b,Camelli adiuuantur proceritate collorum.

Camera,æ.testudo,fornix,tectum incuruum.Qu.Fr.308 a,Pauimenta recte fieri uidebantur, cameras quasdam non probaui,mutariq; iussi.

Camerinum,urbs. At.130 a.

Camers,tis.pro Syl.177 a.& pro Cor.64 b,In agro Camertinus,

Camertinus,a.pro Cor.Balb.64 a, Camertinã fœdus.

Caminus,ni. Epi.100 a,Valde metuo,ne frigeas in hybernis,quamobrem camino luculento utendũ censeo.

Campania,niæ.regio.pro R.92 a, Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ,singulari uoluntate Campaniæ uicinitatis ornetur?

Campanus,a,um.contra Rul.64 b,Superbia nata Campuæ esse ex Campanorum fastidio uidetur.

Campester,stris,stre.pro Cæl.39 b,Vt exercitatione lu doq; campestri tunicati uteremur.

Campus,pi.ager.saltus,planities. contra Rul. 85 b, Agros nostros cum suis,optimis atq; uberibus campis cõserendos scilicet non putabunt.de D.99 b,Babylonij in camporum patentibus æquoribus habitantes. & ibid. Cilices campos & montes hyeme & æstate peragrãt. de Nat.45 b,Impendentium montium altitudines, immensitatesq; camporũ.& 58 b,Spacia frugifera & immensa camporũ.I.A.187 b,Is campi Leontini duo millia iugerum immunia possidet. de D.92 b, Cum in uilla quadam campi Atinatis maneres.pro Mur.128 a,Nullum nobis fors campum dedit, in quo excurrere uirtus cognosci; posset.pro Cec.301 a, Et me ex hoc (ut ita dicã) campo æquitatis ad istas uerborũ angustias reuocas.I.A.261 a,Magnus est in rep.campus, ut sapienter dicere solebat Crassus,multis apertus cursus ad laudẽ. Acad.28 a,Cum sit campus in quo exultare possit oratio,cur eam in tantas angustias compellimus? Offi.13 a, Hinc Rhetorum campus de Marathone,Salamine,etc. Att.75 b,Non habet satis magnum campum ille tibi nõ ignotus cursus animi mei.de Or.149 b,Ex ingenti quodam immensoq; campo in exiguum sanè gyrũ oratorẽ compellitis.de Ora.154 a,In hoc tanto tamq; immenso campo licet oratori uagari liberè.pro Rab.92 b, Qui in campo Martio comitijs cẽturiatis auspicato in loco crucem defigi iubes.Qu.F.307 a, In campo Martio comitia consules habebant.

Cancelli,orum.septa quædam è lignis modicis interualis connexis, quibus scenæ & tribunalia, & fenestræ muniebantur.pro Sest.25 b,Tantus est ex fori cancellis plausus excitatus.pro Qu. 6 a, Si extra hos cancellos egrediar,quos mihi ipse circundedi.I.V.178 a,Satis ne uobis prætori improbo circumdati cancelli uidentur in prouincia,imò uerò in sella ac tribunali?de Orat.89 b,Quasi certarum rerum fori censibus cancellis circumscripta scientia.

Cancer,cri.aquaticum animal,& cœleste signũ.In Ara. Et claro colluces lumine cancer,In quo consistens conuertit curriculum sol.

Candauia,æ.regio. Att.177 a,Ex castris ad imam Candauiam.At.41 b.

Candelabrum,bri.in quo infigitur cãdela ad prælucẽdũ.I.V.154 b,Iã nõ quæro unde tot cãdelabra,sed, etc. et 213 b,Lecti ærati & cãdelabra ænea.& 214 a,Cãdelabrũ et gemmis clarissimis & opere mirabili perfectũ.

Candens,tis.igneus,accensus,candore fulgens. Offi. 37 b,Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum. In Arat.Candens circus: id est,orbis lacteus,uel circulus lacteus.ad Her.38 b.

Candidatorius,a,um.At.1 b,In omni munere candidatorio fungendo.

Candidatus,a,um.candida ueste indutus,quales erant Romæ qui magistratũ petebãt.pro Mu.134 b,Nõ placet mihi ingsitio cãdidati prænuncia repulsæ.Qu.Fr, 316 b, Tribunitij candidati. pro Mu.137 b,Prætorius cãdidatus et consularis. de Pet.A' cãdidato aliquid petere.pro Mur.Nec candidatis ista benignitas adimenda est.At.6 a, Scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ quàm candidatos. At.1 b,Nemo est enim ex ijs qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit,firmior candidatus fore uideatur. I.P.91 a,Officiosissima natio candidatorum.

Candidè,sincerè,purè,benignè.Epist.115 b,Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias uideare.Cælij.

Candidulus,a,um.Tuscul.237 b,Candiduli dentes,uenusti oculi,&c.

Candidus,a,um.albus,purus,sincerus. Or.201 b, Purũ quoddam & candidum genus dicendi.

Candor,oris.de Na.33 b,Solis cãdor illustrior est quàm ullus ignis.de So.128 a,Circulus lacteus splendidissimo candore inter flammas relucẽs.In Arat.Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. de N.16 a,Ille fusus & cãdore mixtus rubor.pro Cæl.45 b,Cãdor huius te populit, etc.Tus.162 a, Cum uidemus speciẽ candoremq; cœli.Or.104 a,Fucati uerò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur.

Canephoræ.arum.uirgines Cereris sacerdotes, quæ cistas binas ferebant opertas, quarum in altera flores erant,quibus uer: in altera spicas,quibus æstas significabatur.hinc lαννοφόραι, i.canistriferæ uocabantur. I. V.201 a, Erãt ænea duo præterea signa,nõ maxima,uerũ eximia uenustate,uirginali habitu atq; uestitu: quæ manib. sublatis sacra quadã more Athenienſium uirginum repositæ, in capitibus sustinebant. Canephoræ ipsæ uocabantur.

Canesco,scis.senesco,inueteraſco.de Leg.156 a, Eaq; quercus de fratris mei Mario canescet seculis innumerabilib.de Cl.165 b,Cum oratio iam nostra canesceret, haberetq; suam quandam maturitatem & quasi senectutem.

Cani,orum.albi seneclute capilli. de Senect. 90 a, Non cani,non rugæ repentè autoritatem afferre possunt.

Canicula,æ.stella quæ et Sirius dicitur,in ore canis cœlestis.de Diu.127 b, In his locis post solstitium canicula exoritur, apud Troglodytas ante solstitium.de Diuin. 107 b, Cei ortum caniculæ diligenter quotannis solet seruare.de Nat.64 b,Rationem et orationem canicula non habet.

Canis,nis. de Na.58 a,Canum fida custodia,amans dominorum adulatio,odium in externos, ineredibilis ad uestigandum sagacitas narium, alacritas in uenando. pro S.R.27 b,Canes publicè aluntur in Capitolio, ut significent si fures uenerint. Alij canes et latrare & mordere possunt.ibi. Canes acres.de D.lib.1, Canes sagaces. pro S.R.33 a, Nihil mali est, canes ibi quàm plurimos esse,ubi permulti obseruandi multaq; seruanda sunt.In Ver.206 b, Canis uenaticus. de L.162 a, Aegyptij canẽ & selem ut deos colunt.

Canistrum,stri.fiscina, cista uimnea. At.87 a, Lancib. & splendidissimis canistris nos soles pascere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canicies,ci.Oct.330 d,O turpem exacta dementiq; ætate caniciem.
Cannæ,arum.locus.Tus.167 a.
Cannensis,se.de Clar.165 b, Cannensis pugna. pro S. R.33 d.
Cano,nis. sono,canto,cantus edo,uaticinor. de Do.120 d,Galli uicti silere solent, canere uictores. & 134 a. Si canere uelim,uel uoce uel fidibus.de Or.139 b,Tibicen sine tibijs canere nõ potest.de Or.199 a,Inclinata uluanicq; uoce,more Asiatico canere.de Cl.170 b, Carmina quæ apud Homerũ in Phæcum epulis canuntur.de Nat.62 d,Ad harmoniam canere mundum Pythagoras existimat.& 30 a,Tibiæ modulatè canentes,& fidiculæ numerosè sonantes.de D.86 b,Lituus, quo canitur. I.V.170 b,Cũ in eis conuiuijs symphonia caneret, maximisq; poculis ministraretur.de Leg.li.2,Canendi sonis uarijs,nihil tam facilè in animos teneros ac molles influit.Or.200 b,Thucydides rebus bellicis canit quodã modo bellicũ.de Or.141 a,Cum cecinisset id carmẽ, quod in eum scripserat.Tus.149 a,Epaminundas fidibus præclarè cecinisse dicitur.& 148 b, Est in Originibus,solitos esse in epulis canere cõuiuas ad tibicinẽ de clarorum hominũ uirtutibus.Tus.177 b, Aut si absurdè canat is,qui se haberi uelit musicũ.I.A.241 a,Canere receptui.I.V.86 b,Intus canere,prouerbiũ. cõtra R.80 a,Atq; hoc carmen iste non uobis,sed sibi intus canit: id est,ad suam utilitatẽ refert.de Cl.181 a,Tibicẽ Antigenidas dixit discipulo sanè frigẽti ad populũ,Mihi cane & Musis.I.C.115 a,Vt hæc quæ nunc fiunt, canere dij immortales uiderentur:id est,uaticinari.
Canens,tis.I.A.Or.12,Receptui canente Senatu. de N. lib.2,Canentes tibiæ.
Canon,onis.regula.Ep.163 a,Sed heus tu,qui κανὼν esse meorum scriptorum soles.
Canopitæ,arum.qui Canopum insulam,ad ostium Nili incolunt.
Canorus,a,um.ad cantum inflexus,clarus. de D.120 a, Gallus est animal canorum sua sponte.de C.186 a, Vox suauis & canora.de Sen.82 b,Omnino canorũ illud in uoce splendescit in senectute.Of.27 a,Sine contentione uox nec languens,nec canora. de Or.145 a, Profluens quiddam habuit Carbo & canorum.de Cl.174, Canorus orator & uolubilis.Vox canora.)(.Vox fusca.Ac. 6 b,Hoc dulce,canorum illud,hoc bene olens.
Canterius,rij.equus castratus.de Nat.62 a,Eos tu canterijs albis obuiam Vacieno uenisse existimas? Ep.128 a,Potes mulo isto,quem tibi reliquum dicis esse,quando canterium comedisti,Romam peruehi.
Cantharis,idis.uermis quidam uiridis, grauiter olens, & qui sumptus interimat.Epistol.339 b, Gaius accusante L.Crasso,cantharidas sumpsisse dicitur. Tuscul. 251 a,Theodorus Lysimacho mortem minitanti: Magnum uerò,inquit,effecisti,si cantharidis uim consecutus es.
Canticum,ci.actus comœdiæ,& pars liberior, & lasciuior cantus.Epi.140 a,Forte nosti canticum. Orat. 202 a,Est etiam in dicendo quidam cantus obscurior, non hic è Phrygia & Caria Rhetorum epilogus, penè canticum.sed ille quem,&c.de Diuin. 131 b, Cantibus. alias Canticis.

Cantilena,æ.cantio. Att.19 d,Vt crebrò mihi insusurret Epicharmus cantilenã illam suam,νῆφε,&c. id est, esto sobrius.de Or.93 b,& 115 b,Qui non Græci alicuius loquacitatem sine usu,neq; ex scholis cantilenam requirunt.Epi.177 d, Totam istam cantilenam ex hoc pendunt,ut quàm plurimum lucrifaciant.
Cantio,nis.carmen ueneficum.de Cl.184 d,Idq; ueneficijs & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebat.l. Veneficium.
Cantiuncula,æ.de Fin.136 b,Cantiunculis irretitus.
Cantito,as.de Cl.171 d,Carmina in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorũ uirorum laudibus,in Originibus scriptum reliquit Cato.
Canto,as.cano,cãtus edo uel fundo.de Or.134 b, Quid ploras pater?mirum ni cantem,condemnatus sum.I.C. 100 a,Pueri lepidi & delicati,qui cantare & psallere didicerunt.Qu.Fr.314 d,Iampridem,ut scis,istum cãto Cæsarem.de Diuin.120 a,Cur ante lucem galli cantant.& 96 a,Galli gallinacei canere cœperunt.
Cantor,ris.de Or.205 b,Leguleius quidam præco actionum,cantor formularum, auceps syllabarum. & in Vat.
Cantus,tus. symphonia,uocis inflexio. pro S.R.41 d, Cantu uocum,neruorum & tibiarũ tota ucinitas personabat. Ac.6 b, Oculi pictura tenentur, aures cantib. pro Mur.128 b,Te gallorum,illum buccinarum cantus excusitat.de L.199 b,Plato ait musicorũ cantibus mutatis mutari ciuitatum status. de Diui. 103 b,Qui somno quodam uocum & Phrygijs cantibus incitantur. de Leg.182 b,Ad cantus & ad tibicinem persequi laudes clarorum uirorum.Tus.148 b,Neruorum uocumq; cantus. Or.202 d,Est etiam in dicendo quidam cantus obscurior,&c.& de Or.111 b,Quis cantus moderatæ orationis pronunciatione durior inueniri potest? quod carmen artificiosa uerborum conclusione aptius? Tus. 248 a,b,Tibicines,ijq; qui fidibus utuntur, suo nõ modo titudinis arbitrio cãtus numerosq; moderantur.de Or. 152 a,Quanto molliores sunt & delicatiores in cantu flexiones & falsæ uoculæ,quàm certæ & seuerè? pro Arch.189 a,Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atq; consistunt.de Som.129 a, Quòd docti homines neruis imitati atq; cantibus aperuere sibi reditum ad hunc locum.pro Cæl.44 b,Accusatores cantus & symphonias iactant.de D.97 a,Sæpe uocum grauitate & cantibus pelluntur animi uehementius,& 83 a,Haud mollibus cos tremulo fundens è gutture cantus.de Or.107 b,Sollet Roscius dicere,se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardioris tibicinis modos & cantus remissiores esse sũ ẽturum.I.V.242 a,Cantus symphonia.pro Mur.128 b, Cantus buccinæ.
Canus,a,um.albus,candidus.de D.82 b,Saxáq; cana salis niueo spumata liquore.& in Arat. Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.
Canusium,ij.opp.At.124 b.
Capacitas,tis.spacium capiendi.Tus.161 d,Vtrum capacitatem enim in animo putamus esse? Tusc.161 d,Quid enim fũdus,aut quæ talis animi figura intelligi potest? aut quæ tanta omnino capacitas?
Capax,cis.quod aliquid capere potest,capio. Orat.206 d,Demosthenes non semper implet aures meas,ita sunt auidæ

auidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitumq; desiderant.At.274 d,Tanta multitudo quantum capit urbs nostra.I.P.84 b,Non capiunt angustiæ pectoris tui,non recipit leuitas ista,non egestas animi,nõ infirmitas ingenij sustinet tantam personam,tam grauem,tam seueram.At.286 d,Tot anni quot ista ætas recipit.pro Syl.181 a,In hac uita tanto sceleri locus non est.pro Syl.180 b,Persona P.Syllæ non suscipit crimen tantorum facinorum.& 181 b,Non cadit in hanc uitã, in hunc hominem ista suspicio.
Capedo,nis.uas,quo utebantur antiqui in sacris deorũ. Par.117 a,Capedines ac fictiles urnulæ.
Capeduncula,æ.parua capedo.de Nat.68 d,Capeduncules,quas Numa reliquit.
Capella,æ.capra.I.V.129 d.
Capenas,atis.ager Capenas.I.V.114 b.Ep.137.
Capena,porta.At.534.
Capesso,sis.capio,peto.de Nat.459 d,Partes terræ undiq; medium locum capessentes nituntur æqualiter.de N.50 d,Partes corporis ad pastum capessendum confiendumq;.& At.162 b,Melitã igitur,opinor,capesse nus.I.A.228 b, Ecquod principiũ putatis libertatis capessendæ?Tus.157 d,Is autem animus,superiora capessat necesse est.et ib. Nihil habent hæc duo genera proni,supera semper petũt. At.257 d,Istuc ad remp.capessendam uenio.de Or.118 b,& 153 d, Vt eidem Carboni Trib.pl.alia tum mente rempub.capessenti P. Africanus respõderat.Epi.9 a,Sit ne sapiẽti capessenda resp. de D.89 a,Post illa germana soror errare uidebar,Tardaq; uestigare & quærere te,neq; posse Corde capesse re.de Rep.li.4,teste August.de Ciuit.dei,lib.2,cap. 10, Aeschines ciuis Athenien sis,uir eloquentissimus, cum adolescens tragœdias actitauisset,Remp.capessiuit.
Capillatus,a,um.contra Rul.68 b,Aliquis corpore inculto atq; horrido capillatior quàm antè, barbaq; maiore.& 77 b,Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.
Capillus,li,capitis pilus.in P.84 b,Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ. pro S. R. 41 a,Capillus compositus & delibutus.pro Sest.6 b, Capillus horridus.
Capio,is. cepi, captum.comprehendo, fero,prehendo, decipio.in Verr.78 d, Probabo Verrem cõtra leges pecunias cepisse.pro R.97 a,Nemo tam fuit pubes, quin arma ceperit. Epist.66 b,Sex oppida ui oppugnando cepi.I.C.114 a,Belli duces captos iam & comprehensos tenetis.At.120 a,Inuitè cepi Capuam,non quò,&c. Antequàm.196 d, Mors quæ ob rempub.capitur. de Ora.136 a,Non fugiendi hostis,sed capiendi loci causa cedere.Epist.175 a,Scitè & commodè capere tempus adeundi ad aliquem.pro Pl.259 a,Capiebam animo nõ mediocrem uoluptatẽ,quòd,&c. de Sen.88 b,Laertes leniens desiderium quod capiebat ex filio.et At.230 a, Lætitiã quam oculis cepi iusto interitu tyranni. Epist. 145 b,Ex literis tuis cepi fructum duplicem, mihiq;, &c.& 15 a,b,Cum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea. At.3 d, Multo maiorem fructum ex populi Roma.existimatione illo damnato cepimus, quàm ex ipsius,si absolutus esset,gratia cepissemus. cõtra Rul.77 b,Vix iã uidetur locus esse, qui tãtos acer-

uos pecuniæ capiat. I.A.182 d,Illi eam gloriã consecuti sunt,quæ uix cœlo capi posse uideatur.I.C.109 d,Sunt ita multi ut eos capere carcer nõ possit.pro Mil.118 b, Capere eius amentiam ciuitas non poterat. Atti.216 b, Vrbs ei parum magna uisa,quæ etiam ipsum capere posset.pro Põ.16 b, Quæ ciuitas est in Asia, quæ unius Tribuni militũ animos ac spiritus capere possit? de Cl. 180 b,Aliquis in capiendo aduersario uersutus. Or.202 b,Philosophi docendi causa, non capiendi loquuntur. Aca.17 d,Decipi,falli,capi.idem de Or.99 d, Cum obsignes tabellas clientis tibi,quibus id sit scriptum quo ille capiatur,ego tibi ullam causam maiorem committendam putem?pro Cc.301 d,Aequitatem rei uerbi laqueo capi non oportet.Or.213 d,Adhibere insidias ad capiendas aures.Offic.12 b,Capere consuetudinem & exercitationem faciendi aliquid.de Or.160 b,Sæpe capienda membris minutioribus oratio est. Offi.55 a,Inest in his aliquid probi, quod capiat ignaros. pro Cl. 20 b,Ea animum adolescentis pellexit,his omnibus rebus,quibus illa ætas capi ac deliniri potest. I.V.75 b,Si Glabrionis patris uim & acrimoniam cœperis ad resistendum hominibus audacissimis,de D.85 b, Capere documentũ ex aliquo.l.Documentũ. Nec tuendi satietas capere poterat.I.A.189 d,Aliquando patrium animum uirtutemq; capiamus.Offic.8 d, Qui nationes deuictas bello in fidem cepissent.pro Pom.15 b,Antequã magistratum per leges capere licuisset. de Le.185 d,Eundem magistratum,ni interfuerint decẽ anni, ne quis capito. I.C.98 d,Decreuit senatus ut Cõsules uiderent,nequid resp.detrimenti caperet.I.A.177 b, Tantum te cepisse odium regni uidebatur.de Or.129 b,Captus sum miseri cordia.& pro Qu.18 d,Vt aliquando misericordiã caperet aliquã ætatis suæ.de N.11 b,In eas imagines mentem intentam infixamq; nostram intelligentiã capere quid sit Deus.pro Mar.131 b, Quæ tam magna sunt ut ea uix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit. Of. 11 b,Sequuntur fratrum coniunctiones,post consobrinorum sobrinorumq;,qui cùm una in domo iã capi nõ possint,in alias domos tanquam in colonias exeunt. de A.101 d.Qui ob amicitiã summa fide constantiaq; seruatam maximam gloriam ceperit.Ep.206 d, Nulla est gratia,quam uel non capere animus meus accipiendo, uel remunerando cumulandoq; illustrare possit.
Capital,lis.capitale, uetustum uerbum. de Leg.174 d, Quiq; non paruerit,capital esto.
Capitalis,le.pernicio sus,crimen quod aut libertatis,aut ciuitatis amisio sequeretur.In A.192 d, Capitalem & pestiferum à Brundusio M. Antonij reditũ timebamus. Of.40 b,Capitalis omnino oratio est ad æquationẽ bonorũ pertinens. Of.9 d,Totius iniusticiæ nulla capitalior est,quàm eorũ,qui,&c.de Cl.176 b,In iudicium capitis aliquem uocare.in Verr.127 b,Facere aliquem reum rei capitalis. pro Cec. 289 b, Aliquem rei capitalis esse damnatum.pro Do.229 d,& pro Sest.21 b,Qui erant rerum capitalium condemnati. de Sen. 85 b, Qui in uinculis essent damnati rei capitalis. I.V.122 b,Sopater rei capitalis accusatus.pro R.96 b, Rabirius fraudem capitalem admisit.de Or.105 b,Erat enim Athenis reo dãnato,si fraus capitalis esset,quasi pœnæ æstimatio.de L.285 d,Vincula fontiũ seruato, capitalia iudicanto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicanto.de In.74 a,Lacedæmonijs lex erat,ut capitale esset,nisi,&c.de N.4 b,Facinora capitalia.Qu.F.314 b,Capitalis creber,acutus Thucydides.Off.68 b,Capitalis Eteocles,qui,&c.id est,sceleratus.I.A.200 b,Capitalis homo.I.C.105 a,Hostis tam capitalis.de Am.95 b,Odio capitali ab aliquo dissidere.I.V.122 b,et 257 b,Rerum capitalium quæstiones.de Or.118 a,Si ex crimine causa constat,ut facinoris.

Capitis *diminutio,est prioris status mutatio.* Top.*Si ea mulier testamentum fecit quæ se capite nunquam diminuit:id est,quæ per coniugium nunquam uiri conuenit in manum.pro* Dom.220 a.

Capitinus,*na.pro* Sylla.

Capito,*nis.à nimis magno capite dicti sunt.* de Na.17 a, Sili,Flacci,Frontones,Capitones.

Capitolinus,*a,um.pro* Do.242 b,Iupiter Capitolinus.*&pro* R.97 a,Cliuus Capitolinus.Qu.F.312 a,Capitolini *&* Mercuriales.

Capitolium,*lij.templũ ac sedes Iouis Opt.Max.in cliuo.* Ante.298 b,Dij deæq; immortales,q excellente tumulo ciuitatis sedẽ Capitolij in saxo incolitis cõstitutã. cõtra R.64 a,Hoc tẽplũ Iouis Opt.Max.atq; hæc arx omniũ gentiũ.I.V.216 a,Capitoliũ flãma consumptũ. Item Aca.Cùm ambo ad senatum in Capitolio starent.

Capitulum,*li.* de Leg.100 a,Nec uerò ferent,si audierint te primum capitulum optimum prodidisse. alias, caput libri optimi.

Cappadocia,*æ.regio Ponti.*Ep.244 a,*et pro* Pon.5 a.

Cappadox,*cis.* Postquam.207 a,Cappadocem modò abreptum de grege uenalium diceres.

Capra,*æ.*de Am.108 a,Capras *&* oues quot quisq; habet dicere posse,quot amicos habeat non posse dicere. de N.51 b,Capræ in Creta ferè cum sunt confixæ uenatis sagittis,dictamum quærunt,de N.47 b,At capra læuum humerum claro obtinet.

Capricornus,*ni.brumale signum.in* Arat.Quem cum perpetuò uestiuit lumine Titan,Brumali flectens contorquet tempore currum,Hoc caue te ponto studeas cõmittere mense.de Or.48 a,Corpore semifero magno capricornus in orbe.

Caprina.*a,um.ut* pellis caprina.de Nat.17 b.

Capsa,*æ.arca.In* Verr.62 b, Si te semel ad meas capsas admisero.

Capsis.*id est,cape si uis.* Or.211 a,Iam in uno uerbo capsis,tria uerba sunt.

Captatio,*uerborum aucupium,&pugna uerborum,logomachia.* Part.273 a,Et illam disputandi prudentiam, concertatio captatioq; uerborum imitatur.

Captio,*onis.deceptio,argutia.Sophisma.* Aca.12 b, Maiore quadã opus est uel arte,uel diligentia ne ab ijs quæ clara sint ipsa per se,quasi præstigijs quibusdam *&* captionibus depellamur.de D.116 b,Cur igitur uos inducitis in eas captiones,quas nunquam explicetis?de Fa. 416 b,Omnes istius generis captiones eodem modo refelluntur.de Finib.67 b,Captiones dialecticæ.de Cl. 182 a,Quanta esset in uerbis captio,si,&c. At.168 a, Omnes captiones in omni sententia occurrunt.

Captiosus,*a,um.* Aca.12 b,Alterum est quod fallacibus *&* captiosis interrogationibus circumscripti *&* decepti quidam,cum eas dissoluere non possunt,desciscunt

à ueritate.Aca.13 a,Stoici captiosissimo genere interrogationis utuntur. *pro* Qu.Rosc.53 b,Quo nihil captiosius neq; indignius dici potest.*&* 49 b,O captiosam societatem.de Fini.53 a,Epicurus non qua uia captiosa soluantur,ambigua distinguãtur,ostendit.

Captiolè,*uafrè,argutè.* Aca.22 b,Captiosè interrogare.

Captiuncula,*æ.*At.241 b,Videtur obijsse legationem, *&* omnes captiunculas pertimescere.

Captiuus,*a.um. uinctus,&* captus.At.274 b, Hoc S.C. ad tuos siue captiuos, siue dedititios pertinet. de Nat. 76 b, Plures captiuos acerbè quàm prædones necarí. ad Her.16 b,Redimere captiuos ab hostibus.Of.46 a, Redimere captiuos è seruitute.Epist.66 b,Ducere aliquem captiuum in triumpho.I.A.220 a, Diutius seruitutem perpessi sumus quàm captiui frugi *&* diligentes solent. Offic.9 a,Pyrrhi sententia de captiuis reddendis.

Capto,*as.allicio,aucupor,obseruo,cõsector.peto.de* At. 256 b,Dissident principes,captatur occasio. Aca.23 b, Quid enim ad illum,qui te captare uult, utrum tacentem irretiat an loquentem? de In.52 b, Inductio,quæ rebus non dubijs captat assensionem eius,qui,&c.Epist. 157 a,b,Lepidus desperato aduentu meo, quem nõ mediocriter captabat,se cum Antonio coniunxit. de In. 82 a,Captare aliquem aliquo emolumento.i.allicere.In Antonium 176 b,At etiam misericordiam captabãt.de Or.111 b,Captare uoluntates hominum.i. quasi aucupari,aliàs,Excipere.de In.68 a, Captare misericordiam. I.P.92 b,Captare plausus.Epi.169 a, Captare nomen imperatorium.ad Heren.2 a,Captare beneuolentiam à persona aduersariorum.Tusc.178 a,Captare risus.

Captus,*a,um.deceptus,comprehensus,priuatus.* At.138 a,Planè intercluſi captiq; sumus.Epi.112 b,Mihi uisus sum captus esse. pro Do.218 a, Oppressa captaq; republica. pro Clu. 20 a, Socrus, generi contrà quàm fas erat,amore capta.de D.110 a,Si oculis captus sis,ut Tiresias fuit.pro R.94 b,Qu.Scæuola mancus *&* membris omnibus captus ac debilis. Tusc.251 a,Vt idem oculis *&* aurib.captus sit.I.V.223 b, Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam decidisti.de A. 111 a,*&* Ac.14 a,Tã dedecet,quàm delirare *&* mẽte captũ esse.Of.65 b,Vti ne propter te captus fraudaíse sim.in An.240 b,Pansa eodem captus errore quo nos.

Captus,*tus.ingenium,natura.* Tusc.189 a,Græci homines non satis animosi.prudentes,ut est captus hominũ, satis hostem aspicere non possunt.

Capua,*æ. urbs.contra* Rul.64 b, Luxuries Annibalem Capuæ corrupit.Post.207 b,Capua,in qua urbe domicilium quondam superbiæ fuit.I.A.240 b,Capuam,quæ his temporibus altera Roma est.

Capulus,*li.manubrium gladij.* de Fat.141 a, Philippus hasce in capulo quadrigulas uitare monebatur, quasi uerò capulo sit occisus.

Caput.*is.principale in animali corpore membrum,locus principalis in libro aliquo,et oratione, quod principiũ,et summũ et optimũ est in quauis re, origo et initiũ,uita,salus.de* Se.83 b,Masanissa nullo imbre,nullo frigore adduci potest,ut capite operto sit.I.A.231 b,Pòst aũt ceruicib.caput abscidit,idq; fixũ gestari iussit in pilo.cõtra Rul.69 a,A primo cap.legis usq; ad extremũ reperio

reperio nihil aliud cogitatũ,&c.cõtra Rull.71 b,Qui quod secundo cap.scriptum est,non meminit in tertio. Post. 205 a,Cũ caput meæ proscriptionis recitaretur. de Or.129 a,Capita de repub.in duabus orationib.cõtraria inter sese.Ep.37 a, Caput est quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum.&36 b,Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo prætercunda sunt.Aca.25 b,Ex uno Epicuri capite,altero uestro,perceptio et cõprehensio tollitur, quod est caput Epicuri: si ullum sensibus uisum falsum est,nihil percipi potest,quod uestrum,sunt falsa sensus uisa.de Cl.179 a,Quod ex quibusdã capitibus expositis nec explicatis intelligi potest.et ibi.a,Illa uerò censoria cõtra Cn. Domitium nõ est oratio.sed quasi capita rerum *&* orationis commentariũ paulo plenius. At.258 b,Ad Calium scripsi, ut ad me τὰ κεφάλαια mitteret. de Orat. 139 b,Ad consilium de repub.dandum, caput est nosse rempublicã.de Am.104 b, Caput esse ad beatè uiuendum,securitatem,&c.de In.64 b,In hoc loco caput illud erit accusatori,si demonstrare poterit,&c.secũda uiũ,si,&c.& 84 a,Atq; in hoc loco mihi caput illud uidetur esse,ut quæramus,&c. de Ora.92 a,Caput enim esse arbitrabatur oratoris, ut *&* ipsis, apud quos ageret,talis, qualẽ se ipse optare uideretur. I.A.175 a, Caput autẽ literarum,sibi cũ illa Mima nihil posthac futurum.Ep.35 b,An tibi obuiam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde imperatori? deinde more maiorum? deinde,quod caput est,amico? At.14 b,Et id quod caput est nobis inter nos nostra uitia sunt toleranda.&26 a,Et quod caput est,mihi quæuis satis iusta causa cessandi est. At.211 a, Valde probo hominem, domum,facultates,quod caput est, ipsum non noui. Et quod maximè rem cõtinet.I.Contineo. pro Pl.271 a,Si qd sine capite manabit,& cuius autor nõ extet.de Or. 88 b,Iam ab illo fonte *&* capite Socrate,&c.pro Fla. 155 a, Caput est omnium Græcorum conceitandorum Heraclides ille Tennites. de Orat.100 a,Capitis nostri sæpe accidere potest,ut causæ uersentur in iure.& ibi. Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentionemq; maiorẽ quàm de ordine,de ciuitate,de libertate,de capite hominis cõsularis? de Cla. 168 b,Causa capitis.de Or.105 a,Socratis responsa sic exarserunt iudices, ut capitis hominẽ innocentissimũ condemnarent. *&* 104 a,Socratem in iudicio capitis pro se dixisse. pro Dom.220 a,Nihil de capite ciuis aut de bonis sine iudicio detrahi potest. pro Qu.Fr.47 b, Iudicia summæ existimationis *&* penè dicam capitis. de Cl.176 b,In iudicium capitis aliquem uocare. I.V. 128 b,Cum uerò abs te tui capitis causa peteret,hominesq; certos domo misisset,ne tum quidem,&c. id est, tuæ existimationis *&* salutis. Off.73 b,Vt si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris.pro Qu. 1 b,Ego,qui caput alterius,famam,fortunasq; defendo. Ep.109 b,Nec caput,nec pedes.l.Pes.

Caput,*summa frumenti decumani præcipua.* In Ver.78 a,*&* 173 b,Verres aliquot nominibus de capite, quantum commodum fuerit frumenti Decumanis detraxit. et 166 a,In illo reprehenditur quòd ex ea pecunia remiserit quam ipse quæsierat: tibi concedetur, qui de capite uectigalium P.R. remisisti.

Carbaseus,*a,um.* Carbasus,*lini optimi genus:unde uela carbasea,&carbasa dicta.in* Verr.241 b, Tabernacula carbaseis intenta uelis.*&* 252 a.

Carbo,*onis.* Off.37 b,Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum.

Carbunculus,*li.ad* Her.25 b,Ipse à uicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.

Carcer,*is.custodia,uinculo,locus in quo asseruãtur rei.* I.C.101 a,b,Non longè à carcere atq; à uinculis abest, qui seipsum iam dignũ custodia iudicat.pro Syl.180 b, Ad illius pœnam carcer ædificatus esse uidetur.in Ver. 240 a,Cur carcer ædificatus? I.C.110 b,Carcer uindex nefariorũ scelerũ.& 121 a,Cum filium eius impuberem ligatum à prætore missum in carcerem,necandum esse dixit.At.38 b,Vectius,quòd confessus est cũ telo fuisse, in carcerẽ coniectus est.Tus.164 a,Nec tamen illa uincula carceris ruperit.& 169 a, Conijci in carcerem. Qu.F.302 b,Is hominem comprehendit,et in custodiam Ephesi tradidit: sed in publicum, uel in pistrinum, non satis intelligere potuimus.in Ver.249 b,Dare aliquem in custodiã.& 285 a,Includi in custodias.et 249 b,Contrudi in carcerem.& 251 a, Condi in carcerem. & 251 b,Duci in carcerem.pro Pl.295 b,Emitti è carcere.pro R.P.128 b,Pertuli custodiam, uidi in uinculis familiares meos,mors ob oculos sæpe uersata est. Pro loco unde emittitur equi ad cursum.de Sen.94 b,Nec uerò uelim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari.de Am.115 a, Quibus cum tanquam è carceribus emissus cum ijsdem ad calcem (ut dicitur) peruenire possis.ad Her. 24 b, Quasi si quis ad Olympiacum uenerit cursum,& steterit ut mittatur, impudentesq; illos dicat esse,qui currere cœperint,ipse intra carcerem stet, & narret alijs quomodo Ladas aut Boius cũ Sicyonijs cursitarint. de Cl. 180 a, Nec in quadrigis, qui uix è carceribus exierit,eum,&c.

Cardiacus,*ci.de* Nat.97 b,Nec cardiacis hoc tribuendum est,nec phreneticis:id est,ijs qui ore uentriculi affecti sunt,qui morbus cardiacus dicitur.

Cardo,*inis.de* N.46 b,Extremusq; adeò duplici de cardine uertex Dicitur esse polus.

Carè,*magno precio,nimiò.* At.286 b,Valde carè æstimare aliquid.pro Dom.286 b,Emit domum penè dimidio carius quàm æstimabat.

Careo,*es.* uaco, uacuus sum,deficior,deseror.)(.Abũdo, potior,fruor.Tusc.167 a, Carere igitur hoc significat egere eo,quod habere uelis. inest enim uelle in carẽdo: nisi cũ sic tanquã in febri dicitur alia quadam notione uerbi.Dicitur enim alio modo etiã carere,cum aliquid non habeas,& non habere te sentias,etiãsi id facilè patiare:carere enim in malo nõ dicitur,nõ enim esset dolendũ,dicitur illud bono carere,quò est malũ,sed ne uiuus qdem bono caret,si eo nõ indiget: sed in uiuo intelligi tamen potest regno carere.dici aũt hoc in te satis subtiliter nõ potest,posset in Tarq. cũ regno esset expulsus,at in mortuo ne intelligi quidẽ potest. carere enim sentiẽtis est,nec sensus in mortuo, ne carere qdem igitur in mortuo est.de Sẽ.87 a,Quãquã nõ caret is, q nõ desiderat.de Fi.36 b, Cũ omni dolore caret.Ep.262 a,Aegypta mihi nũciauit,te planè febri carere,et bellè habere.pro Mil.105 a,Caruit fòro postea Põpeius, ca-

ruit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruit senatu,&c.153 b,Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini togam puram dedi.Acad.1 a,Magnum ingenium Luculli,&c. caruit omnino rebus urbanis.pro Rab.96 b, Quid iam ista C. Mario nocere possunt? quoniam sensu & uita caret? Or.211 b,Quàm chara sint quæ póst carendo intelligũt.Postquam. 198 b, Amicitiæ quid haberent uoluptatis, carendo magis intellexi quàm fruendo.Att.22 a,Neq; nos te fruimur, & tu nobis cares.Of.20 b,Appetitus omni perturbatione animi carere debent. & ibi. Omnis actio uacare debet temeritate.de Vn.204 a,Causæ uacantes prudẽtia.I.C.118 a,Non deniq; hæc sella curulis unquam uacua mortis periculo fuit.pro Lig.117 b,Ergo hæc duo tempora carent crimine.& ibid. Adhuc Qu. Ligarius omni culpa uacat.Tusc.153 b,Non dico carere sensu, sed carendum esse.& 171 b,Non ipsa saxa magis sensu omni uacabant,quàm ille,&c.

Caria, æ.regio.Or.109 a,Caria,Phrygia,& Mysia.pro Fla.160 a,Prouerbium,Si quid cum periculo experiri uelis,in Caria id potissimum esse faciendum.

Carina, æ. nauis dorsum, nauis pars ima, seu uenter nauis. Orat.159 b,In nauigio latera,carinæ, prora, puppis.

Carinæ, ærum,locus Romæ.Para.125 b, M.Manlius habuit ædiculas in Carinis.& Qu.F.309 a,de Ar.255 b, Cum diceret uelle se in Carinis ædificare alteram porticum,quæ palatio responderet.

Caritas,tis.inopia frumenti.Of.45 b,M.Seius in caritate annonæ asse modium populo dedit.In Ver.197 a, Biennio prouinciam obtinui,cum alter annus in ulitate,alter in summa caritate fuerit.& 157 a,Cum alter annus in uilitate,alter in summa caritate fuerit. Of.62 a,In Rhodiorũ inopia & fame summáq; annonæ caritate.In Ver.196 b,Caritas annonæ.)(.Vilitas annonæ. de Ar.251 a,Caritas annonæ,sterilitas agrorum,inopia frugũ.pro Pom.12 a,Repente uilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est.pro Dom.215 b,Erat igitur præsens caritas & futura fames.In Verr.197 a,Aut uberiora cibaria facta sunt caritate.pro Do.215 b,Caritas, difficultas annonæ, summa inopia rei frumentariæ.Att.144 a,Nunc omnia ista iacere puto propter nummorum caritatem.pro D. 216,Annona in meo reditu facta erat durior.

Carmen, nis. uersus,argumentum carmine tractatum. de Am.100 a,Empedoclem quidem carminibus Græcis uaticinatum ferunt,quæ,&c. pro Ar.191 a, Aditus templorum carminibus exornauit.Tusc.161 b,Poeta graue plenumq; carmen non sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundit.de Di.135 b,Non esse autem carmẽ illud furentis,ipsum poema declarat.Epist.16 b,Scripsi etiam carmina quædam,&c.de Cl.171 a,Illa carmina, quæ multis seculis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, de clarorum uirorum laudibus,scriptum reliquit Cato. Ac.1.21 b, Simul instituit tibicen,à perito carmen agnoscitur.i. Antiopa comœdia uel tragœdia.de Clar.170 b,Quod ex eis carminibus intelligi potest,quæ apud Homerum in Phæacum epulis canuntur. de Or.141 a,bis.Cum Simonides cecinisset id carmẽ,quod in Scopã scripsisset,&c. pro R. P.Hæc laus carminib.poetarum celebratur. de Or.111

b,Quod carmen artificiosa uerborum constructione aptius? & 161 a,Quorũ illa summa uis carminibus est aptior & cantibus.i.numerorum & uocum. Ac. 40 b,Facere poema.Tusc.209 b,Condere carmina.contra Rul.80 a,Atq; hoc carmen iste nõ uobis,sed sibi intus canit.de Or.106 b,Vt totum illud uti lingua nuncupārat,non in XII tabulis, sed in magistri carmina scriptum uideretur.pro Rab.92 b,I lictor, colliga manus, &c. Tarquinij superbissimi ac crudelissimi ista sunt cruciatus carmina. pro Mur. 130 a, Prætor interea ne pulchrum se ac beatum putaret, atq; aliquid ipse sua sponte loqueretur,ei quoq; carmen compositũ est.pro Cæl.41 a,Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret.de Fin.135 a,Sunt enim prima elementa naturæ,quibus auctus uirtutis quasi carmen efficitur.

Carmentalis. l.Flamen.

Carneades,is.de Or.149 a,Diuina quadam celeritate ingenij dicendiq; copia Carneades.de Orat.123 b,Carneadis uis incredibilis dicendi.de Diu.119 a,Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade? & Ac.45 b,Carneades X C uixit annos.de Ora.122 b,De Carneade, Critolao & Diogene, qui ab Athenensibus legati, Romam uenerunt.

Carneadeus,dea.Ac.37 a,de Fin.128 a.

Carneadius,dia.de Or.149 b.

Carnifex,cis.tortor, lictor.in Ver.77 b,Non sicarium, sed crudelissimum carnificem in iudiciũ adduximus.de Aru. 251 b, Quales ipsum carnifices habere putamus qui medicis suis non ad salutem,sed ad necem utantur?. P.81 b,Hæc sunt ô carnifex in gremio sepulta consulatus tui.I.A.232 a, Ponite ante oculos carnificem tortoremq; Samarium.pro Qu.9 a, Quò bonorum emptores conueniunt,ut carnifices ad reliquias uitæ lacerandas et distrahendas.I.V.259 a,Sextius carnifex Verri.

Carnificina, næ. supplicij & cruciatus locus,cruciatus ipse,& crudelitas.Tusc.243 b,Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus,quamuis carnificinā prius subierint,quàm ibim,aut felem,aut aspidem,aut canem uiolent.Tus.196 a,Cum omnis perturbatio miserem uiolent.Tus.196 a,Cum omnis perturbatio miserra est,tunc carnificina est ægritudo.pro Sest.26 a,Nõ ea est medicina,sed carnificina atq; crudelitas.

Caro, nis.in Pis.94 a,Mẽsa extructa non conchylijs aut pisciibus,sed multa carne subrancida.pro Planc.263 a, Quibus è municipijs uix iam,qui carnem Latinis potant inueniuntur.I.P.83 a,Caro putida.

Carpo,pis.eligo,figo.pro Clu.44 a,Non animaduertes in omnes? sed carpes ut uelis? & paucos ex multis ad ignominiam sortiere?pro Cl.44 b, In multorum peccata,carpi paucos ad supplicium nõ oportet.pro Sest. 25 a,Non sum tam insolens in dicendo, ut omni exgenere orationẽ aucuper,& omnes undiq; flosculos carpam ac delibem.de Or.100 b,Vel passim licet carpentem & colligentem undiq; repleri ista uoris ciuilis scientia.pro Cor.67 a,Qui more hominum inuidenti, in conuicijs rodunt,in circulis uellicant, nõ illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt.Qu.Fra.308 a,Pompeius carpebatur à Bibulo.Ep.180 b, Carpere aliquid, id est,obtrectare.Par.118 b,Cum corpus Reguli carperetur, carpi ipse certè non potuit:hic tum carperetur, & Capi habent ueteres codices.

Carthagi-

Carthaginensis, se. contra Rul. 85 a, Carthaginenses fraudulenti & mendaces,&c.

Carthago, nis. contra Rul. 62 a, Agri in Hispania apud Carthaginem nouam. & 76 a, Carthago uetus in Africa.

Carthago,Iouis filia.de Nat.68 a.

Cartinum,oppidum.Att.201 b.

Caruncula,æ.caro.de D.119 a,Caruncula uitulina.

Carus,a,um.non uilis.de D.120 b, Aut si Epicuri de uoluptate liber corrosus esset,putarem annonam in macello cariorem fore. pro D. 216 a, Subitò illo die carissimam annonam nec opinata uilitas consecuta est.

Carica,cæ.fici genus.de Di.126 a, Quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Cauneas clamitabat.

Casa,sæ.tugurium,& domus rustica, & uilis. Tusc.247 a,Ptolemæo peragranti Aegyptum, comitibus non secutis cibarius in casa panis datus est.Epi. 263 b, Helluo nequissimus HS. CC. dabat nullo aprico horto, nullo emissario,nulla maceria,nulla casa.

Cascus,a,um.senex,uetus.Tusc.153 b, Illud erat insitum priscis illis,quos cascos Ennius appellat.

Caseus,ei.de Se.80 a,Villa abundat lacte,caseo,melle.

Casilinum,ni.oppidum.I.A.180 a.de In.83 b.

Cassandra,uates.de D.98 a.

Casilinensis,nense.de In.38 b.

Cassia,æ.uia media urbe Roma ad Mutinam,inter superum & inferum mare.I.A.175 a.l.Via.

Cassianus,a,um. à Cassio iudice seuero.l. Cassius. pro Mil.107 b,Itaq; illud Cassianum,cui bono fuerit, in his personis ualeat.I.A.167 a, Si quis usurpet illud Cassianum,cui bono fuerit.

Cassinum,oppidum.I.A.259.

Cassinas,atis.à Cassino.contra Rul.79 a,& I. A. 180 a.

Cassiope,es.portus.Ep.259 b.

Cassiopeia. æ. de Nat. 48 a, Obscura specie stellarum Cassiopea.

Cassius, ij. pro S.R. 23 b, L. Cassius ille, quem populus Rom.uerissimum & sapientissimum putabat.

Cassus,a,um.uacuus,inanis,cassus sanguinis, cassus sanguine.de Diuin. 126 a,Terrigenam,tardigradam, domiportam sanguine cassam. in Arat. Cassus luminis. Tusculan.251 a, Cassum quiddam & inanis uocis sono decoratum.

Castè,integrè,purè.de L. 173 b, Ad diuos castè adeunto. de Nat.1 b,Purè & castè deos uenerari. pro Dom.240 b,Is nihil ritè,nihil castè perfecit.pro Pom.4 a,In amicorum periculis castè integrèq; uersari. de Clu. 196 a, Tueamurq; eam,ut adultam uirginem castè. Epi. Fam. lib.14, Castissimè colere deos. de Ar. Religione sua aliquid castissimè tueri.

Castellanus,a,um.ut triumphus castellanus:id est,de Castello capto actus.de Cla.188 a.

Castellum, li. uicus, siue rusticorum domus in agris, clausæ mœnibus. Sunt etiam castella,munitiones ligneæ castrenses, pro uallis erectæ ad arcendos hostes.pro Ce. 288 b, Cecinna ad diem uenit in castellum Axiam, & pro De.146 b,Cum in castellum Luceium uenisses. Ep. 269 b,Multa castella cepi,multa uastaui. Att. 4.1 a, Castellum natura munitum.& Ep.23 a,Castella munita.de Cl.188 a,Qui Ligurum castella expugnauerũt.I.A.196

a, Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur. I. P. 81 b, Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum uetus Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij.de D. 116 a, Vrbem philosophiæ mihi crede proditis,dum castella defenditis.

Castigatio,nis.obiurgatio,animaduersio.Off.18 a,Omnis & animaduersio & castigatio contumelia uacare debet.L.Obiurgatio,& Releuo.

Castigo,as.obiurgo,multo.de Ora.100 a,Et quoniam de impudẽtia dixi, castigemus etiam segniciem hominum. Tusculan.204 b,Pueros,matres & magistri castigare solent,nec uerbis solùm,sed etiam uerberibus. Off. 66 a, Qui non uerbis sunt & disputatione philosophorum, sed uinculis & carcere castigandi. Of.18 a,et 27 b,Qui punit aliquem,aut uerbis castigat,de L. 168 b, Castigare improbos.Tus.228 b,Sed in hoc me ipse castigo. Tus. 168 a,Vides'ne ut commutuerit non sedatus corporis,sed castigatus animi dolor?

Castimonia,niæ.castitas.I.V.224 a,Quæ sacra per summam castimoniam uirorum ac mulierum erant, eadem per istius stuprum esse uiolata.pro Cæl.39 b,& de Leg. 174 b,Castè iubet lex adire ad deos,animo scilicet, nec tollit castimoniam corporis.

Castitas,tis.castimonia,uirginitas.de Leg.175 b,Vt sentiant mulieres in natura fœminarum omnium Deum castitatem pati.

Castor & Pollux,fratres,dij.de D. 96 a, Stellæ aureæ insignia Castoris & Pollucis.pro Mil. 119 b, Qui cum falcibus ad Castoris cucurrerunt.I.V.274 a,Vosq; omnium rerum forensium,cõsiliorum maximorum, legum iudiciorumq; arbitri & testes celeberrimo in loco prætorij locati Castor & Pollux.

Castor.L.Fiber.

Castrum,stri.oppidum.At.120 a,Audiui Cæsarem firmò progressu in Castrum Tarentinum uenisse.

Castra,orum. locus ubi exercitus in tentorijs manet, & ipse exercitus.I.V.241 b, Iste nouus imperator pulcherrimo Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat. de D. 132 a,Castra enim in Thessalia castris collata audiebamus.Att 130 b, Castra propter anni tempus & militum animos facere nõ possum.I.A.245 a,Cn. Pompeius cum P. Vecilio inter bina castra collocutus est. Epistol. 245 a,His rebus ità gestis castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum.At.150 b,Nos ad portas castra habemus.& 127 a, Cum Cæsar ad oppidum castra haberet. & 121 a, Cæsar apud Corfinium castra posuit.de In.78 a, Hostes prope muros castra habent.At.150 a, Ad murum castra posui. de Diuin. 96 b, Cum Aretium uersus castra mouisset.I.A.233 a,Saxa castrorum antea metator, nunc (ut sperat) urbis. Ep.240 b,Pacorius Euphratem transiuit, et castra posuit Tybæ. & 241 b, Castraq; ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum,locaui. & 166 b, Itaq; continuis itineribus ad forum Vocontium ueni, & ultra castra ad flumen argenteum contra Antonianos feci. & 244 a, Castra in Lycaonia apud Iconium feci.& 138 b, In Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus.

Castrensis,se.militaris.pro Cæl 29 b,Eadẽ erat castrensis ratio & militaris.I.C.114 b, Nisi cum ex domesticis insidijs in castrense latrocinium compulissem.

n Castro,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Castro,as.execo,uirilia amputo.castratus,exectus. de Orat.157 b,Nolo morte dici Africani castratam esse rem pub.Ennij.

Castulonensis saltus.Ep.163.

Castus,a,um purus,integer,incorruptus.At.173 b,Pompeius uir integer,castus,& grauis.& ad Her.7 a,de D. 105 b,Castus animus & purus.ad Her.29 a,Corpus castum,animus corruptus.pro Fon. 280 b, Mens casta & integra.de In.66 b,integer & castißimus uir.I. A. 186 a,Adolescens castus & modestus. de In. 76 b, Præmia uirtutis sancta & casta esse oportet.de Ar. 250 a, Fœmina, quæ matronarum castißima putabatur, & ibid. Qui castißimos ludos omni flagitio pollueres.pro Cæl. 39 a,M. Crassi castißima domus.pro Rab.92 a, Qui castam concionem,sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Rom.integrum ius libertatis seruari oportere defendo.de Leg. 179 a, Ebur haud satis castum donum Deo.I. A.247 b, Res familiaris cùm ampla tum casta à cruore ciuili.Tus.263 b,Qui se integros castosque seruauissent,his,& c.pro Qu.R.48 a,Periurum castus fraudasse dicitur.

Casus,sus.ruina,fortuna,euētus,sors,sors.'pro Cæ. 46 a, Via lubrica, qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione uix possis.de D. 89 b,Deinde eius germanum cornibus connitier in me arietare, eoq; ictu me ad casum dari. de D. 111 b, Quomodo ergo id quod fit, cæco casu & uolubilitate fortunæ præsentiri potest? de D.228 b,Casus potest imitari ueritatem.& 85 a, Nunquam perfectè ueritatem casus imitatur.et 232 a,Casum præsij omnes timebamus.pro Cl.33 a, Atque etiam casu tum Stalenus ipse non aderat.de Fa.140 a, Id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impediuit. pro Sest.15 a, Cum meum illum casum tam horribilem, tam grauem,tam repentinum nō solùm homines, sed tecta urbis ac templa lugerent.de Or.126 b,Grauis & miserabilis casus alicuius.Ep.51 a, Vellem ut scribis in meo grauissimo casu affuisses.pro Dom.230 a, At uide quid interfit inter illum iniquissimum patris tui casum, & hanc fortunam conditionemq; nostram.de Ora.140 b, Ferre sapienter casus aduersos.& 128 a,Casus humanarum miseriarum uarij sunt.pro Pom.15 a, Maiores nostri semper ad nouos casus temporum nouorum consiliorum rationes accommodabant.Qu.F.305 b, Si releuare potes communem casum.de Clar.191 a, Ita grauissimo suo casu dum Alexandri similis esse uoluit,L. Crassi & multorum Crassorum inuentus est dissimillimus.I. A. 209 a,Fuit aliquis fatalis casus,ut ita dicam, quem tulimus,etc.nunc si quis erit,erit uolūtarius.Ep.56 b,Aliorum opibus casus meos sustentabam.de Or.85 a, Quam spem cùm graues communium temporum,tum uarij nostri casus fefellerūt.de Nat.19 a, Illud quæro,quæ fuerit tanta fortuna,quis tantus casus,ut,etc.pro S.R.35 a, Ille miser ignarus casus sui,etc.Anteq.194 a,In nostro euentu aliorum reminiscentes casus.pro Syl.178 b, Eum tamen in hoc casu,quo afflictus iacet, cōseruare cupiunt. pro Syl. 167 a, Sed quoniam ita tulit casus infestos, ut, &c.ad Her.Hæc res magnū casum habet.Off.36 b,Hæc igitur fortuna cæteros casus rariores habet. de Sen. 91 a, Aetas illa multò plures quàm nostra mortis casus habet.Ep.156 b,Si casus inciderit,pro uobis mori paratus

sum. At.248 b,Casus cōsilium nostri itineris iudicabit. I.C.117 a,Vt ea uirtute,non casu gesta esse uideatur.pro Syl. 183 b, Aliquid casu magis & felicitate ab aliquo, quàm uirtute & consilio gestum esse.pro Sest.5 a,Communis Mars belliq; casus est incertus.pro Fl.152 b, Casus est enim in capiendo locus,euētus,occasio.de D.173 b,Nisi ista casu nonnunquā fortè temerè concurrerent. Ep.61 a,Quis esset, qui me in consulatu nō casu potius existimaret,quàm consilio fortem fuisse.& 21 a,b,Iudicio enim tuo,non casu in ipsum discrimen rerum communi tribunatum tuum.& 207 a, Et casu permulti sunt in ea societate ualde mihi familiares.de Nat. 27 a, Ut euenit non temerè,nec casu,sed quòd, & c. de D. 112 a, Quid est tādem quod casu fieri fortuna putemus. de D. 112 b, Ne in deum quidem cadere uideatur, ut sciat quid casu & fortuito futurum sit. Off. 43 a, Habere aliquid aliquo casu atq; fortuna.pro Pl. 266 b,Si sortis,multum crimen est in casu.At.179 a,Is meliore in casu est,quod iam receptus,& c.Or.212 a, Absurdum erat, aut tamen barbaris casibus græcam literam adhibere,aut recto casu solum Græcè loqui.et ibi. b,Verba quæ habent casus in exitu similes.ad He.30 b, Verba quæ similiter ijsdem casibus efferuntur.de Nat.38 a, Iupiter quasi iuuans pater,què conuersis casibus appellamus à iuuando Iouem. de Or.141 b,Verba immutata casib. Ep.147 b,Sed cum in eum casum me fortuna demisisset,ut aut, &c. & 98 a,Casus uerò mirificus quidam interuenit, quasi uelitis opinionis meæ,uel sponsor humanitatis tuæ.

Catachresis,sis.abusio.At.lib.9, Illa tamen κατάχρησις illius est odiosa,quam penè præterij.l.Abusio.

Catadupa,duporum. quæ alio nomine cataractæ nominantur,sunt loca ubi Nilus se præcipitat ingenti cum sonitu.de Som.Sci. 129 a, Sicut ubi Nilus ad illa quæ catadupa nominantur,præcipitat ex altißimis montibus,ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus,sensu audiendi caret.

Κατα γραφή.l.Descriptio.

Κατάληπτον.l.Comprehensibilis.

Κατάληψις.l.Comprehensio.

Catamitus,ti.Ganymedes,puer meritorius. I. A. 175 a, Vt te catamitum præter spem mulier aspiceret, &c.

Catella,æ.de D.101 a, Erat autem mortua catella eo nomine.

Caterua,æ.turba.I.P. 91 a, Lictores togulas acceperunt, & cateruam imperatori suo nouam præbuerunt. pro Dom. 235 b, Cum forum armatis cateruis perditorum hominum possideres.de Orat.100 a, Vagari magna caterua toto foro.& 161 a,Cateruæ atq; conuentus boni. num.Tusc. 164 b, Cateruæ ueniunt contradicentium. I. V.258 b, Testium cateruas in iudicium tuum esse uenturas.pro S.R.41 a, & pro Mur. 140 b, Magna cateruas togatorum.

Catina urbs.I.V.146 a.Ep.218 a.

Catinensis,se.I.V.132 b,Ep.218 a.

Categorema,tis.Tusculan.213 b, Res, quæ dicuntur à quodam aut quibusdam,quas κατηγορήματα dialectici appellant.

Catena,æ.in qua aliud ex alio nectitur. I.V.257 a,Iste hominibus innocentibus inijci catenas iubet.& pro Mur. 134 a,pro Sest.6 a,Clodius legū sacrarum catenis coercitus.

strictus.ad Her.36 a,Iste sicut aliqua bestia soluta et catenis uolitat & uagatur toto foro.

Catenatus,ta,tum.catena uinctus.lib.4 Ep.Fam.8.Catenatus.l.Officium.

Cato,nis.de Cl.175 a,Vnum excipio Catonem,in quo perfectißimo Stoico summam eloquentiam non desiderem. & de eo rursus.170 a,et de Am.96 b,Cato quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis.de Cl.171 b, Cato annos quinq; & LXXX natus,exceßit è uita.

Catonianus,a,um.ut Catoniana familia,Qu.F.311 b.

Catorthoma,tis.rectum factum.Off.2 b,Perfectum autem Officium, rectum opinor uocemus, quod Græci κατόρθωμα. de Fin. 99 b,Sic recta (κατόρθωσιν enim ita appello,quoniam rectum factum κατόρθωμα) recta igitur effectio,& c.& 95 a, Quæ autem nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα,omnes numeros uirtutis continent.

Catorthosis,sis. recta effectio. de Fin.99 b. l. Catorthoma.

Catulus,li. de N. 33 b,Chrysippus docet omnia in perfectis et maturis esse meliora, ut in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo,& c.de Fin.121 a, Catuli,qui iam defecturi sunt,cæci æquè,ut hi qui modò nati.

Catus,a,um.cautus,acutus,callidus,prudens.de Leg. 165 a,Prudens & (ut ita dicam)catus.de Ora.101 b,Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextius.

Cauè,aduerbium.In Arato, Tum tornare cauè,contortus posßidet orbis.

Cauatus,a,um.I.Cauo.

Cauda,æ.de Fin 94 a,Cauda pauoni à natura donata est ad ornatum.in Arat.Atq; auis ad summam caudam primasq; recedit Pinnas.l.Penis.

Caudinum prælium.de Sen. 85 b.

Caudium,dij.opp.de Off.74 a.

Caucasus,si.mons.Tus.180 a,186 b,243 b, de Di. 88.de Som.129 b.

Cauea, æ. septum in quo aues & bestiæ includuntur, & locus ubi populus sedens ludos spectabat.de D.123 b, Auis inclusa cauea. de N. 27 b, Cùm cauea liberati pulli non pascerentur.ad Her.36 a, Quod si istum liberauerit,statim sicut è cauea leo missus, aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis uolitabit. de D. 123 b, Attulit,inquit,in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius.Item:Magis delectatur qui in prima cauea spectat, quàm qui in ultima. de Am. 100 b, Qui clamores tota cauea nuper in noua fabula M. Pacuuij? de Leg. 177 a, Ludi publici sunt cauea circoq; diuisi.de Ar. 249 b,Illi cum ludos facerent, seruos de cauea exire iubebant, tu in alteram seruos immisisti.

Caueo,es.uitо,fugito,cautionē adhibeo,prospicio,consulo,obserуo,uideo,declino.de Orat.136 a, Hoc ego oratori maximè cauendum & prouidendum puto. pro Quint.Rosc.50 b,Quid ita Flauio sibi cauere non uenit in mentem.I. A.219 a, Caueri uult ijs qui secum sunt, Mustellæ et Tyroni prospicit.de Clar.166 a,At tibi ego Brute non soluam,nisi prius à te cauero,amplius eo nomine neminem cui petitio sit petiturum.de Leg. 182 b, Altera lex priuatorum ædificijs, altera sepulchris cauet.Top.221 a. Tu mihi meisq; multa sæpe cauisti.At. 85 a,Pompeius clemēter id fert,sortè cauet usuræ.I.V. 105

a, Prædibus & prælijs populo cautum est.cōtra Rul. 62 b,Agri de quibus cautum est fœdere.Offi. 46 b,In iure cauere & consilio iuuare.pro Dom.219 a, Metuere & cauere aliquem.Epist.8 a,Vt considerares quibus crederes,& quos caueres.& 177 b, Nec metuam quicquam, & omnia cauebo.Postquam. 202 b, Nihil credam, & omnia cauebo. Attic.169 a,Cætera, quæ quidem consilio prouideri poterunt,cauebuntur.& 258 a, Caleni interuentum & Caluenæ cauebis.de Ar. 249 b, Monere aliquem ut caueat ab aliquo.in Verr.120 a,& in Antonium, 182 b, Cauere ab aliquo. In Antonium, 244 b, Qui ab homine nefario non cauerit.de Finib.140 a,Cauere à ueneno.Tus.212 a,Declinare à malis.de Ora.106 b, Nam sine cognitione iuris, quàm sit bellū cauere malum,scire possumus.Ep.85 b,Auges etiam tu mihi timorem,qui in oratore tuo caues tibi per Brutum.& ad excusationem socium quæris.& 28 b,Vt & tibi & populo cautum sit.& 31 a, Melius ei cauere uolo quàm ipse alijs solet.Item:Cauerat enim ille sibi,ut si tibi prouinciam dedisset, omnium suorum scelerum adiutorem te præberes.At.71 b,Deinde ut Faustæ,cui cautum ille esse uoluisset,ratum esset.de Finib.86 a,Epicurus diligenter cauet & sancit,ut hæredes sui dent.& c.de In.77 b, Amentia est cum hæredi ueles cauere,id ascribere, quo non ascripto nihilominus hæredi caueatur.& 79 a, Ita diligēter perscripta lex est, ita cautum unaquaq; de re: & ita quod oportuit exceptum, ut, & c. & ibidem b, Quædam tacitis exceptionibus cauentur.pro Cec. 300 b,Nulla res est,quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit.de Clar.177 a,Non satis paratus ad cauendum fui. Att.216 b,Caue facias, inquit: nam ista lex perferretur. Epistol. 45 a, Caue ne cui suspicionem desiciæ reconciliatæ gratiæ.et 142 a,Sed caue,si me amas, existimes me,& c.& 120 b, Caue enim putes, ullas literas unquam gratiores, quàm tuas in senatu esse recitatas.At.282 a,281 b,Caue enim existimes Brute,quanquā es,sed tamen,& c. caue putes, quicquam illi,& c. pro Qu.44 a,Cauete per deos immortales iudices,ne,& c. & ibi.Videte per deos immortales quem in locum, etc.

Cauerna,æ.locus in terra cauus,antrum,spelunca.de Natur. 56 b, Nos è terræ cauernis ferrum elicimus. & de Diuin.97 a,In Arat.Dicitur et latè cœli lustrare cauernas.de Natur 31 a, Magnam uim caloris,terræ cauernis contineri.Tus.242 a,Vnde terra & quibus librata ponderibus,quibus cauernis maria sustineantur.

Cauillatio,onis.iocus,facetiæ,urbanitas,dictum ridiculum.de Or 128 b, Illa superior cauillatio, hæc dicacitas uocatur.l.Dicacitas.

Cauillator,oris.Attic.7 b,Consul ipse paruo animo & prauo,tantum cauillator genere illo moroso.

Cauillor,aris.iocosè ludo,dicta dico. Att.22 a,Iam familiariter cum ipso cauillor ettam ac iocor.apud Nō. 126. 138.de Natur.76 b, Atq; in eo etiam cauillatus est,æstate graue esse aureum amiculum,hyeme frigidum.de Or. 254 a,Aut irridentes oratorem,ut ille in Gorgia Socrates cauillatur.Qu.Frat. 313 b, Sed præterea togam eius prætextam magno hominum risu cauillatus sum.

Caula,æ.stabulum.pro Sest.5 b, Cùm Catilina Italiæ caulas & pastorum stabula præclara cepisset.alias, Callis, pro callis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caulis,lis.brassica.de N.50 a, Vites à caulibus brassicis si propè sati sint,ut à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur,nec eos ulla ex parte contingere.

Cauneas, pro caue ne eas, fortè dixerunt ueteres. de D. 26 a,Quum M. Crassius exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Caunеas clamitabat. Dicamus si placet, monitum ab eo Crassum,caueret ne iret.Ominis exemplum est.

Caunus,ni opp.de D.126 a.

Cauneus,ei.ibidem.

Caunij,orum populi.Att.296 b.Ep.224 b.

Cauo,as.excauo.de Leg.179 a,Lignum autem quodcunq; uoluerit,uno è ligno cauato,itemq; lapideum.

Caupo,onis.copo,tabernarius.de D.92 b,Cum duo quidam Arcades iter unà facerent,alter ad cauponem diuerterit,alter ad hospitem.pro Cl.52 b, A.Binnius quidã copo multorum hospitum de uia Latina, qui sibi ab huius seruis in sua taberna manus allatas esse dixit.

Caupona,næ. taberna. l. P. 91 a, Tibi solitudo erat pro frequentia, caupona pro oppido.

Cauponor,aris.lucri causa bellum gero, aut aliud quidquis facio.Off.9 a,Non cauponantes bellum,sed belligerantes,ex Ennio.

Cauponula, læ. l. A. 257 a, Is delituit in quadam cauponula.

Causa,sæ.caput,origo,fons, radix, principium, seminarium,stirps,effector,pignus,ratio,sequor,nomẽ, ergò, gratia,res:ut res efficiens, id est, causa efficiens:& incognita re iudicare:id est,incognita causa. Causarum dialecticarum siue philosophicarum plena & perfecta diuisio.Top.225 b.Part.238 a.de D.120 b, Quicquid oritur qualecunq; est, causam habeat à natura necesse est, ut etiamsi præter consuetudinem acciderit,præter naturam tamen non posit existere. Orat.213 a, Iniquum est, quod accidit non agnoscere,si cur id accidat reperire nequeamus.de Fat.147 a, Causa est,quæ efficit id cuius est causa:ut uulnus mortis,cruditas morbi,ignis ardoris.& ibid.b,Nulla igitur earum causa est,quoniã nullam rem sua ui efficit, cuius dicitur causa, nec id sine quo quidpiam non fit, causa est, sed quod cum accessit, id cuius causa est,efficit necessariò.et 148 b,Causarum aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. & 149 a,Proxima & continens causa mouet assensionem.& ibidem, Causæ antecedentes & necessariæ. de Natur.1 a,Causam,i.principium philosophiæ esse scientiam. de D.121 a,Nihil fieri potest sine causa.de Vn. 195 b, Nullius rei causa remota reperiri origo potest. pro S. R. 30 b, Nemo ne minimum quidem maleficium sine causa admittit.pro Mur.127 a, Tu mihi id arripis,quod necesse est omnium uitiorum esse postremum:relinquis illa,quibus remotis hoc uicium esse non potest. Off.3 a, Principia & causæ rerum. Att.137 b,Causæ euentorum magis mouent quàm ipsa euenta. Aca.40 a, Quid est enim magnum,cum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum concursione fortuita loquis nostra tu physica nosti, quæ contineantur ex effectione & ex materia ea,quam fingit et format effectio.I.A.222 a,Is mortem attulit, qui mortis causa fuit. & 171 a, Vt Helena Troianis,sic iste reipublicæ, causa belli, causa pestis & exitij fuit,& ibid.Vt igitur in seminibus causa est arbo

rum & stirpium : sic huius luctuosissimi belli causa in fuisti . & 170 b , Nulla causa cuiquam iusta esse potest contra patriam arma capiendi.Offic.38 b,Nec unquam bellorum ciuilium semen & causa deerit,dum.& c.pro Cæl.41 a,Reperietis hanc migrationem huic adolescenti causam omniũ malorum fuisse. At.8 a, Vereor ne hæc causa neglecta à bonis, defensa ab improbis magnorum in republica malorum causa sit.In Antonium 158 a,Nec erit iustior in senatum non ueniendi morbi causa quam mortis. At.118 a,Tu si tibi eadem causa est, me remanere sanè uelim.& 128 b,Huius autem epistolæ non scribendæ causa est,ut ne quis,& c.sed etiam hæc iustior,ut illum ea causa est,ut ne quis,& c. de Diuin. 137 a, Hanc credo causam somniandi de illo fuisse.pro Rab. 90 a , Quæ mihi tutissima causa ad hunc defendendũ esse uisa est,eadem uobis ad absoluendum debet uideri. & ibidem : Cum omnibus ciuibus in eorum periculis semper iustam mihi causam necessitudinis esse duxi.pro Syl.177 b,Quæ causa cæteros ad faciendum impulit,ea Cincio non fuit.de Orat.86 b,Mirari desinamus quæ causa sit eloquentium paucitatis. At. 332 a, Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus,& eadem causa breuitatis.Offic.41 b, Eadem constituendarum legum causa fuit,quæ regum.de Am. 97 a, Quod autem non affuisses,ualetudinem respondeo causam,non mœstitiam fuisse.de Fat. 147 b,Hoc enim modo uiuere bene uestitus, causa grassatori fuisse dicetur , cur ab eo spoliaretur.pro Quint.10 b,Quibus omnibus causis iustissima est cur scire potuerint,nulla cur mentiãtur.pro Dom.233 a,Sin autem ea rescinduntur , erit causa, quã possimus,& c.i.cur uel quamobrem.de Ar.252 a, Quare autem de his dici suspicer,hæc causa est, quod,& c. ad Heren. 10 a, Maior annis L X . & cui morbus eam causa est,cognitorem det.In Antonium 205 b,Causa conjunctissima de republica referendi fuit, ex eo quòd senatus consultum autore decreuit,& c.de Fimb.91 b, Causa enim fuit hoc ueniendi , ut quosdam hinc libros promerem . & 110 b, Scire cupio,quæ causa sit,cur Zeno descenderit,& c. de Orat . 95 a , Cuius quidem rei cum causam quæreremus, quid nam esset,cur ut in quoq; ,& c.has causas reperiebam duas:unam quòd,& c.altera est hæc, de qua, & c. & 125 b,De me nulla causa est cur mentiar. Att.196 a, Sed erant causæ, cur hoc tempore istic esse nollem. pro Quint.10 b,Eo die Romæ si fuit,causæ nihil dico,quin tibi uadimonium promiserit.et 15 b, Nunquid est causæ C. Aquili,quin si longè aliter possẽdit,quàm prætor edixit,iste ex edicto non possederit ? & 5 b , Cum in alterare causæ nihil esset,quin secus iudicaret ipse de se.Epist. 6 a,Quod si rarius fiet,id erit causæ quòd,& c.& 244 b,Sed tamen ne miraretur cur,etc. hoc causa fuit, ipsi,quòd,& c.& 130 a,Miror quid causæ fuerit,quare consilium mutaris.et 55 a,Dices,quid igitur causæ fuit, dicunt illi quidem pudorem meum,& c.pro S. R. 19 b, Si præter eam prædam quicquam aliud causæ inuenerit. tis.Epistol.2 a,In causa hæc sunt, Ammonius Regis legatus apertè pecunia nos oppugnat. Attic.241 b,Puto tua herculè id quoq; esse causæ, sed tam , & c. de In. 69 b, Atrocitas iniurtarum satis ne causæ sit,quare,& c. In Ver.171 Sest.14 b,Nec erit ista causa illi,quare,& c. In Ver.171 a, Pensum magis in Leontino agro est exigendum propter hanc causam,quòd ipsi Leontini , & c.de In. 51 b,

Quamobrem,

Quamobrẽ igitur leges seruari oportet,ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit.de Cl.167 a, Grandes erant uerbis,compressione rerum breues, et ob eam ipsam causam interdum subobscuri.de Alcibiade, Critia & Theramene loquitur.de Natur.69 b, Et ob eam causam,quia speciem habeat admirabilem,Thaumante dicitur esse nata. Epistol.9 a,Hæc ad te ob eam causam maxime scribo,ut meditere,& c.In Ver.128 b, Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis,ob eam causam ne tu ex reo eximerere,si,& c. de In. 56 a, Quod si uos iudices legibus obtemperare debetis , quid causæ est, quin istum contra legẽ feciſse iudicetis. de Cl. 173 a, Hanc igitur ob causam uidetur Lælij mens spirare etiã in scriptis. de Fin.80 a,Et cognomen induit nullam aliam ob causam,nisi quòd,& c. At.122 a, Hanc epistolam ad me referri uolo , nec ullam aliam ob causam Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi. Ep. 25 a,Quid est causæ,cur mihi non in optatis sit complecti hominem? de Or.111 b, Si quis animaduerterit quid sit, quare alij melius quàm alij dicãt. Tus.190 a,Quid nam esse Brute causæ putem,cur,& c.I. A. 174 a, Quid fuit causæ cur Cæsarem non sequerere.Att.60 a, Quid sit, quòd se à me remouit,ignoro.Tus.190 a, Quod si naturã,& c.haud erat sanè, quod quisquam rationẽ require ret.In V.73 a,Cognoscet ex me pop.Rom.quid sit,quam obrem ne tenuissima quidem suspicio, & c. ibid. Quid sit quod,& c.I.V.132 a, Venus quæ totam illam accusationẽ iudiciumq; conflaret.et 87 b,Nihil est quòd quisquam dubitet de exitio sociorũ,etc.de Or.100 a, Quod quidè certis de causis aliter existimatur.& At.85 b,His de causis credo,& c.Ep.75 a, Quanquam iustis de causis rationes deferre properarim.Off.30 a,In quibus uidendũ est quid quisq; sentiat,atq; etiã qua de causa quisque sentiat.ad Her.21 b, Pollicitus sum me daturum causam,qua inductus Vlysses accesserit ad maleficiũ:id est, allaturum.Tus.164 a,Vetat enim Deus iniussu hinc nos suo demigrare:cum uerò causam iustam Deus ipse dederit,næ ille uir sapiẽs lætus morietur. Ar.245 b, Gaudeo mihi de toto hoc ostento datam non modò iustam , sed etiam necessariam causam esse dicendi.Ep.182 a,Quare habeo gratiam Trebatio, qui mihi dedit causam harum literarum.pro Syl.177 b,Hoc profectus est nõ modò ob causam,sed etiam causam necessariam.I.A.170 b,Tu C. Cæsari causam belli cõtra patriam inferendi dedisti. & ibid.Causa eius belli in persona tua constitit. de Or.130 a,Non committam ut si defugerim,tibi causam aliquam dem recusandi.de Am.112 b, Multæq; causæ suspicionis offensionumq; dantur.de D.109 b, Ac mihi quidem explicãdæ philosophiæ causam attulit grauis casus ciuitatis.& ibi.Nisi quæ causa grauior obstitisset.I.A. 174 a, Ego ad illũ belli ciuilis causam attuli.de Fin.40 b,Causam aut probabilẽ tu quidẽ affers,aut enim, & c.At.170 b,Iustam cãusam affers,quòd me hoc tẽpore uidere non possis.de N.3 b,Quæ causa nos impulerit,ut hæc tam seriò literis mandaremus.Ep.190 b, Nam quòd huc prope uẽret in magistratũ uenire,causam non habẽt.pro Qu.16 b,Testes,qui & scirẽt,& causam mentirẽtur nõ habẽret.Off 42 a,Si quis ab ineũte ætate habet causam celebritatis,& c. At.256 b, Reuerſionis has speciosas causas habeo , iustas illas quidem & magnas , sed nulla iustior

quàm quod,etc. Ep.145 a, In quo officio tuendo habeo causas plurimas,uel paternæ necessitudinis,uel,etc. uel, & c. At.151 b,Philargyro bene certè causam habuisti,et ueram & bonã.pro Clu.34 b,Modò ne hanc causam habeat ad iniuriã:corrũpendi iudicij causas ille multas & graues habuit,hic nullã.de Fat.140 a, Cũ omnes nouarum perturbationum causæ quæri uiderẽtur.I.A.189 a, Qui cædis & incẽdiorũ causam quæsierit ex funere.de Fi.132 a,Quare quotiescũq; dicetur,etc. intelligatur aliquã subesse eiusmodi causam,ut ex eo ipso possit intelligi,sibi quèq; esse charũ At.5 b,Nullã uideo grauẽ subesse causam.pro Syl.171 a,Sed tamẽ te pro magnis causis nostræ necessitudinis moneo,& c.pro Do.215 b, His ducibus tu cũ in fortunas locupletũ per causam inopũ, repẽtinos impetus cõparares,non ne,& c.I.V.265 b, At quæ causa tũ subijciebatur ab ipso huius tã nefariæ crudelitatis ? eadẽ quæ,& c.de D.139 b, Conferre causas,et quid in quamq; sententiã dici possit,expromere. Qu.F. 300 a, Certè enim scio te feciſse cum causa. de D. 96 b, Equus sine causa repentè cõcidit.de Or. 231 b, Nos cum causa dicimus ut proficiamus aliquid,illi totũ diè et sine causa. At.211 a,De Varrone non sine causa,quid tibi placeat,tũ diligenter exquiro.At. 105 b,Nã id nisi grauẽ de causa non feciſſet.I.V.55 a, Si cõsilij mei causam rationemq; cognouerit.Off.14 a, Causa aũt & ratio efficiẽs magnos utros est in priore.Ep. 67 b , Explicare causas rerũ.de Leg.169 b,Sed nimirũ me alia quoq; causa delectat,quia si uerũ dicimus,& c.At.102 a,Eiusq; rei causam uerè explicas.pro S.R.25 a,Verisimile non est odio fuisse parenti filiũ sine causis multis,& magnis,& necessarijs.Causa,pro lite,controuersia et iudicio. Topic. 227 b,Causæ,quæ est quæstio definita,& à Græcis appellatur ὑπόθεσις.De In. 43 b, Causa est res quæ habet in se controuersiam in dicẽdo positam cũ personarum certarũ interpositione. Vide de Or.96 b,& 115 b,153 a, & Or.201 a,& Part.253 a,Causarũ genera tria quæ recipere debet orator,demonstratiuũ,deliberatiuum, & iudiciale. Ad Her.1 a,2 b.de In. 43 b. 63 b.de Or. 96 b. Top.228 b.& 235 b.Ep.132 a,Eam orationẽ tibi misi: uelim sic legas,ut causam tenuem et inopẽ, nec scriptione magnopere dignã. Off.72 b,Regulus tum cum uigilãdo necabatur,erat in meliore causa,quàm si domi senex remansisset.de Natur.59 b,Tu Cotta si me audias,eandem causam agas. At.102 b,Causam solum illa causa non habet,cæteris rebus abundat.pro L. 138 b, Ligarius habet meliorẽ causam quàm tu.de Or.85 a,Vsus,què ex causis,quas diximus , tot ac tantis consecuti sumus . de Cla. 172 a,Causam pro aliquo accuratè elegãterq; dicere. de Or.104 b, Nec ornatius causam suã dici passus est. pro Qu.5 a,Priore loco dicere causam de capite suo.pro S. R.28 a,Antea causam publicam nullã dixi.de Cla.168 b, Nemo unquã melius ullã orauit capitis causam.pro Sest. 6 b,Dicere causam de ambitu:id est,reũ esse de ambitu. de Fin.53 b,Dicere causam apud aliquẽ iudicem.de Or. 112 b,Quæ in ciuiũ causis disceptationibusq; uersantur. de Or.127 a,Equites,apud quos tũ iudices causa agebatur.de Or.94 b, Multitudo litium ac uarietas causarũ. Ep.4 a,Causam enim frequẽti senatu,magna inuidia eorum qui à te causam regiã aliò transferebant,obtinebamus.et 5 b,Itaq; Alexandrina causa,quæ nobis adhuc in

Universidad de Deusto
Biblioteca

tegrá est,uidetur ab illo planè esse depositá.& 115 b, Et expectes quemadmodum exeat ex hac causa.Or.199 b, Thucydides laudatus est,ut rerũ explicator prudẽs,etc. nõ ut iudicijs uersaret causas.pro R.P.123 b,Causa iudicata atq; damnata.de Ora.127 d,In illa omni defensione atq; causa.et ibi.His duabus partibus omnis est á me illa causa tractata.de Fin.60 a,itaq; cõcedo,quod modò dicebas,cedere causæ,si qui è nostris aliter existimant. de In.69 d,A` causa cadit is,qui nõ quemadmodũ oportet, agit.Ep.192 a,Quod si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadẽt.de Or.89 b,& ad Her. 41 b,Causa cadere.pro Mur.126 d, Si turpe existimas te aduocato,illum ipsum,quem contra ueneris,causa cadere. de Or.118 d, Siue ex crimine causa constet ut facinoris, siue ex cõtrouersia ut hæreditatis,siue ex deliberatione ut belli,siue ex persona ut laudis,siue ex disputatione ut de ratione uiuẽdi.Ep.254 d,Te abesse mea causa molestè fero,tua gaudeo.& 227 b,Peto á te maiorem in modum, ut honoris mei causa, hac laude Hypsonem afficiuelis.de Fin.56 b,Vt aut uoluptates omittantur,maiorũ uoluptatum adipiscendarũ causa, aut dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiẽdorum gratia. Anteq.195 b,Omnium salutis causa decedam.Ep.4 b,Nemo est qui nesciat,quo minus discessio fieret, per tuos aduersarios esse factum.In Vat.30 b, Tu me charum esse dixisti populo Rom.nõ tã mea causa,quàm reip.nomine.Ep.239 d,Dolabellæ causa & cupio & debeo.At.245 d,Te rogo ut hoc honoris mei causa suscipias.de Am.110 b, Ab amicitia Qu. Pompeij meo nomine te remouerat Scipio.i.mea causa. Anteq.105 b,Neq; patiar ut opera mea manus inter uos conferatis.id est,causa mea. Verrina 3, Omen magis patribus cõscriptis, quã causa placuit. & I.V.4,O` causam singularẽ.ô defensionem miseram. In his duobus locis pro excusatione causa usurpatur.

Causidicus,ci.non satis peritus causæ, patronus. de Or. 101 b,Non enim causidicum,nescio quem, neq; proclamatorem aut rabulam conquirimus,sed,&c.Or.199 b, Causidicus non ille quidem amplus atq; grandis, subtilis & elegans tamen.

Causor,ris.causam affero.pro Qu.R.51 b, Nunquid causare,quin ab iudicio abeas turpissimè uictus? de Or.242 a, An ætatem afferet? id est,causabitur?

Causula,æ.de Opt.243 b,Lysias paruarum rerum causulas scripsit.

Cautè,callidè.pro Cl.42 a, A` me tamen omnia cautè pedetentimq; dicentur.de D.111 a.& de Leg.180 b,Sed animaduerti Quinte, te cautè ab ijs rebus, quæ sensibus perciperentur,abducere diuinationem.

Cautio,onis.prouisio.Offic.9 b,Liberalitas habet multas cautiones.Tusc.212 a,A` malis natura declinamus,quæ declinatio si cum ratione fit, cautio appellatur. Epist. 177 b, Quæ cautionem non habent, de ijs non laboro. pro Ma.134 d,Tua enim cautio nostra cautio est. de D. 119 b, Omnis enim prædictio mali tum probatur, cùm ad prædictionem cautio adiungitur.de Am.111 d,Omnino horum uitiorum atq; incommodorum summa cautio est atq; una prouisio, ut ne nimis citò diligere incipiamus. At.19 d,Vt priuatis rebus meis adhibeã quãdam cautionem.& 70 b,Chartam tibi deesse mea cautio est. de Ora.136 b, Neq; illa mea cautio atq; timiditas in cansis negligenda est.pro Flac. 152 b, Defendendi facilis est cautio,latibulis occultorum locorum.pro Sest.64 d,Hic Pompeius omni cautione,fœdere, execratione deuinxerat, nihil contra me esse facturum. pro Fon.276 d, Videte quò descendam iudices, quàm longè uidear à consuetudine mea & cautione ac diligentia discedere, pro Quint. Rosc. 53 d, Est hoc & ex conditione iuris, & consuetudine cautionis firmissimum testimonium. Epi.103 b, Itaque quando uestræ cautionis firmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. pro Dom. 239 d, Cautiones fiebant pecuniarum. Orator. 210 d,Persecutionum, cautionum'que præceptio in iure ciuili.

Cautor,oris.cautor alieni periculi.pro Sest.64 d.

Cautus,a,um.tutus,prouidus,protectus.pro S.R.38 d, Is putatur parum cautus prouidusq; fuisse.I.A.244 d, Vir cautus & prouidus.Quint.F.393 d,Cautus & diligens. contra Rul.65 b,Cautus in periculis,non timidus in contentionibus.I.A.244 d,Nemo minus timidus,nemo cautior.& 247 b,Sapientia cautioribus utitur consiliis,est omni ratione protectior.pro S.R.27 b, In eam partem potius peccant,quæ est cautior.pro Cecin.295 d,Quibus uerbis satis hoc cautum eratè minimè.pro Cecin.287 d, Vt mulieri res esset cautior,curat,&c.Qu. Frat.328 d, Te uolo cautum esse in scribendo. Attı.265 b, Cauta & moderata liberalitas.

Cauus,a,um.concauus.de Nat.54 d,Ventriculus,in quem sanguis à iecore per uenam illam cauam influit.

Ce.particula.I.V.62 d, Atq; huiusce rei iudicium iam continuò uideo futurum. & 72 b,Ea cupiditas, qua per hosce annos in quibusdam iudicijs usus es.pro S.R.19 d,Bona patris huiusce Sex.Roscij.de Or.104 d, Philosophorum autem libros reseruet sibi ad huiusmodi Tusculanum ocium.Pro S.R.36 b,Nullum ius tam sanctum est,quod non eiusce uis atq; perfidia uiolarit.& ibid. Capito illiusce uicinus, hos fallere.illum identidẽ monere ut caueret.hiscere insidiosè spem falsam ostendere:cum illo pararinire consilia,horũ consilia illi enunciare:cum illo pactem suam depacisci, hisce omneis aditus ad Sallam intercludere.de In 84 d,Hasce inter se necesse est comparari.i.honestatem & incolumitatem,quas suprà diximus. pro S.R.23 b, Testes in hunc & accusatores huiusce pecunia cõparant.de Or.89 b,Quis nescit maximam uim existere oratoris,in hominũ mẽtibus uel ad irã aut odium aut dolorem incitãdis? uel ab hisce ijsdẽ permotionibus ad lenitatẽ misericordiãq; reuocãdis? & 91 d,Sic in oratione uim habet protectior.pro S.R.27 b, In eam partem loquimur.Tusc.185 d,Natura nihil habet præstantius, quàm honestatẽ,quàm laudẽ,quàm dignitatẽ,quàm decus.hisce plurib.nominib.unã rẽ declarari uolo. Ep.50 d,Hisce temporibus non pessimè cũ ijs est actũ,qui,&c. Cecrops,pis.Rex uetustissimus Athenis.de Leg.ii.2,Nam hoc ius terra humandi.

Cedò.dic,da,exhibe.I.V. 93 a.b,Cedò, mihi ipsius Verris testimonium recita.de Cl.192 b, Cedò quæso oratores,sunt enim,& dic.&c.I.V.209 b, Cedò tabulas. pro Fl.155 b,Fratres exhibe.I.V.98 b,Cedò mihi leges Atinias.de Diuin .138 b, Cedò tandem,qui sit ordo somnorum? de Sen.81 d,Cedò, qui remp. tantam amisistis tam citò.Att.153 d, Vidisti igitur uirum,ut scripseras? ingenuisticerie,cedò reliqua. et 259 b,Obuiam mihi fit tabellarius, & ego statim. Cedò, inquam ,si quid ab Att. I.V.130 d,Cedò cui Siculo, cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor factus unquam sit.

Cedo,is.concedo,locum do, decedo, me retrabo. de Nat. 42 b,Quacunq; mouemur, aer uidetur quasi locum dare & cedere.pro Mil.120 d, Ego cedam atq; abibo. Att. 79 b,Hostes cedẽtes ab oppido Cassius insecutus est.Ep. 13 b,Metellus,qui & summa uolũtate cesserit & egregia animi alacritate ab fuerit.Att.115 b, Rectè sic censeo cedendũ de oppidis ijs. de Ora.162 b, Aeschines propter ignominiam iudicij cessit Athenis.pro Mi.117 b, Cedere ex ciuitate. At.145 b,Si Cn.Italia cedit,in urbẽ redeundum puto.Ep.168 d, Dandus est locus fortunæ, cedendum ex Italia.de Cla.185 d, Maiores consequi non poterat,et minori necesse erat cedere. Att.280 d,Cedere precib.alicuius.de Cl.166 b,Tibi ætas nostra cedit, facesq; summittit.de N.57 d, Vita beata nulla re,nisi immortalitate cedens cœlestibus. de L. 191 d,Vi opprimi in bona causa melius est,quàm malè cedere.de Or.136 d,Non fugiendi hostis, sed capiendi consilij causa cedere.pro Ce. 285 d,Cedere alicui in aliqua re,uel in agẽdo aliquid.Epist.2 b,Luculli sententia cedit religioni de exercitu. de Leg.157 b,Te historiam tractãte effici potest, ut in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus.Tus.198 d,Cur succumbis cedisq; fortunæ? Para.222 b,Cui quidem, quæ maximam uim habere dicitur, fortuna ipsa cedit.Tusc. 149 d, Deinde ita magnos nostram ad ætatem,ut non multũ aut nihil omnino Græcis cederetur. Att.282 b, Cedebas enim Brute,cedebas,quoniam Stoici uestri negant sugere sapientis. Ante. 193 b, Cedo inuitus de rep.cedo oppressus de fortuna, de dignitate. & 196 d, Non illis uicius cedo,sed incolumibus uobis me condono.pro S.R. 38 d,Nam ille Lanista iam á gladiatore cessisse uidetur. Ep.53 b,Cedere tempori.I.A.143 d,Ea autem erat fœneratio huiusmodi, ut etiam hic quæstus huic cederet. Oct.329 d,Cedam tibi in præsentia foro & curia.& ibi dem,Cedam urbe.pro Mil.116 d,Cedere alicui possessione hortorum. Attic. 228 d,Cedere alicui domo. de Sen. 91 b,Horæ quidem cedunt & menses & dies.de Cl.165 d,Hortensius è uita cessit. de In.84 d,Concedere alteri: id est, cedere.

Cedrus,dri.arbor odorata. Tusc.200 b, Cedrum incendamus,aliàs hedychroum,quod unguẽtum est,ad nitidã cutem, efficiendam.

Celeber, & celebris,bre.quod celebratur frequẽtatur, et colitur.ad Her.7 d,Locus quæritur celebris an desertus,&c.Part.223 d, Loci celebres.) (.Deserti.pro Pom. 10 d, Portus celeberrimus & plenissimus nauium. pro Ar.186 d, Antiochiæ (nam ibi natus est loco nobili, & celebri quondam urbe) pro Do.242 b, Vrbis partes celeberrimæ & maximæ.At.191 b,Nihil uideo,quod tã celebre esse possit.de D. 88 d,Nunquam illud oraculum tam celebre,& tam clarum fuisse,nisi,&c.I.P.87 d,De hoc iure terra humandi.

cum,&c.I.V.160 b,Clara res est tota Sicilia celeberrima atq; notissima.et 177 b,Cũ in fòro celeberrimo,tanta frequentia hoc tibi obiectum esset.

Celebratio,onis.pro Pl.279 b,Nihil ex meis est temporibus,quod minus mea celebratione commemoratũ sit. i.prædicatione.pro Syl.181 d,Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas? At.205 d, De celebratione ludorum Bruti tibi assentior.

Celebratus,a,um.frequentatus,diuulgatus.de Cla.194 b, Cum iam in fòro celebratum meum nomen esset. pro Cluent.24 b, Res clara atque omnium sermone celebrata. pro Mur. 127 d, Vir nulla illustri laude celebratus.I.A.171 d,In rebus celebratissimis sermone omnium uersor.

Celebritas,tis.hominum cœtus,concursus,nomen, fama,honor,usus.At. 42 d, Odi celebritatẽ,fugio homines,lucẽ aspicere uix possũ.At. 48 b,Celebritas mihi odio est.At.45 d,Ego propter uiæ celebritatem nõ commoui me adhuc Thessalonica.& 214 b,Hic locus nunc habet celebritatẽ maximã. pro Do. 228 d,Nullis unquã comitijs cãpus Martius tanta celebritate omnis generis hominũ floruit. Off.53 d,In maxima celebritate atq; in oculis omnium uiuere. de Ora.154 b, Cùm Olympiã uenisset in maxima illa quinquennali celebritate ludorũ. Item, Consequi celebritatem sermonis hominũ.i.famã. Qu.F.298 d, Theatrũ celebritate refertissimũ, magnitudine amplissimum.pro Ar.187 b,Hac tanta celebritate famæ cum esset iam absentibus notus, Romam uenit. Tusc.154 d,Celebritas famæ.Off.42 d,Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis & nominis à patre acceptam.Epist.96 b, Nos hìc multitudine et celebritate iudiciorum distinemur.Tus. 229 b, Mercatus,qui haberetur magno ludorũ apparatu, totius Græciæ celebritate.de In.50 b,et Epist.233 d, Celebritas loci.)(.Solitudo loci.I.P 93 b,Celebritas domestica.pro Cæ.47 b, Sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate & clarissima luce lætatur.de Le.183 d, Sublata etiam erat celebritas uirorum & mulierum. pro Milon.118 b,Clodius spoliatus illius supremi diei celebritate.i. Funere et exequijs.

Celebro,as.cõcelebro,frequẽto, prædico,facio,orno.I. V.89 b,Celebratur omnium sermone lætitiaq; cõuiuium. Att. 19 d, Conuentus,qui initiò celebrabãtur, iam diu fieri desierunt. pro Pl.279 d,Laudes C. Cæsaris populi Rom. plurimis iudicijs uideo esse celebratas.pro Arc.189 b,Archias populi Rom.laudem gloriamq; uersibus celebrauit. & ibid. Cuius ingenio putabat ea quæ gesserat posse celebrari.& 190 d,Quorũ ingenijs, hæc ferũtur,ab ijs pop. Romani fama celebratur.pro Dom. 239 d,Seruorũ omnium uitam celebratur tota urbe descriptio.pro Do.241 b, Hoc delatum tum est ad uos.Põtifices.post omnium sermone celebratum,quemadmodũ iste omnia fecerit,&c.I.A.223 d,Semper illius uirtutem omnium mortalium fama celebrabit.de Pro.73 b,Cæsaris literis,fama, nuncijs celebrãtur aures quotidie meæ nouis nominibus gẽtium uictariũ. pro Sest.27 b, Aliquem literis & memoria esse celebratũ. de Di.80 b,Nec unum genus diuinationis publicè priuatimq; celebratũ.& ibi. Noster populus multa genera complexus est.pro R.P. 129 b, Hæc laus poetarũ carminibus celebratur.pro Se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

24 d, Hæc fama celebrătur. et 26 d, Viæ multitudine legatorũ undiq; missorũ celebrabantur. & pro Se. 44 b, Is ideo uiã muniuit, ut tu eam alienis uiris comitata celebrares? I.P. 90 b, Qui dies quasi deorum immortaliũ festi atq; solennes sunt aduentu meo celebrati. pro Syl. 167 b, Quorum studio ac dignitate celebrari hoc iudiciũ & ornari uides. I.P. 86 d, Qui frequentia sua egressum uestrum ornauerunt ac celebrauerunt. pro Fl. 149 d, Ludi quos in palatio nostri maiores fieri celebrariq; uoluerunt. I.A. 166 b, Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati. de Orat. 101 b, Qu. Mutij ianua maxima quotidie ciuiũ frequẽtia celebratur. de Or. 153 d, Nũc apud Philonem harũ causarũ cognitio exercitatioq; celebratur. Qu. F. 294 b, Quod ita esse cõstanti fama atq; omniũ sermone celebratũ est. pro Fla. 174 d, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum hominũ audacissimorum conuentu epulisq; celebratũ est. pro Cl. 38 d, Quod omniũ accusatorum non crimimibus, sed uocibus maledictisq; celebratum est. pro Fla. 160 d, Quid porrò in Græco sermone tam tritum atq; celebratũ est, quàm, &c. pro Mu. 145 b, Quib. in locis nuncij literæq; celebrassent Murenã factum esse consulem. & 142 d, Huius in morte celebranda, grauiter tulit populus Rom. hanc peruersam sapientiam Tuberonis. I.C. 116 d, Quamobrem Quirites celebratote illos dies cũ coniugib. & liberis uestris: erepti enim ex crudelissimo interitu uicistis. pro Ar. 288 d, Celebrari dies festos ludorum. de Fi. 86 b, Celebrare memoriam nominis alicuius post mortẽ. Epist. 67 d, Nomen ut nostrum scriptis illustretur et celebretur tuis. Aca. 2 d, Ea ferè sunt & Græcis literis & Latinis celebrata. de In. 71 d, Sumæ uirtutis celebrandæ causa Graij de Graijs æternũ inimicitiarum monumentum statuerunt. de Pe. 212 b, Sed quæ dicta sunt omni superiore oratione, eadem ad celebratum rumorem ualent. de Or. 85 d, Ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus celebrandas, inter nosq; recolendas. Att. 53 b, Similisq; frequentia & plausus me usque ad Capitolium celebrauit. de Orat. 101 b, Senecluti uerò celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio? pro Mi. 120 b, Nos omni in hominũ cœtu gratijs agendis, gratulationibus agendis, omni sermone celebramur. pro Ra. 122 b. * Quòd sermo hominum ad memoriam patrum uirtute celebratur. Item: Natura impellit ut hominum cœtus, & celebrari inter se, & sibi obdire uelit. de Or. 157 d, Tertius ille modus transferendi uerbi latè patet, quem necessitas genuit inopia coacta: pòst autem delectatio, iucunditasq; celebrauit. pro Mur. 241 d, A' quibus si domus nostra celebratur, diligenter obseruari uidemur.

Celer, ris. incitatus, uolucer, uelox. de Fin. 132 d, Configebat tardus celeres stans uolantes. ex Actio. pro Dom. 228 d, Videbam celerem mihi reditum fore. Orat. 216 b, Mens, qua nihil est celerius. ad Heren. 21 d, Si contendemus, per continuationem brachio celeri, mobili usitemur. de Orat. 116 b, Oratione celeri & concitata dicere. Oct. 330 b, O' miseram & in breui tam celerem & tam uariam reipublicæ commutationem. de Clar. 195 b, Genus dicendi uolucre atque incitatum. & 196 d, Oratio incitata & uibrans. Orat. 215 b, Oratio incitata.)(. Oratio tarda.

Celeritas, tis.)(. Tarditas. Tus. 215 b, Velocitas corporis, celeritas appellatur. pro S.R. 34 b, Quid hæc tanta festinatio celeritasq; significat? de Di. 138 d, Id enim & celeritas significat, & uis equorũ. de N. 55 d, Palpebræ clauduntur & aperiuntur identidem cum maxima celeritate. & 12 d, Deum assiduè uersari circum axem cœli admirabili celeritate. I.A. 205 d, Celeritate opus est, qua si essemus usi, bellum nullum haberemus. et 199 b, Legatorum nomẽ ipsum belli celeritatem morabitur. Ep. 156 b, Adhibere celeritatem in aliqua re. Offic. 26 b, Caueudum est ne in festimationib. fuscipiamus nimias celeritates. Acad. 42 b, In pedibus celeritas, uis in manibus. pro Qu. 26 b, Tum illam incredibilem celeritatem protuli. Acad. 42 b, Celeritas ad discendum. pro Fl. 156 b, Homo uolubilis præcipiti quadam celeritate dicendi. Or. 215 b, Breuitate & celeritate syllabarũ uerba procliuius labi. de Cl. 184 b, Expedita ac perfluens in dicendo celeritas. de Orat. 95 b, Mobilitas linguæ, celeritas uerborum. & 92 b, Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. At. 258 d, Aiunt enim eum Cæsarianã uti celeritate. I.A. 226 b, Quem nisi in uia quidam retardassent, uolasse eum, non iter fecisse diceres.

Celeriter, citò, breui tempore, maturè. Attic. 249 b, Librum tibi celeriter mittam. Epist. 31 d, Quod ut putabam, celeriter eras facturus. & 131 b. & 43 b, Lætor uirtute alterius principis iampridem inuentutis, celeriter (ut spero) ciuitatis. de D. 93 d, Nam illud mihi celeriter nunciatum est. Att. 153 d, Quo quidem non dubito quin istum offenderim, eo maturius agendum est. I. V. 169 d, Vt eo quo celerius de isto transigamus, quò maturius ad Apronium posimus uenire.

Celeriusculè. ad Her. 20 b, Celeriusculè dicere.

Celerrimè. de Fin.*.

Celero, as. celeritate utor, celeritatẽ suscipio. de Vn. 204 d, Vnum, quod semper uno modo celeraret.

Celimontana porta. I.P. 92 b.

Cella, æ. templum, sacellum, locus ubi aliquid reconditur & asseruatur, ut granum, uinum, oleum, carnes, & quicquid ad penum pertinet. cõtra R. 84 d, Capua cella & horreum Campani agri. I. V. 59 b, Cum frumentum sibi in cellam imperauisset. & 194 d, Pecunia quæ frumentum tibi emeres in cellam. & 109 b, M. Cato sapiẽs cellam penuariã reipublicæ nostræ nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit. & 190 b, Cum ex Sicilia & ex legibus frumentum ei in cellam sumere liceret. & 191 d. I.A. 173 d, Conchyliatis peristromatos seruorum in cellis lectos stratos uideres. At. 234 d, Cui totam uillam cellamq; tradidi. de Se. 89 d, Semper boni & assidui domini referta cella uinaria, olearia, & penuaria est. Top. 222 d, Cellis uinarijs & olearijs plenis relictis. I.P. 94 d, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propola atq; de cupa. I. A. 189 b, Armatos in cella Concordiæ inclusit. & 164 d, Cum in hac cella Concordiæ cum gladijs homines collocati stent.

Celsitas, tis. elatio, excelsitas. Off. 56 b, Celsitas animi & magnitudo. aliàs, Excelsitas. ex Nonio.

Celsus, a, um. sublimis, erectus, elatus. de Na. 54 d, Deus homines humo excitatos celsos & erectos constituit. Tusc. 236 b, Vir celsus & erectus, et omnia quæ accidere possunt, parua ducens. de Or. 100 d, Aliquem celsum & erectum

& erectum uagari hùc & illuc. pro Syl. 167 b, Celsissima sedes dignitatis. de Di. 82 b, Celso è uertice montis. Or. 202 d, Status celsus & erectus.

Celtiberia, regio. I.A. 233 d.

Celtiberi. Tus. 189 d. de Off. 8 b.

Ceminoris, urbs. Ep. 245.

Censeo, es. arbitror, puto, existimo, statuo, decerno, æstimo, censum habeo, æstimationem habeo. Attic. 165 b, Quid mihi animi in nauigando censes fore? et ibi, Quid duro tempore anni actuaria fore censes? de Or. 142 b, Sed nunc quoniam id temporis est, surgendum censeo. I.C. 113 b, Et quoniam nondum est perscriptum S. C. ex memoria urbis Quirites, quid senatus censuerit exponã. At. 286 b, De cæteris rebus quid senserim quidq; censuerim, audisse te arbitror. de Cl. 184 b, 4, Cum cẽserem remissione uocis me periculum uitare posse, in Asiã profectus sum. Att. 129 b, Aliter uideo censeri Marcello et cæteris, qui hic sunt. I.A. 221 b, Ego sic interpretor sensisse maiores, ut causam mortis cẽsuerint, nõ genus esse quærendum. & 190 b, De ea re ita censeo, ut C. Pansa, &c. Ep. 2 b, Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex ijs qui cum imperio sunt. I. V. 101 d, Consules, si eis uidebitur, primo quoque tẽpore ad hunc ordinem referant, ita uti de republica fideq; sua cẽsuerint. et 136 b, Quinto quoq; anno Sicilia censetur, erat cẽsa prætore Peduceo, quintus annus cũ te prætore incidisset, censa denuò est. pro Ar. 187 b, Illis censoribus nullã populi partem esse censam. & ibi. Eum qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue. pro Fl. In qua tribu deniq; ista præda censuistis? & ibi. Voluisti magnum agri modum censere. I. V. 75 b, Frequentia, quæ cõuenit undiq; censendi causa. & 98 d, Cum is unicam filiam haberet, neq; census esset, &c. Att. 17 b, Neq; absens censeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus: sub lustrum autem censeri Germani negociatoris est. de Or. 100 d, Quæritur, is qui domini uoluntate census sit, si nõ sit cõtum lustrum, sit ne liber? Parad. 125 d, Si censenda nobis atq; æstimanda res sit, utrum pluris æstimabimus pecuniã Pyrrhi, & cæteram: an continentiam Fabricij?

Censor, oris. qui præest moribus populi, magister morum, præfectus morib. de Le. 293 b, Censores apud Romanos, nomophylaces apud Græcos. et ibi. De officio utriusq. pro Clu. 42 d, Hic postea populi Rom. morib. præfuit. de Le. 185 d, Censores populi, ciuitatis soboles, familias, pecuniasq; censento: urbis templa, uias, aquas, ærariũ, uectigalia tuentor: populi partes in tribus distribuunto: exin pecunia ciuitatis ordines partiunto: equitum, peditumq; prolem describunto: cœlibes esse prohibento: mores populi reguento: probrum in senatu ne relinquunto: bini sunto: magistratum quinquennium habẽto: reliqui magistratus annui sunto, eaq; potestas semper esto. pro Cl. 44 b, Censor præfectus morib. & magister ueteris disciplinæ et seueritatis. Ep. 45 b, Cũ hæc scribebam, cẽsorẽ iam te esse sperabam, cò breuior est hæc epistola, & ut aduersum magistrum morum modestior pro Cæl. 42 b, Is fuit in hac causa pertristis quidã patruus, censor, magister. pro Do. 239 b, Censor, penes quem maiores nostri iudicium senatus de dignitate esse uoluerunt. pro Cl. 44 d, Quod idem facere censores in

delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione. Of. 75 b, Eosq; à censoribus omnibus ignominijs notatos. pro Do. 338 d, Quin. Metellus C. Attinium ex senatu censor reiecerat. pro Do. 229 b, Vbi cauisti, ne meo me loco, censor in Senatu legeret? & 230 d, L. Philippus censor patrem tuum præterijt in recitando senatu. de Or. 134 d, Africanus censor militem quendã ignauum notauit ac tribu mouit. Pro Cl. 42 d, C. Geta à L. Metello et Cn. Domitio censoribus ex senatu electus est. & ibid. Video igitur iudices animaduertisse censores in iudices quosdam illius iudicij Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent. et ib. Atq; etiam ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modò reprehendat, sed etiam rescindat, ut alter de senatu mouere uelit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet: ut alter in æra rios referri, ac tribu moueri iubeat, alter uetet. de Ora. 151 b, Putaui esse censoris, ne longius id serperet, prouidere.

Censorius, a, um. de Orat. 142 b, Sed uide ne quid Catulus attulerit religionis, opus hoc censorium est: id autem committere ude quàm sit homini turpe censorio. pro Sest. 15 b, Censoria notatio. I.P. 81 d, Magistra censoria. de Pro. 79 d, Censorium iudicium, ac notatio. I.P. 81 b, Iudicium ratioq; censoria. ibidẽ, Censoriam potestatem minuere. Qu. Fr. 297 b, In pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed commoditatem conficiendi negotij & liberationem molestiæ. pro Cl. 26 d, Tabulæ publicæ cẽsoriæ Larini corruptæ. de Pro. 79 d, Censorium iudicium ac notionem de ciuitate esse sublatam. pro Cluent. 42 b, Censoria subscriptio & notatio cẽsoria. pro Cæl. 44 b, Censoria grauitas. pro Cl. 41 b, Censoria animaduersio. & 44 d, 15, Censoriæ seueritatis nota non inureretur. pro Clu. 42 b, Censoriæ subscriptiones.

Censura, æ. censoris dignitas. At. 60 d, Sanè uelim scire, num censum impediant tribuni diebus initiãdis (hic enim est rumor) totaq; de cẽsura quid agant, quid cogitent. de In. 52 b, Gracchus pater, quem pop. Rom. ob id factum, quod insciente collega in censura nihil egisset, post censuram consulem fecit.

Census, a, um.)(. Incensus. pro Ar. 187 b, Eum qui cẽsus, ita se iam tum gessisse pro ciue. l. Censeo.

Censa, censorum. Nonius.

Census, sus. bonorũ æstimatio, et ipsa bona. pro Ce. 304 d, Populus cum in censum uenit, hoc iudicat, cum ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui cum liber esset, censeri uoluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. pro Cornel. 55 b, Is furatus esset ciuitatem, genus suum ementitus, irrepsisse in censum dicitur. Item: Scire uelim num censum impediant tribuni dieb. initiandis. l. Censura. pro Flac. 157 d, Homo sine honore, sine existimatione, sine censu. pro Cluent. 47 b, Eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis & ex censu quærere. & 45 b, Cum in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodijsset. In Ver. 121 b, Census qui ipso prætore sunt habiti, non seruaturum se Metellus ostendit. 134 d, Siculi ex censu quotannis tributa conferunt, & in censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ summæq; faciendæ censori permittitur.

pro Cl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro Cl.45 b, Africanus cum esset censor, et in equitum censu, C. Licinius Sacerdos prodijsset, clara uoce dixit, se scire illum uerbis conceptis peierasse. Para.125 b, Aestimatio census. pro Arc.287 b, At census nostros requiris, &c. Item pro Fl. illud quæro sint ne ista prædia censui censendo. & ibid. Multa de censu & censoribus, & ærario.

Centaurus, ri. monstrum ex homine et tauro cõflatum, nubis pro Iunone & Ixionis congressu. de N.69 b, Nubium una centauros genuisse dicitur. & in Arat.

Centenus, a, um. centum. Parad.125 b, Centena sestertia.

Centesimæ, usuræ dicuntur, cum pro singulis centenis duodena quotannis persoluuntur: quæ ideo centesima appellatur, quòd in centum mensibus τὸ ἀρχαῖον, id est, sortem adæquat. uel potius quia singulis mensibus in fœnus centesima sortis pars impenderetur, nimirum à menstrua solutione. Attic.6 b, Centesimæ num mũm. et Attic.83 a, Centesimas me obseruaturum, haberem, cum annatocismi anniuersario. & ibidem, b, Qui centesimis cũ annatocismo cõtentus non esset. & ibid. Nam aut bono nomine centesimis cõtentus erat, aut nõ bono quaternas centesimas sperabat. & ibidem, Vt centesimæ perpetuo fœnore ducerẽtur. Id est, sine annatocismo. Brut.289 b, Tributum ex centesima collatum.

Centies. Centies, sexagies, & cæteris huius formæ, cũ de pecunijs loquimur addendum est, centum millia, scilicet sestertiũm, nummũm. I.P.98 a, Nonne HS. centies et octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæstura reliquisti? I.A.168 a, HS. ducenties.

Centrum, tri. Tusc.156 b, Terra in medio mundi sita ad uniuersi cœli complexum, quasi puncti instar obtinet, quod κέντρον illi uocant. de Na.49 a, Omnes partes terræ in mediũ uergunt: id autem mediũ infimum in sphæra est. & ibid. Medius terræ locus.

Centum. pro Mil.113 a, Serui centum dies penes accusatorem fuerunt.

Centumuiri, orum. decemuiri, centumuiri, & cætera huiusmodi nomina delectorum uirorũ sunt, ad aliquod munus obeundum. Nam centumuiri iudices erant rerũ capitalium. de Or.99 a, Res delata est ad centumuiros. et ibid. b, Quid qua de re inter Marcellos & Claudios centumuiri iudicarunt.

Centumuiralis, le. de Orat.99 b, Centumuirale iudicium. & 99 a, Iactare se in causis centumuiralibus.

Centuria, æ. centum homines. erat enim populus Romanus in centurias distributus. I.V.243 a, Præco qui te tot ies seniorum iuniorũq; centurijs illo honore affici pronunciauerit. de Or.133 a, Cum M. Scipio ex centuria sua renunciaret Acidinũ consulem, præco ei dixit, die de L. Manlio, &c. I.A.212 a, & de Pet.209 b, 210 a, & pro Mur.141 b, Idem centurias equitũ sine suffragio esse uoluit. pro Põ.4 a, Prætor primus centurijs cunctis renunciatus sum. de Cl.186 b, Itaq; paucæ centuriæ ad cõsulatum defuerunt. pro Do.242 a, Vobis campus centuriarumq; una uox omniumq;, &c. Pro Mil.109 b, Illa augusta centuriarum auspicia. Postq.310 a, Vt eædem centuriæ quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. contra Rul.72 b, Deinde ornat eum melius, tabernaculis, centurijs, supellectili.

Centuriatim, aduerbium. per centurias. Pro Fl.149 a, Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.

Centuriatus, a, um. in centurias distributus, descriptus. pro Dom.20 b, Centuriata & curiata comitia. et cõtra Rul.71 b, De lege centuriata & curiata. de Leg.193 a, De comitijs centuriatis.

Centuriatus, tus. centurionis munus. pro Pomp.11 a, Imperator, cuius in exercitu ueniant centuriatus atq; uenierint. I.P.98 a, Quid centuriatus palàm uenditos?

Centuriare, in centurias distribuere, centurias conficere. Postq.200 b, Cum homines in tribunali Aurelio palàm conscribi, cẽturiariq; uidissem. Att.260 b, Varroni quidem displicet consilium pueri: mihi non, firmas copias habet: Brutum habere potest, & rem gerit palàm, centuriat Capuæ, dimumerat.

Centurio, onis. centuriæ præfectus & dux. pro Mur.132 a, Nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus decerpit. pro Cor.62 a, L. Martius primipili centurio. & I.C.107 a, Manlius iste centurio.

Centuripæ, arum. opp. I.V.211.

Centuripinus. I.V.122.

Cephaledum, opp. I.V.134 a.

Cephaleditani. I.V.134 b.

Cera, æ. Tusculan.171 b, Persæ mortuos cera circumlitos condunt. de Or.159 b, Sed uerba nos cùm iacentia sustulimus è medio, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitriũ formamus & fingimus. de Na.65 b, Si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset. I.V.95 a, Codicis extrema cera. t. tabularum. & 58 b, Tabella cerata cera legitima, non illa insimi ac nefaria. pro Fl.154 a, De cera & creta, quà olim in obsignandis literis utebantur.

Ceramicus, ci. locus Athenis, id est, Academia. de Finibus 57 a, Statua est in Ceramico Chrysippi. de L.183. Academia.

Ceramium, nij. locus Romæ. At.54 a.

Cerarius, rij. qui ceram tractat. uel, Cerarium, rij. pro eo quod ceræ nomine penditur. I. Collybus.

Ceratus, a, um. cera inductũ & illitum. I.V.58 b, Tabella cerata cera legitima, non illa infami ac nefaria.

Cerberaster, stri. L. Serperaster.

Cerberus, ri. Tusc.150 a, Triceps apud inferos Cerberus. de N.68.

Cercops, copis. de N.22 b, Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cercopis.

Cerebrum, bri. Tusc.132 a, Alij in cerebro dixerunt animi esse sedem.

Ceres, ris. de Nat.38 a, Fruges Cererem appellamus, uinum autem Liberum. ex quo illud Terentij: Sine Cerere & Libero friget Venus. de Diuinat.39 b, A gerendis frugibus Ceres tanquam Geres. & 70 a, Ceres à gerendo, &c. De sacris Cereris. pro Cornel.66 a, Sacra Cereris, etc. In Verr.223 a, Sacra Cereris per mulieres ac uirgines confici solita. de Natura deor.38 a, Cererem Liberum & Liberam. & 10 a, Terra, quæ Ceres dicerentur.

Cereus, a, um. ex cera fictum. de N.65 b, Omne cereum commutari potest. l. Cera. & 15 b, Fingere aliquid in cereis aut fictilibus figuris.

Cereus, rei. fax cerea. Of.68 a, Omnib. uicis statuæ fictæ sunt, ad eas thus & cerei.

Cerimonia, æ. religio, religio sacrorum, religio pontificum. I.V.274 b, Quorũ sacra maximis et occultissimis ceremonijs cõtinẽtur. pro Cor.66 a, Sacra Cereris summa maiores nostri religione cõfici ceremoniaq; uoluerunt. de In.70 b, Religionem eã, quæ in metu & cerimonia deorum sit, appellant. et 82 a, Religio est quæ dei curam cerimoniamq; affert. pro Ra.96 a, L. Flaccus homo in sacerdotio, cerimonijsq;, quib. præerat, diligẽtissimus. pro Do.219 b, At etiã alio modo sit constituturus de religione pomificum, quàm cerimoniarum ius coegerit. de Ar.247 b, Statas solẽnesq; cerimonias pontifica tu contemeri. & 252 a, Sacrificium, quod fit incredibili cerimonia. & 248 b, Omnia solennia ludorum omnibus rebus summa cum cerimonia sunt seruata. I.V.243 b, Facere ludos maxima cũ cerimonia. pro S.R. b, Qui legationis cerimoniam polluerit. contra Rul.69 b, Domitius, quod per cerimonias populi fieri nõ poterat, ratione assecutus est, ut, &c. & ibid. Quòd populus per religionem sacerdotia mandare non poterat. de L.181 a, Hoc summam religionem cerimoniamq; declarat. & 164 a, Cerimoniæ religionesq; in deos. pro Do.253 a, Sacræ religionis cerimoniæ. Tusc.152 b, Cerimoniæ sepulcrorum.

Cerno, nis. creui, cretum. uideo, discerno, specto, æstimo, adeo. de D.129 b, Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. Top.221 a, Verecundè tu quidem ut omnia, sed tamẽ ut facilè cernerem te ardere studio, mecũ, ut tibi illa traderem, egisti. Tusc.158 a, Ne nunc quidem oculis cernimus, quæ uidemus. Ep.67 b, Cerno iam animo, quanto omnia uberiora futura sint. I.C.120 b, Video m. h: uidere, &c. cerno animo, &c. uersantur ante oculos. de Or.157 b, Quæ cernere & uidere non possimus. de N.11 b, Cernere animo, uidere mente. Topic.222 b, Cernere atq; intelligere aliquid animo.

Cernere, discernere, uel spectare. Top.227 b, Causa certis personis & locis cernitur. Off.13 b, Omnino magnus animus duabus reb. maximè cernitur. Part.236 a, Atq; hæ quidem uirtutes cernuntur in agendo. & ibidẽ b, Temperantia duobus modis in reb. commodis discernitur. Tusc.232 b, Res genere, non numero cernũtur. de Legib.166 a, Gratus est, qui in referenda gratia nõ suum commodum, sed eum ipsum, cui refert gratiam, cernit.

Cernere, adire, uel possidere. At.171 a, Pridie nonarum ex testamento creui hæreditatem. et 188 a, Galeonis hæreditatem creui. ad Her.42 a, Vt de eo si dicas, qui multas hæreditates adierit, prospice tu, qui plurimum cernis. Att.86 b, Is fratris Appij amorem erga me cum reliqua hereditate creuit. At.219 b, & 220 a, Non committendũ est, ut iniussu meo cernat, &c. bis. contra Rul.74 a, Hæreditatem creuimus. Epist.133 b, A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere: id est adire.

Certamen, nis. certatio, contentio, prælium. de Nat.79 a, Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen. de Orat.85 a, Et consulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen atq; discrimen. Brut.91 b, Magnum mihi est cum illo certamen. de D.100 a, In bello, in quo maius erat certamen & discrimen salutis. pro Fl.150 a, Quæ de re etiam inter deos certamen fuisse proditum est. de Or.138 a, Gladiatorium uitæ certamen, quod ferro decernitur. Off.8 b, Cum altero certamen honoris et dignitatis est. de Cl.195 a, In patrocinio Siciliensi maxime in certamen ueni cum Hortensio. Epist.154 a, Si à certamine belli tam necessarij me remouissẽ. Ac.a.47 a, Instituere sibi certamen cum aliquo. Tusc.188 b, Descendere in aliquod certamen. de Fin.79 a, Certamen honestum, disputatio splendida.

Certatim. Ep.167 a, Etsi omni tempore summa studia officij mutuò inter nos constiterunt: id est, certatim. pro Sest.19 b, Cum omnes certatim alius alio grauius atq; ornatius de mea salute dixissent. I.A.182 b, Certatim posthac mihi crede ad hoc opus curretur.

Certatio, onis. contentio. pro Qu.12 b, Non fuit mihi par certatio cum illo. & ibid. Tibi cum eo par contentio erat. de Fi.74 a, Virtuti cum uoluptate certatio est. de L.185 a, Cum populus iudicasset, per populum multæ pœnæ certatio esto. de Am.102 b, Atq; hæc inter eos sit honesta certatio. de L.174 a, Quod sine curriculo & certatione corporum fiat.

Certè, scilicet, profectò, certò, sine dubio, sine ulla controuersia. Att.48 a, Causam nostram Pompeius certè susceperus est. At.198 b, Drusus. n. certè uendere uult. Qu.Fr.300 b, Certè enim scio te sciisse cũ causa. de Cl.175 b, & Att.252 a, Certè enim boni aliquid attulimus, & nocuimus fortasse. pro Mar.131 b, Et certè in armis locorum opportunitas multum ualet. At.128 b, Nam certè neq; tum peccaui, cùm, &c. neq; cùm, &c. de D.112 a, Si Deus scit, certè illud cueniet: sin certè cueniet, nulla fortuna est. pro Sest.20 a, Num illo die fuerit? certè non fuit. Att.7 a, Quod te modestè ferre certè scio. Att.55 b, Certè scio te auere, &c. I.V.76 b, Iste certè statuerat non adesse. pro Font.277 b, Quod certè scire potes, &c. Att.255 a, Quod quidem certè enitar. & 195 a, & 288 a, * Certè quidem negas te nosse. de Di.113 a, Certè igitur ignorare melius est. de Nat.2 a, Alterum profectò potest, &c. alterum certè non potest, &c. Tusc.234 a, Vbi est animus? certè quidem in te est. Acad.26 b, Hæc sint falsa sanè, inuidiosa certè non sunt. Tusc.174 a, Homines mortem optare incipiant, uel certè timere desistant. Att.142 a, Tibi consilium dabimus, quod si nõ fuerit prudens, at certè ab optima fide proficiscetur. Ora.210 a, Ad dignitatem docere non habet, certè si quasi in ludo, sed si, &c. de Orat.61 b, Nobis si ingenium, ut tu putas, non maximè defuit, doctrina certè & ociũ, et herculè studium illud dicendi acerrimum defuit. I.A.192 a, Hoc insperatum omnibus consilium, incognitum certè cepit. Att.105 a, Atqui certè ille agere debuit. et 256 a, Et si quamuis non fueris impulsor & suasor, approbator certè fuisti. de Fi.83 b, Epicurus naturales diuitias dixit parabiles esse, quòd paruo esset natura contenta, certè, nisi uoluptatem tanti æstimaretis: id est, rectè diceret Epicurus, nisi, &c.

Certò, certè. Ep.57 b, Cætera, quæ tibi à multis prompta esse certò scio, à me sunt paratissima. Att.28 a, Nã id te cupere certò scio. Ep.81 a, Aliquid iã actũ putabã, nõ quòd ego certò sciã, sed quòd haud difficilis erat cõiectura. et 78 b, Ab altera te ipsum nũquã timuisse certò scio. & 131 a, De quo etiã nihil scribente me, te non dubitare certò scio. At.37 b, Sed certò uidetur hæc aliquò eruptura. Tusc.244 a, Nihil ita expectare quasi certò futurum.

Certo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Certo, as. decerto, contendo, belligero, certamen mihi est cum aliquo. de Orat. 99 a, Iudicia in quibus sæpe nõ de facto, sed de æquitate ac iure certatur. de Orat. 115 b, Annibal, qui tot annos cum pop. Rom. de imperio certauit. de Cl. 180 a, Cum aliquo dicacitate certare, Acad. 17 a, Certare cum aliquo pugnaciter de aliqua re. I. C. 108 a, Certare cum usuris fructibus prædiorum. I. A. 226 b, Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus utrijs cum utrõq; certabat. Tus. 243 b, Adolescentium greges Lacedæmone uidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, morsu.

Certus, a, um. non dubius, non incertus, compertus, notus, exploratus, minimè dubius, definitus, ratus, nihil habens dubitationis, in quo nulla dubitatio esse potest, quod manu tenetur, uel in manibus habetur, res erat nõ in opinione dubia, sed in præsentia atq; ante oculos proposito periculo. de Na. 62 a, Græci, quæ affirmant, certiora esse dicũt, quàm quæ apud Sagram. Attic. 95 a, De Cælio adhuc nihil certi habebamus. et 81 a, Sed posthac quæ certa non erunt, pro certo negato. et 44 a, Ad me obsecro te, ut omnia certa perscribas. de Nat. 3 a, Quid quaq; de re certi habeas scire cupio. de Fat. 14 a b, Quonam in Fabio certum ponitur, ortum esse eum canicula oriente. Attic. 260 a, Omnia igitur uelim explices, & ad me certa mittas. et ibid. Tu mihi de his rebus quæ nouantur, omnia certa, clara. Att. 248 a, Ita eum placaui, & quidem CCCC. M. certa, reliqua in spe. Epist. 70 a, Non habeo certum, quæ te res hinc retrahat. At. 143 b, Certum non habeo, ubi sis. & 7 b, Neq; id ipsum tamen certum habeo. Epist. 157 b, Is tamen adhuc uiuit, et dicitur uicturus, sed tamen de hoc mihi parum certum est. & 17 a, Mihi non tam de iure certum est (quanquam ne id quidem ualde dubium est) quàm illud, &c. & 168 b, Quem enim impedimento futurum putas, cum de nobis certum sit nos quieturos. et 175 a, Hyemem credo adhuc prohibuisse, quo minus te certum haberemus. pro Syl. 174 a, Respondit se nescire certum. Epist. 141 a, Crassum ad te fortasse, sed cum certum sciam, faciam te paulo ante certiorem. Att. 159 a, Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliã. et 193 b, De Orobio opinor, sed certum nescio. & 152 a, De aduentu Cæsaris pro certo habebamus. & 276 b, Non nunciabatur quicquam quod pro certo haberemus. de Na. 35 b, Neq; enim mundum pro certo rotundum esse dicitis. Att. 152 a. Nunciatum est nobis Cæsarem ad V III Calendarum Capuæ, hoc pro certo putauimus. Epist. 79 a, Id futurũ, quod euenit, exploratius possem promittere. & 124 b, Præterea nunciatũ nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. Aliquid manifestò comperisse et manu tenere. I. Manuteneo. Mihi non erat explicatũ quid agerem. I. Explicatus. de Cla. 165 b, Dicere aliquid pro certo. pro S. R. 23 b, Certum est deliberatumq;, quæ ad causam pertinere arbitror omnia dicere. de Orat. 121 a, Mihi certum est à iudicijs causisq; discedere. contra Rul. 87 a, Pro certo polliceor hoc uobis atque confirmo, & me, &c. Attic. 103 b, Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. & 38 b, Mihi certum est abire. pro S. R. 32 a, Quod certum est non facere: id est, deliberatum. Attic. 205 b, Sibi partum est Romæ manere. & 5 a, Mihi abiurare certius est

quàm dependere. & 247 a, Certum mihi est ad Brutũ transire. et 5 a. Certius tibi est me esse hic, quàm mihi te istic. & 77 a. Habebam paucis diebus certos homines, quibus dare poteram. Ep. 6 a, Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quib. rectè dem, non prætermittam. Q. Fr. 300 a, Certissimus matricida. Attic. 248 a, Quem tu illo certiorem nebulonem? pro S. R. 32 a, Iam intelliges certum crimen quibus suspicionibus coarguatur. de Nat. 9 b, Cleanthes æthera certissimum diem iudicat. I. V. 59 b, Qualis erat ista tua accusatio? quæ dameti periculi, metu certissimi et maximè criminis nõ modò suspicionem, uerùm etiam mẽtionem ipsam pertimescat. pro Sest. 14 a, Hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimũ. I. P. 89 a, Deorum hæ sunt in impios pœnæ certissimæ constitutæ. Q. Fr. 307 b, Tu uelim quamprimùm bona & certa tempestate conscendas. Pro. Q. 2 b, Is non ita institutus est, ut iurã scietatis & officia certi patrisfamiliàs nosse possit. I. A. 226 b, Certi fines Macedoniæ, certissima conditio, certissimo modo erat etiam illius exercitus: cum Vatinij uero legionibus quid erat Antonio? de Nat. 45 b, Qui tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines uideret. Epist. 36 b, Prima duo capita epistolæ tuæ nihil habent, quod aut definitum sit aut certum, nisi me, &c. de Nat. 64 a, Stellæ cursus certos et constantes habent. de Som. & ibid. Totam causæ meæ dictionem in certas partes diuidã. Ep. 185 a, Vt Antonio ex senatus sententia certa res nunciarent. pro Mar. 133 b, Certorum hominũ ferocium extimescens. de Cl. 170 a. Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. At. 117 b, Et statim rescripsi, hominẽq; certum misi de comitibus meis. pro Do. 218 b, Hanc nostrã coniunctionem certi homines ficlis sermonibus diuerterunt. de Ora. 100 a, Certis quibusdam uerbis diuortium fieri. & 107 b, Astrictius certa quadam moderatione pedũ. & 108 a, Quod quidem certis de causis aliter existimatur. de In. 55 a, Certum quiddã & breui exemplo comprehendi. Certa ponam. de Or. 112 b, Infinitum genus quæstionum. Certum, in quo quid in personis, & in constituta re, & definita quæritur, et 119 b, Hæc artem requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. pro Qu. 54, Tribuni, à quibus cum esset certum auxilium petitum, tamen, &c. de Sõ. 130 a, Eluuiones terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. de L. 183 b, Et huic procurationi certum in loco silicem cædere. et 99 a, Elis in Pelopo tum magistratum præfecerat. de D. 126 a, Cum uidemur certo numero. de Or. 146 b, Sunt certa uitia quæ nemo est quin libenter fugiat. Of. 24 a, Implicari aliquo certo genere cursuq; uitiõdi. de In. 79 a, Cur in certa uerba rent, cur certo tempore conueniant, certo discedant. de D. 104 b, Certis rebus certa signa percurrere. I. V. 24 a, Cephaledi mensis est certus, quo mense, &c. At. 136 a, Feceris igitur commodè mihiq; gratum, si me de his rebus, & si quid erit aliud, quod scire opus sit, feceris certiorem. & 135 b, Pompeius certiorem me sui consilij fecit. et 127 b, Vtinam tui consilij certior factus essem. Br. 92 b, Me uelim de tuis rebus consilijsq; facias diligentissimè certiorem. Att. 10 a, Tu quid agas, ubi sis, cuiusmodi istæ res sint, fac me quàm diligẽtissimè certiorem. At. 104 a, Tu uelim me certiorem facias, quid de meis mandatis egeris, atq; etiam quid de negocio tuo.

Ceruix, cis. posterior colli pars, audacia. de Diuin. 136 a, Testudo capite breui, ceruice anguina. I. V. 258 a, Prætorem tu accusas? frange ceruicẽ. Or. 202 a, Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum. I. A. 231 b, Post autem ceruicibus caput abscidit. I. V. 257 b, Cum istius auaritiæ pœnam collo, & ceruicibus suis sustinerent. de N. 12 b, Itaq; imposuistis in ceruicibus nostris sempiternum dominum. pro Mur. 143 a, Qui ab illo in speculis atque insidijs relicti in capite, atq; in ceruicibus nostris restiterunt. de N. 58 a, Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum. Att. 282 a, Puer qui à ceruicibus nostris auertisset Antoniũ. pro Mil. 116 a, Ego Clodij furores à ceruicibus uestris repuli. I. C. 114 b, Non facilè tantam molem mali à ceruicibus nostris depulissem. pro S. R. 23 b, Dare ceruices alicui. I. A. 202 a, Dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ. Anteq. 196 a, Ore oppresso ceruices esse præbẽdas. Tus. 240 a, Gladium demitti iussit, ut impenderet illius beati ceruicibus. 197 b, Legiones ad urbem adducere, & eas in ceruicibus nostris collocare cogitat. ad Her. 21 a, Sin erit in demonstratione sermo, paululum corpus à ceruicibus demittemus. pro D. 242 a, Remp. in hac causa uestris ceruicibus sustinetis. pro Sest. 26 b, Qui tãta munia suis ceruicibus sustinent. & 22 a, Vt aliquo præstidio caput & ceruices, et iugulum ac latera tutetur. I. V. 278 a, Bene agis, tamen si qui erunt tantis ceruicibus recuperatores, qui audeant in prouincia, cum prætor adsit, contra uoluntatem eius iudicare: id est, tanta audacia.

Ceruicula, æ. I. V. 158, Ceruiculam iactare.

Cerula, æ. cera. Lege Miniatulus.

Ceruſſatus, ta. ceruſſa illitus & dealbatus seu fucatus. I. P. 84 b.

Ceruus, ui. Tusc. 205 a, b, Natura ceruis & cornicibus uitam diuturnam dedit.

Cesenna, æ. urbs. Ep. 267 a.

Cespes, tis. pro Cecin. 266 b, Non esse arma cespites neq; glebas.

Cessatio, nis. Epist. 26 b, Sic tu etiam, si quid scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæ fisse uideatis. de N. 21 b, Epicurus nihil cessatione melius existimat. de Leg. 157 b, Legationem aliqua oratio ista postulat, aut eiusmodi quampiam cessationem liberam atque ociosam. Attic. 3 b, De literarum missione sine causa abs te accusor.

Cessator, ris. Quin. Fr. 326 a, De libris Tyrannio est cessator, Chrysippo dicam, sed res operosa est. Q. Fr. 326 b, Cum Electram & Troadam scripseris, cessator esse noli. Epist. 137 b, Hæc tibi antea non rescripsi, non quòd cessator esse solerem præsertim in literis, sed, &c.

Cessio, onis, à cedo, cessi. Top. 223 a, Abalienatio est eius

rei, quæ mancipi est, aut in iure cessio. aut, &c.

Cesso, as. nihil ago, iaco, ferior, intermitto, cessator sum, desisto, finem facio, desino, cõquiesco, respiro, langueo. de Natur. 64 a, Isto tam immenso spacio quæro Balbe cur pronoe uestra cessauerit. de N. 79 a, Cur tam multos deos cessare & nihil agere patiturs de N. 79 a, & 21 b, At pueri etiam cum cessant, exercitatione aliqua delectantur. At. 26 a, Deniq; aliquid aliud extabit, ne tibi plane cessasse uideamur. Ep. 265 b, Ego hic cesso. quia ipse nihil scribo, lego autem libentissimè. Q. Fr. 320 b, Cicero noster, dum ego adsum, nõ cessauit apud Rhetorem. Acad. 39 a, Nec tamen istum cessare, sed celare quæ scribat existimo. Q. Fr. 325 b, Illos libros scribere non cessaui, neq; cesso. de Sen. 79 b, Gorgias centum & septem compleuit annos, nec unquã in suo studio & opere cessauit. Att. 177 a, Ille non cessat de nobis detrahere. Q. F. 306 a, Sin, &c. ne cessaris me certiorem facere, ut accurram. & 307 a, De ædificatione tua Cyrum urgere non cesso. de Pro. 72 a, Alterum, si tabellarij non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere.

Cetarius, rij. qui magnorum piscium mercaturam exercet. Officior. 30 b, Cetarij, lanij, coqui, sartores, piscatores, &c.

Cetus, ti. pistrix, ingens piscis, belua marina. de Nat. 48 b, Centaurus Cetus, equi parteis properans subiungere cetis. aliàs, & rectius chelys.

Ceos uel **Ceus**, ei. insula. At. 74 a.

Ceus, ea. de D. 107 b.

Chalcedonius, ia, ab urbe Chalcedone. Acad. 42. de Or. 154.

Chalcidicus, a. idem de N. 64.

Chaldæi, orum. Babylonij, astrologi. pro Mur. 129 b, A quibus dies tanquam à Chaldæis petebantur. de D. 80 a, Assyrij qua in natione Chaldæi non ex artis, sed ex gentis uocabulo nominati siderum scientiam putantur effecisse. et 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorum solertiaq; ingeniorum antecellunt. & 193 b, Chaldæis in prædictione et in notatione cuiusq; uitæ ex natali die credendum non esse. Tusculan. 169 a, Chaldæorum promissa.

Chaldaicus, a, um. de Diuinat. 126 b, Scilax totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiauit.

Chaonia, regio. At. 92.

Character, eris. Ora. 209 a, Sed iam ipsa forma restat, & character ille qui dicitur. Item: In omni re difficillimum est formam, quod χαρακτῆρα Græcè dicitur, exponere optimi, quòd aliud alijs uidetur optimum. Q. Fr. 317 b, Dic mihi num aut res, aut χαρακτῆρε non delectat?

Charitas, tis. amor. de Amic. 111 a, Ipse se quisque diligit, non ut aliquam à seipso mercedẽ exigat charitatis suæ, sed quòd per se quisq; sibi charus est. de N. 25 b, Hominum charitas et amicitia gratuita esse debet. de A. 102 a, Sensum diligendi & beneuolentiæ charitatẽ a natura gigni. de Fin. 59 b. Liberalitas, qua qui utũtur, beneuolentiam sibi conciliant, & quod aptissimũ est ad quietè uiuendum, charitatem. de Amic. 101 b, Ea charitas, quæ est inter natos & parẽtes, quæ dirimi nisi detestabili scelere nõ potest. de Am. 109 b, Cum cogniti sunt & regum filij inuenti, retinent tamẽ charitatem in pastores, quos patres suos diu esse crediderunt. At. 280 b, Vt charitas liberorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

berorum amiciores parentes reip. redderet. de Or. 127 b, Hæc res amorem magis conciliat, illa uirtutis defensio charitatem. & 150 b, Parcendum est autem maximè charitati hominum, ne temerè in eos dicas, qui diliguntur. pro Sest. 15 a, Patriam, quæ mihi erat charissima, propter ipsius patriæ charitatem reliqui. Off. 12 a, Omnes omnium charitates patria una complexa est. pro Sest. 4 a, Sed beneuolentiam & charitatem illius necessitudinis mors filiæ non ademit. I. A. 243 b, Nec id fit fastidio meo, sed charitate reipublicæ. Epist. 194 a, Filius tuus, cui nos & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare. de Finibus 59 a, Quid ex eo consecutus es? laudem & charitatem. In Anton. 158 b, Credo uos homines nobiles, &c. charitatem ciuium & gloriam concupisse.

Charon, ontis. Inferorum nauta. de N. 68 a.

Charta, æ. chartula, membranula, macrocolum, διφθέρα. Quin. Fr. 316 a, Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. pro Cæl. 46 a, Chartæ quoque, quæ illam pristinam seueritatem continebant, obsoluerunt. Att. 35 a, Iam enim charta ipsa ne nos prodat pertimesco. et 70 b, Chartam tibi deesse mea cautio est. Epist. 104 a. An hoc significas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem suppeditari? pro R. P. 129 a, Merces sal Laces chartis, linteis, ac uitro delatæ. de Diuin. 84 b, Voces tristissimas chartis promebat Hetruscis.

Chartula, æ. Ep. 104 a.

Charus, a, um. acceptus, iucundus, antiquus, qui suauitatem filij apud aliquem obtinet, in sinu esse. de N. 25 a, Chirum ipsum uerbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. I C. 120 b, Comes alicui charus atq; iucundus. pro Cl. 60 a, Hic multis charus atq; iucundus est. de Cl. 165 b, Vir mihi charus atq; iucundus. pro Arch 190 a, Ennius charus fuit Africano. de Or. 137 a, Si in homines charos iudicibusq; iucundos inuehare. de Or. 110 a, Cum uiderem apud me homines mihi charissimos & amicissimos. Ep. 8 b, Quem in primis amamus charumq; habemus. pro Cor. 67 a, Aliquem diligere charumq; habere. Posth. 204 a, Parentes charissimos habe: debemus. 142 a, Paucos æquè ac te charos habeo. et 165 a, Omneis suos charos habet, me quidè se ipso chariorem. & 35 a, Pompeius nos amat charosq; habet. I. C. 118 b, Frater charissimus & amantissimus. I. A. 158 a, Dolabella, qui es mihi charissimus. de Or. 86 b, Cæteriq; quorum gloria nobis dignitasq; chara est. Ep. 230 a, Mihi tua fama multo antiquior est, quam illa necessitudo. pro Syll. 170 b, Quorũ alter apud me parentis grauitatè, alter filij suauitatem obtinebat. Offic. 12 a, Omnum societatum nulla est charior. quàm ea quæ cum repub. est. chari sunt parentes, chari liberi propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria una complexa est. Offic. 38 b, Atq; in has clades incidimus, dum metui quàm chari esse & diligi uolumus. de Finib. 131 a, Sibi quemq; charum esse. et ibid. Qui sibi chari sunt, seseq; diligunt. & 60 a, Diligi & charum esse, iucundum est.

Charybdis, dis. locus in mari Siculo, periculosus nauigantibus, quòd ibi mare sit uorticosum & præceps. de Aruspic. 258 a, Quam deniq; tam immanè Charybdim poetæ fingendo exprimere potuerunt? quæ tantos haurire gurgites posset? quantas, &c. I. A. 173 a, Quæ Charybdis tam uorax tot res tam citò absorbere potuisset. I. V. 265 b, Non Charybdim tam infestam, neq; Scyllam nautis fuisse arbitror. de Orat. 157 b, Charybdim bonorum, uoraginem potius dixerim.

Chele, les. Scorpij brachia, in cœlo signum. In Arat. Exim proiectæ claro cum lumine Chelæ. & ibi. Et paucæ Cheles stellæ.

Chelidon, nis. Verris clientula & amica. I. V. act. 1.

Cherronesus, si. locus Thraciæ et urbs. At. 273 b, Quòd scribis postea statuisse te ducere exercitum in Cherronesum, &c. facis ex tua dignitate. contra Rul. 76 a.

Cherronensis, se. I. P. 98.

Chimæra, æ. monstrum confictum. de Nat. 22 b, Res quæ nunquam esse potuerunt, ut Scylla & Chimæra. Att. 32 a, Ῥόδος λέων, ὄπισθεν ὄφις δράκων, μέση ἡ χιμαίρα.

Chirographum, phi. scriptum manu propria, quæ dicitur. Ep. 183 b, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. I. A. 162 a, Quo me teste conuinces? an chirographo? at literæ sunt librarij manu. At. 35 b, Non utar meo chirographo neq; signo, simodò erunt eiusmodi literæ, quas in alienum incidere nolim. de Na. 74 b, Id quoq; L. Labienus fecit, qui chirographum sex primorum imitatus est. Ep. 103 b, Græculum tibi misi cautionem chirographi mei. I. A. 156 a, An in commentariolis & chirographis, & libellis acta Cæsaris firma erunt? Ep. 155 b, Credidi chirographis eius & affirmationi præsentis Laterensis. & 254, Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. & 156 a, Laterensis suo chirographo misit mihi literas, in quibus, &c. exemplar eius chirographi Titio dedi, ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea quibus fidem non habebam putaui, Leucispio dabo perferenda. de Clar. 190 b, Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestam rem deferre.

Chirurgia, æ. Medicinæ pars quæ manu medetur. Att. 56 a, Diæta curari incipio: Chirurgiæ tædet.

Chius, ij. insula. I. V. 86. & 261.

Chius, a, um. de Sen. 77 b, Aristo Chius.

Chlamydatus, a, um. ut crepidatus. pro R. P. 126 b, L. Sylla imperator chlamydatus.

Chlamys, dis. uestis militaris & regia, paludamentum. pro R. P. 126 b, L. Scipionis non solùm cum chlamyde sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam uidetis. ad Her. 38 b, Citharœdus palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus uarijs intexta.

Chorda, æ. neruus. de Orator. 163 a, Voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemq; tactum respondeant. de Nat. 56 a, Itaq; plectri similem linguam nostri dixere, chordarum dentes.

Choragium, gij. scenicus apparatus totus, & pompa. Ponitur pro Thrasonica quadam ostentatione. ad Her. renn. 39 b, Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur.

Choreus, rei. trocheus. aliàs Chorius pes est. Orator. 217 b, Dichoreus est, cùm duo extremi chorei sunt, id est, e singulis longis & breuibus.

Chorus, ri. corona, multitudo, sodalitium. pro Mur. 136 a, Catilina stipatus choro iuuentutis. At. 225 a, Bataua negocia chorumq; illum, de quo scire uis, cùm prosit, excerpsi. ad Qu. Fr. 3 a, Quòd scribam. Off. 75 b, Potest esse utile, quod sit inutile, tamen scribam.

talium uirtutum choro contrarium. de Fin. 54 a, Epicurum penè è philosophorum choro sustulisti. i. è numero. I. A. 197 a, Saltatores, citharistas, totum deniq; comessationis Antonianæ chorum.

Chryses, æ. amnis Siciliæ. I. V. 222 b.

Chrysippus, pi. philosophus Stoicus. Acad. 19 a, Chrysippus qui fulcire putatur porticum Stoicorum.

Chrysippæus, a. Acad. 24 a.

Cibaria, orum. omnia quibus animantes uescuntur & aluntur. pro S. R. 27 b, Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio. & ibi. b, Cibaria uobis præberi uidemus. I. V. 11 a, Quæstores liberaliter ex istius cibarijs tractati. & ibid. b, Menstrua cibaria. & 197 a, At uberiora cibaria facta sunt caritate, credo, &c. At. 93 b, Vnde, inquit, me iubes petere cibaria? & ibi. Dare cibaria alicui. Ep. 76 b, Et existimare debes eo minus ad te, uel de tuis cibarijs, uel de mea liberalitate peruenisse. Tus. 182 b, Ferre plus dimidiati mẽsis cibaria.

Cibarius, a, um. Tusculan. 247 a, Ptolemæo peragranti Aegyptum comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus est.

Cibus, bi. esca, pastus, epulæ. de Natur. 50 a, Animalia cibum partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim unguiũ tenacitate arripiũt, partim aduncitate rostrorum, &c. de N. 30 b, Cleanthes negat ullũ esse cibum tã graue, quin is die ac nocte concoquatur. de Fi. 78 a, Epicurus utebatur eo cibo, qui & suauissimus esset, et idem facillimus ad cõcoquendũ. de L. 183 b, Terra cibos fert, & ut mater cibos suppeditat. de D. 93 b, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quòd habet instationem magnã is cibus. & 120 a, In omne corpus diuiso et modificato cibo. alias, Mitificato. I. V. 260 a, Parentes liberis suis cibum uestitumq; inferre prohibentur. de Sen. 84 a, Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non opprimantur. de D. 93 a, Nunc onusti cibo & uino perturbata & confusa cernimus. & ibi. Mens immoderato obstupefacta potu atq; pastu. pro Mu. 141 b, Cato negat uerũ esse, allici beneuolentiã cibo. de Fin. 56 b, Cùm cibo & potione fames sitisq; depulsa est. Ep. 257 a, Si posteaquã cibum cepisti, uideris tibi me posse consequi, tuum consilium est.

Cicatrix, cis. signum quod sanato uulnere uel ulcere, hæret in corpore. I. A. 212 b, Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix. de In. 52 a, Quoniam cicatrix est, fuit uulnus. Tusc. 202 a, Nec ille liber uulneribus mederetur, sed cicatricibus cõtra Rul. 88 a, Ne refricare obductam iam reipub. cicatricem uiderer. I. V. 236 a, Vt ostenderet cicatrices aduerso corpore exceptas. de Or. 139 b, Et iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere.

CICERO, onis. Cicero, copiæ inuentor ac princeps à Cæsare dictus, Brut. Cicero ad Pompeium accessit, pacis spe adductus, 4 Fam. Exul Thessalonicæ agebat, 1 ad Qu. Fr. A' Dolabella alienatus, 16 ad At. Sacerdotium non appetiuit, cum posset consequi, 15 Fam. Diodorum à puero audiuit, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Breuitatis magistro uti cogitat Bruto, 11 Fam. Poema ad Cæsarem cõposuit, 3 ad Qu. Frat. In Oratorem suum contulit, quicquid habuit iudicij in dicendo, 6 Fam. Omnem suam curam atq; operam ad philosophiam contulit, 4 Fam. Cum Hortensio cõiunctissimus, Brut. H S. ducenties ex amicorũ testamentis consequutus, 2 Phil. Iudicia Senatus, Italiæ, gentium deniq; omniũ conseruatæ patriæ consecutus est, 2 de Leg. Vrbis conseruator & parens, 9 ad Att. Consul Remp. optimam Attici opinione constituerat, quæ esset in potestate optimorum, 3 de Legib. Ab Hortensio in augurum collegium cooptatus & inauguratus, Brut. Cur ad ciuile bellum profectus, 6 Famil. Cur armis Clodio non restiterit, post Reditum in Senat. Cicero magnam pecuniam Pompeio mutuam dedit, 11 ad Att. Gabinium receptum in gratiam, in iudicio capitis defendit, pro Rabirio Posth. Etiam non optimè de se meritos defendebat, rogatu aliorum, 7 Famil. Suam περὶ τελῶν οὐσίαν Bruto respondit, 13 ad Atticum. Custodem urbis, omnibus suis rebus ereptis ac perditis, uiolari ab impijs passus non est, eamq; ex sua domo in ipsius patris domum detulit, 2 de Legibus. Pro Titinia Cottæ dixit, Brut. Ab Aristotele dissensit, Orator. Cicero sibi egregium, & ad immortalitatem memoriæ gloriosum duxit, nemi nem in eum mercede ulla tribunum potuisse reperiri, nisi cui ne esse quidem licuisset tribuno, 3 de Legibus. A' Campanis in aurata statua donatus, in Pisonem. Cicero apud Tribunos pl. Sthenij Thermitani causam egit, 4 in Verrem. Domum de Crasso emit, 5 Famil. Domum ædificauit, 4 ad Attic. Fœneratores ex obsidione exemit, 5 Fam. Non ex rhetorum officinis, sed ex mediis Academiæ spacijs orator extitit, Or. Quanto cum plausu exceptus à populo, ad Brut. Cicero Aedilis trinos ludos fecit, pro Muren. Primus homo nouus Consul factus est, contra Rull. 66 b. Prætor primus magna populi uoluntate factus, Brutus. Multò minus in agendo, quàm in scribendo sortis, ad Brut. in Epist. Bruti. Augur fuit, 2 de Legibus. In Sicilia quæstor fuit, 1 in Ver. Cicero sõcium studiorum habebat Atticum, 7 Fam. Timidus habebatur à nonnullis, 6 Famil. Discipulos dicendi habuit Hircium et Dolabellam, 9 Fam. Cæsare dominãte quasi ludum habuit, 9 Fam. Villam habuit quæ Catuli fuerat, 4 ad At. Cicero impiger in scribendo, 2 Fam. In calamitatem incidit, quòd ijs credidisset, à quibus nefas putarat esse se decipi, 1 ad Qu. Frat. In Reipub. noctem incidit, Brut. Institutus à Philone, Antiocho, Diodoro, Posidonio, de Natura deor. 1. A' Cæsare inuitatus ut sibi esset legatus, 2 ad Att. Facilis à Cæsare iudicatus, 14 ad Att. Cicero lapsus in uerbo Inhibere, 13 ad Atticum. Legis ambitus lator, in Vat. & pro Muren. Legatus in Græciam proficiscitur, 14 ad Attic. Legatus Pompeio, 4 ad At. Cicero non multò minor quàm Lælius, 5 Fam. Cicero Prouinciam pro Reipub. salute neglexit, in Catil. & 11 Philippic. Triumphum neglexit, 15 Fam. A' Qu. Catulo patriæ parens nominatus, in Pison. & pro Sestio. Augur à Cn. Pompeio & Qu. Hortensio nominatus, 2 Phil. Cicero publicanorum ordinem uehementer obseruabat, 4 in Verrem. Cum primùm licitum est, Consulatum petijt & obtinuit, in Rullum. Cicero primus homo nouus Consul factus, contra Rullum. Cicero à M. Tullio Rege oriundus, de Cla. Or. Tusc. quæst. lib. 1. Equestri loco ortus, contra Rul. In Cn. Pompeij exercitu tyro bello sociali, 12 Philippic. Homo per se cognitus, in Catilina. Veritate, non ostentatione popularis, in Rull. Senatus comes, de Aruspic. respons. Initio dicendi gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nius commoueri solitus, pro Deiotar. & pro Cluent. Nonnunquam de scripto dicere solitus, pro Planc. Cicero omnium patronus,6 Fam. in Epist. A. Cecinnæ. Asiam totam cum summis rhetoribus peragrauit, Brut. Pompeij minus liberali responso perterritus, 3 ad Atticum. Philosophus, 9 Familiar. Sacerdotio amplissimo præditus,8 ad Attic. Prætor biennio antequàm Cos. in Rul. Prætor quæsiuit de pecunijs repetundis, pro Cl. In exilium proficiscens,triduo summa cum gloria dicebatur esse rediturus, 1 ad Quin. Frat. In Siciliam,in Verrem inquirendi causa,profectus, 2 in Ver. Quatuordecim annis antè prospexit tempestatem eam, qua euersa est Respub.10 ad Attic. De interitu Cæsaris scripturus putabatur, 12 Fam. Trebonij. Cicero qualis in gerendo consulatu,in Rull. Libros de officijs quando scripserit, 15 ad Att. In suis libris de finibus,quibus personis quem sermonem tribuat,13 ad At. Quicquid dicebat,facetum Trebonio uidebatur,15 Famil. Quo anno natus, Brut. Quo habitu corporis adolescens fuerit, Brut. Noster quo modestior est,eo me magis commouet,15 ad Attic. Quo tempore ad causas accesserit,Brut. Quo tempore floruit,Brut. Cicero,abiens consulatu,magna frequentia domum reductus,1 ad Attic. Claustra nobilitatis refregit,pro Mur. Post mortem Hortensij,orbæ eloquentiæ quasi tutor relictus, Brut. Ab inani laude & uulgi sermonibus remotus,15 Fam. Ter Prætor primus centurijs cunctis renunciatus,pro Lege Manil. M. Callidij lenitatem orationis reprehendit, Brut. A' Bruto reprehensus, quòd in honoribus decernendis esset nimius, ad Brut. Qua ratione restitutus,1 Fam. A' P. Lentulo Consule comitijs centuriatis in patriam reuocatus. post Redit. in Senat. Cicero ad Brutum de optimo genere dicendi scripsit,14 ad Atticum. De Consulatu suo librum scripsit,2 ad Attic. Quæ de optima Repub. sentiret, sex libris antè scripsit, quàm de legibus. Leges autem, de quibus ad eum, quem probauit, ciuitatis statum accommodauit,3 de Legib. Græcum commentarium de rebus suis scripsit,1 ad Attic. Marium scripsit,12 ad Atticum. Permultas orationes scripsit, Or. Plura scripsit, quàm quisquam ex Latinis,1 de Legib. Homines nihili, etiam sciens, familiaritate complecti solitus,1 ad Qu. F. Facetijs mirificè capi solitus,9 Fam. Maiorem partem nihil curare solitus,8 Famil. Omnia officio metiri solitus, 8 ad At. Etiam in stomacho ridere solitus,2 Famil. Miseratione admodum dolenter uti solitus, Orator. Quo sermone in quaq; re uti solitus,9 Fam. A' primo tempore ætatis iuri studuit, neq; unquam ita se ad dicendum dedit, ut ius ciuile cotemneret,1 de Legib. Cottam in causa Arretinorum apud Decemuiros superauit, pro Cecin. Cos. Perduellionis iudicium sustulit,pro C. Rab. Cicero se totum Philoni tradit, Brut. Lachrymis & tristitiæ se tradebat,5 Famil. in Epist. Luceij. Cicero doctus in forum uenit, Brut. Vindex coniurationis, 5 Fam. Periculo Reip. uitabat,pro Sest. Vtebatur familiarissimè Cæsare, 6 Fam. Viuus gloriola sua perfrui uult, 5 Fam. Ciceronis & Clodij altercatio in Senatu,1 ad Attic. Ciceronis anagnostes puer Sositheus, 1 ad Att. Ciceronis animum ex eius libris desiderabat Curius,7 Famil. Ex Ciceronis area expulsi fabri,4 ad At. Ciceronis astutia qua Amanenses oppressit,15 Fam. Ciceronis augurium de belli ci-

uilis magnitudine,8 ad At. Ciceronis aures auidæ & capaces, Or. Ciceronis perpetua de pace authoritas nihil ualuit, Brut. Ciceronis auus singulari uirtute in suo municipio, quod aut uixit restitit M. Cratidio, cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat, ferenti legem tabellariam, quæ quum res esset ad se delata, Scaurum Consul, Vtinam, inquit, M. Cicero isto animo atq; uirtute in summa Rep. nobiscum uersari, quàm in municipali maluisses,3 de Leg. Ciceronis bona quàm fœdè à Clodianis direpta, pro Do. sua. Ab Antonio nondum uictore cuidam Petisio Vrbinati donata,12 Philipp. Ciceronis casus funus Reipub. sed iustum & indictum, de Pro uinc. Cons. Ciceronis causa, quæ incidit in tribunitiam potestatem, nihil habuit contentionis cum tribunatuum enim plebs incitata rebus eius inuidit, sed uincula soluta sunt, & seruitio incitata, adiuncto terrore etiam militari,3 de Legib. Ciceronis cum Sulpitio comparatio, Brut. Ciceronis consilium de Pompeij & Cæsaris coniunctione,6 Fam. Ciceronis Consulatus acta, in Piso. Ciceronis Consulatus ad salutem Reipub. fatalis, in Catil. Ciceronis cura de Republica,9 Famil. Ciceronis Oratorij dialogi,4 ad At. Ciceronis dicta & ioci cuiusmodi,7 Fam. Ciceronis facetè dicta ad Cæsarem cũ reliquis actis perferebantur,9 Famil. Ciceronis natalis dies ad III. Non. Ian.7 ad Attic. Ciceronis diligentia,pro Quint. Ciceronis diligentia in explorandis Catilinæ consilijs, in Catilin. Ciceronis discessu polluta sunt religionum turamenta, perditorum ciuium scelere, uexati lares eius familiares, in eorum sedibus exædificatũ templum licentiæ, pro sus à delubris is qui ea seruarat,2 de Leg. Ciceronis domus in Palatino in Ceramico,4 ad At. Ciceronis domus in Palatio et in pulcherrimo urbis loco,pro Dom. sua. Prope per tium Catuli,pro Do. sua. Pecunia publica ex auctoritate Senatus ædificata, de Arusp. resp. Ciceronis epistolæ quando edi cœptæ,16 ad At. Ciceronis militaria facta ra,2 Fam. Ciceronis stomachi & oculorum fastidium, 2 Fa. Ciceronis festinatio. ut ad diẽ Verris iudicio adfet,4 in Ver. Ciceronis filius quando natus,1 ad At. Ciceronis filius Athenis operam dabat literis sub Crat ippo, 12 Fam. Trebonij. Ciceronis filius cum Bruto, ad Brut. Cicero F. Legionem à C. Antonio ad Brutum abducit, 10 Phil. Qu. Ciceronis filius quas literas ad Cæsarem misserit,10 ad At. Ciceronis filij errata,16 Fam. Ciceronis filij Ciceronis filij laus,12 Fam. Ciceronis filij literæ,14 ad At. Ciceronis filij uita, à Clodianis expetita, pro Do. sua. Ciceronis filia magno ingenio,1 ad Qu. F. Ciceronis præclarè gesta in Prouincia,6 ad At. Ciceronis cum P. Clodio inimicitiæ,14 ad Atti. Ciceronis insomnium, quum Asiæ prouinciæ præesset, de Diuinat. lib. 1. Ciceronis magistratu abeuntis iusiurandum,5 Familiar. Ciceronis laudatio Porciæ. item M. Varronis & Lollij Laudatio,13 ad Atticum. Ciceronis liber de luctu minuendo, 12 ad Attic. Ciceronis liber de optimo genere dicendi quando scriptus,12 Fam. Ciceronis arguti libri ad Varronem,13 ad Attic. Ciceronis libri de Officijs,16 ad At. Ciceronis libri de optimo statu ciuitatis et optimo ciue, uel de Rep. 3 ad Qu. Fr. Ciceronis tres de Oratore libri, 13 ad Att. Ciceronis libri de Repub. quando scripti, 2 ad Qu. F. 4. ad Atticum. Ciceronis tres libri de temporibus suis uersibus scripti,1 Fa. Ciceronis politici libri omnibus uigent,

bus uigent,8 Fam. Cælij. Ciceronis lippitudo, 2 ad Qu. Frat. Ciceronis maiores honoris popularis luce caruerunt, in Rul. Ciceronis maledicentia, ad Brut. Bruti. Ciceronis necessarij Dyrrachini, ad Brut. Bruti. Ciceronis opera libertas erat in ciuitate, 9 Famil. Ciceronis de Bruto & eius eruditione opinio, Orat. Ciceronis opinio de legationibus laudandi causa missis, 3 Familiar. Ciceronis oratio nitorem habet,13 ad Atticum. Ciceronis oratio pro Roscio, plena iuuenili redundantia. Or. Ciceronis orationes quo tempore scriptæ, pro Planc. Ciceronis orationes Consulares,2 ad Attic. Ciceronis pro Scauro & pro Plancio orationes, 3 ad Quintum Frat. Ciceronis orationum Aristarchus erat Atticus,1 ad At. Ciceronis organum Senatus, 11 Famil. Ciceronis ocium nunquam ociosum, pro Planc. Ciceronis pater quando discesserit,1 ad Attic. Ciceronis pater, quum esset infirma ualetudine, in uilla egit ætatem in literis,2 de Legib. Ciceronis peccatum in ornando Octauio, ad Brut. Bruti. Ciceronis quædam φιλολογώτερα,13 ad Atticum. Ciceronis prognostica,2 ad Atticum. Ciceronis profectio, 11 ad Attic. Ciceronis Consulis prouidentia, pro Syll. Ciceronis prudentia in C. Antonio moderando, pro Sest. Ciceronis Quæstura obscura, pro Planc. Ciceronis Quæstura Siciliensis, pro Planc. 13 Famil. Ciceronis ratio in orationibus Aeschinis & Demosthenis conuertendis, Orat. Ciceronis reditus ab exilio cuiusmodi, in Pison. 4. ad Attic. Ciceronis regnum, pro Syll. Ciceronis regnum forense,9 Famil. Ciceronis religio in magistratibus ineundis, 7 Verr. Ciceronis seruus anagnostes, 5 Famil. Vatinij. Ciceronis in rhetorica socij & condiscipuli, Brut. Ciceronis acerrimum in adolescentia studium, Brut. Ciceronis toga omnium armis felicior, 12 Fam. Cassij. Ciceronis Topica ubi & quando scripta, 7 Fam. Ciceronis uerbum lusit Cæsar,7 Familiar. Ciceronis uerborum fulmina, 9 Famil. In Ciceronis uilla cœnauit Cæsar,13 ad Atticum. Ciceronis uillæ, Cumanum, Pompeianum, Sinuessanum,12 Familiar. Ciceronis uoluntas & studium in Arpinates municipes suos,13 Fam. Ciceronis uox, fato publico extincta, Brutus. Ciceronis uox in domesticis periculis potissimùm occidit, 1 ad Quintum Fratr. Ciceroni, Gabinio & Pisoni Consulibus, non exercitus, sed duces defuerunt,1 Famil. Ciceroni & clarissimis uiris uisum, de quo serui et latrones scirent se aliquid dicerent, de hoc eodem cunctam Italiam quid sentiret, ostendere, 3 de Legibus. Ciceroni absenti quantus honos à Senatu habitus, pro Sestio. Ciceroni è Cilicia decedenti de Hortensij morte allatum est, Brut. Ciceroni à regibus multis allatæ literæ,9 Familiar. Ciceroni in afflicta eius fortuna, qui beneuoli fuerunt, post reditum in Senatu. Ciceroni amicissima breuitas, pro Quint. Ciceroni quæ causa in Asiam proficiscendi fuerit, Brut. Ciceroni M. Cato supplicationem decreuit,15 Famil. Ciceroni obiectum fuit, eum in nonnullos animaduertisse indicta causa,5 Famil. Ciceroni uni conseruatæ Reip. gratulatio decreta, in Cat. Ciceroni coniunctissimus Hortensius, Brut. Ciceroni meo togam puram dare uellem,9 ad Att. Ciceroni quæ tributa sit merces laborum & uigiliarum suarum,3 Fam. Ciceroni persuasum erant literæ,5 Fam. Ciceroni redeunti in patriam ut omnes gratulati sint,4 ad At. Ciceroni primo ex to-

gatis post urbem conditam supplicatio decreta in Catil. Ciceroni quantum tribuerit Hortensius, Br. Ciceroni à frequenti Senatu triumphus flagitatus,16 Fam. Ciceronem appellauit exulem Gabinius,3 ad Qu. Fr. Ciceronẽ Octauius patrẽ appellat, ad Br. in Ep. Bruti. Ciceronem ambitio ad honorũ studiũ duxit,1 ad At. Ciceronem impulit Matius, ut philosophica scriberet,11 Fam. in Ciceronem omnia omnium facetè dicta conferri solita, pro Plan. In Ciceronẽ exulem qui officiosi fuerint,1 ad Qu. F. C. Matij in Ciceronẽ officia,11 Fa. In Ciceronem perfidia Hortensij et Arrij, ad Qu. F. Ciceronẽ nostrum in uestrum collegiũ cooptari uolo, ad Br. Ciceronem qui ex Rep. expulerint,6 Fam. Ciceronẽ ad spem quandam immortalitatis rapit cõmemoratio posteritatis, 5 Fam. A' Cicerone conseruata Resp. 15 Fam. A' Cicerone satis scriptũ de optimo Reip. statu,1 de Legib. Nihil de Cicerone actum legibus, 3 de Leg. De Cicerone reuocandõ quæ decreta, post Red. in Sen. In Cicerone uis animi magna, Or. Cicerone nemo mitior, in Cat. Pro Cicerone Senatus, & hominũ præterea uiginti millia uestem mutarunt, post Red. ad Quiri. & pro Sest. Cicerone stante Remp. cadere posse nõ putarũt,6 Fa.18. Cicerones gloriæ auidissimi,1 ad At. Cicerones nostri interdũ mihi amandandi uidẽtur in Græciã, 7 ad At. Cicerones pueri amãt inter se, discũt, exercẽtur,6 ad At. Cicerones pueros Deiotarus filius secum in regnum duxit,5 ad At.

Ciconia, æ. auis nota. de Fin. 103 b.

Cicur, ris. animal mansuetum.)(. Ferus, immanis. de Nd. 45 b, Varia genera bestiarum, uel cicurum, uel ferarum. Tusc. 235 b, Bestiarum immanes alias, quasdam cicures. de Am. 111 d.

Cieo, es. moueo, agito. de Nat. 30 b, Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo. & 42 d, Naturam esse uim sine ratione cientem motus in corporibus necessarios. & 65 d, Natura illa sunt omnia cientis ut & agitantis motibus et mutationibus suis. de Fin. 84 b, Cui uiperino morsu uenæ uiscerum ueneno imbutæ tetros cruciatus cient. Tusc. 152 d, Sic ex corporis totius natura & figura uarios motus cieri. de Vniu. 199 d, Cuius orbis semper eodem modo ciebatur. Tusc. 159 b, Animatum est quod motu cietur interiore. de Di. 83 d, Absurdoq; sono fontes & stagna cietis.

Cilicia, æ. regio. I. V. 204.

Cilices, licum. ibidem. de D. 80 b.

Cilicienſis, se. Ep. 228 d.

Cilicenſis, se. Qu. F. 300 b, Cilicensis prætor.

Cilicium, cij. uestis è pilis caprarum contexta. In Ver. 95 b, Cum iste coria, cilicia, saccos imperaret.

Cimbri, populi. pro Pom. I. A. 223. Tusc. 185.

Cimbricus, ca. pro Arch. 189 b.

Cimmerij, orum. populi. Acad. 16 d, Et Cimmerijs quidem, quibus aspectum solis siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci quem incolebant situs, ignes tamen aderant, quo tum illis uti lumine licebat: isti autem quos tu probas, tantis offusis tenebris ne scintillam quidem ullam nobis ad aspiciendum reliquerunt.

Cincinnatus, a, um. Post. 206 b, Quo uultu cincinnatus ganeo patriæ preces repudiauit. et pro Se. 8 d, Cincinnatus cõsul. alias, Cirratus. de Fin. 66 b, Maiores nostri ab aratro adduxerunt cincinnatum illum ut dictator esset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cincinnus,ni.capillus ad ornatum intortus.de Orat.152 a, Atq; eo citius in oratoris aut in poetæ cincinnis aut fuco offenditur,quòd,&c.I. P. 84 b, Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cincinnatus.pro Sest.8 a.

Cincinnatæ.pro cometis,aut crimitis.de N.28 b.

Cingo . is. coerceo. pro Milone 101 b, Non enim corona consessus uester cinctus est,ut solebat.pro Fla.151 b,Regio quæ mari cincta est. de Na. 79 a, Diligentiusq; urbem religione,quàm ipsis mœnibus cingitis.Att. 66 b, In campo Martio septa marmorea sumus et tecta facturi, eaq; cingemus excelsa porticu . de Prou. 75 a , Asia nunc nouis prouincijs cingitur. pro Pomp . 9 b , Sicilia multis undiq; cincta periculis.in Verrem 229 a, Gorgonis os cinctum anguibus.

Cingulum,li.opp.Att.111.

Cingulus,li.zona.de Som.126 b,Cernis terram quasi quibusdam redimitam cingulis , è quibus duos maximè inter se diuersos uides,&c.

Cinis,is. pro Qu.8 a,Eum obsecrauit per fratris sui mortui cinerem.I.V.99 a, Cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inusisti? I.A.250 b, Sceleratum dedisse pœnas cineri atq; ossibus clarissimi uiri.ad Here.26 b, Nisi miserandum patriæ uiderint cinerem.

Cinna,æ.de Natur.76 a, Cur tot ciuitatis principes à Cinna interempti? Attic.106 a, Nec in cæde principum clementior hic erit quàm Cinna.

Circa,circum.Attic.60 b,Nostram ambulationem, & ea quæ circa sunt,uelim cum poteris,inuisas.Ep. 134 a,Ex literis tuis intellexi perspectum tibi esse animum meum circa curam ualetudinis tuæ. I. V. 192 a , Aiebat multa sibi opus esse,multa canibus suis, quos circa se haberet. contra Rul.64 b , Cum Rullus Capuam & urbes circa Capuam occuparit.

Circe,ces.maga.de Nat.69 a, Circe & Pasiphae è Perside Oceani filia natæ,patre Sole.de N.70 b,Solem Colchis Aeetam & Circen procreasse. Off. 23 a, Vlysses in illo errore diuturno mulieribus(si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiit.

Circeienses.pop.de N.69.

Circenses ludi.I.V.207.

Circeus,a,um. in Ver. 63 b , Sed repentè ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres.

Circei,orum.locus.At.191 b,242.

Circiter.ad,non multo secus,propè,ferè.Epist. 33 b, Circiter Idus Quintiles puto me ad Iconium fore.At. 25 a, Nos circiter Cal. in Formiano erimus. & 195 a , Pansa circiter calendas affuturus uidetur.I.A.175 a,Hora diei decima ferè ad Saxa rubra uenit.pro Clu.40 b,Cum annos ad XL.natus esses.

Circuitio,nis.circumscriptio,anfractus,periphrasis, ornamentum oratorium.de Diui. 116 b, Epicurus circuitione quadam Deos tollens rectè, non dubitat diuinationem tollere.ad Her.34 a, Circuitio est oratio rem simplicem assumptam circunscribens elocutione.de D. 134 b,Iam uerò quid opus est circuitione & anfractu ? ut sit utendum interpretibus somniorum, potius quàm directo? deus siquidem nobis consulebat,hoc facito , hoc ne feceris diceret,&c.

Circuitus,tus.conuersio,periodus,comprehensio & ambitus uerborum.de N.35 b, Circuitus solis orbium conuersionem conficiunt annuam.de So.127 a, Cum hi diuersi numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint.de Vn.210 a,Nox igitur & dies unũ circuitum orbis efficit.de Or.160 b,Modò ne circuitus uerborum sit aut brenior quàm aures expectent,aut longior quàm ut res atq; anima patiatur.Ora.204 a,Circuitus continuatioq; uerborum.Orat.217 a,Circuitus orationis , quam Græci περίοδον,nos tum ambitum,tum circuitum,tum comprehensionem,aut continuationem, aut circunscriptionẽ dicimus.de Or.161 b , Cum illi ueteres circuitum & quasi orbem uerborum conficere non possent,terna aut bina , aut nonnulli singula etiam uerba dicebant. de Or.160 b,Oratio conuersiones habeat absolutas.

Circulator,oris.circumforaneus homo , uulgaris , uagus, sordidus,quem Hor.Cyclicum dicit.Ep.164 b,Circulator quidam actionum notissimus.Pollionis.

Circulo,as.de Clar.182 b,Oscitans iudex,loquens cum altero, nonnunquam etiam circulans. id est , caput modò huc,modò illuc,quasi in circulum agens.

Circulus,li.orbis,forma plana in orbem acta,gyrus, rotundus ambitus,corona hominum colloquentium.de N. 35 a,Duæ formæ præstantes sunt : ex solidis globus (sic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis circulus.sed orbis , qui κύκλος Græcè dicitur. de Som. 128 a , Stellæ circulos suos orbesq; conficiunt celeritate mirabili. & ibid.Orbis lacteus & circulus lacteus.de Orat.98 a, Si quemcunq; patremfamiliâs arripuissetis ex aliquo circulo,eadem nobis respondisset.Att.33, Sermo in circulis duntaxat,et in conuiuijs est liberior quàm fuit.Qu. Fr. 324 a , Cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. de Fin.138 a,Quosdam uidemus cum nõ habeant ingenuis ex doctrina oblectationes,circulos aliquos aut semicirculos consectari.

Circum,circa.In Verr.143 a, Is prætorem circum omnia fora sectabatur. At. 130 b , Si Cæsar circum ista loca commorabitur.de Opt.243 b , Templa quæ circum fora sunt.Ac.31 a,Nitetas censet terram circum axem summa celeritate cõuertere. At. 144 a,Ii qui circũ eum sunt omnia postulantes.de N.12 a, Versari circum axem cœli.At.129 b,Ea copia,quam Capuæ & circũ Capuam comparastis.& 123 b, Volo circũ uillulas nostras errare.cõtra Rul.64 b,Vrbes,quæ circũ Capuam sunt. pro Qu.4.a,Tum Næuius pueros circum amicos diuisit.

Circuncirca. Epistol. 50 a , Cæpi regiones circumcirca prospicere.Sulpicij.

Circuncurso,as.Ep.95 b.

Circumeo,is.circuo,eo circum, circumdo. Epistol.121 a, Furius & Lentulus unà nobiscum circumierunt. At.329 a,Antonij consilia narrabat,illum circumire ueteranos. I.A.250 a, Qui se totius belli fructibus circumiri quàm illum progredi maluit.

Circumligo,as.implico,complico.de Diuinat. 122 a, De Roscio potest illud quidem esse falsum,ut circumligatus fuerit angui.

Circumlitus,ta.unctus,& inductus. Tusc. 171 b, Terra circumlitus.

Circumluuio,onis.de Orat. 96 a , Alluuionum & circumluuionum iura.

Circumpedes , ferui. In Verrem 95 a , Circumpedes hominis formosi, & literati.I.A' pedibus,& Pes.

Circumplector,eris.circumplico.I.A.248 a, Qui domini patrimonium complexus quasi thesaurum draco, agri Lucani possessiones occupauit.de Vni.199 a, Eoq; motu undiq; est eos circumplexus.

Circumplico, as. circumplector. de D. 121 a, Si anguis uectem circumplicasset. et ibi.Si anguis uectem circumuectus fuisset. de Di.90 b, Bellua uasta & immanis circumplicata serpentibus. & 97 a,Puer circumplicatus serpentis amplexu.

Circumpotatio,nis.cùm pocula de manu in manum tradantur, & in circuitum rediant.de Legib. 182 a, Hæc præterea sunt in legib. de unctura,quæ seruilis unctura tollitur,omnisq; circumpotatio.

Circumretio,tis.implico, impedio, inuoluo.I.V.266 b, Cùm te implicatum seueritate iudicum,circumretitum frequentia populi Romani esse uideam.

Circumrodo,dis.arrodo.Attic.57 b,Dudum circumrodo,quod deuorandum est.

Circumuallo,as.obsideo,circumuenio,munio.Att.14.8 a,Mihi epistola affertur à Lepta , circumuallatum esse Pompeium.

Circumuectio,nis.de Vn.200 a,Solis circumuectio,etc. & At.32 a, Portorium circumuectionis.

Circumuectus,ctus. de Natur.39 a, Aether qui tenero terram circumuectu amplectitur.

Circumueho,his. circumduco, circumporto.de D. 121 a, Si anguis domi uectem circumuectus fuisset. & ibid. Anguis uectem circumplicasset.

Circumuenio,nis.decipio.Ep.59 a,Nunc uideo illũ circumuentum, me desertum.de Cl. 188 b, Circumuenior, inquit,iudices nisi subuenitis. pro Qu.17 b,Acerbũ est ab aliquo circumueniri.Anteq.194 a,Subitò ipsi simili periculo circumuenti,etc.I.V.203 a,Tua te Messana circumuenit.Tusc.159 b, Aliquis iudicio iniquorũ circumuentus.de Cl.168 b,Quia quasi committeret contra legem,quo quis iudicio circumueniretur.pro Cluen.19 b, Innocentem pecunia circumuẽtum esse.pro Cl. 13 b,Aliquẽ iudicio oppressum et circumuẽtũ esse innocẽtẽ.Of. 43 b,Subuenire alicui , qui potentis alicuius opibus circumueniri urgeriq; uideatur.pro Qu. R. 49 a,Quem per arbitrum circumuenire non posses.

Circuncido,dis.amputo,reseco,demo,aufero. de Orat. 90 b,Licet hinc quaniũ cuiq; uidebitur, circuncidat atque amputet.Acad.33 a,Testatur sæpe Chrysippus treis solas esse sententias quæ defendi possint de finibus bonorum,circuncidit & amputat multitudinẽ.de Fin.134 a, Ars agricolarum quæ circũcidat,amputet,erigat,extollat,adminiculetur.& 58 a,Amputata circunciságq; inanitate omni & errore.

Circuncirca.ab omni parte, undiq;.Ep.59 a,Cæpi regiones circuncirca prospicere. Sulpitij.I.V.225 a, Locus omni aditu circunciſus atq; diremptus.

Circuncludo, dis. I.C.98 b,Mea diligentia circunclusus commouere te cõtra rempub.non potuisti.et 107 a, Si Catilina meis consilijs circunclusus pertimuerit.

Circundatus,a,um.de Som. 129 b, Terra quasi quibusdam redimita & circundata circulis.

Circundo,as. cingo.sepio, uallo,stipo,circunsepio,circunfundo,uestio, circumuecho, circumplico, circũligo, circunijcio.de Or.108 b, Tu autẽ exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circũdedisti.pro. Qu.6 a, Si extra hos cãcellos egredi conabor,quos mihi ipse circundedi.pro Fl.152 b,Regio,quæ insulis circundata esset.de D.136 a,Inuenit auri aliquantum,idq; circundatum argento.I. C.111 a,Tectis omnibus subiectos propè iam ignes circũdatosq; restinximus.I.C. 119 b,Cæsar illis horribiles custodias circũdat.I.P.99 b,Milites ignes circũdederũt. I.P. 90 a, Omnes ad eam domum profecti sunt,cædere ianuam saxis,ligna & sarmenta circundare.& 92 b,Obsessum te dicis,ignẽ allatum,sarmenta circundata.Tusc.239 b,Cum fossam latam cubiculari lecto circundedisset. Ep. 245 b, Oppidum uallo et fossa circundedi.de Vn.168 b,Deus animum uestiuit corpore & circundedit extrinsecus. & ibid.a,Deus totam figuram mundi omni leuitate circundedit.

Circunduco,cis.I.A.179 b,Vt uexillum uideres,et aratrum circunduceres.

Circunfero,fers.circungesto.I.V.129 b,Quæso codicem circunfer,ostende.pro Cor.57 a, Cum ipsius tabulæ circunferentur,inspiciundi nominis causa.de Orat.159 b, Sol circunfertur ut accedat ad brumale signum , &c.

Circunflo,as.I.V.169 a,Circunflari ab omnibus uentis.

Circunfluo, is. abundo. I.V. 149 b, Circunfluere & abũdare omnibus rebus.pro Mur.136 a, Circunfluẽte colonorum Aretinorum exercitu.de Am. 196 a,et Parad. 116 b, Circunfluens omnibus copijs.At.36 a,Ille noster amicus semper in laude uersatus,circunfluens gloria.

Circunforaneus,a,um.qui circum fòrum spaciatur uenditans aliquid.pro Clu.25 b, Clodius pharmacopola circũforaneus,qui properaret,cui fòra multa restarẽt.Att. 23 a,Tusculanum & Pompeianũ ualde me delectãt,nisi quòd me ære non Corinthio, sed hoc circunforaneo oberuerunt.de D. 108 a, Astrologi de circo, uicani aruspices.l. Circulator.

Circunfundo,dis.de Nat.29 b, Terram crassissimus circunfundit aer.de Som. 129 b, Terra circũfusa illo mari, quod Oceanum appellatur.de Vn. 198 a,Neq; erãt aræ circunfusa extrema mundi.pro Mil. 115 a,Pompeius in illis publicorum præsidiorum copijs circunfusus sedet. Acad.30 b,Latent omnia crassis circunfusa tenebris.& 12 b, Circunfusus luce.

Circunijcio,cis.de Vn.199 b,Sic animus à medio profectus,extremitatem cœli à suprema regione rotũdo ambitu circunieciit.

Circungesto,as.circunfero.Qu. Fr. 300 b,Eam epistolam T. Catienus circungestat.

Circunscribo, bis. definio, determino , concludo, constituo.pro Rab. 96 b, Exiguum nobis uitæ curriculũ natura circunscripsit,immensum gloria.pro Arch.191 a, Si quibus regionib. uitæ spacium circunscriptũ est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas.I.V.206 b,Ille se fluuio Rubicone CC.Mi.circunscriptũ esse patiatur? I.A.218 a,Virgula stantem circunscripsit,dixitq; ut responderet,&c.priusquàm ex illa circunscriptione excederet. Oct. 330 a , Cur immemor beneficij sui sceleratè circũscribis senatũ? Para.119 a,Exilium terribile est illis,quibus circunscriptus est habitandi locus.de Fi. 129 b,In hunc orbẽ,quem circũscripsimus,incidere nõ possunt.pro Sest.23 a,Sed genus uniuersum breui circũscri

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi ac definiri potest. de Or. 91 d, Orator nullis terminis circunscribit aut definit ius suum. At. 107 b, Aut addita causa, si fortè Trib. pleb. S.C. circũscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit. de Or. 89 b, Quasi certarũ rerum forẽsibus cancellis circũscripta scientia. & 114 b, Sed ita ut sit circunscripta modicis regionibus. & 216 b, Antè enim circunscribitur mente sententia, consestimq; uerba concurrunt. Pro circunducere, & plurib. declarare. ad Her. Circuitio est oratio, rem simplicem assumptã, circunscribens elocutione. pro reijcere & excludere. I. V. 138 b, Itaq; uno genere opinor circunscribere habetis in animo genus hoc oratorum, quòd eos infenso animo uenisse dicatis, quia fuerit in decumis iste uehemẽtior. I. V. 84 b, Quamobrem hoc omni tẽpore Syllano ex accusatione circunscripto, legationem eius præclarã cognoscite. de Finib. 96 b, Circunscriptis igitur ijs sententijs, quas posui, relinquitur, &c. I. A. 250 a, Parata de circunscribendo adolescente sententia consularis. pro Mil. 119 a, Senatus credo prætorem eum circunscripsisset. et ibi. An consules in prætore coercendo sortes fuissent? Pro circunuenire, decipere. pro Quint. Ros. 49 a, Dic nunc te ab Roscio HS. L III circunscriptum esse. Acad. 12 b, Alterum est, quod fallacibus et captiosis interrogationibus circunscripti ac decepti quidam, cum eas dissoluere non possunt, desciscunt à ueritate.

Circunscriptè, definitè, paucis, breuiter. de Nat. 55 b, Singulæ res definimus, circunscripteq; complectimur. In Orat. Circunscriptè numeroseq; dicere. Ibid. Circunscriptè disserere.

Circunscriptio, onis. definitio, circuitio. de Na. 6 a, Aeternitas, quam nulla tẽporis circunscriptio metiebatur. de Cl. 167 b, Natura ipsa circunscriptione quadam uerborum comprehendit concluditq; sententiam. Pro fraude & deceptione. pro Clu. 26 b, Cum omnis ab his fraus omnes insidiæ circũscriptionesq; adolescentiũ nascebãtur. Off. 64 a, Circũscriptio adolescẽtiũ lege Plectoria erat uindicata. pro Fl. 161 a, Aperta circunscriptio. Or. 212 a, Circunscriptio etiã periodũ significat. l. Periodus.

Circunscriptor, oris. In Cat. 205 b, Quis testamentorum subiector? qui circunscriptor inueniri potest? qui se, &c.

Circunscriptus, a, um. de Orat. 200 d, Arguti certiq; et circunscripti uerborum ambitus. ad Herenn. lib. 4, Demus operã Quirites, ne omnino Patres Conscripti circunscripti putentur. Si fortè Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut Senatuscõsulto circũscriptus aut sublatus, aut expulsus sit, etc. At. li. 7. Assumamus quoq; eam partem, sed ita ut sit circunscripta modicis regionibus, 2 de Orat. Quasi certarum rerum forensibus cancellis circunscripta scientia, 1 de Orat. Spacium uitæ circunscriptum, pro Arch. Quãobrem omni tempore Syllano ex accusatione circũscripto legationem eius præclaram cognoscite, 3 Ver. Fallacibus & captiosis interrogationibus circunscripti atq; decepti quidam, &c. 4 Acad. Circunscriptis igitur his sententijs, quas posui, & his quæ similes earum sunt, 3 de Finibus. Id est, sublatis, inductis, obliteratis.

Circunseco, cas. circuncido. pro Clu. 55 b, Serrula, qua illud potuit circunsecari.

Circunsedeo, es. circunsideo. At. 242 a, Circunsedemur copijs omnibus. I. A. 206 a, Cum Antonius Brutum oppugnet, Mutinam circunsedeat. et 213 a, Qui Mutinam circunsedent. pro Deiot. 148 a, Cæsarem in castello circunsederi. ad Herenn. 31 b, Circunsederiab hostib. Att. 225 b, Cum ab eo Catilius circunsederetur. I. A. 194 a, Senatum ab Ithyreis circunsederi. Attic. 156 a, Qui filios miserunt ad Cn. Pompeium circunsedendum. Epistol. 112 a, Ipsum apud Bellouacos circunsederi interclusum ab reliquo exercitu. In Antonium 199 b, Ne coloniam circunsedeat.

Circunsepio, pis. circundo. Oct. 320 a, Cohortib. armatis circunseptis Senatus. de Ar. 254 b, Vos ijsdem ignibus circunsepti.

Circunsessio, onis. obsessio. In Verr. act. 3, Circũsessionis causam & culpam in alios transferre.

Circunsessus, a, um. I. C. 118 b, Horum hominum lachrymæ à quibus me circunsessum uidetis. I. A. 244 a, Semel circunsessus lectis ualentissimorum hominum utribus cecidi sciens, &c. Oct. 330 b, Consul ab Antonio circunsessus.

Circunsideo, des. circunsedeo, obsideo. Att. 148 b, Populi Rom. exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossæ eius uallo septum tenet. In Antonium 199 a, Antonius circũsedit Mutinam. de In. 17 a, Quidam imperator ab hostibus circunsidebatur. In Verr. 93 a, Populus qui te circunsedit.

Circunsisto, circundo. In Verr. 264 b, Lictores circumsistunt ualentissimi.

Circunsono, as. Off. 53 a, Conducere arbitror talibus ut res tuas undiq; circunsonare.

Circunspectio, onis. accurata consideratio. Acad. 10 a, Sin ex circunspectione aliqua & accurata consideratione quod uisum sit, id se dicens sequi, tamen exitum non habebunt.

Circunspecto, as. circunspicio. de Nat. 51 a, Bestiæ ingustu circũspectant, in cubilibus delitescunt. ad Her. 39 b, Iste aspectu rabido circunspectans huc & illuc. I. P. 102 a, Circunspectat omnia, quicquid increpuerit, pertimescit, diffidit rebus suis. Tusc. 163 b, Dubitans, circunspectans, hæsitans.

Circunspectus, ctus. In A. 244 b, Facilis est circunspectu unde exeã, quò progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistram sit.

Circunspicio, cis. omnia oculis collustro, accuratè considero. Epist. 70 a, Circunspice omnia membra reipsius, quæ notissima sunt tibi, etc. de Natur. 54 b, Oculi aluũt mum locum obtinentes plurima circunspiciunt. de Or. 136 b, 123 b, Ille autem suspicit, nec circunspicit. de Or. 136 b, Multa in causis circũspicienda sunt, ne quid offendas, ne quò irruas. pro Qu. 18 a, Omnia circunspexi, omnia perriculatus sum, &c. contra Rul. 64 a, Vt circunspicimus omnia, quæ populo grata sunt, nihil tam populare quàm pacem reperiemus. pro Syl. 180 a, Circunspicite paulisper mentibus uestris hosce ipsos homines, quos, &c. contra Rul. 74 b, & 75 a, Atq; illud circunspicite uestris mentibus, &c. Epistol. 12 a, Circunspectis rebus omnibus rationibusq; subductis summam feci, &c. Ora. 204 a, Quid deceat, circunspicietur. Parad. 121 b, Nunquam homo amentissime te circũspicies? nunquam quid agas cõsiderabis? l. C. 118 b, Quare P. C. incumbite ad salutem

ad salutẽ reip. circumspicite omnes procellæ, quæ, etc. Of. 12 b, Hæc igitur circunspiciẽda sunt in omni offic. etc. Qu. Fr. 291 b, Sed est circunspiciendum diligenter, ut in hac custodia prouinciæ omnes ministros imperij tui reip. quæstare uideare. de Orat. Conuerte animum, & ea ipsa artiũ genere circunspice. pro Qu. R. 45 b, Vsq; adeone te diligis? & magnificè circũspicis? ut, etc.

Circunsto, as. circundo, circumsisto. I. A. 228 b, Noctes & dies omnia nos undiq; fata circunstãt. I. V. 75 a, Circũstant te summæ auctoritates, quæ te obluisci laudis domesticæ non sinant. I. C. 191 b, Cæteri ciues qui circunstant senatum. At. 11 a, Credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse quæ consurrectio iudicum facta sit, ut me circunsteterint, ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. I. C. 103 b, Desinant insidiari domi suæ consuli, circunstare tribunal prætoris urbani, obsidere cum gladijs curiam. Acad. 22 b, Cœruleæ in cinctæ igni incendunt, circunstant cũ ardentibus tædis. ad Her. 41 a, Si à rebus consequentibus, aut circunstãtibus non recedemus.

Circunuestio, stis. de Orat. 157 b, Quando quidem iste circunuestit dictis, sepit sedulò: id est, occultat ne id quod agitur, possit intelligi.

Circueo, is. circumeo. pro Ce. 303 a, Cecinna cum circuiret prædia, uenit in istum fundum. Ep. 162 a, Cum equites nostrum cornu circuire uellent. & ibid. b, Milites ab equitatu circuibantur. At. 236 a, Sed tamen Antonij consilia narrabat, illum circuire ueteranos, ut acta Cæsaris sancirent.

Circus, ci. in quo populus ludos spectans considebat, circulus. de Le. 177 b. Ludi publici sunt cauea circoq; diuisi. pro Mur. 141 a, Vt locus in circo & in foro daretur amicis & tribulibus. & ibi. b, Qui in circo totas tabernas tribulium causa comportarunt. I. A. 181 a, Nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorũ fuisse? At. 8 b, & Postq. 207 b, Res agebatur in circo Flaminio. de D. 92 a, Serius per circum cum uirgis cædere tur, furcam ferens ductus est. In Arat. Candens circus: id est, lacteus circulus.

Cis. citra. Epistol. 37 b, Diœceses quæ cis Taurum sunt. At lib. 7, Quoad hostis cis Euphratem fuit.

Cisalpinus, na. pro Pom. 10, Cisalpina Gallia.

Cisium, sij. genus uehiculi, quo quis citissimè uehatur. pro Sex. R. 21 b, Hic decem horis nocturnis, sex & quinquaginta millia passuum cisijs peruolauit.

Cista, æ. fiscina, canistrum, arca. In Verr. 192 b, Quaternos HS. quos mihi Senatus decreuit, et ex ærario dedit, ego babebo, & in cistam transferam ex fisco. ad Her. 4 b, Pontes disturbat, cistas deijcit.

Cistella, læ. ad Her. 4 b.

Cistophorus, ri. Asiatici nummi genus. Attic. 170 b, Ego in cistophoro in Asia habeo ad HS. bis & uicies. et 26 b, & 32 a, pro Do. 223 b, Vt si in Asia cistophorum flagitaret, &c.

Citarini pop. qui apud Plinium Citarij. I. V. 170 a.

Citerior, us. propinquior. de Le. 184 b, Atque ut ad citeriora & notiora nobis ueniam, omnes gentes, &c. Ep. 24 b, Solicitus equidẽ eram de reb. urbanis, ita tumultuose cõciones quinquatrijs afferebãtur: nam citeriora nõdum audiebamus. Tusc. 242 a, Hæc ille intuens, &c. quan tarursus animi tranquillitate humana et citeriora considerat? de Pro. 76 b, Gallia citerior.)(. Gallia ulterior.

Citeris, dis. famosa mulier. Ep. 142 a.

Citerius, id est M. Antonius à Citeride amica. Attic. 248.

Cithara, æ. lyra. ad Her. 39 a, Citharam tenens exornatissimam, auro & ebore distinctam.

Citharista, æ. qui cithara tantum pulsat, non canit. I. V. 86 b, Aspẽdius citharista. I. A. 197 b, Saltatores, citharistæ, &c. de D. 113 b, a.

Citharœdus, di. qui cithara pulsat & canit. Tusc. 250 b, At uocem citharœdi non audiũt, ne stridorem quidem ferræ, tum cùm acuitur. pro Mu. 130 b, Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt. de Or. 138 b, Tãquam citharœdi prooemium affictum, non sit orationis exordium.

Citieus, a. Tusc. 235 a.

Citieas, atis. de Finib. 118 b, Postea tuus ille Pœnulus (scis enim Citieatas clientes tuos à Phœnicia esse profectos) Hæc est uera eius loci lectio.

Citimus siue Citumus, a, um. proximus, superl.)(. Vltimus. de Som. 128 a, Luna ultima cœlo, citima terris. & de Vn. 199 a, Hanc autem citimam à media linea direxit ad læuam. de Rep. li. 1. Teste Nonio, Quare si placet deduc orationem tuam de cœlo ad hæc citima.

Citius, potius, ocyus. Off. 12 b, Vt uicinum citius, adiueris, quàm fratrem, &c. de Or. 99 a, Citius Herculè is qui duorum scalmorum nauiculã in portu euerterit, in Euxino ponto Argonautarum nauem gubernabit. I. A. 165 a, Citius dixerim iactasse se aliquos, &c. quàm uè quisquã cælare uellet. At. 28 a, Orbis hic inrep. est cõuersus, citius omnino quàm potuit, id culpa Catonis. Tusc. 227 a, Citiusq; repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. de Cl. 186 b, Eam citius ueteratam quàm oratoriam diceres. I. V. 213 a, Vox me citius defecerit quàm nomina. Ep. 41 a, & 61 b, Ego autem citius cum eo ueterem coniunctionẽ diremissem, quàm nouam conciliassem.

Citò, celeriter, maturè, quamprimum sine mora, breui tẽpore, quàm mox.)(. Tardè. Epistol. 127 b, Puto citò me ad te esse uenturum. At. 52 b, Ego te, ut scribis, citò uidebo. Ep. 164 a, Si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, citò firmus eris. At. 54 b, Orationem tibi, etiã si nõ desideras, mittã citò. de Cl. 189 a, Sed neq; uerbis aptiorem citò alium dixerim. & ibid. Quem tu non tam citò rhetorem dixisses, quàm politicon. de Or. 156 a, Qui nõ citò quid discit nunquam omnino posse perdiscere. Itẽ, Hæc res uidetur habitura celerem satietatem id est, citò satietatem afferet. I. Satietas.

Cito, as. in ius uoco, a desse iubeo, diem alicui dico, laudo. pro Cl. 27 b, Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut re semel atq; iterum præiudicata condemnatus in iudicium uenerit. In Verr. 128 b, Citat reum, non respondet: citat accusatorem, &c. In Verr. 61 a, Quo die citato reo mihi dicendum est. pro Mil. 111 b, Tota deniq; rea citaretur Heturia. In Verr. 79 b, Quo die primum iudices citati consedistis. et 116 b, Iudices citari iubet. & 80 a, Testium tanto numero citato. & 138 a, Primum igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo. de Finibus 77 b, Cùm datis testibus, alij tamen citarentur. pro Qu. 6 b, In hac re te, inquam, testem Naui citabo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui citabo, pro Do. 230 a, Ego qui nunquam fum à Trib. pl. citatus. pro Sest. 10 b, Cum equester ordo reus à cõsulibus citaretur. Anteq. 103 a, Non citatur reus audaciæ, uirtutis reus citatur. Of. 14 d, Citeturq; Salamis clarissimæ testis victoriæ. Post. 211 a, Nominatimq; alij citabãtur, alij relegabantur. pro Dom. 222 b, Qui neq; adesse sit iussus, neq; citatus. et 225 b, Nõ citatus affui. In Vat. 35 b, Edixit Mũmius prætor ex ea lege, ut adesset tricesimo die: qui cum uenisset, etc. pro Rab. 97 a, Omnes hi abs te capitis C. Rabirij nomine citãtur: id est, accusantur. pro Fl. 153 a, Citat præco maxima uoce legatos Aemonenses. de N. 20 a, Tu ipse paulò antè cum tanquam senatum philosophorũ citares, summos uiros desipere dicebas. de Fin. 68 a, Omnes Dani aut Nycenenses Attica pubes, reliquiq; Græci, qui hoc Anapæsto citãtur. pro Fl. 163 b, Tu illo absente autore laudato tantum te crimen probaturum putasti: id est, citato.

Citra, cis. Epist. 257 b, Is locus est citrà Leucadem stadia CXX. At. 356 a, Erat tum Brutus cum suis nauibus apud Heletem fretum citra Veliam. I.A. 206 b, Vt exercitum citra flumen Rubiconem educeret. Or. 202 d, Vocis sonus non est à postrema syllaba citra tertiam.

Citreus, a, um. ut mensa citrea. I.V. 208 a.

Cito. l. Vltro citroq;.

Citrus, a, um. celer, maturus. de Orat. 163 d, Vox cita, tardà, acuta, grauis. pro Dom. 226 a, Videbam celerem mihi reditum fore. Qu.F. 209 d, Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam.

Ciuaro, onis. oppidum. Ep. 158.

Ciuicus, a, um. pro Pl. 274 b, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, ut coronam dent ciuicam, & se ab aliquo seruatos esse fateantur. et I.P. 80 b, Corona ciuica.

Ciuilis, le. pro Font. 279 b, Crassus ex ciuilibus studijs absq; obtrectatione domestica Marcello inimicus. de Off. 30 a, Aliquid cõtra morẽ consuetudinemq; ciuilẽ facere. At. 110 d, Ciuile bellum, quod ex ciuium dissensiõe oritur. cõtra Rul. 84 d, Domestica externaq; bella. pro Cec. 299 d, Ciuilis ac publica lex. In Verr. 57 b, Ciuilis actio & priuatum ius. de Or. 101 d, Ius ciuile. et I. A. 210 b, Pax ciuilis. de Inuent. 1, Ciuilis ratio multis & magnis ex rebus constat: id est, politia. pro Deiot. Ciuilis victoria. pro Mil. Ciuile odium. Ep. lib. 13, Ciuilis sanguinis odio. de N. lib. 2, Quasi ciuili conciliatione & societate inter se coniunctos. Ep. lib. 11, At pro ciuili parte debeo Remp. uelle saluam. Matij. Att. 14, A' ciuilibus castris abhorrere. L. Politicus.

Ciuiliter, ex iure ciuili. Off. 8 b, Vt cum ciuiliter contendimus.

Ciuis, uis. municeps, popularis, liber. Ciuis amantissimus Reipub. pro Flac. Vir quietus & ciuis bonus, 10 ad Att. Cæsaris. Grauis & fortis ciuis, & in Repub. principatu dignus, bella ciuilia fugiet atq; oderit, tradetq; se totum Reip. neq; opes aut potentiam consectabitur: totamq; eam sic tuebitur, ut omnibus consulat. Off. 1. In ciue excelso atq; homine nobili, blanditiã, ostẽtationem, ambitionem eam esse leuitatis, de Rep. lib. 4, teste Nonio. Ciuis improbus. Tusc. q. lib. 4. Perditus ciuis, 2 in Catil. At. li. 7, Eques Rom. ex hac urbe, ciuis huius Reip. pro R.P. 129 b, Ciuis Romanus sum, 10 Fam. Pollionis. Ciuis seditiosus & inutilis. Offic. 2. Romana ciuis, pro

Corn. Bal. Ciuis boni summa ratio & æquitas est, communia ciuium defendere, non diuellere, atq; omnes æquitate eadem contimere. Offic. 2. De ciuis capite nisi per maximum comitiatum, ollosq;, quos censores in populi partib. locassent, ne ferunto, 3 de Legib. Quid ciuibono magis cõuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersijs, 10 ad Attic. Cæsaris. Nihil cui aut serò, aut exigue à patria tributum potest uideri, 10 Famil. Planci. Cum se non popularem alicuius loci ciuem, sed totius mundi ac hæc ciuitas denicq;, cũ is q profugit, receptus est in exilium: hoc est, in alia ciuitatẽ. de Le. 170 a, Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Roman. pro Ar. 186 b, Data est ciuitas Syllani lege et Carbonis, si qui fœderatis ciuitatib. ascripti fuissent. si tum cùm lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & si LX diebus apud prætorem essent professi. et ibi. Heraclea, quæ esset ciuitas æquisti mo iure. pro Do. 228 b, Nemo ciuis Ro. aut ciuitatẽ, aut libertatem potest amittere, nisi ipse autor sit factus. & 229 a, Nemo ciuitatẽ populi iussu unquam amittet inuitus. pro Cor. 59 b, Seruos bene de rep. meritos persæpe libertate: id est, ciuitate publicè donari uidimus. et 55 b, Is seruatus eã ciuitatẽ, genus suũ ementitus, irrepsisse in censum dicitur. et 61 a, Defendo nullam esse ex omni regno terrarum, ex qua nobis interdictum sit, ut ne adsciscere ciuẽ, aut ciuitate donare possimus. et ibid. Ne quis inuitus ciuitate mutetur, ne'ue in ciuitate maneat inuitus. pro Ar. 190 a, Ergo illũ maiores nostri in ciuitatẽ receperunt. de Leg. 170 a, Cato in ciuitatem Romanã suscepius est. & ibid. Patria est & illa in qua nati, et illa qua excepti sumus. de Cla. 171 b, Donare aliquem ciuitate. de Or. 100 a, Amittere ciuitatem. pro Cor. 67 b, Per dere ciuitatem. Dicare se in aliquam ciuitatem. l. Dico, as. pro Arc. 187 b, Largiri ciuitatem alicui. & ibid. Impartiri ciuitatem cuipiam. pro Ce. 303 b, De iure ciuitatis & libertatis, deq; amittenda et ciuitate & libertate. & 304 a, & b. & pro Dom. 228 b.

Cius, a. d Cio, uel Ceo insula. de Orat. 141 b. & 154 b. de Cla. 167 a.

Clades, dis. conflictus & calamitas. de Nat. 27 b, Quiri sus classe deuicta, magnam pop. Rom. cladem attulit. At. 118 b, Ignorare mihi uideris, hæc quãta sit clades. de Cla. 196 b, Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.

Clàm, furtim, obscurè, ex occulto, occultè, cuniculis, in occulto stare. (. Palàm. Att. 238 a, Ibi bene ualentem uidi Pyliam, quinetiã paulò clàm ijs eã uidi, uenerat enim sunus. in Sal. 274 b, Timens ne facinora eius clàm uos essent. Tusc. 194 a, Qui propter auaritiã clàm depositũ non reddit, quod iniustitiæ. Ep. 2 b, Vt in reb. ab intimis Põpeij clàm exulceratis, deinde palàm à cõsularib. exagitatis, ita uersamur. pro S. R. 22 a, Multa palàm domũ suã auferebat, plura clàm de medio remouebat. pro Ce. 302 b, Nec ui, nec clàm, nec precariò possidere. Or. 219 a, Clandestinis consilijs oppugnare aliquem.

Clamator, oris. de Orat. 150 a, Clamatores odiosi ac molesti. de Cl. 181 a, Vt intelligi posit quem existimẽ clamatorem, quem oratorem fuisse.

Clamatorius. Qu.F. lib. 2. Clamatorium genus.

Clamito, as. pro Quint. Rosc. 48 a, Supercilia illa delere malitiam, & clamitare calliditatem uidentur: id est, præ se ferre. de Diuin. 335 a, Quidam caricas Cau-

ciuitas incolit. pro Mur. 135 b, Homines in suis ciuitatib. & municipijs gratiosi. pro Syl. 172 a, Etenim in qua ciuitate res tãtas gesserim, memini et in qua urbe intelligo. de Or. 92 a, Instituere ciuitates, scribere leges. pro Fl. 161 b, An honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæ. pro Cor. 60 a, Duarũ ciuitatũ ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. pro Cec. 304 b, Cũ ex nostro iure duarũ ciuitatũ nemo esse possit, tũ amittitur

no adulectas uendens, Cauneas clamitabat.

Clamo, as. uociferor, clamorem edo, persono, clamorem facio, uoce contendo, clamorẽ profundo. pro Mu. 143 a, Ego quod facio, me omniũ uestrum causa facere clamo atq; testor. de Fin. 78 a, Tũ ipsum clamat uirtus beatiorem fuisse quàm Thoriũ. I.V. 215 a, Rex deos hominesq; cõtestans clamare cœpit, &c. At. 97 a, Sed clamaui tamen, admiratusq; sum, quòd, etc. pro Do. 231 a, Dico igitur & quàm possum maxima uoce dico. I.V. 239 a, Cum, ut dico, hoc de pecunia clamaret, in uincula cõiectus est. pro Lig. 138 a, Quantum potero uoce cõtendam, ut hoc pop. Rom. exaudiat. pro Clu. 24 a, Cum & de suo & de uxoris interitu clamaret. de Fin. 61 a, Clamat Epicurus non posse, etc. pro Qu. 5 a, Clamabat porrò Quintius, se nolle, &c.

Clamor, oris. uociferatio. de Orat. 97 a, Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiũt. de D. 119 a, Bubulcus clamorem maiorem cum admiratiõe edidit. At. 10 b, Clamor, cõcursus fit. pro Fl. 149 a, Psephismata non sententijs neq; autoritatibus declarata, nec iureiurando astricta, sed porrigenda manu profundendoq; clamore multitudinis concitata. de Or. 164 a, Acutissimus clamor.

Clamosus, a, um. ad Her. 20 b, Continuatio est orationis enunciandæ acceleratio clamosa.

Clandestinus, a, um. occultus. Ora. 219 a, Cur clãdestinis consilijs nos oppugnãs? pro Syl. 173 a, Exercitus perditorum ciuium clandestino scelere cõflatus. de Sen. 85 a, Cum hostibus clandestina colloquia.

Clangor, oris. tubarum cantus, et aquilæ, aliarum item auium uox. de Diuin. 121 b, Nona super tremulo genitrix clangore uocabat. Tusc. 180 a, Iouis satelles, etc. clangorem fundit uastum.

Clarè, clara uoce, explicatè, enodatè, manifestè, planè, apertè, dilucidè, luculenter. At. 35 a, Cum apertè loquantur, & iam clarè gemant.

Clarius. aduer. Epistol. 123 a, Quò propius ea contentio accedit, eò clarius id periculum apparet.

Clareo, es. eniteo. Offic. 17 b, Ergo postq; magisq; uiri nunc gloria claret. ex En. & de Sen. 79 a, In Arat. Nõ potuit nobis nota clarere figura. & in eodem opere: Si mili quia forma claret.

Clarisonus, a, um. clarè sonans, c. norus. In Arat. Hunc è clarisonis auris aquilonis ad Astrum, &c.

Claritas, tis. splendor, amplitudo, splendor nominis, altitudo fortunæ & gloriæ. Off. 14 b, Horum sententia ad claritatem amplitudinemq; aptior est. de D. 122 a, Miror deos immortales Histrioni futuro claritatẽ ostendisse, nullam ostendisse Africano. Ep. 228 b, Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. Acad. 42 b, Claritas in uoce.

Clarius, ria. à Claro insula & urbe, unde fuit Antimachus poeta, ut Ouid testatur, & Cic de Clar. Quod dixisse Antimachum Clarium poetam ferunt. sic enim legendum est, non clarum.

Claro, as. illustro, patefacio, ostendo. de D. 84 b, Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna. poetæ.

Clarus, a, um. planus, apertus, perspicuus, expressus, dilucidus, explicatus, illustris, euidens, peruulgatus, nõ obscurus, in promptu, qui tanquã in clarissima luce uersatur,

tur,nobilis,insignis,de Som.127 a,Ostendebat aut Carthaginē de excelso & pleno stellarum,illustri & claro quodam loco.pro Cl.45 b,Clara uoce,ut omnes audire possint,dicere aliquid.pro Ce.289 a,Clara uoce imperare aliquid alicui.I.V.190 b, Clara res est toto orbe celeberrima atque notissima. pro S.R.46 b,Ego quæ clara sunt consuetudine,diutius dicere non debeo.de D.110 a, Plurimis nostris exemplis usus es.et ijs quidem claris et illustrib. pro R. P.126 a,Demetrius ex doctrina nobis & clarus.de Or.122 b,Vir gloria clarus,autoritate grauis.Am.115 b,Virtutē alicuius posteris fore clarā et insignē.de Sen.81 b, Clarus & honoratus uir.pro R.P.129 b,Clarus & præpotens uir.de Or.101 b, Amplissimus et clarissimus uir.Att.263 b,Clarissimus uir,id est,Cæsar. de Or.122 b,& 123 a,Tres nobilissimi et clarissimi philosophi.Tusc.lib.1. Claræ mortes pro patria oppetitæ. In Arato,Stellæ lumine claræ.

Classicula,æ. Attic.252 a, Cassius cum classicula sua uenerat.

Classis. naues, nauium multitudo. In Verr.262 b, Naues quibus præfuerat, Cleomeni tradidit,classi populi Romani Cleomenem præesse iubet.pro Fl.152 b,Hac classe M. Crassus ab Eno in Asiam, his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit.pro Pom.5 a,Quin maximas ædificasset ornasseq; classes.Or.211 a,Duellius,qui Pœnos classe deuicit. I. A. 221 b,Vt eum classes habere prohiberet.

Classis,ordo ciuium & distributio.pro modo census & dignitatis. pro Flac. 149 a, Tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, &c. I. A.176 a, Prima classis uocatur,renunciatur,deinde ut assolet, suffragia. Acad.32 a,Cleanthes qui quasi maiorū est gentiū Stoicus.de Leg. 285 a, Pecunia ciuitatis ordines partiunto. Acad.10 b, Qui mihi cum illo collocati quintæ classis uidentur.

Classidium,dij.opp. Tusc.219 b.

Claterna,næ.urbs.pro Mil.215. Ep.185.

Claua,æ.teli genus. In Verr. 222 a, Qui primò cum obsistere ac defendere conarentur, male mulctati clauis ac fustib. repelluntur.de Sen.89 a,Habeant igitur alij sibi clauam & pilam.

Claudicatio,onis.de Natur.17 b,In quo stante atq; uesti to apparet claudicatio non deformis. & de Orat. 132 a.

Claudico, as. uacillo, altero pede nuto, non rectè incedo.de Or. 131 b, Spurius Caruilius grauiter claudicans ex uulnere ob remp.accepto.et ibi.Nū claudicat?at hic clodicat.de Or.161 a, Sic uulgus,si quid in oratiōe claudicat,sentit.de N. 22 b,Nec uos exitum reperietis,resq; tota uacillat ac claudicat.de Cl.184 a,In quacūq; enim una planè claudicaret,orator esse non posset.Or.213 b, Quid est cur claudicare aut insistere orationē malint? non cum sententia pariter excurrere.Off. 24 a,Vt constare in uitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in ullo officio claudicare.de Cl.185 a, Actio paulū cùm uitio uocis, tū etiam ineptijs claudicabat.de Fin. 63 a, Qui uerentur ne si amicitiam propter nostrā uoluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare uideatur.Tusc.232 b,Item beatam uitam etiamsi ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum.

Claudo,dis.obstruo,oppilo,obtruo, intercludo.pro Fl. 159 a,Cum L. Flacco portas tota Asia claudebat, Capadocem autem illum recipiebat. pro Dom. 224 a, Cum edictis tuis tabernas claudi iubeas. I. A.157 b,Forum sepietur, omnes claudentur aditus. Epist. 57 b, Ea in ipsius consuetudinem,quam adhuc meus pudor mihi clausit, me insinuabo. Off. 44 a,Nec ita claudenda ejus res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit. de Nat. 54 b,Palpebræ aptissimæ factæ,& ad claudendas pupillas,ne quid incideret, & ad aperiendas. Att. 151 a, Cæsar claudere mihi uidetur maritimos exitus.Ep.187 a,Tuas res ignoramus,tanquam clausa sit Asia. & Tusc. 239 b,Claudere fores cubiculi.Or.219 b,Claudere sententias numeris.Qu.F.312 a, Adhuc clausum mare scio fuisse.Or.216 b,Comprehensio orationis clausa & terminata esse debet.

Claudus,di.altero pede læsus. de Nat.17 b,Claudum igitur habebimus deum: id est, Vulcanum. I.P.94 b,Iste claudus,quomodo aiunt,pilam tenere.

Clauiculus,li.uel clauicula,læ.capreolus,seu pampinus in uite. de Nat. 50 a, Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt.de Sen. 88 a, Vitis clauiculis suis quasi manibus,quicquid est nacta,cōplectitur.

Clauis,uis.pro Dom.218 a,Scilicet tu Sex. Clodio omnes horreorum claues lege tua tradidisti.

Claustrum,stri. quo aliquid clauditur, ualuæ, fores, loca clausa.I.V.253 a, Claustra urbis hostibus non cōmittenda sunt.I. V. 211 b, Effringi multorum fores, reuelli claustra.contra Rul.64 b,Horreum belli sub signo & claustris positum.& 83 b,Corinthus erat posita in angustijs Græciæ,sic ut terra claustra locorum teneret, & duo maria pene contingeret.pro Mur. 127 b, Cùm ego claustra ista nobilitatis refregissem.pro Fl.152 a,Omnes urbes maritimas claustris imperij nostri contineri.

Clausula, æ. extrema cuiusq; rei pars clausula dicipotest, præsertimq; membri in oratione,& uersus,uerborum conclusio,exitus.At.92 b,Clausula est difficilis in tradēda prouincia,sed hæc deus aliquis gubernabit.Ep. 19 b, Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est,utar ea clausula, qua soleo,teq; ad studium summæ laudis cohortabor.I. V. 154 b,Clausula edicti.I. A.257 a, Veniamus aliquando ad clausulam,legatos uenire nō credo.de Or.131 a,Addidisti clausulam,tota Taracina,&c.de Orat.218 a,Pedem in clausula non solùm extremum pedem,sed etiam proximum superiorem.sæpe tertium etiam intelligere debemus.de Orat.159 b, Clausulas et interpuncta uerborum animæ intercluſio & angustiæ spiritus attulerunt.de Orat.219 a, Clausulæ in orationibus interpūctæ.Orat.218 a,Clausula numerosè et iucundè cadens. pro Cel.51 b,Nimirum ego est etiam exitus non fabulæ,in quo cùm clausula nouenitur, fugit aliquis è manibus.de Cla.167 b,Verborum quasi structura et quædam ad numerum conclusio nulla erat. & ibid. Sententia aptis constricta uerbis ea dit plerunq; numerosè. & ibidem:Spiritu quasi necessitate aliqua uerborum comprehensio terminatur.

Clausus, a, um. reconditus, sub signo & claustris positus.)(.patens,apertus,promptus, expositus.pro Quinc. 17 b, Quintius fatetur se non ornare magnificè communium,non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ,patentem atq; adeò expositam cupiditati & uoluptatibus.in Ver.161 a, Nemo dubitat,quin eò sit occlusus,quòd habere clausa non potuerit sua cōsilia.de Ver. & 234 b, Nullius domus clausa contra tuam cupiditatem potest esse.& 209 b, Statuerunt se nihil tam clausum,neq; tam reconditum posse habere,quod non istius cupiditati apertissimum,promptissimumq; esset.Qu.Fr. 312 a,Atq; adhuc clausum mare scio fuisse.

Clauus,ui. gubernaculum nauis, cuneolus. de Sen. 80 b, Ille autem clauum tenens sedet in puppi quietus, etc.pro Qu.74, Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reip.tractare.I.V.246 b,Beneficium (ut dicitur) trabali clauo figere.

Clazomenę,arum.urbs,et Anaxagoræ patria,Tusc.171.

Clazomenius,ia.de Or.155 b.

Cleanthes,this.Acad. 32 a, Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus,Zenonis auditor, solem domari & rerum potiri putat.

Clemens,tis.lenis,mitis,mansuetus, misericors, humanus,liberalis.de Fi.66 b,Et si satis clemens sum in disputando,tamen interdum soleo subirasci.At.274 a, Si clementes esse uoluerimus, nunquam deerunt bella ciuilia. & 106 a, Nec in cæde principum clementior hic erit quàm Sylla.pro S.R. 32 b, Clemens ab innocentia. pro Plan.265 b,Clemens & misericors iudex.Of.27 b,Clemens castigatio.

Clementer,mansuetè.)(.Dissolutè.I.V.239 a,Quod est factum clementer, dissolutè factum criminari. Anteq. 197 a,Clementer audire.

Clementia,æ.lenitas,benignitas, animi lenitas, humanitas,misericordia,moderatio animaduertendi, placabilitas,mansuetudo,bonitas.de In.82 b, Clementia est,per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.At.157 b, Cæsarem non uoluntate, aut natura non fuisse crudelem, sed quòd putaret popularem esse clementiam.& 236 b,Clementiam Cæsari malo fuisse,qua si usus non fuisset,nihil ei tale accidere potuisset. In Antonium 182 b, Cæsar aduersarios clementiæ specie deuinxerat.Quint.Frat.294 b, Omnia plena clementiæ,mansuetudinis,humanitatis.Parad. 236 b,& Att.234 b,Clementia,lenitas, moderatiō animaduertendi.

Clepo,pis. est furari & surripere, à κλέπτω.de Legib. 174 a,Sacrum sacro'ue commendatum qui clepserit,ra puerilq;, patricida esto.de Nat. 73 b, Agnum Thyestes clepere ausus est.Tusc.179 b,Ignem Prometheus clepsit dolo,de Repub. lib. 4, Spartæ rapere pueri & clepere discunt.

Clepsydra,dræ. uas è quo aqua paulatim effluens horas distinguebat.horologium.de Orat.155 a, Non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat.

Cliens,tis. qui in fide alicuius est, & patronum habet. pro S.R.54 b, Manlius Glaucia tuus cliens & familiaris.I. A.180 b,Quos clientes nemo habere uelit,non modò esse illorum cliens.

Clientela,æ.clientum multitudo.Attic.227 a,Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam iudicem.I. A. 208 a, Ianus Medius in L. Antonij clientela sit. I. V. 221 a, Conabaris clientelam tam illustrem,tam splendidæ prouinciæ ad te traducere.Ep.227, Quare si te fautore usus erit,amplissimè clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit.I.C.123 b,Pro hospitijs clientelisq; prouincialibus.pro S.R.24 a,Esse in fide & clientela alicuius.& 36 a,Conferre se in fidem & clientelam alicuius.

Clinatus,a,um. inclinatus. in Ar. à Cic. ter usurpatum.

Clitellæ,larum.ephippia quæ mulis imponuntur,ad melius ferendas sarcinas.apud Quintil.97 a,Ego quia Albanas habeo columnas,clitellis eas apportaui.Att.76 a, Clitellæ boui sunt impositæ, non est nostrum onus, sed feremus.prouerbium, significans impar esse sibi impositum onus.

Clitellarius mulus.Top.223 b,id est,onerarius.

Cliternini.L.Colei.

Cliuus,ui.collis. Attic. 22 b, Cliuus Capitolinus. & pro Rab.97 a,& Posth.206 b.

Cloaca, æ. locus cauus per quem sordes publicæ eluuntur.pro Cec.291 b,Prætor qui de fossis,& de cloacis interdicit.& pro Sest.20 a,pro Plan.279 b,Arcem facere ex cloaca. Prouerbiū: id est,rem abiectissimam ornare.

Cludo, dis. claudo. de Nat. 46 a, Mare terram litoribus cludit.

Clypeus,pei.scutum.de Di.100 b,Clypeos Lanuuij à maioribus esse derosos.de Fin.85 a, Epaminundas quæsiuit, saluus ne esset clypeus,cum saluum esse,&c.

Coaceruatio,onis. Part. 241 a, Frequentatione argumentorum,et coaceruatione uniuersa,motus animorum incitare.

Coaceruo,as.cumulo,cogo,congero.Part.233 a, Singula per se exigua sunt,mutuum tamen cùm sunt coaceruata proficiunt.contra Rul.80 b, Pecuniæ coguntur & coaceruantur.pro S.R.40 b, Tantum quantum coacervariuna in domo potuit.contra Rul.63 a, Videtis constitutam & coaceruatam pecuniam.I.V.212 a, Et ne fortè hominem existimetis hanc tantam uim emblematum fine causa coaceruare uoluisse,uidete,&c.

Coacesco,scis.acidum fieri.de Senect.91 a,Vt non omne uinum,sic non omnis ætas uetustate coacescit.

Coactio,onis.conspiratio.de Arusp.257 a, Veruntamen nocturnis uigilijs & coactione hominum iustitium illud conceptum ac meditatum est.

Coactor,oris.qui pecuniam cogit & recipit, officij nomine.pro R.P.317 b,Non intelligo hoc quale sit,utrum accessionem decumæ ut nostri coactores facere solent, centesima,an decessionem de summa fecerit.pro Cluent. Ne multa per quiritur à coactoribus.i.ab ijs qui auctioni præsunt.

Coactus,a,um.expressus.pro Dom. 251 b, Nunquam de me,nisi coactus ac necessariò dico.de Diuin.123 b,Ergo hoc auspicium diuini quicquā habere potest? quod tam sit coactum & expressum.

Coactus,ctus.impulsus. Attic.287 a, Quoniam efflagitas,coactu tuo scribam.I. V. 251 a, Coactu atq; efflagitatu meo.

Coædificari. Att.218 a,Campum Martium coædificari.

Coædificatus,a,um. Part. 233 b, Loci coædificati.)(. Loci uasti.

Coæquo,as.In Verrem 168 a, Sic ad libidines tuas omnia coæquasti.

Coæuus,a,um. æqualis, cum aliquo ætate coniunctus.

In Vat.35 b, Nunquam puer aut adolescēs inter coæuos fueras.aliàs cocos,& melius.

Coagitatio,onis.agitatio.de Nat.54 a, Anima coalescit primùm ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonū.

Coagmentatio,onis.de Vniu.197 b, Omnis coagmentatio corporis,uel calore,uel frigore,uel aliqua impulsione uehementi labefactatur.de Nat.49 b, Copulatio rerum & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ.& 6 a,Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis.

Coagmentatus,a,um.compactus,compositus.l.Coagmento.Tus.163 a,Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil concretum,nihil copulatum,nihil coagmentatum, nihil duplex.

Coagmento,as.compono, coniungo, construo. de Sen. 92 a,Opus ipsa suum,eadem quæ coagmentauit,natura dissoluit.I.A.212 a,Docebo ne coagmentari quidē posse pacem.Or.204 a,Verba enim uerbis quasi coagmentare negligat.de Cl.170 a,Verba compone et quasi coagmenta.de Or.158 b,Collocationis est cōponere & struere uerba,sic ut ne asper eorum concursus, neue hiulcus sit,sed quodam modo coagmentatus et leuis.de Fin. 105 b,Quid enim aut in natura,qua nihil est aptius,nihil descriptius:aut in operibus manufactis,tam compositum, tamq; compactum, & coagmentatum inueniri potest?

Coamicus.de A.114 b,Hodie me ante omneis coamicos stultos senes uersaris atq; luseris lautißimè. Poetæ.

Coangusto,as. coarcto. de L. 190 b, Hæc lex dilatata in eundem ordinem coangustari etiam potest.

Coarcto,as.cōstipo,coangusto.)(.Dilato,explico.de Or. 98 a,Perfice ut Crassus hæc quæ coarctauit, & perangustè referßit, in oratiōe sua dilatet nobis atq; explicet.

Coarguo,is.indico,redarguo. Epist. 38 b, Non nostram perfidiam is coarguit,sed indicat suam.pro Mur.126 a, Fuga laboris inertiam coarguit & defidiam.pro Fl.150 a, Satis ne uobis coarguere his autoribus dissolutā Græcorum consuetudinem uideor? Anteq.195 a,Quorum cognita improbitas me tacēte coarguitur turpitudine uitæ.At.178 a,Sed opinor quiescamus,nec nostrā culpam coarguamus.contra Rul.64 a, Hæc à me suspicionibus & coniecturis coarguuntur.pro Cl.25 b,Oppianicus digito legata deleuerat,ne lituris coargui posset.pro Lig. 139 b,Refellere & coarguere mendacium alicuius. pro Syl.170 a, Illum multorum literæ et nuncij coargueruṅt. & 175 b,In eum locum te deducis,ut antequàm me commutati indicij coarguas, te summæ negligentiæ tuo iudicio conuictum esse fatearis.pro Mil.180 b,Hunc autem hæc eadem coarguunt.ad Her.7 b, Coarguere rem aliquam certioribus argumentis.I.A.165 b,Coarguere aliquem.i signo aliquo ostendere illum aliquid fecisse.I.V. 224 b,Criminibus enim cōuincitur, haud suspicionibus in iudicium uocatur.& ibid. Omnibus in rebus coargui tur à me,cōuincitur à testibus, urgetur confeßione sua. pro S.R.31 a,Iam intelliges certum crimen quàm multis suspicionibus coarguatur.de In.79 b,Aut alijs constitutionibus factum coarguetur.I.V.267 a, Coarguere aliquem auaritiæ. Acad. 41 b, Philo errorem eorum, qui ita putarunt,coarguit.

Coauctio,nis.auctio.in Verr.191 a,Hoc crimen est, &c. ex coauctione annonæ atq; æstimationis.

Cobiamachus,chi.uicus inter Tolosam & Narbonem. pro Font.278 a.

Cochlea,æ.Græcè κόχλος.de Diu.136 a,Vt si quis medicus ægroto imperet,ut sumat terrigenam, (herbigeradam alij) domiportam sanguine cassam, potius quam hominum more cochleam diceret.ad Her.39 b,Iste tanquam cochlea abscondens & retentans sese tacitus,quo sit tutus,comeditur cum domo sua,& auferetur.

Cocles,tis.luscus,qui altero captus est oculo. de Horatio Cocle.de Leg.171 a.

Coctus,a,um.maturus.de Senect. 92 a, Poma matura & cocta.)(.cruda. Att.222 a, Bene coctus & conditus semo bonus.

Cocus,ci.uel coquus, qui cibos parat & condit. Ep.139 a,& 262 a,In ea cœna cocus meus præter ius fertiens nihil potuit imitari.pro S.R.41 b, Mitto coquos,pistores, lecticarios,&c.I.P.94 a.l. Cœuus.

Cocytus,ti.fluuius apud inferos. de Nat. 68 a, Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, &c.Tusc.150 a,Cocyti fremitus.

Codex,cis.liber,tabulæ,tabulæ accepti & expensi, & in quo publica acta scribebantur. pro Quint.Rosc. 44 b, Quomodo HS. CCCLIII. in codice accepti & expensi non sunt:& ibi.Prō dij immortales,esse ne quenquam tanta audacia præditum? qui quod nomen referre in tabulas timeat,id petere audeat? quod in codicem iniuratus referre noluit,id iurare in litem non dubitet? & ibid. Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersarijs patere contendit. & 46 a, Vtrùm cætera nomina in codicem accepti & expensi digesta habes? pro Cl.36 b,C.Verres subsortitionem eius in eo codice non habebat, qui tum interlitus proferebatur.& In Vat.29 b, Codicis tui literas contemplare.I.V.156 b,& 106 b,Causam in me codicem obsignassem. pro Syl.173 b, Referre in codicem.I. V. 108 a, Proferre falsum codicem.& 95 a,Codicis extrema cera.t.tabularum.& 100 b,L. Piso multos codices impleuit earum rerum in quibus intercessit.

Codicilli,orum.literæ,tabellæ,libelli.Epistol.56 a, Pauci mihi obuiam uenit cū codicillis,in quib. erat scriptum, Marcellum,&c. Quint.Fr.313 a, Epistolam hanc contuicio efflagitarunt codicilli tui.Ep.141 b,Accubuerunt hora nona cum ad te harum exemplū in codicillis exaraui.I.A.219 b,Hic hesterno die sententiolas nostras in codicillis & omnia uerba referebat.At.59 b, Qui non minus longas iam in codicillorum fastis futuras Consulum paginulas habeat,quàm factorum.

Codrus,dri.de Nat.61 a.

Cœlator,oris.in Verr.212 a, Artifices omnes cœlatores & uasculatios conuocat.& 214 a,Mittit rogatum statuas ea quæ pulcherrima apud illum uiderat, ait se sibi cœlatoribus uelle ostendere.

Cœlatus,a,um.insculptus.ut argentum & aurum cœlatum. Tusc.240 a,& Or.220 a.

Cœlebs,bis.qui uxorem non habet.de Leg.185 b, Cœlibes esse prohibento.

Cœlestis,ste.diuinus,diuus,cœlites.Orat.207 b, Cùm ea à cœlestibus rebus refert ad humanas.de Di.127 b, Vtrum cœlestem aliquid ad eos,qui in terra gignūtur,pertinere. Brut.

91 b,Res à te gesta est memorabilis & pēne cœlestis.Acad.31 a, Cogitantesq; supera atq; cœlestia hæc nostra,ut exigua & minima contemnimus.I. A. 200 a, Tum illæ cœlestes diuinæq; legiones.de Som.128 b,Orbis cœlestis eximus,qui,&c.Off.56 b, Hercules,quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit.I.A.193 a, Quid est quod de uoluntate cœlestium dubitare poßimus?de L.160 b, Agnationem nobis esse cum cœlestibus. & 173 a, Diuos, & eos qui cœlestes semper habiti,colunto.

Cœliculum,li.de Ar.251 a.

Cœlimontana porta.I.P.91 a.

Cœlites,tum.de Som.126 b, Gratias,inquit,tibi ago summe sol,uobisq; reliquis Cœlites,quòd,etc.de Diu.130 a, Ego deūm genus esse semper dixi,et dicam,cœlitum. ex Ennio.Tusc.223 a,Neq; ira cœlitum inuectum malum.

Cœlius,mons Romæ.Off.65 a.

Cœlo,as.insculpo.de Diu.97 a, Atq; hanc speciem Praxiteles cœlauit argēto.I.V.134 b, Qui nō tam cœli quàm cœlati argenti rationem ducit. obserua elegantem anominationem.& 223 a,Galeæ æneæ cœlatæ opere Corinthio.de In.77 a,Vasa magnificè & preciosè cœlata.

Cœlum,li. altißimum domicilium, aeris regio, aer ipse, & spiritus circumfusus.lege Spiritus.Epistol.143 a,Ille uerò te putabat quæsiturum num unum cœlum esset,an innumerabilia?de Orat.159 b,Hic status est huius totius mundi atq; naturæ,cœlum ut rotundum, terraq; ut media sit.Tusc.157 a, Cœlum hoc in quo urbes, imbres, uentiq; coguntur, quod & humilem et caliginosum est propter exhalationes terræ. de Diuinat.127 b, Inde ad ipsum extremum & ultimum mundi est. de Som. 129 a, Summus ille cœli stelliferi cursus.de Diuin.100 a, Cum cœlum discessisse uisum est,atq; in eo animaduersi gloßi.& ibidem b,Cœlum discessisse.de D.80 b,Cœlum ex omni parte patens atq; apertum intueri. de Som. 128 b, Stellæ errantes, quæ uersantur retrò contrario motu, atq; cœlum.de Diuinat.89 a, Quanquam multa manus ad cœli cœrula templa Tendebam lachrymans. pro Rab. 93 a,Quem non modò fòro, sed cœlo hoc ac spiritu cereliqueleges carere uoluerunt. I. C. 100 a, Potest ne tibi huius uitæ hæc lux,Catilina, aut huius spiritus cœli esse iucundus? de D.107 b, Cuius cœli aspiratio grauis ac pestilens est.& 99 b,Apud Hetruscos propter aeris crassitudinem de cœlo multa fiunt.contra Rul.82 a, Vecligal cœlo ac loco calamitosum.de Fat.141 a, Cœlū crassum.)(.cœlum tenue. de Nat. 28 b, Cœli temperatio. i. aeris.I.V.240 b,Natura loci ac cœli Syracusarum. Or. 206 b,& pro S.R.30 a, Ducere animam de cœlo. Att. 285 b,Cœli grauitas.& ibi.a,Grauitas loci.de Diuin. 83 b,Summanus de cœlo ictus.de Orat.99 b,L. Fusius cuiusq; particulæ cœli officeretur,immutata lumina putabat pro Pom.11 b, Pompeium omnes sicut aliquē non ex hac urbe missum,sed de cœlo lapsum intuentur.Qu. Fr.291 a,E' cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum.Attic. 91 b, Salaminij nos in cœlum decretis suis sustulerunt.In Antonium 192 b,Cæsar in cœlum fertur.At.28 b,Si uerò ea quæ de me pacta sunt, non seruantur,in cœlo sum.& 35 a,Bibulus hominum admiratione ac beneuolentia in cœlo est.et 34 a,I.A.180 b, Collegam de cœlo detraxisti.Att.31 b,& pro Dom.221 a,Seruare

de cœlo.At.56 b, Milo proscripsit se per omnes dies comitiales de cœlo seruaturum.In Vat.32 a, Quod eo die scires de cœlo esse seruatum. de Natur. 53 b, Epicurus dum palato quid sit optimum iudicat,cœli palatum (ut ait Ennius) non suspexit. Attic. 22 b, Attingere cœlum digito.

Cœlus,li.pater Saturni.de Nat. 38 a, Vetus opinio, exectum esse Cœlū à filio Saturno. & 68 a, Aether & dies parentes Cœli.& 70.& 71.ibidem.

Coemo,mis.coemptionem facio,emo.I.V.231 a,Non modò non uendebant,sed etiam coemebant.Epi. 254 b,& 105 b,Sylla omnia bona coemit.

Coemptio,onis. pro Murena 130 a, Horum ingenio scenes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.& ibidem:Putarunt omnes mulieres,quæ coemptionem facerent,Caias uocari. pro Fl. 162 a,In manu, inquit,cōuenerat,sed quæro,ususne coemptionē de Orat. 105 b,Mulieris, quæ coemptione fecerit,causam defendere. pro Flac. Coemptionem in manum conuenire.

Coemptionalis,le.qui frequens est in emptionibus.Ep. 108 b, Si inter series coemptionalis uænale proscripserit,&c.Curij.

Cœna,æ. Quint. Frat. 321 a, Venit ad nos Cicero tuus ad cœnam, cùm Pomponia fòris cœnaret. pro Cæl. 41 b, Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent, uxores suas redeuntes à cœna,attrectatas esse à Cælio.pro S.R.35 a, Non illum redeuntem à cœna uidetis? In Verr. 86 a, Quid ego istius prandia & cœnas commemorem? pro S.R.28 a,Puerum uocauit,credo cui cœnam imperaret. pro Deiot.147 b,Cùm te uomere post cœnam uelle dixisses.Epist. 136 b,Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant:quod erit magnificum,sit et lautum. At.94 a,Vocare aliquem ad cœnam.Ep. 139 a,& I. V. 211 a,Dare cœnam alicui.

Cœnaculum,li. triclinium, conclaue. contra Rul. 85 b, Roma cœnaculis sublata atq; suspensa.

Cœnito,as.Ep. 102 b,Ego si fòris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuissem.& lib.9,Non desino apud istos qui nunc dominantur, cœnitare.Eodē li. Puto enim te audiuisse, illos apud me declamitare, me apud illos cœnitare.

Cœno,as.de In.63 b,Qui cum in quandam cauponam diuertissent,simul cœnare & in eodem loco somnum capere uoluerunt, cœnati discubuerunt. ibidem. de D. 92 b, Qui ut cœnati quiescerent, uisum esse ei, qui, &c. Item: Cœnantibus nobis, & noctu quidem Statius à te epistolam breuem tulit. Atti.221 b, Cum Cæsar secundis Saturnalibus ad Philippum uesperi uenisset, uilla ita completa militibus est,ut uix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset,uacaret. Ep.3 b,& At.250 a,Ego eo die casu apud Pompeium cœnabam. Qu. Frat. 290 a, Apud Pompeium in eius nuptijs eram cœnaturus. pro Deiot.247 a, At eōdem te cum cœnauisses, rediturum dixeras.In Vat.35 a, Quis unquam in funere familiari cœnauit cum toga pulla?de Orat.131 b, Manus laua, inquit,& cœna. Quint.Fr.221 a, Cœnare fòris.

Cœnula,æ.Epist. 141 b, Vereor ne obliuiscare cœnulas. & Tusc.246,Hesterna cœnula.

Cœnum,ni.lutum. pro Dom. 222 a,O' cœnum, ô portentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentum. Tusculan. 220 b, Stoici dicunt omnes stultos insanire, ut malè olere omne cœnum. pro Sest. 7 a, Habeo quem opponam labi illi atq; cœno. Attic. 36 a, Pompeius cblitus cœno.

Coeo, is. coniungor, congregor, coitionem facio, conflo, conuenio, congredior. ad Attic. 15 b, Cæsar cum eo coire cogitat, & Bibulus cum hoc se putat posse coniungi. In Antonium 165 a, Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam dimisses. Postquam. 207 b, Cum hoc coire ausus es? pro Quint. 14 a, & pro S.R. 21 b, Coire societatem voluntariam cum aliquo. de Natu. 50 b, Pinna cum squilla societatem coit comparandi cibi. pro S.R. 34 b, Coire societatem præmij uel sceleris cum aliquo. pro S.R. 32 b, Coire societatem cum aliquo de aliqua re. Conflare societatem. l. Societas. Attic. 103 a, Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræum. pro Do. 222 b, Collegia mediusfidius Tribunorum plebis tota reperiêtur, etc. quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis. pro Cluent. 48 b, Dixi Habito statim de eo, qui coisset, quo quis condemnaretur, illum esse liberum. pro Cl. 49 a, Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit, &c.

Cœpi, sti. instituo, suscipio, incipio. pro Rab. P. 123 b, Vt magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. Attic. 3 a, Caietam si quando abundare cœpero, ornabo. de Cl. 167 a, Qua in urbe primùm literis oratio est cœpta mandari. Ep. 153 a, Si latro rursus in Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei. At. 115 b, Ipse me Cæsar ad pacẽ hortatur, sed antiquiores literæ quàm ruere cœpit. I.C. 109 a, Nunc de republica consuli cœpti sumus. de Orat. 99 a, Neq; se antè causas amicorum tractare cœpisse, quàm ius ciuile didicisse. de Fat. 147 b, Ne'ue inde nauis inchoandæ cœpisset exordium. de Or. 119 b, Perge ut instituisti: id est, cœpisti.

Cœpto, as. In Arato, Cœptant tutos constringere portus. de Fin. lib. 5, Tum sensim incipit progredi, sesecq; agnoscere: cœptaq; & ea, quæ naturæ apta sunt appetere, & propulsare contraria.

Cœptus, a, um. institutus, susceptus. de Or. 98 b, Antè petitam esse pecuniam quàm esset cœpta deberi.

Cœptus, tus. inceptum. de Finib. 115, Atq; ipsa institutio hominis si loqueretur, hæc diceret, primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, ut se conseruaret in ea natura, in qua ortus esset.

Cœrarius, rij. curator. Cœro, curo. de L. li. 3. 186 a, At si quid erit quod extra magistratus, cœrario usus sit, qui cœret, populus creato: eiq; ius cœrandi dato. Alij legunt cohærario. & cætera eodem modo.

Coerceo, ces. contineo, comprimo, reprimo, domo. de Natur. 37 a, Mundus omnia complexu suo coercet & continet. de Natur. 46 a, Restat ultimus & omnia cingens, & coerceens cœli complexus. de Cla. 194 b, Fluuium extra ripas diffluentem coercere. Attic. 81 b, Appius turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret. et 286 b, Ego uerò is sum qui non modò non supplicem, sed etiam coerceam postulantes, ut sibi supplicetur. In Antonium 231 a, A progressu coercuit, à reditu refrenauit. Offic. 37 b, Iis qui ui oppressos coercent, sit sanè adhibenda sæuitia. de Finib. 49 b, Qui eũt moderatius id uolunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coerceri reprimiq; non potest. Tus. 185 b, Hoc præcipitur ut ratio coerceat temeritatem. de Fin. 64 b, Cum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusq; modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas. de Fin. 80 a, Pudicitia nõ infamiæ metu coercetur, sed sanctitate sua se tuetur. Accad. 18 a, Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. de Orat. 143 a, Coercere aliquem ablatis pignoribus. Attic. 16 a, Resecare libidinem, coercere iuuentutem. Offic. 56 b, Eos morte, exilio, uinculis, damno coercent. Coercere cupiditates. de Or. 101 a, Coercere aquam: id est, arcere. Top. 224 a, Coercere improbitatem. I.V. 195 a.

Cœruleus, a, um. l. Cærulus. de Natur. 17 b, Cæsios oculos Mineruæ, cœruleos esse Neptuni. In Arat. Cœrulea pistrix.

Cœtus, tus. concilium. de Senect. 94 b, Cum in illud animorum concilium cœtumq; proficiscar. de Finibus 84, Opiniones, quæ in senatu, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioq; sint proferendæ. de Som. 127 b, Concilia & cœtus hominum iure sociati. In Sal. 274 b, Ea pars, quò tanquam in unam uoraginem cœtus omniam uiciorum excesserat. In Ver. 174 a, Omnesq; Dij, qui solennes cœtus ludorum initis. de Or. 87 b, Dicendo tenere hominum cœtus. & 130 a, In hoc tali cœtu, & tam accurato sermone. de Orat. 149 a, Valde autem ab absurdum ei concionem, aut senatum, aut ullum cœtum hominum committere, cui. &c. de Finibus 66 a, b, Cœtus matronarum. I.C. 98 b, Cœtus nesarij. I.C. 99 a, Dimittere cœtum. Cœtu nostro dimisso.

Cogitatè, cogitatò, consultò. pro Arch. 189 a, Accuratè cogitateq; scribere aliquid.

Cogitatò, cogitatè. de Offic. 6 a, Permultum interest, utrum perturbatione, &c. an consultò & cogitatò fiat iniuria.

Cogitatio, onis. mens, mentis sensus, mentis agitatio, animi motus, animi sensus, intimus sensus, recondius sensus, meditatio, commentatio, ἐπιτήδευσις, intimus sermo, cura. At. 159 a, Meas cogitationes omnes explicaui tibi superioribus literis. At. 133 a, Obsecro te Cicero suscipe curam & cogitationẽ dignissimam tuæ uirtutis, ut &c. & 147 b, Quamobrem à te peto, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi. de Or. 125 b, In ea cogitatione curaq; uersor, ut &c. &c. Attic. 236 b, Hæc me species cogitationis perturbat. In Antonium 166 a, Attende enim paulisper, & cogitationem sobrij hominis ad punctum temporis suscepæ. Parad. 117 b, Cum illi cogitationem ullam habuisse uidentur, aut auri ad auaritiam, aut, &c. de Amic. 102 a, Quomnes suas cogitationes abiecerunt in rem, tam humilem tamq; contemptam. Ep. 43 b, Complexus sum cogitatione te absentem. de Orat. 144 a, Omne illud tempus meridianum Crassus in acerrima & attentissima cogitatione posuit. & ibi. Cum eum in cogitatione defixum esse sensisset. At. 141 a, De his rebus rogo uos, ut cogitationem suscipiatis. & 235 b, Quæris ut suscipiam cogitationem, quid nam istis agendum putem. & 147 b, Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut arbitrer, &c. contra Rul. 67 a, 66 b, Versantur in animo

meo multæ & graues cogitationes. Brut. 90 b, Cicero tuus nunquam uidetur dimittere cogitationem, cuius sit filius. de Or. 97 a, Subitam orationem commentatio & cogitatio facilè uincit. Or. 209 a, Qui motus cogitationis celeriter agitatus, per se ipse delectat. pro Syl. 179 b, Peterem ueniam ex intimis uestris cogitationibus, et ex humanitate communi. de Am. 101 a, Quapropter à natura mihi uidetur potius, quàm ab indigentia orta amicitia applicatione magis animi cum quodã sensu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. de Or. 103 b, Multa animo & cogitatione, multa etiam legẽdo percurrisse. et 120 b, Neq; quoties uerbum aliquod est scribendum nobis, toties eius uerbi literæ sunt cogitatione perquirendæ. de N. 9 b, Mens nostra quiduis cogitatione potest depingere. ad Her. 22 a, Cogitatio quamuis regionem potest amplecti, & in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari. Item: Quis est iste tuus sensus, quæ cogitatio? Brutos ut non probes, Antonios probes. de Nat. 22 a, Sic enim dicebas speciem Dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea ullam soliditatem, nec eandem ad numerum permanere, eamq; esse eius uisionem, ut similitudine & transitione cernatur, neq; deficiat unquam ex infinitis corporibus similium accesio, ex eoq; fieri ut in hæc intenta mens nostra beatam illam naturam & sempiternam putet. pro Mil. 116 b, Fingite animis, liberæ enim sunt cogitationes nostræ, & quæ uolunt sic intuentur, ut ea cernimus, quæ uidemus: fingite igitur cogitatione imaginem, &c. I.V. 87 b, Vidi simul cum populo Ro. forum adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri. Off. 26 b, Cogitatio in uero exquirẽdo maximè uersatur. et 53 a, Nos tantum roboris non habemus, ut cogitatione tacita à solitudine abstrahamur. & 5 a, Omnis autẽ cogitatio motusq; animi, aut in studijs scientiæ cognitionisq; uersabitur, aut, &c. Tus. 158 a, Quidam nequeũt qualis animus sit uacans corpore intelligere, & cogitatione comprehendere. pro Fl. 160 a, Sed uestrũ est iudices, omnia quæ dici possunt in hominum leuitatem, &c. etiam si à me minus dicuntur, uestris animis & cogitatione comprehendere. Tus. 215 a, Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione seiungere. et 186 b, Sermoq; intimus, cum ipse secum, caue turpe quicquam. de N. 69 b, Omnia, quæ nobismetipsis cogitatione fingere possumus. Ep. 50 a, Quoties in eam cogitationem necesse est ut tu ueneris, & nos sæpe incidimus. de Nat. 6 a, Quod ne in cogitationem quidem cadit. At. 101 a, Si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset. de Or. 85 b, Quocunq; te animo & cogitatione conuerteris. pro Sest. 5 a, Audite literas, & uestram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate.

Cogitatum, ti. cogitatio. contra Rul. 61 a, Hæc non cogitata sapientium, sed optata furiosorum uidentur. de Cl. 188 a, Cogitata mentis præclarè eloqui.

Cogitatus, a, um. meditatus. I. A. 176 a, Attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. pro D. 147 b, In posterum, inquit, diem distulit, ut cum in castellum Luceium uentum esset, ibi cogitata perficeret.

Cogito, as. meditor, commentor, contemplor, mente conlrecto, mente complector, cogitatione complector, animo agito, mente agito, mecum quæro, existimo, in animo habeo, mihi in animo est, cogitationem alicuius rei habeo, omnem meam curam defigo in aliqua re, animo & cogitatione comprehendo, in aliqua re cogitationem pono, omnem curam cogitationemq; in reipublicæ salute configo, memoriam meam ad aliquam rem excito, ratione animoq; lustro, ante oculos meos propono, speciem alicuius rei cogitatione percipio. Is cœpit in eiusmodi mente & cogitatione uersari, nihil esse, &c. cognitionẽ alicuius rei capio, uersantur in animo meo multæ & graues cogitationes, cogitationẽ suscipio, ad omnem malitiam & fraudem uersare mentem suam, hæc cogitans cœpit deinde, &c. de Or. 104 a, Sagaciter perquirere, & proscriptiones et dictaturas cogitare. Attic. 207 b, De hortis toto pectore cogitemus. Tusc. 187 b, Ad ferendum dolorem placidè & sedatè. plurimum proficit, toto pectore (ut dicitur) cogitare, quàm id honestum sit. Ep. 50 a, Cœpi egomet mecum sic cogitare: Hem nos homunculi, &c. Tusc. 349 b, Docto & erudito homini uiuere est cogitare. Ep. 152 a, Si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. At. 228 b, Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profectò præbebis. Aca. 10 b, Nihil enim agens ne cogitari quidẽ potest, quale sit. At. 27 a, Ludi Antij futuri sunt pridie Nõ. eos Tullia spectare uult, inde cogito in Tusculanum. At. 235 b, Quæris ut suscipiam cogitationem, quid nam tibi agendũ putem? consilia temporum sunt. At. 206 b, Mihi est in animo proficisci V I. Cal. & 134 b, M. Lepidus cras cogitat: id est, discedere, uel proficisci.

Cognatio, onis. coniunctio. I.V. 216 b, Segestani cognatione secum populo Romano coniunctos esse arbitrantur. de Natur. 19 a, Deorum cognationem libenter agnoscerem. de Finibus 114 a, L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. de In. 50 a, Cognatione, quibus maioribus, quibus consanguineis. In Antonium 195 b, An potest cognatio ulla propior esse quàm patriæ. In Ver. 219 a, Quæ cognatio studiorum & artium non minus est coniuncta, quàm ulla naturæ. de Diuinat. 137 b, Hæc uerò quæ cum somnijs naturali cognatione iunguntur. de Ora. 118 a, Cognationes, affinitates, &c. de Finibus 146 b, Et tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foràs, cognationibus pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mùm,tum affinitatibus,deinde amicitijs,pòst uicinitatibus cum ciuibus.pro Syl.178 b,Cincius nunquam sibi cognationem cum prædijs esse existimauit suis. At.202 b, Pro cognatione quæ mihi tecum est. de Diuinat. 94 a,Animus,qui deorum cognatione teneatur. Orat.225 a, Habere aliquam necessitudinem aut cognationẽ cum aliquo.de Diuin.115 b, Cum rerum autem natura quam cognitionem habent? Postquam.207 b,Cognatio materna transalpini generis.de Diuin.115 b, Distantium rerum cognatio naturalis.& ibidem: Cognatio naturæ et quasi concẽtus atq; consensus,quam συμπάθειαν Græci appellant.de Natur.65 a, Naturam quasi cognatione continuatam conspirare.pro Lig.138 a, Propinqua cognatio.pro Clu.20 b, Tulit hoc commune dedecus iam familiæ,cognationis,nominis,grauiter filius.

Cognatus,a,um. sanguine coniunctus, habens cognationem cum aliquo,qui alicuius cognatione tenetur,affinis,conueniens. Postq.299 a, Pro reditu P. Pompilij multi cognati & affines deprecati sunt.pro S. R.34 b, Propinqui cognatiq; optimè conuenientes.de Orat.161 a,Nihil est tam cognatum mentibus nostris quàm numeri atq; uoces.pro Cec.287 b,Amici cognatiq; illius. At.213 b,Incidissemus etiã in illos, in eis in cognatũ tuum. de Vn.198 a, Formam autem maximè & sibi cognatam & decoram deditid est,similem.Lege,Agnatus.

Cognitio,onis.agnitio,intelligentia,inspectio,cura,prudentia,notio,iudicium,scientia,iudicatio.Topic.226 b, Causarum cognitio cognitionem euentorum facit. de Fimib.132 b,Nam quæ corporis sunt,ea cognitionem habent faciliorem.de Natu.54 a, Vt homines deorum cognitionem cœlum intuentes capere possent. de Or.100 a,Cognitionem iuris magnam ac difficilem esse.& ibidem:Nullius mihi artis facilior cognitio uidetur.de Orat.153 a, Nam aut cognitio rei scientiaq; perquiritur, aut,&c.de Finibus 132 b, Natura hominis,in qua fit mirabilis quædam uis rationis,& cognitionis,& scientiæ. pro Flac.151 a,Vtrùm hic tandẽ disceptationem & cognitionem ueritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Att.263 b,Quæ lex earum rerum quas Cæsar egisset,magnam consulibus cognitionem dedit.& ibidem:Coss.quorum & lege,& SC. cognitio et iudicium fuit.de Orat. 208 a, Nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione uersantur. Of.3 b,Cognitio rerum aut occultarum aut admirabilium, ad bene beateq; uiuendum necessaria est.contra Rul.72 b,Orbis terrarum cognitionem alicui sine consilio dari, & pœnam sine prouocatione:pro Cor.61 a,Ipsæ enim leges te à cognitione sua iudicio publico repulerunt.Off.31 a,Cognitio contemplatioq; naturæ,&c.de Clar.172 a,Cum dies cognitionis esset:id est,iudicationis, uel iudicij. de Natur. 57 a, Quæ contuens animus accipit ab his cognitionem deorum.

Cognitor,oris. qui cognoscit, qui alium in iure defendit,procurator.pro Quin.Ros.51 a,Tu Quin.Roscium pro opere & labore quòd cognitor fuisset, quòd uadimonia obisset,rogasti ut,&c.pro Quin.Rosc.51 a,Nemo alteri petit, nisi cui cognitor est factus. & 50 a, In hanc rem me cognitorem dedisti. & 54 a, Nisi te in suam litem dedisset cognitorem,& ibidem: Quoniam tuus cognitor non est factus. de Arusp. 254 b, Cùm in mẽ cognitorem harum omnium rerum illa flamma conijciebatur:id est, qui cognoscebam. In Ver.270 a,Homines tenues adeunt ad ea loca,quæ nunquam antea uiderunt,ubi neq; noti esse ijs,quò uenerunt,neq; semper cũ cognitoribus esse possunt.et ibi. Cognitorẽ locupletem dare.I.V.78 b,Cluem Romanum,qui cognitores homines honestos daret,sublatum esse in crucem.I.V.129 b, Videte porrò aliam dementiam, cognitorem ascribit Sthenio,quem?cognatum aut propinquumnon,etc.& 230 a, Sthenius inuenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret.& ibid. Cedò cui Siculo, cum is reus fieret,ciuis Romanus cognitor unquã factus sit?& ibi. At credo Sthenius hoc sibi amplum esse putauit,eligere è ciuium Ro.numero, quem cognitorem daret.ad Her.10 a,Maior annis LX,et cui morbus causa est,cognitorẽ dat. Qui per se litigat.)(. Qui cognitorem dat.

Cognitus,a,um. spectatus, perceptus, comprehensus, compertus,perspectus,iudicatus.pro Muren.129 b,Veriti sunt ne dierum ratione peruulgata & cognita,sine sua opera lege posset agi.Off.4 a, Incognita pro cognitis habere.Ep.6 a, Re perspecta & cognita. de Cl.177 b, Satis mihi uidebar habere cognitum Scæuolam ex ijs rebus,quas,etc.pro Ce.301 a,Homo uirtute cognita & spectata fide amplissimus.de Orat.92 b, Artem cognitis penitusq; perspectis rebus cõtineri.pro Cec.305 a, Homo in utraq; fortuna cognitus,multis signis, et uirtutis, & humanitatis.Brut.91, D.Clodij animum perspectum habeo,cognitum,iudicatum,de Orat.94 a,Res penitùs perspectæ planeq; cognitæ. Brut.Ex me illud est, quod te uelim habere cognitũ. de Fimib.142 b, An uerò quisquam potest probare quod perceptum, quod comprehensum,quod cognitũ non habet?I.V.132 a,Vt aliquando de rebus ab isto cognitis, iudicatis datisq;, et de uiolatis dicere desistamus.

Cognomen,nis:cognomentum.de Am.96 b,Cato quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis.Off.75 a,T. Manlius,qui Galli torque detracto cognomẽ inuenit.de Fin.53 b, Neq; Torquatus,qui hoc primus cognomen inuenerit.pro S.R.21 a, Duo isti Roscij, quorũ alteri Capitoni cognomen est, iste qui adest Magnus uocatur.Off.45 a,P. Crassus cùm cognomine diues,tum copijs.Att.30 a, Noster amicus Magnus,cuius cognomen unà cũ Crassi diuitis cognomine cõsenescit.pro Cl.32 b, Quid tu,inquit,Pacete (hoc enim sibi Staienus cognomen ex imaginibus aliorũ delegerat, ne si se Ligurẽ fecisset, nationis magis suæ quàm generis uti cognomine uideretur.) pro Mur.131 b,Quam laudẽ ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat,eãdem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit.de Som.127 a,Eritq; cognomen id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc hereditarium.I.A.186 b,Bombalio,qui propter hesitantiam linguæ stuporemq; cordis cognomen ex ignominia traxerit. & 207 b, Hinc enim puto Trebellium sumpsisse cognomen.de In.65 a, Nomen autem cum dicimus, cognomen quoq; et agnomen intelligatur oportet.ad Her. 34 a,Cognomen,quod pro certo nomine collocamus.

Cognomentum,ti.cognomen.pro Mil 110 b,C.Cassius cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur.pro R.P.126 a,Demetrius,qui Phalereus uocitatus est.

Cognominatus, a, um. Partit.234 b,Verba ponenda sunt quæ uim habeant illustrandi,nec ab usu sint abhorrentia,grauia,plena,sonantia,iuncta,facta,cognominata,non uulgata,superlata.

Cognoscens,tis.ad Her.29 b, Qui priuatus intolerabili superbia fuerit,cum commodũ & sui cognoscentẽ uidere in potestate quis speret?

Cognosco,cis.noscо,agnosco,percipio,attendo,disco, exaudio,animaduerto,cognitum habeo,intelligo,notũ habeo,mihi notũ est:perspectum mihi est,cerno, ratio nem habeo,noticiam alicuius rei habeo,cognitionẽ capio.de Or.104 a,Nihil certũ sciri,nihil planè cognosci ac percipi posse.& 102 a, Studium cognoscendæ perciendæq; uirtutis.et 96 b,Etiam illa cognoram et accèperam, conciliandos esse,etc.Ep.8 b,Ex eodem de toto statu rerum cõmunium cognosces.Att. 81 b, Habes consilia nostra,nunc cognosce de Bruto.Epist.54 a, Quæ hic agantur, quæq; acta sint,ea te ex literis multorum & nuncijs cognoscere arbitror.et 48 b,De Marcelli salute paulò antè quàm tu cognouimus.et 161 b,De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam credo te cognoscere ex literis tuorum. Att.86 b,De me imperatore scribis, te ex Philotimi literis cognouisse.de N.4 b, Adsint,animaduertant,cognoscant.pro Fl.157 a,Quẽ tu cũ ephebum Tenni cognosses,quoniã te nudus deleclarat,semper nudũ esse uoluisti.Ep.69 a,Vt cæteri uentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant. I.V.237 a, Id adeò nõ tam ex re,quàm ex istius decretis cognosco: At.152 a,Bene enim tibi cognitus sum. Off.42 b,Facilli me autem in optimam partem cognoscuntur adolescentes,qui se ad claros & sapientes uiros bene consulentes reip. contulerunt. Att.70 b,Idq; quoniam Philotimum habes,perspice & cognosce rationem.Itẽ: Consulib.& lege,& S.C.permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent,statuerent,iudicarent.I.V.113 b,Causam Verres cognoscebat,Verres iudicabat.Offic.50 b,Aratus adhibuit sibi in concilium quindecim principes, cum quibus causas cognosceret.I.A.204 b,Vt consules cognoscant, qui ager colonus sit,qui contrà, etc.de Orat.117 a,Hoc primum præcipiemus,quæ,cunq; causas erit acturus,ut eas diligenter penitusq; cognoscat.I.A.205 a,Vt consules rationem agri habeant,qui sine iniuria priuatorum diuidi possit.de Cl.137 a,b,P.Crassius domi ius ciuile cognouit:id est, didicit. de Orat.103 b,Rerum omnium naturam penitùs perspicere.

Cogo,gis.uim facio,uim adhibeo, uim affero,necessitatẽ affero,exprimo,coaceruo,cõgrego,compello,cõuoco, cõdueo,concludo. Offic. 62 b,Diogenes contrà,num te emere coegit? qui ne hortatus quidẽ est. de Am.101 a, Vim hoc quidẽ est afferre: quid enim refert quà me ratione cogatis,cogitis certè. Ep.5 a, Quorum utrum mihi uelim, nõ facile possum existimare,sed si res cogat, est quiddam tertium.de L. 172 a,Plato hoc quoq; legis putauit esse persuadere aliquid, non omnia ui ac minis cogere.& 171 a,Mens omnia ratione aut cogentis, aut uetãtis dei.pro D.240 b,Fieri particeps alteni sceleris mutus cogor.I.V.90 b,Cum frumentum imperarẽ,cũ stipendium cogerem.et 111 a,Iste nauem maximã,Messanæ publicè coactis operis ædificauit.I.A.355 a,Quid erat causæ cur in senatum heri tã acerbè cogeret?I.C.

110 a,Etiam si hominum studia deficiant,dij ipsi,etc.cõgant ab eis uirtutibus uitia superari. At.91 b,Vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem.de In. 74 b, Vi et necessariò sumus in portũ coacti.pro Rab.91 b,Quime ex cõstituto spacio in semiboræ curriculũ coegisti. de Or.121 b, Crassus politicus est se ius ciuile, quod nũc diffusum & dissipatum est,in certa genera coacturũ,et ad artem facilè redacturum.et 100 b,Interea dum hæc, quæ dispersa sunt,coguntur,licet, etc. At.130 b,Itaq; nõ amplius XIIII.cohortes Nuceriã coegi.pro Ce.296 a, Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt unum in locum cõgregati.At.30 b, Quæ si copiæ in unũ locũ coactæ fuerint, hærebis.& 129 b, Vt reliquæ copiæ omnes Brũdusium cogerẽtur.pro Ce.296 a,Neminem coegeris, ipsi cõuenerint sua sponte.& 291 a,Manum facere,copias parare,multitudinem hominum cogere,armare,instruere.et 190 a,Cogere homines armatos. At.245 a,Nec duces simus, nec agmen cogamus. de In 62 b, Sed omnibus unũ in locũ coactis scriptorib. quod quisq; commodissimè percipere uidebatur,excerpsimus.et ibi.Tum Crotoniatæ publico de consilio uirgines unum in locum cõduxerunt.Ep.60 a,Recordare cætera quàm citò Senatũ coegerim. de Fim. 91 a,b, Cato in ipsa curia solebat legere, dũ Senatus cogeretur.Ep. 56 a, Marcellus me rogauit ut cogerẽ medicos:coegi,et è uestigio eò sum profectus. pro R.P.127 b,Ait enim dum Gabinio pecuniã Posthumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam sibi coegisse.I.V.286 b, Cogere pecuniam à ciuitatibus.& 187 a,de L.174 a, Cogere stipem.de N.46 a, Aer extenuatus in sublime fertur, concretus aũt in nubẽ cogitur. Cogere,concludere,conficere.de Na. 66 a,Innumerabilia sunt ex quib. effici cogiq; possit,nihil esse quod sensum habeat, quin id intereat.de Leg. 176 a, Ex quib. id quod uolumus, efficitur et cogitur. de In.58 b,Hic complexio est infirma, aliud enim quàm cogebatur illatum est.Brut.91 b, Hoc cogere uolebat,falsas literas esse.

Cohærarius,rij.qui cohæret, & alteri ad aliquod munus adiunctus est.L.Coærarius.

Cohærentia,æ.compositio, naturà. de Nat. 57 b, Circuitus solis et lunæ, reliquorumq; siderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent,tamen et spectaculum hominibus præbent.

Cohæreo,res.cohæresco,conuenire,constare.Orat.210 b, Vt inter se quàm aptissimè cohæreant extrema cum primis.de Natur.60 a, Res si minus ueræ,tamen aptæ inter se et cohærentes.Aca.43 b,Neq; enim materia cohærere potuisset,si nulla ui contineretur.Aca.44 a,b, Omnis natura cohærens & continuata cum suis partibus.de Vn. 197 b, Mundus ita aptè cohæret, ut dissolui nullo modo possit.de I.160 b,Namq; alia quibus cohæret homines è mortali genere sumpserũt. Of.54 b, Qui primùm hæc natura cohærentia opinione distraxisset. de Ora.138 b,Membrum cohærens cum omni corpore. de In 46 b,& 58 a,ad Herẽ.3 a,Cohærere cum aliquo. Top.225 a, Quicquid antecedit quãq; rem, id cohæret cum re necessario: quicquid repugnat,id eiusmodi est, ut cohærere nunquam possit.pro Cec. 295 a, Sermo familiaris nõ cohærebit,si uerba inter nos aucupabimur. pro Pom.7 a, Hæc ratio pecuniarum, etc.implicita est cum illis Asiaticis,et cohæret. de Ar.258 a,Etenim hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

uix innixa in omnium ueſtrûm humeris cohærebunt. pro Cæl. 40 b, In quo non modò crimen non hærebat, ſed uix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio. Itè, Illud dico, ea quæ dicat præclarè inter ſe cohærere.

Cohæres, dis. Attic. 106 b, Dolabellam uideo Liuiæ teſtamento cum cohæredibus eſſe in triente. & pro Qu. R. 54 d. Epiſt. 221 b, Lucius eſt cohæres meus: id eſt, mecum hæres.

Cohæreſco, ſcis. cohæreo. de Nat. 12 b, Atomi quæ cohæreſcunt inter ſe, & aliæ alias apprehendentes continuantur. de Fin. 52 a, Atomos ita fieri, ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant.

Cohibeo, bes. refreno, contineo. I. A. 184 d, Niſi Cæſar illius furêtis impetus crudeliſſimoſq; conatus cohibuiſſet. I. A. 201 b, Vt eius furorem ne alpium quidem muro cohibere poſſemus. pro Mil. 116 d, Nunquam ille à conjugib. ueſtris effrenatas libidines ſuas cohibere potuiſſet. Acad. 17 b, Effectum illud erit, ſapientem aſſenſus omnes cohibiturum. de Nat. 1 d, & Acad. 32 b, Prudêter Academicos à rebus incertis aſſenſionê cohibuiſſe. Academ. 47 b, Cohibere ſemper & ab omni lapſu cõtinere temeritatê. Of. 36 b, Cohibere motus animi turbatos. pro Mar. 132 d, Animum uincere, iracundiam cohibere, uictoriam temperare. pro Pom. 16 b, Qui ab auro gazaq; regia manus, oculos, animũ cohibere poſſit. de Fat. 144 d, Sed intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas, & inter cauſas cohibentes inter ſe efficientiã naturalem.

Cohibitio, onis. interdictum. In Ver. 155 d, Sic deportandi dies præſtituta tollere cogebat ex area, cohibitio tollêdi niſi pactus eſſet, uim adhibebat pactioni, nõ uoluntatem.

Cohoneſto, as. honeſto, decoro. pro Qu. 9 b, Funus quo amici cõueniunt ad exequias cohoneſtandas. Antequã. 197 b, Quem ſæpe ueſtra laude cohoneſtaſtis. In Verr. 243 d, Eorum autoritate ſtatuas cohoneſtare tuas conatus es. Ep. 209 d, Cohoneſtare aliquem.

Cohorreo, res. horrore & frigore, aut magno affici. de Orat. 143 d, Ex quo ſudore cum cohorruiſſet, cum febri domũ rediit. Att. 23 d, Cohorrui primò, etenim erat interitus ciuitatis. & 98 d, Sin iam illas accepiſti, ſcis cohorruiſſe me, quòd tuæ literæ de legionibus Cæſaris afferrent. de Som. 127 d, Quem ut agnoui, equidem cohorrui.

Cohors, tis. militum manus & acies. pro Mil. 114 b, Si Capitolinæ cohortes contra Milonis impetum armatæ ſunt. pro Mar. 132 d, Nihil tibi ex iſta laude cohors, nihil turma decerpit. Qu. Fr. 292 d, Domeſtici et neceſſarij apparitores, qui quaſi ex cohorte prætoris appellari ſolent. I. V. 122 d, Prætorem de ſua cohorte iudicem dare. I. C. 109 b, Cum hanc ſit habiturus Catilina ſcortorum cohortem prætoriam.

Cohorticulæ, arum. paruæ cohortes. Epiſt. 116, Cohorticularum neſcio quid amiſit. Cælij.

Cohortatio, onis. hortatio. Attic. 260 d, Increãbiliter me cõmouet tua cohortatio. de Or. 102 d, Cohortatione alicuius concitari ad ſtudium cognoſcêdæ ueritatis. At. 278 d, Cohortationib. excitari. Ep. 8 d, Quæ quidê mea cohortatio ne tibi inanis aut ſine cauſa ſuſcepta uideatur, illa me ratio mouet, ut, etc. pro Cl. 46 d, Cohortatio iudiciũ παῤῥησιας. At. 68 d, ἐγκελεύσματα illa tua nõ abieci, quæ mihi hærêt in uiſcerib. pro Corn. 65 b, Neq; ille ſummus poeta noſter Annibalis illã magis cohortationem, quàm communem imperatorem nobis luit eſſe, hoſtem qui feriet, &c.

Cohortor, aris. hortor, adhortor. Epiſtol. 19 b, Teq; ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor. de Orat. 107 d, Illud uereor ne maiorem uim ad deterrendum habeat, quam ad cohortandum, &c. 111 b, Cohortari ad uirtutem audentius, à uitijs acrius reuocare.

Coinquinor, aris. turpificari, commaculari. de Nat. 75 d, Summum eſſe arbitror periculum, matres coinquinari, regiam contaminari ſtirpem. Poetæ.

Coitio, onis. ſocietas, ſodalitas. pro Pl. 270 d, Dubitatis, inquit, an coitio facta ſit? pro Cæl. 42 b, Fera quædam regni habebat, dominum habere uelles. de Pro. 73 d, Vt commune officium cenſuræ communi uoluntate defenderent. de Amic. 103 b, Aliquos duos bis unà conſules & collegas in cenſura fuiſſe.

Collegium, gij. conuentus, certorum hominũ conuẽtus, ut ſacerdotũ, opificum, ſeruorũ et id genus. dicitur etiã Sodalitas. de Leg. 188 b, Quod enim eſt tam deſperatũ collegium, in quo nemo è decem ſanæ mentis ſit? Ep. 42 d, Amplißimi ſacerdotij collegiũ, in quo nõ modò, &c. ſed ne optari quidem ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus. Of. 67 b, Cum prætoriũ collegium Tribuni plebis adhibuiſſent. pro Dom. 219 b, De rebus diuinis pontificum collegium docere. de Clar. 176 b, Hic qui in collegio ſacerdotum eſſet, condemnatus eſt. pro Dom. 222 b, Collegia medius fidius Tribunorum pl. tota reperientur, hoc iure ſublato, quæ coeant de hominum locupletißimorum bonis. I. V. 129 d, Collegium Tribunorum plebis. pro Seſt. 9 b, Nulla ſocietas uectigalium, nullum collegium, nullum concilium, nullũ commune conſilium, &c. pro Dom. 228 d, Nullum eſt in hac urbe collegium, quod, etc. Orat. 276 d, Cooptare aliquem in collegium. I. V. 225 b, Ampliſſimum collegiũ decemuirale. de Cl. 165, et 173 b, Cooptatum me ab eo in collegium recordabor.

Collibet, bat. libet. In Sal. 274 b, Salluſtius in eo honorê nihil non æquum & uerum duxit, quod ipſi facere collibuiſſet. Sal. in Ci. 270 b, Nihil flagitioſum corpori putaſti, quod alteri collibuiſſet. Epiſt. 253 d, Vt ſimul ac mihi collibitũ ſit de te cogitare, ſpectrũ tuũ occurrat. de N. 22 b, Quod ſimul ac mihi collibitũ eſt. præſtò eſt imago.

Collido, dis. frango, contero. de Nat. 65 b, Humor ſuccomprimi collidíq; poteſt.

Colligatio, onis. connexio, uinculum. de Fat. 146 b, Omnia naturali cogitatione conſertè contexteq; fieri. de D. 106 b, Qui colligationem cauſarum omnium perſpiciat animo. Off. 11 b, Arctior uerò colligatio eſt ſocietatis propinquorum. de Vni. 199 d, Seſquialteris autem interuallis, & ſeſquitertijs, & ſeſquioctauis ſumptis, ex his colligationibus in primis interuallis ſeſquioctauo in interuallo ſeſquitertia omnia explebat.

Colligo, as. conſtringo, ligo, uincio. Orat. 207 d, Atticus annorum ſeptingentorum memoriam uno libro colligauit. pro Rab. 92 b, I lictor, colliga manus. de Vn. 197 d, Vt unum medium extrema colligaret. Or. 213 d, Id enim expectant aures, ut uerbis colligetur ſententia. I. A. 236 d, Ni Brutum colligaſſemus in Græciam. Off. 44 d, Quæ

quatuor inter ſe colligata atq; implicita ſunt. de Vn. 202 d, Omne colligatum ſolui poteſt. & ibi. Corpora colligata uinculis naturalibus. I. A. 231 d, Alterum Brutus omnia diripere cupiêtem uitæ ſuæ periculo colligauit, à progreſſu arcuit.

Colligatus, a, um. de Nat. 4 d, Vt alia ex alia nexa, & omnes inter ſe aptæ colligatæq; uideantur.

Colligo, gis. cogo, conſtringo, quæ diſperſa ſunt ſub uno aſpectu pono. In Catil. 106 d, Catilina ex agris magnum numerum perditorum hominum collegerat. & 105 d, Exercitus collectus ex ruſticis. pro Dom. 225 b, Vt improborum diu collecta etiueterata compreſſo odio & tacito iam erumpebat in actum. pro Pomp. 8 b, Manus eorum, qui ſe ex Mithridatis regno collegerunt. Of. 21 d, Multa multorum facetè dicta, ut ea quæ à ſene Catone ſunt collecta, quæ uocantur ἀποφθέγματα. Off. 32 d, Ea Poſidonius collegit permulta. de Or. 97 d, Quæ ſua ſponte homines eloquentes facerent, ea quoſdam obſeruaſſe atq; collegiſſe. de Cl. 184 d, Curio nullã memoriam antiquitatis collegerat. At. 278 d, Me quidem tum rationes, quas collegeras, tum autoritas tua à nimio mœrore deterruit. de Cl. 189 b, Si ij, quos iam diu colligis, uiuerêt. Itê, Et oratores quos colligo. Qu. de Pet. 213 b, Colligere multa in unum locum. de Fi. 56 d, Colligere multa argumenta contra aliquem. de Orat. 100 d, Vel paſſim licet carpentem et colligentem repleri iſta iuris ciuilis ſcientia. & 137 b, Colligere argumenta. de Orat. 151 d, Res undiq; collectæ & comportatæ. pro Clu. 33 d, Qui omnes rumores & concionum uentos colligere conſueſſet.

Colligere, recipere, recreare. de Orat. 874, Craſſius quaſi colligendi ſui cauſa, ſe in Tuſculanum contulit: id eſt, reficiendi & recreandi. Tuſculan. 160 b, Cum animus ſe collegit atq; recreauit. de Orat. 107 d, Você ab acutißimo ſono uſque ad grauißimum ſonum recipere, & quaſi quodammodo colligere. Attic. 278 d, Tum me, inquit, collegi, uerens ne, &c. & 103 d, Ipſi ſe collegerunt admiratione integritatis meæ. & 278 d, Iudicium tuum magnì æſtimans, idq; ueritus, me ipſe collegi. Epi. 40 d, Tamen ut me collegi, cætera facillima uidebãtur. & 11 b, Collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi repub. collocutus ſum. & 73 b, Rogo te colligas, uirumq; præbeas. & 176 d, Sin aliquid uirium fortè collegerit, ſentiat, &c. Tuſculan. 227 d, b, Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locũ cogere. pro Qu. 9 b, Tu te collige, aliquid locirationi & conſilio da. de Som. 128 b, Quæ cum intuerer ſtupẽs, ut me recepi, quis hic inquã? &c. de D. 92 b, Is primo pertritus ſomnio ſurrexit, deinde cum ſe collegiſſet, etc. recubuit.

Colligere, capere, aucupari. Ep. 135 b, & Qu. Fr. 301 d, Ad iſtorum beneuolentiam conciliandã & colligendã. de Am. 197 b, Beneuolentiam ciuium blanditijs et aſſentationibus colligere turpe eſt. de Leg. 166 d, Vt beneuolentiam & bonum rumorem colligant, erubeſcunt, etc. ad Her. 2 d, Colligere beneuolẽtiam à perſona alicuius. Qu. F. 517 d, Ex hoc labore magnã gratiã dignitatemq; colliges. I. V. 66 d, Exiſtimatio multo labore collecta. de Or. 155 d, Colligere gratiã ex priuatorũ negocijs. I. V. 66 d, Cõſeruare famam antè collectam. de Fin. 116 d,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Colligere bonum rumorem. Qu.F.298 d, Colligere laudem omnium undiq;.

Colligere, percipere, cognoscere In Ver. 239 b, Vt ex eo crudelitatis inuidiam colligã. Att. 37 b, Ex eo colligere potes quanta occupatione distineat. Of. 454, Vnde colligitur, hæc pueris & mulierculis esse grata.

Colligere rursum. cogere & constringere, seu componere. de Cla. 191 d, Is metuens ne uitiosum colligeret, etiam uerum sanguinem depraubat. de N. 462 d, Aer humorem colligens, terram auget imbrib. I.V. 309 d, Mouere castra ex aliquo loco, & uasa colligere.

Collineo, siue collimo, as, dirigo, propositum assequor. de D. 133 b, Qui est enim, qui totũ diẽ iaculans, non aliquãdo collineet? de Fi. 94 b, Vt si cui sit propositũ collineare hastam aliquò aut sagittam. & ibi. Huic in eius similitudine omnia facienda sint ut collineet, & tamẽ ut omnia faciat, quò propositum assequatur.

Colliquefio, fis. pro Cluen. 54 d, Venenum colliquefactum in potione: id est, dissolutum.

Collina porta, Romæ. de Leg. 182 d.

Collis, lis. mons. pro Cl. 52 d, Cum quædam controuersia in collibus esset orta. In Arat. Excelsi colles.

Collocatio, onis. dispositio. Offic. 28 b, Itaq; uidetur eadem uis ordinis et collocationis fore. de Or. 158 b, Collocationis est cõponere et struere uerba, sic, ut nẽue asperorum cõcursus nẽue hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & leuis. et 113 d, Ora. 220 d, Cõpositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione uerborum. de Or. 97 d, Ipsa collocatio cõformatio q; uerborũ perficitur in scribendo. de Or. 124 b, De ordine uerborum & collocatione aliquid dicere. pro Cl. 57 b, Collocatio filiæ. & de Off. 44.

Colloco, as. loco, pono, dispono, statuo. pro Plan. 270 d, Huius ego manib. in naui tota collocatus, Brundusium petere cõtendi. Qu.Fr. 318 d, Columnas neq; rectas neq; eregionẽ Diphilus collocarat. & ibi. Ea erat loco posita. de Or. 98 d, Suo quisq; loco collocare. et 154 d, Collocare aliquẽ in regno maiorũ suorum. pro Do. 229 b, In eo loco sum, in quo me honores populi Rom. collocauerũt. Bru. 90 b, Qui esset eo quo ego sum gradu, Senatus populiq; iudicio collocatus. Posth. 204 d, Populus Ro. cuius honoribus in amplissimo cõsilio, et altissimo gradu dignitatis, & in hac omnium terrarum arce collocati sumus. Part. 120 d, b, Violatur is qui procreauit, qui aluit, qui sede ac domo atq; in repub. collocauit. ad Her. 29 d, Fortuna te collocauit in amplissimo statu. I. P. 92 b, Collocare sibi domiciliũ in aliquo loco. I. A. 212 d, In hac custodia tanquam in specula collocati sumus. pro Qu. 15 d, Collocare spẽ in incerto futuri tẽporis euẽtu. I.C. 110 d, Sedes ac domicilia collocare. pro Do. 223 d, Si uos me in meis ædibus collocatis. pro Mil. 105 d, P. Clodius seruũ in tẽplo Castoris ad Pompeium interficiendũ collocarat. I.P. 85 b, Quem ad Cn. Pompeiũ interimendum collocatũ fuisse cõstabat. pro Sest. 21 d, Collocare statuam in fõro. I.C. 115 d, Simulachrũ aliquod ita collocare, ut solis ortum cõspiciat. & ib. Cum signum statuerẽtur, quo collocato atq; ad uos senatumq; cõuerso uidistis, &c. de Or. 98 d, Tabulas ac signa propalam collocare. I.V. 160 b, Statuitur Lollius in illo cõuiuio. de Cl. 388 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine.

Epi. 197 b, Legiones ad urbem adducere cogitat, eas q; in ceruicibus nostris collocare. de Ora. 213 b, Acutarũ grauiumq; uocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocauit. Tus. 183 b, Collocare aliquem in cubili. de Ar. 256 b, Collocare aliquem in tuto. de In. 77 b, Nõ isto loco uerbum istud collocasset. Statua ad Opis pedes posita in excelso est. l. Statua. de Clar. 190 d, Nullam nisi loco positum uerbum, & tanquam, etc. Epist. 25 b, Mihi erat in animo cùm prima æstiua attigissem, militem remq; rem collocassem, decedere ex Senatusconsulto. pro Cecin. 288 d, Pecuniam in prædijs collocare. item, Pecuniæ collocandæ ratio esse debet. pro Cec. 287 d, Is curauit ut in eo fundo dos collocaretur. Ep. 116 d, Bene collocare beneficium. Of. 48 d, Collocare beneficiũ apud aliquem. Att. 254 d, Tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum. l. V. 247 d, Se bene apud istum tam multa precia ac munera collocasse. l. V. 242 d, Aedilitas alicui data & rectè collocata, & in loco posita. pro Mur. 30 b, Itaq; beneficij collocandi spem perdidistis. Sumptus nusquam melius positi esse poni. l. Sumptus. de Cl. 173 d, Collocare filiã alicui. & Offic. 48 d, & ibi. Adiuuare aliquem in collocatione filiarum. de D. 101 b, In matrimonium collocãdæ. in 59 d, P. Scipio Corneliam filiã Tiberio Graccho collocauit. I.A. 184 d, Non enim patrimonium suum effudit, sed in salutem populi Romani collocauit. de Cla. 184 d, Qu. Catulum in præsidijs reipub. collocemus. pro Mur. 106 d, Collocare insidias alicui. Qu.F. 295 b, Qui omne studium suum in doctrina & sapientia collocasset. Of. 32 d, Tũ optimo quasi ingenio totũ se in solitudine et scientia collocaret. Quint. Fr. In quibus tuas uirtutes consecratas et in numero deorum collocatas uides. Officior. 56 b, Hercules ille quem hominem fama beneficior. 56 b, Hercules ille quem hominem fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit. I. A. 197 b, Lectice collocabantur: id est, deponebantur. In Catilin. 116 d, In animis ego uestris omnes triumphos meos cõdi et collocari uolo. Part. 130 d, & b, Sed et res et uerba inuenienda sunt, & collocãda, et alia pluralia, & uerba inuenienda sunt, & collocãda, et alia plura illa.

Collocupleto, as. dito, augeo. ad Her. 11 d, Exornatio est qua utimur rei honestandæ & collocupletandæ causa, confirmata argumentatione.

Collocutio, onis. colloquium, sermo. Ep. 10 b, Hæc mente fuisse, & senatus ex me te cõsule audiuit, & tu in nostris sermonib. collocutionibus q; ipse uidisti. At. 386, λέσχη quædam, quæ habet collocutio ipsa suauitatem. ad Her. 5 b, Venire in collocutionem cũ aliquo. l. Ia. 213 Collocutio familiarissima cum aliquo.

Colloquium, quij. collocutio, sermo, congressus, dialogus, sermonis communicatio. At. 224 d, Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. Acad. 2 b, Quasi uerò clarorum uirorum aut laudum. Acad. 2 b, Quasi uerò clarorum uirorum aut laudatos congressus esse oporteat, aut iudicros sermones, aut rerũ colloquia leuiorum. At. 190 d, In hac solitudine ea reo omniũ colloquio. Ep. 157 b, Colloquia facta impro babam. I. A. 221 d, Cum ad colloquiũ congressumq; eius peruenero. & 244 b, Nẽpe in Antonij congressum & loquiumq; ueniendum est. & ibi. Memini colloquia cũ acerrimis hostibus. Off. 52 b, Vt neq; cessaret unquã & interdum colloquio alterius non egeret. I. A. 362 d, Colloquia amicorum absentium: id est, literæ. de Sen. 85 d, Cum

Cum hostibus clandestina colloquia. Part. 232 b, Colloquia personarum.

Colloquor, ris. cum aliquo sermonem habeo, uel confero, cõmunico, colloquium facio. Att. 89 d, Tu uelim quàm sæpissimè mecũ per literas colloquare. et Ep. 6 d, Per literas tecũ quàm sæpissimè colloquar. de D. 99 d, Magi congregantur in Fano cõmendãdi causa, atq; inter se colloquendi. Ep. 45 b, Vtinã Serui saluis reb. colloqui potuissemus inter nos. de D. 94 d, et de Ar. 258 b, Dij cũ morietibus colloquuntur, Qu.Fr. 312 b, Tu uerò ut me appelles & interpelles, & obloquare, & colloquare uelim. At. 179 d, Quib. cum tu de hoc ipso colloquare uelim, et ad me quid tibi responderint, scribas. de Orat. 87 d, Qui primo die de repub. inter se collocuti sunt. et Ep. 11 d, Cum ipsa quasi rep. collocutus sum. Att. 97 b, Eadẽ omnia, quasi collocuti essemus, uidimus. de Orat. 87 b, Hoc enim uno præstamus uel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus. At. 257 d, Antonius à me postulat ut clàm colloquatur mecum. de Cl. 184 d, In eo libro ubi ista loquemur inter nos, agemusq; communiter.

Colluceo, ces. luceo, illumino. de Nat. 33 b, Sol longè lateq; collucet. l. V. 87 b, Vidi colluscere omnia furtis tuis. & 219 d, Fulgore auri collucere & illustrari templũ. de Vn. 200 b, Vt mundus omnibus colluceret. Acad. 26 b, Mare nunc, quia à sole collucet, albescit, & uibrat, dissimileq; est proximo ei continenti.

Colludo, dis. In Verr. 120 b, Qui tibi inimicus esset tãta contumelia accepta, nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset quàm suæ.

Collum, li. ceruici subiecta pars, ceruix, ceruices. In Ver. 257 b, Cum istius auaritiæ pœnã collo & ceruicibus sius sustinerent. & 208 d, Homini iam collũ in laqueũ inserenti subuenire. l. A. 175 d, In collum inuasit: id est, cõplexus est. Qu. de Pet. 206 d, Qui uiuo stanti collũ gladio secuerit. de Cla. 194 d, Procerum & tenue collũ. de Na. 50 b, Cameli aduuantur proceritate collorum. l. V. 241 d, Ipse autem coronam habebat unã in capite, alteram in collo. Acad. 6 d, Neque uerò hoc loco expectandum est, cum de remo inflexo aut de collo columbæ respondeam.

Colluuio, onis. In Ver. 154 b, Cũ uerò uerbo iudiciũ sit in edicto, re quidem uera tuorum comitum hominum nequissimorum colluuio cum Decumanis socijs tuis, atq; adeò procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere?

Colluror, oris. l. A. 171 d, Lenticulam de alea condemnatum colluforem suum restituit. & 197 b, Hunc tu cõpransoribus tuis & colluforib. diuidebas. & 197 d, Vt ei dum M. Curio confessore eodem et colluforе facillimè posit conuenire.

Collustro, as. illustro. de Nat. 44 b, Sol omnia clarissima luce collustrans. de D. 83 b, de D. 127 b, Luna solis lumine collustrari putatur. Tusc. 241 d, Cùm omnia collustrarem oculis, animaduerti, &c. Orat. 200 d, Pictura collustrata. (opaca.

Colluuies, ei. sordes, fæces. Attic. 146 d, Et te in certamine uinci cũ illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea quæ perspicitur, futura colluuie regnare.

Colluuio, onis. idem. pro Sest. 6 d, Ille sceleratissimus ex omnium scelerum colluuione natus. de Som. 94 b, Cum ex hac turba & colluuione discedã. de Ar. 257 d, Hæc tã ta colluuio tantaq; euersio ciuitatis. In Vat. 33 b, Leges, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini & in colluuione Drusi, & inter Syllana arma uixerunt.

Collybus, bi. pecuniæ detrimentum, quod fit apud argentarios, cùm ea è regione in regionem tibi defertur, & redditur. I.V. 89 d, Nam collybus esse qui potest, cũ utantur uno genere nummorum? I.V. 189 d, Certis nominibus deductiones fieri solebant, primùm prospectatione & collybo, deinde pro nescio quo cerario. At. 187, De Cælio uide quæso ne qua lacuna sit in auro, ego ista non noui, sed certè in collybo est detrimentum.

Colo, lis. excolo, ueneror, obseruo, cultum tribuo, cultu quodam & honore dignor, culturam adhibeo, cultũ adhibeo, concelebro, incolo, habito. pro S.R. 16 b, Maiores nostri suos agros studiosè colebant, nõ alienos cupiebant. et ib. d, Quòd alijs prædia coluit, nõ sibi. & ibi. Qui præesse agro colendo flagitium putes. et ib. Studium quod ad agrum colẽdum attinet. pro Qu. 2 b, Erat ei res rustica sane bene culta & fructuosa. de Fin. 114 b, Si igitur illa cultura uitium in uite insit ipsa, cætera credo uelit quæ ad colendam uitem attinebunt. cõtra Rul. 83 b, Vt esset urbs quæ res eas quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset. pro S.R. 25 d, Tot præclara, tam pulchra, tã fructuosa pater filio suo colenda ac tuenda tradiderat. contra Rul. 79 d, Ager qui ararari aut coli possit, non qui aratus aut cultus sit. de N. 56 b, Nos è terræ cauernis ferrũ elicimus, rem ad colendos agros necessariã. I.V. 228 d, Colitur q; ea pars urbis & habitatur frequentissimè. de N. 59 d, Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentẽ colunt. Antequàm 194 d, Quã nũc colere gentem institua? id est, habitare. I.V. 274 b, Deæ, quæ illos lacus lucosq; colitis. Ep. 24 b, Vrbem mi Rufe cole, & ista luce uiue. de Ora. 107 b, Verris ne tua domus, si à litigiosis hominib. non colatur, à cæteris deseratur. de Nat. 68 b, Achillẽ Astypalea insula sanctissimũ colit. cõtra Rul. 85 d, Is in Deorũ immortaliũ numero uenerandus à nobis & colendus est. de Na. 24 b, Dijquos nos colere, precari, uenerariq; solemus. de N. 70 d, Deos augustè et sanctè uenerari. de N. 12 b, Pietà sãctèq; colere Deũ. et 11 d, Piè colere deos. de In. 62 d, Crotoniatæ templum Iunonis religiosissimè colebant. ad Her. 17 d, Religiosè & castè colere aliquid. de Fin. 86 d, Colere diem natalem. pro Arc. 191 d, In qua urbe imperatores propè armati Poetarum nomen & Musarum delubra coluerunt. de Leg. 171 b, Colere ius et iustum. pro Font. 230 d, Colere religionẽ. & de Arusp. 247 b, Colere religiones. & Of. 54 b, Colere uirtutem. Colere bonas artes. l. Recolo. pro Arch. 186 d, Colere studia literarum. Colere studium philosophiæ. l. Cultus. Tusculan. 154 d, & 153 b, Nec cerimonias sepulchrorum tanta cura coluissent, nisi, &c. de Inuent. 81 b, Tribuere alicui diligentem cultum. de Arch. 250 d, Quæ Persæ semper summa religione coluerunt. pro Flac. 148 d, Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio colnit. de Cla. 175 d, Tubero uita seuerus, & congruens cũ ea disciplina, quam colebat. de In. 82 b, Obseruãtia est, per quã superiores

Universidad de Deusto
Biblioteca

periores reuereremur et colimus.et 26 b,Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur.de Or.123 d, Illi qui hoc solum colendum ducebant:id est,Rhetoricam. Part. 122 d,Sequi & colere leges.de Sō. 129 d,Qui in uita humana diuina studia coluerunt.pro Arc.188 b,Literæ adiuuant ad percipiendam colendāq; uirtutē. ad Herē.17 d, Studioſe colere ſocietates atq; amicitias.de Am. 106 d, Amicitiæ non propter indigentiam,ſed propter amorē coluntur.& Ep.144 d, Nam tibi me profiteor ēt in re pub.ſocium,& in quotidiana uita coniunctū,cū ijs artibus ſtudijſq;, quæ columus. Poſtquā 203 d, Colere bene meritos.Off.2 d,Colere amicitiam, iuſticiam,liberalitatem.pro Qu.4 b,amicitia ueritate, ſocietas fide, propinquitas pietate colitur.de Or.122 d, Diligentia præcipuè colēda eſt nobis.Ep.46 d,Colere doctiſſimos uiros. de Cl.165 d,Colere aliquem loco parentis. et de Sen. 70 d.I.A.179 d,Quē patris loco colere debebas.de Am.161 d, Coli & obſeruari ab aliquo. pro. S. R. 364 , Colere atq; obſeruare aliquem. At.264 d,Meq; ille mirificè coluit & amauit. Epiſt. 135 b,Coli & obſeruari à multis. Epiſt.134 d,Coli & amari à multis.At.34 b,Hic Cæcilium colimus et obſeruamus diligenter.pro Flac.157 d, Ciuitas quam meus frater in primis colit ac diligit.pro Mur.141 b,Obſeruari ab aliquo & coli.de Leg.185 d, Colere et diligere aliquem.de Sen. 64 b,Pater tuus quē colui & dilexi. Ep. 64 b,Mihi tui colendi,aut amandi, aut ornandi uoluntas nunquam defuit.Attic.147 b,Aliquot ſunt anni,cum uos duos elegi,quos præcipuè colerem. At.161 b, et Ep.87 b,Nihil mihi unquam gratius accidit,quàm quòd meam Tulliam ſuauiſſimè diligentiſſimeq; coluiſti.Epiſt.256 d,Colere aliquem abſentem memoria.Epiſt.49 d,& 199 b, Colere aliquem ſumma obſeruantia.Attic.195 b,Nunc planè nec uictum,nec uitam ullam colere poſſum.ad Heren.28 b,Colere uitā cū uirtute:id eſt,uiuere.Of. 2 a,In officio colendo ſita uitæ eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. de Le. 159 d,Cuius muneris colendi efficiendiq; cauſa nati ſumus.Offic. 1 b,Sed hoc quoq; colendum eſt æquabile et temperatum orationis genus. Poſtquā 203 d,Memoriā ueſtri beneficij colam beneuolentia ſempiterna.Attic. 207 d,Poſthac enim poterimus cōmodius colere inter nos in Tuſculano.de Am.111 b, Neq; ſolùm colent ſe inter ſe ac diligent,ſed etiam uerebuntur.

Colonarium, rij.uectigal quod pro re penderetur ruſtica.in quo ſenſu etiam uſus uidetur Cæſar de Bello ciuili.3 At.206 d,Colonariū uide ne nullum debeamus.aliter columnarium.

Colonarij,orum. qui uectigal colonarium exigebant, ut arbitror.Epiſt.119 b,Cælij.

Coloneus, nei. locus, in quo Sophocles Oedipum tragœdiam ſcripſit.de Se. 82 b,Oedipus Coloneus.de Fin. lib.5.124 b, Coloneus locus,cuius incola Sophocles oculos ueraſabatur.

Colonia, niæ. populus ex urbe, aut regione, in aliam urbem regionemue deductus & translatus.Coloniæ tamen etiam priuilegio fiebant, ſine ſoli mutatione. pro Font. 276 d, Narbo Martius colonia noſtrorū ciuium. pro Cecin. 304 d, In colonias latinas ſæpe noſtri ciues profecti ſunt,aut ſua uoluntate,aut legis mulcta.contra Rul.84 b,Cum cæteris in colonis Duumuiri appellentur,hi ſe Prætores appellari uolebant. de Cl.171 b,Cum Triumuir coloniam deduxiſſet. contra Rul. 63 b,Deducere colonias. & ibid. In Ianiculo coloniam conſtituere. & 73 d,Deducere nouas colonias,renouare ueteres. de D.80 b,Mittere coloniam in Aſiā. I. C.109 b,Vrbes coloniarum ac municipiorum.pro Syl.178 b,Hic patronus,defenſor,cuſtos illius coloniæ.& ibid.Vt non alteros demouiſſe, ſed utroſq; conſtituiſſe uideatur. Item, Qui coloniam deducebat, patronus erat colonorum.I. Colonus.de D.101 b, Item in colonia luſtrāda ab eo, qui eam deducebat. I. A. 179 b,Mos in colonijs deducendis ut ille qui deduceret aratrum,circunduceret, &c.

Colonus, ni. pro Cec. 303 d, Qui colonos habuit conductum de Cæſennia fundum.& ibi.Dubium eſt quin ſi Cæſennia tū poſſidebat cum erat colonus in fundo,poſt eius mortem hæres eodē iure poſſederit?I.V.199 b,Coloni pop.Rom.atq; aratores.I.V 260 b,Coloni agrorū. de Orat.125 b, Optimus colonus,parciſſimus,frugaliſſimus.cōtra Rul.64 d,Deducant colonos quos uelint,& ijs agros aſſignent.& 81 d,In omnes colonias totius Italiæ colonos deducant.pro Syl.178 b,Colonorum diſſenſio delata ad patronos eſt.I.A.294 b,Vt conſules cognoſcerēt qui ager colonus eſſet, quò milites ueterani deducti eſſent.

Colophon, onis.urbs.pro Pomp.10 d.

Colophonius, a, um.pro Arch.189 b,Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum. & ibidem. de Homeri patria.

Color, oris. pigmentum. Offic. 26 b,Formæ dignitas coloris bonitate tuenda eſt, color exercitationibus corporis.de Or.151 b,Ornatur oratio genere primùm & quaſi colore quodam, & ſucco ſuo.pro Dom.243 b,Sed ne cors repentè ſine ſuo uultu, ſin colore, ſine uoce conſtit.de Orat.161 b, His tribus figuris inſidere quidam nuſtatis non ſucco illitus,ſed ſanguine diffuſus debet color.de Or.193 d,Catonis lineamentis nihil,niſi eorūpgmentorū quæ inuenta nondum erant,flos et color defuit.pro Clu.28 b, Crebra coloris mutatio.de Clar.179 b,Vrbanitatis color.de Leg.279 d, Color autem albus præcipuè decorus Deo eſt,cùm in cæteris,tum maximè in textili,& c.Tuſ.237 b,Candiduli dentes,uenuſti oculi,color ſuauis.

Coloratus, a,um.tinctus.de Nat.69 b,Arcus ipſe ex nubi coloratus efficitur quodammodo coloratus.de Clar.179 b,Vrbanitate quadam quaſi colorata oratio.

Coloro, ās. colorem induco,tingo. Orat.201 d,Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis,ipſa ſe poſſea colorat & roborat. de Or.114 d,Vt cum in ſole ambulem,etiam ſi ob aliam cauſam ambulem,fieri natura ſolem,etiam ſi ob aliam cauſam ambulem,fieri natura tamen ut colorer : ſic cum iſtos libros ad Miſenum legam,ſentio orationem meam illorum quaſi cantu colorari. de Na.23 d, Atomi formare,figurare,colorare, animare non poſſunt.

Columba, bæ. Acad.20 d,Tu autem ne neges inſtructo remo,neq; columbæ collo commoueri.de Fi.94 d,Plumæ uerſicolores columbis.

Columbinus, a,um. Ep.138 d, Pullus columbinus.

Columella, æ. parua columna. de Leg. 138 b, Statuere columellam ſuper tumulum. Tuſc. 241 d, Animaduerti columellam è dumis eminentem.

Columen, eulmen,princeps.I. V. 188 d, Timarchides columen familiæ ueſtræ.I.A.252 d, Columen amicorum Antonij Cotyla.pro Flac.154 d, At iſtud columen actionis tuæ Mithridates ambulat cum lorica,& c.de D. 84 d,Quid uerò Phœbi fax, triſtis nuncia belli: Quæ magnum ad columen flammato ardore uolabat? de Di. 84 b,Ni poſt excelſum ad columen,etc pro Seſt.6 b, Columen reipublicæ.

Columna, næ.de Or.159 b, Columnæ & templa et porticus ſuſtinent. pro Dom. 225 b, Columnæ marmoreæ exædibus meis ad ſocerum conſulis portabantur. Qu. Fr.318 d,Columnas neq; rectas, neq; è regione Dipbilus collocarat.pro Cluent.25 b, Is in diſcordijs ciuitatis ad eam columnam, ad quam multorum ſæpe conuicijs perductus erat, tum ſuffragijs populi peruenerat. Qu. F. 318 d,Columnæ porticus politæ ſunt.I.A.153 b, Euerſio illius execratæ columnæ.de D.84 b, Iupiter excelſa celrabat ſceptra columna.Orat.219 d, Incurriſti amens in columnas. Columna Mœnia.l. Menius.

Columnarium, rij. tributum quod in ſingulas columnas domum ſuſtentantes exigeretur,propterea quòd opulentiam ſignificarent habitantium. Itaq; in Cæſare li. 3 de Bello ciuili, Columnaria legunt,non colonaria. At. 206 d,Columnarium uide ne nullum debeamus.

Columnarij,orum.præfecti columnarum tributis. Epi. li.8.119 b, Nolo te putare Fauonium à Columnarijs præteritum eſſe.Cælij.

Colus, lus. bacillus è quo mulieres penſa nendo trahunt, & deducunt.de Orat. 134 b, Quando ad me uenis cum tua colu & lana?

Comagene, nes.urbs, & regio.Ep.120 d.

Comagenus, ni.Ep.240 b,At.313 d.

Coma, mæ.capillus.pro Seſt.6 b,Conſul unguentis affluens,calamiſtrata coma.Poſtq.206 b,et de Ar.254 d,Primùm proceſſit madenti coma,compoſito capillo,& c.

Comatus, a,um. Gallia comata.id eſt,brachata,et transalpina.I. A .219 d.

Combibo, bis.imbibo,haurio.de Fi. 91 b, Sed inſici iam debet his artibus, quas ſi combiberit dum tener eſt, ad maiora ueniet paratior.

Combibo, onis.compotor.Epiſt.142 d,In controuerſijs quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Comburo, ris,uro,cremo,inflamo,incendo,exuro. pro Cl.23 d,& Ser.Ep.56 d,Puer ante noctem mortuus, & poſtridiè antequàm luceret,combuſtus eſt. At.226 d, At Cæſar etiam in foro cōbuſtus.I.V.92 d,& Qu.F.300 b, Cōburere aliquem uiuum.Tuſ.186 b, Calanus Indus ſuā uolūtate uiuus combuſtus eſt.de N.14 d,& pro S. R.33 b,Libri Protagoræ in cōcione cōbuſti.de D.87 d,Comburamus annales.Qu.F.300 b, Aliquem fumo comburi. do.de Cl.184 d,Niſi ſe collega tuus iactauiſſet,hodie te iſthic muſcæ comediſſent.pro Seſt.24 b,Vſq; eò nō fuit popularis,ut bona ſolus comeſſet.Epiſt.139 d,Ego te iacente bona tua comedam.et 176 b,Quocirca Sagulium negligamus,qui res nouas quærit,non quò ueterem comederit: nullam enim habuit, ſed hanc ipſam recentem nouā deuorauit pro Fl.163 b, Quid attinuit relinquere hāc urbē quaſi bona comeſſe Romæ nō liceret.At.89 d, Putat enim Pōpeius ſuos nummos uos comediſſe, Cæſarem in merito reædificando diligentiorem fore.ad Her. 39 b,Iſte tanquam cochlea, &c. comeditur cum domo ſua,& auſertur.de Or.131 d,Vt olim tu Craſſe comediſſe eum lacertum Largij. Comeſt:id eſt,comēdit. Nonius.

Comes, tis. qui alterum ſequitur,aſſectator,aſſecla. Epi. 229 b, Titus Auguſtus & comes meus fuit illo miſerrimo tempore,et omniū itinerum,nauigationum,laborū, periculorum meorū ſocius.pro Syl.179 b,Itaq; P. Sylla hoc importuniſſimo tum honoris tum etiā calamitatis ſocio atq; comite,& ſecūdas fortunas amittere coactus eſt,et in aduerſis ſine ullo remedio atq; alleuamento permanere.Ep.16 d,Me quidē certè tuarum actionum,ſententiarum,uoluntatum, rerū deniq; omniū ſocium comitemq; habebis.de Cl. 168 b, Eloquentia pacis eſt comes,ociq; ſocia.Ep.10 a,In eis uerò ulciſcēdis, &c.mirificum me tibi comitē præbuiſſem.de Or. 91 d, Omnes artes comites ac miniſtras oratoris eſſe. At.117 b,Ei ſtatim reſcripſi,hominemq; certū miſi de comitibus meis. de Am.213 b, Quanta illi in oratione maieſtas,ut facilè ducē populi Romani,nō comitem diceres.de Am.103 b, Neq; ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit. pro Mar.132 b,Huius rei tu ipſe es & dux & comes. Tuſc. 213 d,Examinatio metum ſubſequens & quaſi comes pauoris.pro Mur.137 d,Multarū deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. At.72 b, Marcellus ſedendi comes,& ſi ille magiſtratum non geſſerit,erit tamen tranſpadanus.

Comeſatio, uel comeſſatio, onis. intempeſtiuum conuiuium,præſertim nocturnum & à cœna.pro Cæl. 44 b, Comeſſationes,conuiuia Baijs acta.I.A.197 d,Totus denique comeſſationis Antonianæ chorus. In Catil.106 b, In uino & oleo comeſſationes & ſcorta quærere. de Orator.158 d, Tempeſtas comeſſationis,aut comeſſatio tempeſtatis.

Comeſator, uel comeſſator, oris, qui intempeſtiuis conuiuijs indulget.pro Cæl.52 a,Non idem iudicum comeſatorumq; conſpectus.& At.13 d, Noſtri iſtic comeſatores coniurationis.aliàs,comiſſatores.

Comeſor, uel comeſſor, aris.intempeſtiuis conuiuijs & epulis utor.Ep.15 d,Si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comeſatum: Tu,Pamphilam cantatum pro uocemus.aliàs,comiſſatum.

Comeſus, a,um.conſumptus,adeſus.In Sal.275 d,Patrimonio nō comeſo,ſed deuorato.pro Cl.54 d, Venenum epotum quàm comeſum celerius poteſt.

Cometes, tæ, ſtella crinita.de N.28 b, Stellæ quas Græci cometas, noſtri crinitas uocant, quæ nuper magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ.de D.84 b, Vidiſti & claro tremulos ardore cometas.l. Crinitus.

Comicus, a,um.pro Qu.R.50 d, Comœdus ex artificio comico ſpectatur.Orat.23 d Comici poetæ.l. Comœdia.

Comicè, comico more.de Orat.145 b,Res tragicas penè comicè tractare.

Cominus, aduer.de propinquiore loco, propius.)(. Eminus.de D.116 d,Sed hæc fuerit nobis tanquā leuis armaturæ prima excurſio,nūc cominus agamus.pro Cor. 59 d,Qui cū hoſte noſtro cominus in acie ſæpe pugnarit.de Senect.81 d,Eminus haſta,cominus gladio uti.pro Plan.274 d, Cominus pugnare. At.23 b,Qui me epiſtola petiuit,ad te,ut uideo, cominus acceſſit. pro Cec. 203 d,Etſi non ſolùm impulſu ſcutorum,neq; conflictu corporum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

porum,neq; ictu cominus,neq; coniectione telorum,sed sæpe clamore ipso militum, &c. magnas copias pulsas esse & uidimus,& audiuimus.Tusc.219 b, Video enim utrunq; cominus ictu cecidisse contrario.

Comis,me. humanus, habens comitatem. de Sen. 80 b, Cyrus omnibus in rebus comis erga Lysandrum atq; humanus fuit.pro Cor.62 b, Comes,benigni,faciles,suaues homines qui erranti comiter monstrant uiam.de Fin.81 b, Vir bonus,comis & humanus.pro Mur.139 b, Quis C.Lælio comior?quis iucundior?et ibi. Nemo eo cõmodior,comior,moderatior fuit,&c. At.80 a, Nil come, nil simplex est.de Cl.183 b, Qu. Scæuola augur percomis est habitus.pro Pl.272 b, Omnib. comis eram uisus.

Comitas,tis.facilitas.)(.Seueritas,grauitas,Part. 231 b, Idq; comitate sit magis quàm uanitate. Quin.F.294 d, Cyrus ille à Xenophonte scriptus, cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur.de Cl.177 b, Scæuolæ multa in seueritate non derat comitas.de Sen.79 a, Comitate condita grauitas.de In.82 b, Clemẽtia est, per quã animi temere in odiũ alicuius inuectionis cõcitati,comitate retinentur.At.95 b, Mulieres quidem ualde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis.de Or.125 a,et 240 a, Verborum comitas.Of. 22 b, Cõtraq; pater eius nullam comitatem habuit sermonis.& 42 b, Comitas affabilitasq; sermonis maximè conciliat animos hominum. pro Mur.140 a,Si illius comitatem facilitatemq; tuæ grauitati seueritatiq; asperseris.Orat.199 b, Seueritas.)(.Comitas.

Comitatus,a,um.pro Dom.218 a, Quem pop. Romanus à porta in Capitolium,atq; inde domum sua celebritate lætitiaq; comitatum honestauit.At.135 a,Si Cn. bene comitatus conscendisset,& Coss.transissent.I.C.105 a,Molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. pro Cæl.44 d,Mulier multis uiris comitata. I. A.244 b, Quis audeat luci bene comitatum aggredi.

Comitatior,oris.Tusc.250 a.

Comitatus,tus.assectatores,comitum multitudo,clientela.Attic.119 b,Si maneo,& illum comitatum optimorum ciuium desero, cadendum est in unius potestatem. pro Cor. 68 a, Cum ducibus ipsis, non cum comitatus assectatoribus consligant. I. C. 112 a, Cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent.& ibid. Literæ quæcunq; erant in eo comitatu, integris signis prætoribus traduntur.Qu.F. 321 b, Ille ignarus sui comitatus, repentè aperuit lecticam. item, Quæ si quos inter societas est, eorũ habẽdus optimus, comitatus.pro Mil.106 b,Muliebri ac delicato ancillarum puerorumq; comitatu. de Sen. 82 b, Mihi uerò illi comitatu nobilium iuuenum fortunati uidebantur.de Fi. 88 a, Tantus uirtutum comitatus. Part. 118 b, Regulus uirtutum præsidio munitus, tantoq; uirtutis comitatu septus.de Ar.243 b, Cepi equidem maximum fructum, & ex consurrectione omnium, & ex comitatu publicanorum.Ep. 92 b, Si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum.

Comiter,humanè,humaniter,benignè.I.A.246 b, Salutare benignè, comiter appellare unumquemq;. de N. 13 a,Tum Cotta comiter ut solebat:atqui,inquit,&c. Off. 11 a, Homo qui errãti comiter monstrat uiam. pro Cæl. 40 a,Cum aliquo comiter uiuere.pro Corn.63 a,& 62

b, Benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit. Sic Cicero comiter interpretatur, contra quendam qui comiter, dicebat esse communiter.

Comitialis,le.tempus comitiorum.Qu.F.307 b, Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat.et 311 a,Dies comitiales exemit omnes.I.V.314 b, Offendit eum mensem comitialem, comitijs iam ab hinc triginta diebus habitis.

Comitiatus,tus.pro comitijs ipsis.de Leg.186 a,De capite ciuis,nisi per maximum comitiatum,etc. ne ferunto.Ibid.189 b,Omnibus magistratibus,auspicia & iusta dantur,&c. auspicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles impedirent more.

Comitium,tij. locus in quo comitia habebantur, campus Martius,commune cõsilium.I.V.149 b, Quid hoc cuiquam ferendum putas esse? huius argento domos uestras? huius signis & tabulis forum comitium ornari? pro Sest. 20 a, Cum forum comitium, curiam armatis hominibus occupatum uidissent.I.V.86 d,Tenes,quem quondam in comitio uidistis.& 87 a, Vidi simul cum populo Romano forum comitiumq; adornatum, ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri.de Leg.186 a,De capite ciuis nisi per maximum comitium ne ferunto.

Comitia,orum.conuẽtus pop.Rom.commune consilium omnium ordinum,ad creandos magistratus,ad ferendas leges,& alia cum populo agenda.pro Pl.269 a, Consul comitia habere cœpit,uocatæ tribus, latum suffragium, descriptæ,renunciatæ,longè plurimum ualuit Plancius. I.A.176 a,Ecce Dolabellæ comitiorũ dies sortitio prærogatiuè,quiescit,renunciatur,tacet, prima classis uocatur,renunciatur:deinde,ut assolet,suffragia:tum secunda classis uocatur,&c.de L. 193 a, Ferri de singulis nisi centuriatis comitijs noluerũt.descriptus enim populus censu,ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium auxilij quàm fuse in tribus conuocatus.contra Rull. 6 b,Est illud amplissimum Quirites,quòd hoc honore nouis hominibus primùm me multis posthabitis affecistis,quòd prima petitione,quòd anno meo:sed tamẽ magnificẽtius esse illo nihil potest,quòd meis comitijs non tabellam indicem tacitæ libertatis,sed uocem unam prædicem iudicem uestrarum erga me uoluntatum tulistis. V.243 a,Tu cum prætor esses renũciatus, non ipsa prætoris uoce excitatus es? qui te toties seniorũ iuniorũq; centurijs illo honore affici pronunciauerit. Postquam locos, quos assumpserimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuò nobis hærere possint. aliàs egregiè communiterq; notare.

Commeditor,aris.meditari,uersare.Ad Her.22 a,Quæ ea comitia puto fore ut ducantur. de Comitijs uide A. Gellium,& Alexandri Geniales dies.

Comitor,aris.assector,sector.de Fin.77 a,An est aliquid per seipsum flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia.de In.63 b,In itinere quidã proficiscentem ad mercatum quendam est comitatus.Tusc.247 b,Cæteraq; quæ comitantur huic uitæ.

Commaculo,as.maculo,turpifico,fœdo.pro Cæl.40 b, Si se ista infinito ambitu commaculasset.

Commeatus,tus.cibaria ad multitudinem aliquam alendam,præsertim belli tempore.Item tempus quod eundi, manendi, redeundi datur, & præscribitur alicui. pro Pom.14 a, Cùm ex omnibus prouincijs cõmeatu et publico & priuato prohibebamur.At.107 b, Suscepto aũt bello aut tenenda sit urbs,aut ea relicta ille à cõmeatu et reliquis copijs intercludẽdus.de Or.102 b,De commeatu,de insidijs faciendis atq; uitandis,&c. Ad Her.5 a,Vt ille qui ad diem commeatus non uenit, quòd eum aquæ intercluserint.I.V.255 a, Hũc scitote fuisse Heraclitum in ea causa, qui propter grauem morbum oculorũ tum cum nauigaret,et iussu eius qui potestatẽ habuit,in cõmeatu Syracusis remanserit.I.V.248 a, Hanccine impudẽtiam iudices ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere, certo precio sexcentenos numnos nautarũ missione constituere,quos qui dederat,cõmeatũ totius ætatis auferebat:iste quod et nautæ nomine,& pro stipendio frumentoq; acceperat,lucrabatur.

Commemini,sti.memini.de Or.194 b, Quem hominẽ probè commeminisse aiebat. & 159 b, Id quod tu rectè commemimisti.Tusc.150 b, Ego autem non commemini antequàm sum natus,me miserum.

Commemorabilis,le. memorabilis. pro Mar.152 b, Vir commemorabili uirtute præditus.& de N.52 b.

Commemorandus,a,um.I.V.74 a,O commemorandã iudicia præclaramq; existimationem nostri ordinis.

Commemoratio,onis.mentio,recordatio. Qu.F.197 a. Me in scribẽdo,cõmemoratio uirtutis delectauit.I.V. 97 a, Verres in assidua cõmemoratione omnib. omniũ flagitiorũ fuit.Ep. 67 a, Me cõmemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit.& 146 a, Com-

tionibus magna uoluntate bonorum omnium.de Cl.169 a,Habere comitia contra leges.At.143 b, Comitia consularia à prætore haberi non posse.& 53 a, Legem comitijs centuriatis esse perlatam.I.V.234 b, Satis putabat se ad comitia tempore uenturum, si pridie uenisset. Ep.109 a, In campo certè non fuisti cùm hora secunda comitijs quæstorijs institutis sella Qu. Maximi, quem illi consulem esse dicebant,posita esset:quo mortuo nunciato,sella sublata est.Ille autẽ qui comitijs tributis esset auspicatus,centuriata habuit,consulem hora septima renunciauit,&c. At.1 a,In campo Martio comitijs tributis ad XVI.Cal.Sex.competitores qui firmi esse uidebantur,Galba & Antonius.I.A.234 b, Quod si comitia in senatu haberi placet,petamus,ambiamus, tabula modò noua detur nobis sicut populo data est.de Le.193 a,Comitia illa sunt armis gesta seruilibus.At. 63 a, Sed ea comitia puto fore ut ducantur. de Comitijs uide A. Gellium,& Alexandri Geniales dies.

Comitor,aris.assector,sector.de Fin.77 a,An est aliquid per seipsum flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia.de In.63 b,In itinere quidã proficiscentem ad mercatum quendam est comitatus.Tusc.247 b,Cæteraq; quæ comitantur huic uitæ.

Commaculo,as.maculo,turpifico,fœdo.pro Cæl.40 b, Si se ista infinito ambitu commaculasset.

Commeatus,tus.cibaria ad multitudinem aliquam alendam,præsertim belli tempore.Item tempus quod eundi, manendi, redeundi datur, & præscribitur alicui. pro Pom.14 a, Cùm ex omnibus prouincijs cõmeatu et publico & priuato prohibebamur.At.107 b, Suscepto aũt bello aut tenenda sit urbs,aut ea relicta ille à cõmeatu et reliquis copijs intercludẽdus.de Or.102 b,De commeatu,de insidijs faciendis atq; uitandis,&c. Ad Her.5 a,Vt ille qui ad diem commeatus non uenit, quòd eum aquæ intercluserint.I.V.255 a, Hũc scitote fuisse Heraclitum in ea causa, qui propter grauem morbum oculorũ tum cum nauigaret,et iussu eius qui potestatẽ habuit,in cõmeatu Syracusis remanserit.I.V.248 a, Hanccine impudẽtiam iudices ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere, certo precio sexcentenos numnos nautarũ missione constituere,quos qui dederat,cõmeatũ totius ætatis auferebat:iste quod et nautæ nomine,& pro stipendio frumentoq; acceperat,lucrabatur.

Commeditor,aris.meditari,uersare.Ad Her.22 a,Quæ ea comitia puto fore ut ducantur. de Comitijs uide A. Gellium,& Alexandri Geniales dies.

Commemini,sti.memini.de Or.194 b, Quem hominẽ probè commeminisse aiebat. & 159 b, Id quod tu rectè commemimisti.Tusc.150 b, Ego autem non commemini antequàm sum natus,me miserum.

Commemorabilis,le. memorabilis. pro Mar.152 b, Vir commemorabili uirtute præditus.& de N.52 b.

Commemorandus,a,um.I.V.74 a,O commemorandã iudicia præclaramq; existimationem nostri ordinis.

Commemoratio,onis.mentio,recordatio. Qu.F.197 a. Me in scribẽdo,cõmemoratio uirtutis delectauit.I.V. 97 a, Verres in assidua cõmemoratione omnib. omniũ flagitiorũ fuit.Ep. 67 a, Me cõmemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit.& 146 a, Commemoratio huius rei magnam mihi lætitiam attulit.Orator.108 a,Commemoratio antiquitatis,exemplorum prolatio.pro Arch.191 a,Commemorationem nominis nostri non cum uitæ tempore dimittẽdam esse, sed cum omni posteritate adæquandam.

Commemoro,memoro,dico,memini.prosequor, profero,sermonem usurpo,alicuius rei memoriam usurpo, crebris usurpo sermonibus.I.V.231 b, Longum est et nõ necessariũ, cõmemorare quæ apud quosq; uisenda sunt. pro Qu. 1, Nã quid hoc iniquius,aut indignius dici,aut commemorari potest? Epist.48 b, Omnes enim causæ, quas commemoras,iustissimæ sunt.de Ora.123 a, Critolaus,quẽ simul cũ Diogene uenisse cõmemoras.de Ora. 249 b,Metrodorus, de cuius memoria commemorauit Antonius.Qu.Fr.297 a,Omnes de tua uirtute commemorant.pro R.95 b,C. Decianus,de quo tu sæpe cõmemoras.pro Plan. 279 b, Nihil ex meis est temporibus, quod minus mea celebratione cõmemoratum sit. de Se. 84 b,Quid quoq; die audierim,dixerim,egerim,commemoro uesperi.Aca.18 b, Primùm quod initiò dixisti uideamus quale sit,similiter à nobis de antiquis philosophis cõmemorari,atq; seditiosi solerẽt claros uiros, sed tamẽ populares aliquos nominare.de Am.109 b,Beneficia meminisse debet is in quẽ collata sunt,nõ cõmemorare qui cõtulit.Par.124 a, Quæ est ista in cõmemoranda pecunia tua tã insolẽs ostentatio?Postquã.212 b,Qui desideriũ mei nominis renouari,et memoriã rerũ gestarum usurpari coegi.pro D.151 a,Quæ si priuatis gloriosa sunt,multo magis commemorabuntur in regibus.

Commendatio,onis.comprobatio,laus,cõmissio. Epi. 4 a,Is cùm antea & suo splendore et nostra cæterorũq; amicorum cõmendatione gratissimus in prouincia fuerit per suit,tum hoc tempore propter tuum in me amorem nostramq; necessitudinem uehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore.& ibid. Omnibusq; rebus eum ita tractes, ut intelligat nostram commendationem nõ uulgarem fuisse. At.121 b, Cui qui nosser bonos? quod obsequium? quæ etiam ad cæteros cõtempti cuiusdam hominis commendatio nostra defuit? ut meum iudicium reprehendi à Qu.fratre uulgoq; ab omnibus mallem,quàm illum non efferre laudibus? Tusc.148 d, Videne plus commendatio in uulgus, & hæc quæ expetitur gloria molestiæ habeat quàm uoluptatis. Epi. 8 a,Magna est hominum opinio de te,magna cõmendatio liberalitatis,magna memoria consulatus tui.Or.207 a,Hũc librum si minus nostra cõmendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est. Off. 42 a, Prima est igitur adolescenti commẽdatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest.Or.208 a, Principia acuta sententijs uel ad offensionẽ aduersarij,uel ad commendationẽ sui. de Or.128 a, Illa pars orationis quæ probitatis cõmendatione boni uiri debet speciem tueri.I.P.79 b,Obrepsisti ad honores errore hominum,cõmendatione fumosarum imaginum.I.C.103 a, Homo per se cognitus, nulla cõmendatione malorum.de Cl.173 a,Is magnos honores sine ulla cõmendatione maiorum est adeptus. pro Flac. 151 a,Aliquis infimo loco natus, nulla commendatione famæ.de Clar.186 a, Huius mores omnes commendationem ingenij euertunt.de Clar.194 a,Hæc causa tantum commendationis habuit,ut,&c. Off. 42 b, Prima igitur

cõmendatio proficiſcitur à modeſtia. pro Deio. 144 d, Qui commendationem meruntis ætatis ab impietate & ſcelere duxerit. pro Cæl. 38 b, Et meus hic forenſis labor uitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationẽ hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum. I. A. 186 b, Nec ſentit amens commendationẽ eſſe compellationem ſuam. pro Plan. 265 b, Hoc ualeret, in quam, in communi conſenſu omnium, & dulciſſima commendatione naturæ. de Orat. 141 d, Facillimè teneri ea quæ auribus perciperentur, aut cogitatione, ſi etiam oculorum commendatione animis traderentur. de Fin. b. 72 d, Epicurus in prima commendatione uoluptatem dixit. & ibid. Vt uoluptatem illam Ariſtippi in prima commendatione poneret.

Commendatitius, *a, um.* I. V. 234 b, Tabellæ non commendatitiæ, ſed tributariæ. Epiſtol. 62 d, Etſi ſtatueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias, tamen, &c.

Commendatrix, *cis.* de L. 167 b, Lex eſt emendatrix uiciorum, commendatrixq; uirtutum.

Commendatus, *a, um.* I. A. 222 b, Vita Ser. Sulpitij multis erit præclariſq; monumentis ad omnẽ memoriã cõmẽdata. I. A. 166 b, Quæ res unquã glorioſior? quæ cõmendatior hominũ memoriæ ſempiternæ? pro Cor. 63 d, Quis noſtrũm eſt cui non illa ciuitas ſit huius ſtudio, cura, diligentia cõmendatior? pro Seſt. 7 d, Alter erat opinione hominũ, nobilitate ipſa blanda conciliatricula cõmendatus. & ibid. Homo falſa opinione, errore hominũ cõmendatus. de Leg. 174 d, Sacrũ ſacro'ue commendatum qui clepſerit, patricida eſto.

Commendo, *as.* probo, fidei alicuius cõmitto, in tua fide ac religione depono, concredo, in ueſtra fide atq; humanitate totam cauſam repono, ciuitas in Catonis fide collocata, qui nationes deuictas bello in fidẽ cepiſſent, omnia in fidẽ & quodãmodo patrocinium mei conſulatus ſunt collata, in fidẽ meã accipio, in tutela alicuius ſum: alicuius uirtuti, fidei, felicitati ſum cõmendatus. Poſtquam. 207 d, Cum eũ præter ſimulatã triſticiã nulla res cõmendaret. Ep. 189 d, Neq; enim omniũ iudiciorũ malim me à te cõmendari, quàm ipſo tuo iudicio dignè ac mereor commendatus eſſe. de Orat. 109 b, Vt duos ſummos uiros, ijs qui neutrũ illorũ uiderint, eorũ quibus ambo illi oratores cogniti ſunt, uiuorũ & præſentiũ memoria teſte cõmendemus. pro Cæl. 38 b, Nec enim uobis ſatis cõmendata huius ætas eſſe poſſet, niſi, &c. de Orator. 125 d, Lenis oratio cõmendat reos. Off. 42 b, P. Rutilij adoleſcentiam ad opinionẽ & innocentiæ & iuris ſcientiæ, P. Mutij commendauit domus. de Cl. 184 b, Nulla re una magis commendatur orator, quàm ſplendore uerborum. de Orat. 107 d, Vox quæ una maximè eloquentiam commendat. de Cl. 186 b, Huius actio non ſatis commendabat orationem. Att. 209 d, Ligarianam, ut uideo, præclarè autoritas tua cõmendauit. & 49 d, Me totum tuo amori fideiq; commendo. & 229 d, Reſpub. ita te mihi cõmendauit, ut chariorem habeam neminem. Ep. 21 d, Tibi me totum commendo atq; trado. & 218 b, Sed uereor, ne quia complures tibi præcipuè commendo, exæquare uidear ambitione quadam commendationes meas. Qu. F. 299 b, Itẽ: Tibi me, tibi meas omnes opes fortunaſq; commendo, tibi committo exiſti mationẽ ac ſpem reliquæ uitæ. Ep. 28 b, Peto à me ut tibulo te quàm diligentiſſimè commendẽ. Attic. 276 b, & 277 d, Ad petitionem aut cõmendationem honoris tibi Glicona medicum diligentiſſimè commendo. Epiſt. 4 d, Quæ ne ſpes eum fallat, uehemẽter te rogo, cõmendoq; tibi eius omnia negocia, liberos, procuratores, familiã. & 109 d, Quare mi Cicero perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpitio ſucceſſori nos de meliore nota cõmenda. & 194 b, Vale, & matrẽ meosq; tibi cõmendatos habe. & 300 d, Zeuxis, quẽ ſcribis certiſſimũ mihi tricidam tibi à me intimè cõmendari. et 287 b, & te proo dignitatem meam tibi commendatam habeas. & 199 b, Rogo ut habeas eos à me commendatiſſimos. pro Cl. 4 b, Spes illa quam mulier in aluo commendatam à uiro cõtinebat. pro Pom. 6 d, Vt ſe ſocios dignos exiſtimaret, quorũ ſalutẽ tali uiro cõmẽdetis. de Fin. 93 d, Simulatum natũ ſit animal, ipſum ſibi conciliari et commendari ad conſeruandum. I. A. 235 d, Harum rerum omniũ decretio conſulibus cõmiſſa & cõmendata eſt. pro Ar. 289 d, Poetæ quaſi deorũ aliquo dono et munere cõmendati uobis eſſe uidentur. pro S. R. 37 d, Cui fortunæ uitæ cõmendatæ ſunt atq; concreditæ. pro Dom. 242 d, Vobis ego meam dignitatem, ſtudium et iudiciũ non modò cõmendo, ſum, ſed etiã cõmendatum arbitrabantur. de Ar. 246 b, Pontifices quorũ autoritati, & fidei, & prudentiæ maiores noſtri ſacra religionesq; commendarũt. pro Mur. 124 d, Idem conſul eum ueſtræ fidei commendat, quem antea dijs immortalibus cõmendauit. de Pro. 76 d, Quare ſit in eius tutela Gallia, cuius uirtuti, fidei, felicitati cõmendata eſt. de Orat. 104 b, Filios ſuos paruos tutelæ populi cõmendare. Of. 25 d, Iura fidei magiſtratuũ commiſſa ſunt. de Or. 111 b, Hiſtoria qua uoce alia niſi oratoris immortalitati commendatur. Ep. 68 b, Vt me ſempiternæ gloriæ per eum commendari nolim, qui non ipſe quoq; in me commendando propriam ingenij gloriam cõſequatur. & 151 b, Nomenq; tuũ cõmenda immortalitati. & 67 d, Cupio res noſtras quàm celerrimè mentis commendari tuis. Ep. 171 d, b, Satis me multa ſermentis commendari poſſint, arbitror: id eſſe committi.

Commentariolum, *li.* libellus. I. A. 156 d, An in cõmentariolis & chirographis & libellis acta Cæſaris firma erunt? de F. 108 b, Quæ res efficit, ne neceſſe ſit, illa de rebus ſemper quaſi dictata decantare, neq; à commentariolis ſuis diſcedere. de Or. 85 d, Quæ pueris nobis exercitatio commentariolis noſtris inchoata ac rudia excidunt. Qu. de Pet. 214 d, Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

Commentarium, *rij.* liber ad ſubſidiũ memoriæ conparatus, in quo rerum & negociorum capita notantur. de Cl. 179 d, Ipſa illa cenſoria cõtra Cn. Domitiũ collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, et orationis commentarium paulo plenius. Ep. 121 b, Quã quiſque ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum urbanarum, è quo tu quæ digna ſunt, felige. At. 19 d, Cõmentarijs conſulatus mei Græcè ſcriptis niſi ad te. Of. 329 b, M. Antonius ciuitates donabat ex cõmentario. Ep. 113 d, Commentarium rerũ urbanarum primũ dedi L. Caſſinio, ſecundum ei qui has literas tibi reddet. I. V. 246 b, Audite decretũ mercenarij prætoris ex ipſius commentario. & ibid. Recita commentarium. pro S. 175 b, Ego recentem putarem memoriã cunctũ ſenatus commẽtario meo poſſe ſuperari? Tuſc. 202 d, In eo eſt diſputatio ſcripta Carneadis, quam ſe ait in commentarium retuliſſe. At. 102 b, Referre aliquid in commentarium manu ſua. de Or. 102 b, Illa quæ in commentarium meum retuli.

Commentarius, *orum.* idem quod commentariũ. Ep. 69 d, b, Si enim ſuſcipis cauſam, conficiam commẽtarios rerum omnium. de Cl. 289 d, Cæſar ſcripſit commentarios rerum ſuarum. Offic. 53 b, 54 d, Quem locum miror à Poſſidonio breuiter eſſe tractatum in quibuſdam commentarijs. pro Rab. 93 d, Ex annalium monumentis, & ex regum cõmentarijs aliquid conquirere. de C. 171 d, Vt & Atticus ſcribit, & nos in antiquis cõmentarijs inuenimus. I. A. 153 d, Nihil tum niſi quod erat notũ in C. Cæſaris cõmentarijs reperiebatur. de Cl. 169 d, Poſſumus T. Cornuceanũ ſuſpicari diſertum, quòd ex pontificum cõmentarijs longe plurimum ingenio ualuiſſe uideatur. de Fin. 92 d, Cõmentarios quoſdam Ariſtotelicos, quos hic ſciebam eſſe, ueni ut auferrem. de Or. 129 b, Vbi ſunt Scipij & Fabij dei. Off. 59 d, Ficta et cõmentitia fabula. de F. 146 d, Nomina partim noua & cõmentitia, partim idẽ ſignificantia. de N. 7 b, Parmenides cõmentitium quiddam coronæ ſimilitudine efficit. & 22 d, Omnem talem confirmationẽ animi, philoſophi motum inanẽ uocant.

Commentor, *aris.* meditor, cogito, conſidero, mecũ me ditor. Att. 38 b, Veruntamen ipſum mecum in his locis cõmentor, ut iſta improbem. I. A. 190 b, Iam accedũt conſules multos iam menſes de pop. Rom. libertate cõmentati atq; meditati. I. P. 100 b, Sin aũt aliquid ſperare uoluerat, cogitaras id, quod illa trophæa plena dedecoris et riſus te cõmentatum eſſe declarant. Ep. 95 b, Si me occupationibus relaxaro (nã ut planè exoluã non poſtulo, et ipſum quidem multos annos nihil aliud cõmentor) docebo etc. Tuſ. 196 b, Nam qui hæc audita à docto memini ſſem uiro, futuras mecum cõmentabar miſerias. de Cl. 193 d, Hortenſius tanta memoria fuit, ut quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto uerbis eiſdem redderet. de D. 98 d, Magi congregantur in ſano cõmentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi. de A. 96 b, Cum in hortos D. Bruti commentandi cauſa (ut aſſolet) ueniſſemus. Epiſt. 148 d, Ad quẽ paratus uenerat, cũ in uilla Metelli cõplures dies cõmentatus eſſet. et ibi. Quæ aũt in luſtris & in uino cõmentatio potuit eſſe? de Fi. 153 d, Animaduertũtq; ea quæ domi fiunt curioſius, incipiũtq; cõmentari aliquid & diſcere. Ep. 52 d, Vt antè cõmentemur inter nos, qua ratione nobis traducendũ ſit hoc tempus. de Or. 150 b, Magiſter hic Samnitũ ſumma iam ſeneãlute eſt, & quotidie cõmentatur. I. A. 233 d, Quorum alter cõmentatus eſt mimos, alter egit tragœdiã. pro Qu. R. 31 d, Quæ mihi iſte uiſus eſt ex alta oratiõe declamare, quam in aliũ reũ cõmentaretur. Att. 142 b, Opus meas cõmentari nõ deſino, id eſt propoſita. de Cl. 194 b, Cõmentor declamitas cũ aliquo quotidie. & 172 d, Vſq; illum cõmentatũ in quadã teſtudine cum ſeruis literatis fuiſſe. de Cl. 171 d, In conſideranda cõponendáq; cauſa. Epiſt. 266 b, Is diu & multis lucubrationibus cõmentata oratione uide ut probari poſſit, te non peccaſſe.

Commentum, *ti.* res ficta, excogitata inuẽtio. de N. 26 b, Opinionum enim cõmenta delet dies. de Cl. 193 d, Idẽ ſua & commenta, & ſcripta, & nullo referente omnia aduerſariorum dicta meminerat.

Commeo, *as.* eo, uenio, redeo. At. 124 d, Crebrò enim illius literæ ab alijs ad nos commeant. pro Pom. 14 b, Inſula Delos, quò omnes undiq; cum mercibus atq; oneribus cõmeabant. I. V. 245 d, Nauis, quæ ad ea furta, quæ reliquiſſes, cõmearet. de N. 65 b, Cum eadem uicißim retrò cõmeant. & 35 b, Sol ab ortu ad occaſum commeãs. de N. 7 b, Animum eſſe per naturam rerum omnem intentum & commeantem. pro Cæl. 45 b, Cuius in hortos iure ſuo libidmes omnium commearent.

Commercium, *cij.* uſus, familiaritas. de Se. 85 b, Voluptas nullum habet cum uirtute commercium. I. V. 231 d, Mihi cõmercium ullius rei cum illo non eſt. & 168 d, Is agrum in Segeſtano (nam commerciũ in eo agro nemini eſt) conductum habebat. & 133 b, Ei locum illum ſenatorium ille uendidit, cui ne commercium quidẽ eſſe oportebat. ad Brut. 285 b, Si ſit commercio locus.

Commereo, *res.* mereor. de Ora. 105 d, Interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationẽ commeruiſſe ſe maximè diceret.

Commeritus, *ta.* de Inu. 12 b, et 59 b, Non caſtigabo pro commerita noxia. Plauti.

Commetior, *ris.* metior, ſimul metior. de In. 51 d, Sæpe oportet cõmetiri cum tempore negocium. de Vn. 200 b, Neq; ſiderum ambitus inter ſe commetiuntur.

Commigro, *as.* migro, domicilium muto. Quint. Fr. 309 d, Domus tibi conducta eſt, ſed breui in tuam commigrabis.

Commilito, *onis.* in bello ſocius. pro D. 149 d, Hic adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

Comminatio, *onis.* minatio. de Or. 162 d, Orationis autem ipſius tanquam amorũ eſt, uel ad uſum comminatio & quaſi petitio, uel ad uenuſtatem ipſa petitio.

Comminiſcor, *ris.* commentus ſum. fingo. de Fat. 141, Quædam etiam Poſſidonius cõminiſci uidetur. de N. 37 b, Epicurus monogrammos deos commentus eſt. At. 86 d, Nec me hoc uel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes. de Fi. 116 d, Ille enim occurrentia ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

scio quæ cõmiscebatur. Ad Heren. 8 d, Confingere & comminisci aliquid.

Comminuo, is. frango, diminuo. I. V. 212 b, Is nescio quo pacto dum armis exercetur, annulus aureus, quẽ habebat, fractus est & cõminutus. I. P. 99 b, Illi statuã istius deturbant, affligunt, cõminuunt, dissipant. pro Qu. 4 b, Nullum officium tam sanctũ est, quod non auaritia cõminuere atq; violare soleat. Off. 41 a, Viriatus, quem C. Lælius prætor fregit & comminuit. Att. 57 a, Re familiari comminuti sumus.

Commisceo, sces. permisceo. pro Dom. 242 b, Cuius ignem. non sum passus cum totius urbis incendio commisceri. de Amic. 111 a, Cuius animum cum se cõmisceat, ut efficiat penè unum ex duobus. pro Ma. 132 a, Nunquam enim temeritas cum sapiẽtia commiscetur. de N. 31 b, In mari & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Ad Heren. 35 a, Ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis.

Commiseratio, onis. miseratio, misericordia. de Orat. 163 b, Aliud molestia, sine commiseratione graue quiddam, & uno pressu ac sono obductum. Ad Heren. 16 d, Commiserationem breuem esse oportet: nihil enim lachryma citius aresci.

Commiseror, aris, miseror, miseratione afficior. In Arat. Commiserans hominum metuendos undiq; casus. I. V. 61 b, Quid cum cõmiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traijcere cœperit? An tequàm. 196 d, Conqueri & comiserari non licere.

Commissator, oris. Comesator.

Commissum, si. factum, facinus, delictũ. pro Syl. 180 b, Ecquid huius factũ aut commissum non dicã audacius, sed quod cuiquam paulo minus consideratũ uideretur factũ, quæro. Tusc. 181 b, Enunciare cõmissa, prodere cõscios. de L. 173 b, Sacrũ commissum quod neq; expiari poterit, impiè cõmissum esto. uidetur hìc Cicero loqui de quodam scelere, quod expiari non potest, cuiusmodi Theologi nostri appellant, peccatum in Spiritum sanctum, & peccatum ad mortem.

Commissio, onis. exhibitio. Att. 254 d, Sed tamen rumoris nescio quid affluxerat, cõmissione Græcorũ frequentiam non fuisse. Att. 249 d, Et tecum ago ut iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodũ ij ludi accipiantur, deinde omnia.

Commissura, ræ. iunctura. de N. 54 d, Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles cõmissuras habent? & 56 d, Molles digitorum commissuræ. de Vn. 199 d, Vt & ipse secum, & inter se ex commissura iungerentur.

Commissus, a, um. ut pugna commissa. l. Committo.

Committo, tis. credo, concredo, commendo, mando. I. A. 235 d, Cum harum rerum omnium decertatio consulibus cõmissa & cõmendata sit. pro Dom. 213 a, Vt omnia uestræ sapiẽtiæ, fidei, potestatiq; cõmissa creditaq; esse uideãtur. I. V. 242 b, Mihi honorẽ illum non solùm datum, sed etiam creditũ ac cõmissum puto. Qu. F. 192 b, Si quis est in quo iam defendaris, huic mihi credideris, nullam partem existimationis tuæ cõmiseris. & 295 d, Vt eos quos tuæ fidei potestatiq; S. P. Q. R. cõmisit et credidit, diligas. I. V. 149 d, Qui Quæstor consulẽ suũ consilijs commissis, rebus omnibus creditis, spoliare, re

linquere, prodere ausus est. pro Qu. 18 d, Tibi cõmitto existimationem ac spem uitæ meæ. pro Fon. 282 b, Frugi hominem iudices uidetis positum in uestra fide ac potestate, atq; ita ut commissus sit fidei, permissus potestati. Off. 25 a, Iura fidei magistratuum cõmissa sunt. Offic. 17 b, Vt tutela, sic procuratio reipub. ad utilitatem eorum qui cõmissi sunt, non ad eorum quibus cõmissa gerenda est. At. 242 b, Autor non sum, ut te urbi committas. pro Do. 223 d, Qui se populo commiserant, repellebantur. pro S. R. 37 b, Cum per eius fidem læditur, cui se commiserit. Att. 10 b, Satius est in infamiæ sordibus reliniqui, quàm infirmo iudicio cõmitti. de Or. 99 d, Ego tibi illam causam maiorem committendam putem? pro Plan. 272 a, Committere magistratum alicui. At. 131 b, Quantum ijs copijs committendum sit, non te præterit. pro Dom. 216 b, Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem sunt cõmissa. Ep. 204 b, Neq; te impedio quo minus susceptum negocium pro tua fide & diligentia ex uoluntate Cæsaris qui tibi rem magnam difficilemq; cõmisit, gerere possis. pro S. R. 39 d, Quæ posita sunt in suffitionibus, ea uestris ingenijs coniecturæq; cõmitto. I. A. 205 d, In conspectum pop. Rom. quo ore uos cõmisistis? pro S. R. 37 d, Res tanta, quæ publicè gesta atq; cõmissa sit. Ep. 42 d, Quid mihi ille non cõmisit? quid non mecum cõmunicauit? Att. 7 b, Itaq; neq; Achaicis, neq; Epiroticis hominibus paulò liberiores literas cõmittere audeo. Attic. 18 d, Huic terræ filio nescio cui cõmittere epistolam tantis de reb. non audeo. Ep. 16 b, Quos tamẽ ipsos libros, si quẽ cui rectè committam inuenero, curabo ad te perferendos. Attic. 54 d, Præterea sunt quædam detestica, quæ literis nõ committo. et 155 b, Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur ulla. Epist. 258 d, Quare te neq; nauigationi, neq; uiæ committas. Attic. 138 b, Quorum causa timidus me fortunæ committebam. Att. 232 d, Huic nihil credideris, nullã partẽ existimationis tuæ commiseris. In Ara. Hoc caue te ponto ita credas committere mense. Ac. 17 b, Vt tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere. I. A. 244 d, Possum'ne satis uideri cautus, si me huic itineri tam periculoso commisero? pro Pom. 10 d, Quis naufragium fecit, qui non se aut mortis, aut seruitutis periculo committeret?

Committere, facere. de Leg. 163 d, Quocirca uereor committere, ut non bene prouisa principia ponamus. I. A. 217 d, Ego nolo quemquã ciuem committere, ut mortem mulctandus sit. Epistol. 65 b, Non committam posthac, ut insanire uidear. Attic 4. a. Non committam posthac, ut me accusare de epistolarũ negligentia possis. Officiorum 43 d, Id enim ipsi sordidum est ad famam, committere ut accusator nominetur. Epist. 39 b, Non est meum committere, ut negligens fuisse uidear. & 176 b, Ipsum Cæsarem nihil sanè de te quæstum, nisi dictum, quod alieneret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum. se non esse cõmissurum ut tolli possit. & 177 a, Non committendum putaui, prius ut alpes transgrederer, quàm scirẽ, etc. At. 118 d, Non puto Cn. nostrũ committissurum, ut Domitium relinquat. & 124 b, Non placuit nobis committere ut temeritas nostra reipub. noceret. & 10 b, Id autem ut accideret, commissum est Hortensij consilio. & 69 b, Nõ committam ut tibi cum populo

sim prodesse, nõ prosim. & 213, Ne cõmittas ut frustrà properasse uidearis. Qu. Fr. 290 d, Præsertim cũ id cõmiserit, ut ille alter annus etiã tertiũ posset adducere. pro Qu. 11 a, Cõmissum nihil est, quare ad istã rationẽ peruenire tur. de Ora. 130 a, Non cõmittam, ut si de fugerim, tibi causam aliquã dẽ recusandi.

Committere, edere, suscipere, exhibere. Epi. 165 b, Sed ut rationem ineo, quo die prælium Pansa cõmisit, eodẽ à Gadibus naues profectæ sunt. pro Mur. 132 a, Pugna, quæ cum rege cõmissa est, & summa contentione pugnata. I. C. 112 d, Tũ interuentu Pontini, pugna quæ erat cõmissa sedatur. pro S. R. 20 d, Longo interuallo iudicia hoc inter sicarios primũ cõmittitur. Qu. Fr. 325 d, Ad VIII. Calendarum Nouembris, quo die ludi cõmittebantur.

Committere, delinquere, peccare, admittere, edere. pro Mur. 125 d, Nihil cõmissam cõtra legem esse defendo. de Cl. 168 b, Sed cum ex eo, quia quasi cõmitteret cõtra legẽ, quo qs iudicio circũueniretur, sæpe ipse in iudiciũ uocaretur, orationes alijs destitit scribere. pro Cl. 36 b, Is condemnatus est, quòd contra legẽ cõmisisset. I. V. 136 b, Censoribus, si quid cõmisissent, pœnæ erant legibus constitutæ. de In. 46 b, Qui simili impulsu alius quid cõmiserint. & ibi. Cũ impulsione al. quẽ cõmisisse quid dicet. I. V. 604, Quæ tu sine Verre cõmisisti, Verri crimini daturus sum. pro Mil. 113 d, Nihil timent, qui nihil cõmiserunt. Epist. 40 b, Sed quoniã accidit si admissum dedecus confitebor. pro Syl. 168 d, Cõmittere magnum scelus. pro Sest. 16 a, Edere scelus in aliquem. pro S. R. 28 b, Cõmittere maleficiũ. I. V. 77 d, Verres multa in Deos nefariè cõmisit. & 84 d, Ea natura quæ tantũ facinus commisit. In A. 205 b, Multis rebus nequam sensit, quantũ flagitij cõmisisset. pro Qu. 184 b, Is nihil alienũ uita superiore cõmisit.

Committere, obligari. I. V. 110 d, Faciemus ut palæstritæ petant hæreditatẽ, quòd eam palæstræ cõmissam esse dicant. & 81 b, Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illã hæreditatẽ Veneri Erycinæ cõmissam esse dicerent. et 154 d, Pœnã octupli cõmissam persequi. Hoc uulgò cadere in pœnam dicitur. pro Clu. 39 d, Nihilominus enim potest, ut illã mulctam non cõmiserit, accepisse tamen ob rẽ iudicandam. pro Do. 242 b, Hanc ego deuotionẽ capitis mei, cũ ero in sedes meas restitutus, tũ denique, conuictam esse & cõmissam putabo. & 198 d, Postquam.

Commode, bene, rectè, commodũ. pro S. R. 20 d, Non satis cõmodè dicere possim, nam cõmoditati ingenium est impedimento. Offic. 35 b, Qui ex bestijs fructus, aut quæ commoditas percipi possent nisi, etc. de Am. 100 d, Amicitia plurimas & maximas cõmoditates cõtinet. ad Herenn. 1 a, Non parum habet in se fructus copia dicendi & cõmoditas orationis. Offic. 2 b, & 3 a, Ad uitæ cõmoditatem iucunditatemq; , ad facultates rerum atq; copias, conducat id nec'ne, & c. de Natur. 74 b, Omnes meos dolos, fallacias, præstigias, præstrinxit commoditas patris. & 77 b, Externæ commoditates, uincta, sagittasq; , & c. id est, bona fortunæ quæ uocantur.

Commodo, as. accommodo, utendũ do, inseruio, benignè facio, benefacio, aliquẽ iuuo. l. Occupo. de Orat. 227 b, Inuidetur enim cõmodis hominum ipsorum, studijs autem eorũ cæteris commodandi fauetur. de Finibus 89 a, Nec enim si tuã ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed fœneratio. Epistol. 28 b, Quod scribis ad me drachmis CCCLIII. nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare. Offic. 11 d, Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuique. I. V. 204 d, At publici commodasti tritici modium LX milia. pro Cæc. 43 b, Mulier, quæ se aurum Cælio commodasse, dicit. & ibidem: Aurum sumptum à muliere. & 49 b, Aurum reddere. ad Her. 40 d, Ait se ædes cuidam ad nuptias cõmodasse. In Ver. 204 d, Nomen suum alicui ad translationẽ criminis commodare. Epistol. 31 b, Quæ successori commodare potest is qui prouinciã tradit. & 222 d, Quibus tu quæcunq; commodaueris, erunt mihi gratissima. & 223, A te peto, quando apud gratos homines beneficiũ ponis, ut eò libentius his commodes, operamq; des, quoad fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. & 218 b, Quamobrem peto à te maiorem in modũ, ut his omnibus in rebus, quantum tua dignitas fidesq; patietur, commodes. & 223 b, Primùm ut omnibus in reb. ei te commodes, quoad fides tua patietur. & 219 d, Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possit, ei commodes. & 207 d, Cupio ei societati, quibuscunq; rebus possim commodare. & 211 d, Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum. pro Mar. 134 d, Hæc à uirtute donata, cætera à fortuna commodata esse uidentur. Attic. 31 b, Commodare alicui.

Commodùm, uix, tãtùm, cõmodè, opportunè. At. 168 b, Cõmodùm ad te dederam literas de plurib. reb. cum ad

mnib. partibus cõmodius regitur, quàm is qui stulticia alicuius administratur. At. 111 b, Sanè cõmodè Pompeius distribuit binos singulis partibus familiarũ. & 156 d, Feceris igitur commodè, mihiq; gratum, si me de his rebus feceris certiorẽ. & 255 d, Magis commodè quàm strenuè nauigaui. Ep. 175 d, Et ille cui mandaui, satis scitè & cõmodè tempus ad te cepit adeundi. Off. 52 d, Sed toto hoc de genere cõmodius à quibusdam, & c. disputatur, quàm, & c. At. 29 b, Emerseram commodè ex Antio in Appiam ad Treis tabernas, cũ in me incurrit Roma uenies Curio meus. I. V. 160 b, Cõmodè cum Apronius è palæstra rediisset, statuitur Lollius in illo cõtuio.

Commoditer, commode. l. Commeditor.

Commoditas, tis. opportunitas. de In. 66 b, In occasione commoditas ad faciendum idonea. pro S. R. 30 d, Neque satis cõmodè dicere possum, nam cõmoditati ingenium est impedimento. Offic. 35 b, Qui ex bestijs fructus, aut quæ commoditas percipi posset nisi, etc. de Am. 100 d, Amicitia plurimas & maximas cõmoditates cõtinet. ad Herenn. 1 a, Non parum habet in se fructus copia dicendi & cõmoditas orationis. Offic. 2 b, & 3 a, Ad uitæ cõmoditatem iucunditatemq; , ad facultates rerum atq; copias, conducat id nec'ne, & c. de Natur. 74 b, Omnes meos dolos, fallacias, præstigias, præstrinxit commoditas patris. & 77 b, Externæ commoditates, uincta, sagittasq; , & c. id est, bona fortunæ quæ uocantur.

Commodo, as. accommodo, utendũ do, inseruio, benignè facio, benefacio, aliquẽ iuuo. l. Occupo. de Orat. 227 b, Inuidetur enim cõmodis hominum ipsorum, studijs autem eorũ cæteris commodandi fauetur. de Finibus 89 a, Nec enim si tuã ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed fœneratio. Epistol. 28 b, Quod scribis ad me drachmis CCCLIII. nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare. Offic. 11 d, Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuique. I. V. 204 d, At publici commodasti tritici modium LX milia. pro Cæc. 43 b, Mulier, quæ se aurum Cælio commodasse, dicit. & ibidem: Aurum sumptum à muliere. & 49 b, Aurum reddere. ad Her. 40 d, Ait se ædes cuidam ad nuptias cõmodasse. In Ver. 204 d, Nomen suum alicui ad translationẽ criminis commodare. Epistol. 31 b, Quæ successori commodare potest is qui prouinciã tradit. & 222 d, Quibus tu quæcunq; commodaueris, erunt mihi gratissima. & 223, A te peto, quando apud gratos homines beneficiũ ponis, ut eò libentius his commodes, operamq; des, quoad fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. & 218 b, Quamobrem peto à te maiorem in modũ, ut his omnibus in rebus, quantum tua dignitas fidesq; patietur, commodes. & 223 b, Primùm ut omnibus in reb. ei te commodes, quoad fides tua patietur. & 219 d, Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possit, ei commodes. & 207 d, Cupio ei societati, quibuscunq; rebus possim commodare. & 211 d, Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum. pro Mar. 134 d, Hæc à uirtute donata, cætera à fortuna commodata esse uidentur. Attic. 31 b, Commodare alicui.

Commodùm, uix, tãtùm, cõmodè, opportunè. At. 168 b, Cõmodùm ad te dederam literas de plurib. reb. cum ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

me bene manè Dionysius fuisse. & 206 a, Cõmodum discesseras heri, cum Trebatius uenit. & 214 b, Commodum ad te miseram Demeam, cum ad me Eros uenit.

Commodum, modi. utilitas, bonum, ratio, εὐχρήματα. de Fi. 104 b, Incommoda autem, & commoda, sic enim εὐχρηστήματα & ἀνυχρηστήματα appello, communia esse uoluerunt. de Or. 119 b, Qui utilitatem defendet, enumerabit commoda pacis, opum, &c. & ibi. Incõmoda contrariorum. Off. 17 a, Dimicare de honore, gloria, cæteris q; commodis. de In. 50 a, & ad Her. 18 b, Præterea cõmoda et incommoda considerantur ab natura data animo aut corpori. pro Pomp. 17 b, Salutem reip. me is commodis & rationibus prætuli. Qu. Fr. 294 b, Est eius qui alijs præsit, eorum quib. præsit, commodis utilitati q; seruire. de N. 25 a, Si amicitiam ad fructũ nostrũ referemus, nõ ad illius commoda quem diligimus. de N. Incommoda uitæ sapientes commodorum cõpensatione leniunt. pro Mur. 235 a, Quibus contra ualetudinis commodum laborandum est. de In. 64 a, Cum commodum aliquod maioris adipiscẽdi commodi causa præteritur. & ibid. Retinendi, augendi adipiscendiue commodi causa. At. 196 b, Velim aliquando cum erit tuum commodum, Lentulum puerum uisas. de D. 102 a, Vt ostenderet etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniã facere posse. Qu. Fr. 328 b, Nihil quod ad cõmodum meum attinet, sine maximo tuo commodo & maxima tua facultate, mi frater, cogitaris. At. 220 b, Id si tibi erit cõmodum, cures uelim. & 57 b, Sed hæc, si tibi commodũ est. Postquam 206 b, Neq; solùm id dixit, sed quos ei cõmodum fuit, compellauit. de Cl. 166 b, Quare si tibi est commodum ede illa, quæ cœperas. I. V. 76 a, Etiam spacium ad dicendũ nostro commodo uacuosq; dies habuissemus. Ep. 47 a, Tu quod commodo tuo fiat, quamprimum uelim uenias. At. 123 b, Ipse quod commodo tuo fiat, cum eo colloquere. & 220 b, Heri nescio quid in stre pitu uideor exaudisse, cum diceres tu in Tusculanũ esse uenturum, quod utinam, iterum utinam, tuo tamen cõmodo. et 207 a, Pisonẽ si poteris conuenias, uides quàm maturum sit, sed tamẽ quod tuo commodo fiat. & 276 a, Si minus id commodo reip. facere posses, ut in ijsdem locis exercitum contineres. & 3 a, Nunc uerò sentio, quod tuo commodo facere poteris, uenias ad id tempus quod scribis. de Cl. 166 a, Ego uerò expectabo ea quæ polliceris, neq; exigam, nisi commodo tuo. & ib. Quod ipso, cui debes, in commodo exacturum negat.

Commodus, a, um. opportunus, utilis, facilis. At. 217 a, Nihil geri potest nec cõmodius, nec aptius quàm ut scribis. I. V. 99 a, Vt filijs bona patria eriperes, et cui tibi cõmodum esset condonares. Qu. F. 322 a, Literæ, quas ego accepi satis commodas de Britannicis rebus. At. 126 a, Ex literis tuis ea, quæ in agro Piceno gesta erãt, cognoui commodiora esse multo quàm ut erat nobis nũciatũ. pro Cec. 286 b, Potuisti ad tuum ius faciliore ac commodiore uia peruenire. pro Mu. 130 b, Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit, ad omnẽ rationẽ humanitatis. Qu. Fr. 297 b, In hoc genere multo te esse iam cõmodiorẽ mitioremq; nunciant. de Am. 106 b, Qui antea commodis fuerunt moribus, eos prosperis rebus immutari. ad Her. 29 b, Qui priuatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & sui cognoscentem uidere in potestate quis speret? At. 136 b, Si cõmodius anni tempus esset, uel infero mari liceret uti.

Commolior, iris. molior. de N. 74 b, Neq; dolum ad eũ neq; machinam cõmoliar. Statij poetæ comici.

Commonefacio, cis. cõmoneo, admoneo. Ep. 61 b, De rationibus prouinciæ quid uellẽ fieri, ut is uos doceret & commonefaceret. Ep. 229 b, Sed tamen Cereliæ procuratores scripserũt, te propter magnitudinem prouinciæ multitudinem negociorum, etiam atq; etiã esse commonefaciendum. I. V. 233 b, Irrisio quæ commonefaceret istius turpẽ cãlamitosamq; præturam. Sal. in. Cl. 270 b, Videlicet ut nos cõmonefacias, quàm conuersa sit res ad Her. 51 b, Cum ipse te ueteris amicitiæ commonefaceret, commotus es?

Commonefio, fis. I. V. 258 b, Nemo est qui tui sceleris ex illa oratione commonefiat.

Commoneo, es. admoneo. At. 138 b, Attentum, commonent Græci, ut principiò faciamus iudicẽ. I. V. 213 a, Hoc me commonuit Pisonis annulus, quòd totum effluxerat. de Fin. 99 a, Vt cõmoneri nos satis sit, nihil attineat dicere. Parad. 238 b, & I. V. 107 b, & 258 a, Cõmonere aliquem de aliqua re. ad Herenn. 34 b, Te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant.

Commonitio, nis. Qu. de Pet. 113 a, Commonitionibus, aliàs, communitionibus.

Commonstro, as. de Or. 102 a, Sed ut commonstrarem tantùm uiam, & ut fieri solet, digitum ad fontes intelligentiæ commonstrarem. de Or. 123 b, Et illi sedes & tanquam domicilia omnium argumentorum commonstret. de Vn. 202 a, Commonstrauitq; leges fatales.

Commonstratus, ta. de Or. 162 b.

Commoratio, onis. Ep. 92 b, Nam & uilla et amœnitas illa, commorationis est, non diuersorij. Qu. Fr. 321 b, Multos dies hanc epistolam in manibus habuit, propter cõmorationẽ tabellariorum.

Commoratio, cum est exornatio sententiarum. ad Her. 38 a, Commoratio est, cum in loco firmissimo quo tota causa continetur, manetur diutius, et eôdem sæpius reditur. de Orat. 161 b, Nam & commoratio una in re, permultũ mouet. de Or. 209 b, Versari sæpe multis modis eandem & unam rem, & hærere in eadem cõmoratione sententiæ.

Commoror, aris. maneo, cõsisto, subsisto. Att. 142 b, & sentio tibi ut in Formiano potissimùm commorer. Att. 74 b, Nostra negocia, quoniam Romæ commoraris, amabo te explica. & 75 a, Quoniam Romæ manes. Epist. 33 b, Triduum Ephesi commoratus sum. de Or. 91 b, Cõplures sum ibi dies commoratus: id est, Athenis. In Ver. 255 a, Prædones unam illam solam noctem ad Pelorum commorati, ad Syracusas accedere incipiunt. Ep. 20 a, Commoraturum me nusquam sanè arbitror. et 92 b, Ego me Asturæ diutius arbitror cõmoraturũ. pro Pomp. 6 a, Vt illi beatissimi esse uideantur, apud quos ille diutissimè commoratur. de Ser. 94 b, Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitãdi dedit. pro Quinct. 4 a, Deinde Romæ dies ferè XXX Quintius commoratur. Ep. 86 b, Quasi tibi non liceret in Sicilia diutius cõmorari. & 33 a, b, Prope Cal. Sextiles puto me Laodiceæ fore, ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, commorabor. & 244 a, Cùm ad Cybistra propter uetustatem

tionem quinq; belli dies essem commoratus. & 257 b, Nos apud Alyzian unum diem commorati sumus. & 213 a, Audio eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cybiræ commorari. & 229 b, Diutius ibi commorabimur. & 169 b, Lupus familiaris noster, cum ad te uenisset, cũq; Romæ quosdam dies commoraretur, ego eram in ijs locis in quibus, &c. At. 130 b, Si Cæsar circũ isthæc loca commorabitur. pro Clu. 25 a, Cum is apud mulierculã quandã pernoctaret, & ibidẽ diem posterũ cõmorare tur. pro Quint. Rosc. 53 a, Ipsa mihi ueritas manũ iniecit, & paulisper consistere & cõmorari coegit. Brut. 288 b, Tardare & cõmorari te melius est. pro Quint. Rosc. 49 a, Quoniam ille hic consistit paulisper, mihi quoq; necesse erit paulum commorari. pro Mil. 106 b, Milo paulisper dum se uxor comparat, cõmoratus est. Qu. F. 304 b, Illud fieri non potest, me diutius quàm firma spes postulabit, in tã misera uita cõmorari. Ep. 87 a, Consilium tuum, uel casus potius diutius in armis ciuilibus cõmorandi semper mihi magno dolori fuit. At. 175 a, Non possum præ fletu diutius in hoc loco cõmorari. de In. 54 b, Cõmorari diutius in aliqua re. Orat. 209 b, Versare sæpe multis modis eandem & unam rẽ, & hærere in eadẽ cõmorariq; sententia. de Ora. 135 b, Id amplector, exorno, exaggero, ibi cõmoror, ibi habito, ibi hæreo.

Commotio, onis. motus. Tusc. 236 b, Tẽperantia est moderatrix omniũ cõmotionũ. et 192 a, Animi cõmotio.

Commotiuncula, læ. febricula. At. 189 a, Atticæ bilaritatem libenter audio, cõmotiunculis συμπάσχω: id est, condoleo, afficior.

Commotior, oris. de Cl. 176 a, Licinius genere toto fuit ciuilior atq; cõmotior. de D. 97 b, Non potest esse uehemens actio, nisi sit animus ipse commotior.

Commoueo, ues. moueo, perturbo, afficio, excito, concito, cõmuto. pro Rab. 93 b, Nihil me clamor iste commouet, nihil perturbat. Att. 87 a, Equidem sum magna animi perturbatione commotus. ad Her. 33 a, Cõmotus non es, cum tibi mater pedes amplexaretur, non es cõmotus. ad Her. 36 b, Quid tibi nunc quicquã obijciã? si probus es, non meruisti: sin improbus, non cõmouemoti sunt. de Off. 20 b, Qui aut libidine aliqua, aut metu cõsensib. ad quos illos adducere uolo, permoueor. & 18 b, Cõmouere iudicẽ. Qu. Frat. 325 b, Miserijs alicuius cõmoueri. pro Fon. 285 b, Nunc eiusdẽ miserijs ac periculis cõmouetur. de Or. 126 b, Non prius sum conatus misericordiã alijs commouere, quàm misericordia sum ipse captus. pro Cl. 55 b, Omnis suspicio in eos seruos, qui nõ cõparebant, cõmouebantur. de In. 61 a, Cõmouere indignationẽ, & concitare odiũ. ad Her. 36 b, Duæ res sunt, quæ possunt hominẽ ad turpe compendiũ cõmouere, inopia & auaritia. Att. 2 b, Crebras ex pectationes nobis tui cõmoues. Off. 39 b, Vehementer amor multitudinis cõmouetur, ipsa fama & opinione liberalitatis. de Or. 94 a, Præclarè enim se res habeat, si hæc accẽdi aut cõmoueri arte possint. pro Pom. 8 b, Tamen nimia longinquitate locorũ ac desiderio suorũ cõmouebatur. Orat. 110 a, Hoc porticus & tot locis sessiones græcarũ disputationũ memoriam nobis cõmouent. de Na. 3 b, Multorũ non modò discendi, sed etiã scribendi studia cõmouit. I. V. 210 a, Sed magnũ & acerbũ dolorẽ cõmouẽt. I. V. 125 a, Domo eius omnia abstulit, quæ paulo magis animũ cuiuspiã aut oculos possent commouere. & 239 b, Vt nemini minus expediret ullã in Sicilia aut tumultũ aut bellũ cõmoueri. At. 45 a, Non cõmoui me adhuc Thessalonica. Ep. 93 a, Tu cura ut ualeas, & te istinc ne cõmoueas. At. 232 a, Nunc quacunq; nos cõmouimus, ad Cæsaris acta uocamur. pro Fon. 283 b, Nec satis cõmoueor animo ad ea quæ uis cauenda. I. A. 187 a, Tum à suis similibus inuidiã in me aliquã cõmoueri putat.

Communicatio, nis. Pro Cor. 61 a, Nunquã à maioribus nostris intermissa est largitio & cõmunicatio ciuitatis. de Fin. 140 b, Nihil est quod latius pateat quàm coniunctio inter homines hominũ, & quasi quæda societas & cõmunicatio utilitatũ. de Or. 162 a, Communicatio, quæ est quasi cũ ijs ipsis apud quos dicas, deliberatio. de ornatu quodã quitur. Att. 15 a, Quin mihi nunc te absente sermonis cõmunicatio, quæ mihi suauissima tecũ solet esse, maximè deest.

Communico, as. cõfero, credo, partior, impartio, refero, cũ aliquo sermones aut consilia confero, participo. At. 16 a, Nihil mihi nunc scito tã deesse quàm hominẽ eũ, qui cũ omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, unà cõmunicẽ. Ep. 93 a, Multa præterea metuo, quæ cũ Milone uestro cõmunicaui. At. 183 b, Quod ad te scripserã ut cũ Camillo cõmunicares, de eo Camillus mihi scripsit te cũ eo locutũ. pro Qu. 3 a, Cũ de societate inter se multa cõmunicarent. Ep. 6 b, Põpeius sæpe mecũ de te cõmunicat. & ibid. Re cũ illo sæpe cõmunicata. Ep. 45 a, Et hoc tẽpore uelle te mecũ, si pròpius accessisse, de officio utriusq; nostrũm cõmunicare. Epist. 182 a, Multa prætereo, quæ tẽporibus illis inter nos familiarissimè dicta, scripta, cõmunicata sunt. & 251 b, Tũ ut quibus de rebus uellemus, tu tuis, ego meis inter nos cõmunicaremus. de Orat. 90 b, Sin ei dicendũ erit de iure ciuili, tecũ cõmunicabit. pro Do. 240 a, Si collegiũ pontificũ adhibendũ non uidebetur, nemo ne horũ tibi idoneus uisus est, ut cũ eo dedicationẽ cõmunicares. Epistol. 72 b, Relinquetur enim simplex illa iã cura doloris tui, quæ non cũ illis cõmunicabitur, sed ad teipsum propriè referetur. Ep. 183 b, Quod ego periculũ non extimesco, modò facti uestri gloriã cũ mea laude cõmunicẽ. Epi. 255 b, Cũ mecũ inimicitias cõmunicasti. pro Syl. 168 b, Neque ego hoc partiendæ inuidiæ, sed cõmunicandæ laudis causa loquor. pro S. R. 42 a, Desinant causam suã cũ Chrysogono cõmunicare. I. P. 80 b, Ego prouinciam cũ Antonio communicaui. I. V. 236 b, Num tibi illius uictoriæ gloriã cum illo cõmunicandã putas? pro Murena, 142 a, Cũ omnis potestas deorũ immortaliũ, aut translata est ad uos, aut cõmunicata uobiscũ. de Am. 100 a, Amicitia res aduersas partiens cõmunicansq; leuiores facit. & 109 b, Vt si quam præstantiã uirtutis consecuti sunt, impartiant eã suis cõmunicentq; cum proximis. & 100 b, In periculis aut adeundis aut communicandis. de Leg. 162 a, Segnitate igitur ad participandum alium alio communicandumq; iustos natura esse factos. I. V. 158 a, Socij putandi sunt, quos inter res cõmunicata est. pro Clu. 44 b, Eo tẽpori iudicia cum equestri ordine communicata sunt. de In.

Universidad de Deusto
Biblioteca

76 b, Præmia uirtutis non oportere, aut cùm improbis cõmunicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari.

Communio, onis. communitas, consociatio. de Le. 169 b, Inter quos est communio legis, inter eos communio iuris est. pro Mil. 121 a, Ego fortunas meas in communionẽm temporum tuorum contuli. Acad. 12 a, Si dicent ea de quibus disserent, se dilucidè perspicere, nec ulla communione uisorum impediri. Tuscul. 229 a, Philosophia homines inter se primò domicilijs, deinde coniugijs, tum literarum & uocum communione iunxit. de Orat. 100 b, Genus est quod sui similes cõmunione quadam, specie autem differentes duas aut plures cõplectitur partes. pro S. R. 28 b, Multum ualet cõmunio sanguinis. de Orat. 149 b, Si manere in pristina cõmunione uoluissent.

Communio, nis. munio, cõfirmo. I. V. 227 b, Situs urbis communitus & præclarus ad aspectum. pro Qu. R. 52 a, Sãctissimis testimonijs causa Roscij cõmunita est. pro Ce. 299 a, Qui refert habere fundum, &c. si parum sit cõmunitum ius? Ep. 244 b, Rexq; sine tumultu, sine armis, omni autoritate aulæ communita regnum cum dignitate obtineret.

Communitio, onis. de Orat. 138 a, Aut additum ad causam, & communitionem. alias, munitionem.

Communis, ne. coniunctus, uulgaris, contritus, de medio sumptus, latè patens.)(. Singularis, proprius, præcipuus. In Verr. 79 b, Quam iste laudem communem ait sibi esse mecum. de Pro. 69 b, Dolor meus, quẽ uos communionem semper uobis mecũ esse duxistis. de Le. 182 a, Hæc locupletibus ferè cum plebe communia sunt. Attic. 170 b, Hoc est mihi commune cum cæteris. pro Rab. 91 a, Labor in hoc defendendo præcipuè meus est, studium uerò conseruandi hominis commune mihi uobiscum esse debet. pro Quint. Rosc. 49 b, Is seruus fuit ei cum Roscio communis. Epist. 32 b, Qui mos mihi cũ Bibulo communis est. pro Quint. Rosc. 49 b, Seruum gratis factum esse communem cum alio, qui precio pro prius fuisset. pro Syl. 168 a, Quod mihi consuli præcipuum fuit præter alios, id in priuato cum cæteris est commune. de Am. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & militia communis. pro Sest. 9 a, Scelera quæ tibi cum eo coniuncta atq; communia sunt. pro Cæ. 50 a, Paries qui cum eo mihi fuerat communis. Of. 91 a, Quod illud est crimẽ senectutis, cum illud uideatis cum adolescentia esse commune? Off. 14 b, Quare cùm hoc commune sit potentiæ cupidorum cum ijs, quos dixi ociosos, alteri, etc. de Orat. 112 a, Hoc quod hæc ars profitetur, cum alia arte commune est. Offic. 12 a, Propinqui, quibus communis plerunq; fortuna est. Orat. 206 b, Quid est tam commune quàm spiritus uitæ, terra mortuis, mare fluctuantib. littus eiectis? In Antoniũ, 153 a, Alia porrò propria Dolabellæ, quæ, nisi collega absuisset, credo eis fuisse futura cõmunia. de Se. 91 a, Omni ætati mortem esse cõmunem. I. P. 191 a, Supplicium legis & iudicij cõmune est probis & improbis. Ep. 141 b, Sed posteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepi. de Sen. 84 a, Ad id quidem non propriũ senectutis est uicium, sed commune ualetudinis. pro Cor. 60 a, Quod commune est liberorum populorũ, non propri-

um fœderatorum. de Cl. 186 b, Hoc studiũ non erat cõmune Græciæ, sed proprium Athenarum. de Fin. 140 b, Atq; hæc ita iusticiæ propria sunt, ut sint uirtutum reliquarum communia. de Leg. 160 b, Vniuersus hic mundus una ciuitas communis deorum atq; hominum existimanda est. de Ora. 96 a, Ista omnium cõmunia & contrita præcepta didici. Off. 11 b, Omnia autem cõmunia hominum uidentur ea, quæ, &c. de In. 51 a, Cõmune est quod accidit omnib. eodem ferè tempore, ut mãsio, uindemia, &c. & ib. Publicum, commune & singulare. In Ver. 131 a, Loca communia: id est, publica. de Or. 92 b, Contra communẽ opinionem ratione pugnare, ex communi quadam hominũ opinione dicere. Of. 40 a, Cum ad opinionem cõmunem omnis accommodatur oratio. I. V. 113 a, Communis fama atq; sermo. de Or. 161 a, Ea sunt in communib. infixa sensibus. & 153 a, Quod in communi mente quasi impressum sit. I. V. 240 a, Inclusum supplicium, atq; à libero spiritu & communi luce secluſum. de Am. 99 a, Quæ sunt in usu uitæq; communi. de D. 126 b, Sed hæc quidem uita iam communis explosit. pro Quint. 13 b, Communi luce priuari. de Am. 103 b, Sed loquor de ijs, de quibus memoriã accepimus, quos nouit uita communis. de Orat. 106 b, In communi uita & uulgari hominum consuetudine non esse hebetẽ nec rudem. de Am. 99 b, Iam uirtutem ex consuetudine uitæ, sermoniq; nostri interpretemur. de Orat. 103 b, In communi uitæ consuetudine. & 101 b, In sermonib. quotidianis: id est, cõmunib. Qu. Fr. 295 b, Præter cõmunem fidem, quæ omnibus debetur, præterea, etc. pro Fl. 151 a, Communis humanitatis iure, &c. pro Q. 9 a, Hæc uiri boni faciunt & hominũ existimationis & communis humanitatis causa. de Orat. 115 a, Homo nõ bene, neq; inexercitatus, neq; cõmunium literarũ & politioris humanitatis expers. Orat. 207 b, Definire aliquid ad commune iudicium & ad popularem intelligentiam accommodatè. de Orat. 106 b, Hac communi intelligentia contenti esse posimus. contra Rul. 78 a, In cõmuni atq; eodem quo cæteri iure uersari uolo. de Orat. 85 a, Graues casus communium temporum. & ibid. Eluctus à cõmuni peste depulsi. pro Plan. 265 b, Hoc uaderes, in quam, in communi consensu omnium & dulcissima cõmendatione naturæ. Epistol. 10 b, Quem animam amicitiæ tantummodo communi officio ciuium, non aliquo ergà me singulari beneficio debitum præstiti. Off. 62 a, Vt utilitas tua communis utilitas sit, uicissimq; cõmunis utilitas tua sit. pro Syl. 168 b, Tempus agẽdi fuit magis mihi proprium quàm cæteris, doloris uerò et timoris, & periculi fuit illa causa communis. Of. 11 b, Vt in Græcorum prouerbio, amicorum omnia esse communia. de Or. 98 b, De communibus & peruagatis reb. loqui. & 128 a, Vicijs cõmune & peruagatũ. de Fi. 90 b, In omni arte, cuius usus cõmunis uulgaris q; sit. Ep. 16 b, Quos libros arbitror Lentulo tuo fore non inutiles: abhorrent enim à communibus præceptis. Tusc. 239 b, Idem cibus communibus suggestis consistere non auderet, cocionari ex alta turri solebat. Ep. 59 a, Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam postulare, aut communem recusare. de In. 69 b, Commune autem præceptum hoc datur ad enumerationẽ, ut, &c. Epi. 70 b, Te rogo ut ad conuictum nostrum redeas & ad consuetudi-

nem, uel nostram communem, uel tuam solius & propriam. de L. 160 b, Inter quos ratio, inter eosdem recta ratio communis est. & ibid. Quibus autem hæc sunt inter eos communia, & eiusdem ciuitatis sunt. de Pro. 73 a, Vt commune officium censuræ, communi animo et uoluntate defenderent. Off. 67 b, Prætores & Trib. pleb. rem nummariam de communi sententia constituerunt. de Am. 108 b, Simplicem præterea, & communem, & consentientem amicum eligi par est.

Commune, nis. Respublica, ciuitas, uniuersitas, collegiũ. In Ver. 138 a, Iidem pro parte in commune Siciliæ contulerunt. de In. 63 a, Ex nostro quoq; nonnihil in commune contulimus. pro Quint. 2 b, Conferre aliquid in commune: id est, in societatem. In Ver. 95 b, Iste commune Miliadum uexauit. & 96 a, A communi Miliadum. In Ver. 131 b, Statuæ inauratæ à communi Siciliæ datæ. & 143 a, Statuæ à communi Siciliæ.

Communitas, tis. communio, societas, ius, iusticia. de Am. 107 b, Tum sit inter eos omnium rerum, sine ulla exceptione communitas. de Natur. 24 a, Cum deis quod potest nobis esse iuris, cum homini nulla cum eis sit cõmunitas. Aca. 10 a, In eo autem si erit communitas cum falso, nullũ erit iudicium. in Antonium 206 a, Quæ nobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Item: Ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, & uitæ quasi communitas continetur. Acad. 35 b, Alterum si sequare, multa ruunt, et maximè societas cum hominum genere. Epist. 141 b, Nec id ad uoluptatem refero, sed ad communitatem uitæ atq; uictus. de Finib. 104 a, Quemadmodum membris utimur priusquàm didicimus cuius ea utilitatis causa habeamus, sic inter nos natura ad ciuilem communitatem cõiuncti & consociati sumus. & ib. Præclarè Chrysippus cætera nata esse hominum causa & deorum, eos autem communitatis et societatis suæ. Off. 31 b, Cogitatio in se ipsa uertitur, eloquentia uerò complectitur eos, quibus cum communitati iuncti sumus. de Finib. 107 b, Homines nãcos esse ad congregationem hominum, & ad societatem communitatem q; generis humani. Of. 10 a, Communitas et societas uitæ. Of. 32 a, Consociatio hominum atq; communitas. & ibi. Communitas coniunctioq; humana. Top. 223 a, Vnum adde uerbum, iure, iam à communitate res disiuncta uidebitur.

Communitas, pro iure uel iusticia. Off. 31 a, Omnis honestas manat partibus quatuor, quarum una sit cognitionis, altera cõmunitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis. et ibidem: Placet igitur aptiora esse naturæ, quæ ex communitate, quàm ea quæ ex cognitione ducantur.

Communiter, promiscuè, de communi sententia.)(. Proprie, separatim. de Finib. 107 a, Nos ita esse natos, ut communiter ad utilitates apti simus. de In. 63 b, Cum communiter quædam de omnibus præcipi posint, separatim quoq; aliæ sunt cuiusq; generis & diuersæ præceptiones. Offic. 40 a, Admiratur communiter illi qui dem omnia, quæ, &c. separatim autem si, &c. pro Fon. 278 b, Aurium iudicium promiscuè & communiter omnibus à natura datum. Attic. 47 a, Et nos aliquando aut obiurgare, aut communiter consolari desine. de In. 80 b, Deinde utra lex de genere omni, utra de parte quadam,

utra communiter in plures, utra in aliquam certam rẽ scripta uideatur. Epistol. 209 a, Alia epistola communiter commendaui tibi legatos Arpinatium, hac separatim Quint. Suffidium. de Na. 50 b, Sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur. Attic. 172 b, Literæ, quas communiter cum alijs scripsisti, & quas nomine tuo. et 276 b, Cum eum uidero, communiter constituemus de reditu eius. In Antonium, 153 b, Atq; hæc omnia communiter cum collega. pro S. R. 36 b, Possidere aliquid communiter cum aliquo. pro Murena, 126 b, Vt rebus communiter gestis penè simul cum patre triumpharet. Off. 68 a, Conscripserunt communiter edictum cum pœna: id est, de communi sententia. & ibidem: Edictum quod communiter compositum fuerat, solus edixit. de Finib. 91 b, Sæpiusq; ista loquemur inter nos, agemusq; communiter.

Commurmuror, aris. I. P. 93 a, Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, ut scriba ad ærarium qui eas retulit, præscriptis rationibus, secum ipse caput finistrâ manu perfricans, commurmuratus sit.

Commutabilis, le. mutabilis, inconstãs. pro Mil. 114 b, Vide quàm sit uaria uariæ cõmutabilisq; ratio. de Am. 113 b, Aßectatoris animus uarius, cõmutabilis, multiplex. de N. 65 b, Si omnis cera cõmutabilis esset, nihil esset cereum quod commutari non posset.

Commutatio, onis. conuersio, uicißitudo. Octa. 330 b, O miseram & in breui tam celerem reipublicæ cõmutationem. de In. 54 a, Annuæ commutationes quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt. de Diuin. 127 a, Cum temporum anni tempestatumq; cœli conuersiones cõmutationesq; tantæ fiunt, accessu & recessu stellarum. At. 14 a, Quod afferret Quinto Fratri meo cõmutationẽ tantam uoluntatis. de Am. 110 b, Morum cõmutationem factam esse. de Fa. 143 b, ita fit, ut cõmutatio ex uero in falsum fieri non possit.

Commutatio, exornatio est, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex traiectione ita efferuntur, ut à priore posterior contraria proficiscatur, hoc modo: Esse oportet, ut uiuas, non uiuere ut edas. ad Her. 33 a.

Commuto, as. muto, conuerto, inuerto, contrarium facio, commutatio morum fit, commutationem affero. Offic. 7 a, Sed incidunt sæpe tempora, cùm ea, quæ uidentur digna esse iusto homine, cõmutantur, fiuntq; contraria. de Finibus, 142 a, b, Fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant. de In. 61 a, Quæ si sit semel iudicata, neq; alio cõmutari iudicio, neq; ulla potestate corrigi potest. I. C. 116 a, Quæ non ad delendam rempublicã pertinerent, sed ad commutandam. de Fin. 107 b, Quibus etiam qui assentãtur, nihil cõmutãtur animo, & ijdem abeunt qui uenerant. de Orat. d. 128 a, Ad animos commutandos, & omni ratione flectendos. Epistol. 33 a, Tua ratio postea est commutata. de Pet. 211 b, Commutare & uultum & sermonem ad sensum & uoluntatem alterius. Attic. 254 a, Quintus præceptis meis commutatus est totus. de Natur. d. 65 b, Si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum quod commutari non posset. de Arusp. 258 a, Quare prouidete ne reipub. status commutetur. de Fat. 143 b, Hæc cõmutari ex ueris in falsa non possunt. Posiquàm. 211 a, Cuius & uultus & sermo ad aliorũ sensum & uoluntatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntatem commutãdus est.pro Sest.11 d,Vt cum patriæ charitate constantiæ gloriam commutaret.pro Cl. 44 a, Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia cõ mutauit. Ad Her. 11 b,Multi leue compendium fraude maxima commutauerũt. contra Rul. 63 b,Possessionis inuidiam pecunia commutare. de Ora.158 d,Proprium proprio commutare. Ep.50 d, Mortem cum uita commutare.I. V. 158 d, Quis unquã conatus est omnia iura & consuetudinem omnium commutare cum uituperati one sine quæstu? Off.9 d,Regulus de captiuis commutandis Romam missus est.

Comœdia, diæ. fabula,scena. Off.21 d,Quo genere iocãdi,eleganti,urbano,ingenioso,faceto, Plautus noster & antiqua comœdia referta est.de Cl.185 d,Atheniẽsis Hyperboli ueteres Atticorũ comœdiæ notauerũt. Or. 203 d, Locutio comicorum poetarum , apud quos, nisi quòd uersiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.pro S.R.26 d,Etenim hæc conficta arbitror à poetis esse , ut effictos nostros mores in alienis psonis, expressãq; imaginẽ nostrã uitæ quotidianæ uideremus.

Comœdus,di.actor comœdiarũ. Or.206 b,Comœdum in tragœdijs , tragœdum in comœdijs placere uidimus.

Compactio,onis.coagmentatio.de Fi.132 d,Videmus ea quæ terra gignit , corticibus et radicib. ualida seruari, quod contingit animalib.sensuum distributione & quadam compactione membrorum.

Compactò .aduerbiũ.id est,consultò,& quod Vergilius dixit,compositò.At.166 d, Non committendum ut etiã compactò prohibiti uideamur.

Compactus, cta. ctum. coagmentatus. de Fin.b.105 b, Quid enim in operibus manu factis tam compositum, tamq; compactum & coagmentatũ inueniri potest?de Vn.199 b, Quippe qui ex eadem uinctus alteraq; natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta se conuersat, &c.

Compages,gium,commissura,uincula.de.Sen.93 d,Dũ sumus in his inclusi compagibus corporis,munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur.

Compar,ris.exornatio rhetorica.ad Her.30 d,Compar appellatur,quod habet in se membra orationis,quæ cõstat ex pari ferè numero syllabarum , &c.

Comparabilis,le.quod habet comparationem.de In.52 b,Comparabile est,quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet.& 57 d.)(.Dissimile. de In.51 b,Simile ex specie comparabili iudicatur.

Comparatè , cum comparatione. Top.228 d,Cum autẽ quæritur quale quid sit,aut simpliciter quæritur,aut comparatè.

Comparatio, onis.collatio,contentio.similitudo, apparatus, facultas, compensatio. Off.12 d, Si contentio quædam et comparatio fiat,quibus plurimum tribuendum sit officijs, principes sunt,patria & parẽtes,proximi,&c. deinceps, &c.& 30 b , Eorum autem ipsorum quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio et cõparatio de duob.honestis utrum honestius.et 52 d, Vtilitatum comparatio fieri solet. & 3 d, Primum igitur de honesto,tum de utili, pòst de comparatione eorũ dissẽrendum.de Orat.107 b, Et illa orationis suæ cum scriptis alienis comparatio. Tusc.235 b,Et si præstantia debent ea dici,quæ habent aliquam comparationem;animus autem humanus cum alio nullo,nisi cum ipso deo comparari potest.de Natur.36 d,Cum solis & lunæ,et quinq; errantium ad eandem inter se comparationẽ efficta conuersio.de Clar.176 b,Cum autem ipsum auditores sine comparatione,non modò cõtentus esses,sed melius non quæreres.& 189 d, Quæ qui sine cõparatione alicuius spectaret,satis magna diceret.Ep 34 d, Exiliteris tuis cœpi fructũ duplicem, mihiq; in cõparatione difficilem ad iudicandum, amorem ne erga me tuum,an animum in remp. pluris æstimandum putarem. Topic. 227 d, Parium comparatio nec elationẽ habet,nec submissionem.

Comparatio,pro apparatu. pro Pom. 5 d, Mithridates omne reliquum tempus nõ ad oblitionẽ ueteris belli,sed ad comparationem noui cõtulit. Qu.F. 303 d,Nihil de mea cõparatione diminuo:id est,de meo apparatu et cautione.de Cl.189 d,Has uias ille tenens,et paratus ad causas ueniens, uerborum non egens,ipse illa cõparatione disciplinaq; dicẽdi iam in patronorum numerũ peruenerat:id est, apparatu et facultate. de In.45 b, Comparatio criminis est, cũ aliud aliquid factum, retium aut utile contenditur:id est,compensatio.pro Cl. 58 d,Totius deniq; huius criminis comparatio ab illa ea inuenta & adornata est.

Comparatiuus,a,um.comparabilis.de In.71 b,Deinde oportebit ipsam illam comparatiuam iudicationẽ exponere tanquam causam deliberatiuam.

Compareo,res, appareo. Anteq. 194 b, Illa constitutio conflata ita restincta est , ut nulla scintilla cõparet incẽdij.Or.220 d,In Thucydide orbem orationis deformo,ornamenta comparent. de Cl. 175 b, Nobis quidem pueris oratio hæc omnium optima putabatur, quæ nunc iam comparet in hac turba nouorum uoluminum.pro Cl.55 b,Omnis suspicio in eos seruos, qui non comparebant,commouebatur.At. 186 d, Pompeium non comparere,nec in balearib.omnino fuisse.pro Syl. 181 d, Quæ ita fortuna deformata sunt, ut tamẽ à natura inchoata compareant.pro Rab.95 d,Comparere in illa multitudine bonorum.I.V.103 d, Cùm ille dixisset signa & tabulas comparere omnia.& 266 d, Quærite nũc uestigia ex his exitus illorum ex illo loco compareant.

Comparo,as. paro,acquiro , emo , consto. de Na.65 d, Sed eas ratiões tu ita refellis,ut cùm me interrogantem esse uideare , & ego me ad respondẽdum comparem, repentè auertas orationem,nec des respondendi locum. pro Mil.106 b, Milo paulisper dum se uxor,ut fit, cõparat,commoratus est.I.V.234 d, Hũc homini alienissimo à ciuitatibus laudationem per uim cõparare. de Or.13 b, Quare primùm sylua rerum ac sentẽtiarum comparãda est.pro Qu.1 d, Quo minus ingenio possum,studio mihi diligentiam comparaui, de Or.101 b, Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia cõparaui. I.A.24 b,Primum temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium cõparat. Ep.94 b,Re & 89 d,Magnificè conuiuium cõparat. Ep.94 b,Reliquas partes diei tu cõsumebas ijs delectationibus,quas tibi ipsi ad arbitrium tuum comparas.de Fin.62 b,Omnium rerum,quas ad beatè uiuendum sapientia comparauit,nihil est maius amicitia. pro Dom.217 d, Instituere, comparare,perficere aliquam rem. Quint.Fr.11.302 b, Pompeius se comparat', homines ex agris accersit. pro Cl.27 d, Comparare insidias alicui per aliquem. Att. 32 b,Nunquã hue uenissent,nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent.ad Her.33 d,Tumultus C.Gracchi tumultus domesticos comparauit : id est,conflauit. pro Bil.106 b,Paulisper,ut fit,dum se uxor cõparat, commoratus est.Qu.Fr.297 b,Sed te illud moneo,ut te ante compares,& quotidie meditere,&c.pro Rab. 91 b, Qui me ex comparato et constituto spacio in semihoræ curriculum coegisti.de Fin. 88 d, Quid enim tanto opus est instrumento optimis artibus comparandis , ad Her.30 b.Huic industria uirtutem comparauit.Tusc.225 d,Nam cui utro ex seipso apta sunt omnia quæ ad beatè uiuendum ferunt,&c. huic optimè uiuendi ratio comparata est.Qu.Fr.328 d, Qui ludos HS. C C C cõparat. Or.219 d, Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos.I.C.123 b, Quæ quidè non minore labore tueor, quàm comparo.I.V.125 b, Studiosè comparare supellectilem.pro Cl. 58 d,Neq; solùm diligens fuit,ut accusatorum filio suo compararet,sed etiam,&c.pro S.R.37 d,Idcireo amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officijs gubernetur.Epist.19 b, Comparare laudem bonis artibus. Off.42 d, Comparare gloriam ex rebus bellicis.pro Qu. 2 b,Fecit societatem earum rerum,quæ in Gallia comparabantur.

Comparare,constituere,facere,conficere.de Inuen. 69 d,Maleficium,de quo iudiciũ comparatum sit.i.constitutum.pro Cl.44 d,Idcirco illa sortitio comparata est, ne,&c.id est,constituta.ad Her.29 d, Bene maiores nostri hoc comparauerunt,ut neminem regem, quem armis cepissent,uita priuarent.pro S.R.35 b,More maiorum comparatum est,ut,&c.At.280 b,Præclarè legib. comparatum est,ut,&c.pro Qu.9 d, Itaq; maiores nostri rarò id accidere uoluerunt,prætores,ut considerarẽt fieret,comparauerunt.pro Do. 228 b, Ius à maiorib. nostris ita comparatum est, ut ciuis Ro. libertatẽ nemo amittat inuitus.pro Cl. 29 d, Iam hoc quoq; propè initura comparatum esset,ut ea dormientes agerent , quæ somniarent,&c.pro Cl.61 d,O mira,præclara atq; diuinitùs iam à principio Ro. nominis à maiorib. nostris ratio cõparata,ne quis,&c.de Am.115 d,Ita ratio comparata est uitæ naturæq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia.Or.200 d,Genus ἐπιδεικτικὸν , quod quasi ad inspiciendũ delectationis causa comparatum est.I.A.204 d,Ea natura rerum est,ut qui,&c.pro R.P.122 b , Cùm sit hoc generi hominum propè à natura datum,etc.Or. 217 d,Id genus quod est ad delectationem comparatum. pro Sest.22 d,Ita rerum natura tulit,ut quodam tempore,&c.pro Mur. 124 b,Natura affert , ut eis faueamus qui,&c.de Som.129 d,Natura fert,ut extrema ex altera parte grauiter,ex altera acutè sonent.pro S. R. 32 b, Sic uita hominum est,ut,&c.

Comparare,conferre,componere,contendere, comparationem facere,contentionem facere,pertendere. pro Do.239 b, Quæso pontifices , & hominem cũ homine, et tempus cũ tempore,& rem cũ re cõparate. Ep. 33 b, Cum meũ factũ cum tuo comparo,& si,&c. tamẽ multo magis meo delector quàm tuo.pro Fon.280 d,Nemo Gallus cũ ciue Ro. cõparandus est.pro Qu.Fr.324 d,Si eum Esernino Samnite Pacidianus comparatus uideretur.I.A.182 b,Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum,cæteris uerò rebus nullo modo es comparandus.Tusc.148 b, Gesta Romanorum nulla cum gentis sunt conferenda.de Am. 97 d, Sed hi nec comparantur Caton.de Sen. 80 d , Equi fortis senectuti cõparat suam. de Or.85 b,In hoc ipso numero si diligẽter et ex nostrorum & Græcorum copia comparare uoles, multo paciores oratores quàm poetæ boni reperientur . Or. 206 b , Et nisi eorùm erit comparatus illo fortior per se hic quem dico,probabitur.et 209 b, Comparare similitudines,uti exemplis,&c.Off.3 d, Homo per rationem consequentia cernit,similitudines comparat,&c. Or. 200 d, b , Conferre pugnantia,& comparare contraria. de Or.124 d, Maiora & minora & paria comparabimus sic,&c.Off.36 b, Quæ sillongior fuerit oratio,cũ magnitudine utilitatis cõparetur : id est,quasi cõpensetur.

Compasco,scis.Top. 221 b , Ex coniugatione huiusce modi est argumentum : Si compascuus ager est , ius est compascere.

Compascuus,a, um. Vt compascuus ager relictus ad pascendum communiter uicinis.

Compedes,dum.soleæ ligneæ, quibus pedes captuorũ constringi solent. Attic.120 b, Age iam , has compedes, fasces,inquam,bos laureatos, hæc ex Italia ferre quàm molestum est?pro Rab.94 b, Cum esset unà Glaucia,etiam ille ex compedibus atq; ergastulo Gracchus.Tusc. 164 d, Qui in compedibus corporis fuerũt, etiam cum soluti sunt,tardius ingrediũtur.de In.81 d, Soleæ ligneæ in pedes inductæ sunt.

Compellatio,onis.appellatio.I.A.186 b,Idem Qu.Ciceronem compellat edicto,nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Ep. 198 b, Nec uerò postea destiti labefactare eum,qui,etc.itaq; quotidianas compellationes meas non tulit,seq; in urbem recepit inuitus.ad Her.28 b, Exclamatio est,quæ conficit significationem doloris,aut indignationis alicuius,per hominis,aut urbis,aut loci, aut rei cuiuspiam compellationẽ. hoc modo:Te nunc alloquor Africane,cuius,&c.

Compello,as.appello,nomino,alloquor. At.23 b,Nigidius minatur in cõcione se iudicem, qui non affuerit,cõpellaturum.I.A.248 d, Cùm hoc compello,prætereo illius ex grege latrocinij neminem.I.A.278 d, Compellarat hospitem præsens,computarat, &c.I.A.286 b,Idẽ Qu.Ciceronem compellat edicto,nec sentit amens cõmendationem esse compellationem suã.Ep.122 d, Quibus cũ parum procederet,ut ulla lege mihi poneret accusatorem,compellari ea lege mea uoluerunt,qua,&c. ad He.5 d, Mimus quidam Actium poetam compellauit in scena, cum eo Actius iniuriarum agit. hic nihil aliud defendit , nisi licere nominari eũ cuius nomine scripta dentur agenda. Postquam. 206 b, Neq; solùm id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit. In Sal.273 d, Nec enim me speraſti mutuam tibi gratiam relaturum, ut uicissim tuos compellarem.Postquam.211 d,Nominatim alij compellabantur,alij citabantur,alij relegabantur. de Diuinat. 89 d, Exin compellare pater me uoce uidetur, his uerbis.At.212 d, Quare da te in sermonem, & perseca,& confice,excita,compella,loquere.

Compello, lis. impello, cogo, congrego. pro Mar.133

Universidad de Deusto
Biblioteca

4, Omnes qui ad illa arma fato nescio quo sumus compulsi. I.P. 82 b, Me domo meâ expulistis, Pompeium domum suam compulistis. de Pro. 75 b, Cæsar cæteras nationes contriuit, compulit, domuit, &c. Epi. 16 a, Cùm uerò in hunc sensum, & alliciar beneficijs hominum, et compellar iniurijs, facilè patior, &c. Acad. 28 a, Cum sit campus in quo posit exultare oratio, cur eam in tantas angustias cõpellimus? de In. 42 a, Qui dispersos homines in agris ratione quadam compulit in unum locũ & congregauit. I.P. 98 b, Omni totius prouinciæ pecore compulso pellium nomine.

Compendiarius, a, um. breuis. Of. 41 b, Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam esse dicebat, si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset.

Compendium, dij. quæstus, utilitas. Offi. 64 b, Is omnino se negat facturum compendij sui causa quod nõ liceat. pro Qu. R 53 a, Si quando me uis peierare, ut paululum tu compendij facias, paratũ fore scito. pro Fl. 147 b, In uberrima re turpe compendium effugit. I.V. 110 a, Ciues qui merces suppeditant cum quæstu compẽdioq;. & 171 b, In quæstu sunt compendioq; uersati. ad Her. 36 b, Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia & auaritia. & 11 b, Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt.

Compensatio, onis. comparatio, præmium, merces, remuneratio. de N. 6 b, Incõmoda uitæ sapientes commodorum compensatione leniunt. Tusc. 246 a, Hac utitur compensatione sapiens, ut uoluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit, & dolorem suscipiat maiorem efficientem uoluptatem. ad Her. 32 a, Fortitudo est contemptio laboris & periculi, cum ratione utilitatis & compensatione commodorum.

Compenso, as. comparo, remunero, repono, exæquo, assequor. Off. 47 b, Certisq; operis et officijs erit, quod uiolatum est, compensandum. pro Do. 219 b, Vestra in me attente audiendo benignitas prouexit orationẽ meã, sed hoc compensabo breuitate eius orationis, quæ, &c. Or. 220 a, Ii tamen hoc uicium compensant, uel facultate, uel copia. Attic. 114 a, Vix ullo ocio compensandam hanc reip. turpitudinem. de Or. 144 a, Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur. pro Fon. 276 b, Maßilienses Gallicorum bellorum pericula Pop. Rom. copijs remißisq; compensarunt. I.V. 242 b, Damna in stipendijs ab isto dissoluta, & compensata ætatis fructu. pro Clu. 49 b, Atq; hæc omnia honoris commodis compensantur. Or. 218 a, Paucitatem pedum grauitatis suæ tarditate compensat. I. P. 95 b, Sed sit offensus: non'ne compensabit cũ uno uersiculo tot mea uolumina laudum suarũ? de Fin. 75 a, Compensabatur tamen cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam, &c. et ibid. Compensabatur cum summis dolorib. lætitia. de Fin. 136 b, Et cum maximis curis & laboribus compensare eam quam ex discendo capiant uoluptatem. pro Mur. 141 a, Neq; ulla re alia, quæ à uobis consequuntur, nisi opera sua compensari putãt posse. i. quasi remunerari. Anteq. 194 b, Si facta compensanda sunt, conferamus æquitatem. i. comparanda. pro Flac. 161 a, Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. ad Herenn. 6 a, Quod negocio diminutum fuerit, æquabimus industria.

Comperendinatus, tus. de Cl. 172 a, Galbam autẽ uerecundè et dubitanter causam recepisse, uũ quasi comperendinatus medium diem fuisse, què totum ille in considerandæ causa componendaq; posuit. I.V. 81 a, Adhuc enim comperendinatum, bis ut causa dicatur.

Comperendino, as. amplius pronuncio, amplio, profero, procrastino, differo. I.V. 72 b, Tua ratio est ut secundũ binos ludos mihi respõdere incipias, mea ut ante primos ludos comperendinem. & 80 a, Nemo Verrem comperendinatum, sed damnatum iudicabat. & 84 a, Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus: aniset uel iudicari primò poterat, uel amplius pronunciari. et 207 a, Posteaquam Verres est comperendinatus.

Comperio, ris. certum reperio, deprehendo, comprehendo, compertum habeo. de Clar. 190 b, Cùm indicta mortis suæ se comperisse manifestò, & manu tenere deceret. pro S.R. 24 a, 23 b, C. Fimbria diẽ Scæuolæ dixit, posteaquam comperit eum posse uiuere. I.V. 145 b, Vt comperi remotas esse literas societatis, habui rationem annorum. Att. 225 a, Scripsit se id certis autoribus comperisse. pro Cl. 58 a, Quod ego ex multis audiui et comperi. Epist. 62 a, Ex multis audiui, nam comperisse me non audeo dicere. Acad. 16 b, Et inquireret, qui tibi constaras: cum idem negares quicquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. pro Cluen. 44 b, & 46 a, Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti. I. C. 99 a, Hæc ego uix dum iam cœtu uestro dimisso comperi. pro Cl. 26 a, Facinus manifestò compertum atq; deprehensum. pro Syl. 184 a, Nihil de hoc comperi.

Compertus, a, um. Sal. in Cic. 271 a, Denique de eo tibi compertum erat. pro Cl. 44 a, Aut illud afferãt, aliquid esse quod de ijs duobus habuerit compertum, &c. I. 111 a, & pro Mil. 114 a.

Compesco, scis. Qu. de Pet. 213 a, Nec tamen in potestate resp. compescenda est.

Competitor, oris. qui cum alio in petitione contendit. Off. 8 b, Vt cũ ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero, &c. pro Pl. 260 b, Non competitor à quo ex uicius, sed populus à quo ex proritus, in culpa est. pro Cl. 31 b, Petere ædilitatẽ cum maximis hominibus nobilißimis. Attic. 1 a, Competitores tui certi esse uidebantur Galba & Antonius. & ibid. Calua certus erit competitor.

Competitrix, cis. pro Mur. 333 b, Nam et nos habuimus competitricem.

Compilatio, nis. furtum, fraus. Epist. 22 a, Quidè tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi uadimonia differas, & Chresti compilationem mitteres?

Compilo, as. furor, fraudo, diripio. In Verr. 83 a, Vertere hostiatim totũ oppidum compiluit. de N. 18 b, Aduertißime prouinciam compiluit. et 212 a, Vno impetu omnia, quæ possunt, fana cõpilant. pro Mur. 129 b, Quæ ab ipsis cautis iurisconsultis eorum scientiam compiluit. In Ver. 29 b, Aerariũ exhaurire, rempublicam compilare. de Or. 133 b, Nihil est quo mihi gratiãs agas, quin quit, si malui compilari, quàm uenire.

Compingo, gis. constringo. de Orat. 89 a, Oratorem in iudicia & in concionculas tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi uidebam. Ar. 123 b, Poëmatum

urbem reliquerat, Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, ibat in Græciam.

Compita, torum. quadriuia loca in quæ nullæ uiæ conueniunt. contra Rul. 62, In triuijs aut in compitis auctionari.

Compitalia, orum. festi dies, qui in compitis agebantur. Att. lib. 2, Pridie compitalia.

Compitalitius, a, um. Ar. lib. 7, Compitalitiorum dies. I.P. 81 a, Compitalitij ludi. L. Ambulatio.

Complano, as. diruo, deijcio. pro Dom. 233 a, Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata.

Complaudo, dis. de Am. 100 b, In Cod. Germ. Stantes complaudebant in rescida. uetus lectio, plaudebant.

Complector, ris. contineo, circumscribo, arceo, complexu teneo, meo sinu complexuq; recipio, in collum impudo, afficio, comprehendo, circumscribo. de Or. 100 b, Pater complexus esset filium, flensq; eum centum uiris commendasset. Ar. 254 a, Complecti & osculari aliquẽ. pro Fon. 283 b, Soror fratrem complexa tenet. de D. 101 b, Arctè complecti aliquem. de Diu. 92 b, Vidi in quiete, te repentè lætum extitisse, nosq; inter nos esse cõplexos. pro Plan. 280 a, Hic me complexus est, conspersitq; lachrymis. Att. 261 a, Cum Oppius me hortaretur, ut adolescentem, totamq; eausam manumq; ueteranorum complecterer, dixi me id nullo modo facere posse. Ep. 210 a, Rogo te ut hunc adolescentem humanitate tua commendes. i. complectaris. Qu. Fr. 321 b, Pater eius mecum est multum: quare ut instituisti, complectere adolescentem. Ep. 20 b, 21 a, De ipso Tito Annio, tantum tibi polliceor, te maioris beneuolentiæ erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse neminem. Ar. 280 b, Vetterem ex tuis literis libenter complexus sum. Ep. 22 a, Quare de te homine, complectetur, mihi crede. de Vn. 197 b, Mundus ipse se concordi quadam amicitia et charitate complectitur. de Prou. 77 a, Multos est hic ordo complexus honorib. & beneficijs suis. pro Plan. 276 b, Complecti aliquem beneficio. pro Mur. 132 b, Complecti aliquem beneuolentia. Off. 12 a, Omnes omnium charitates patria una complexa est. Br. 280 a, Veterem ex tuis literis libenter complexus sum. de Cl. 166 a, Liber, quo iste omnem rerum memoriam breuiter complexus est. de Som. 128 b, Circulus extimus, qui reliquos omnes cõplectitur. de Clar. 195 a, Nemo erat qui philosophiam complexus esset. de Or. 90 b, Si quis uniuersam ac propriam oratoris uim definire complectiq; uult. de Orat. 199 a, In ipso beneficio tanta magnitudo est, ut eam cõplecti oratione nõ possim. de Se. 89 a, Cùm complector animo, quatuor causas reperio, cur, etc. Ep. 73 b, Nec enim minus nostra sunt quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur. et 43 a, Complexus igitur sum cogitatione te absentem. de Fin. 88 a, Omne cœlum & totam terram mẽte complecti. de Or. 86 b, Animo rei alicuius magnitudinẽ complecti. Or. 197 b, Quod cogitatione tantum & mente complectimur. Ep. 31 b, Te rogo ut quæ successori amicißimo commodare potest is, qui prouinciam tradit, ea pro nostra constantißima uoluntate erga te, cura ac diligentia complectare. Off. 36 b, Quibus aũt rationibus hanc facultatẽ assequi possimus, ut hominum studia cõplectamur, eaq; teneamus, dicemus. de In. 56 a, Nam ita complectemur, ut in unum conducamus propositionem & assumptionem. i. concludemus. I. A. 186 b, Vt iam liceat una comprehensione omnia complecti & dicere, omnem naturam esse conseruatricem sui. I.P. 95 b, Complecteris amplißimos uiros adtuum scelus: id est, adiungis. I.V. 213 a, Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti.

Complexus, xa. patiendi forma usurpatum. pro S.R. 24 b, Sceleßtum facinus, atq; eiusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse uideantur: id est, contineri.

Complementum, ti. supplementum. Or. 219 b, Inculcata reperias inania quædam uerba quasi complementa numerorum.

Compleo, es. impleo, conficio. de Som. 128 b, Quis est iste qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus. Attic. 216 b, Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam uolui de Or. 154 a, Onerandum & complendum pectus plurimarum et maximarum rerum suauitate, copia, uarietate. Quin. de Pet. 212 a, Vt de nocte domus compleatur. contra Rul. 87 b, Completi sunt animi aurésq; uestræ, me, &c. ad Heren. 20 a, Fauces calefiunt, arteriæ complentur. pro Fl. 153 a, Neq; est adhuc ea summa completa. de Som. 128 b, Sol cunctã sua luce lustrat & complet. I.A. 197 b, Cum uentum erat ad ædem Concordiæ, gradus complebantur. de Cl. 192 a, Occupetur locus in subsellijs, cõpleatur tribunal. I. V. 264 b, Cum sanguis os oculosq; complesset, &c. Tusculan. 154 a, Totum cœlum humano genere completum est. Att. 164 a, Cum domus bene completa est. i. plena, contra Rul. 83 a, Complere municipium colonis. de N. 51 a, Complere se conchis. de D. 133 a, Animorum consentientium multitudine completum esse mundum. pro Cl. 37 a, Gradus theatri accusator hominibus seditiosis cõpleat, contra Rul. 80 b, Tu locum compleas numero, confirmes præsidio. de N. 35 b, Cum sol terras larga luce compleuerit, etc. Or. 209 a, Vt plangore & lamentatione compleremus forum. de Sen. 86 b, Quæ quidem etiam in Sabinis persequi soleo, & conuiuium uicinorum quotidie compleo. de N. 18 b, Sol annuos cursus conficit, lustrationem mẽstruo spacio luna complet. de In. 83 b, Compleri, ad exitumq; perduci. de Fin. 99 a, Illi enim corporis commodis compleri uitam beatam putant. I. V. 141 b, Complẽt ea quidem beatißimam uitam. & 173 a, Vt summam mei promissi compleam. & de Sen. 79 b, Gorgyas Leontinus centum & septem compleuit annos.

Completus, a, um. plenus, absolutus. Acad. 31 b, Ita completa & conferta sunt omnia, ut et quod mouebitur corporum cedat, & qua quicq; cesserit, aliud illicò subsequatur. Or. 211 a, Meæ aures perfectò completoq; uerborum ambitu gaudent.

Complexio, onis. comprehensio uerborum, periodus. Or. 204 b, Nec acerbatim multa frequentans una complexione deiunciet. de Orat. 159 b, Longißima est complexio uerborum, quæ uolui uno spiritu potest.

Complexio, pro ratiocinationis conclusione. de In. 58 b, Hic cum concesseris propositionem & assumptionem, complexio est infirmanda: aliud enim quàm cogebatur illatum est. de In. 55 a, Complexio est per quam id

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur. ad Her. 11 a, Complexio est quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis. de In. 56 a, Ne quod perspicuum sit, id in complexionem inferamus.

Complexio, pro dilemmate: id est, argumento utrinq; concludente. de In. 51 b, Complexio est, in qua utrū conc̃esseris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris? si probus, cur accusas?

Complexio, pro quauis comprehensione & implicatione. I. V. 178 a, At quibus uerbis, modò æquum sibi uideri, modò tion iniquum: mira uerborum complexio: id est, implicatio & confusio.

Complexio, exornatio est, quæ utramq; complectitur exornationem, & conuersionem scilicet, & repetitionem. ad Her. 28 a, b.

Complexus, xus. amplexus. pro Fl. 164 a, Qui uos in complexu coniugum uestrarum trucidare uoluit. In An. 172 a, Venisti Brundusium in sinum quidē & cōplexum tuæ Mimulæ. pro Pl. 280 b, Vi me Plancus et complexu suo retinuit. I. C. 109 a, Postremum genus est de Catilinæ delectu, imò uerò de complexu eius ac sinu. Qu. Fr. 303 b, Quem ego ferus ac ferreus è cōplexu dimisi meo. pro Fon. 283 b, Abstrahere filiū de cōplexu matris. Att. 185 b, Atq; utinā continuò ad complexū meæ Tulliæ, ad osculum Atticæ posim currere. I. A. 147, Resp. illū sinu complexuq; recipiet. & 231 a, Complexus summæ benuolentiæ falsi indices extiterunt in amore simulato. pro Cæl. 47 b, Complexus & osculatio. de Sen. 87 b, Terra semen tepefactū uapore & complexu suo diffundit, etc. de N. 37 a, Mundus omnia complexu suo coercet & cōtinet. et 46 a, Restat ultimus & omnia cingens & coercens cœli complexus. de D. 137 b, Quidam cùm in somnis complexu uenereo iungeretur, calculos eiecit.

Complico, as. inuoluo, claudo. Attic. 185 b, Cùm complicarem hāc epistolam, noctu Abundus ad me uenit. Qu. Fr. 321 a, Cum hanc iam epistolam complicarem, tabellarij à nobis uenerunt. Of. 67 a, Si quis uoluerit animi sui complicatam rationem euoluere.

Comploro, as. pro D. 232 b, Videre prætextatos inimicos nondū morte cōplorata, arbitraria petētes funeris.

Complures, rium. multi. de N. 70 b, Vulcani item complures: id est, multi. de Orat. 118 b, Ambiguorum autem complura sunt. Ep. 85 a, Multa sustuli, complura ne posui quidem. & 146 b, Complures consules dicti, quorum nemo, &c. & 224, Ego cum Pompeio complures dies nullis in alijs nisi de rep. sermonibus uersatus sum.

Compono, nis. coagmento, consto, ex coniunctione facio, conficio, conglutino, construo, coniunctione uerborum ex multis res unà iungo, dispono, cōstituo, misceo, tempero, compositionem facio, comparo, confero.). (. Destruo, dissoluo. de Vn. 203 a, Atq; is quidem qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu: qui autem erant ab eo creati, cum parētis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Attic. 245 a, Testamentum compositum, quod cum uoles, obsignabis. Attic. 19 a, Commentarium consulatus mei Græcè compositum misi ad te. Attic. 240 a, Sed & componendum argumentum est, et scribendi expectandum tempus maturius. Quint. Fratr. 320 a, Poema ad Cæsarem, quod composueram, incidi. aliis, institueram. pro Mur. 130 a, Deinde ne prætor alio-

quid ipse sua sponte loqueretur, ei quoq; carmen cōpositum est. de Cl. 168 b, Totumq; se ad artes componendas transtulit. contra Rul. 76 b, Literarum exemplum ab his compositum esse arbitror. de Legib. 159 b, Iura quæ cōposita et descripta sunt. de Leg. 158 b, Composui formulas iudiciorum, confeci libellos de stillicidiorum iure. & 176 a, Auspicia ad utilitatem reip. esse cōposita. Or. 210 a, In cognoscendis componendisq; causis. Or. 210 a, Cognoscere et componere causas. de Or. 119 a, Artificium cuiusmodi de ipso iure ciuili besterno die. Item: Crassus componi posse dicebat. Epist. 264 a, Componere lis componi posse dicebat. Epist. 264 a, Componere libros. de Or. 129 b, Brutus tres libros de iure ciuili composuit. Ac. 11 a, Componunt igitur primùm artem quam dam de ijs quæ uisa dicimus, eorumq; & uim & genera definiunt. I. V. 62 a, Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus cōpositum dedit, uno uerbo discesseris. de Cl. 172 a, In considerando componendaq; causa totum diem ponere. de Legibus, 171 b, Quæq; ita composita sancitaq; essent, ea uidelicet leges nominauerunt. de Fin. 50 a, Libri Græci legūtur à Græcis iisdem de rebus alia ratione compositis. de Di. 121 b, Callidè enim qui illa composuit, perfecit, ut quo decumbi accidisset, prædictū uideretur. de Cl. 186 b, In inueniendis componendisq; rebus mira accuratio. et 185 a, Rem uidebat acutè, cōponebat diligenter. At. 86 a, C. Flauius scriba fastos protulit, actionesq; composuit. Att. 199 a, Scio quid literarum, & cuius generis conficias, ad Her. 3 a, Exordium nimium apparatis uerbis compositum. Acad. 11 a, Composita autem ea conclusio sic est: eorum quæ uidentur, alia uera sunt, alia falsa, &c. pro Ce. 294 b, Componere interdicto. At. 272 a, Componere libellos. Ep. 37 a, et Off. 68 a, Romæ composui edictō. Ep. 157 a, Ne S. C. arbitratu nostro componeretur, quis fieret uindemiator, arbitror te ex Planci literis cognouisse. de Cl. 170 b, Ipsa uerba compone & quasi coagmenta. de Or. 158 b, Collocationis est componere et struere uerba sic, ut ne' ue asper eorum concursus, ne' ne hiulcus sit. sed quodammodo coagmentatus & lenis. pro Dom. 232 b, Verbā ad religionē Deorum immortalium composita. de Cl. 186 a, Verba non abiecta, res compositæ diligenter. Or. 210 b, Verba componere & syllabas propemodum dinumerare & dimetiri. & ib. Sed stylus exercitatus efficiet facilè hanc uiam componendi. Or. 212 b, Stylus componitur uerba ratione, sed etiam finitur. de Or. 137 a, Componere ea quæ dicenda sunt prodendi & persuadēdi causa: id est, disponere. At. 249 a, Ego itinera sic composueram, ut Nonis Quin. Puteolis essem. At. 60 a, Tibi etiam gratias agebat, quòd signa cōponenda suscepisses. pro Deiot. 146 b, Locus erat quidē in quo erant cōpositæ, quib. te rex munerare constituerat pro Mar. 335 a, In hoc elaborandum est, ut respublica constituas, eaq; tu in primis composita summa tranquillitate & ocio perfruare. de Legib. 192 b, Composita & constituta rep. quicquam agi per uim minimè ciuile est. pro S. R. 411 a, Composito & delibato capillo posse per forum uolitare. I. V. 119 b, Ita causa componitur, ut Bidenses hæreditatem peterēt: pro Sex. Ros. 412 a, Fieri non poterat ut componeretur: id est, ut conuenirent. de Op. 244 b, Æschines tanquam Æserninus, ut ait Lucilius, cum Pacidiano hic cōponitur: id est, comparatur.

Composto

Comporto, as. multa portare. I. P. 84 a, Cùm arma in templum Castoris luce & palàm comportarentur. pro Do. 224 a, Cùm arma in ædem Castoris comportabas. At. 78 a, Frumētum ex agris in loca tuta comportatur. I. V. 118 a, Omnia ad istū cōportari necesse est. de Or. 151 b, Res undiq; exquisitæ, collatæ, accersitæ, comportatæ.

Compos, tis. particeps. de Nat. 30 a, Animans est igitur mundus, composq; rationis. de N. 33 a, Mundum esse rationis et consilij compotem. Tus. 137 a, Omnes uirtutis compotes beati sunt. & de Fin. 141 b, Homines compotes uirtutū. At. 138 a, Non sum, mihi crede, mentis compos, tantum mihi dedecoris admisisse uideor. I. A. 178 b, Tu mentis es compos? In Pisonem, 89 b, Qui suæ mentis compos non est. de Orat. 102 b, Quarum rerum qui essent animo & scientia compotes, eos imperatores dicerent. Orat. 206 a, Illud quæro, cuius qui sit compos, is sum his pulsis, qui me huius urbis compotem fecerunt?

Compositè, dispositè. de Orat. 89 a, Oratoris est, compositè, ornatè, copioseq; eloqui. Orat. 220 b, Compositè & aptè dicere.)(. Sine uerborū modo et ordine dicere.

Compositio, confectio, quasi structura, coagmentatio, compages, constructio, σύνθεσις, concordia, dispositio, ordo, descriptio. de Legib. 181 a, Totaq; huius iuris compositio pontificalis magnam religionē declarat. de N. 55 b, Compositiones unguentorum, & ciborum conditiones, &c. & 11 b, Compositio membrorū, conformatio lineamentorum. Offic. 20 a, Apta compositio membrorum. de Orat. 113 b, Compositio uerborum. de Opt. 243 a, Verborum quasi structura. de Finibus, 101 b, Verum admirabilis compositio disciplinæ Stoicæ, incredibilisq; rerum traxit ordo. Tuscul 156 b, Sonorum uaria compositio harmonias efficit plures. Offic. 29 a, Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis. Or. 214 b, Compositio quæ tota seruit grauitati uocum, & suauitati. Orat. 101 b, Verbis ad aptam compositionem & condecentiam uti. In Antonium, 165 a, Pacis, concordiæ, cōpositionis author esse non destiti. At. 139 b, Spes compositionis me fefellit, qua facta uolebam, etc. & 141 b, Compositionis spem non desperatissimam esse puto. & 150 a, De compositione aliquid me conficere spero. Epistol. 22 a, Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones & uadimonia dilata mitteres? Compositiones gladiatorum, commissionem intelligit, cum ipsi ad pugnam cōmittuntur & exhibentur. de Leg. 186 b, Magistratuum compositio. de Se. 77 a, Ex magistratuum compositione, quod cuiusq; reip. genus sit intelligi. & ibi paulò infrà, Sic de magistratibus disputes, quibus de causis maximè placeat ipsa descriptio. de Se. 77 a, Consectio libri, i. compositio.

Compositor, oris. Ora. 202 b, Perfectum oratorem hoc uno excellere: id est, oratione. cætera in eo latēre. indicat nomen ipsum. non enim inuentor, aut compositor, aut actor hæc complexus est omnia, sed & Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus est.

Compositus, a, um. ornatus, constatus, concretus, conglutinatus, factus, ex cōpositione factus, instructus. Or. 217 a, Compositæ orationis insidijs. fidè auditoris attentionem. de Or. 89 a, Cōpositæ oratio & ornata, et artificio quodam & expolitione distincta. ad Her. 27 b, Oratio puris & electis uerbis cōposita. de Leg. 163 b, Hæ rationes satis scitè uobis instructæ & cōpositæ uidētur. pro Sest. 12 a, Quem certi homines cōpositi monuerūt, ut à me cauaret. de Or. 157 a, Verba ex coniunctione facta: id est, composita. de D. 128 b, Ad rem pertinet, quid modò cælo affecto cōpositisq; sideribus. quodq; animal oriatur. de F. 101 b, Quid enim aut in natura, quā nihil est aptius nihil descriptius, aut in operib. manufactis tā cōpositū tamq; cōtextū & coagmentatū inuentri potest? pro Cl. 32 b, Homo qui esset totius ex fraude et mēdacio factus. ad He. 38 b, Equus natura bene cōpositus. de N. 65 b, Corpus cōcretū ex elementis: id est, cōpositū. I. V. 72 a, Nemo unquā paratior, uigilantior cōpositior in iudiciū uenit.

Compotatio, onis. de Sen. 86 b, Græci conuiuium tum compotationem, tum concœnationem uocant.

Compotor, oris. combibo. I. P. 93 b, Nisi fortè ui cum P. Clodio, hoc est, compotoribus suis cœnet. & I. A. 168 b, Tum uerò adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo & compotorum tuorum Rhetorem. In eundem: Bonā suis comitibus compotoribusq; descripsit.

Compransor, oris. qui simul prandet. I. A. 179 b, Agrum hunc tu compransoribus & collusoribus diuidebas.

Comprehendo, dis. capio, deprehendo, complector, contineo, coneludo, comprehensum cōtineo, denuncio, percipio, intelligo, cōcipio. pro Cæl. 51 a, Erant enim illi positi, ut comprehenderent Licinium, ut manifestò Licinius teneretur. I. C. 105 a, Quòd tam capitalem hostē non comprehenderim potius quàm emiserim. Ora. 206 a, Tenemus igitur, Brute, quem quærimus: sed animo, non manu. si comprehendissem, ne ipse quidē persuasisset ut se dimitterem. I. C. 114 a, Belli duces captos iam et comprehensos tenetis. de Nat. 19 b, Quid opus est manibus, si nihil comprehendatur. de Orat. 124 a, Et tu cum gladio cruentò comprehensus es. Quint. Frat. 302 b, Is hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. pro Cæl. 50 b, Vt seruti prosilirent, hominemq; comprehenderent. Epist. 92 a, Curtius consenserat cum Hispanis quibusdam Pompeium comprehendere, ad Cæsaremq; deducere. pro Milo. 111 b, Cuius adulterium in puluinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ comprehenderunt. pro Flac. 160 b, Aliquid manifestè comprehensum. pro Cæl. 50 b, Vt uenenum cum à Licinio traderetur, manifestò comprehendi posset. pro Cor. 55 a, Vt facinus ipsum manifestò comprehēderetur. pro Cluen. 27 a, Comprehēdere aliquam rem indicio alicuius. pro Cec. 300 a, Nulla res est, quæ aut comprehendi satis aut caueri, aut excipi possit. de Diuinatione, 88 a, Qui CCCCLXX millia annorū momentis comprehensa continēt. Offic. 65 a, Sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi non possunt: quæ autem possunt, diligenter tenentur. de Finibus, 68 b, In alio uerò libro breuiter comprehensis grauissimis sententijs quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur pro Quint. Rosc. 47 a, In hanc formulam omnia iudicia concluſa & comprehensa sunt. & 52 b, Ex pactione uerborum, quibus iusiurandum comprehenditur. Attic. 192 b, Cato uerbis luculentioribus & pluribus rem comprehenderat. de Clar. 167 b, Natura ipsa circunscriptione quadam uerborum comprehendit concluditq; sententiam. de Orat. 87 b, Ac ne plura consecter, comprehendam breui. sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim statuo, &c. de Cla. 194 b, Proprijs uerbis solutè et facilè comprehendere sententiam. pro Cæl. 40 a, Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio. Epi. 210 a, Vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua comprehenderis. pro Plan. 268 b, Is omnibus officijs per se & per patrē totam Atinatem præfecturam comprehendit: id est, deuinxit. de Clar. 166 b, Eisq; nosmetipsi ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impulsi sumus. de Orat. 86 a, Est enim scientia comprehendenda rerum plurimarum. Tusc. 251 b, Sed quoniam manè eundum est, has quinq; dierum disputationes memoria comprehendamus. de Nat. 72 b, Hoc non modò comprehēdere animo, sed ne suspicione quidem possum attingere. de Or. 121 a, Omnia quæ sunt in rerum natura celeriter animo comprehendere. pro Cl. 18 b, Si quam opinionē mentibus uestris comprehendistis. de N. 63 b, Eo minus, quod tu uis, possum mente comprehendere. Orat. 198 b, Habere aliquam formam comprehensam animo. pro Flac. 160 a, Sed tamen uestrum est iudices, omnia quæ in hunc dici possunt, etiam si à me nimus dicuntur, uestris animis et cogitatione cōprehendere. pro Corn. 55 a, Qui omnes animo uirtutes penitùs comprehendisset. de N. 26 b, Habere aliquid cognitum comprehensumq; animo. et 63 b, Id quod tu uis, non possum mente comprehendere. & 23 b, Cōprehende igitur animo, & propone ante oculos Deum, & c. de Fimib. 65 a, Mihi uideor habere bene cognitam uoluptatem, & satis firmè conceptam animo atq; comprehensam. de Orat. 97 b, Cōprehendere aliquid memoriā. Ep. 94 a, Quæ à sapientissimis uiris tradita memoria & scientia comprehendisti. de Pet. 209 a, Postea totā Italiam fac ut in animo ac memoria tibi distributam comprehēsamq; habeas. de Or. 94 a, Res penitùs perspectæ planeq; cognitæ, atque ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiáq; comprehensæ. Acad. 7 a, Quid quisquam meminit, quod non animo comprehendit ac tenet? & 6 a, Ex quo efficitur, nihil posse cōprehendi. & ibidē: Nihil posse comprehendi, ut planè confidas id perceptum cognitumq; esse. & 7 a, Virtutum cognitio cōfirmat, percipi & comprehendi multa posse. et ibidem: Non enim fortuitò hunc artificem dicemus, esse illum negabimus: sed cùm alterum percepta & comprehensa tenere uidemus, alterum non item. & 6 b, Animo iam tenemus hæc comprehensa, non sensibus. de Finibus 130 b, Hoc comprehenditur suis cuiq; sensibus. de Legibus 161 a, Nam & sensibus eadem omnia comprehenduntur. & 172 b, Quæ uix summa animi ratione comprehēdas. de Vniu. 195 b, Quod intelligentia & ratione comprehenditur.

Comprehensibilis, le. Acad. 46 b, Visum comprehensibile. Græcè κατάληπτον.

Comprehensio, onis. complexio. I. A. 164 a, Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit. de N. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio. de Fin. 131 a, Vt iam liceat unà omnia complecti, & dicere omnem naturam esse conseruatricem sui. de Cl. 177 a, Verba eligere, collocare, & comprehensione deuincire. & 179 a, Comprehensio & ambitus ille uerborum (si sic periodum appellari placet.) de Cl. 367 b, Spiritu quasi necessitate aliqua uerborum comprehensio terminatur. & 173 a, Or. 210 b, Comprehensio numerosè & aptè cadens. Acad. 25 b, Ex uno Epicuri capite comprehensio & præceptio tollitur. et 9 a, Mens hominis amplectitur maximè cognitionē & κατάληψιν, quam (ut dixi) uerbum è uerbo exprimentes, comprehensionem dicemus. & 26 b, de Fin. 100 b, Cognitionem comprehensionesq; rerum, è quibus efficiuntur artes, ad appetitiones mouent.

Compressio, onis. de Clar. 177 a, Crebri sententijs, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Compressus, a, um. pro Dom. 225 b, Omnis improborum uis diu collecta & inueterata compresso odio atq; tacito iam erumpebat in actum. & 216 a, Quasi ego frumentum aliquod compressum tenerem. de D. 93 b, Diabus animi temerarijs partibus compressis.

Compressius. adu. erb. de Fin. 68 a, Quòd latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.

Compressus, sus. l. Herbescō.

Comprimo, mis. reprimo, strīgo, constringo, retardo, sedo, frango, reslinguo. de N. 50 b, Tū admonita à scintilla pinna morsu comprimit conchas. & 65 b, Humor sale comprimi colliditq; potest. Acad. 36 b, Zeno cum cilē comprimi colliditq; potest. Acad. 36 b, Zeno cum paulum digitos constrinxerat, assensus huiusmodi, tum cum plane compresserat, pugnumq; fecerat; cōprehensionem illam esse dicebat. Or. 207 a, Nā cum compresserat digitos pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eius modi esse. At. 82 a, Græci & ciues Rom. qui frumentum cōpresserant, magnum numerum pollicentur. At. 44 b, Orationem illam ita compresseram, ut nunquā emanaturam putarem. de Ar. 256 b, Iam ista serpens comprisa atq; illisa morietur. I. V. 29 a, Vt ferocitatē istam eius comprimerem, audaciam frangerem, loquacitatem retardarem. pro Cæl 53 b, Voluptates cùm inclusæ diuitijs & prima ætate compressæ et constrictæ fuerunt, subito se nonnunquam profundunt, atq; eijciuntur uniuersæ. I. P. 92 a, Meditare quibus uerbis incensam illius cupiditatem comprimas atq; restinguas. Qu. Fra. 291 a, Nullā cupidiorem publicanum comprimere. Att. 157 a, Nullus eius magna delicta compressi. I. A. 226 b, Nisi Cæsar furentis hominis conatum & audaciam compressisset. et Ep. 245 b, pro Mur. 129 a, Qui dicendo comprimat tribunitios furores. I. C. 99 b, Compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio. et Off. 45 b, Top. 228 b, Comprimere exultantem lætiam. de Nat. 56 a, Hac declinamus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus, id est, eloquentia. de D. 93 b, Duabus animi temerarijs partibus compressis. pro Dom. 241 b, Ne audaciæ quidem locus ad timorem comprimendum fuit. pro Deiot. 150 a, Comprimere plausum.

Comprobator, ris. approbator. de Inuent. libro 1, Qui denique autoritatis eius & inuentionis comprobatores atq; æmuli.

Comprobatio, onis. approbatio. de Fin. lib. 5, Quis est tam dissimilis homini qui non moueatur, & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?

Comprobo, as. approbo, laudo, collaudo. pro Pont. 77 a, Sentētiam tuam laudo, uehementissimeq; comprobo. Ep. 245 b, Si tu honorē mecū sententia tua cōprobaris. At. 154 b, Ita lætor, ut me quasi patris eius iudicio cōprobari putē. et 264 b, Tota potestas eius rei tua est, ut quæ consules decreuerunt, &c. nō dicam comprobes, sed studiosè libenterq; comprobes. de Inu. 52 b, Iudicatum est, res assensione aut autoritate, aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. Or. 218 a, Patris dictum sapiēs finxit: solum, sed multo magis uita & factis & morib. cōprobauit. I. V. 132 b, Rem aliquā testimonio alicuius cōprobari. pro Cor. 65 a, Cùm Gaditanus iussa nostra sententia sua comprobat. Antequā. 192 b, Illic animi uoluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur. pro Do. 216 a, Dij immortales numine suo reditū meū comprobauerunt. pro Cec. 298 b, Has comproba tabulas. pro Cæl. 50 a, Perceleri interitu serui aiunt esse ab hoc comprobatum uenenum.

Compromissum, si. facultas à litigantibus arbitro data arbitrium proferendi & iudicandi. I. V. 122 a, Quod iudicium secundū Heraclīū de cōpromissis factū erat. & ibid. Pœnis cōpromissisq; interpositis. Ep. 201 b, Sed à magistris cum contenderē de proferēdo die, probauerunt mihi sese, quo minus id facerent, & compromisso & iureiurādo impediri. pro Qu. R. 46 b, Quæro abste quid ita de hac pecunia, de tuarū tabularū fide commissum feceris, arbitrum sumpseris, quanto æquius & melius sit dari repromittiq; si peteres?

Compromitto, tis. compromissum facio. Qu. Frat. 316 b, Tribunitij candidati compromiserunt HS. CCCC. in singulas, apud Catonem depositis petere eius arbitratu, ut qui contrà fecisset, ab eo condemnaretur.

Comptus, a, um. ornatus, compositus. I. P. 84 b, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. de Sen. 82 b, Compta oratio & mitis.

Compunctus, a, um. notatus, inustus, quod ferratis fieri consueuit. Offic. 37 b, Barbarum & eum quidē (ut scriptum est) compunctum notis Threicis, districto gladio iubebat anteire.

Compungo, gis. de Orat. 123 a, Dialectici ad extremum ipsi se compungant suis acuminibus.

Computo, as. sub. duco, ad calculos reuoco, rationes confero. I. A. 178 a, Compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat.

Conatus, tus, uis, impetus. de Natur. 50 a, Appetitus, quo belluæ conatum habēt ad naturales pastus capessendos. I. A. 129 b, Apuleius, princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. Ep. 60 b, Qui omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parat. I. C. 110 a, Is omnes monstrum conatusq; Catilinæ prohibebit. & ibi. Si cuius incōpti conatus, conatumue contra Remp. deprehendo. et 99 b, Cōpressi tuos nefarios conatus præsidio amicorū. pro Syl. 181 b, Non hominū ille impetus & conatus fuit, sed belluarū. Or. 200 a, Hac ego religiōe nō sum ab hoc conatu repulsus I. C. 107 a, Catilina de spe conatuq; depulsus, &c. Antequām. 104 a, Conatibus malorū obuiam ire. de Ar. 245 b, Si impetū in me facere conabitur, resistam, & eius conatum refutabo. Of. 22 b, Pater eius, ille qui Tiberij Gracchi perditos conatus uindicauit. Ora. 208 a, Alicuius rei, si non perfectio, at conatus tamē & adumbratio. pro Qu. 8 a, Magno conatu studioq; agere aliquid.

Concalefacio, cis. & concalfacio apud Non. ex Cic. ad Pansam. de Orat. 138 b, Et ait idem cum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare.

Concalefio, fis. Tusc. 157 a, Quam tamē Democritus cōcalefactam et spirabilem: id est, animalem esse uoluit.

Concaleo, es. l. Stomachus.

Concalefco, scis. Tusc. 157 a, Corpora nostra terreno principiorum genere cōfecta, ardore animi cōcalescūt.

Concallesco, scis. seu potius concalleo. de Na. 64 b, Callidos uoco, quorum tanquam manus operę, sic animus usu concalluit. l. Calleo.

Concauus, a, um. cauus, uacuus. de Nat. 45 b, Speluncarum concauæ altitudines. de Fat. 142 a, Socrates iugula concaua habebat.

Concedo, dis. permitto, do, tribuo, condono, offero, remitto, nō nego, ueniam do, licentiā uel potestatem permitto, potestatem do, licentiæ aliquid do, potestatem defero, potestatem largior, potestatem facio, libertatem do, libertatē cōcedo, per me licet, causæ nihil dico quin, succūbo, abeo, cedo, assentior, ignosco. pro Cl. 58 b, Multi sæpe in iudicādo liberiùs peccata parentū misericordiæ concesserunt, uos ne huius uitam matris crudelitati condonetis, rogamus. Ep. 56 a, Ab Athenienſibus locum sepulturæ intra urbem, ut darent, impetrare non potui, quòd religione se impediri dicerēt, neq; tamen id antea cuiquā concesserant. de Pro. 68 a, Ego dolorē & inimicitias meas reip. cōcessi. pro Ar. 186 a, Si mihi hoc à uobis tribui cōcediq; sentiam. pro Mur. 135 b, Concessit senatus postulationi tuæ. pro Plan. 266 a, Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorādo nō est cōcessa libertas. I. V. 82 b, Vos quæso date hoc & cōcedite pudori meo. de Or. 127 a, & pro Plan. 275 b, Tibi remitto atq; cōcedo, ut Cn. Plancū defendas. pro Arc. 188 a, Quantum cæteris ad res suas obeundas concedit tēporis, & ad ipsam requiem animi. de Or. 111 a, Catulus, cui Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem elegantiamq; concedere. pro Cecin. 285 a, Is ius suum deseruit, nec quicquam illius audaciæ petulantiæq; concessit. Off. 46 b, Multa multis de iure suo concedere. pro S. R. 38 a, Is discipulus magistro tantulū de arte non concedit. pro Qu. 17 b, Artes quibus tu magnus es, tibi concedo. Ep. 3 a, Consules neq; concedebāt, neq; uel de repugnabant. de Am. Concedere amicis quicquid petant, & impetrare ab eis quicquid uelimus. Of. 46 b, Multa multis de suo iure concedere. de In. 84 a, Quæ in re uel concedere alteri, uel ad cōditionē alterius descēdere oportebit. pro Fl. 154 a, Leuitas totius Asiæ, de qua nos et libēter & facilè concedimus. I. V. 130 b, Vt uix Apronio illi de familiaritate concedere uideatur. Tusc. 223 a, Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. At. 202 b, Etsi de cupiditate nemini concedam. & 234 a, Non concedo tibi in desperatione. pro Sex. Rosc. 19 a, Neq; temerè dicto concedi oportet: id est, ignosci. Epist. Nemini concedo, qui maiorem ex reip. pernicie molestiam traxerit. Ep. 114 b, Nemini concedo, qui tibi uetustate necessitudinis potior possit esse. de Or. 89 b, Quibus ego, ut de his rebus omnibus differant, cum concesserō, illud tamen oratori tribuā et dabo, ut explicet, &c. & ibi. a, Nam si quis hunc statuet esse oratorē, qui, etc. tamē huic ipsi multa tribuat & cōcedat necesse est. I. C. 100 b, Vt opinor ab eorum oculis aliquò concederes: id est, abires. de D. 117 b, Vnde fulmen uenerit, quo cōcessit

Universidad de Deusto
Biblioteca

serit: id est, abierit. de N. 19 a, Beatos esse deos sumpsisti, cõcedimus: beatũ autẽ sine uirtute neminẽ esse posse, id quoq; damus, & libenter quidem: uirtutem autem sine ratione cõstare nõ posse, conuenit id quoq; necesse est: adiungis, nec rationem esse nisi in hominis figura, quem tibi hoc daturum putas. pro Fla. 148 a, Tribuo illis literas, do multarum artiũ disciplinam, non adimo sermonis lepõrem, ingeniorum acumen, et si qua alia sibi sumunt, non repugno. de N. 60 a, Nõ magnopere pugno de hac re: id est, concedo. pro Cæl. 43 a, Datur enim cõcessu omnium huic aliquis ludus ætati. pro Syl. 175 b, Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti.

Concelebro, as. frequento, excolo. Qu. de Pet. 211 b, Conuiuia quæ facile abs te & amicis tuis concelebrantur et passim & tributim. de In. 42 b, Quare mihi uidentur postea cætera studia recta atq; honesta per ocium concelebrata ab optimis enituisse: hoc uerò, &c.

Concentio, onis. concentus. pro Sest. Caterua tota clarissima cõcentione in ore impuri hominis imminẽs concionata est.

Concentus, tus. harmonia. quasi consensus. de Finib. 123 a, Vt in fidibus plurimis si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentũ seruare possit, omnes æquè incõtentæ. de Leg. 360 a, Concentus auium. Offic. 29 b, Maior & melior actionum quàm sonorũ concentus est. de Som. 128 b, Hic est, inquit ille, sonus, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione, distinctus impulsu et motu ipsorũ orbium effieitur, qui acuta cum grauioribus temperans, æquabiliter concentus efficit. de Diuin. at. 115 a, Cognatio naturæ & quasi concentus consensusq;, quam Græci συμπάθειαν uocant. de Orat. 144 a, Omnium doctrinarum quasi consensus, concentusq;. de N. 49 b, Stellarum concentus ex dissimilibus motibus.

Conceptio, onis. conceptus, formula. de D. 118 b, Conceptio mulæ contra naturam fortasse. sed partus propè necessarius. de In. 79 a, Ibi enim omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur.

Conceptus, a, um. meditatus. pro Clu. 45 b, Africanus cum esset Censor, & in equitũ censu, C. Licinius Sacerdos prodijsset, clara uoce dixit se scire, illum uerbis conceptis peierasse: id est, dictatis.

Conceptus, tus. conceptio. de Diuin. 99 a, Quædam etiam oriebantur ex hominum conceptu & fatu. de Vn. 201 b, Oceanum Salaciamq; cœli fatu terræq; conceptu generatos editosq; memorant.

Concerno, nis. cerno, uideo. Qu. de Pet. 307 b, Quod si satis grati homines essent, illa omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno. aliàs, Confido.

Concerpo, pis. conscindo, lacero. Attic. 166 a, Tu tamen eas epistolas quibus asperius de eo scripsi, aliquando cõcerpito, ego itẽ tuas. Ep. 116 a, Quòd tibi scripsi Curionem frigere, iam calet. nam feruentissimè concerpitur.

Concertatio, onis. certamen, contentio. de Orat. 201 a, Infinitæ concertationumq; plenæ disputationes. & 114 b, Ieiuna concertatio uerborũ. et Tusc. 181 b, Verborum concertatio. & de Fi. 54 b, Concertationes in disputando pertinaces. de D. 93 b, Carneades concertationis studio modò ait hoc, modò illud.

Concertatorius, a, um. contentiosus, uehemens. de Cl. 191 b, Thucydides hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatus, ta. Part. 338.

Concerto, tas. pro Pomp. 9 a, Qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquam cum inimico cõcertauit. Antequ. 149 b, Nũc si lingua est concertandũ, innocentiã utrã te fretus supero. At. 44 b, Nunquã accidit, ut cũ eo uerbo uno concertarim. de N. 67 b, Hercules, quem cõcertasse cum Apolline de tripode accepimus.

Concessio, assumptiuæ iuridicialis causæ pars. ad Her. lib. 15. de In. 71 a, 74 a, Concessio est, per quam non facto ipsum improbatur ab reo, sed ut ignoscatur id, peccatũ ipsum improbatur ab reo, sed ut ignoscatur id, peccatur. Attic. lib. 3, Concessione nostra omnem uim sui iuris amiserint. Ep. lib. 10, Concessiones præmiorum. Planc.

Cõcessor, oris. At. l. 2, Modò te cõcessore spectare licebat.

Concessum, si. concessio, concessus. l. Licentia.

Concessus, a, um. certus. (. Dubius, controuersus. de D. 103 a, Vides ne ut ad rem dubiam concessis rebus perueniri? hoc uos dialectici non facitis: nec solùm ea sumitis ad concludendum, quæ ab omnibus cõceduntur, sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficitur quod uelitis. & ibid. Quæ dubia sunt, ea sumere ipsos pro certis atq; concessis.

Concessus, sus. permissus, permissio, potestas. pro Cæl. 43 a, Datur enim omnium concessu huic aliquis ludus ætati. & Ep. 136 a, de Leg. 171 b, Si latores leges aliquas concessu suo sanxerunt. Ep. 52 a, Magna deliberatio ejus quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu et beneficio quiescendi. de Vn. 204 a, Philosophia data est nobis deorum concessu & munere. de Clar. 172 a, Sed etiam ipsorum inter ipsos concessu datum est.

Concha, æ. genus piscis testa contectum. de Orat. 110 b, Sed tamen ita solet narrare Scæuola, conchas eos et umbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere consuesse. de Na. 50 b, Prima duabus grandibus patula conchis et in. Admonita à squilla pinna morsu, comprimit cõchas. 51 a, Platalea conchis se complens, eascq; euomens.

Conchyliatus, a, um. murice tinctus. l. A. 273 a, Conchyliata peristromata.

Conchylium, lij. murex, conchæ genus, purpura. l. P. 94 b, Mensa extructa non conchylijs aut piscibus, sed multa carne, &c. de Do. 115 a, Ostreis & conchylijs omnibus contingit, ut cum luna crescãt pariter, pariterq; decrescant. Ipse dabat purpurã, amici opera. & ibid. Nihil nisi conchylio.

Concido, dis. concidi, cado, ruo. pro Pomp. 7 b, Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu cõcidant. Cum ego unà cum rep. consulari ictu cõciderim. de D. 96 b, Equus sine causa repentè cõcidit. Or. 210 a, Cum meæ forenses artes & actiones publicæ cõciderint. Ante. 192 b, Ne omnes concideretis, ardoreq; flammæ conflagraretis. de Som. 131 a, Vel concidat omne cœlum, omnisq; natura consistat. At. 12 a, Senatus autoritas concidit. & ibid. Ne patres conscripti una plaga accepta concuderent, ne deficerẽt. At. 117 a, Pompeius malas cogitat semper obtinuit, in optima concidit. et 160 b, & 243 b, Quis unquam ex tam amplo statu concidit? de Or. 242 a, Hoc interim spacio cõclaue illud ubi epulabatur Sylla, concidit,

pus, concidit, eaq; ruina ipse oppressus cũ suis interijt. Acad. 36 b, Artificia concidere dicebas. I. V. 202 b, Iuuat me, hæc præclara nomina artificum Verris æstimatione sic concidisse. de Diuin. 133 a, Contrahi animum & quasi labi atque concidere, & ipsum esse dormire. pro Dom. 240 b, Et mens debilitata metu concidit. pro Pomp. 7 a, Scimus Romæ solutioni impedita fidem concidisse. de Clar. 168 a, Themistocles ueneno epoto mortuus concidit. Item, Concidere animo. Tusc. 167 b, Lucius Brutus in prælio concidit. ad Her. 26 b, Vrbs conflagrata concidat.

Concido, dis. cædo. pro Flacco, 161 a, Membra uxoris fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos cõcidit. In Verrem, 101 a, Concidere aliquem uirgis. In Ver. 182 b, Cede, concide. de Orat. 143 a, Cum omnem autoritatem Senatus in cõspectu populi Romani concideres. I. A. 200 a, Vos decretis uestris Antonium concidistis. & 241 b, Antonius nõdum erat uestris tam grauissimis, tamq; multis iudicijs ignominijsq; concisus. Qu. Fra. 309 b, Vatinium arbitratu nostro concidimus. Acad. 11 b, Hæc autem uniuersa concidunt etiam minutius. de Nat. 20 a, Concidere aliquem totis uoluminibus. Or. 220 a, Concidere & delumbare sententias. Ora. 219 b, Infringere & cõcidere numeros. de Pro. 71 a, Pòst cõcisæ sunt optimæ cohortes. At. 76 b, Sed tamen equites nostros concisos à Barbaris nũciabant. Ep. 163 b, et 166 a, Pansæ exercitus concisus est. At. 250 a, Agrippetas Butyroti concisos audio.

Conciliatio, onis. communio, communitas. Of. 30 a, Cõmunem totius generis hominũ conciliationẽ et cõsociationem colere, tueri, seruare debemus. Acad. 33 a, Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finẽ esse bonorũ. de N. 41 b, Deos inter se quasi ciuili conciliatione & societate esse coniunctos. de Or. 128 b, Quæ permotionis causa uehementer, uel conciliationis causa leniter aguntur: id est, beneuolentiæ, fauoris. pro Clu. 25 a, Pecuniam Staleno dedit Oppianicus ad conciliationem gratiæ.

Conciliatricula, læ. pro Sest. 7 a, Alter erat nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Conciliatrix, cis. de Nat. 16 b, Natura blanda, conciliatrix, & quasi sui lena. de Amic. 103 a, Virtutis opinio est conciliatrix amicitiæ. de L. 161 b, Oratio, quæ conciliatrix est humanæ maximè societatis.

Conciliatus, a, um. Attic. 229 b, Puero quoq; hoc à me dabis, ut animum eius conciliatum reddas.

Concilio, as. coniungo, adiungo, iungo, beneuolum facio uel reddo, amicum facio uel reddo, reconcilio, allicio, reficio, contraho, deuincio, beneuolentiam coniungo, charitatẽ inter aliquos iungo, cũ aliquo cõsuetudinem et amicitiã iungo, aliquem ad amicitiã adiũgo, amicitiã cũ aliquo cõstituo: studia hominũ complecti teneréq;, adiungere atq; imitare aliquem ad amicitiam. de Fi. 95 a, Simulatq; natũ sit animal, ipsum sibi cõciliari et commendari ad se conseruandũ. de Ar. 257 b, Parentibus & patriæ nos primùm natura conciliat. Offic. 11 a, Oratio conciliat inter se homines, coniũgitq; naturali quadam societate. pro S. R. 38 b, Feras inter se partus atq; educatio & natura ipsa conciliat. Academ. 33 a, Frui reb. ijs quas primas homini natura conciliet. pro Pomp. 27 b, Nec Pompeij gratiã mihi per hanc causam cõciliari puto. pro Clu. 19 a, Si quis deus uestram mihi beneuolentiam ad audiendũ conciliaret. pro Mur. 143 a, Magnitudo negocij conciliat gratiam. Orat. 212 b, Aut enim negligenda nobis fuit uoluptas audientium, aut ars eius cõciliandæ reperienda. pro Arc. 189 a, Ergo ille corporis motu tantũ amorem sibi conciliarat ab omnibus. Offic. 36 a, Conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos adiungere. de Fin. 59 a, Liberalitas, qua qui utuntur, beneuolentiã sibi conciliant & charitatem. pro Deiot. 151 a, Deiotarui, quo cum mihi amicitiam resp. conciliauit, hospitiũ uoluntas utriusq; coniunxit. Epist. 160 b, & de In 59 a, Conciliare pacem inter ciues. I. A. 242 b, Mea persona ad istã pacẽ conciliandã minimè fuit deligenda. de Or. 127 a, Eumq; cui cõcilies hunc amorẽ, significes nihil ad utilitatem suam retulisse. & 127 b, Sentimus amorem conciliari, si id uelle uideare, quod sit utile ipsis, apud quos agas, defendere. & ibi. Nãq; hæc res amorẽ magis cõciliat, illa uirtutis defensio charitatẽ. & 125 a, Ea quæ omnia ualde beneuolentiam conciliant. 208 a, Ordiri orationem in quo conciliatur auditor, &c. 66 b, Etiam illa cognoram, initiò cõciliandos eorum esse animos qui audirent. de Or. 125 a, Multum ualet ad uincendum, animos iudicum conciliari quàm maximè ad beneuolentiã erga oratorem. & 119 a, Vt conciliemus nobis eos qui audiũt. & 127 a, Conciliare sibi beneuolentiam populi. et 277 a, Itaq; nostra necessitudo debet conciliare te illi. Par. 234 b, Amplificatio, quæ motu animorum conciliet in dicẽdo fidem. At. Conciliare sibi uoluntatem alicuius. Ep. 56 b, Careo omnib. amicis, quorũ beneuolentiã nobis conciliarat resp. et 41 a, Citius ueterẽ cõiunctionẽ diremissem, quàm nouã conciliassem. et 63 b, Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parũ mihi adiunxerunt, respub. nos inter nos conciliatura coniungat. & fit. Oct. 331 a, Cui nulla dignitas maiorum cõciliasset opem potentiũ. Part. 234 a, Amplificatio, est grauior quædã affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicẽdo fidem. Ep. 197 b, Antonius legiones sibi conciliare pecunia cogitabat. I. V. 136 a, Offensionem & inuidiã pecuniæ conciliandæ causa suscipere. et 137 a, Vtrũ cũ iudices sitis de pecunia capta et cõciliata tantã pecuniã captã negligere potestis? et 137 a, Inuẽta est ratio, quare HS. CXX. milia uno genere cõciliauit.

Concilium, lij. consilium, conuenticulum, cœtus. de In. 68 a, Hunc pater suus concilium plebis habentem de tẽplo deduxit. de Finib. 66 a, b, Quid necesse est tãquam meretricem in matronarũ cœtũ, sic uoluptatem in uirtutum concilium adducere. et 81 a, Opiniones, quæ apud populum, quæ in omni cœtu cõcilioq; prostrẽdæ sunt. de N. 5 b, Tum Velleius fidenter sanè, &c. tanquã modò ex deorum concilio & ex Epicuri intermundijs descendisset: Audite, inquit, &c. de D. 90 b, In deorum cõcilium uocari. Sal. in Cic. 290 b, In concilio deorum fuisse. & ibid. In concilio deorum admitti. Tusc. 163 b, Iis de uium quoddã iter est seclusum à concilio deorũ. In Vat. 32 b, Conuocare concilium. Off. 59 b, Concilium pastorum. pro Dom. 228 a, Quoniã plebi quoq; urbanæ mores, conuẽticula, et quasi concilia quædã esse uoluerũt. de Sõ. 127 b, Cõcilia cœtusq; hominũ iure sociati, quæ ciuitates

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitates appellantur. de Sen. 94 b, Cũ in illud animorum concilium cœtumq; proficiscare. de L. 176 a, Augures possunt cõcilia uel instituta dimittere, uel habita rescindere.

Concinnè, pulchrè, facetè. de Orat. 116 a, Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non peritè. de* 39 b, Concinnè ut multa Timæus: id est, facetè. pro Qu. 53 a, Hunc rogat blandè & concinnè.

Concinnitas, atis. compositio lenis, & numerosa concinnitudo, condecentia. Or. 204 a, Collocata uerba habent ornatum si aliquid concinnitatis efficiunt. Or. 210 b, Forma ipsa concinnitasq; uerborum conficiat orbem suum. & 204 b, Illa cõcinnitas, quæ uerborum collocationem illuminat. de Cla. 168 a, Vt memoriam concinnitatis suæ relinqueret. & 191 b, & 195 b, Ornata sententiarum concinnitas.

Concinnitudo, nis. concinnitas. de In. 47 b, Exordium splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum debet habere.

Concinno, as. adorno, aptè compono. Epist. 104 b, Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum ex instituto meo. de Fi. lib. 5, Vides ut hæc concinnant.

Concinnus, a, um. ornatus, numerosus, elegãs, politus, facetus, aptus. nam Cinnus commistio est. Qu. Frat. 318 a, Mihi erit curæ tectorium ut concinnum fit. de Cl. 195 b, Sententiæ non tã graues & seueræ, quam uenustæ et concinnæ. Or. 202 b, Sophistæ concinnas magis sententias exquirũt quàm probabiles. de Cla. 190 a, Cõcinnæ acutæq; sententiæ. I. P. 92 a, Homo ad persuadẽdũ concinnus, perfectus, politus è schola. de Fi. 127 b, Aristo cõcinnus et elegãs. de Or. 125 a, Cõcinna, distincta, ornata, festiua oratio. ad Her. 31 a, Lepida et concinna exornatio. de Or. 162 a, Reditus ad rem aptus et concinnus. Or. 198 b, Alij in eadẽ ieiunitate cõcinniores: id est, faceti, florentes etiã & leuiter ornati. I. P. 84 a, Hic autẽ nec tam concinnus heluo, nec tam musicus iacebat, etc.

Concino, nis. simul cano, conuenio, quadro, pro Sest. 13 a, Hæc tum à me tanquam fata in ipsa re generanda cõcinebatur. Tusculan. 171 a, Hæ cum preßis & flebilibus modis concinuntur, difficile est, etc. de Na. 39 a, Omnes mundi partes inter se concinentes. de Fin. 144 a, Videsne ut hæc concinant? & herculè mirabilis est apud illos contextus rerum, respondent extrema primis, media utrisq;, omnia omnibus.

Concio, onis. conuentus, uel multitudo hominum, corona, consilium, concilium, scena, oratio. de N. 14 a, Libri Protagoræ in concione combusti. de Orat. 131 a, Quid aliud fuit in quo concio rediret, nisi illa uultus & uocis imitatio? pro Sest. 8 b, Consul aduocat cõcionem, habet orationem talem, qualem, &c. In Verr. 190 a, Aduocare concionem donandi causa. de Am. 118 b, Cõcio quæ ex imperitißimis constat. de Fin. 80 b, & Or. 218 a, Clamor concionis. Ar. 18 a, Ex hac ego lege secunda concionis uoluntate omnia illa tollebam, quæ, &c. pro Flac. 149 a, Nullam maiores nostri uim concionis esse uoluerunt. pro Flac. 149 a, Quæ scisceret, aut quæ populus iuberet, semota concione iuberi uetarique uoluerunt. & ibid. Græcorum totæ resp. sedentis concionis temeritate administrantur. de Aruspic. 254 b, Ista labes, eas habet conciones, ea miscet, ea turbat.

Concio, pro oratione ad populum. pro Sest. 24 a, P. Lentulus habuit concionem de me, ad quem pop. Romani concursus est factus. I. P. 87 a, De mea salute P. Lentulo, Cn. Pompeij cæterorumq; principum teleberrimæ & gratißimæ cõciones fuerunt. Ep. 60 b, Atq; ille me abiecto magistratu concionis habendæ potestate primus. & 134 a, et 133 b, Legi concionem tuã, nihil illa sapientius. Antequã. 195 b, In cõcione mea nihil ponã de rebus meis gestis. Ep. 174 b, Meæq; illæ uehementes concones, tanquam σπερμολόγιαι esse uidentur. contra Rul. 6 a, Eam primam habent concionem, qua gratiam beneficij uestri cum suorum laude coniungant.

Concio, pro suggesto, & rostris. Attic. 54 b, Subiitò ille in concionem ascẽdit. & Post. 206 b, de Fin. 80 a, Quid enim mereri uelis iam cum magistratum ineris, & in concionem ascenderis, ut dicas, &c.

Conciuncula, læ. Attic. li. 2. pag. 31 b, Quod uectigal seperest domesticum, præter uicesimã, quæ mihi uidetur una conciuncula, clamore pedissequorum nostrorum esse peritura.

Concionalis, le. Att. 12 a, Illa concionalis hirudo erarij. & Qu. Fr. 312 a, Clamor concionalis, id est, concionis.

Concionarius, a, um. Quint. Frat. 308 b, Populus concionarius.

Concionator, oris. I. C. 120 a, Intellectum est, quid interest inter leuitatem concionatorum, & animum uerè popularem.

Concionor, aris. concionem habeo. Att. 152 a, Cæsar postero die in oppidũ introiuit, cõcionatus est, inde Romã contendit. de Ar. 245 a, De religionibus sacris concionatus est Clodius. Qu. F. 311 b, Cato concionatus est, ne mitia haberi non siturum. Ep. 163 b, Cũ Lepidus contionaretur atq; omnibus scriberet, se consentire cum Antonio. Tusc. 239 b, Idemq; cum in communibus suggestis consistere non auderet, cõcionari ex turri alta solebat. Tusc. 174 a, Quæ cum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum, atq; ita uelut superiore è loco cõcionandum, ut homines, &c.

Concipio, is. cum ad semen, & ad generandũ propriè pertinet, significat comprehendo, colligo, accipio. Attic. 80. de N. 31 a, Omnia quæ terra cõcipiat semina, tempore caloris oriri & augescere. In Arato, Nã quorum stirpes, tellus amplexa prehẽdit, Hæc augẽs animas, uitali flamine mulcet. de N. 42 a, Semẽ incidens in concipiẽdi cõprehendentemq; naturã. de D. 122 b, Vtáne esse antè coronam extitisse quàm herbarũ conceptũ esse frumen? & 118 b, Vtrum igitur cũ conceperit mulier, an cũ peperit ostentum est? pro Clu. 24 a, Vt id quod cõceperat seruaret, ut saluum párere posset. & ibid. Vt unã ea illa, quod erat ex fratre conceptum necaretur.

Concipere, ad alia translatum, pro apprehendere, & accipere, animo & spe magna suscipere, credere. pro Cl. 243, Hoc quod conceptum resp. periculum parturit, cõsilio discutiam. de D. 125 b, Imbecilli animi superstitiosa ista facilè concipiunt. de Or. 126 a, & 125 b, Animo rata ad comprehendendam uim oratoris. & ibid. Nulla materia nisi admoto igni, ignem concipere potest. de N. 78 b, Is non à deo immissum dolorem, sed conceptũ à seipso continebat. et 54 a, Animæ pars redditur, rapiendo

rando pars concipitur parte quadam quam uentriculũ appellant. I. V. 75 a, Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atq; infamiã delere potuistis. pro S. R. 29 a, Sanguis paternus, ex quo si qua macula concepta est, laui non potest. aliàs elui. pro Syl. 179 b, Furor biennio antè conceptus erupit in meo consulatu. Offic. 25 a, Ipsa senectus concipit dedecus. Antequàm. 192 b, Si liberũm conceptam dulcedinem animo inclusam continetis. Postquam. 198 a, Odium in aliquẽ conceptum iamdiu continere. de Ar. 257 a, Veruntamen nocturnis uigilijs iustitium illud cõceptum ac meditatũ est. Tus. 163 b, Qui in repub. uiolanda fraudes inexpiabiles concepissent. I. C. 105 b, Cõcipere scelus. I. V. 78 a, Non iste maius in sese scelus concepit, cum sana spoliaret, &c. quàm ij, si qui istum, &c. sentẽtia sua liberauerint. & 216 b, Magno scelere cõcepto. pro Syl. 170 a, Quod flagitium non cum Antonio concepistis? de N. 14 b, Ita necesse fuit, aut hæc flagitia animo cõcipere, aut, etc. In Ver. 250 b, Concipere furorẽ ex maleficio. de L. 190 b, Concipere uicium. I. V. 224 a, Concipere magnã cupiditatem auribus: id est, ex auditu. de Fin. 56 a, Voluptas animo concepta atq; comprehensa. de Leg. 168 a, Principiò quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mẽte concipimus. Tusc. 213 b, Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. & 169 a, Cũ iam in præcordijs conceptã mortem continerent. Off. 73 b, Quod ita iuratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id obseruandum est.

Concipere, est formulam aliquã proponere, et exprimere. Offic. 73 b, Quod ex animi tui sententia iuraueris, si eut uerbis concipitur more nostro, id non facere periurium est. Qu. F. 316 a, Concipere uadimonium. in Arat. Nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit, Hæc augens animas uitali flamine mulcet.

Concisio, onis. Part. 231 b, Concisione uerborum.

Concisus, a, um. minutus, cæsus, breuis. de Orat. 114 a, Philosophi angustis et concisis disputationibus illigati. & 158 b, Quanquà hoc ipsum imus, &c. concisum est. de Cl. 170 b, Distinctè concisa breuitas. de Orat. 200 b, Thrasymachus minutis numeris cõcisus. Ar. 250 a, Agri petas Buthroti cõcisos audio. pro Sest. 20 b, Aliquis cõci sus pluribus uulneribus. de Cl. 170 b, Concisæ sententiæ & interdum nõ satis apertæ cum breuitate, tum nimio acumine.

Concitatio, onis. motus, commotio. Qu. Fr. 297 b, Vehementes animi cõcitationes. Tus. 237 b, Concitatio animi, quã perturbationem uoco. de Cl. 169 b, Plebis concitatione & seditione nunciata. de D. 87 b, Concitatione quadam animi aut soluto liberoq; motu futura præsentire. & 97 a, Atq; etiam illa concitatio declarat uim in animis esse diuinam. & 114 a, Concitatio mentis.

Concitator, oris. pro Do. 215 a, Seditionis stimulator et concitator tu fuisti. pro Dom. 215 b, Clodius cõcitator tabernariorum.

Concitatus, a, um. commotus. de Som. 129 a, Conuersio cœli concitatior. pro Muren. 129 b, Ac ipsum et animi quodam impetu concitatum, & ui naturæ atq; ingenij elatum iam usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit.

Concito, as. commoueo, perturbo, stimulo, excito, cieo, inflammo. Ac. 36 a, Quò enim spectat illud, nisi ut opifices concitentur. Or. 208 b, Alterum quo perturbãtur animi & concitantur. Pro Mur. 139 a, Concitare seditionem ac discordiam. Ep. 18 b, Vt quã expectationẽ de te concitaßti, hanc sustinere ac tueri possis. pro Mil. 109 a, Cum totius Italiæ concursus, quem mea salus concitauerat, facili illius gloriã libens agnouisset. Ep. 166 a, Non modò nationes, sed etiam seruitia concitare. de D. 94 a, Cum à corpore abstractus animus diuino instinctu cõcitatur. de Or. 102 a, Si quis esset satis concitatus cohortatione sua ad studiũ cognoscendæ ueritatis. de Cla. 193 b, Admirabili quodã ad philosophãdum studio cõcitatus. I. C. 119 a, Noua quædam misceri & cõcitari mala. Epi. 144 b, Cũ magnũ bellũ in Cappadocia concitaretur. de Or. 126 a, Hominẽ irasci, dolere, omni animi motu cõcitari. & 104 b, Cõcitare misericordiam populi. et 130 b, Cõcitare risum. Epi. 18 b, Concitare expectationem sui. I. V. 239 b, Concitare inuidiã in aliquẽ. de In. 60 b, Concitare grauem offensionem in aliquam rem. & iterum, 61 a, Concitare magnum odium in aliquem hominem.

Concitus, a, um. commotus. pro Cecin. 287 b, Defensor nimium litigiosus, concitus ad rixam.

Conclamo, as. I. A. 205 b, Cum uos uniuersi una mẽte & una uoce iterum à me conseruatam esse rempublicam conclamaßtis. In Verr. Conclamant omnes & approbãt ita fieri oportere.

Conclaue, uis. cubiculum, triclinium. in Ver. 213 a, Singula conclauia, quæ iste & Romæ & in omnibus uillis habet, tricenos lectos optimè stratos cum cæteris ornamẽtis conuiuij quæreret. de Diuin. 86 a, Conclaue illud, ubi erat mãsurus, si tre perrexisset, proxima nocte corruit. de Or. 141 a, Hoc interim spacio conclaue illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. Qu. Fr. 320 b, Tectũ quod super conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum. pro Dom. 226 b, Porticus cum conclauibus pauimenta trecentùm pedum. Qu. Fr. 328 b, In primisq; inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè. pro S. R. 29 a, Cum pater cœnatus cubitum in idem cõclaue cum duobus filijs isset.

Concludo, dis. peroro, efficio, conficio, infero, complector, colligo. pro Sest. 26 a, Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, concludam illud de optimatib. de Ora. 137 a, Deinde ut cõcludamus atq; ita peroremus, natura ipsa præscribit. Or. 208 a, Post omnia perorationẽ inflammatem restringuentemúe cõcludere. et ib. Singulas argumentationes ita concludere, ut efficiatur, quod sit consequens ijs quæ sumentur ad quamq; rem confirmandã. et 209 b, Vt argumentũ ratione concludat. de In. 36 b, Hoc si nolis inferre, & inferas quod sequitur, fecit igitur incestum, et cõcluseris argumentationẽ & perspicuã fugeris cõplexionẽ. de Or. 128 b, Demonstrare quod cõcludere aduersarij uelint, nõ effici ex propositis, nec esse cõsequẽs. de N. 19 a, Argumenti sententiã concludere more dialecticorum. Acad. 8 a, Quod si ita esset quomodo quemquã conclusisse aliquid aut inuenisse diceremus, aut quæ esset cõclusi argumẽti fides? de D. 95 a, Chrysippus ex ipsis exemplis solet ratione concludere hoc modo, si, &c. de Fin. 52 a, Epicurus nõ quomodo efficiatur, concludaturq; ratio, tradit. de D. 121 a, Illa igitur ratio cõcluditur, nec id quod, &c. de Fin. 64 b, Cõmodius arbitror ex rebus concessis concludi quid uelis, & ad exitum peruc-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum peruenirí. & 78 a, Deinde cõcludebat, dolorẽ esse summum malum. de D. 97 b, Quæ quidem esse reuera, hac Stoicorum ratione concluditur, si sint Dij, &c. de Fin. 82 b. Perfecto enim & concluso, nec uirtutib. nec amicitijs usquam locum esse, si ad uoluptatẽ omnia referantur, nihil prætereà magnopere dicendum. de Or. 226 b, Conclusiq; ita, ut dicerẽ, & c. I. V. 184 b, Concluserum me esse crimen decumarum dixeram. & 227 b, Vt aliquando totam huius generis rationem cõcludam atq; definiã. de D. 129 b, O acutos homines, qui paucis uerbis negocium confectum putant, ea sumunt ad concludẽdum, quorũ his nihil cõceditur. Par. 122 b, Quod si ita esse pluribus uerbis differendum est, illud tamen breui consiciendum est, nisi qui, & c. I. V. 122 b, Facinus crudelitate perfectum & conclusum. Concludere, claudere, cogere, constringere, comprehendere. de Vn. 196 b, Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. de L. 159 a, Vt hoc ciuile ius quod dicimus, in paruum quendam & angustum concludatur locũ naturæ. I. V. 255 a, Vrbe portus cingitur & concluditur. de Fin. 138 a, Ne bestiæ quidem, quas delectationis causa concludimus, facilè patiuntur sese contineri. de N. 30 a, Cõclusa aqua facilè corrũpitur. de Cl. 167 b, Natura ipsa circunscriptione quadam cõprehendit, cõcluditq; sententiam. Or. 219 b, Explere & concludere sentẽtias. Or. 213 b, Sententia aptè uerbis cõprehensa & cõclusa. Or. 216 b, Quorum descriptus ordo alias alia termi natione concluditur. Ep. 68 a, Si alicuius ancipites uarijq; casus exitu notabili cõcluduntur, expletur animus iucundissimæ lectionis uoluptate. pro Mur. 134 a, Pro uincia in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum uoluptate concluditur. de Or. 100 b, Omnia, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt. & 108 a, Orator aũt concludatur in ea, quæ sunt in usu ciuitatũ uulgari & forẽsi. pro Qu. 12 a, In hoc singulare iudiciũ causa omnis concluditur. pro Qu. R. 47 a, In hanc formulam omnia iudicia conclusa & comprehensa sunt. At. 214 b, Dolabellæ nomen iam expeditum uidetur, ut etiã repræsentatione concludam.

Conclusè, definitè, circunscriptè. Orat. 214 d, Aptè & conclusè aliquid dicere.

Conclusio, onis. clausula, peroratio, epilogus, complexio, & argumentatio ipsa. de In. 60 a, Conclusio est exitus & determinatio totius orationis. de Orat. 116 a, Tum alij cõclusionem orationis, & quasi perorationẽ collocant. de D. 129 b, Conclusio autem rationis ea probatur, in qua ex reb. nõ dubijs, id quod dubitatur, efficitur. Aca. 17 b, Hæc conclusio, quã habeat uim, considera: id est, argumentatio uel ratio. Quin. Frat. 299 a, In extrema parte & cõclusione muneris ac negocij tui diligentissimus sis. Orat. 213 a, Conclusio sententiarum. de Or. 159 a, Cõclusio uerborum: id est, clausula. de Cl. 167 b, Conclusio ad numerum.

Conclusio, exornatio est, quæ breui argumẽtatione, ex ijs quæ antedicta sunt aut facta, conficit id quod necessariè consequatur, & c. ad Her. 33 b.

Conclusiuncula, læ. Acad. 19 a, Vniuæ argumenti conclusiuncula, tota causa comprehendit. L. Contortulus.

Conclusus, a, um. de Na. 30 a, Concluſa aqua facilè corrumpitur. & ibi. Angustia conclusæ orationis. Or. 198 b, Oratio non conclusa.)(Oratio terminata.

Concœnatio, onis. symposion. de Senect. 86 a, Græci conuiuium tum compotationem, tum concœnationem uocant.

Concoquo, quis, digero, extero, muto. de Nat. 30 b, Cleanthes negat ullum esse cibum tam grauẽ, quin is die ac nocte concoquatur. de Fin. 78 a, Cibus facillimus ad cõcoquendum. de N. 51 a, Platalea conchas stomachi calore cõcoquens, & postea euomẽs. & 53 b, Aluus arcet & continet illud quod recipit, ut id mutari facilè & cõcoqui possit. Q. F. 328 b, Hæc odia non sorbeo solum, sed etiam concoquo. pro Qu. R. 52 b, Tibi diu deliberandũ & cõcoquendũ est, utrum, & c. Ep. 127 b, Nunc uide utrã te κρίσις magis delectet, χρυσιππάια ne, an hæc quæ noster Diodorus.

Concordia, diæ. consensus, conspiratio. pro Clu. 30 a, Equitas ordini senatorio concordia cõiunctissimos esse cupio. Antequã. 193 b, Pax et cõcordia extraneis gignitur, cum iam domesticis non insideat. Ep. 192 a, Hæc conspiratio & concordia omnium ordinũ ad defendendam libertatẽ. At. 133 a, Aliquos perfidia hominũ distractos rursus in pristinam cõcordiam reducere. I. C. 116 b, Reconciliatio concordiæ. pro Cl. 37 b, Nummarius interpres pacis et concordiæ nõ probatur. I. A. 246 a, Si Cinna concordiã cum Octauio cõfirmare uoluisset. At. 100 b, Si ad concordiam res adduci potest. & 141 a, Demetrij liber de Concordia.

Concordissimè. pro Rab. 93 a, Mors illi acerba cum fratris, qui cum concordissimè uixerat.

Concordo, as. consto, congruo, consentio, cum aliquo sentio, idem sentio, concino, concentũ seruo.)(Dissentio, Tusc. 235 b, Sic animi sanitas dicitur, cũ eius iudicatio. Tusc. 235 b, Sic animi sanitas dicitur, cũ eius iudicia opinionesq; concordant. Ter. 131 a, Si concordabis cũ illa, habebis, & c. Item de Amic. Omnes uno ore consentiunt, & omnes ad unum sentiunt.

Concors, dis. consentiens, conueniens, coniunctus. Concordes sunt, quorum sensus in aliqua re congruunt. pro Lig. 137 b, An ille cum P. Actio, quàm cum concordissimis fratribus esse maluisset? de L. 190 a, Moderatus & concors ciuitatis status. de Vn. 197 b, Mundus ipse se concordi quadam amicitia & charitate complectitur. de Ar. 254 a, Quod anno antè frater Metellus concors etiam tum senatus principi Cn. Pompei fuit. etiam dicenti excluserat. I. V. 222 a, Esse coniunctissimo animo cum aliquo. Ora. 207 b, Nisi inter eos conueniat, quid sit, & c.

Concredo, dis. credo, commendo. pro Qu. 11 b, Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiscens, & commendatæ sunt atq; concreditæ.

Concrepo, as. Off. 66 a, Si uir bonus hanc habeat uim, ut si digitis concrepuerit, posit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac ui nõ utatur. contra Rul. 82 a, Qui simul ac decemuiri concrepuerint, expediti adcædem possint esse. pro Cæl. 51 b, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Or. 212 a, Concrepuit.

Concresco, scis. de Nat. 31 a, Aqua neq; conglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaq; concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Concretio, onis. compositio. de Vn. 203 b, Causæ, quæ uim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris. de N. 15 b, Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. Tusc. 162 a, Deum esse mentem solutam quandam & liberam, segregatam ab omni concretione mortali, & c.

Concretus, a, um. mixtus, conflatus, compositus, quasi conglutinatus. Tusc. 162 a, Nihil est in animis mixtũ atq; concretum, aut quod ex terra natum atq; fictum esse uideatur. Tusc. 163 a, Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. & 161 a, Quid enim obsecro te, terra ne tibi, aut hoc nebuloso & caligimoso cœlo, aut fata, aut cõcreta uidetur tãta uis memoriæ? & ibi. Quid illa uis? quæ, etc. ex hac ne tibi terrena mortaliq; natura, et caduca concreta uidetur? & 158 a, Nam nunc quidẽ foramina illa, quæ patent ad animũ à corpore, terrenis concretisq; corporibus sunt interseptа quodã modo. Tusc. 157 a, Necesse est ut animi ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur & diuidatur crassus hic & cõcretus aer, qui est terræ proximus. de N. 34 a, Aer purus ac tenuis.)(Cœlum crassum atq; concretum. de D. 107 b, Vinque & concretum esse cœlum. de Nat. 16 a, Species deorum, quæ nihil habeat concreti, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. de Vn. 199 b, Deus omne quod erat concretum & corporeum, substernebat animo. de N. 46 a, Aer fusus & extenuatus in sublime fertur: cõcretus aũt in nubẽ cogitur. Tusc. 242 a, Initia unde omnia orta, generata, cõcreta sunt. Tusc. 160 a, Nam sanguinem, bilẽ, pituitam, & c. uideor posse dicere, unde concreta et quo modo facta sint. de N. 65 b, Corpus concretũ ex elementis: id est, compositum. & 66 a, Etenim aut simplex est natura animantis, & c. aut concretum ex pluribus naturis. de D. 84 a, Cum claram speciem cõcreto lumine luna Abdidit. I. P. 84 a, Animal ex nefarijs stupris, ex ciuili cruore, ex omnium impunitate concretum.

Concubina, næ. de Or. 100 a, Cum quæreretur, & c. & de eius matre, quæ si iudicaretis certis quibusdã uerbis, non nouis nuptijs fieri cum superiore diuortium, in concubinæ locum duceretur.

Concubitus, tus. cõiunctio, complexus uenereus. de N. 10 b, Concubitus deorum cum humano genere.

Concubius, a, um. cum omnes cubant, intempestus. ut nox concubia. de D. 93 b, Qui cum cœnati quiescerent, concubia nocte uisum est in somnis ei, & c.

Conculco, as. protero, obtero. Att. 125 a, Conculcari miseram Italiam uidebis proxima æstate, ab utriusq; manipijs, etc. I. P. 92 b, Piso ad portam Aesquilinam, Maedonicam lauream conculcauit. pro Fl. 157 b, & pro Do. 235 b, Proterere & conculcare aliquem.

Concumbo, bis. uel Concubo, as. de Fa. 146 a, Quia ita fatum sit, & concubiturum cum uxore Latium, et ex ea Oedipum procreaturum. & 126 a, de In. 51 b, Si perit, cum uiro concubuit.

Concupisco, scis. cupio. de Nat. 6 b, Quid autem erat, quod concupisceret deus mundum signis ornare? de Fi. 60 a, Quæ autem cupiditates inanes sunt, his parẽdum non est, nihil enim desiderabile concupiscũt. de D. 91 a, Cuius mors ita gloriosa fuit, ut eã cõcupisceret filius. I. A. 202 a, Quid concupiscas tu uideris, quod concupiueris certè habebis. Ep. 147 b, & 149 a, Concupiscere aliquid perniciosum. pro Clu. 22 b, Is Sassiam in matrimonium ducere concupiuit. pro Qu. 12 b, Sicut tu semper summè concupisti. At. 140 a, Cn. noster Syllani regni similitudinem concupiuit. & 11 a, Cæsar omnia omnium concupiuit. Orat. 197 a, Qui res magnas & maximè expetendas concupiuerunt. pro S. R. 36 a, Prædia alterius concupiscere. Parad. 125 b, Diuitias infinitè concupiscere. I. A. 158 b, Credo uos non opes uiolentas, & c. sed charitatem ciuium & gloriam concupisse.

Concupitus, a, um. Tusc. 214 a, Nam cùm est concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, & c. permanat in uenas illud malum, & c.

Concurro, ris. conuenio, conuolo, confugio, confligo. pro R. P. 125 b, Si uobis nũciaretur hanc legem ferri, cõcurrẽdum ad curiam putaretis & ibi. Conuolaretis ad rostra. Qu. Fr. 302 b, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret. pro Quin. 14 b, Vt statim de iure aliquis concurrerit, nõ toto triduo D C C. millia passuum conficiũtur. I. V. 234 a, Concurrit ad me maxima multitudo. pro Mil. 209 a, Ipse cunctæ Italiæ cupiẽti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerẽt. I. A. 228 b, Concurritur undiq; ad commune incendium extinguendum. contra Rul. 68 b, Concionem aduocari iubet, summa cum expectatione concurritur. & ibi. Concurrunt plures uno tempore librarij, descriptam orationem ad me afferunt. Att. 20 b, Et raptim in eam sententiam pedarij concurrerunt. Epist. 162 a, In aciem copias de uico produxit, & sine mora cõcurrit. Att. 120 a, Nulla est sedes, quò concurrant, qui remp. defensam uolũt. ad Brut. 90 b, Ne darem perditis hominem parum sanum, quò concurrerãt. Or. 211 a, Cùm autem nobis non dicitur, quia obscœnius concurrerent literæ. de Or. 159 a, Verba ne asperè cõcurrant, ne'ue uastius diducantur. de D. 137 b, Nemo somnijs crederet, nisi ista casu nõnunquam fortè temerè concurrerẽt. ad Her. 7 b, 8 a, Si quæ suprà dicta sunt, signa concurrũt. de Fin. 131 a, Res enim cõtrariæ concurrũt. I. A. 255 b, Vtrum sit æquius cõcurrere an cõsentire, & c. Ex epistola M. Antonij. At. 253 a, Ad Balbũ scripsi, ut si quid tale accidisset, ut non cõcurrerent nomina, subueniret, & c. Of. 30 a, Quæ ut cõcurrant omnia optabile. pro Plan. 276 a, Sæpe cõcurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda sint.

Concursatio, onis. Ep. 2 b, Libonis & Hipsæi non obscura concursatio & contentio. de Cla. 187 a, & 196 b, Multa concursatione multoq; clamore. pro Dom. 216 a, Quid puerorum illa concursatio nocturna? de D. 138 b, Cedò tandem quid sit ordo, aut concursatio somniorum. I. A. 236 b, In tanta cõcursatione perturbationum. I. Concursus.

Concursio, onis. concursus. Orat. 211 a, In ea est crebra ista uocum cõcursio, quam magna ex parte ut uitiosam fugit Demosthenes. ad Her. 27 b, Crebræ uocaliũ cõcursiones. Acad. 40 a, Corpusculorum concursio fortuita. de Fin. 25 a, Corpora indiuidua in infinito inani ita ferri, ut concursionibus inter se cohæresçant. Top. 227 a, Concursio rerum fortuitarum. de Orat. 162 a, Concursio, quæ uerborum exornatio est.

Concurso, as. Epist. 95 b, Vt nostras uillas obire & mecum simul lecticula cõcursare possis. pro S. R. 31 b, Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

armati noctes diesq; concursabant.pro Mur.134 b,Præsertim cùm iam hoc nouo more omnes ferè domos omnium concursent.de D.135 a,Deos immortales concursare omnium mortalium non modò lectos,uerùm etiam grabatos,&c.de N.48 b,Corpora huc & illuc temerè concursantia.Att.9 a,Concursabant barbatuli iuuenes. I.V.241 b,Tum inquam,concursant cæteri prætores.et 251 b,Obire prouinciam & concursare.

Concursus,sus.conflictio,cõuentio,motus,effusio,concursio.At.76 b,Concursus fiunt ex agris & uicis,& ex domibus omnibus.de Clar.192 a, Cum Demosthenes diceturus erat,cõcursus audiendi causa ex tota Græcia fiebant.At.274 a,b, Nam tantæ multitudinis, quantam capit urbs nostra,cõcursus est ad me factus.I.V.211 a,Quẽ concursum factum in oppido putatis? & 249 a,Et concursus undiq; fiebant. Att.10 b,Clamor concursusq; fit. pro Deiot.149 a, Quos cõcursus facere solebat,quàm se iactare? de D.119 a, Cum Bubulcus clamorem edidisset,concursum esse factum , totamq; in eum locum Heturiam conuenisse. Att.74 b,De concursu legationum priuatarum,& de incredibili multitudine,quæ mihi mirabilem in modum Ephesi præsto fuit,audisse te puto.I. P. 90 b , Quid dicam effusiones hominum ex oppidis, quid concursum ex agris? pro Dom. 242 a, Italiæ magnificentißimus ille motus,municipiorumq; concursus. Att.279 a, Omnis omnium concursus de te futurus est. Acad.18 a, Mihi autem magis uidetur non potuisse sustinere concursum omnium philosophorum. Epist. 69 b, Quæ cogitatio ui tempestatum & concursu calamitatum labefactata atq; conuulsa.de Clar.167 a,Concursus quinq; artium maximarum,&c.de Fi.88 b,Magnus concursus honestißimorum studiorum.Part. 239 a, Ex rationis,& ex firmamenti conflictione , & quasi concursu quæstio exoritur.de N.14 b, Mũdum esse factum concursu atomorũ fortuitò.Part.231 b,Concursus asper literarum.de Orat. 158 b , Collocationis est componere & struere uerba sic,ut ne'ue asper eorum concursus sit, ne'ue hiulcus.Or.211 a, Extremorum uerborum cum insequentibus primis concursus , aut hiulcas uoces efficit aut asperas.

Concutio,tis.uehementer commoueo.in Ant.181 a,Is leges Cæsaris,ut rempub. concutere posset , euertit. pro Mil.116 b, Concussa hominum licentia et cupiditatibus fractis.

Condecentia,tiæ.cõcinnitas,decorum,ornatus. de Or. 161 b,Orator uerbis quidem ad aptam compositionem, & condecentiam: sententijs uerò ad grauitatem oratio nis utatur.

Condemnatus,a,um.pro Sest.23 b,Rerum capitalium condemnati.

Condemno,as.damno)(. Absoluo,libero.Epistol.18 a, Quare si iniquus es in me iudex , cõdemnabo eodẽ ego te crimine.I.V.95 b,Ego hoc uno crimine illũ condemnem necesse est.de Pro.74 a , Qui Gabinij literas insigni quadam nota et ignominia noua condemnastis. pro Clu.41 b , Scæuola condemnatus est alijs crimimibus. I. A.171 a,Antonius Licinium Lẽticulam de alea condemnatum restituit.de Or.99 a, Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare sententia mea, pòst etiam impudentiæ.Epist.238 a,Piso sceleris condemnat generum sun.I.A.161 d,Cuius etiã familiares de ui condẽnati sunt. Ep. 84 b,Ea ciuitas, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuerterũt.de Or.105 a, Cutus responso sic iudices exarserunt,ut capitis hominem innocentissimum condemnarent.I.V.112 b , Condemnari iniuriarum, pro Cec.302 b,Condemnari,sponsionis.)(.Vincere sponsionem.pro Flac.155 a,Poles item pecuniæ publicæ esse condemnatus.I.P.82 b,Crudelitatis tu furcifer senatum consulim concione condemnas? pro Qu.2 b,Arbitrium pro socio condẽnari.pro S.R.37 a,Turpißimo iudicio condemnari.Brut.90 b,Ego fidem consulum non condemnabam,quæ suspecta uehementer erat. I. P. 88 a, Amicitui silentio temeritatem tuam condemnauerunt. & ibi. Tuum factum est comdemnatum iudicio amicorum. de N.40 b,Condemnare aliquem causa incognita, Antoq. 195 b,Sententijs iudicum conuincit:id est,condemnat.I. V.113 a,Hunc hominẽ Veneri absoluit,sibi condemnat.

Condico,cis.dicto conuenire & significare. Epist.35 b, Crassus penè à meis laribus in prouinciã profectus est. nam cum mihi condixisset,cœnauit apud me in meis ædibus. Crassipedis hortis.

Condimentum,ti.conditio.sapor qui cibos commendat.de Fin.83 b,Socrates dicebat cibi condimentum esse famem,potionis sitim. Of.76 b,Nam ut tribunatus illi quid uoluptati,condimenti fortasse nonnihil, utilitatis certè non habebit.de Am. 108 b , Accedat huc suauitas oportet sermonum,atq; morum, haud quaquam modico condimentum amicitiæ.de Or.134 a, Hæc omnium sermonum condimẽta sunt. Q.Fr. 294 a, Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

Condio,dis.aliquo sapore commendo,tempero.Tusc. 247 a,Labor in uenatu, sudor , cursus ab Eurota , fames:his enim rebus Lacedæmoniorũ epulæ condiuntur.et ibi. Quis hoc non uidet,desiderijs ista cõditi omnia? Epist.107 b,Isti herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse iucundius. Tusc.171 b, Persæ mortuos cerâ condunlitos condiunt. Att.200 a,Hilaritatẽ tristitiam temporum condiebamus.de Or.128 a,b, Oratio illa temperata est,in qua asperitas cõtentionis oratoris ipsius humanitate conditur.pro Clu.32 b,Qui uicia, quæ ab natura habet,artificio quodam malitiæ condiuit. Or.233 a, Omnino duo sunt quæ condiant orationem , uerborum numerorumq; iucunditas.pro Mur.140 a, Quare non erunt illa quidem meliorâ , sed certè condita iucundiùs. Of.27 a,Sale cõditus & facetijs Cæsar.de N.56 b, Mira dare aliquid conditum uetustati. Att.133 a, Conditiones ciborum & compositiones unguentorum.

Condiscipulus,li.Tus.156 b,Dicæarchus cum Aristoxeno æquali et condiscipulo suo.de N.8 b , Xenocrates Aristotelis condiscipulus.pro Syl.170 a,Et se meũ condiscipulũ in pueritia cõmemorauit fuisse. At.78 b, Tui condiscipuli.

Condisco,scis. pro Quin. Vt in pecunia tua consisceret,qui pecuniæ fructus esset.pro Planc. Condiscas,censeo mihi paulo diligentius supplicare.

Conditio,onis.condimentum,ratio.de N.55 b , Perfrictum est enim,quò compositiones unguẽtorum, quò cãborũ conditiones,quò corporũ lenocinia processerint. de D.104 a, Natura fruges terræ,baccasq; arborum genuit humano dedit,& earũ cultus conditionesq; tradidit.

Conditio,modus,ratio,lex,pactum,pactio, conuentio, fortuna,status,locus,ius,causa.Ep.163 b, Adde huc quòd literæ perferri nulla conditione potuerunt. Epi. 174 b, Legionem Martiam & quartã negant,qui illas norunt, ulla conditione ad te posse perduci.de Fin.138 a, Appetit animus aliquid agere semper, nec ulla cõditione quietem sempiternam possit pati.pro Mar.132 a, Ea uicisti, quæ & naturam & conditionem,ut uinci possent,habebant,& ibid. A quo etiam ipsius uictoriæ cõditio,uisq; deuicta est.pro Rab.63 b,Harum rerũ non solùm euentus atq; perpessio,sed etiam conditio,expectatio, mẽtio denique ipsa indigna homine libero est.Ep.71 b,Homines nos ea lege nati sumus,ut omnib. telis fortunæ propositi sit uita nostra: nec est recusandum,quo minus ea qua nati sumus,cõditione uiuamus.pro Mur.138 a, Iniquam legem & miseram conditionem instituet periculis hominũ,si existimabit,etc.de Vn.202 a, Homines mortali conditione esse genera tos.Tus.198 b , Alienum appetis, qui mortalis natus conditionem postules immortalium. Att.237 b,Ea conditione nati sumus,ut nihil,quod homini accidere possit,recusare debeamus.Tusc. 151 a, Et quid ergo intelligit, quantum mali ex humana conditione deiecerit? I. A.264 a,Ita pro mortali cõditione, uitæ immortalitatem estis consecuti.Ep.197 a,Omnem conditionem imperij tui statumq; prouinciæ mihi demonstrauit Tratorius.de Di.127 b , Omnes eodem tempore ortos eadem conditione nasci.pro Cor.50 b,Alicui gratiam legẽ uitæ et conditionem constitui.Ep.73 b, Et qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati sumus cogitet.pro Mu.135 a,Sed non libenter duriorem fortunæ communi cõditionem te autore constituit. pro Mil.119 b,Conditio atq; fortuna hominum infimi generis.Of.9 a,Est autem infima conditio, et fortuna seruorum.pro Cæ.49 b,Serui,quos intelligebat non communi conditione seruitutis uti,sed licentius cum domina ui uere.pro Corn.59 b,Serui quorum uis & fortunæ conditio infima est.pro Mar.133 a,Cum ipsius uictoriæ conditione,iure omnes uicti occidissemus. Attic.285 b, Si ipsi forte non de seruitute,sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis.Parad.123 b, Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durißim.æ seruitutis. I. C. 207 a,O conditionem miseram non modò administrandæ,sed etiam conseruandæ reip pro R.P.125 a,Prouide ne duriorem uobis conditionẽ statuatis.I.C.122 a, Seruus est nemo,qui modò tolerabili conditione sit seruitutis,qui non,&c.pro Cor.62 a,b,In superiore conditione & causa poni.de Se.91 b,At senex eo meliore conditione est,quàm adolescens, cùm id quod sperat ille , hic assecutus est.Ep.79 a,Nec debes dubitare,quin aut aliquare rep.sis futurus qui esse debes,aut perdita non afflictiore conditione quàm cæteri.contra Rul.89 a,Libera meliore iure sunt , quàm soluta , &c. soluta meliore in causa sunt,quàm obligata:immunia commodiore conditione sunt,quàm illa quæ pensitãt.Ep.47 b, Quæ quia non uides,mihi nõ uideris meliore esse cõditione,quàm nos qui uidemus.& 48 b , Atq; hoc ipso melior est tua quàm nostra conditio, quòd tu quid doleas scribere audes,nos neid quidem tutò possumus.I.C. 123 a, Quantiæ,quàm domesticæ,quod,&c.Epist.119 a,Non expeditur successio,quando Galliæ, quæ habent intercessorem,in eandem conditionem, quam cæteræ prouinciæ uocãt.pro Dom.226 a, Ego pro patria mori dubitarem hoc meliore cõditione quàm Decius,quòd ille,etc. ego, &c.I.C.117 a, Earum rerum quas gessi , non est eadem fortuna atq; conditio, & illorum qui , &c. quod mihi, &c.illi,&c.& 118 a, Mihi hæc conditio consulatus data est,ut omnes acerbitates perferrem.de Prou.72 a, Et in utriusq; pari scelere disparem conditionẽ facit. Epi. 73 b,Ea deniq; uidetur conditio impendere legum, iudiciorum , temporum , ut optimè actum cum eo uideatur esse,qui,&c.pro Cluen.4.4 b, Hanc conditionem supplicij maiores in bello timiditati militis propositam esse uoluerunt.pro Fla.151 a, Hæc etiamsi in homine ipso de quo agitur,negligenda sunt: tamẽ in conditione atq; in exemplo pertimescenda uidentur.pro Cluent.49 b, Conuerte nunc ad cæteros ordines, easdẽ uitæ conditiones non perferrent.contra Rul.77 a,Qui se misericordia senatus,nõ agri conditione defendunt.pro Cæl.40 a, Quare ista conditio,iudices,respuatur , nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. I. C. 111 a, Et quod salutis certa lætitia est , nascendi incerta conditio. pro Quinct. 3 b,Quintius deteriore tẽpore absens auctionatur,Scapulis difficiliore conditione dissoluit. pro Cluent. 37 a, Aequa conditione disceptare. & ibid. Iniqua conditione causam dicere.contra Rul.69 b,Paucas tribus non certa conditione uti se sortis beneficio fortuito ad usurpandam libertatẽ uocare.pro Plan.251 a,Est enim conditio liberorum populorum , posse suffragijs uel dare, uel detrahere quid uelint cuiq;.& 260 a, Si illam accusationis conditionem sequar: id est , ut necesse habeam hunc illi anteponere.pro Cor.59 b,Hanc tu igitur conditionem statuis tuis ciuibus, ut quod ijs , quos Gaditanis aduitoribus armis subegimus,liceat,id ne liceat ipsis &c.pro Cæ.41 b,Et contra periculosissimas hominum potentias,cõditioni omnium ciuium prouidere. pro R. P.128 b, Quid ergo ista conditio est testium , ut quibus creditum non sit negantibus,ijsdem credatur dicẽtibus. & 125 a,Qui suo iudicio essent illam conditionem uitæ secuti.Ep.21 b,22 a, Eaq; mihi conditio maneat,qua profectus sum.I.A.226 b,Certi fines Macedoniæ, certa conditio , certissimo modo etiam erat illius exercitus. I. A. 208 b,Scilicet ad eum legatos misimus,non ut parẽret, sed ut cõditiones ferret,leges imponeret.et 206 a, Quæ uobis potest cum hoc gladiatore conditionis,æquitatis, legationis esse communitas.& 193 b , Hostis , cum quo nulla pacis conditio esse posit.de Pro.79 a , Præsertim cùm ab illis aliquotiens conditio C. Cæsari lata sit , ut eadem leges alio modo ferret , qua conditione auspicia requirebant,leges comprobabant. pro Cæl. 45 a, Hinc licet conditiones quotidie legas:id est , tibi ab amatoribus latas.Ep.118 b, Alterutram ad conditionem descendere uult Cæsar,ut aut,&c.aut,&c.et 123 b, Cæsar fert illam conditionem,ut ambo exercitus tradant. et 261 a, Feruntur omnino conditiones ab illo , ut Pompeius eat in Hispaniam,&c.& ibid. Accepimus conditiones,sed ita ut remoueat prædia ex ijs locis , quæ occupauit. & ibid. Sin ille suis conditionibus stare noluerit , bellum paratum est , eiusmodi tamen quod ille sustinere non posit, præsertim cùm à suis conditionibus ipse fugerit.

Tuſ.168 b, Quid eſt igitur quod queraré, ſi repetit cum uultéa enim cõditione acceperas. pro Quin. 16 a, Quo in loco conditionẽ tuli, ſi uellet pecuniam petere, Quintium iudicatum ſolui ſatisdaturum, dum ipſe ſi quid peteret, pari conditione uteretur. pro S.R. 23 b, Hanc conditionem miſero ferunt, ut optet, utrum malit, &c. Att. 133 a, Nec Pompeium ad ullam conditionẽ acceſſurum putabam. Or. 220 b, Aut reperiam ipſa eadem conditione qui uti uelit, ut, &c. pro Qu. R. 52 a, Eſt hoc & ex conditione iuris, & ex conſuetudine cautionis firmiſſimum argumentum. Qu. Fr. 307 a, Si conditio ualde bona fuerit, fortaſſe non omittam. pro Qu. 18 a, Transigere cum aliquo qualibet dummodo tolerabili conditione. Att. 133 b, Qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem poſſit, magis opto quàm ſpero. pro Qu. Hunc conditionibus quoad poteſt producit. pro Qu. 8 a, Conditionem æquiſſimam repudiare. & 4 b, Aliquem iniquis rationibus ad ſuas conditiones perducere. & 3 b, Aliquem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringere. de Or. 93 a, De iis credo, rebus, inquit Craſſus, ut in conditionibus ſcribi ſolet, quibus ſciam poteroq;. de Legib. lib. 3, Nihil porrò tam aptum eſt ad ius conditionemq; naturæ. Top. 228 a, A' naturá ne ius profectum ſit, an ab aliqua quaſi conditione hominum & pactione. pro Ar. 190 b, Iuſſit ei præmium dari ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet. pro Mil. 116 b, Fingite cogitatione imaginẽ huius conditionis meæ, ſi poſſim efficere, ut Milonem abſoluatis: ſed ita ſi Clodius reuixerit. Epiſtol. 86 a, Aut ea conditione daret, ſi recipere ſe correcturum.

Conditor, oris. qui cibos condit & parat, coccus. pro Cl. 32 b, Atque etiam ipſe conditor totius negocij Guttam aſpergit huic Bulbo. Poſtquam. 207 a, Conditor inſtructorq; conuiuij.

Conditus, a, um. à condiendo. gratus, ſalſus, temperatus. de Seneci. 89 a, Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium & uenatio. Attic. 222 a, Nec id ſolùm, ſed bene cocto & condito ſermone bono. de Orat. 152 a, Vnguentum ſumma & acerrima ſuauitate conditum. de Clar. 174 b, Niſi id quod dicitur ſit uoce, uultu motuq; conditius. & 180 b, Nemo unquam ſuauitate conditior. de Sen. 79 b, Comitate condita grauitas. de Ora. 129 b, Nulla oratio unquam fuit lepore & feſtiuitate conditior.

Conditus, a, um. à condendo. reconditus, repoſitus. de Diu. 131 a, Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus. Tuſcul. 148 b, Homerus fuit ante Romam conditam. Br. 166 a, Fructus conditi. pro Mur. 136 a, Sic ut ei iam exploratus & domi conditus conſulatus uideretur.

Condo, dis. conſtituo, ædifico, recondo, repono. I. V. 216 b, Segeſtam ab Aenea conditam eſſe demonſtrant. de D. 98 b, Qui reſpublicas conſtituerunt, qui urbes condiderunt. I. C. 111 a, Romulus, qui hanc urbem condidit. I. V. 86 a, Tenes, qui urbem illam condidiſſe dicitur. Or. 215 a, Ab hoc qui cœpit conditas, ab illo qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas. de D. 126 b, Ex illa olea arcam eſſe factam & conditas ſortes. pro Dom. 232 b, Rempublicam condere meo diſceſſu, quàm omnium interitu occidere malui. I. C. 116 b, In animis ego ueſtris omnes triumphos meos condi & collocari uolo. de Di. 107 a, Sic in cauſis conditæ ſunt res futuræ. de Sen. 13 b, Serere, percipere, et condere fructus. I. V. 132 b, Literas in ærario ſanctiori condi imperauit. contra Rull. 83 b, Vt eſſet locus comparandis condẽdiſq; fructibus. de Si. 57 b, Scientia condendi ac reponendi fructus. & ibid. Neque homines murium ac formicarum cauſa frumentum condunt. de Leg. 181 a, In eo ſepulchro regem noſtrum Numam conditum accepimus. & ibid. Nam ſiti dicuntur ij qui conditi ſunt. Tuſc. 233 b, Metrodorum cum ne bonum in uiſceribus medulliſq; condidit. In Ara. Et Cepheus conditur ante lumborum tenus. pro Cluent. 32 b, Qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe iam atq; animo incubaret. contra Rul. 80 a, Vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. de Or. 133 b, Condere lucrum. I. V. 251 a, Condi in carcerem. de Leg. 171 b, Condere leges. ad Atticum 13 b, Condere poema, condere carmen. L. Occentare.

Condocefacio, cis. doceo, commoneo. Tuſc. 245 b, Nemo eſt enim, qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eumq; condocefaciat, ut ea quæ bona mala ue uideantur, poſſit contemnere.

Condocefactus, cta. doctus. de Nat. 58 b, Belluæ domitæ & condocefactæ.

Condoleo, les. doleo. de Or. 143 a, Namq; latus ei dicenti condoluiſſe, ſudoremq; multum conſecutum eſſe audiebamus. Tuſc. 186 b, Nos ſi pes condoluit, ſi dens, ſedet totum dolere corpus, ferre non poſſumus. Tuſ. 356 b, Dicæarchus, ne condoluiſſe quidem unquam uidetur, qui animum ſe habere non ſentiat.

Condoleſco, ſcis. condoleo. Acad. 40 a, Cum pertur-bationem animi illi ex homine non tollerent, naturaq; condoleſcere, & concupiſcere, & extimeſcere, et effer ri lætitia dicerent.

Condonatio, onis. I. V. 68 b, Bonorum poſſeſſionumq; contra omnium inſtituta addictio & condonatio.

Condono, as. dono, concedo, do, omitto. pro Qu. R. 54 a, Suam partem Roſcius ſuo nomine condonare poſſet. Flauio. Off. 49 a, Cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ. pro Mil. 102 b, Nec deprecaturi ſumus, ut crimen hoc nobis propter multa eius in remp. merita condonetis. I. V. 99 a, & 97 a, Vt literis eius bona eripi res, & cui tibi commodum eſſet, condonares. pro Cluent. 40 a, Qui illud acerbè tulit, non ſibi ac defenſioni ſuæ condonatum eſſe Oppianicum. Off. 49 b, Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant. Ep. 130 a, A te peto, ut eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi condones. Antequàm. 196 a, Non enim illis uictus cedo, ſed incolumibus uobis me condono. I. A. 173 a, Apotheca totæ nequiſſimis hominibus condonabantur. pro Plancio. 275 a, Datus eſt tibi ille, condonatus ille. Ep. 66 b, et 74 a, Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum quem cepiſſem, remitto tibi & condono.

Conducibilis, le. utilis. ad Her 12 b, Amicum caſtigare ob meritam noxiam, immane eſt facinus, uerùm ita ea te utile & conducibile. ex Plauto.

Conducit, bat. utile eſt, conuenit. de Pro. 69 a, Hoc maximè reipub. conducit, Syriam Macedoniamq; decernere. Antequàm. 192 b, Fidei conducit, in loco debitum retinere: id eſt, conuenit. Attic. 1 b, Rationibus noſtris conducere uidetur Thermum fieri cum Cæſare. Of. 2 b, 3 a, Tum autem conſultant, conducat id nec ne, de quo deliberant, ad uitæ commoditatem, ad facultates rerum, etc. Epiſtol. 16 a, Facilè patior ea me de repub. ſentire ac dicere, quæ maximè cium mihi. tum etiam reipub. rationibus putem conducere. Attic. 288 b, Quæſiuit, quid nam mihi uideretur, accerſeremus ne te, atq; tibi id conducere putaremus, an tardare & commorari te melius eſſet. Epiſt. 52 a, Scripſi ad te, quæ & ſaluti tuæ conducere arbitratus ſum, & non aliena eſſe duxi à dignitate. Ep. 74 b, Ea maximè conducunt, quæ ſunt rectiſſima. de Finibus, 59 b, Nec homini infanti atq; impotenti iniuſtè facta conducunt, qui, &c. & ibid. Et opes uel fortunæ, uel ingenij liberalitati magis conueniunt: id eſt, conducunt.

Conduco, is. ſimul duco, congrego, cogo. de In. 62 b, Cretoniatæ publico de conſilio uirgines unum in locum conduxerunt. de In. 56 a, Nam ita complectemur, ut in unum conducamus propoſitionem & aſſumptionem, hoc modo. de In. 65 a, Verùm id breui faciendum eſt, & in unum multa ſunt conducenda, ut, &c. I. A. 217 b, Res geritur, conducæ uimeæ ſunt, pugnatur acerrimè.

Conducere, ad tempus redimere, operam alicuius emere.)(. Locare. de In. 52 a, Si Rhodijs turpe non eſt portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe eſt conducere. pro Cæl. 41 a, Cælius conduxit domum in Palatio. Quin. Frat. 306 a, Tuam domum in Carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. pro Cec. 303 a, Qui conductum habuit de Ceſennia fundum. pro Cluent. 54 b, Solebat enim extra portam aliquid habere conducti. I. V. 258 a, Cum is arationes magnas conductas haberet à publicanis. pro Mur. 240 a, Si mercede cõducti obuiam candidatis iſſent. pro Seſt. 11 a, Erat mihi contentio cum operis conductis. de Pro. 71 a, Conducere aliquẽ ad cædem faciẽdam. de Cla. 172 a, Qui pecunia de cenſoribus redemiſſet. At. 15 b, Aſiatici de cenſoribus nimium magno conduxerunt. de In. 62 a, Itaq; Heracleotem Zeſim magno precio conductum adhibuerunt. Epi. 264 b, Nam quid ego de Bruto dicam? &c. huic ego locum in proximo conduxi. de Di. 118 a, Redemptor, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. I. A. 192 a, Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit.

Conductio, onis. redemptio, collectio, συναγωγή. pro Cecin. 303 a, Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. de In. 56 b, Quare in longis argumentationibus ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet. Conductionibus, id eſt, colligendis ijs quæ in argumentatione fuerant diſperſa.

Conductor, oris. redemptor. Qu. Fr. 319 a, Is reſpondit ſe eius operis, H.S.CCCVI conductorem fuiſſe.

Conductum, ti. pro Cluen. Solebat enim extra portam aliquid habere conducti.

Conductus, a, um. mercenarius. I. A. 157 a, Quis enim aut accuſator tam amens reperietur? qui reo condemnato obijci ſe multitudini conductæ uelit? aut iudex, qui reum damnare audeat, ut ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur? pro Seſt. 27, Cum operis conductis.

Conduplicatio, onis. exornatio quædam rhetorica. ad Herenn. 33 a, Conduplicatio eſt, eiuſdem unius, aut plurium uerborum iteratio, &c.

Conduplico, as. de Diu. 85 b, & de Or. 157 a, Tenebræ conduplicantur, noctiſq; & nimbum obcæcat nigror. Pacuuij.

Confatalis, le. de Fat. 146 a, Copulata enim res eſt & confatalis, ſic enim ille appellat. & ibid. b, Hæc ut dixi, confatalia ille appellat.

Confectio, onis. abſolutio, perfectio, compoſitio, comminutio. I. A. 258 b, Confectio huius belli eſt D. Bruti ſalus. de Senect. 77 a, Confectio huius libri mihi iucunda fuit. de Or. 213 a, Annalium confectio. & conficere annales. de N. 53 a, Intimi dètes, qui genuini uocantur, conficiunt eſcas: quæ confectio etiam à lingua adiuuari uidetur. pro Flac. 150 a, Confectio tributi. et conficere tributum: id eſt, colligere.

Confector, oris. Epi. 155 a, Qui reliquias huius belli oppreſſerit, hic totius belli confector futurus eſt. I. V. 130 b, Confector negociorum. de N. 33 b, Hic noſter ignis confector eſt, & conſumptor omnium.

Confectus, a, um. perfectus. Epiſt. 44 a, Orationes tuas confectas omnes expecto. de Prou. 73 a, Bellum affectum uidemus, & uere ut dicam, penè confectum. Attic. 164 a, Dum hæc decernuntur, quæ iam erunt confecta. pro Pomp. 9 a, Partem militum qui iam ſtipendijs confectis erant, dimiſit. Attic. 121 b, Confecta res eſt. & 253 b, Confecti ludi. I. A. 258 b, Reditum ad ueſtitum cõfecta uictoria reſeruati. Pro Quin. 7 a, Biennio iam confecto ferè appellas.

Confectus, conſumptus, affectus, perditus, mulctatus. I. V. 263 a, & I. C. 102 b, Confectus ac perditus ſime. I. C. 108 b, Homo ætate confectus, exercitatione robuſtus. et 109 b, Gladiator ille confectus et ſaucius. Oct. 331 a, Gladiator uulneribus & ætate confectus. pro Mur. 144 b, Homo miſer & cùm corporis morbo, tum animi dolore confectus. Ep. 235 a, Mulier ægra, & corpore & animo confecta. pro Do. 225 a, Nemo eum niſi lachrymantem confectumq; uidit. pro Mur. 144 b, Confectus morbo, lachrymis, ac mœrore perditus. de Fin. 57 b, Confectus animi corporisq; doloribus. In Ant. 161 b, Vino luſtriſq; confectus. pro Rabir. 94 b, Confectus ſenectute. In Cat. 160 b, Qui uino languidi, cõfecti cibo, eructant ſermonibus ſuis eædem bonorum.

Confero. fers. transfero, conijcio, defero, adhibeo. pro Cec. 289 a, Omnes eodem tempore ſe in fugam conferunt. de Orat. 162 b, Cum Aeſchines ceßiſſet Athenis, et ſe Rhodum contuliſſet. Epiſt. 190 b, 191 a, Excluſus ab Antiochia Dolabella, Laodiceam ſe contulit. de Cla. 191 a, Craſſus initio ætatis ad amicitiam meam ſe contulit. Attic. 40 b, Illò cum peruenire non liceret, ſtatim iter Brunduſium uerſus contulit, ante diem rogationis. Epiſtol. 174 a, Meumq; iter eò contuli. Attic. 207 b, Res ad me ſine controuerſia collata eſt. & ibidem: Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. pro Pom. 5 a, Is omne reliquum tempus nõ ad obliuionem ueteris belli, ſed ad comparationem noui contulit. Att. 98 a, Per fortunas confer te ad eam curam, ut de omni ſtatu meo cogites. Offic. 33 a, Omnes meas curas & cogitationes in rempublicam conferebam. Attic. 52 b, Eundem te plurimum operæ, ſtudij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contuliſſe. Epiſtol. 151 b, Atque in his curis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quas contuli ad dignitatẽ tuam, cœpi magnam uoluptatem, quod, &c. & 48 a, Omnẽ meam curam atq; operam ad philosophiam contuli. & 258 b, Quantam diligentiam in ualetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. & 144 a, Vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. et ibid. Quicquid in eum iudicij officijq; contuleris, id ita accipiã, ut in meipsum te putem contulisse. & 146 a, Itaq; commemoratio tua beneuolentiæ eius, quam erga me à pueritia contulisses, magnam mihi læticiam attulit. pro Arch. 189 b, Omne studium atq; ingenium contulit Archias ad populi Romani gloriam laudemq; celebrandam. Attic. 52 b, Conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid. Epistol. 17 a, Quantum literis, quantum studijs ueteribus, nostris delectationibus consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuũ, qui hæc semper amasti, libentissimè conferemus. & 211 a, Magnopere à te quæso, ut ad eam uoluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quàm maximus commendatione postea cumulus accedat. pro Flac. 158 b, Pecuniam filio auferre licuit ad patris honores collatam. I. P. 93 b, Plebs in cuius tu infamiam, ea quæ per latrones de me egerat, cõtulisti. Officior. 10 b, Conferre officia in aliquem. & ibid. a, Conferre beneficium in aliquem. pro Flac. 154 b, Conferre inuidiam mortis alicuius in aliquem. de Orat. 125 a, Conferre crimen in aduersarium. pro Quint. 47 b, Falsum crimen in purissimam uitam collatum. de Ar. 251 b, Nec confero nunc in te unum omnia. Attic. 196 b, Cum in filium causam conferret. de Orat. 164 b, Scitum est enim causam conferre in tempus. pro Qu. 2 b, Næuius uocem in quæstum contulit. Attic. 135 a, In me conferte omnem temporum illorum culpam. pro Plan. 266 a, Multa in Plancum quæ nunquam ab eo dicta sunt, conferuntur. de In. 51 a, Imprudentia in purgationem confertur. Ep. 110 a, Ais enim, ut ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam Sestiana in me conferri. 62 b, Nam comperisse me non audeo dicere, ne fortè id ipsum uerbum ponam, quod abs te aiunt falsò in me solere conferri. I. V. 135 a, Siculi ex censu quotannis in tributa conferunt. & 138 a, Iidem pro parte in commune Siciliæ contulerunt. pro Qu. 2 b, Conferre aliquid in commune.

Conferre, coniungere, conferre. pro Font. 276 b, Galli cum M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. I. P. 90 a, Conferre signa cum hostibus. de Diuinat. 131 a, Castra castris collata audiebamus. pro Planc. 268 a, Conferre pedem, ut aiunt, aut propius accedere. Conferre capita. I. V. 154 a, Conferrent boni capita: id est, capita inter se appropinquabunt, ut secretò inter se colloquantur.

Conferre, communicare. Attic. 83 a, Quid opus est, inquam, potius, quàm rationes conferatis? assident, subducunt, ad nummum conuenit. Attic. 19 b, Cùm erimus congressi, tum si quid res feret, coràm inter nos conferemus. ad Attic. 39 b, Coràm breui conferre, quæ uolumus, licebit. & 260 a, Coràm igitur hoc quidem conferemus. de Diuinat. 114 a, An hæc inter se aruspices omnes contulerunt. & ibidem, Quomodo ista obseruatio est collata inter ipsos? Item: Habere quibus cum possis familiares conferre sermones. Epistol. 93 b, Interq; nos conferre solitudines nostras. de Fimib. 25 a, Quotidieq; inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus, neq; erat unquam controuersia, quid ego intelligerem, sed quid probarem. de Fimib. 113 a, Conferam tecum, quam cuiq; uerbo rem subijcias: nulla erit controuersia. Attic. 25 b, Si quid Θεοφάνης tecum fortè contulerit, ne omninò repudiaris.

Conferre, comparare, contendere, componere. de In. 81 b, Similitudo infirmatur, si demonstres illud quod cõferatur, ab eo cui conferatur, diuersum esse genere, natura, &c. I. P. 86 b, Si meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua? de D. 139 b, Conferre causas, et quid in utramq; partem dici possit expromere. de Cla. 184 a, Vt conferamus parua magnis. de Opt. 244 b, & I. C. 109 b, Vt cum maximis minima conferam. Orat. 198 a, Parua enim magnis sæpe rectissimè conferuntur. pro Qu. R. 48 a, Vitam inter se utriusq; conferte. Off. 15 b, Tamen ne minima ex parte Lycurgi legi conferendi sunt. Tusc. 148 b, Gesta Romanorum neq; cum Græcis, neq; illa cum gẽte sunt conferenda. Ep. 20 b, Qui si ex omnibus unus exoptandus esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus. & 24 b, Cum una meherculè ambulatiuncula atq; uno sermone nostro omneis fructus prouinciæ nõ confero. Acad. 18 b, Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus, non modò ingenij magnitudine, sed etiam animi? de Nat. 27 b, & de Clar. 190 a, Si conferre uolumus nostra cum externis. Ora. 213 b, Confero hanc pacem cum illo bello. I. V. 191 b, Cum utris tandem istius factum collaturus es? pro Syl. 180 b, Agedum conferte nunc cum illius uitam P. Syllæ.

Confertus, a, um. refertus, plenus. de Fin. 78 a, Vita denique; conferta uoluptatum omnium uaricate. Tusc. 199 b, Totusq; liber, qui est de summo bono, refertus et contentijs & uerbis talibus est. & 200 a, Vel totus liber pro tius abijciendus est. est enim cõfertus uoluptatibus. Sest. 7 b, Ociosa uita & conferta et plena uoluptatibus. Ac. 31 b, Tu' ne inane quicquam putes esse? cùm ita completa & conferta sint omnia, ut, &c.

Confessio, onis. de Diu. 87 a, Gracchus auspiciorum auctoritatem confessione errati sui comprobauit. I. A. 257 b, Vt confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia uideretis. pro Sest. 28 a, Cum ad uos indicia, literæ, confessiones communis exitij detuli. I. C. 114. a, Lentulus patefactus indicijs & confessionibus suis. Ofa. 330 b, Liceat semel impune peccare, sit erràti medicina confessio. Epi. 217 a, Quid si nefarias de patre confessiones audisses? Acad. 47 a, Rerum obscuritas ad confessionem ignorationis adduxit Socratem. in Verrem, 224 b, Conuincitur à testibus, urgetur confessione sua, manifestis maleficijs tenetur. pro Mil. 104 a, In cõfessione facti defensio iuris suscipi potest. pro Clu. 48 b, Neq; hæc tua recusatio, confessio sit captæ pecuniæ, sed, &c. Postquam. 198 a, Confessione inimicorum esse conuictum, &c. Att. 16 b, Confessio temeritatis. de In. 53 b, Tacitumitas imitatur confessionem.

Confestim, sine ulla mora, illicò, statim, actutum. Ex interuallo. Attic. 116 b, Ecce Cassij literæ, Vibullium é Piceno currere ad Cn. cõfestim insequi Cæsarem. pro Cluen. 58 a, Mulier confestim huc aduolauit. In Antonium, 200 b, Rem administrandã arbitror sine ullamorã & cõfestim gerendam censeo. Ep. 35 a, Confestim iconium ueni. Acad. 6 a, Confestim ad eum ire perexi mus. de In. 51 b, Et cætera quæ factum aliquod similiter confestim, aut ex interuallo solent consequi. de In. 67 a, Quæ gestum negocium confestim, aut ex interuallo consequuntur.

Conficiens, tis. efficiens. de Fimibus, 145 b, Sed hæc cum corporis bona sint, eorũ conficientia certè in bonis numerabis. Par. 238 a, Conficiens autem causa alia est absoluta & perfecta per se: alia aliquid adiuuans & efficiendi socia quædam. pro Flacc. 155 a, Ciuitas conficientissima literarum.

Conficio, cis. efficio, expedio, perficio, compleo, exequor, transigo. Par. 238 a, Nam sunt aliæ causæ, quæ ipsæ conficiunt, aliæ quæ uim aliquam ad conficiendum afferunt. I. V. 213 a, Mulier isti strangulam uestem confecit. de Orat. 154 b, Hippias gloriatus est, &c. annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quib. indutus esset, se sua manu confecisse. ad Her. 28 b, Exclamatio confi. it significationem doloris. Att. 52 b, Idemq; tu plurimum operæ, studij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contulisti. Ep. 132 b, Reditum, si me tantum amas, quantum certè amas, hominib. confice. et ibid. Quod ut perficias te etiam atq; etiam rogo. de Cl. 188 a, Sed tamen lenis appellatio literarum, bene loquẽdi famam confecerat. Att. 150 a, Cum in spem uenero de compositione aliquid me cõficere, statim te certiorẽ faciam. At. 51 a, Vno capite quo reuocabor, modò res conficiatur, ero contentus. pro Cl. 33 a, Sententijs decem & sex absolutio confici poterat. pro Quint. 14 b, Triduo DCC millia passuum conficiuntur. pro Sext. Rosc. 31 a, 245 b, Sic enim annuum tempus conficitur. Ep. 25 b, Et meherculè confecta res ex mea est sententia. Ep. 96 a, Quod si mihi permisisses, qui meus amor in te est, cõficissem cum cohæredibus. Att. 191 b, Tu cũ Apella Chio cõfice de columnis. & 3 b, De Acutiliano negocio, quod mihi mandaras, confeci. & 220 b, Te spero cum Publio confecisse. de Orat. 109 b, Conficere munus susceptum. Epistol. 24 b, Cum tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero. & 66 a, Nam si hoc expectandum sit, tũ totum bellum conficiam, uiginti oppida sunt, &c. In Anto. 222 a, b, Exequi & conficere mandata. Quint. Frat. 315 a, Facies, ut mea mandata diligenter, persequare, conficias. pro Pom. 9 b, Bella non solùm gesta ab hoc, sed etiam confecta. Att. 11 b, Biduo per unum seruum confeci totum negocium. & 263 a, Te oro ut hoc negocium ita agas, ita tractes, ita conficias, ut, &c. At. 104 b, Cõficere aut deponere negocium. pro Planc. 264 b, Conficere legationem & mandata. Or. 214 a, Isocrates propè centum confecit annos. pro Cæl. 45 a, Qui omnem uitæ suæ cursum in labore corporis conficeret. de Vniuer. 202 a, Qui rectè curriculum uitæ à natura datum confecerit. Tusculan. 168 a, Vt cum LX annos confecerit, reliquos dormiat. de Nat. 18 b, Sol cursus annuos conficit, cuius lustrationem menstruo spacio luna complet. & ibid. Eadem spacia conficiunt. de Or. 87 a, Eo autem omni sermone confecto, &c. de Sen. 78 a, Confeci longam uiam. Att. 24 a, Valde hoc uelim amanter diligenterq; confici as. de Som. 127 a, Scipio bellum maximum confecit, Numantiam excindens. Qu. F. 309 b, De Tullia nostra spero nos cum Crassipede confecisse. pro Cor. 64 b, Marius plurima bella & gessit & confecit. Ep. 66 b, De Dionysio, si me amas, confice. pro Pom. 15 b, Pompeius difficili reip. tempore exercitum confecit. Att. 125 a, Conficere exercitus maximos. & 4 b, Quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. Ep. 3 a, Idibus Ianuarijs in Senatu nihil est confectum, propterea quòd, &c. de Orat. 138 b, Conficere motus animorum. pro Quint. R. 47 a, Iam duæ partes causæ sunt confectæ. Topic. 223 a, Nondum satis est, adde, nec ea, &c. confectum esse id est, perfecta est definitio. I. V. 204 a, Permagnam is dicit ex ea re pecuniam confici posse. de Or. 119 b, Quare illam partem, &c. perpoliam atq; conficiam. de Cla. 195 b, Hortensius tamen hunc cursum confecit. de Leg. 195 b, Eadem ratio cum est in hominis mente cõfirmata & confecta, lex est.

Conficere, colligere, acquirere. contra Rul. 72 b, Primùm permittitur infinita potestas immemorabilis pecuniæ conficiendæ de uestris uectigalibus alienandis. pro Flac. 163 b, Vt pecuniam quam confecerat, non consumpsisse. sed Flac. dedisse uideatur. pro Syl. 150 a, Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut uersura, aut tributo, nec tabulæ creditoris perferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur. pro Fl. 163 b, Patrimonium quod conficere potuit, dissipauit. Att. 96 b, Conficere rationes. Item: Vbi confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates posuimus relinquere.

Confici, concludi, fieri. de In. 56 a, b, Aut ita, ut id solum quod cõficitur, inferatur, de In. 80 b, Ex quo cõficitur, ut si, &c. id est, ex quo fit uel concluditur.

Conficitur, sequitur, relinquitur, consequitur, cum in argumenti conclusione collocantur. de Inuent. 56 a, b.

Conficere, consumere, cruciare, afficere, perdere, exhaurire. pro Mar. 132 b, Vetustas omnia conficit ac consumit. Epistol. 234 a, Conficior enim mœrore mea Terentia, nec me meæ miseriæ magis excruciant quàm tuæ uestræq; & ibidem: Quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore. Attic. 42 a, Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. & 170 a, Non loquor plura, ne te quoq; excruciem, ipse cõficior uenisse tempus, cũ, &c. de Natur. 53 a, Dentes aduersi acuti diuidunt escas, intimi autem conficiunt. de Arch. 253 b, Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. Epistol. 153 b, Sed ego eum hortatus sum istò proficisci, quòd illa ualetudine magis conficere se, quàm me tueri posset in castris. Offic. 57 b, Fame & frigore confici. Orat. 199 b, Desiderium, quo conficior, requirens, &c. Epistol. 56 b, Conficior curis. & 153 b, Curis confectus. Attic. 172 a, Me conficit solicitudo. & 176 a, Cõfectus cruciatu sum morum dolorum. Att. 40 b, Maximo dolore conficior, &c. pro Mil. 109 b, Hæc sica nuper, ut scitis, me ad regium penè confecit. & 105 a, Tota ciuitas confecta senio est. de Arusp. 243 b, Haud potest grauioribus à me uerbis uulnerari, quàm est statim in facto ipso à P. Seruilio confectus & trucidatus. Postquam. 206 a, Qui cum suam rem non minus strenuè, quàm postea publicam confecisset, egestatem & luxuriam domestico lenocinio sustentauit. pro Mar. 131 a, Nihil est opere aut manufactum, quod aliquando non conficiat et cõsumat

Universidad de Deusto
Biblioteca

uetustas.I.P.97 d, Quē necasti uerberibus summa senectute cōfectū.de D. 131 d, Quæ uetustas est, quæ uim diuinam conficere posit? pro Sex.24 b, Cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit.de In.76 d, Licinius hostes cōsecutus est & cōfecit.I.V. 266 b, In quib. te ab eodem me superiore ex loco confici & concidi necesse est.de Nat.21 b, Ibes maximam uim serpentū conficiūt. Posth.201 d, Cōfectus uulnerib. de D.95 a, Reliqua diuinationis breui confecta sunt: id est, euenerunt. de Orat. 91 b, Nos amicorū negocijs res ipsa antè confecit, quàm possemus aliquid de rebus tantis suspicari.

Conficere, celebrare, facere. de Natur. 71 d, Dionysios multos habemus: primum, &c. quartum Ioue & Luna natum, cui sacra Orphica putantur confici.

Confictio, onis. machinatio. pro S.R.24 d, Criminis confictionem Erucius suscepit.

Confictus, a, um. fictus. ad Her. 8 b.

Confidens, tis. pro Cec. 290 a, Phormio nec minus niger nec minus cōfidēs quàm ille Terētianus Phormio. I. A. 210 d, & 233 b, Nequam est homo ille atq; confidens. Tuscul. 193 d, Qui fortis est, idem est fidens. nam confidens mala consuetudine loquendi, in uicio ponitur.

Confidenter, animosè, audaciter. de Orat. 111 d, Et eo quidem loquor confidentius, quòd Catulus auditor accesit, cui, &c. ad Her. 7 b, Confidentissimè resistere. pro Cæl. 46 b, Dicam enim iam confidentius de studijs eius honestis. ad Her. 2 a, Aliquid confidenter, malitiosè, flagitiosè factum.

Confidentia, tiæ. impudentia, audacia. de Orat. 132 b, Tanta cōfidentia estis, auferte istam enim superbiā. pro Fl. 148 a, Videte quoultu, qua confidentia dicant. I. A. 180 d, Confidentia & temeritas tua. ad Her. 7 d, Quæ signa confidentiæ sunt, non innocentiæ.

Confido, dis. spero, nitor, adsum animo, timorem omitto, timorē depono.)(. diffido, despero, cum datiuo. Att. 131 d, Nō magnopere his legionib. confido. de Fin. 55 d, Non existimat oportere nimium nos causæ confidere. de Am. 98 b, Ego uerò non grauarer, si mihi ipse confidere. pro Fl. 147 d, Cur sibi cōfidat, qui, &c. At. 137 b, Optimatibus uerò tuis nihil confido, nihil iam ne inseruio quidem. & 262 b, Itaq; accusabar ab eo, quòd parū cōstantiæ suæ confiderem. I. A. 194 b, Nisi uestræ uirtuti constantiæq; confiderem. At. 5 d, Ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito. 125 b, Quanto autem ferocius ille causæ suæ confidet, cum uos uideritis &c.

Confidere, cum ablat. Tusculan. 32 d, Quis enim poterit, aut corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate cōfidere. pro Qu. R. 45 a, Ego facultate causæ confisus uide quò progrediar. pro Clu. 18 d, Niti & magnopere confidere aliqua re. At. 131 b, illū, quo antea cōfidebāt, metuūt. Ep. 190 b, Exclusus ab Antiochia Dolabella, nulla alia confisus urbe, Laodiceā se contulit. At. 131 d, Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse. Qu. Fr. 202 b, Confidere animo. de Ar. 251 b, Hoc & tu confides magis, & nos propè iure diffidimus.

Confidere, absolutum. Offic. 15 d, In quo ipso considerandum est, ne aut temerè desperet propter ignauiā, aut nimis cōfidat, propter cupiditatē. Tus. 193 d, Discrepat enim à timendo confidere. Ep. 53 d, Iis autem, qui essent, uiderem scribere, nisi te intelligere confiderem. Qu. F.

315 b, Hæc me, ut confidam, faciunt. Tuscul. 184 b, Nihil nimis oportet confidere. At. 96 d, Confido rem, ut uolumus esse. Ep. 122 d, Quam rem tibi confido magnæ laumi fore. Attic. 97 b, Spero, quæ tua temperantia est, & herculè, ut me iubet Æsulus, confido te iam, ut uolumus, ualere. In Verr. 272 d, Ego mei officij rationem cōfido esse omnibus notam. pro Clu. 31 d, Sicuti uestra æquitate nixi confidimus. Epist. 205 b, Tibiq; ut confido, gratias agam. Tus. 166 b, Quem te & opto esse & confido futurum. Ep. 195 d, Id ego & sperarem, prudentia tua fretus: & ut confiderem, fecerunt tuæ grauissimæ literæ.

Confieri, confici, fieri. Attic. 142 d, Quo facilius & cum maiore dignitate per te qui utriq; es cōiunctus, res tota confieret. Attic. lib. 8 d, Commodius cadere non potuit, quàm ut res sine sanguine confieret.

Configo, gis. figo, uulnero. de Finibus, 332 d, Configebat tardus celeres stans uolantes. ex Actio. Acad. 22 b, Hercules ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis. de Natur. 51 b, Capræ in Creta feræ, cum sunt confectæ uenenatis sagittis, dictamum quærunt. pro Murena, 129 b, Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit. prouerbium. In Antonii, 242 d, Diffidebant etiam Seruio, meminerant eius sententijs confixum Antonium. de Arusp. 245 d, Clodius dicere, ut ipse gloriari solet, confixus Senatusconsultis. In Antonium, 210 d, Configere omnes curas & cogitationes in reipublicæ salute.

Confingo, gis. fingo. pro S. R. 23 b, Crimen incredibile confingunt. & In Verr. 278 d, pro S. R. 23 b, Hæc conficta à poetis arbitror esse, ut, &c. pro Deiot. 246 b, Nos facinus ab optimo uiro cogitatum esse confingimus, ualere. In Verr. 272 a, Ego mei officij rationem cōfido esse omnibus notam. pro Clu. 31 d, Sicuti uestra æquitate nixi confidimus. Epist. 205 b, Tibiq; ut confido, gratias agam. Tus. 166 b, Quem te & opto esse & confido futurum. Ep. 195 d, Id ego & sperarem, prudentia tua fretus: & ut confiderem, fecerunt tuæ grauissimæ literæ.

Confieri, confici, fieri. Attic. 142 d, Quo facilius & cum maiore dignitate per te qui utriq; es cōiunctus, res tota confieret. Attic. lib. 8 d, Commodius cadere non potuit, quàm ut res sine sanguine confieret.

Configo, gis. figo, uulnero. de Finibus, 332 d, Configebat tardus celeres stans uolantes. ex Actio. Acad. 22 b, Hercules ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis. de Natur. 51 b, Capræ in Creta feræ, cum sunt confectæ uenenatis sagittis, dictamum quærunt. pro Murena, 129 b, Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit. prouerbium. In Antonii, 242 d, Diffidebant etiam Seruio, meminerant eius sententijs confixum Antonium. de Arusp. 245 d, Clodius dicere, ut ipse gloriari solet, confixus Senatusconsultis. In Antonium, 210 d, Configere omnes curas & cogitationes in reipublicæ salute.

Confingo, gis. fingo. pro S. R. 23 b, Crimen incredibile confingunt. & In Verr. 278 d, pro S. R. 23 b, Hæc conficta à poetis arbitror esse, ut, &c. pro Deiot. 246 b, Nos facinus ab optimo uiro cogitatum esse confingimus. ad Her. 8 d, Confingere aliquid crimimis. ad Her. 8 d, Confingere & commiscere aliquem rumorem.

Confinis, ne, uicinus, finitimus. ad Her. 27 d, Qui per uenerunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans.

Confinium, nij. finis. Offic. 46 b, Conuenit autem in omni re contrahenda, in uicinitatibus & confinijs & omni re contrahenda, in uicinitatibus & confinijs &

Confirmo, ās. affirmo, firmo, roboro, corroboro, fulcio, sancio, probo, autorsio.)(. Infirmo. de Or. 92 b, Vt id quod intenderemus cōfirmare, & id quod cōtrà dicetur, refellere possemus. de Or. 116 d, Nostra confirmare rationib. & argumentis, deinde cōtraria refutare. de In. 52 b, Exemplum est, quod rem confirmat aut infirmat, &c. de D. 116 b, Quanquam tu quidem non hostium fortes collatione hostiarū. I.V. 113 d, Quorum omnium testimonijs de hac pecunia confirmatum est. de Fi. 55 d, Confirmare aliqd exquisitis rationibus. de D. 95 d, Satis est ad confirmandam diuinationē, semel ita esse aliquid diuinatum. de Or. 128 b, Argumentum ratio ipsa confirmat, quæ, &c. At. 264 d, Decretūq; Coss. quod ij secundum Buthrotios fecerunt, des operam, ut Plācus noster quamprimum confirmet. I. A. 228 d, De quibus confirmandis et sanciendis legem comitijs centuriatis laturus est. pro Do. 222 d, Hoc uerbis illis sanciri aut suffragijs cōfirmari potest? Ep. 32 b, Et reuera confirmata amicitia cōmemoratio officiorū superuacanea est. I.V. 148 d, Quam sibi nondū cōfirmato consilio, sed ineunte ætate susceperat. Anteq. 195 d, Hoc incommodum in uno confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem. de Am. 210 d, Omnino amicitiæ corroboratis cōfirmatisq; ingenijs & ætatibus iudicandæ sunt. At. 254 d, Hoc mihi nō modò cōfirmauit, sed etiam persuasit. de Am. 97 d, Quare, ut arbitror, nemo unquā erit, et ut cōfirmare possū, certè nunquā fuit. de Or. 109 d, Certè (ut hominē cōfirmare oportet) nullus est, &c. Item: Hoc uerò fieri planè non potuisse cōfirmo. At. 221 d, et pro Pom. 17 b, Ego tibi confirmo, eam, &c. de Cl. 167 d, Hoc sine ulla dubitatione cōfirmauerim. Ep. 83 d, Memini me ex multis auditis, te de glorioso & celeri reditu meo cōfirmare. cōtra Rul. 68 b, Omni hoc uobis ratiōe cōfirmare possū, me, &c. Ep. 80 b, Ego tibi hoc cōfirmo, nihilo te, &c. pro Ar. 188 b, difficile est hoc de omnib. confirmare. Qu. F. 804 d, Nunc erige te & confirma. si qua subeunda dimicatio erit. Ep. 40 d, De me tibi sic promitto atq; confirmo, me, &c. & 9 d, Verumtamen ipse me cōfirmo ad eius uoluntatem, à quo honestè dissentire non possum. atīs, confirmo. At. 12 d, Confirmare et excitare afflictos animos bonorum. Ep. 80 d, Neq; enim cōfirmatione nostra egebat uirtus tua, neq; erat ea mea causa atq; fortuna, ut cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. et 256 b, Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadē deportares, ut ibi te planè confirmares.

Confitio, onis. L. Fidentia.

Confiteor, eris. præ me fero, agnosco.)(. Inficior. Attic. 38 b, Vectius quòd cōfessus esset se cū telo fuisse, in carcerē cōiectus est. de N. 28 d, Vir sapiēs peccatū suū, quod celari posset, cōfiteri maluit. I. A. 163 b, Cū homines nequissimi confessus est uobis audientib. adulterium. I. C. 113 d, Cum id posset inficiari, repentè cōfessus est. pro Sest. 11 d, Tacēdo loqui non inficiando confiteri uideris. pro Ar. 188 b, Quod tu nunc de tuo patruo prædicas, nemo unquam adhuc de sese est confessus. pro Do. 213 b, De crimimibus obiectis non confiteri. contra Rul. 88 d, Concordiæ patronum me in hunc annum confessus sum. pro Cl. 56 d, Stratonem aliquid de ueneno esse cōfessum, de

N. 10 b, Esse igitur deos confitendum est. Epist. 59 b, Me abs te cupisse laudari, aperte atq; ingenuè confitebar. pro S.R. 38, Confiteri de maleficio. de Leg. 175 b, Confiteri religiones. I. A. 208 b, Quo etiam, ut confitear uobis Quirites, minus hodierno die contendi. de Fi. 69 d, Quod mihi quidem uisus est, cū sciret, uelle tamen cōtentem audire Torquatum. Ep. 14 b, Nemo est cuius officijs me tam esse deuinctū nō solū cōfitear, sed etiā gaudeam. Par. 145 b, Confiteri de aliqua re. & de Or. 111 b, & pro Syl. 174 b, & pro Ar. 191 d, & pro Lig. 137 d.

Confixus, a, um. de Orat. 131 d, Nuculam an confixū uis faceret id est, uerbis configere, & exagitare.

Conflagro, ās. ardeo. Antequām. 192 b, Ne omnes concidereris, ardoreq; flammæ cōflagraretis. I.V. 84 b, Ille miser furtorum istius inuidia conflagrauit. de N. 44 b, Conflagrare terras necesse est. I.C. 103 d, Inuidiæ incendio conflagrare. pro Mil. 116 d, Conflagrare inuidia. ad Her 26 b, Quomodo urbs acerbissimo concidat incendio conflagrata.

Conflatus, a, um. compositus, coagmentatus. pro Cæl. 59 b, Monstrum ex contrarijs diuersisq; atq; inter se repugnantib. naturæ studijs cōflatum. pro Lig. 142 b, Aliquorum consensus conspirans, & penè conflatus. pro S.R. 18 b, Iniuriam nouo scelere conflatam.

Conflictio, onis. conflictus, contentio, quasi concursus. Parad. 139 d, Ex orationis autem, & ex firmamenti conflictione, et quasi concursu, quæstio exoritur. & ibi. Rationum & firmamentorū contentio. Par. 234 b, Rerum inter se pugnantium conflictio. & 239 d, Ille status & quasi conflictio cum aduersario. & de In. 46 d.

Conflictor, aris. pro Qu. 7 b, An ut honestiore iudicio conflictaretur sine summo scelere propinquum tuū iugulare non potes. Epi. 142 b, Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpib. conflictari. At. 156 b, Fortuna, qua illi florentissima, nos duriore conflictati uidemur. Ep. 90 d, Cæsar diutius uelle uidetur eos habere solicitos, à quibus se putat diuturnioribus esse molestijs conflictatum. aliàs, cōflictum. ad Her. 13 d, Homines multis & magnis incōmodis cōflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatem. de L. 162 d, Qui canem & felem ut deos colunt, non eadem superstitione, qua cæteræ gentes conflictantur. de Ar. 253 b, Cum his conflictari, & pro patriæ salute quotidie dimicare, erat omnino molestum.

Conflictus, ūs. conflictio. de Natur. 31 d, Lapidum conflictu atq; tritu, ignem elici uidemus. pro Cec. 293 d, Impulsu scutorum et conflictu corporum magnas sæpe copias pulsas esse. de Di. 217 d, Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Confligo, contendo, concurro, dimico. prælior, prælio decerto, prælium facio, prælium cōmitto signa cōfero, manū cōsero. pro C. 286 b, Potuisti leuiore actione cōfligere. & 293 b, Vt cōfligēdum sibi & armis decertādū putēt. de In. 79 d, Sæpe id quod scriptū est recitando, sæpe cū scripto factū aduersarij cōfligēdo. I. C. 209 b, Causæ, quæ inter se cōfligunt. Ep. 174 b, Reliquisq; reb. pro nostra salute contra sceleratissimā hostiū conspirationem confligamus. de Fi. 53 b, Torquatus cum Latinis cōfixit apud Veserim. Tusc. 219 b, Iratum ne censes Herculem cōfixisse cū Erymanthio apro? pro Pom. 9, Qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquā cū inimico cōcertauit. Off.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit. Of. 16 b, Temerè autem in acie uersari, & manu cũ hoste confligere, immane quiddã et belluarũ simile est. & 17 a, Cleombrotus inuidiam timens, temerè cũ Epaminunda conflixit. Posth. 211 d, Cum mihi priuato confligendũ uiderem cũ ex eo exercitu, qui, &c. pro D. 226 b, Sperauit ijsdem se copijs cum illo posse cõfligere, qui bus cum ego uoluissem dimicare. I. A. 262 b, Pansa princeps prælij faciendi et cum Antonio cõfligendi fuit. pro Cor. 68 d, Cum ducibus ipsis, non cum comitatu assectatoribusq; confligant. I. P. 83 b. Confligere armis. de Of. 16 d, Et manu cum hoste confligere. ad Her. 3 b, De his rebus cautè confligendum est, in quibus tabulæ aut alicuius firma autoritas uidebitur interfuisse. pro Font. 276 b, Galli cum M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. pro Pom. 16 b, Collatis signis hostes superare. pro Fon. 283 d, Infestis signis inferri in hostem.

Conflo, as. efficio, compono, machinor. Offic. 4 d, Quibus ex rebus cõflatur & efficitur id quod quærimus honestum. de N. 46 a, Mare terrã littorib. sic cludit, ut una ex duabus naturis conflata uideatur. pro Syl. 173 d, Exercitus perditorum clandestino scelere conflatus. I. C. 102 b, Ex perditis cõflata improborum manus. de in. 63 d, Ex his duabus diuersis sicuti similijs unũ quoddã est conflatum genus à posterioribus. I. A. 194 d, Ille cũ exercitum nullum haberet, magnum repentè conflauit. pro S. R. d, Eius rei, quæ conflauit hoc iudicium, mentio facta non est. I. V. 132 d, Venus, quæ totam illam accusationem iudiciumq; conflarat. pro Cl. 19 b, Faciamq; ut intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia cõflarit. et 21 d, Hoc totum à matre conflatũ est, & perfectũ. I. A. 173 b, Bellum quod natum, conflatum, susceptum opera tua est. pro Qu. R. 55 d, Vnde hoc totum ductum et cõflatum mendacium. pro Cl. 34 d, Summam alicui inuidiam atq; infamiã esse conflatam. I. C. 102 d, Si mihi conflare uis inuidiam. pro Cæl. 43 d, Conflare inuidiam alicui iuueni ex communi infamia iuuẽtutis. pro Syl. 174 d, Et ea domi eius plaraq; conflata sunt. Off. 38 d, Cum quæstor esset in exercitu, seditionem esse conflatam. ad Her. 7 b, Nam quiuis horum sensus potest conflare suspicionem. Par. 240 b, A reo querela cõflati criminis proferetur. pro Syl. 169 d, Quib. ipsis tum conflari periculum putabatur. et ibi. b, Conflato gladiatorum tumultu. I. V. 135 b, Quod cuiq; negocij conflari uolebat, nullo labore faciebat. pro S. R. 18 b, Iniuria nouo scelere conflata. pro Sest. 18 d, Quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur? de Ar. 253 b, Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatesq; conflauit.

Confluo, is. concurro, conuenio, peruenio, fluo. de Clu. 188 b, Confluxerunt enim & Athenas, & in hãc urbem multi inquinatè loquentes, ex diuersis locis. Tus. 176 d, Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint. de In. 43 d, Hinc ad ipsos, qui eã adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit. in Sal. 274 b, Nisi fortè te in ea castra coniecisti, quò omnis sentina reipub. confluxerat. de Leg. 170 d, Fibrenus rapidè dilapsus citò in unũ confluit. pro Pl. 177 d, Causæ pleræq; ad nos cõfluunt. I. V. 227 b, Aliqua diuersa in exitu coniungi & confluere. Epi. 166 b, A confluente Rhodano castra moui.

Cõfossus, a, um. cõfectus, necatus. pro Syl. 173 d, Quingq;

hominib. cõprehẽsis ac cõfossis, interitu rẽp. liberauit.

Conformatio, nis. forma, compositio, exornatio. Top. 222 b, Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrarique non possunt, cerni tamen animo atq; intelligi possunt, ut si usucapionem, si agnationem definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignata & impressa in intelligentia, quã notionem uoco, ea sæpe argumentando definitione explicanda est. de Or. 141 b, Facillimè animo teneri possunt ea quæ percipiuntur aurib. aut cogitatione si etiã oculorum commendatione animis tradantur, ut res cæcis etiam ab aspectus iudicio remotas conformatio quædã et imago et figura ita notet, ut ea quæ cogitando cõplectimur possemus, intuendo quasi teneamus. de Natur. 11 b, Compositio membrorum & conformatio lineamentorum. Tusc. 158 b, Quasi uerò intelligant animus qualis sit in ipso corpore, quæ cõformatio, quæ magnitudo, qui habitus. de Ora. 97 d, Ipsa collocatio conformatioq; uerborum perficitur in scribendo. de Natur. 43 d, Animantium figura conformatioq; membrorum. de Orat. 94 b, Certa formatio quædam & figura totius oris & corporis. et 161 b, Inter conformationem uerborum & sententiarum hoc interest, quòd, &c. de Cl. 177 d, Sententiarum ornamenta & conformationes. de Orat. 86 b, Vocis conformatio atq; uarietas. de Nat. 22 a, Omnem talem conformationẽ animi, philosophi motum inanem nocant: id est, cum de Hippocentauro cogitamus. Off. 71 b, Absens pars honestatis cernitur in conformatione et moderatione continentiæ et imperantiæ. ad Her. 40 b, Conformatio est, cùm aliqua quæ non adest persona confingitur, quasi adsit, &c.

Conformo, as. compono, fingo, effingo, figuro, formo. informo. pro Arch. 188 b, Quas imagines ego mihi proponens, animum et mentem meam ipsa cogitatione non possunt, cerni tamen animo atq; intelligi possunt, ut si usucapionem, si agnationem definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignata & impressa in intelligentia, quã notionem uoco, ea sæpe argumentando definitione explicanda est. de Or. 141 b, Facillimè animo teneri possunt ea quæ percipiuntur aurib. aut cogitatione si etiã oculorum commendatione animis tradantur, ut res cæcis etiam ab aspectus iudicio remotas conformatio quædã et imago et figura ita notet, ut ea quæ cogitando cõplectimur possemus, intuendo quasi teneamus. de Natur. 11 b, Compositio membrorum & conformatio lineamentorum. Tusc. 158 b, Quasi uerò intelligant animus qualis sit in ipso corpore, quæ cõformatio, quæ magnitudo, qui habitus. de Ora. 97 d, Ipsa collocatio conformatioq; uerborum perficitur in scribendo. de Natur. 43 d, Animantium figura conformatioq; membrorum. de Orat. 94 b, Certa formatio quædam & figura totius oris & corporis. et 161 b, Inter conformationem uerborum & sententiarum hoc interest, quòd, &c. de Cl. 177 d, Sententiarum ornamenta & conformationes. de Orat. 86 b, Vocis conformatio atq; uarietas. de Nat. 22 a, Omnem talem conformationẽ animi, philosophi motum inanem nocant: id est, cum de Hippocentauro cogitamus. Off. 71 b, Absens pars honestatis cernitur in conformatione et moderatione continentiæ et imperantiæ. ad Her. 40 b, Conformatio est, cùm aliqua quæ non adest persona confingitur, quasi adsit, &c.

Confractus, a, um. de Leg. 181 d, Quæq; in porca confracta iura sunt.

Confringo, gis. frango, infringo. pro Fl. 161 d, Membra uxoris fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos cõcidit. pro Mil. 108 d, Nisi esset is cõfectus, qui eam præturam auderet possetq; confringere.

Confugio, gis. concurro, infugio, profugio, percipio. Tusculan. 166 d, Priamum cum in aram confugisset, hostilis manus interemit. Epistol. 51 b, Non enim ut tum me à republica mœstum domus excipiebat, quæ leuaret, si nunc domo mœrens ad rempublicam confugere possum, ut in eius bonis acquiescam. Tusculan. 229 d, Ad te confugimus, à te opem petimus. pro Qu. 2 d, Quintius tot tantisq; difficultatib. affectus atq; afflictus in tuam fidem, ueritatem, misericordiam confugit. pro Fon. 280 b, Confugere ad opem alicuius. Off. 41 d, Confugere ad aliquem uirtute præstantẽ. pro Cl. 41 b, Ille diffidens rebus suis, ad Stalenum & ad pecuniã confugit. Posth. 266 d, Qui nisi in aram tribunatus confugisset, proscriptio, &c. pro S. R. 223 b, Roscius de amicorum sententia Romam confugit. At. 47 d, Ex quibus statim in tuos agros confugiam. de Or. 90 d, Illustrare oratione, si quis istas ipsas artes uelit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem.

Confundo, dis. perturbo, conturbo, permisceo. Acad. 29 b, Anaxagoras dixit materiam infinitam esse, sed ea et particulas similes inter se minutas, eas primùm cõfusas, postea in ordinem adductas mente diuina. pro D. 238 b, An tu hæc ita confundis & perturbas? Or. 216 d, Omnes in oratione esse quasi permixtos & confusos pedes. de D. 105 d, Vis quædam sentiens, quæ est toto confusa mundo. de Vn. 203 b, Cum ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus, se confundit & contulit. Ac. 16 d, Ea philosophia, quæ confundit uera cum falsis. de Ora. 124 b, Vt re distinguantur, uerbis confusa esse uideantur. At. 123 b, Signa quib. aliqua distinguuntur, perturbaridi est, confundi. de Or. 147 d, Ita confusa est oratio, ut perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum.

Confusè, permixtè.)(. Discretè, electè. de Natur. 63 b, Quare, si uidetur, noli agere confusè, ut hoc explicemus hac disputatione, quod quæritur. de Fin. 70 d, Epicurus contemnit differendi elegãtiam, confusè loquitur. de In. 52 b, In præsentia tantummodo partes argumentandi confusè & permixtè dispersimus, pòst discretè & electè in genus quoq; causæ digeremus. Acad. 12, Non confusè.

Confusius. I. A. 214 b, Confusius acta res est, quàm, &c.

Confusio, nis. perturbatio. de L. 174 b, Suos deos aut nouos coli, confusionem habet religionum. de Finib. 149 b, Atq; hæc coniunctio confusioq; uirtutum, tamẽ à philosophis ratione quadam distinguitur. de N. 1 b, Quibus sublatis perturbatio uitæ sequitur, & magna confusio. pro Mur. 135 b, Confusionem suffragiorũ flagitasti. Of. 47 d, Hæc confusio temporum.

Confusus, a, um. perturbatus, turbulentus, uarius, permixtus, habens confusionem. de In. 50 d, Veruntamen non incommodum uidetur, quandam syluam atq; materiam uniuersam antè permixtã & confusam exponere omnium argumentationum. pro Sest. 3 b, Sed quoniam singulis criminibus cæteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sestij, de genere uitæ, &c. & ib. Contendamq; in hac cõfusa atq; uniuersa disputatione, ut nihil, &c. de Off. 19 b, Si hoc de quo loquimur, decorũ est, id totum quidem cum uirtute confusum, sed mente et cogitatione distinguitur, de D. 115 b, Vis quædã diuina, quæ confusa toto mundo est. & 92 d, Nunc onusti cibo et uino perturbata et confusa cernimus. de Cl. 173 b, Sed nec illa oratio eiusmodi est, ut à pluribus confusa uideatur.

Confutatio, onis. dissolutio, reprehensio. ad Her. 1 b, Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.

Confuto, as. refello, refuto, reprehendo, diluo, coarguo, infirmo, dissoluo, redarguo, explodo, cõuinco, frã-

go, efficio, abscio, aduersaria euerto, falsum esse doceo, tollo. de D. 81 b, Cotta hic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionẽ. Tusc. 245 b, Maximisq; doloribus affectus eos ipsos in uentorum suorum memoria & recordatione confutat. Par. 242 b, Confutare audaciam alicuius. pro S. R. 32 d, Erueij criminatio tota dissoluta est, nisi fortè expectatis ut illa diluã, quæ, etc. At. 187 b, Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras. pro Cec. 294 b, Infirmare & conuellere facta aut stipulationes.

Congelo, as. conglacio. Epist. 25 d, Erat in eadem epistola ueternus ciuitatis, gaudebam sanè, & congelasse amicum nostrum lætabar ocio.

Congemo, mis. simul gemo. pro Mur. 130 b, Senatus congemuit frequens.

Congero, ris. congrego, accumulo, comporto. pro Pom. 8 d, Res omnes pulcherrimas Mithridates ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. Item: Innumerabilis pecunia congesta in illam domum est. de D. 96 b, Midæ dormienti formicæ tritici grana in os cõgesserunt. de Clu. 192 d, Illud minus curo, quòd congesisti operarios omneis. I. A. 186 d, Antonius in Cæsarẽ maledicta congessit. de Cl. 196 b, Vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum. pro D. 145 b, In quem dij atq; homines omnia ornamẽta cõgesserunt. pro Pl. 264 d, Minturnenses C. Mario uiatici cum congesserunt, nauigium dederunt. de Am. 170 d, Neq; uerendum est ne plus æquo quid in amicitia cõgeratur. pro Pl. 276 b, Sed hoc nescio quo modo frequenter in me cõgesisti, sanèq; in eo creber fuisti, te idcirco, &c. pro Mil. 113 b, Congerere crimina in aliquem. Tusc. 251 b, Congerãtur in unum omnia. At. 186 d, Bruti. Si omnia simul congesseris.

Congestus, a, um. de Do. 122 d, Tritici grana in os pueri Midæ congesta.

Congestus, stus. de Dom. 122 b, Herbam autem asperam credo extitisse auium congestu, non humano satu.

Congiarium, rij. imperatoris donum, à congio, mensuræ genere uini & similium. At. 257 b, Legiones congiarium ab Antonio accipere noluerunt. Att. 150 b, Vehementem auaritiam uideo fuisse, spem magni congiarij. I. A. 182 b, Cæsar muneribus, monumẽtis, cõgiarijs, epulis multitudinem imperitam leuierat. Ep. li. 8, Plancus magno congiario donatus est à Cæsare. Cælij.

Conglacio, as. congelo, durescо. de N. 31 d, Aqua neque conglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaq; concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta diffunderet. Ep. 115 b, Curioni nostro tribunatus conglaciat.

Conglobo, as. constringo, in globi formam congrego, & colligo. de Natur. 494, Mare cum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur undiq; æqualiter, neq; redundat usquam. de Nat. 45 b, Terra undiq; in sese nutibus suis conglobata. Ac. 29 b, Figura conglobata. Par. 234 b, Definitiones conglobatæ.

Conglutinatio, onis. coniunctio. de Senectute 92 d, Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Orator. 204 d, Circuitus conglutinatioq; uerborum.

Conglutino, as. coniungo, copulo, consto, compono. de Se. 92 d, Sic hominem eadem optimè quæ conglutinant, ita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit,natura dissoluit.ad Her.6 b, Ita poteris animi uicium cum causa peccati conglutinare.I. A.189 a,Antonius ex his tot uitijs conglutinatus est.Att.15 b, Sic tueor, ut possim illam à me conglutinatam concordiam,et de Am. 102 b, Ep.181 a, Vitæ dissimilitudo non est passa uoluntates nostras consuetudine conglutinari.Att.106 b, Tu soles conglutinare amicitias testimonijs tuis.

Congratulatio,onis.Attic.274 b,Sed tamen omnium ordinũ consensus,gratiarum actio,congratulatioq; me commouet,propterea quòd,&c.

Congratulor,aris.signis lætitiam ostendo, cum aliquo gaudeo.pro Pl. 273 a,Sed ea res haud scio an plus mihi profuerit, quàm si mihi essent omnes congratulati.pro Sest.7 a,Mihi deniq; homines præcipuè congratulabantur,quòd habituras essem,&c.

Congredior,ris.conuenio,pugno.Attic.133 d, Sed ego cum hæc scribebam,nec illos congressuros,nec cõgressi essent, Pompeium ad ullam cõditionẽ accessurũ putabam.At.249 b,Illud præclarè,quòd te cõsolata est spes breui tempore congrediendi.& 276 b,Filius tuus à me abest,in Macedonia congrediemur.& 19 b,Nihil duco esse commodius quàm de his reb.nihil amplius scribere: cũ erimus compresi,tum,si quid res feret, coràm inter nos conferemus.& 38 a,Cũ eo,ut res indicat,sæpe congressus est.& 97 a,Sed explora rem totam,ut quo die congresi erimus, consilium capere possimus.pro Cæl. 4.8 b, Vbi congressus cum seruis Luceij Cælius? pro Pl. 261 a, Venio nunc ad populi partes, qui si tecum congrediatur, &c.de N.26 a,Næ ego incautus, qui tecum congredi conatus sum.pro Lig 138 b,Tubero contra Cæsarem congressus est armatus. pro Mur. 149 a, Quare remoue autoritatem,& congredere mecum criminib.ipsis. pro Syl.176 a,Nondum statuo te uirium satis habere, ut ego tecum luctari & congredi debeam.I. P.92 a, Si ipsi coràm congredi poteris.At.279 b,Antistius congressus P. Dolabella milites habente maluit, &c.Top.229 a,Status,in quo primùm insistit,quasi ad repugnandum congressa defensio. de Nat. 46 b,Luna tum congrediens cum sole,tum digrediens,&c.

Congregabilis,le. congregatus,quod facilè congregatur,& amans socium. Off.32 a,Apum examina congregabilia natura sunt.

Congregatio,onis.de Fimib.107 a, Homines natos esse ad congregationem hominum. de Fim.104 a, Nos ad coniunctionem congregationemq; hominum,et ad naturalem communitatem esse natos.

Congregatus,a,um.pro D.226 b,Ex quo iudicare potestis,quãta uis illa fuerit oriẽs & cõgregata,cũ hæc Cn. Pompeiũ terruerit ità distracta & extincta. l. Soluiagus.

Congrego,as.colligo,contrabo,conuoco,coaceruo,aggrego, cogo, frequento,coniungo,in unum locum cõpello,copias unum in locũ cõuenire.pro Qu.9 b,Is,qui cum te aut uoluntas congregauit, aut fortuna cõiunxit. de N.9 b,Chrysippus magnam turbam congregat ignorum deorũ:id est,colligit. pro Ce.296 b, Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt unũ in locum cõgregati.I. A.261 a,Ciues unũ se in locum ad curiam congregabant. Par. 121 a,Latronum multitudo unum in locum congregata. de Or. 87 b, Homines dispersos & dissipatos unum in locum congregare.et pro Sest.22 b,Tus.161 a,Qui dissipatos homines congregauit. de Fi.134 b,Homines aqualibus delectantur,libenterq; se cum his congregant. pro Do.231 a,Multitudo hominum cõgregata ex seruis conductis.Ac.25 a,b,Niuem ex aqua esse congregatam. In Vat.34 a, L.Paulum in eundem hunc numerum congregasti. pro Rab.95 a,Atq; ibi se cũ tuo patruo et congregaturis congregare.de Nat. 50 b,In quo admirandum est, congressu ne aliquo,an iam inde ab ortu naturæ cõgregatæ sint.pro Qu.9 a,Funus,quo amici conueniunt ad exequias cohonestandas: id est, congregantur.

Congressio,onis.congressus,colloquium.sermo.)(.Diuersio.To.225 b,Amori congressio causam attulit, dimor flagitio. Qu. Fr. 304 a His de causis hoc malum, quòd te non uidi,minus acerbum fuit,quàm fuisset tum congressio,tum uerò digressio nostra.pro Clu.26 a,Nemo illum aditu,nemo cõgressione,nemo sermone dignatus putabat.I. A. 169 a, Persuasiq; ut eum à tua non modo familiaritate,sed etiam congressione prohiberet.Of.126 b,Congressione familiarum.de Or.101 a,In congressionibus hominum.

Congressus,sus, congressio.)(. Digressus.I. A.244 a, Nẽpe in Antonij cõgressum colloquiũq; uenientium est. pro Sest. 25 a, Omnes aditum,sermonem, congressum tuum fugiunt. Ac.2 b,Quasi uerò clarorum uirorum aut tacitos congressus esse oporteat,aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leuiorum.pro Syl.170 a, Cum interim Sylla cum eisdem ne mediocri quidẽ sermone & congressu coniungeretur. pro Pl. 273 a, Eorum neminem à congressu meo ianitor absterruit. Or.199 b,Congressus nostros, cõsuetudinẽ uictus,sermones;q; domestimos requiro. At.20 a,Mihi uerò ut inuideant pisciniarij nostri,aut scribam ad te aliàs, aut in congressum nostrum reseruabo.At.178 a,Si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare. Att.14 a,Ac mihi persuaseram fore, ut omnia placarentur inter uos, nõ modò sermone ac disputatione,sed conspectu ipso congressuq; uestro.de Nat. 50 b,In quo admirandum est, congressu ne aliquo inter se,an iam inde ab ortu natura congregatæ sint.de Orat. 138 a,Ante congressum multa fiunt, quæ non ad uulnus se ad speciem ualere uideantur.

Congruens,tis.aptus.accommodatus,conueniens,consentiens.)(. Repugnans, discrepans.de Orat.162 b,Actio menti cõgruens esse debet.de Fi.138 b, Actiones mutib. congruentes. de Leg. 163 b, Siue Aristotelem & Theophrastũ cum illis re congruentes, genere docendi paulùm differentes.de Cl.175 a,Tubero uita securus & congruens cum ea disciplina,quam colebat. Par.234 b, Actio congruens & apta ad animos permouendos.de Or.147 b,Ii sunt in eo genere laudãdi laudis,quod ego aptum & congruens nominem. de Fi.74 a, Eadem rapto fecit hominem appetentem, cumq; his natura & sermone & usu congruentem. Ep.141 b,Initium sustinis mihi fuerunt literæ tuæ, quib.literis congruètes fuerunt aliæ postea multorum. Epist.160 a,Sed tamen erat aptum bibliothecæ studijsq; nostris congruens. Ac.22 a,Maximè autem conuincuntur, cum hæc duo pro contagruentibus sumunt,tam uehementer repugnantia.

Congruenter,conuenienter.de Ora.146 a,Ad id quod agitur,apte congruenterq; dicere.de Fimib. 95 b, Congruenter naturæ,conuenienterq; uiuere.

Congruo,is.conuenio,consentio.)(.Discrepo,repugno. I. V.134 b, Siculi suos dies mensesq; congruere uolunt cum solis lunæq; ratione. At.111 a,Reliqua patebant,& cum Terentiæ summa congruebant.de Orat.162 b,Non omni causæ congruit orationis unum genus.de Fin.94 a,Principijs congruere debent quæ sequuntur. de Am. 101 b,Si aliquem nacti simus,cuius cum morib. & natura congruamus. Attic. 27 b, Valde eius sermo de Publio cum tuis literis congruebat.de Fin.85 b, Quanquam ea epistola cum sententia eius philosophi nullo modo congruebat.Of.54 b,Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur conuenienter naturæ uiuere, id habet hanc (ut opinor) sententiam,cum uirtute congruere semper. Tus.244 a,Congruere naturæ,& cum ea conuenienter uiuere.de D.100 b,In his omnibus responsa aruspicum cum Sibyllæ uersib.congruebant.de L.166. 167 a, Hi de re una solum dissidẽt,de cæteris mirificè congruunt.Tus.215 a,b, Corporis tẽperatio,cùm ea congruant inter se,è quibus constamus,sanitas dicitur.pro S.R. 28 b,Cum multæ causæ conuenisse in unum locum,atq; inter se congruere uidentur.de Ar.250 b,Ea pars legis tuæ quæ congruebat cum iudicio senatus. pro Mar. 133 b, Nostri sensus in bello congruebant.de L.162 a, Oratio uerbis discrepans,sententijs congruens.de Cl.177 a, Gestius cum sententijs congruens.& ibi.Motus cum uerbis consentiens.de In.46 b, Nam illa quæ prima dicuntur, si uehementer uelis congruere & cohærere cum causa, ex eis ducas oportet,quæ pòst dicenda sunt.

Coniectio,onis.coniectus.pro Cec.293 a, Ictu comimus coniectione telorum magnas sæpe copias pulsas esse.Idẽ somniorum coniectionẽ definit hoc modo,esse uim cernentem & explanantem, quæ à dijs hominibus significentur in somnijs.& de N.42,de D.135.

Coniector,oris.interpres somniorum,portentorum uates. de D.136 a, Defert ad coniectorem quidam, somniasse se ouum,&c.de D. 86 b, Somnij interpretatio à coniectoribus facta.& 122 a, Coniector quidam & interpres portentorum.& 134 a, Coniector somniorum. Par.230 a,Vaticinationes,& responsa sacerdotum, aruspicum,coniectorum.de D.89 & 95.de Or.230.

Coniectura,ræ.opinio,suspicio.diuinatio.prouisio,auguratio,existimatio,signum,sensus,ἔφαρος.Attic.187 a, Quod autẽ sino hanc rem ἔφαρον à te.de In.64 a, Omnis igitur ex causa,ex persona, ex facto ipso coniectura capienda est.Ep.94 b,Omnino si quæris, ludi apparatissimi.sed non tui stomachi:coniecturam enim facio de meo.de In.65 b,Hæc ad aliquam coniecturam faciendã pertinẽt I.V. 245 b, De cæteris ex hoc coniecturam facere debebuis.de D.139 a,Cõiectura,quæ in uarias partes duci potest,nonnunquam etiam in cõtrarias,nihil incertius,&c.138 a,b, An ea quæ dixi,quicquã aliud significant,nisi acumen hominũ,ex similitudine aliqua coniecturam modò huc,modò illuc ducentium?At.125 a,Nõ uariolans ut illa,cui nemo credidit,sed cõiectura prospiciens iam iamq; maiora,&c.et 206 b,Quã tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ.de D. 135 a, b, Etiamsi fieri possit coniectura uera somniorũ,tamẽ isti qui pro sitentur,eam facere non possunt.& 122 a, Cur autem de passerculis coniecturam facit?pro Mur.134 b,Ex uultu coniecturam faciunt, quantum quisq; animi habeat. de

D.95 b,Facta etiam cõiectura in Dionysio est,qui, etc. & 96 b,Fiunt certæ diuinationum cõiecturæ à peritis. de Cl.169 b, Tantummodo cõiectura ducor ad suspicandum.pro Cl.37 b,Iam hæc diuinatio est:sed uide ne mea coniectura multo sit uerior.At.236 b, Cupio antequàm Romam uenio, odorari diligentius, quid futurum sit: quanquam uereor,ne nihil coniectura aberrem. contra Rul.64 a,Hæc à me suspicionib.et coniectura coarguuntur.Orat.208 b,Cùm de uero ambigitur, quid queri coniectura solet.pro Fl.147 b,Iudicare aliquid cõiecturа.pro S.R.28 b,Tamen non temerè creditur, neq; leui coniectura res penditur.pro S. R. 35 a, Etiam ne in tam perspicuis reb.argumentatio quærenda, aut coniectura capienda est.pro Qu.R.48 a,Multam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura.de D.133 b,Ex ebriorum uisis innumerabilia coniectura trahi possunt, quæ futura uideantur. pro D. 216 a, Nonnulli ad illam rem rationem coniecturamq; reuocabant, qui, &c. de Ar.256 b,Ad quem metum,si deorũ monitis non ducere mur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaq; raperemur. pro Cæl.51 b,Hæc causa ab argumentis,à coniectura.ab ijs signis quibus ueritas illustrari solet,ad testes tota traducta est.de D.85 b, Artes quæ coniectura continẽtur, & sunt opinabiles.95 b, Alia subitò ex tempore coniectura explicantur. At 136 b,Transisse enim eum iam putabat coniectura dierũ ac tempestatum.Ep.127 a,Quanquam quò me cõiectura ducat,habeo.Itẽ:Sed ea uos coniectura prospicitis. At.14 a,Petitionis nostræ huiusmodi ratio est, quod adhuc coniectura prouideri possit. pro Pom.9 a,Multa præterea cõsulto.sed ea uos coniectura perspicitis.pro Do.215 a,Neq; id cõiectura prospiciebamus,sed iam experti uidebamus.Ep.5 a, Quæ aut posita sunt in coniectura, quæq; mihi uidẽtur fore, ea puto tibi à me scribi oportere.I. A.228 a,Quis sapientior ad coniecturã rerum futurarum?de N.9 b,Chrysippus magnam turbam cõgregat ignotorũ deorum, atq; ita ignorum,ut eos ne coniectura quidẽ informare possimus. I.V.248 b,Quid eius sit, cõiectura uos assequi de beiis. & ibi & At.191 b,Cõiectura bona est. At.28 a,Quantum cõiectura auguramur.I.V.101 b, Ex uno de cæteris coniecturam facere.et 166 b.pro Mar.126 a,Huius rei coniecturã de tuo ipsius studio facillimè ceperis.de Or. 136 b,Facere coniecturam de se.de Am.111 a, Ipsum sibi exemplo esse.I.C.120 b,Ego de meo sensu iudico. In Sal. 275 b, Define unumquẽq; moribus tuis existimare. pro Deiot.145 a, Quid nunc mihi animi sit,ad te refer.

Coniecturalis,le.inficialis.Top.229 a, Prima quæstio aut inficialis,aut coniecturalis appellatur. Top. 224. b, Sed locus hic magis ad cõiecturales causas ualet. ad He. 7 b, Coniecturalis status.de In.63 b, Nunc à cõiecturali constitutione proficiscemur, cuius exemplum sit hoc expositum,in itinere quidam,&c.de D.114 a,Omne genus coniecturale in hoc fere genere ponebas.

Coniectus,ctus cõiectio. At.55 b, Qu.Fratris domus fracta coniectu lapidum.de Or.163,Oculorum tum coniectu.tum hilaritate.et pro Pl.263 a,Oculorum cõiectus.

Conijcio,cis.cõiectura assequor uel consequor, cõiectu ram facio, coniectura prospicio uel perspicio, agnosco,auguror,interpretor,diuino, existimo. I. V. 250 a, Quàm multos esse oporteret,ex ipso nauigio conijcie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat. de D.104 b, Ea quib. bene percepta sunt, non sepe falluntur, malè coniecta, malèq; interpretata falsa sunt nor rerum uicio, sed interpretum inscitia. de Cl. 169 d, L. Brutus, qui de matre suauianda ex oraculo Apollinis tam acute coniecit. et ibid. b, Licet aliquid de M. Popilij ingenio suspicari. i. cõijcere. de D. 111 d, Num igitur, quæ tempestas impendeat, uates melius conijciet quàm gubernator. & ibi. Bene qui conijciet, uatem hunc perhibeto optimum. & 122 a, Hæc non tam admirabilia sunt, quàm coniecta bellè. At. 236 d, Sed citò conieci Lanuuij te fuisse. de Or. 147 b, De me enim cõijcio. Qu. Fr. 328 d, Quàm te uelim cautũ esse in scribendo, ex hoc conijcio, quod, &c. pro Plan. 266 b, Agnosco enim ex me.

Conijcere, iácere, conferre. pro Qu. 9 b, Ergo in eum qui, &c. omnia tela conieciſti. I. C. 100 b, Ego tuas petitiones ita coniecturis, ut uitari non posse uiderentur, parua quadam declinatione effugi. In Vat. 31 d, Omnia tela in te conijcientur. de D. 92 b, Tum ei dormienti uisum est, etc. se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectum & super stercus iniectum. de Ar. 244 d, Conijcere te lum, & emittere telum. At. 278 a, In te omnium coniecti oculi sunt. de Or. 129 a, b, Cõiectis oculis, gestu omni imminenti, inquit, &c. pro Cl. b, Conijcere oculos in aliquem. de Ar. 354 b, Cum in me flamma illorũ temporum conijciebatur, excepi, et pro patria solus exarsi. I. C. 104 d, Cum illum ex occultis insidijs in apertum latrocinium cõiecimus. pro Dom. 226 b, Clodius Pompeium fòro priuauit, domum coniecit. Att. 76 b, Appius in ultimam prouinciam se coniecit Tarsum usq;. pro Cæl. 51 d, Licinius in fugam se cõiecit. pro Cæl. 51 a, Sin se in intimum conijcere uellent, non satis commodè calceati & uestiti id facere possent. pro Sest. 11 b, Inimici oratio uana improbè in clarißimos uiros cõiecta. et ibi. Illi, in quos oratio illata tam improba conferebatur. de Or. 291 b, Cum quis se mente ac uoluntate conijcit in uersum, uerba sequuntur. Qu. Fr. 321 b, Quod epistolã diu in manibus habui, ideo multa coniecta sunt aliquid alio tempore. At. 149 a, Libellus, qui in epistolam coniectus est. pro Pla. 277 a, Cõijcere causam in locos. i. diuidere. Para. 116 a, Ego uerò illa ipsa ludès conieci in locos cõmunes. de D. 183 a, Quam legem eisdè propè uerbis nostri uiri in decimam tabulam coniecerũt. At. 255 b, Itaq; id proœmium conieci in eum librum, quem ad te misi. Ep. 118 b, In Epicuri nos aduersarij nostri castra cõieci mus. I. P. 100 a, Nulli conijciẽtur in hunc ordinem, nulli eximentur. Ep. 183 b, Resp. iacet in ijs perturbationibus, in quas eam ille cõiecit. I. V. 134 a, Nunquid igitur oportet nisi tres sortes conijci? unam eduxit nihil, conijci iubet tres, etc. pro Mur. 143 b, Hæc omnia crimina à multitudine in tuam nimiam diligentiam serui cõiecta sunt. I. A. 164 d, Negociumq; transegissẽs, ni se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. de D. 117 b, Sed te mirificam in latebram coniecisti. Off. 45 b, Demetrius Pericle uituperabat, quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa coniecit. pro Plan. 265 a, Conijcere maledicta in aliquem. I. V. 112 d, O præclarè coniectum à uulgo in illam prouinciam omen communis fimæ atq; sermonis. Ep. 114 b, Nam disputando coniecit illam uocẽ Cn. Pompeius, omnes oportere senatus dicto audientes esse. I. V. 265 d, In Latumias statim cõijciebantur. & 239 a, Conijcere aliquem in uincula uel in carcerem. Tusc. 159 a, Conijci in carcerem. Tusc. 230 a, Conijci in oculem.

Coniugatio, onis. συζυγία. de Sen. 88 a, Capitum coniugatio, & religatio, & propagatio uitiũ. Top. 224 d, 230 a, Locus ex coniugatione, id est, ex coniugatis. & 221 b.

Coniugata, orum. coniuncta. Top. 221 b, Coniugata dicuntur, quæ sunt ex uerbis generis eiusdẽ: ut sapiens, sapienter, sapientia.

Coniugium, gij. connubium, matrimonium. Off. 11 b, Prima societas in ipso est coniugio. pro Clu. 57 b, Præterea quid eam sibi domum coniugij delegit, in qua, etc. Att. 97 b, Etiam mehercule lætatus sum sermone Pylæ de coniugio Tulliæ meæ.

Coniugo, as. coniungo. Off. 12 a, Est ea iucundissima amicitia, quam morum similitudo coniugauit.

Coniuncta, orum. coniugata. de Or. 113 b, Ex coniunctis argumenta ducuntur, &c.

Coniuncta, orum. adiuncta, locus dialecticus. Part. 350 a, Alia ex coniunctis.

Coniunctè, simul. cõiunctim. (. Simpliciter, separatim. de Or. 131 b, Si quando risus coniunctè re uerbo; modo de Am. 93 b, Coniunctissimè & amantissimè mecum uiueatur. de Am. 93 b, Coniunctissimè & amantissimè uere cum aliquo. & de Or. 143 b, de Or. 123 d, Simpliciter dici.) (. Cõiunctè efferri. Ep. 67 a, Coniunctè ne malles cũ cæteris rebus nostra contexere, an separatè? &c.

Coniunctim, coniunctè. Cæl. 117 b, Ne'ue quid coniunctim, de ea re referretur à Coss. de In. 444 d, Ac mihi uidetur coniunctim agendum de materia & partibus.

Coniunctio, onis. copulatio, necessitudo, affinitas, cognatio, societas, consociatio, congregatio, conuentio, continuatio, quasi concentus atq; consensio. Epis. 85 b, Quod mihi de filia & Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam, & spero nobis hanc coniunctionẽ uoluptati fore. Ep. 53 b, Sin minus, me certè in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni amoriq; factum. At. 89 b, Dixerim me uel plurima uincula tecum summæ coniunctionis optare, & sunt amoris arctissima, tamẽ abest ut ex quo astricti sumus, laxari aliquid uelim. I. A. 248 d, Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & cõiunctione deposco. I. A. 262 b, Hoc pro cognatione & cõiunctione deposco. I. A. 262 b, Hoc pro cõiunctione & beneuolentia nostra mihi sumpsi, ut id à te peterem, quod, &c. Ep. 207 b, Quæsturæ coniunctio berorum necessitudini proxima est. de Fin. 104 d, Nos ad coniunctionẽ congregationemq; hominũ, & ad naturalẽ communitatem esse natos. Ep. 208 d, In omnibus uis cõiunctionib. interest qualis primus aditus sit, & quomẽdatione quasi amicitiæ fores aperiantur. & ibid. Necessitudo quæsturæ. & 214 b, Idq; ipse pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat, quàm suauis esset inter nos et quanta coniunctio. pro D. 218 b, Hanc nostræ cõiunctionem certi homines fictis sermonib. diremerunt. & 237 a, Eius autoritas propter tantam coniunctionem affinitatis minor est putanda. pro Cl. 58 a, Cõiunctio affinitatis pro Plan. 263 a, Iam municipia coniunctione cognatiõ tantæ familiaritatis, & tantæ cõsuetudinis, tantæ cõiunctionis reddas necesse est. I. A. 218 d, Quorũ ego nemo, qui non mecum habeat aliquã coniunctionẽ & familiaritatẽ de Am. 100 d, Si exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionẽ. i. amicitiam. Of. 3 a, Cõmune animantium omnium est, coniunctionis appetitus procreandi causa. de D. 135 d, Hac igitur mentis coniunctione cum externis mentibus cerni quæ sint futura continuatio coniunctioq; naturæ. de D. 134 d, Coniectores ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam uocant συμπάθειαν, quod cuiq; rei conueniat ex somnijs, & quid quamq; rem sequatur, intelligunt.

Coniunctio, pro ea quam partẽ orationis faciunt grammatici. Or. 209 b, Cum demptis coniunctionibus, dissolutè plura dicuntur.

Coniunctio, enunciationis genus, in qua &, adhibetur. de Fat. 142 b, Ergo hæc quoq; coniunctio est ex repugnãtibus, & est Fabius, & in mari Fabius morietur. & ibi. Non & natus est quis oriente canicula, et is mari nõ morietur. & 143 a, b, Ex connexo transferri ad coniunctionum negationem, hoc modo, Si cui uenæ sic mouentur, is habet febrem: nõ & alicui uenæ sic mouentur, & febrem is non habet. Top. 225 b, Cõiunctionum negatia.

Coniunctio, uerborum quædam exornatio est, cum interpositione uerbi, & superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo: Formæ dignitas aut morbo defloresc it, aut uetustate. ad Her. 32 b.

Coniunctus, a, um. iunctus, copulatus, continens, adiunctus, cohærens, consentiẽs, implicatus cum aliquo, communis, sociatus, connexus, habens societatem cum aliquo, qui cum aliquo habet aliquam coniunctionem gratiæ, quasi deiunctus, necessarius. (. Disiũctus, solitarius. Attic. 13 a, Multa consuetudine coniunctã inter nos suauis. de Am. 103 b, Tum etiam cum ijs & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium & T. Coruncanum. Att. 229 b, Vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus. In Verr. 216 b, Non solùm amicitia, sed etiam cognatione cum aliquo coniunctum esse. pro Cluen. 50 a, Equites ordini senatorio concordia cõiunctissimos esse cupio. At. 263 a, Me paterna necessitudine cõiunctum semper habuisti. pro Pl. 264 d, Qui est cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. I. A. 154 d, Vrbs mihi cõiunctissima. pro Syl. 178 a, Homo mihi cõiunctissimus officijs, usu, consuetudine. de Am. 311 b, Homines beneuolentia coniuncti. I. V. 219 d, Quæ cognatio studiorum & artium propemodum non minus est coniuncta, quàm illa generis et nominis. pro Syl. 168 d, Non enim tam se ullo officio cum illo cõiunctum putat, qui, &c. de Clar. 165 d, Vir egregius coniunctissimusq; mecum cõsiliorum omnium societate. pro Dom. 218 b, Quod par amicitiæ fuit unquã coniunctius, quàm, &c. nos sumus. de Or. 87 d, Antonius summa cum Crasso familiaritate coniunctus. At. 142 d, Vt per te qui utriq; es coniunctus, res tota cõficeret. et ibi. b, Cum utriq; sis maximè necessarius. & 264 b, Homo familiarissimus, & mihi omnib. rebus coniunctus. de N. 41 b, Deos inter se quasi ciuili conciliatione et societate esse cõiunctos. Ep. 214 b, Lucius magna mecũ necessitudine coniunctus est. de Or. 139 d, Hæc & natura, & utilitate, & tractatione coniuncta sunt. de Or. 148 d, Philosophia oratori cõmundo. Of. 39 b, Iusticia coniũcta intelligẽtiæ. Oct. 329 d, Mea salus coniuncta publicæ saluti. pro Sest. 3 b, Dolor coniunctus officio. Off. 2 d, Præcepta naturæ coniuncta. i. naturalia. de Sen. 89 b, Virtuti tuæ fortuna coniuncta est. de Nat. 7 a, Motus sensus coniunctus & continens. I. C. 104 d, Latrones scelerum fœdere inter se ac nefaria societate coniuncti. pro Cæl. 39 b, Quis turpioribus uiris coniunctior? Of. 10 d, Talis autem simulatio uanitati cõiunctior est, quàm liberalitati. Ep. 54 d, Cum omnium nostrũ periculum esset coniũctum suo. de D. 125 b, Conueniens & coniuncta inter augures constantia. de Orat. 156 b, Verba continuata & coniuncta. pro Sest. 9 d, Scelera quæ tibi cum illo coniuncta atq; communia sunt. de Am. 111 b, Vt quoniam solitaria non posset uirtus ad ea quæ summa sunt peruenire, coniuncta & sociata cum altera peruenireț. pro S. R. 24 b, Quæ uita est maximè disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. de Clar. 194 b, Et dicendi ardore eram propior, & ætate cõiunctior. de Or. 86 b, Celeritas respondendi subtili uenustate coniuncta. de Or. 106 d, Dicendi uis egregia summa festiuitate et uenustate coniuncta. Ep. 69 b, Declarat enim summam beneuolentiam coniunctam pari prudentia. I. A. 190 b, Ea summa miseria est, summo dedecore coniuncta. de Or. 164 d, Verba neminem mouent nisi eum, qui eiusdẽ linguæ societate coniunctus est. I. V. 68 a, Vita multis uitijs flagitijsq; coniuncta. de Leg. 157 b, Fannij ætate coniunctus Antipater. de Clar. 189 a, Varro cum Sicinio ætate coniunctus. I. V. 233 b, Postea decernitur ac non uariè, sed propè coniunctis sententijs. I. P. 86 a, Qui discessus cum gloria potius esse cõiunctus quàm cum probro putaretur. de Am. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de republica fuit.

Coniungo, gis. copulo, coniungo, conglutino, scito, consocio, congrego, coagmento, concilio, connecto. At. 262 b, Ego ad prætores missi, ut se nobis coniungerent. de Pro. 78 d, Quod me secum ne beneficijs quidem uidebat posse coniungi. pro Quint. Ros. 447 b, Falle socium, qui se in negocio cõiunxit. At. 162 b, Volare dicitur Petreius, cum Afranio cõiunxisse. Ep. 46 b, Quòd existimas meam causam coniunctam esse cum tua. et 109 b, Eamq; epistolam cum hac coniunxi. pro Syl. 170 a, Cum interim Sylla cum eisdem ne mediocri quidem sermone & congressu coniungeretur. de Cl. 175 a, In doctrina Academicorum ueterum disserendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi & copia. pro Quin. 9 b, Is, qui cum te aut uoluntas congregauit, aut fortuna cõiunxit. Qu. Fr. 293 d, Aliquem hospitio, & amicitia cum aliquo coniungi. Quin. Frat. 294 d, Cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate cõiungitur. pro Deiot. 151 a, Deiotarus, quo cum mihi amicitiam resp. concilia uit, hospitium uoluntas utriusq; coniunxit. I. A. 210 b, Quanquam nos ab ineunte ætate illius usus, cõsuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas similitudoq; coniunxit. pro Pom. 9 a, Quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentissimi. I. P. 83 b, Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo. Qu. Fr. 297 d, Difficile est ea, quæ commodis, utilitate et propè natura diuersa sunt, uoluntate coniungere. Ep. 63 b, Non dubito quin Resp. nos inter nos conciliatura coniunctura q; sit. I. V. 207 b, Portus, qui cum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur, & confluunt. Aca. 119 b, Vt mihi uel cõsilium meum cum illius consilio uel fortuna cõiungenda uideatur.

uideatur.pro Clu.26 b, Similitudo morum multum ualet ad coniungendas amicitias. I. V.233 a, Coniungere necessitudinem cum aliquo. Postq.205 a, Nunquam dubitastis meam salutem cum salute communi coniungere. de Or.137 d, Neq; tanti est illud quod uidetur prodesse, ut cum aliquo malo coniungatur.

Coniunx,gis particeps connubij. Attic.118 b, Vagamur egentes cum coniugibus & liberis.& I.V.69 a,de Nat.73 a, Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. Quin.Frat.303 b,Fidelissima coniunx. et in Antonium, 186 b.& I.C.122 b.

Coniuratio,onis.conspiratio,consensio. I. C. 161 b, Vt omnes factam esse apertè coniurationem contra remp. uideretis. I.C.114 b, Hæc in remp.coniuratio manifestè deprehensa est.& 119 a.Tam exitiosam haberi coniurationem à ciuibus nunquam putaui. Off.61 d, Nam si omnia facienda sunt quæ amici uelint, non amicitiæ tales, sed coniurationes putandæ sunt. I.C.200 a, Ista coniuratio parricidarum hominum:id est,isti coniurati.

Coniurator,oris.I.C.122 b,Manus coniuratorum,quam uidetis esse permagnam.

Coniuratus,a,um.pro Fon.278 b,Testibus cupidis,iratis, coniuratis, non credendum esse. pro Mur. 136 b, Homines iam tum coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina sciebam. pro Plan. 280 b, Exules coniurati.

Coniuro,as.consentio,conspiro.pro Syl.180 d, Catilina contra rempub.coniurauit.& ibid.b, Ii quos coniurasse cognitum est.de Ar.252 d, Hi quibus cum coniurasti. pro Mil. 113 b, Seruos Milonis sibi confessos esse de interficiendo Pompeio coniurasse.Ep.63 d,Scito me tantum habere æris alieni,ut cupiam coniurare.I.A. 163 b, Cum homines nefarij confiterentur se urbem inflammare consensisse.

Connecto,ctis.coniungo.)(.Separo.de N. d, Aeternum ex astris cupiens connectere nodum.de Ora.158 a, Nam illud ex hoc genere profluit,nõ est in uno uerbo translato,sed ex pluribus continuatis connectitur. Attic. 252 d,Ista uerò,quæ tu connecti uis, aliud quoddam separatum uolumen expectant.de D.131 b,ἀπροσῳχὲς, cum deinceps ex primis uersus literis aliquid connectitur. de Or.138 d, Connexum sit principium consequenti oratione,ita ut,&c.de Som.128 a,Nouem tibi orbibus connexa sunt omnia.de D.141 b, Si uerum est,quod ita connectitur: si quis oriente canicula natus est, is in mari non morietur.de Fin.65 a, Amicitia cum uoluptate connectitur.Part.242 b, Sic inter se pleraq; sunt connexa & apta,ut,&c.

Connexio,onis.de Or.

Connexus,a,um.nexus,aptus,coniunctus.I.P.81 b,Persequere his funeribus connexos dies.de Nat. 45 b, Quitam certos cœli motus,tam ratos astrorũ ordines, támque omnia inter se apta & connexa uiderit. de Fin. 118 a,Est apud illos ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta & connexa.

Connexum,xi.enunciati & conclusionis genus. Ac.24 b,Ratio connexi,cũ concesseris superius, cogit inferius concedere.de Fat.143 a,Si quod primum in connexo est necessarium,fit etiam quod consequitur necessarium.

Connitor,ris.nitor,operando conor. Off.43 b, Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac ut efficias.de Fin.124 b, Cum autem paulum firmitatis accesserit,connituntur ut se erigant, & pedibus utuntur.In Arat. Atq; genu flexo taurus connitur ingens.de D.89 b,Deinde eius germanum cornibus comitier in me arietare.

Conniueo,ues.est palpebras oculorum mouere, medio claudere,modò aperire:ponitur pro dissimulare.pro Ed. 151 b, In quo etiam si quid errasset, omnes boni conniuendum esse arbitrarentur. Tusc.174 a, In mediis uitæ laboribus obdormiscere,& ita conniuentè somno consopiri sempiterno.de N.55 a,Oculi somno conniuentes, palpebris tanquam inuoluti quiescunt.de Ar.252 b,Conniuêtes oculi abaui tui.pro Cæl.46 a, Multa nobis blandimenta natura dedit, quibus sopita uirtus conniueret. I.A.156 b,Sed ea ipsa concedo,quibusdam in rebus etiã conniueo.pro Cæl.50 a,Prò dij immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis conniuetis?de Ar. 256 a,Qui in tot tantisq; sceleribus conniuebam.

Connixus,a,um fidus.firmus.Tus.185 b, Ratio connixa per se & progressa longius sit perfecta uirtus.

Connubium,bij.coniugiũ.Antequàm.169 b,Tuq; particeps connubij,socia regni regina Iuno. Topic.352 b, Mulier nupta cum eo cui connubij ius non est. Off.108 b, Sequuntur connubia & affinitates.

Connus,ni.Ep.140 b,Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus uocitatus est: num id obscurum putas?

Conor,aris.tento,experior,molior,enitor,incumbo,il ago,ut,&c.id molior,id pugno,ut,&c.de Orat. 114 a, Poetas omnino quasi alia quadã lingua locutos non conor attingere.de Orat.145 b, Sed priusquàm illa conor attingere,proponam,&c.de Orat.206 a, Videtne prefectò Demosthenem multa perficere,nos multa conari? illum posse,nos uelle.pro Sext. Ros.27 a, Non modò facere non possum,uerùm ne conor quidem. pro Cæ. 74 a, Dixi mihi uideri ore durissimo esse, qui præsentem gestum agere conaretur.pro Sext.Rosc.41 b,Multa efficere,plura conari. Orat.217 b,Id fortasse non perficimus,conati quidem sumus.de Vniuers.101 b, Hæc sunt quibus hoc præcipiendum uidetur, ut desperent se id quod conantur,consequi posse,pro Clu. 56 a, Matrem filij caput quæstionem habere conata est. & 52 a, Hæc si T.Actius cogitasset,profectò ne conatus quidem dicere,id quod multis uerbis egit, iudicem nõ dimittam legibus esse oportere. Epist.7 a, Si exploratum tibi esse posse te illius regni potiri,non est cunctandum:sin dubium,non est conandum. & 10 b, Ea est enim conatus quibus patefactis,&c. Epist. 52 b, Aut enim bellum renouare conati sunt,& hi se in Africam contulerunt. de Arat. 245 b, Si impetum in me facere conabitur, refutabo. pro Cæl.50 a, Qui eorum conatus refutabo. pro Cæl.50 a, Qui eorum conatus refutabo. pro Cæl.50 a, Qui eorum conatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pop.Rom.pœnas dabunt.I.C. 97 b, Patêre tua consilia non sentis? conſtrictam iam omnium horum cõscientia teneri coniurationem tuam nõ uides? & 115 a, Is reositatis literis conſcientia cõuictus repentè conticuit. & 107 a, Homo audaciſſimus conſ ictia conuictus reticuit pro Cæ. 42 b, Qui non modò facto, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. de Cl. 187 b, Qui in hoc communi malo conſoletur ſe, cùm conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione & renouatione doctrinæ. pro Mil. 113 b, Conſcientia magnorum delictorum. de Fin. 59 b, Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi cõtra conſcientiam ſepti eſſe & muniti uidentur, deos tamen horrent: eaſq; ipſas ſolicitudines, quib. eorum animi noctes atq; dies exeduntur, à dijs immortalibus ſupplicij cauſa importari putant. Parad. 119 a, Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. & ibid. Quocunq; aſpexiſti, ut furiæ ſic tuæ tibi occurrũt iniuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt. Off. 69 a, Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe quæ uulnera? de L. 163 b, & 164 a, & 198 b, Itaq; pœnas luunt, nõ tam iudicijs, quàm quòd eos agitant inſectanturq; furiæ, non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ fraudisq; crucia tu. de Off. 60 b, Sceleris eſt pœna triſtis, & præter eos euentus qui ſequuntur. per ſe ipſa maxima eſt: cum uerò iurato dicendo ſententia ſit, meminerit Deum ſe habere teſtem: id eſt, ut ego arbitror, mentem ſuam, &c. pro Do. 241 b, Qui aram in littore deſerto ſomnijs ſtimulatus aut religione aliqua conſecrauit. & ibid. Aliquem conſcientia peccati profugiſſe. Epi. 36 a, Hæc ad te ſcripſi liberius, fretus conſcientia officij mei. At. 146 b, Præclara igitur conſcientia ſuſtentor. de Leg. 164 a, Angor & ſolicitudo conſcientiæ uexat impios. pro Cl. 29 a, Conſilia conſcientiæq; facinorum ſupplicio dignæ ſunt. I. V. 273 b, Illi ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. ad Her. 7 b, Accuſator dicet aduerſarium cum ad eum uentum ſit, erubuiſſe, expalluiſſe, ſtiubaſſe, inconſtanter locutum eſſe, &c. quæ ſigna conſcientiæ ſunt. de Fin. 70 b, Epicurus in magnis interdum uerſatur anguſtijs, ut hominum conſcientia remota nihil tam turpe ſit, quod non uoluptatis cauſa uideatur eſſe facturus. I. P. 87 b, Tu oppreſſus conſcientia ſcelerum tuorum. & 88 b, Impedita & oppreſſa mens conſcientia. & ibi. a, Horum alter ſic fuit infirmatus conſcientia ſcelerum & fraudum ſuarum, ut non ſit auſus, & cætera.

Conſcindo, dis. diſcindo ſcindo, diſcerpo. Ep. 104 a, Epiſtolam tuam conſcidi innocẽtem: nihil enim habebat, quod nõ uel in cõcione rectè legi poſſet. et 107 a, Quod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare, ſalua eſt domi. At. 134 a, Is me ab optimatibus ait conſcindi. I. V. 159 b, Conſcindere aliquem pugnis & calcibus. Attic. 34 a, Conſcindere aliquem ſibilis.

Conſciſco, ſcis uitam mihi exhaurio, mortem hoſtibus offero. I. V. 176 b, Aratores mortem ſibi ipſi conſciuerunt de Cl. 168 a, Themiſtocles ueneno ſibi mortẽ conſciuit. Ep. 97 a, Mortẽ mihi cur conſciſcerem, cauſa nõ uiſa eſt: cur optarem, multæ. & ibi. Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors uoluntaria. de Nat. 27 b, Iunius necem ſibi ipſe conſciuit. pro Clu. 54 a, Is mortẽ ſibi ipſe conſciſcet. At. 283 b, Nec incolumis fui Cæſare uiuo, niſi poſtquã illud conſcini facimus,

Conſcius, a, um. particeps, ſocius, teſtis. pro Cl. 29 a, Is conſcius illi facinori fuiſſe putabatur. de Or. 192 a, Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius. I. V. 229 a, Nolo uiros primarios eſſe temeritati & mẽdacio conſcios. Att. 165 b, Ille mihi in priuatis rebus omnibus cõſcius eſt. Ep. 179 b, Conſcius aũt mihi eram, nihil à me commiſſum eſſe, quod, &c. Tuſc. 177 a, Etſi mihi conſcius ſum, nunquã me cupidũ fuiſſe uitæ. Off. 66 a, Ego mihi nullius culpæ conſcius ſum. pro Cæl. 48 b, Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe nõ debuit. pro Cæl. 52 a, Serui cõſcij multarum rerum. pro Deiot. 574 a, Horũ, inquit, eram conſcius. & ibid. Habere aliquem cõſcium maximi ſceleris. Ep. 92 b, T. Pomponius homo omnium meorum in te ſtudiorum & officiorum maximè cõſcius. pro Font. 177 a, Satis ne uobis multos ſatis idoneos teſtes & conſcios uidetur ipſe fortuna eſſe uoluiſſe earum rerum, quæ, etc. de Fin. 72 b, Facilè ut ea cogitet, quòd occultè ſine teſte, ſine ullo conſcio fallat. Her. 22 b, Et eius rei multos dixerit teſtes et cõſcios eſſe.

Conſcribo, bis. ſcribo, compono. de Sen. 94 b, Sed illos etiam de quibus audiui & legi, & ipſe conſcripſi. Att. 221 a, Conſcripſi de his ipſis libris epiſtolam ad Cæſarem. ad Her. 1 a, Vt de ratione dicendi conſcriberemus. Epiſt. 104 b, Inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere, ab ipſa urbe commonitus amantiſſima tui. At. 191 b, De Antonio Balbus ad me cum Oppio conſcripſit. pro S. Rab. 4 a, Volumen quod ei planum facere poſſum Eruciumq; conſcripſiſſe. pro Cl. 57 a, Fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferre. Ep. 193 b, Milites, quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat, è Syria fugientes in Bithyniam uenerunt. Poſtquam 200 b, & pro Dom. 244 a, Cum homines in tribunal Aurelio palàm conſcribi centuriariq; uidiſſem. pro Seſt. 10 a, Cum ſerui uocarentur conſcriberentur, decuriarentur.

Conſcriptio, onis. ſcriptio. pro Cl. 58 a, Falſæ conſcriptiones quæſtionum.

Conſcriptus, a, um. ſcriptus. de Cl. 176 b, Liber, quem de conſulatu ſuo conſcriptum miſit ad Furium poetam.

Conſcripti dicebantur qui ex equeſtri ordine patribus aſcribebantur, ut numerus ſenatorum expleretur. Hinc poſtea ſenatores omnes, Patres conſcripti appellati. I. C. 118 b, Quare P.C. conſulite uobis, &c. ad Her. 31 b, Demus operam Quirites ne omnino Patres conſcripti circumſcripti putentur.

Conſecratio, onis. dedicatio. pro Dom. 238 a, An conſecratio nullũ habuit uim? dedicatio eſt religioſa? pro Dom. 237 b, Clodius ſuis ſe dicit manibus domum ciuis optimi conſecraſſe. quæ tua fuit conſecratio? pro Do. 237 b, & 238 b, Conſecrationes fiebant aut à Pontificibus aut à Tribunis pleb. pro Cor. 61 b, Obteſtatio et conſecratio legis. pro Do. 239 a, In conſecratione ſtatuebantur arae, quæ religionem afferrent.

Conſecratus, a, um. ſacer.)(. Profanus. In Verr. 200 b, Hunc Cupidinem, quòd conſecratus erat, non attigit. Item, Ariſteus cum Libero patre eodem in templo conſecratus. ad Quint. Fratr. 296 b, Vrbes in quibus tuas uirtutes conſecratas uides. Tuſculan. 353 a, Vetera iam iſta & religione omnium conſecrata. Tuſcul. 176 a, Qui certis quibuſdam deſtinatiſq; ſententijs quaſi addicti & conſecrati ſunt. In Catilin. 118 a, Campos conſulariũ

conſulariũ. auſpicijs conſecratus. pro Mu. 124 a, Illa ſolennis comitiorum precatio conſularib. auſpicijs cõſecrata. de N. 69 b, Certæ tempeſtates pop. Romani ritib. conſecratæ. et 71 b, Quarum rerum utilitate uideo etiã conſecrata ſimulachra. pro Cl. 26 a, Martiales quidam Larimi appellantur mimiſtri publici Martis, eiq; Deo ueteribus inſtitutis conſecrati. de Nat. 69 a, Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium cõſecratam. de Aruſ. 245 a, Clodium eſſe conſecratum Miloni. Part. 233 a, Locus conſecratus.)(. Locus profanus.

Conſecro, as. dico, dedico. ſacro, religioſum facio, monumentum facio, ſanum alicui facio, mortuum in locum aliquem infero. de N. 37 b, Quamuis Mẽti delubra, Virtuti & Fidei conſecremus, tamen, &c. I. V. 215 b, Tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſecratur. de Leg. 175 a, Athenienſes impudentiæ ſanum fecerunt, ſed uirtutes, non uitia cõſecrare decet. de N. 90 a, Mater Phalaridis uiſa eſt uidere in ſomnis ſimulachra deorum, quæ ipſa Phalaridis domi conſecrauiſſet, &c. de Diu. 123 a, & 101 a, Ex eo Aio loquendi ara in noua uia conſecrata eſt. pro Dom. 241 b, Conſecrare aram in littore. de Na. 67 a, Omne ferè beſtiarum genus Aegyptij conſecrauerunt. de D. 21 b, Aegyptij nullam belluam niſi ob aliquam utilitatem conſecrauerunt. & ibi. Beluas à barbaris propter beneficium conſecratas. de N. 39 a, Aer Iunonis nomine cõſecratur. I. V. 215 a, Dare, donare, dicare, cõſecrare aliquid Ioui Opt. Max. de N. 41 b, Cõſecrare & publicè dedicare aliquem deum. & 38 a, Liber, quem maiores noſtri conſecrauerunt. de L. 175 a, Ex hominum genere conſecrati, ut Hercules, etc. & ibid. Bene uerò quòd mens, pietas, fides, conſecratur mentq, quarum omniam Romæ dedicata publicè templa ſunt. pro Dom. 223 b, Quid nunc apud pontifices agis? te meam domum conſecraſſe, te monumẽtum feciſſe, in ædibus meis te ſignum dedicaſſe. & 237 a, An putatis, ſi is poteſtatem tenuerit et aliquid dixerit, domum unuſquiſq; conſecrari poſſe. & 238 a, C. Attilius bona Q. Metelli conſecrauit, ſoculo poſito in roſtris, adhibitoq; tibicine. pro Corn. 61 a, Cum caput eius, qui contra legem facit, conſecratur. de Leg. b. 174 a, Ne quis agrum conſecrato, auri argenti ſacrandi modus eſt. de Aruſp. 251 a, Tu meam domum religioſam facere potuiſti? pro Ar. 191 a, Fuluius Martis manubias Muſis conſecrauit. At. 190 b, Ego illam cõſecrabo omni genere monumẽtorum. Quint. Frat. 296 a, Virtutes tuas conſecratas, et in deorum numero collocatas uides. Officior. 56 b, Herculeſ, quem hominũ fama beneficiorum memor in cœlitio cœleſtium collocauit. Quint. Frat. 298 b, Ampliſi mis monumẽtis conſecrare memoriam nominis ſui. pro Mi. 117 a, Qui tyrannos necarunt propè ad immortalitatem, & religionem, & memoriam conſecrantur. I. V. Rab. 96 b, Mentes, quæ ex hominum uita ad deorum religionem ſanctimoniamq; demigrauerunt. Tuſc. 190 a, Ars eius atque utilitas deorum immortalium inuentioni conſecrata. id eſt, medicina. de N. 38 a, Cupidinis & Veneris uocabula cõſecrata. Tuſc. 230 a, Ratio diſputandi Socratis, Platonis memoria & literis conſecrata. pro Seſt. 27 b, Neq; ſi hãc opinionẽ in illo ſanctiſſimo Herculẽ cõſecratã uidemus, minus exiſtimemus, etc. de Leg. 170 a, Patria, cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere & quaſi conſecrare debemus. I. V. 215 a, Sicilia Cereri conſecrata eſt. & 119 a, Multa honor hominis deorum religione conſecratus. I. V. Apud omnes Græcos hic mos eſt, ut honorem hominibus habitum in monumentis huiuſmodi nonnulla religione deorum conſecrari arbitremur. Pro Corn. 61 b, Aut pœna, cum caput eius qui contrà facit, conſecratur.

Conſectarius, a, um. de Fi. 117 b, Illud uerè minimè conſectarium, ſed in primis hebes, illorum ſcilicet nominum gloriationem dignam eſſe beatam uitam, quòd nõ poſſit ſine honeſtate contingere, ut iure quiſquam glorietur. item, Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ cõſectaria eſſe dicebas, & primum illud quo nihil poteſt eſſe breuius, bonum omne laudabile, laudabile autem omne honeſtum, omne igitur bonum honeſtum: ô plumbeum pugionem. de Fin. 117 a, & 96, Conſectaria me Stoicorum breuia & acuta delectant.

Conſectatio, onis. captatio, aucupium. Orat. 212 b, In huius concinnitatis conſectione, Gorgiam fuiſſe principem accepimus.

Conſectatrix, cis. anceps. Off. 76 a, Libidines ſunt conſectatrices uoluptatis.

Conſectio, onis. ſectio. de N. 56 b, Conſectio arborum. de D. 104 b, Niſi conſectionis materiæ fabricam haberemus. aliàs conſectio.

Conſectus, ta. in Arat. & de N.* Hic quantis terris conſectus pellitur orbis.

Conſector, aris. aucupor, capio, perſequor. de Or. 87 b, Ac, ne omnia conſecter, comprehendam breui. I. P. 92 b, Leuitatis eſt, inanè aucupari rumorem, et omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. de Or. 119 a, Tardi ingenij eſt rituulos conſectari, fontes rerum non uidere. de Leg. 157 a, Siſenna in hiſtoria puerile quiddam conſectatur. Tuſ. 230 a, Cicero genus diſputandi Socratis cõſectatus eſt. Of. 44 a, Alexander beneuolentiam Macedonum largitione conſectabatur. de Or. 146 b, Vicium quod nonnulli de induſtria conſectantur. Att. 212 a, Ne exiſtimes, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeat remiſſuros. de Fin. 55 b, & 94 a, Nemo eſt qui dolorem ipſum, quia dolor ſit, amet, conſectetur, adipiſci uelit. pro Cec. 275 a, Si tam uerè homines uerba conſectarentur quàm rem. Off. 17 a, Bonus ciuis nõ opes aut potentiam conſectabitur. Orat. 20 b, In Panathenaico Iſocrates ea ſe conſectatum fatetur. & de Or. 117 a, Viciоſa conſectari imitando. Att. 33 a, Cõſectari aliquem clamoribus, & cõuicijs & ſibilis. de In. 76 a, Licinius hoſtes conſectatus eſt, & conſecit.

Conſecutio, onis. conſequentia, connexum. de Inuen. 52 a, Simplex concluſio ex neceſſaria conſecutione cõficitur. de Finib. 56 b, Ipſa detractatio moleſtiæ cõſecutionem affert uoluptatis. Cõſecutio, pro συνθέσει. id eſt, apta uerborum compoſitione, & conſtructione. Part. 231 a, Conſecutio uerborum in coniunctione ſeruanda, ne generibus, numeris, temporibus, perſonis, caſibus perturbetur oratio: nam ut in ſimplicibus uerbis, quod non eſt Latinum, ſic in coniunctis quod non eſt conſequens, uituperandum eſt.

Conſecutio, pro quæſtione qualitatis, ſeu pro qualitate ipſa. de Or. 153 a, Cognitionis tres modi, coniectura,

definitio, & ut ita dicam, consecutio. & ibi. Consecutio tractatur, cum quid quamq; rem sequatur, inquiritur. ut illud: Sit ne aliquando mentiri boni uiri.

Consecutus, a, um. In Anton. 159 d, Proximo, altero, tertio, deniq; reliquis consecutis diebus non intermittebat, &c.

Consenesco, scis. senex fio, annis & ætate ingraueſco. Ac. 30 a, Noſter amicus magnus, cuius cognomen unà cũ Craſſi diuitis cognomine conſenescit. pro Cluent. 20 b, Soror in huius amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio, mœrore & lachrymis conſeneſcebat. At. 37 b, Deinde omnes illius partis autores etiam nullo aduerſario conſeneſcere. de Orat. 106 b, & pro Cl. 18 b, Veteres leges aut ipſas ſua uetuſtate conſenuiſſe, aut nouis legibus eſſe ſublatas. de Sen. 83 a, Quamuis conſenuerint uires atq; deficerint.

Conſenſio, onis. conſenſus, cõſpiratio. Tuſ. 154 b, Omni in re conſenſio omnũ gentiũ lex naturæ putãda eſt. Ep. 13 b, Quo in diſcrimine mirifica ſenatus, incredibilis Italiæ totius, & ſingularis bonorum omnium conſenſio in metuendo extitit. de Am. 98 b, Et id in quo eſt omnis uis amicitiæ, uoluntatum, ſtudiorum & ſententiarũ ſumma conſenſio. 37 b, Conſenſio uniuerſorũ. pro Font. 277 a, Conſenſio Gallorum. Br. 91 b, Res omnũ conſenſione laudata. Poſtquam. 212 a, Nulla de illis magiſtratuum conſenſio. At. 156 b, Quorũ ſocietas et ſceleratæ cõſenſionis fides, quò eruperit uides.

Conſenſus, us. conſenſio, conſpiratio, quaſi concentus, conuenientia. Tuſc. 155 a, Omnium cõſenſus naturæ uox eſt. I. A. 103 b, Nunquam inter ſenatum & uos conſenſus maior ulla in cauſa fuit. de Na. 65 a, Illa mihi placebat oratio de conuenientia cõſenſuq; naturæ, quæq; qua ſi cognatione continuatam conſpirare dicebas. & ibid. Iſte quaſi conſenſus, quam συμπάθειαν Græci uocant. de Diu. 11 b, Cognatio naturæ, & quaſi concentus atq; conſenſus, quam συμπάθειαν Græci uocant. et ib. a, Rerum natura uno conſenſu iuncta eſt atq; continens. de Or. 144 b, Omnium quaſi conſenſus doctrinarum concentusq;. de Finib. 140 b, Conſpiratio cõſenſusq; uirtutum. Att. 274 b, Omniũ ordinum conſenſus. pro Dom. 228 d, Vnus conſenſus omnium. de Ar. 258 a, Conſenſus ordinum eſt diuulſus. Ep. 12 d, Maxima uis eſt in conſenſu bonorum.

Conſentaneus, a, um. aptus, conueniens, conſentiens, ueriſimilis.)(. Diſſentaneus, ſed aqua hæret, ut aiunt. de N. 34 a, Cum in æthere aſtra gignantur, conſentaneũ eſt in iis ſenſum ineſſe & intelligentiã. Of. 76 a, Non id ſpectandum eſt quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit ei dicere. de Fa. 147 a, Stoicis cõſentaneũ eſt oracula comprobare. Off. 2 a, Hæ diſciplinæ ſi ſibi conſentaneæ eſſe uelint, de officio nihil queant dicere. Orat. 203 b, Dicere ſignificat quaſi aptum eſſe, conſentaneumq; perſonæ et tempori. Ep. 56 b, Relinquebatur triſte quoddam et his temporibus conſentaneum genus literarum. de Nat. 37 b, Actiones conſentaneæ appetitionibus. Offi. 56 a, Hæc formula Stoicorum rationi diſciplinæq; maximè conſentanea. Epiſtol. 34 a, Quod quidem erat conſentaneum cum iis literis, quas ego Romæ acceperã. de D. 136 a, Obſcura ſomnia minimè cõſentanea ſunt maieſtati deorũ. Offic. 14 a, Non eſt autem conſentaneum, qui metu nõ

frangatur, eum frangi cupiditate. & 19 b, Decorum id eſſe quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ, &c. A. 223 b, Eiuſq; mors conſentanea uitæ fuit. Ep. 100 b, Cum his ea conſentanea & conſequentia ſint, ne de eorum quidem ueritate eſt dubitandum. de L. 174 a, Optimæ reipublicæ leges dare conſentaneas. Offic. 36 a, Perſpicere quid in quaq; re uerum ſincerumq; ſit, quid conſentaneum cuiq;, quid cõſequens. Part. 230 a, Vt ea quæ ſunt ipſi contrario ue eius aut ſimilia, aut diſſimilia, aut conſentanea, aut diſſentanea. de Orat. 124 a, Ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur.

Conſentiens, tis. de Diuin. 133 a, Animorum conſentientium multitudine repletum eſſe mũdum. de D. 98 a, An dum beſtiæ loquantur expectamus? hominum conſentiente autoritate contenti non ſumus? Att. 65 b, Nemo in terris eſt mihi tam conſentientibus ſenſib. id eſt, qui tantopere mecum conſentiat. de Diuin. 127 a, Cum ſtellæ in eam partem uenerint, quæ coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens, ea triangula illi & quadrata nominant. de Nat. 29 b, Tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio.

Conſentini, pop. Italiæ. de Fin. 50 b, Lucillius Perſij. Scipionis & Rutilij iudicium reformidans, aiebat Tarentinis ſe & Conſentinis & Siculis ſcribere.

Conſentio, tis. congruo, conuenio, conſentaneus ſum, idem ſentio, cum aliquo facio, in ſententia alicuius maneo, iudicio uel opinione alicuius ſto, cum aliquo ſentio, in eadem uoluntate uel opinione ſum, cõſpiro, cõiuro. I. A. 157 a, Omnes enim iam ciues de reipub. ſalute, una mente & uoce cõſentiunt. de Am. 112 a, De amicitia uniuersi populi Romani uoluntate & uoce cõſentiunt. et ibi. De amicitia conſentiunt omnes uno ore conſentiunt. et ibi. De amicitia omnes ad unum idem ſentiũt. I. V. 33 b, Tu nos qui de communi ſalute cõſentimus, tyrannos uocas. I. A. 192 b, Omnes mortales una mente conſentiunt, omnia arma contra hunc eſſe capienda. pro Seſt. 24 b, Cauſa in qua omnes ordines ciuitatis una conſentiunt. I. A. 193 a, Omnes deos ad rempub. conſeruandam arbitror conſentiſſe. de Se. 90 a, In quem illud elogium unicum plurimæ conſentiunt gentes, populi primariũ fuiſſe uirum. & ibi. Omnes de laudibus omnium eſt fama conſentiens. de Fin. 89 a, Nõ elogia monumentorũ hoc ſignificat? uelut hoc ad portam, uno ore cui plurimæ conſentiũt gẽtes, populi primarium fuiſſe uirum. & ibid. Id ne cõſenſiſſe de Catilinæ plurimas gẽtes arbitramur? &c. Epiſt. 170 d, Vt principijs cõſentiant exitus. Att. 102 a, Hæc eis, quæ de Fabio acta ſcribis, ualde cõſentiunt. Par. 232 b, Si perſonis, ea quæ narrabũtur, conſentiunt. I. C. 121 b, Ceteri uirò ad cõmunem ſalutem conſentiunt. I. A. 135 d, Atq; his principijs reliqua cõſentiebãt. pro Mur. 124 a, Vt uestræ mentes atq; ſententiæ cum populi Romani uoluntate & ſuffragijs cõſentiant. Off. 2 a, Hic ſi ſibi ipſe conſentiat, & nõ interdum naturæ bonitate uincatur, ſit, &c. pro Cluen. 30 a, Iudices tamen in Oppianico ſibi cõſtare & ſuperioribus cõſentire iudicijs debuerunt. de Vn. 196 a, Conſentire ſibi, & cõſentire ſecum, & conſtare ſibi, idem. At. 262 a, Conſenti in hac cura, in qua ſum, ut me expediam. Off. 20 a, Delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodã lepore cõſentiunt. At. 282 b, Ciuitas in retinenda libertate conſentit. At. 284 b, Exer-

citu ut ſpero ad beneuolentiam erga nos cõſentiente. de N. 49 b, Copulatio rerum et quaſi conſentiens ad mũdi incolumitatem coagmentatio naturæ. de Fi. 62 b, Epicurus quantos quantãq; amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? Tuſ. 242 b, In quo à doctis poſitum eſt conſilium omnis uitæ conſentiens & penè conſpirans. Ac. 92 a, Ratio noſtra conſentit, oratio pugnat. & 14 a, Sed mihi neutiquã cor conſentit cum oculorum aſpectu. Ep. 146 b, Literæ recitatæ in ſenatu neutiquam conſentire cum oratione Furnij uiſæ ſunt. Ac. 33 a, Epicurus, cuius eſt diſciplina nunc notior, neq; tamen cum Cyrenaicis de ipſa uoluptate conſentiens. de Cl. 177 a, Motus cum uerbis ſententijſq; conſentientes. cõtra Rul. 63 a, Si conſenſerint poſſeſſores nõ uendere, quid ſuturum eſt. I. A. 163 b, Cum homines neſarij cõſtituerent, ſe urbem inflammare conſenſiſſe. I. V. 254 a, Serui, quos iſte belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit. Epiſt. 92 a, Quint. Curtius conſenſit cum Hiſpanis quibuſdam, ſi Pompeius in oppidum ueniſſet, eum comprehendere, ad Cæſaremq; deducere.

Conſepio, pis. munio, claudo, ſepio. de Sen. 89 b, Ager conſeptus ac diligenter conſitus.

Contendere, instãdo petere & flagitare. Attic.152 b, Nec dubito quin Cæsar à me cõtendat, ut ad urbem ueniam. & 175 a, Per eos qui nostra causa uoluit diligentißimè cõtendas opus est. & 240 a, De oratione Bruti prorsus cõtendis, mecumq; iterum tam multis uerbis agis. & 124 b, Dixi me nihil ab inuito contendere. & 281 b, Quare omni studio à te mi Brute contendo, ut, &c. Ep.25 b, Cum Pompeius ita contẽdisset, ut nihil unquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam. Qu.F. 320 b, Pompeius à me ualde cõtendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit. Off.63 b, Incensus cupiditate cõtendit à Pythio, ut uenderet. Epist3 a, A` nobis autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quibus ego rebus à tali uiro contentus eram. Contẽtus, intẽtus, adductus.)(. Remissus. pro Mur. 132 a, Cùm contento cursu hostium classis Italiam peteret. pro Sest. 3 a, Ad tribunatum, quia ipse ad sese iamdudum uocat, & quodammodo absorbet orationem, contento studio curśq; ueniamus. Tusc. 187 a, Onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. Tusc. 123 a, Vt in fidibus plurimus, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ sint: sic, &c. Tusc. 187 a, Balistæ lapidum et reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt contenta atq; adducta uehementius. Or. 202 a, Contenta uox.)(. Summissa uox.

Contero, tero, consumo. In Verr. 241 a, Noctis longitudo stupris consumebatur. Epist. 142 a, Κῦρος πεπαίκαν, quam contriueram legendo, totam in hoc imperio explicaui. de Legibus, 166 b, Qui ætatem in litibus conterunt. pro Quint. Rosc. 51 b, Frustra tempus contero. de Orat. 103 b, Quo in studio ingeniosorum hominum totas ætates uidemus esse contritas. de Am. 115 a, Studia literarum, in quib. remoti ab oculis populi, omne ocium tempusq; contriuimus. de Fin. 138 b, Conterere ætatem in rebus quærendis. de Fin. bus, 93 b, An ille tempus aut in poetis euoluendis consumeret? aut se, ut Plato in musicis, geometria, numeris, astris conteret? de Orat. 106 b, Cùm in causis, & in negocijs, & in foro conteramur. de Pro. 75 b, Cæsar cæteras nationes contriuit, compulit, domuit. Tusc. 245 a, Cum uirtutem ad cœlum extulerint, reliqua ex collatione facile est conterere atq; consumere. Att. 136 b, Quæ autem sunt horum temporum, ea iam contriuimus. Epi. 15 a, Ego illius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa, uoluntaria quadam obliuione contriueram.

Conterreo, res. terreo. de Or. 103 a, M. Scaurus iam credo huc ueniat, et hanc loquacitatem nostram uultu ipso aspectuq; conterreat.

Contestatio, onis. obtestatio. Cic. apud Asconium.

Contestatus, a, um. pro Flac. 151 a, Ab hac perenni contestataq; uirtute maiorum ne degeneres. pro Quin. Rosc. 51 a, Cum eo litem contestatam habebat.

Contestor, aris. obtestor, iudicium constituo & committo. In Verr. 215 a, Rex flens ac Deos hominesq; contestans clamare cœpit. pro Flac. 165 b, Cùm ego te Flacce cœlum noctemq; contestãs flens flentem obtestabar, cum tuæ fidei salutem urbis commendabam. pro Quin. Rosc. 51 a, Nam iste cum eo litem contestatam habebat. & 50 b, Lite contestata. Attic. 261 a, Non enim procuratores litem contestabũtur, quo facto non sum nescius sponsores liberari. pro Quint. Rosc. 54 a, Cùm lis contestata cum Flauio damni iniuria esset. et 50 a, Iudicium damni iniuria constitutum.

Contexo, xis, coniungo, compono, texo. de Natur. 58 a, Villis onium confectis et contextis homines uestiuntur. Orat. 208 a, Memoriam rerum ueterum cum superiorum ætate contexere. de Leg. 157 b, Nec tam facilè interrupta contexo, quàm absoluo instituta. Epistol. 67 a, Coniunctè ne malles cum cæteris rebus nostra contexere? pro Dom. 147 a, At quàm festiuè crimen contexitur. pro Cæl. 41 a, Ac longius mihi quidem contexere hoc carmen liceret, nam nunquam, &c. Epistol. 152 a,

Contexere extrema cum primis.

Contextè, coniunctè. de Fat. 146 b, Omnia naturali colligatione consertè contexteq; fieri.

Contextus, a, um. Tusc. 247 a, Ita perpetuas & contextas uoluptates in sapiente fore semper.

Contextus, tus. uel contestus, stus. complexio. de Finib. 132 a, Pennarumq; contextu corporis tegumenta faciebat. de Fin. 144 a, Mirabilis est apud illos contextus rerum, respondent extrema primis, &c. Partit. 237 a, Sed in toto quasi contextu orationis hæc erunt illustranda maximè. Idem, filo.

Conticeo, ces. uel conticesco, scis. reticeo. de Orat. 158 a, Hæc cum Crassus dixisset, parumper et ipse cõticuit, & cæteris silentium fuit. I. C. 113 a, Recitatis literis consentientia conuictus conticuit. Tusc. 175 b, Qui ism conticuere, penè ab ipso foro irrisi. de Cla. 195 b, Cùm staticuere, penè ab ipso foro irrisi. de Cla. 195 b, Cùm studium nostrum Brute conticuit, subitò & obmutuit. Postq. 208 a, Saltem dum conticesceret illa lamentatio & gemitus urbis. Off. 33 a, Illæ literæ conticuerunt senatusconsulta & senatoriæ. I. P. 85 a, Cum obmutuissent senatus, iudicia conticuissent, etc. pro Mur. 129 a, Simulatq; iudicia conticuissent, etc. pro Mur. 129 a, Simulatq; increpuit suspicio tumultus, artes illicò nostræ conticescunt. In Antonium, 264 a, Nunquam de uobis hominibus gratissimus sermo conticesceret. pro Mar. 132 a, Nulla unquam ætas de tuis laudibus conticesceret.

Continens, tis. continuatus, iunctus, adiunctus, affinis, coniũctus, proximus, perpetuus. Ep. 241 b, Cappadocia pars, quæ cum Cilicia continens est. At. 79 a, Cappadociæ pars, quæ Ciliciam attingit. de Nat. 49 a, Mari arctis continens est. pro Cec. 287 a, Huic fundo continentia quædam prædia atq; adiuncta mercatur. & ibid. b, Hic fundus, qui fundo eius antiquo continens est. de N. 70 b, Motus sensui coniunctus et continens in infinito uacuo esse potest. de Fi. 77 b, Neq; porrò ex eo natus, sese è continenti genere tertiã uictimam reip. præbuisset. de Div. 115 b, Natura rerum uno consensu iuncta est & continens. de Fat. 149 a, Proxima & continens causa mouens. de Fat. 149 a, Proxima & continens causa monet assensionem. de In. 50 b, Continentia cum ipso negocio sunt ea quæ semper affixa esse uidentur ad rem, neq; ab eo possunt separari. de Or. 163 a, Continenti spiritu, & Intermisso spiritu. Tusc. 151 b, Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire maloid est, perpetuam. ad Her. 20 a, In extrema oratione continens uox remedio est uoci. Ep. 68 a, Si in hac sententia fueris, ut à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumq; nostrorum.

Continens, pro litore. Academ. 26 b, Mare dissimile est proximo ei continenti.

Continens, pro temperante. Epistol. 188 a, Cum reges tam sint continentes, multo magis consulares esse oportet. Attic. 95 b, Puerum, inquies, & fortasse futurum, & non grauem, & non continentem.

Continenter, assiduè. de Nat. 23 a, Quomodo enim pro bes continenter imagines ferri? aut si continenter, quomodo æternæ? Acad. 44 b, & 28 a, & ad Her. 44 b, Quia continenter labuntur et fluunt omnia. Or. 209 a, Continenter unũ uerbum, nõ in eadẽ sententia ponere.

Continenter, temperatè, temperanter. Officior. 21 b, Parcè, sobriè, continenterq; uiuere. pro Murena, 126 b,

In Asia continenter uixisse, laudandum est.

Continenter, pro continuatus, seu continens, uel coniunctè. ad Her. 20 a, Vno spiritu continenter multa dicere: id est, continuato spiritu.

Continentia, tiæ. temperantia, uirtus uoluptati resistens. de In. 82 b, Continentia est, per quã cupiditas consilij gubernatione regitur. I. V. 227 a, Conferte huius libidines cum illius continentia. pro Pom. 16 b, Ora maritima Cn. Pompeium propter animi continentiam requisiuit. Qu. F. 291 a, Quem nulla cõditio pecuniæ ab summa integritate continentiaq; deduxerit. Qu. Fra. 293 a, Tua integritas & continentia. pro Fl. 151 b, In re domestica continentiæ laus quæritur, in publica dignitatis. Off. 51 b, Continentia in uictu omni atq; cultu. Tusc. 247 b, Siccitas consequitur continentiam in uictu. Of. 49 b, Nullare conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ij, qui reip. præsunt, quàm abstinentia et continentia. pro Pom. 11 b, Non potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet.

Contineo, nes. comprehendo, complector, includo, concludo, cohibeo, arceo, coerceo, sustineo. de Natur. 37 a, Mundus omnia complexu suo coercet et continet. et 53 b, Aluus arcet & continet illud quod recipit, ut id mutari facilè & concoqui possit. pro Cl. 24 b, Spes illa, quã mulier in aluo commẽdatam à uiro continebat. In Ver. 227 b, Eorum coniunctione pars oppidi, & c. ponte rursum adiungitur & cõtinetur. de Som. 128 b, Nouem orbes, quorum unus extimus est, summus ipse deus arcens & continens cæteros. et ibi. Qui reliquos omnes complectitur. de Nat. 78 b, Is non à deo immissum dolorem, sed conceptum à se ipso continebat. Att. 237 a, Me Idus Martiæ non tam consolantur quàm antea, magnũ enim mendum continent. de Orat. 92 b, Omnes rerum fontes animo ac memoria continere. et 122 a, Qua una uirtute omnes uirtutes reliquæ continẽtur. de L. 170 a, Dum illa sit maior, & hæc in ea contineatur. I. V. 213 b, Facinus in quo omnia nefaria contineri mihi atq; inesse uidentur. pro Mar. 134 a, Tua salute nostra salus continetur. de N. 27 b, Bella, quibus reip. salus continetur. I. C. 118 a, Forum, in quo omnis æquitas continetur. de N. 3 b, Res tam præclaras Latinis literis contineri. & 65 a, Naturam uno diuino spiritu contineri. Orat. 206 a, Ius omne retinendæ maiestatis Fabricij causa continebatur. de N. 37 b, Homines uenis, & neruis, & ossibus continentur. pro Mar. 135 b, Vita corpore & spiritu continetur. pro Syl. 179 a, Status reipub. maximè iudicatis rebus continetur. de Or. 101 a, Fontes disputationum, qui iure ciuili & legibus continentur. contra Rul. 74 a, Agri eodem capite inclusi continebantur. I. V. 146 b, Summè expectabant homines, quid in tabulis cõtineretur. de N. 30 b, Omnia quæ aluntur & crescunt, continent in se uim caloris, & 31 b, Calor qui in aquis continetur. Anteq. 192 b, Continere aliquid inclusum animo. pro Pl. 263 b, Flos equitum Roman. publicanorum ordine continetur. de Fat. 145 b, Motus enim uoluntarius eam naturam in se continet, ut sit in nostra potestate. de D. 104 b, Continet enim totam hanc quæstionem ea ratio quæ est de natura deorum: quam si obtinemus, stabit & illud, quod locum hunc continet, esse deos. de Vn. 196 b, Quod immutabili æternitate continetur. de D. 85 b, Artes, quæ conlectura continentur, & sunt opinabiles. de Or. 87 b, Sic statuo, perfecti oratoris moderatione uniuersæ reipub. salutem maximè contineri. de Ar. 247 b, & 148 a, Status solennesq; ceremonias põtificatu, rerũ bene gerendarũ autoritates augurio cõtineri. de Or. 92 b, Artẽ uerò negabat esse ullã, nisi quæ cognitis penitusq; perspectis rebus cõtineretur. & 110 a, Feciq; hoc, quod, & c. ut de ijs rebus, quæ doctrina aliqua continerentur, disputarem. de Cl. 195 a, Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. de Or. 85 a, Ego eloquẽtissimorum hominũ artibus eloquentiam contineri statuo. de Or. 111 a, Oratoris omnis actio opinionibus non scientia continetur. de Cl. 174 b, Significabat enim non prudentiam solam, sed quod maximè rem continebat, fidem. Off. 51 a, Nullares uehemẽtius remp. continet, quàm fides. pro Dom. 231 b, Tantum homines impios inustum nefarijs mentibus bonorum odium continebat. pro Do. 233 a, Sed hic meus reditus pontifices uestro iudicio continetur. Ora. 197 b, Plato ait ideas semper ratione & intelligẽtia cõtineri. de Fi. 51 b, Hæc quæ uitam continent omnem. Of. 58 a, Lex ipsa naturæ, quæ utilitatem hominum conseruat & continet. Qu. Fr. 296 a, Esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est. I. A. 247 a, Quibus enim septis tam immanes belluas continebimus? pro Pom. 11 b, Non potest exercitum is cõtinere imperator, qui seipsum non continet. Qu. Fr. 290 a, Nihil est negocij continere eos, quibus præsis, si te ipse contineas. contra Rul. 64 a, In ea uestri isti satellites modestè insolentiam suam continebunt? At. 210 b, Tu autem commodè feceris, si reliquos continueris, ne, &c. Parad. 119 b, An temperantem eum dices, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? I. V. 88 a, Cæteræ libidines eius ratione aliqua continebantur. Postquàm. 198 a, Continere odium iam diu conceptum in aliquem. pro Clu. 20 a, Mulier amore capta quomodo poterat, in illa cupiditate continebatur. Acad. 47 b, Cohibere et continere temeritatem à lapsu. pro S. R. 27 a, Vt metu cõtineatur audacia. Epist. 196 a, Continere iracundiam. I. C. 101 b, Quorum ego uix abs te iam diu manus ac tela contineo. Qu. Fr. 297 b, Linguam omnibus esse continendam. I. V. 250 b, Vix populus se cõtinuit à supplicio tuo. de Or. 119 a, Continere dicta in aliquem. pro Sest. 8 a, Continere se domi. de Or. 108 a, & 105 a, Continere animam. de Clar. 196 b, Tu tamen contine te in tuis perennibus studijs. I. C. 94 a, Quin continetis uocem indicem stulticiæ uestræ? de N. 54 b, Natura membranas oculorum firmas fecit, ut continerentur. ad Her. 35 a, Continere aliquem in officio. I. V. 31 a, Custos ad continendas merces missus. de Fin. 77 b, Contineo me ab exemplis Græcis. Acad. 26 a, Qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo. & ibi. Cùm se à respondendo contineat.

Contingit, bat. euenit, accidit. de Ora. 110 a, Magis adeò id facilitate quàm alia ulla culpa mea contigit. de Orat. 98 a, Quoniam tantum habemus ocij, quantum iamdiu nobis non contigit. Attic. 127 b, Quoniam autem tecum ut essem non contigit, utinam tui consilij certior factus essem. de Clar. 192 a, Volo hoc oratori contingat, ut cùm auditum fuerit eum esse dicturum, locus in subselijs occupetur. In Antonium, 204 a, Vtinam C. Cæsari contigisset adolescenti, ut esset senatui charissimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Off.51 b,In magnis animis id plerunq; contingit.de Cla. 275 d,Hoc idem in nostris contingere intelligo,quod in Græcis,ut omnes,&c.Ep.158 d,Si mihi uita contigerit. Apud Non.Quod non modò singulis hominibus,sed potentissimis populis sæpe contingit.Off.41 b,Cum id minus contingeret,leges sunt inuentæ.

Contingo,gis.tango,attingo.de N.30 d, b, Atq; etiam aliorum ea humilitas est,ut cibum terrestrem nostris facilè contingant.de Di.127 b,Luna tanta humilitate fertur,ut terram propè contingat.de Fat.144 b, Atomus alia aliam contingit.pro Pom.4 d, Cùm antea per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem.Tusc.157 d,Cum animus naturam sui similem contigit.de Som.120 b,Hic autem aliter cerne,quàm nos tenui parte contingat.Tusc.243 d, Alia autem diuina illa cœlum contingant.

Continuatio,onis.perpetuitas. de Nat.4 d, Mirabilis quædam cõtinuatio seriesq; rerum, ut alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligatæq; uideatur.Continuatio coniunctioq; naturæ.l.συμπάθεια.Acad.44 b,Immutabilis cõtinuatio ordinis sempiterni.de N.12 b,Continuatio causarum.Continuatio,τοῦ λόγου.de Or.108 d, Demosthenes contentione uerborum binas continuationes & remissiones continebat.de Or.159 d,Longissima complexio uerborum est,quæ spiritu uno uolui potest. de Orat.147 d, Nimis longa continuatio uerborum. de Orat.158 d,Non in uerbo modus hic,sed in oratione: id est,continuatione uerborum.de Or.160 d, Numerus in continuatione nullus est, nam distinctio numerum conficit.ad Her.20 b, Continuatio est,orationis enunciandæ acceleratio clamosa.ad Her.30 d, Cõtinuatio est densa & continens frequentatio uerborum, cum absolutione sententiarum:id est,periodus.

Continuatus,a,um.continens.)(.Interruptus.Aca.44 d,Et ita putant effici,quæ appellãt qualia,è quib. in omni natura cohærente & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum.de Nat.49 d,Aer mari continuatus & iunctus est.de N.65 d,Conueniètia consensuq; naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas.de Or.156 b,Verba coniuncta continuataq;.Tusc.153 d,Sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem.& 184 d, Luctus continuatus. de Or.162 d,Continuatum.)(.Interruptum.

Continuò,statim,illicò. Att.151 b,Atq; huiusce rei iudicium iam continuò uideo futurum.pro Qu.R.47 b,Ignis in aquam coniectus continuò extinguitur. Ep.15 d, Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam cõtinuò. Ep. 351 d,& 15 d,Feci continuò omnes participes meæ uoluptatis.Aca.1 d,Deinde absens factus ædilis,cõtinuò prætor,post,&c. At.151 b,Sed tamen quicquid egero, continuò scies.et ibi.Sed tibi omnẽ illius,meumq; sermonem statim mittam.de Fin.125 d,Aequè enim contingit omnibus fidibus ut incontentæ sint,illud non continuò, ut æquè incontentæ.de Or.127 d, Non continuò si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine esse ponendum.At.90 b,Hoc continuò correximus.

Continuo,as.perpetuo.de Natur. 12 b, Atomi cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.contra Rul.81 b,Coemant præterea,ista dena iugera continuabunt.& 80 d,Syllanus ager à certis hominibus latissimè continuatus habet inuidiam.& 89 b, Denique; sine cura possidebit eos fundos,quos in agro Casinati fructuosissimos continuauit, cum usque eò uicinos proscriberet,quoad,&c.In Vat.33 d,Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus.pro Flac.151 d, Libertas quæ usq; ad hoc tempus imperio,et rerum gestarum gloria continuata permansit.ad Her. 20 b, Cum autem uerbis continuandis uocem quoq; adaugere oporteat, contendere oportebit,adaucto mediocriter sono uocis. de Or.158 d, Quod ex pluribus cõtinuatis connectitur. Orat.218 b,Res iterata & continuata.

Continuus,a,um.continens,perpetuus,perennis,deinceps.pro Pom.14 d,Aliquot annos cõtinuos magna imperij parte caruimus.pro Fl.151 b,Senatus nihil à superioribus continuorum annorũ decretis decessit. de Or. 160 d,Rectè genus hoc numerorum,dummodo ne continuum fit,in orationis laude ponetur. Ora.205 b,Plures continuæ translationes.pro Fon.28 b, Tum continuæ præturæ,quæ & cæteris ornamentis,& existimatione innocentiæ maximè floruerunt.Ep.166 b,Continuis tribunis ad forum Vocontium ueni.ad Her.20 d, Conferuat uocem continui clamoris remissio.& ibi.Continuo uox.I.V. 254 b,Tot dies continuos quid egisti?.I.V.93 d, Equester ordo iudicauit annos propè quinquaginta continuos.Cæs.17 d,Dies quinq; continui.

Contor,aris. percunctor. Attic. 176 b, Cumq; ex eo de me contaretur,eum sibi ita dixisse narrabat,se mihi esse inimicissimum.

Contorqueo,ques.comoluo,iaculor,desflecto. de Nat. 37 d,Non enim ætheris ea natura,ut ui sua stellas complexa contorqueat.de N.6 b,Mundus mirabili celeritate contorquetur.Or.220 d,Demosthenes cuius non tonitrua contorquentur.Or.220 d,Demosthenes cuius non tonitrua uibrarent fulmina, nisi numeris contorta ferrentur.de D.130 d,Deinde contorquent, & ita concludunt, non igitur,etc.Tusc.204 d,Quas sententias colligit?quæ uerba contorquet?in Ar. Brumali flectens contorquens tempora currum.de D.88 b, Quosdam annes in alium cursum contortos & deflexos uidemus.

Contortè,obliquè.ad Here.3 b,Contortè dicere aliquid. & Tusc.195 b,Hæc concluduntur contortius. & de Or. 48 b,Perturbatè & contortè dicere aliquid.

Contortio,onis.flexio.de Fat.143 b,Maius est enim hoc contortiones orationis, quàm signorum ortus obitusq; perdiscere.ad Her.30 d,Itaq; in illo genere & rerum & ne brachij & contortione dextræ gladius ad corpus differri uidetur.

Contortulus,a, um. Stoici contortulis quibusdam & minutis conclusiunculis effici uolunt, non esse mutandum dolorem,Tusc.184 d.

Contortus,a,um.distortus. de Orat. 107 d, Contorta res & sæpe difficiles necessariò perdiscimus.Or.202 d, Contorta & acris oratio.Acad.19 d,Quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata.

Contra,aduersum,aduersus,in,obuiam.)(. Pro,secundum.de N.59 b,Impia consuetudo est cõtra Deos disputandi.At.104 b,Serò resistimus ei, quem aliunus cõtra nos.de Or.99 b,Defendere causam alicuius cõtra aliorum patronum.de Or.92 d,Disputabant cõtra discreti hominum Atheniẽses.I.V.190 d, Quid si contra omnẽ rationẽ pugnauit?de Sen.88 d,Et contra auium minorum morsum munitur uallo aristarum.Of.4 b,Veri inuestigationis studio à rebus agendis abduci,contra officiũ est.Ep. 182 d,Scio me à te contra iniquos meos solere defendi.et pro Qu.14 d,Testimonium quod contra te est.Off.64 d,Nec qui cõtra se liceatur emptor opponet.de Or.150 d,Hoc non modò non pro me,sed contra me est.At.140 d,Contra meum iudicium,& contra omnium antiquorum autoritatem cupio discedere.Ep.62 b,Pro ijs rebus nulla mihi abs te relata gratia est, contrà etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audiui.At.163 b, Facere contra aliquẽ:id est,aduersari ei.& 65 b,Ire obuiam alicui: id est,facere contra illum. & ibid. Esse cum aliquo:id est,sacere pro illo.de Clar.176 d,Contra studium populi stare.pro Qu.7 b,Qu.Hortensius contra caput non didicit dicere.pro Qu.R.52 b, Resistere & repugnare contra ueritatem.Off.56 b, Contra naturam uiue re.)(.Secundum naturam uiuere. & ibi. Secundum naturam est.)(.Contra naturam est.Acad.45 b, Sic interrectè factum atq; peccatum,officium et contra officium, media locabat quædam.

Contrà,pro aliter,secus.pro Syl.186 d,Iam enim faciam contrà,atq; in cæteris causis fieri solet,ut,&c.Qu.Fra. 290 d,Factum est enim mea culpa, contrà quàm tu meum egeras.pro Cor.56 d, Si denique; aliquid non contrà ac liceret factum diceretur,sed contrà atq; oporteret.de Or.116 b,Clamare contrà quàm deceat, & quàm possit,hominis est impudentissimi. I.V.202 d, Si hæc contrà ac dico essent omnia,tamen,&c.Or.209 d,Vt contrà ac dicat accipi ac sentiri uelit. de D.119 b, Omnia sus ut senatus,contrà quàm ipse censuisset, ad uestitum rediret.I.A.237 b,Cum contrà ac Deiotarus sensit, uitoria belli iudicarit.pro Dom.237 b,Quanquam quid ego de uestro iure,contrà quàm proposueram,disputabo.ad Her.24 d,Contraq; faciunt quàm pollicentur.

Contrà,econtrariò,excontrariò,potius. Officior.10 b, In collocãdo beneficio hoc maximè officij est, ut quisq; maximè opis indigeat,ita ei potissimum opitulari,quod contrà sit à pleriſq;,à quo enim plurimum sperant, etc. pro Cor.65 b,Atq; utinam propugnatores,&c. & contrà oppugnatores,&c. Acad.45 b, Non is sum,qui obtrectem libenter,sed contrà qui laudem omnia. de Fin. 13 d,Quæ bona sunt,mala putant,bona contrà quæ mala. Acad.45 b,Ea sumenda dicebat, contraq; contraria. Epistol.48 b, Nos qui domi sumus,tibi beati uidemur, at contrà nobis tu præ nobis beatus.Tusc.231 b, Ergo ut hi miseri,sic contrà illi beati.pro Mar.134 d, Non etiam culpa tua est,si te aliqui timuerũt:contraq; summa Laus, quod plerisq; minimè timendum esse senserunt. de Or.139 d,Ad causam pertinet,cautè,an contrà,demonstratum sit. Orat.203 b,Decere,&c.contraq; item decere.pro Cluen.35 d, b, Sapientissimum esse dicunt eum cui quod opus sit,ipsi uenìat in mentem.In stulticia contrà est: minus enim stultus, cui nihil in mentem uenit, quàm ille,qui,&c. & 54 d, Quid huic cum Habito? nihil, atque adeò potius etiam contrà simulatas. Partit. 234 d,Illa autem altera argumentatio, quasi retrò, ac contrà potius sumit quæ uult.de Finibus,76 d, Num igitur censes animo solicito fuisse? nihil minus,cõtraq; il-

là hæreditate dines.de Fin.73 d, Cyrenaici non uiderũt, ut ad cursum equum,sic hominem ad intelligendum, & ad agendum esse natum:contraq; ut tardam aliquam pecudem ad pastum, et ad procreandi uoluptatem eum ortum esse uoluerunt.Epist.16 d,Noui enim animum tuum nulla in cæteros maleuolentia suffusum, contraq; cum magnum et excelsum,tum etiam apertum et simplicem. pro Dom.231 d,Cùm me in iudicium populi nemo uocarit,condemnari non potui,cõtraq; à populo Rom.semper sum defensus & ornatus.

Contrà,pro uicissim.de Finibus,83 d,Beatè uiuere uos in uoluptate ponitis, item contrà omnem infelicitatem in dolore.I.A.168 d, Sed & ego quid ille, & contrà ille, quid ego sentirem uidebat.Ep.151 d, Si laudabit hæc illius formam,tu huius contrà.

Contractio,onis.brevitas fugæ. Attic.70 b,Meam in eo parsimoniam contractio naturæ significat.Of.29 b,Superciliorum remissio aut contractio.Or.216 d,Contractio & brevitas gravitatem non habet.de N.56 d,Facilis digitorum contractio,facilisq; porrectio. Tusc.224 d,Eodem enim uicio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.de Orat.161 d, Contractione brevius fieri aut productione longius.Or.202 d,Brachij porrectio in contentionibus,contractio in remissis. pro Sest. 6 b,Frontis contractio.

Contractiuncula,læ.Tusc.208 b, Morsus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

Contractus,a,um.breuis,astrictus.de Clar.179 d, Ambitus uerborum contractus & breuis. de Clar. 294 d, Dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est.pro Cæ.55 b,Quæ studia in senectute contractiora esse debent:id est,remissiora.Ep.109 b, Propter res tuas ita contractas,ut quemadmodum scribis, nec caput,nec pedes.Parad.116 d,Accipies igitur hoc parvum opusculum elucubratum his iam contractioribus noctibus.Off.4 d,Rerum contractarum fides.

Contradico,dicis.Attic.15 b, Vnus contradixerat Metellus.Attic. 83 d,Scaptius ait se nihil contradicere. pro R.P.124 d,Cum erant appellati,si eis uidebatur,statim contradicere solebant.de Finibus,90 d,Nec qui contradicunt,causam difficilem repellunt. Acad. 8 b, Vereor ne maiorem largiar ei,qui contradicturus est, libertatem.Tusc.164 b, Cæteræ ueniant contradicentium. de N.79 d, Dabis nobis aliquem diem ut contra ista dicamus.de Or.133 d,Num,si contra te dixero,mihi maledicturus es? pro Qu.1 b, Qu. Hortensius contra me est dicturus.

Contraduco, cis. ad Her. 29 d, Quid,quod exercitum contraduxit.

Contraho, bis. astringo, restugio; in angustum adduco uel deduco. de N. 53 d, Stomachi partes quæ sunt infrà quàm id quod deuoratur,dilatantur: quæ autem suprà, contrahuntur.de Am. 99 b, Ex infinita societate generis humani ita contracta res est et adducta in angustum, ut omnis charitas,aut inter duos, aut inter paucos iungatur. Acad. 46 d,Sed ea contraberent, in angustumq; deducerent.de N.59 d,Licet enim contrahere uniuersitatẽ generis humani,eamq; gradatim ad pauciores,postremò deducere ad singulos.de Or.157 d,Similitudinis est ad uerbum unum contracta breuitas. de Diu. 105 d,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omne animal membra quò uult flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Part. 232 a, Contrahere orationem.)(. Dilatare. de N. 76 b, Recessus solis quasi tristicia quadam cõtrahit terram, accessus autem lætificat. Tusc. 224 a, Contrahere animum in dolore.)(. Effundi animum in lætitia. Quint. Fra. 290 a, Te rogo ne contrahas aut demittas animum. de Legib. 177 b, Varius canendi sonus, tum remittit animos, tum contrahit. Tusculan. 212 a, Demittere & contrahere animum. Orat. 211 a, Contrahere nomina.

Contrahere, colligere, cogere. Attic. 126 a, Contrahere omnia in unum locum. Att. 129 b, Vos hortor, ut quotcunq; militum contrahere poteritis, contrahatis. Attic. 130 a, & Ep. 154 b, Nos disiecta manu pares aduersarijs esse non possumus: contractis autem nostris copijs, spero, &c. Attic. 118 a, Sic enim parari uideo ut Luceriam omnes copiæ contrahantur. Attic. 129 b, Ex quibus non amplius XIIII cohortes contrahere potui. & ibi. Reliquæ copiæ Brundusium cogerentur. & 20 a, Contraxi uela, perspiciens inopiam iudicum. Tusc. 183 b, Quis cum decubuisset ferrum recipere iussus, collum contraxit? pro Cluen. 32 b, Contrahere frontem. de Diu. 116 a, Cor bouis contractum aliquo morbo exile & uietum esse. & 133 a, Contrahi autem animum Zeno, & quasi lubi putat atq; concidere, et ipsum esse dormire. ad Am. 205 b, Virtus ex bonis amici quasi diffundit, et incommodis contrahitur. de Am. 100 b, Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat. pro Mur. 141 a, Appetitus omnes contrahendi sedandiq; sunt.

Contrahere, transfigere, cum altero aliquid agere, cum aliquo rem rationemq; iungere. Offic. 41 a, Qui uendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisq; negocijs implicantur. Off. 46 b, Conuenit autem in omni re contrahenda, uendendo, emendo, conducendo, locando, æquum & facilem esse. & 11 b, Consuetudines præterea & familiaritates multæq; cũ multis res rationesq; contractæ. pro Syl. 177 b, Magna ratione cum rege Mauritaniæ contracta. Item: Rabirius multa gessit, multa contraxit. Off. 44 a, Rerum contractarum fides. I. V. 143 b, Nam quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cum contrahebat, eas ipsi isti referebat acceptas. pro Qu. b, Res ab eo qui cum contraxisti recessit. pro Cluent. 26 a, Cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat. Off. 2 a, Neq; si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas. Tus. 248 b, Magnis molestijs uacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt.

Contrahere, suscipere, accipere, conflare. de Finib. 146 a, Si mercatura in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. Att. 106 a, Quid sit optimum, malè contractis rebus, planè uideo. pro Quint. 2 a, A principio quemadmodum res gesta et cõtracta sit, exponam. Tusculan. 201 b, Malum culpa contractum. At. 156 a, Omnia culpa contracta sunt. de In. 47 a, Si turpitudo causæ contrahet, offensionem acriorem facit. Quint. Frat. 290 a, Ea ferre homines molestissimè debent, quæ eorum culpa contracta sunt. At. 184 a, Ea est à nobis contracta culpa, ut, etc. pro R. P. 126 b, Hoc quidè suscepto atq; contracto, multa perpetienda fuerũt. I. C. 105 a, Aes alienum contractum in popinam. Quint. Frat. 294 b, Aes alienum contrahi cuipiam. Epistol. 27 b, Dolabellam uidebam fore ab ijs molestijs, quas sua liberalitate contraxerat, liberum. ad Herenn. 36 a, Inuidiam contrahere in uita, odium in oratione: id est, accersere, trahere.

Contrahere, facessere. ad Attic. 243 a, Contrahi mihi negocium uidetur. In Catilin. 120 a, Sin illam alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi negocij contrahatur.

Contrahere, conciliare, colligere, captare, comparare. ad Heren. 2 a, A nostra persona beneuolentiam contrahemus. & ibidem multa. de Inuent. 47 a, Beneuolentia quatuor ex locis comparatur. et ibidem: Ab auditorum persona beneuolentia captabitur, si. & de Am. 105 b, Virtus contrahit amicitiam.

Contrariè, repugnanter. Part. 239 b, Idem de eadem re contrariè scriptum. de Orat. 96 b, Contrariè scriptum, aut ambiguè. de Or. 133 a, Verba relata cõtrarie. de Vn. 200 b, Bifariam contrariè simul procedentia.

Contrarius, ria, rium. aduersus, aduersarius, pugnans, inter se pugnans, diuersus, inter se confligẽs. de In. 51 b, Contrarium est, quod positum in genere diuerso ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum distat: ut frigus calor, mors uita. Acad. 24 b, Contraria ea dicũtur, cum alterum ait, alterum negat. Tusc. 258 a, Contrarium contraria sunt consequentia. de In. 82 b, Fortitudini contraria est ignauia, & iusticiæ iniusticia. de Finibus, 121 b, Vitia sunt uirtutum contraria. de In. 83 a, & 82 b, Fidentiæ contrarium est diffidentia: audacia autem non contrarium, sed appositum est ac propinquum. ad Herenn. 29 b, Contrarium idem ferè est, quod contentio. Contrarium est, quod ex rebus diuersis duabus, alteram breuiter, & facilè confirmat, &c. l. Enthymemata breuiter, & facilè confirmat, &c. l. Topic. 224 b, Deinceps locus est, qui à contrario dicitur. Contrariorum autem genera sunt plura: unum eorum quæ in eodem genere plurimum differunt: ut sapientia, stulticia. eodem autem genere dicuntur, quibus propositis occurrunt tanquam è regione quadam contraria: ut celeritati tarditas, non debilitas. ex quibus contrarijs argumenta talia existunt: Si stulticiam fugimus, sapientiam sequamur: & bonitatem, si malitiam. Hæ quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa. Sunt enim alia contraria quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellãtur στερητικὰ. præpositio enim In, priuat uerbum ea ui quam haberet, si non proposuit non fuisset: ut dignitas indignitas, humanitas inhumanitas, & cætera generis eiusdem, quorum tractatio est eadem quæ superiorum, quæ aduersa dicuntur. Nam alia quoq; sunt cõtrariorum genera, uelut ea quæ cum aliquo conferuntur: ut duplum simplum, multa pauca, longum breue, maius minus. sunt etiam ualde contraria alia, quæ appellantur negantia, ea κατηφατικὰ. Quæ ci, contraria aientibus: ut, si hoc est, illud non est. Quid enim opus exemplo est, tantum intelligatur argumento quærendo, contrarijs omnibus contraria non conuenire. de Fat. 147 b, Contraria hoc loco ea dico, quorum alterum ait, alterum negat. ex his igitur necesse est alterum uerum esse, alterum falsum. Academ. 24 b, Off. 9 b, Id tam abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium. I. A. 164 a, Tota in oratione tecum pugnas, et non modò non cohærentia inter se dicis, sed ximè disiuncta atque contraria: ut non tanta mecum, quanta tecum tibi sit contentio. de Diuin. 93 b, Quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti uera contrariam. de Senect. 93 a, Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq; contrarium. de Op. 244 a, Orationes inter se contrariæ Aeschinis & Demosthenis. de Ora. 129 a, & pro Cluent. 47 a, Capita inter se contraria. pro Cæl. 39 b, Monstrũ ex contrarijs diuersisq;, atque inter se repugnantibus naturæ stu dijs conflatum. de Som. 128 b, Astra errantia, quæ uersantur retrò contrario motu atque cœlum. de Diuinat. 98 a, Stella Iouis ad ortus puerorum salutaris est, Saturni contraria. de Diuinat. 69 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. Epist. 165 b, Verebar ne pium consilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei. de Orat. 138 b, Afferendum est aliquid in contrariam partẽ, quod, &c. de Or. 97 b, Disputare de omni re in contrarias partes. et 138 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex ijsdem suppeditatur locis. pro Cæc. 305 a, Si quid cõtraria parte in homine ostendẽdum sit, habetis hominem, etc. pro Quin. Rosc. 52 b, Atque ego hoc contrario contendo: leuior esset, &c. de Orat. 125 a, Itaq; eadem sunt in aduersarios ex contrario cõferenda. & ad Her. 3 a, & 9 b, de Inuent. 65 a, Defensor aũt ex contrario primum dicet, &c. & 48 a, Commutabile est, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex contraria parte dici. & 82 a, Rerũ expetendarũ tria genera sunt: par autem numerus utrandarum ex contraria parte. Antequã. 297 b, & ad Heren. 3 b, & 9 a, Si neminem læsi, si etiã e contrario multis opem tuli. I. V. 101 a, Contrarium decernebat ac paulo antè decreuerat. de N. 46 a, b, Sol bimas reuersiones ab extremo contrarias facit. Or. 300 a, b, Conferre pugnantia, et comparare contraria. & 202 a, Referre paria paribus, aduersa contrarijs. Offic. 7 b, Sed incidunt sæpe tempora, cum ea cõmutantur, fiũtq; contraria. contra Rul. 79 b, Conuersa ratio antea cum erat, &c. id est, nunc contrarium est atq; antea fuit. At. 288 a, Verba rebus esse contraria. Of. 76 a, Omnis uoluptas honestati est contraria. de D. 112 a, Nihil est tã cõtrarium rationi & cõstantiæ, quàm fortuna. de Or. 123 a, Opinionem istorum studiorum & suspicionem arti ficij apud eos, qui res iudicant, oratori aduersariam esse arbitror. I. C. 109 b, Causæ quæ inter se confligunt. de Or. 119 b, Quæ, quia pugnare sæpe inter se uidentur. ad Her. 29 b.

Contrarium, exornatio, idem ferè est quod contentio. ad Her. 29 b.

Contrarium est, quod ex rebus diuersis duabus, alteram breuiter & facilè confirmat, &c.

Contrascriptum, pti. Att. 257 a, Antonij edictum legi Bruto, & horum contrascriptum præclarè.

Contrauenio, nis. aduersor, contrapugno. I. V. 130 a, Quid si de literis corruptis cõtrauenit? si contrà omni ratione pugnauit? pro Mu. 126 a, Si ille ipse, quem contraueneris, causa cadat. Tus. 160 a, Ego uerò facilè sum passus, ne in mentem quidem mihi aliquid cõtrauenire, ita isti faueo sententiæ. In Anto. 161 a, Contra rem suã uenisse me nescio, quando questus est. & ibidẽ, An ego non uenirem contra alienum pro familiari meo. & ibidem: Venire contra gratiam, contra iniuriam.

Contrectatio, onis. tractatio, tractatus, attrectatus. de N. 16 b, Quod ni ita esset, cur non taurus equæ contrectatione gestiret.

Contrecto, as. tracto, attrecto. de Oratore, 145 a, Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulsa contrectant.

Contremisco, scis. tremo, contremo. de Orat. 95 a, In principijs dicendi tota mente atq; omnibus artub. contremisco. Epist. 95 b, Cum uerò ad ipsius Cæsaris nomẽ ueni, toto corpore contremisco. pro Sest. 18 a, Cuius in mea causa nunquam fides uirtusq; cõtremuit. de Di. 92 b, Tum ego contremui timore perterritus.

Contremo, mis. de Orat. 157 a, Cœlum tonitrũ contremit. poetæ.

Contribuo, tribuis. confero, tribuo. In Anto. 265 b, Vrbemq; ad eam rem pecuniam dare, contribuere, soluere iubeant. pro Milon. 117 b, Quæ mihi contribuẽda laus esset ipsi?

Contristo, as. mœrore afficio. Epist. 119 b, Contristauit hæc sententia Balbum Corneliũm, & scio eum conquestum esse cum Scipione.

Contritus, trita, tritum. peruulgatus, uulgaris, communis, peruagatus. de Or. 96 b, Ista omnium cõmunia & contrita præcepta didici. pro Sest. 21 b, Quod iam contritum & contemptum putatur. At. 195 a, Nihil habemus quod scribamus eadem quotidie, quæ iam iamq; ipsa contrita sunt.

Controuersia, siæ. disceptatio, contentio, discrimen, pugna, lis. de Or. 135 b, Res quæ in dicendi cõtrouersiã aut disceptationẽ uocatur. Or. 208 a, Nihil ambigi potest in quo non aut controuersiam res faciat, aut uerba. pro Qu. 3 b, Mihi cum eo controuersiæ nihil est. pro S. R. 33 a, Magna ui cum illo rei familiaris controuersia erat. pro Cec. 390 b, At controuersia non erat, quin ueru dicerent. I. C. 112 b, Hanc Cethego cum cæteris controuersiam esse dixerunt, quod, &c. de Cla. 171 a, Est inter scriptores de numero annorum cõtrouersia. de Or. 139 b, Cõtrouersia inter hominum sententias in illo est, utrũ, etc. At. 277 a, Flauius noster de controuersia, quã habet cũ Dyrrachinis, hæreditaria, sumpsi te iudicem. Ep. 229 a, Habere controuersiam de aliqua re cum aliquo: exempli causa de fundo. pro Clu. 51 a, Cum quædã (ut solet) controuersia esset orta. I. A. 223 b, Nec constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere. de Or. 96 b, Cõstituere controuersiam. pro Corn. 63 b, Sedare controuersias. Off. 76 a, Dirimere controuersiam. de Ora. 89 a, Verbi enim controuersia tã diu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores, quam ueritatis. 93 b, Omnẽ cõtrouersiam esse inter homines doctos in uerbi controuersia positam. & 100 a, Mediocris ne res in cõtrouersiam adducta est? Or. 201 a, In controuersia & contentione uersari. ad Her. 3 b, Interfectam esse matrem ab Oreste cõuenit mihi cũ aduersarijs: iure fecerit & licuerit ne facere, id in controuersia est. de Ora. 118 a, Causa ex controuersia cõstans, ut hæreditatis. et 96 b, Cõtrouersia ex scripti interpretatione. & ibidem: Venire in controuersiam. de In. 44 b, Generis controuersia est, cum et quid factum sit cõuenit, & quo id factũ nomine appellari oporteat, conStat: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

stat: & tamen, &c. Ep. 215 a, Vocari in controuersiam. & 3 b, Hac controuersia usq; ad noctem ducta, senatus est dimissus. pro Cec. 288 b, Fundus quem sine ulla controuersia biennium possedi. Attic. 207 a, Ait sine ulla controuersia rem ad me esse delatam. de Orator. 105 d, Hoc sine controuersia magnum est. Offic. 53 b, Panætius, qui sine controuersia de officijs accuratißimè disputauit.

Controuersor, aris. contendo, litigo, In Protagora, autore Prisciano, Nunc à uobis ô Protagora & Socrates postulo, ut de isto cõcedatis alter alteri, & inter uos de huiusmodi re non controuersemini.

Controuersus, a, um. litigiosus. de Clu. 168 b, Siculi acuta gens & controuersa natura. pro Mar. 130 b, Sin aliter etiam controuersum ius nosse, & tractare uideare. de D. 130 a, Sed isti sumunt pro certo quod dubium controuersumq; est. de Leg. 166 a, Res controuersa & plena dissensionis inter doctißimos. Part. 235 a, b, Controuersa causa.

Contrucido, das. trucido, perimo. pro Sest. 20 b, Debilitatum corpus & contrucidatum. & ibid. Hi summi imperij nomine armati, Remp. contrucidarunt.

Contrudo, dis. constipo, coarcto, extrudo. In Sal. 175 d, Ex Africa tantum exhausit, quantum potuit in naues contrudi. pro Cæl. 51 a, Deinde qui eam prouinciam susceperint, ut in balneas contruderentur. I. V. 249 b, Eò dem cæteros contrudi imperat.

Contubernalis, lis. domesticus, familiaris. Attic. 39 b, C. Arrius, proximus est uicinus, imò ille quidem iã contubernalis. Epi. 138 b, Illud doleo in isto loco uenire me non potuisse: habuisses enim nõ hospitem, sed cõtubernalem. pro Cæl. 53 a, Is profectus est in Africam Qu. Pompeio contubernalis. de Cla. 174 d, Qui se illi cõtubernalem in consulatu fuisse narrabat. Quin. F. 399 b, Spero nos ante hyemem contubernales fore. At. 214 d, Quid tu hunc de pompa Quirini contubernalẽ his nostris moderatis epistolis lætaturũ putas? & 123 a, Siue ab Oppijs tuis contubernalib. pro Lig. 140 b, Militiæ contubernales. pro Flac. 154 b, Contubernalis pro hospite. pro Flac. 151 a, Testes accusatoris consessuros, conuiuæ, contubernales.

Contubernium, bernij. conuictus, sodalitas. In Verr. 257 d, Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatißimo littore? pro Plan. 264 b, Necessitudo contubernij.

Contueor, eris. aspicio. de Natur. 61 b, Merogas, curte duobus contuear oculis, & non altero tantum, cùm idem uno assequi possim. Tusculan. 158 a, Quod tandẽ spectaculum fore putas, cum totam terram contueri licebit. de Orat. 163 b, Neque uerò est quisquam, qui eadem contuens efficiat. & 143 a, Vt illud uestigium contueremur. pro Syl. 181 a, Aspicite ipsum, contuemini os, & cætera. & pro Dom. 243 a, de Som. 130 a, Contueri ad cœlum.

Contuitus, tus. pro Sest. Vester iste in me animorum oculorumq; contuitus.

Contumacia, ciæ. superbia. I. V. 221 d, Illa tua singularis insolẽtia, superbia, contumacia. pro Qu. R. 52 a, Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, uitæq; uniuersæ uox. de Am. 106 b, Itaq; illi fastidio ferè et contumacia efferũ-

tur. At. 93 b, Potentißimorum hominum contumacia nunquam tuli. I. P. 96 a, In quo Torquatus ferebat contumacia responsi tui. At. 228 b, Libẽtius deponimus inimicitias reip. nomine susceptas quàm cõtumaciã. Tusc. 265 b, Adhibuitq; liberam cõtumaciam, ô magnitudine animi ductam, non à superbia.

Contumaciter, superbè, præfractè. Qu. F. 306 b, Clodius furebat se à Racilio contumaciter urbanèq; uexatum. de D. 123 a, Nec patrius mos tam contumaciter repudiãdus. At. 86 a, Ad me autem contumaciter, arrogãter, ἀνοτευκτότερον solet scribere. & 253 a, Cæteras res tis grauiter & contumaciter.

Contumax, cis. superbus. Att. 245 b, Suram nefarium cognoui hominẽ, præterea in me contumacem. ad Her. 36 b, In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis.

Contumelia, liæ. conuicium, ignominia, iniuria. de Nat. 15 b, Epicurus Nausiphanem uexat omnibus cõmelijs. pro Syl. 171 d, Equitem uehementer lætor eum esse me, in quem cum cuperes nullam contumeliã dicere potueris. de Oratore, 129 a, Genus facetiarũ, in quo nulli aculei contumeliarum insunt. Attic. 235 b, Seruire, est contumelias pati. Attic. 231 b, Verborum contumelijs aliquem lacerare. & 230 b, Sed homines beneuolos, qualescunq; sunt, graue est insequi cõtumelia. Tusculan. 226 a, Alterius uersibus intorquentur inter fabulan. 226 a, Alterius uersibus intorquentur inter fabulan. 226 a, Alterius uersibus intorquentur inter fabulan. tres grauißimæ contumeliæ. In Ver. 203 b, Quib. in pret

Universidad de Deusto
Biblioteca

lieri maximè conuenirent. Ep 132 d, Minimè miror cœlum etiam & terras uim suã, si tibi ita conueniat, dimittere. Orat. 204 b, Pleraq; ex illis conueniant huic tenuitati. de Nat. 414, Nec uerò hoc in te uno conuenit, sed in reliquos uestros, & in eũ maximè, qui ista peperit. Topic. 224 b, Tantum intelligatur argumento quærendo, contrarijs omnib. contraria non conuenire. pro Dom. 149 d, Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro S.R. 29 d, Hæc suspicio conuenit in illũ. de In. 48 d, Cõmune exordium est, quod nihilo in hanc quàm in contrariam partem causæ potest conuenire. I. V. 102 b, Quæ initia uidentur in quemuis potius, quàm in istũ conuenire. de In. 48 d, Vulgare exordium est, quod in plures causas potest accommodari, ut conuenire uideatur. I. V. 194 b, Sunt quædã in te singularia, quæ in nullum alium conuenire possunt. de Orat. 131 b, Et tamẽ id dixit, quod cõueniret in omnes luscos. de In. 67 b, Quid in quãq; rem conueniat, res ipsa docebit. I. A. 222 a, Nihil enim minus in hunc ordinem conuenit. de Fi. 100 d, Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire. de Inuct. 64 d, Non omnes loci in omnem causam cõueniunt pro Syl. 171 d, Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit. de Finib. 97 b, Sed non cõuenit ad omnia. de Ar. 257 d, In eum cadit hoc uerbum maximè, qui, &c. Ep. 86 b, Hæc tua deliberatio non mihi cõuenire uisa est cũ oratione Largi. de D 115 b, Fissum lecoris conuenire cum lucello. de Fi.*. Atq; hoc mihi cum tuo fratre conuenit. pro Ligar. 139 d, Attic. 87 a, et I. A. 255 d, Mihi cum illo conuenit, &c. pro Quint. Aliquid uel nihil inter aliquos conuenire. de Clar. 183 b, Difficile est in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, ut sibi ipse non conueniat. I. V. 234 d, Optimè cũ aliquo cõuenire: id est, esse concordem. Or. 207 b, Nisi inter eos conuenit, quid sit illud, &c. de In. 70 b, Pactum est, quod inter aliquos conuenit. At. 83 d, Assidèt, subdũcunt ad unum, conuenit. de Nat. 19 d, Virtutem sine ratione constare non posse, cõueniat id quoq; necesse est. pro Cluent. 42 b, Nemo ne pecuniaria quidem de re mi nima erat iudex, nisi qui inter omnes aduersarios cõueniisset. ad Her. 5 d, Cum factum conuenit, sed iure an iniuria factum sit, quæritur. de In 44 b, Nominis cõtrouersia est, cum de facto conuenit, & quæritur id quod factum est, quo nomine appellatur. & ibi. Generis est controuersia, cum et quid factum sit, cõuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat: & tamẽ, &c. ad Her. 3 b, Interfectam esse ab Oreste matrem, cõuenit mihi cum aduersarijs: iure fecerit & licuerit ne facere, id est in controuersia. Att. 138 d, Rem conuenturam puto. ad Her. 1 b, Diuisio est, per quam aperimus quid conueniat, & quid in controuersia sit. de Le. 166 b, Potest res cum eo conuenire. & ibidem, Si posset inter eos aliquid conuenire.

Conuenire, constare. contra Rul. 74 b, Inter omnes cõuenit ita esse. Tusc. 222 b, Inter omnes enim conuenire oportet, commotiones animorum, &c. de Fin. 64 b, Vt inter eos qui ambigunt, conueniat, quid sit id de quo agatur. de Finib. 83 d, Qui sibi is conueniet, si negabit, &c. id est, qui sibi is constabit? in Anton. 210 d, Quî enim conuenit, ut qui se populares dicunt, hi populi salutem oppugnent? pro Milon. 111 b, Quî conuenit, præ-

sertim id temporis? pro Cornel. 62 b, 63 d, Benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit.

Conuenire, decere, par esse oportere. de Natur. 41 b, Hæc non conuenit penes deos esse negare, pro Q. 16 d, Multa ante fieri conuenit, quam, &c. pro Sext. Rosc. 44 d, Vos his malis mederi conuenit. in Cat. 98 d, Quo ex S. C. confestim interfectum te esse, Catilina, conuenit. pro Quin. 8 b, Illicóne ad prætorem ire cõuenit. pro Rabir. 95 d, Quid tandem C. Rabirium facere cõuenit? et 94 b, Quid tandem C. Rabirio faciendũ fuit? ad Her. 3 d, Tres conuenit habere res, narrationem. & ib. In hac re exerceri conuenit. de Finib. 71 b, Quid igitur conuenit, ita dicere, &c.

Conuenire, ad aliquem ire seu uenire, aliquem adire. Epist. 46 b, Posthumia tua me conuenit. & 32 b, Si Clodium conuenero, ex illius sermone ad te scribam plura. Ep. 133 d, Neminem conueni (conuenio autem quotidie plurimos: sunt enim permulti optimi uiri qui uolentes causa in hæc loca cõueniant: quin omnes, &c. de Or. 109 b, Cæsar dixit mihi à se Scæuolã hinc eunte esse cõuentum. Epistol. 11 b, Quem cum in Sardinia conuenisset, teipsum, inquit, cupio. pro Sex. Rosc. 26 d, Attalius dixit, se, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, cõle, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, cõuenerunt. At. 125 b, Lentulum antè puto transmissurum quàm poterit conueniri. de Se. 94 b, Neq; eos solum cõuenire aueo quos ipse cognoui, sed illos etiam de quib. audiui & legi.

Conuenire, concurrere, congregari pro Sext. Rosc. 20 d, Magna multitudo hominum conuenit ad hoc iudicium. & 28 b, Cum multæ causæ conuenissent in unum locum, atq; inter se congruere uidentur. contra Rul. 68 b, Non desistebãt clàm inter se cõuenire. de N. 54 d, Tres enim trium disciplinarũ principes cõuenistis. Att. 222 d, Omnes copias in unum locum conuenire. pro Cec. 296 d, Neminem coegeris, ipsi conuenerint sua sponte. Att. 331 d, b, Da operam ut huc quamprimum uenias, antequàm omnes copiæ aduersariorũ conueniãt: neq; enim celeriter huc homines conuenire possunt: & si conuenirent, quantum ijs committendum sit, non te præterit. de D. 119 d, Cum Bubulcus clamorem edidisset, concursum esse factum, totamq; breui tempore in eum locũ Italiam conuenisse. I. P. 87 d, Mei capitis seruandi causa Roma tota Italia conuenit. Epist. 167 d, Senatus est conuocatus, frequensq; conuenit. I. A. 154 b, Adhuc conuocatus, frequensq; conuenit. I. A. 154 b, Adhibebant præterea remp. conuenturam Calen. Sextilibus. Senatum frequentem fore. I. V. 116 d, Aduersarij postulant ut in eam rem iudices dẽtur ex ijs ciuitatibus, quæ in id forum cõuenirẽt. Offic. 29 d, Cum Pericles & Sophocles collegæ in prætura de communi officio cõuenirent, quid sit. Sent. Item: Creditores & spõsores conuenire quid sit. Creditor. Topic. 222 d, Vxores quæ in manum uiri cõuenerũt, matres familiãs sunt: id est, quæ societatem bonorum coierũt. l. Coemptio.

Conuenit, bat. decet, cõducit. Antequàm. 193 d, Nõ cõuenit cum ego ad promerẽdum officium tam fuerim expeditus, uos ad referẽdum gratiam esse tardiores. Offic. 46 d, b, Cõuenit autem tum in dãdo munificum esse, tum in exigẽdo nõ acerbum. Antequàm. 192 b, Fides cõbitur, in loco debitum retribuere.

Conuenti-

Conuenticulum, li. pro D. 228 d, Conuẽticula & quasi concilia quædam plebi Romanæ mores esse uoluerunt. pro Sest. 222 b, Tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt.

Conuentum, ti. generale uerbum est (inquit Vlpianus) ad omnia pertinens, de quib. negocij contrahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agũt. Est ergo conuentũ genus, pacta & stipulationes, species. de Or. 118 d, At uerò in foro pacta, conuẽta, stipulationes, etc. & Parad. 241 b, Pactũ, conuentum, stipulatio, &c. Of. 61 d, Facere promissa, stare cõuentis, reddere deposita. & 5 b, Dictorũ conuentorumq; constantia. & 7 d, Potest enim accidere promissum aliquod & conuentum, ut id effici sit inutile ei qui promiserit.

Conuentus, tus. conuentum, pactum. Att. 92 d, Pontinus enim ex pacto & conuentu (ea enim lege exierat) iam à me discesserat. ad Her. 2 b, Sunt item pacta, quæ sine legibus obseruantur ex conuentu.

Conuentus, πανήγυρις, turba, concio, multitudo hominum unum in locum cõgregata. I. V. 104 d, & 225 d, b, Domus erat nõ meretricio cõuentu, sed prætoria turba referta, & 69 b, Syracusani festos dies agunt celeberrimo uirorũ mulierumq; cõuentu. et de Or. 94 b, In magno cõuento. I. V. 95 b, In tãto uirorũ cõuentu. I. C. 107 d, Quæsiui ab eo, an in nocturno cõuẽtu fuisset, nec ne, &c. pro Deiot. 144 b, Dico extra cõuentum, et eã fre quentiam quæ oratorũ studia nti solẽt. At. 19 d, Cõuentus qui initiò celebrabantur, iam diu fieri desierũt. Epi. 46 d, Frustra in senatũ, siue potius in conuentum senatorum es uenturus. de Finib. 64 d, & 80 d, Primus Gorgias ausus est in conuentu poscere quæstionẽ: id est, iubere dicere, &c. In Ver. 241 d, Oppida in quibus prætores consistere, & cõuentum agere solent. pro Sest. 4 b, Et tum conuentus ille Capuæ me unum patronum adoptauit. Att. 8 b, Erat in eo ipso loco, ipso die nundinarum πανήγυρις.

Conuersio, onis. circumuectio, mutatio. de Vn. 198 d, Mundus maxima una conuersione atq; eadẽ ipse circũ se torqueatur & uertitur. de Som. 129 d, Summus ille cœli stelliferi cursus, cuius conuersio & concitatio. et ibidem. Totius mundi incitatissima conuersio. & de N. 66 d, & 28 b, Conuersio cœli. de Diuin. 127 d, Cum temporum anni tempestatumq; cœli conuersiones cõmutatio nesq; tantæ fiant accessu & recessu stellarũ. de Le. 160 b, Perpetuis cursib. conuersionibusq; cœlestibus extitisse materiam, &c. pro Fl. 164 d, Videtis in quo motu temporum, quanta in conuersione rerũ ac perturbatione uersemur. & 152 b, Tempestatũ moderatio atq; conuersio. pro Do. 222 b, Mihi nihil oberat præter cõuersionem status, et inclinationem communium temporũ. de Diuin. 209 b, Naturales esse conuersiones quasdam rerum publicarum.

Conuersio, pro periodo, ambitu & continuatione. de Or. 160 b, Oratio cõuersiones habeat absolutas.

Conuersio, exornatio est, per quam non ut antè primũ repetimus uerbum, sed ad postremum continenter reuertimur. ad Her. 28 d, b, & de Orat. 162 d, Tum in extremum eiusdem uerbi crebra conuersio.

Conuersans, uersans. de Vniuers. 199 b, Animus se ipse conuersans, &c. ibidem, Animus à medio profectus, sese, seq; ipse uersans.

Conuersus, a, um. de Som. 130 b, Huius anni nondum uigesimam partem scito esse conuersam.

Conuerto, tis. commuto, traduco, refero aspectum aliquò, reciproco, uicissim retrò cõmeo, pono, recido, cõuersum habeo. de Nat. 56 b, Omnia hæc tum intereũt, tum in naturam aliam conuertuntur. Acad. 16 b, Quò facilius animos imperitorum ad deorum cultum à uitæ prauitate conuerterent. de Arusp. 249 d, Ludi penè ad cædem & ad funus ciuitatis conuersi sunt. & ibi. Ludi ab lætitia ad metum traducti sunt. et ibidem, Qui ludos ad luctum conferre uoluit. de Fat. 143 d, Nec in falsum è uero præterita possunt conuerti. & 144 d, Nõ potest uerum futurum conuerti in falsum. I. A. 202 d, M. Lepidus graue bellum ad pacẽ cõuertit. Top. 228 d, An posśit eloquentia conuerti in infantiã. pro Flac. 160 d, Quod crimen esse uoluisti, id totum uides in laudem esse conuersum. Ep. 260 d, In quartanam cõuersa est uis morbi. ad Her. 13 b, Quæ hoc modo concludentur, ex cõtrario conuertentur hoc modo, &c. de N. 75 b, Homines rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamq; conuertunt. de Am. 110 b, Caudum est ne in graues inimicitias cõuertãt se amicitiæ. pro Rab. 127 d, Nolite igitur fortunam conuertere in culpã. Off. 68 d, Si quis ex homine se conuertat in belluam. At. 131 b, Vide quàm conuersa res est. de Nat. 14 b, In eundem habitum se coloremq; conuertunt. pro Do. 22 b, In eum ipsum se cõuertit, quo adiutore, quæ fecerat omnia, se fecisse dicebat. contra Rul. 79 b, Conuersa ratio antea, &c. pro Dom. 238 b, Pœna illa in alium instituta, in te ipsum est conuersa. I. V. 230 b, Conuersam iam habent demonstrationem suam. pro Dom. 234 b, Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mẽtis est conuersa. Item: Quas ab itinere Syriæ ad suam potentiam dominatumq; conuerterat. pro Cl. 49 b, Conuerte nunc facilè uitæ conditiones ad cæteros ordines, non perferrent. I. C. 118 d, Video in me omnium uestrũ ora atq; oculos esse cõuersos. Ep. 174 b, Qui quidem eas copias, quas diu simulatione reip. comparãbat, subitò ad patriæ periculũ conuerterunt. de Or. 127 d, Tum omnẽ orationem traduxi & conuerti in increpandã Cepionis fugam. Off. 40 b, Cumq; aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit & rapit. Qu. F. 326 d, Vt mones, ualde me totum ad ocium pacemq; conuerto. de Or. 85 b, Quocunq; te animo et cogitatione conuerteris. et 209 b, Vt sæpe animos in hilaritatem risumq; conuertat. & 131 b, Omnis est risus in iudicem cõuersus. Ep. 42 b, Totumq; ad eius uiri uoluntatem nutumq; conuerterem. pro Syl. 170 d, Ille conuertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem. Offic. 67 b, Digitorum percussione hæreditates omnium ad se posse conuertere. Att. 210 b, Conuertere nauem ad puppim. I. V. 225 d, Spelunca cõuersa ad aquilonẽ. pro Cl. 54 b, Et aspectum, quò uellent, facilè conuerterent. Or. 198 b, Alij instructi ad permouendos & conuertendos animos. Ep. 44 d, Gratulabor tibi prius, ita enim rerum ordo postulat, deinde ad me conuertar.

Conuertere, pro interpretari, & ex lingua in linguam transferre. Tus. 196 b, Conuertere Græca in Latinum. de Opt. 244 d, Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Demosthenis & Aeschinis, nec conuerti ut interpres, sed ut orator. Sententijs ijsdem, et earum formis tã quam figuris, uerbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus nõ uerbum pro uerbo necesse habui reddere, sed genus omnium uerborum, uimq; seruari. non enim ea me annumerare lectori putaui oportere, sed tanquã appendere. & ib. b, Orationes è Græco conuersæ. de Diu. 221 b, Vt nos ociosi conuertimus. de Fi. 50 a, Quæ splendidè dicta sunt, neq; sunt conuersa de Græcis. de N. 46 b, Carmina conuersa. Off. 51 b, Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur, quem nos è Græco in Latinum conuertimus.

Conuertere, conferre, ad se rapere. pro S.R. a, Et ex eõ T. Roscius non paulum nescio quid in rem suam conuertit. & ib. Si ex eo negocio tantulum in rem suam cõ uertisset. pro S.R. 42 b, Nihil de patris fortunis in rem suam conuertit. Sal in Cic. 271 a, Qui ciuitatis incõmodum in gloriam suam ponit: id est, conuertit. Of. 9 a, In rem suam aliena conuertere. pro S.R. 37 b, Conuertere omnia ad suum commodum. Item: Si mandatum aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es.

Conuertere, deuoluere, uoluere. de Som. 128 b, In infimo orbe luna radijs solis accensa conuertitur. Att. 35 b, Orbem Reipublicæ esse conuersum. Acad. 31 a, Terra, quæ circum axem se summa celeritate conuertat ac torqueat. de Clar. 177 a, Sed hoc uitium huic uni in bonum conuertebat.

Conuestio, stis. uestio, tego, orno. Qu. Frat. 318 a, Topiarum laudaui, ita omnia cõuestiuit edera. & in Arat. Tus. 163 a, Herbis prata conuestirier. pro Do. 233 b, Ergo eius domũ euersam duobus locis conuestitã uidetis.

Conuexus, a, um. In Arat. Inde Fides leuiter posita & conuexa uidetur.

Conuictio, onis. conuictus. Ep. 264 b, Cic. filius.

Conuictor, oris. qui uulgò commensalis dicitur. Cicero filius. Ep. 265 a, Vtor familiaribus & quotidianis cõuictoribus, quos secum Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illi probatissimis. Qu. Fra. Domestici conuictores.

Conuictus, a, um. uictus, commissus. pro Flacc. 154 b, Qui testis postquã effudit, quæ uoluit omnia reprehensus, conuictus fractusq; discessit. pro Syl. 170 a, Cum ille homo audacissimus cõscientia conuictus reticuisset. pro Fon. 281 a, Magistratibus, quos gessit, conuictis uirorũ bonorũ testimonijs. pro Q. 8 b, Aut ignominia affectus, aut turpi iudicio cõuictus. de L. 163 b, Siue Aristonis cõuictam & fractam sectam secuti sunt. l. Conuinco.

Conuictus, compos uoti factus. pro Domo sua, Hanc ego deuotionem capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum deniq; conuictã esse & commissam putabo.

Conuictus, ἐλεγξικὸς, conuictio. Attic. 211 a, Offic. 56 a, Nam is tollit conuictum humanum & societatem. Epist. 70 b, Vt istis te molestijs laxes, & ad conuictum nostrum redeas.

Conuinco, cis. arguo, coarguo, redarguo, cogo, addico, euinco. I. V. 224 b, Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, urgetur confessione sua. I. V. 281 a, Quod siue fateris, siue conuinceris, quam maximis in rebus tenearis non uides? Parad. 124 a, Cum eũ ne libe-

rum quidem esse ratio & ueritas ipsa conuincat. pro S. Ro. 38 a, Non ex illo hoc intelligitur, sed ex hoc illud cõuincitur. I. A. 162 a, Quo me teste conuincer, si negẽ chirographo? & ibid. Teq; in isto ipso conuinco non in chirographo & ibid. Teq; in isto ipso conuinco non in humanitatis solum, sed etiam amentiæ. de Vn. 164 a, Ortho, quæ neq; redargui, neq; conuinci possit. I. C. 107 a, Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Syl. 180 b, Huius si causa non manifestissimis rebus uinceretur, tamen eum mores ipsius & uita conuincerent. de Or. 88 b, Nihil te de morib. hominum didicisse conuincam. de Nat. 68 a, Sed ut Stoicus nihil de dijs explicare conuinceret. pro Quint. 14 b, Volo inauditum facinus ipsius, qui id commisit, uoce conuinci. ad Her. 29 a, Si ipsius, qui id commisit, uoce conuinci. ad Her. 29 a, Si tores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant. pro Cl. 19 a, Causa, quæ ipsa opinione hominum tacita propè conuicta atq; damnata est. pro Fla. 164 b, M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus testimonijsq; conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. de Amic. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerosq; conuincunt. pro Syl. 175 b, In eum locũ te deducis, ut antequàm me cognitum mutati iudicij coarguas, te summæ negligentiæ iudicio tuo cõuictum esse fatearis. Ac. 10 a, Simili in errore uersantur, cum conuicti ac iudicio ueritatis coacti perspicua à perceptis uolunt distinguere. de Fin. 51 b, Verum inuenire uolumus, non tanquam aduersarium alicuius conuincere. de Nat. 19 b, Vtinam tam facile uera inuenire possem, quàm falsa conuincere. Tusc. 130 a, Quid negocij est, hæc poetarũ et pictorum portenta conuincere? id est, falsa ostendere. Br. 91 b, Hoc cogere uolebat, falsas literas esse: id est, conuincere. I. V. 186 a, Testibus cõuinci. et 244 a, Testimonijs cõuinci. & 81 a, Manifestis criminibus conuinci. pro Qu. 8 b, Turpi iudicio conuictus. pro Do. 242 b, Hanc ego deuotionem excio conuictus. pro Do. 242 b, Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum deniq; cõuictam esse & commissam putabo. Posteq. 198 a, Filius de uictam esse & commissam putabo. Posteq. 198 a, Filius de uotionis me esse conuictum iudicio deorum, testimonio senatus, confessione inimicorum, maximè lator. Qu. 8 b, Turpi iudicio conuictus. de Diu. 103 a, Conuincere aliquem: id est, redarguere. Antequàm. 195 b, Sententijs iudicũ conuinci. Par. 249 a, Conuincere peccata erga mentis. de Nat. 26 a, Conuincere errores alicuius. de Inuentis. de Nat. 26 a, Conuincere errores alicuius. de Inuentis. 65 b, Conuinci in aliquo peccato.

Conuiso. sis. conspicio. In Arat. Et loca conuisit cauda tenus infera piscis.

Conuiciator, oris. maledicus. pro Mur. 126 b, Maledicus, conuiciator. In Sal. 272 a, Si de mea uita huic conuiciatori respondero.

Conuicium, cij. maledictum. probrum, contumelia, crimen, opprobrium, maledictio, uerborum cõtumelia, maledictum iurgij petulantis. pro Cæ. 43 b, Adulter, impudicus, sequester, conuicium est non accusatio. pro Cæl. 38 b, Maledictio nihil habet propositi præter conuicium: si facemeliam: quæ si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, urbanitas nominatur. Epistol. 5 a, b, Pompeius cum pro Milone diceret clamore cõuicioq; iactatus. pro M. 126 b, Non debes arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo cõuicio. pro Dom. 213 b, Respondebo hominis furiosi non orationi, sed conuicio, cuius exercitationes

tationes eum intolerabili petulantia, tũ diuturna impunitate muniuit. Ac. 31 b, Vrgebor iã omniũ uestrũ conuicio. Of. 68 b, Qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere? Att. 257 b, Et ei conuicium grande fecerunt. I. P. 92 a, Sed os tuum ferreo senatus cõuicio uerberari uoluisti. prò Cl. 33 a, L. Quintius conuicijs C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. Ep. 153 a, Cum ei magnum conuicium fieret cunctio à senatu, quinq; Tribuni pl. retulerunt. Or. 212 a, Aliquando idq; serò cõuicio aurium mihi extorta ueritas est. prò Ar. 187 b, Vbi aures conuicio defessæ conquiescant. At. 33 a, Cõsectari aliquem conuicijs. Dicere maledicta in aliquem. l. Maledictum. pro. Mu. 126 b, Obijcere maledicta alicui. Qu. F. 313 a, Efflagitare aliquid conuicio. prò Syl. 171 b, Verbi inuidia cõtumeliaq; maledicti. pro Qu. 11 b, Sustinere quotidianum alicuius conuicium.

Conuiua, uæ. socius ad epulas, conuictor. Tuscul. 148 b, Quanquam est in Originibus, solitos esse in epulas canere conuiuas ad tibiam de clarorum hominum uirtutibus. de Cl. 171 a, Carmina in epulis cantari solita à singulis conuiuis. At. 252 b, Hunc tu lege conuiuis tuis, sed si me amas, hilaris & bene acceptis. 186 b, Nõ assequor, ut scribam, quod tui conuiuæ non modò libenter, sed etiam æquo animo legere possint. pro Fl. 151 a, Testes ac euisatoris, consessores, conuiuæ, contubernales. de Orat. 130 a, Collectam à conuiua exigere.

Conuiuium, ij. accubatio epularis amicorum. I. V. 170 b, Cum in eis conuiuijs symphonia caneret, maximisq; poculis ministraretur. de Se. 86 b, Bene maiores accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationẽ uocant. & ibi. Ego propter sermonis delectationẽ temporis alijs tribuunt tempestiuis conuiuijs. I. P. 93 b, Conuiuium publicum non dignitatis causa imibit. pro Mur. 127 a, Conuiuium moderatũ & honestum. & ibi. Intem pestiuum conuiuium. I. P. 8 a, Quod quidem istius quasi aliquod Lapitharum aut centaurorum conuiuium ferebatur. de Pet. 211 b, Conuiuia, quæ facetè abs te & amicis tuis concelebrantur, & passim et tributim. pro Qu. 17 b, Ornare conuiuium magnificè ac splẽdidè. I. V. 214 a, Instituere & parare conuiuium. & 210 a, Ornare & apparare conuiuiũ. pro Cæ. 44 b, Conuiuia Baijs acta, confessiones. Of. 63 b, Opiparè paratũ erat conuiuiũ. pro Qu. 10 b, Versari in conuiuijs. Tus. 160 a, Græci in conuiuijs solẽt nominare cui poculũ tradituri sunt. 207 a, Conditor instructorq; conuiuij. Præbere sponsalia generi: id est, conuiuium sponsaliorum. l. Sponsalia.

Conuitor, aris. conuiuium ago, epulas do. In Verr. 170 b, Quotidie non modò in publico, sed etiam de publico conuitari.

Conuocatio, onis. conuentus, congregatio. Posteq. 312 b, Nulla ad rempubl. defendendam populi Romani conuocatio.

Conuoco, as. aduoco. I. V. 212 a, b, Artifices omnes conuocari iubet. Tus. 161 a, Qui dispatos homines congregauit, & ad societatem uitæ conuocauit. Tuscul. 128 b, Tu dispatos homines in societatem uitæ conuocasti. Epi. 351 a, Senatus est continuò conuocatus, frequensq; conuenit. de Cl. 181 b, Qui conuocatis auditoribus, legebat eis magnum illud uolumen, &c. I. A. 194 b, Nos autem in senatum conuocabamur. Off. 63 b, Tum Cannius piscatores ad se conuocauit. & Qu. Fr. 312 b, pro Cec. 285 a, Conuocare homines & eos armare. de Leg. 166 b, Is philosophos in locum unum conuocauit. In Vat. 32 b, Conuocare concilium contra legem Heliam.

Conuolo, as. concurro. pro D. 224 b, Qui cuncta ex Italia ad me reuocandum conuolauerunt. At. 168 a, Vexillo opus est, conuolabunt.

Conuoluo, uis. contorqueo. de Na. 48 a, Quem propter nitens pennis conuoluitur ales. de D. 90 a, Cũ se conuoluens sol ela beretur, ut abiret.

Conus, ni. turbinis inuersi figura, uel metæ, uel pyramidis. de N. 35 a, Conum tibi ais & cylindrum, & pyramidem pulchriorem quàm sphæram uideri. de Nat. 6 b, Forma coni. l. Cylindrus.

Conisco, as. est frontem fronte percutere, arietare, ut arietes faciunt, quod Luc. libro 2 ostẽdit, Et satiati agni ludunt, blandeq; conisçant. Cic. teste Quintil. lib. 8, cap. 3, Caput opponis, cùm eo conisçans: alijs conificans, sed corruptè.

Conuulsus, a, um. reuulsus. de Clar. 178 a, Respub. penitus conuulsa. I. V. 222 a, Conuulsis repagulis effractisq; ualuis.

Coopertus, a, um. obrutus, tectus. I. A. 242 a, b, Quos nondum tãtis parricidijs contaminatos uix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles censemus fore? In Verrem, 78 a, Iste à tot, tantis, tam nefarijs sceleribus coopertus. & 108 b, Lapidibus coopertus esset in foro.

Cooptatio, onis. constitutio. de Amic. 114 a, Ea lege cõoptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur. de L. 189 b, Cooptatio censoria.

Coopto, as. lego, eligo, recipio. de Clar. 165 a, Et cooptãtum me ab eo in collegium augurum recordabar. I. V. 133 a, In senatoribus cooptandis nõ modò suffragia nulla fuerunt, sed ne genere quidem spectata sunt, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret. I. V. 133 a, Cum haberent inter se controuersias de senatu cooptando. At. 276 a, Ciceronem nostrum in uestrum collegium cooptari uolo. pro Cæl. 38 a, Quem absentẽ in amplissimum collegium cooptarunt. de D. 113 a, In eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptasset. I. A. 248 b, In primis paternum auguratus locum, in quo ego eum, ut quod à patre accepi, filio reddam, me à nominatione cooptabo.

Coorior, ris. I. V. 85 b, Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ.

Copia, piæ. abundantia, ubertas, facultas, uis. flumen. I. A. 233 b, Cum hanc & huius generis tantam copiam habeat Antonius, quod scelus omittet? pro Pom. 9 a, Vtinam uirorum fortium tantam copiam haberetis, ut, etc. Item: Similiter nunc petes à Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorũ, quam, etc. dilatet nobis atq; explicet. de Or. 154 a, Rerum copia, uerborum copiã gignit. Ep. 67 a, Materies digna facultate et copia tua. Top. 226 b, Mirabilis copia dicendi. pro Quin. 24, Quin. Hortensius, cui summam copiam facultatemq; dicendi natura largita est. pro Cor. 55 b, Orationis ubertas, uarietas, copia. de Cl. 168 b, Vbertas & copia Periclis. I. V. 68 a, Fa-

cultas & copia dicendi. Or.20 b,4, Temperata oratione ornandi copiam persequi. de Or.85 b, Minimam copiam poetarum egregiorum extitisse. de In.62 a, Nobis omnium expositis copijs, quodcunq; placeret, eligendi potestas fuit. & ibidem b, Ex maiore copia nobis quàm illi fuit exemplorum eligendi potestas. de Cl.167 b, Hæc enim ætas effundit hanc copiam. de Or.155 a, Facere ciuibus omnibus sui consilij copiam. I.V.108 a, Cuius de curiæ mihi copiam quàm largissimè faciam oportebat. Postquam.202 a, Frugum ubertas et copia. pro Do. 227 a, In tanta ubertate improborum. de In.62 a, Crotoniatæ cum florerent omnibus copijs, &c. pro Qu. Ros. 52 a, Vir copijs rei familiaris locuples & pecuniosus. Off. 32 a, Omnium rerũ affluentibus copijs ditari. pro Pom. 7 a, Publicani suas rationes & copias in prouinciam contulerunt. pro Cluent. 21 a, Omnis testium copia, quæ futura est, à matre initiò est adornata: à matre nunc omnibus eius opibus & copijs comparatur. Ep.56 a, ibiq; pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curauit. de In. 52 b, Quid cuiq; conueniet ex hac copia digeremus. Epist. 241 b, Quæ cum essent à me cura magis, & diligentia quàm facultate & copia constituta, iter mihi faciundum per Lycaoniam putaui. de Fi. 91 b, Et quidẽ Cato totam hanc copiam Lucullo notam esse oportebit. At. 26 a, Itaq; libris me delecto, quorũ habeo Antij festiuam copiam. At. 124 b, Moderatori reip. beata ciuitas uita proposita est, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit. Off. 11 a, Singulorum copiæ paruæ sunt: eorũ aũt qui his egeant, infinita est multitudo. pro Do. 216 b, Frugum copia.)(. Frugum inopia. de Or. 89 a, Vbertas in dicẽdo et copia.)(. Exilitas. de In. 76 b, Copia agri.)(. Penuria agri. de S. 78 b, Nec in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem, nec in summa copia insipienti non grauis. de Am. 106 a, Circumfluere omnibus copijs, atq; in omniũ rerũ abundantia uiuere. de Am. 112 b, Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiã. Ep. 136 b, Tu aũt quòd mihi bonam copiam eiures, nihil est. Par. 125 a, Est enim diuitiarum fructus in copia, copiã aũt declarat satietas rerum atq; abundãtia. de In. 83 a, Amplitudo est potẽtiæ aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.

Copia, & Copiæ, ārum. manus, exercitus. Attic. 129 b, Pomp. Placitum est mihi, ut Brundusium ducerem hanc copiam quam habeo mecum. Attico 130 b, Pomp. Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris ut frumentatum eas. Attic. 129 b, Alter in Sicliam cum ea copia, quam Capuæ, & circum Capuam comparastis, et cũ ijs militibus, quos Faustus legit, proficiscereturr. & 130 a, Contractis nostris copijs spero nos reipublicæ prodesse posse. Ep. 33 a, Pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quàm minimum imminueris. Ep. 183 b, Magnasq; Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat.

Copiolæ, ārum. Brut. Epist. 174 a, Recurre ad copiolas meas: sic enim eas uere appellare possum. sunt enim extenuatissimæ.

Copiosè, uberrimè, largè, largiter, prolixè, abundanter. de Orat. 89 a, Oratoris est compositè, ornatè, copiosè eloqui. & 122 b, Copiosè & abundanter loqui de aliqua re. Off. 1 b, Copiosissimè & grauissimè dicere. I.V. 94 b, Nam Maleolus in prouinciam sic copiosè profisus erat, ut domi prorsus nihil reliqueret. de Nat. 12 a, Nec sententijs solum copiosè, sed uerbis etiã ornatè. de N. 50 a, Pastũ animantib. largè & copiosè natura cõparauit. pro Fl. 155 a, Subtiliter et copiosè de aliqua re differere.

Copiosus, a, um. abundans, uber, diues. Attic. 219 b, Legi epistolam, multa de meo Catone quem sæpissime legere soleo. Dicæarchus se dicit copiosiorem factum. Offic. 36 a, Dicæarchus peripateticus magnus & copiosus. pro Cecinna, 297 a, Homo copiosus ad dicendum. de Orator. 128 b, Multa & uaria & copiosa oratio. & 104 b, Multæ, copiosæ, uariæq; rationes. pro R.P. 128 b, Lautum & copiosum patrimonium. pro Arch. 186 a, Vrbs quondam celebris & copiosa. I.V. 63 b, Mulier copiosa planè & locuples. ibid. Pecunia tam plena & præclara. I.C. 108 a, Is omnibus rebus ornatus & copiosus est.

Copo, onis. caupo. pro Cl. 52 b. l. Caupo.

Copulatio, onis. coniunctio. de N. 49 b, Copulationem, coagmentatioq; naturæ. de Fi. 63 a, Congressus copulationesq; consuetudinum. de Fin. 52 b, Declinare dicunt atomum perpaulùm, ita effici complexiones, & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.

Copulatus, a, um: Off. 12 a, Nihil est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum. de D. 28 a, Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis quod sequebatur somnium? Tusc. l. n. 214 a, Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, re uerò copulata sunt. de Fat. 126 a, Quædam sunt in rebus simplicia, quædam copulata. & ibid. Copulata enim res est, & constabilis, concubiturum cum uxore Lælium, & ex ea Octauium procreaturum. Orat. 207 a, Verba simplicia & copulata. Tusc. 163 a, Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex.

Copulo, as, iungo, coniũgo. I.A. 16 a, Equester ordo cum senatu copulatus fuit. de Fin. 59 a, Virtutem copulatam esse docuit cum uoluptate, ut ab eo nullo modo nec dissuelli, nec distrahi posit. & 74 a, Quæ et disiuncta coniungat, & cum præsentibus futura copulet. Epist. 21 b, Ad uoluntates nostras copulandas non mediocre momentum attulit collegij coniunctio. de Or. 104 a, An hæc mutuer se iungi copulariq; possint? I.V. 234 a, Nam cum claruerit, & c. copulati in iis peruenimus. Part. 231 b, Constructio uerborum tum coniunctionibus copulatur, tum dissolutionibus relaxatur. Or. 211 a, Libenter etiam copulando uerba iungebant, ut sodes, pro si audes. Ac. 55 a, Copulare hominem cum bellua.

Coquo, quis. mitigo. Tusc. 247 a, Tum is qui illa coquerat minimè mirum, condimenta enim defuerunt. de Se. 77 a, Cura Quæ nunc te coquit, & uersat sub pectore fixa. de Nat. 56 b, Materia autem ad mitigandum cibum utimur. At. 222 a, Nec id solùm, sed bene cocto & condito fermone bono.

Coquus, qui. uel Cocus, ci. l. Cocus.

Cor, cordis. animus. Tusculan. 204 a, de Diuin. 104 a, Kalumen. de D. 126 a, Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.

palatum quidem. de Fin. 69 b, Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Tuscul. 252 a, Alijs cor ipsum animus uidetur, ex quo excordes, uecordes, & concordes dicuntur. pro Cæl. 45 a, Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. de Or. 158 b, Romanus corde suo trepidat. pro Qu. 17 b, Mihi uita horrida atq; arida cordi est. de Am. 98 b, Isq; mihi eo magis cordi est, quod, & c. Attic. 69 b, Dionysius nobis cordi est. In Verr. 99 a, Ego cui filia maximè cordi est. Or. 201 b, Flumen alijs uerborum cordi est. Qu. F. 244 b, Quod mihi antiquissimum est. At. 206 a, Quo etiam magis laboro idem quàm tu.

Coràm, ad, apud, ante, in conspectu, ante oculos, ante pedes, in oculis. Attic. 259 b, Sed hæc & alia maiora coram. et 104 b, Sed hæc propediem coràm. Ep. 77 a, Sed hæc & multa alia coràm breui tempore licebit. Att. 88 b, Sed hæc posterius, & coràm fortasse commodius. At. 112 a, Vt loquerer tecum absens, quo mihi cum coràm id non liceret, nihil est iucundius. & 186 a, Cum coràm sumus, & garrimus quicquid in buccam uenit. pro Fla. 153 a, Testes coràm producti aliquid dicent, in quo, & c. de Pro. 73 a, Intueor coràm hæc ornamenta Reip. Oct. 929 b, Non prætermittam, quin quoniam id coràm fas sit, coràm tecũ locutus sim. I.P. 81 b, Mihi uerò ipsi coràm, genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? Amic. 96 a, Vt tanquam à præsentibus coràm haberi sermo ui deretur. contra Rul. 87 b, Si ea coràm potius me præsente dixissent. Ac. 41 b, Quod coràm etiã ex ipso audiebamus. ad He. 25 b, Chares omnia coràm magistrum facientem uidebat. Ep. 69 b, Sin aũt differs me in aliud tempus, coràm tecum loquar. Epi. 191 a, Præterea mihi promiserunt coràm, et absenti mihi scripserunt. se, etc. contra Rul. 81 b, Veniat coràm, & mecum disputet. pro Cl. 25 a, Index ex altera parte coràm tenetur. & ibi. Homines ante pedes Qu. Manilij constituunt. I.A. 216 a, Ante consules, oculosq; legatorum tormentis Mutinam uerberauit. contra Rul. 84 a, In oculis S.P.Q.R.

Corbis, bis. canistrum, uas uimine contextum. pro Sest. 21 a, Gracchus messoria se corbe contexit.

Corbita, tæ. nauis oneraria. At. 255 a.

Corculum, li. amatorìè dicitur paruum cor. de Cla. 171 b, P. Scipio Nasica, qui est corculum appellatus. & 183 b, & Tusc. 152 a.

Corcyra, ræ. Phæacum insula. Ep. 257 a.

Corcyræus, a, um. At. 92 a, Ep. 259.

Cordatus, a, um. prudens, sapiens. de Orat. 101 b, Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus. & Tusculan. 152 a, Ennij.

Cordax, cis. Trochæus. Orat. 216 a. l. Trochæus.

Cordolium, lij. cordis dolor. Attic. 238 a, Rides ab cordolio.

Corduba, bæ. urbs. I.V. 212, pro Arch. 190 b.

Corfinium, nij. opp. At. 121.

Corfinienſis. At. 149.

Coria Minerua. de N. 71 b.

Corigia, giæ. lorum, seu cingulus, à corio factum nomen. de D. 126 a, Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.

Corinthius, a, um. ut uasa Corinthia. pro S.R. 40 a, I.V. 223 a, Galeæ æneæ cælatæ opere Corinthio. Tusc. 181 b, Si quid de Corinthijs tuis amiseris. Par. 123 a, Quos Corinthia opera delectant.

Corinthus, thi. contra Rul. 83 b, Corinthus erat posita in angustijs atq; in faucibus Græciæ. pro Pomp. 5 b, Corinthus totius Græciæ lumen.

Corium, rij. de N. 50 a, Animantiũ aliæ corijs tectæ sunt, aliæ uillis uestitæ, & c. I.V. 95 b, Cùm ista coria, cilicia, saccos imperaret. ad Her. 4 b, Is obuolutus et obligatus corio deijciatur in profluentem.

Corneolus, a, um. à corneus diminut. de N. 55 a, Aures duros & quasi corneolos habent introitus.

Corneus, a, um. de Natu. 21 b, Corneuin procerumq; rõstrum.

Cornicius ad suam ueterem fabulam redijt. At. 55 a.

Corniger, a, um. ut Corniger taurus. In Aratẽ.

Cornix, cis. auis garrula. de N. 62 b, Quis cornicis cantum notauit? quis sortes? de D. 83 a, Fuscaq; nonnunquàm cursans per littora cornix. de Diu. 82 b, et 98 a, Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iussit. l. Coruus. pro Mur. 129 b, Cornicum oculos configere. pro Fl. 56 a, Hic cornici oculum, ut dicitur.

Cornu. de Natur. 50 a, Animantes alias squama uidemus obductas, alias esse cornibus armatas, alias, etc. pro Syl. 170 a, Ille arma misti, cornua, tubas, falces, & c. de D. 113 b, Experiamur itaq; si possimus cornua commouere disputationis tuæ. I.A. 257 a, Pansa & Hircius, qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum cum, & c. Att. 105 b, Ab utroq; portus cornu moles iacimus. Cæs. 173 a, Cohortes dextri Cæsaris cornus.

Corollarium, larij. appendix, accessio, additio, quasi lucrum. I.V. 17, Vt esset unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorũ adderetur. I.V. 198 b, Qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollarijs decuriam emerunt. I.V. 211 b, Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario de conuiuio discederet, emblemata auellenda curauit.

Corona, næ. insigne regni, insigne regium, diadema, sertum, circulus hominum audientium. I.V. 241, Ipse autem coronam habebat, unam in capite, alteram in collo. Tusc. 249 a, Aderant unguenta coronæ, & c. & ibid. Iam ipsæ defluebant coronæ. At. 234 b, Rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia. Ep. 69 a, Cum cæteris coronas imposuerunt uictoribus. I.P. 80 b, Is mihi ciuicam coronam deberi à Rep. dixit. pro Planc. 274 b, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, ut se ab aliquo seruatos esse fateantur, & coronam dent ciuicam. At. 231 a, Brutus noster iam uel coronam auream per forum ferre posset. I.P. 92 b, Coronam lauream alicui à senatu decretam esse. ad He. 39 a, Corona aurea magis fulgentibus gemmis illuminata. de L. 182 a, Ne sumptuosa aspersione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

Corona. circulus hominum audientium. pro Fla. 160 a, A iudicibus oratio auertitur, uox in coronam turbamq; effunditur. de Clar. 181 b, Tamen si à corona relictus sim, non queam dicere. de Fi. 80 a, Aut si coronam times, dic in senatu. Tusc. 150 a, Tibi ipsi pro te erit maxima corona causa dicenda. I.A. 181 b, Cur armatorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

corona septus est senatus. pro Milon.101 b, Non enim corona consessus uester cinctus est, ut solebat.

Coronarius, a, um. quod ad coronas attinet. l. P. 99 d, Mitto aurum coronarium, quod lex & decerni & accipi uetat, nisi decreto triumpho. cõtra Rul. 63 a, Quod ad quemq; peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. & 77 b, 78 a, Aurum coronarium dabatur pro consulibus uel imperatoribus ex prouincia decedentibus ad decorandum triumphum.

Coronatus, a, um. corona donatus, qui coronam habet in capite. I. A. 176 b, Sedebat in rostris collegatus, amictus toga purpurea in sella aurea, coronatus, & c. Att. 229 b, Coronatus Quintus noster patribus. de Leg. 183 d, Epulæ, quas imbant propinqui coronati.

Corporatus, a, um. de Vn. 195 b, Mũdus cernitur et tangitur, & est undiq; corporatus.

Corporeus, a, um. corporatus, concretus. de Vn. 199 b, Deus omne quod erat concretum & corporeum, substrauit animo. de Vn. 195 b, Corporeum & aspectabile omne necesse est esse, quod natum est.

Corpus, ris. Corpus & qualitatem nominabant Academici, id quod ex materia & forma constat, Academ. q. ed. 2. lib. 1. Corpus intelligi sine loco non potest, 2 de Orat. 141 b. Corpus quasi uas est aut aliquod animi receptaculum, Tusc. quæst. lib. 1. Sic corpus clade horribili absumptum extabuit, Tuscul. q. lib. 2. Corpus bene constitutum, Tusc. q. lib. 2. de Fin. li. 2. Corpus effœtum, Cat. Corpus exanclatum, Tusc. q. li. 2. Id est, exhaustum ærumnis, cruciatibusq; debilitatum. Corpus exercendum, & ita afficiendum est, ut obedire consilio rationiq; possit in exequendis negocijs, & in labore tolerando, Off. 1. Mortale corpus, de Senect. Corpus motum à statu, Tusc. q. lib. 3. Id est, à constitutione & temperie. Corpus omnibus oppressum & confectum doloribus, Tusc. q. lib. 5. A principio enim coniurationis usq; ad reditum nostrum, uidetur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo, & c. ad Lucceium, li. 5. 67 b. Sed nihil uitio sius, quàm quum unum corpus debeat esse defensionis, nasci de integrò causam, quũ sit ab altero perorata. Br. 183 b, Nec quicquam sit, nisi corpus unum & simplex, Tusc. quæst. li. 1. Corporis bona alia in toto, alia in partibus secundum Academicos, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Corporis bona ueram laudem non habent, 2 de Orat. Corporis omnis coagmentatio uel calore, uel frigore, uel aliqua impulsione uehementi labefactatur & frangitur, et ad morbos, senectutemq; compellitur, de Vniuers. Compagibus corporis includi, de Senect. Corporis expers, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore non sentimus, Tusc. q. lib. 3. Morbus & corporis imbecillitas, 11 ad At. Corporis res quæ laudandæ, 3 ad Her. Vt in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic & in nobis, Tusc. q. li. 4. Vt corporis temperatio, cùm ea congruunt inter se, é quib. constamus: sanitas sic animi dicitur, cùm eius iudicia opiniones q; concordant, Tusc. q. li. 4. Corporis uires, pernicioſissimæ cupiditatis satellites, 1 de Inuent. Corpori omne tempus datur, 9 Fam. Corpori seruire, 16 Fam. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori, mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & c. ad omnẽ corporis actionem? 2 de N. Ego hic

cogito commorari, quoad me reficiam: tantem & uires et corpus amisi, Gallo, lib. 7. Reipublicæ corpus totum excurare, nedũ partem aliquã tueri, reliquas deserere uluo præcepit, 1 Offic. 17 b. Quocirca corpus gendere tam diu (censait Epicurus) dum præsentem sensum et nolam: animum & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere uenientem, nec præteritam præterfluere sinere, Tusc. q. lib. 5. Corpore nihil nisi præsens, et quod adest, sentire possumus. de Fin. Zeuxis multis in corpore pingendo plurimum alijs præstitit. de Inuen. 2 62 d. Cum puerorũ igitur formas & corpora magno opere mirarentur, ibid. b. Neq; enim putauit omnis quæ quæreret, ad uenustatem uno corpore se reperire posse, ibidem. Atq; illi artifices corporis simulacra ignotis ut ta faciebant, de Apelle & Lysippo. Ep. Fa. li. 5. 68. Corpore tuo alleuato, 7 ad At. Corpore externo mens cõgitur, de Nat. d. 1. Corpore confecto, 14 Fam. Nisi corpore confirmato, nolles nauigare, 16 Fam. Corpore uno to contremisco, 6 Fam. A. Cecinnæ. Si non unà cum corpore sensus omnis uno atq; eodem consumptus est igne, ad Oct. Nec uerò hæc uita tua dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur, pro Marcel. 135 b. Corpore defessus, fractus animo, 2 ad Att. E corpore excedere dicũtur animi, Tusc. q. lib. 1. E corpore multa existunt quæ acuant mentem, multa quæ obtundant, Tusc. q. lib. 1. Nec enim sanguis, nec sudor nisi ex corpore est, de Diuinatione, 120 b. Idem paruã quadã declinatione, et ut ait, corpore effugere. In Cat. 100 b. Corpore nondum satis firmo quum esset, 11 Fam. In corpore dolor, aut omnino sensus post mortẽ, Tusc. q. lib. 1. In corpore nullus sensus & c. Tusc. q. 1. In corpore perspicuum est uel extimescere, mo, uel elapso, nullum residere sensum, Tusc. q. lib. 1. In corpore uiæ quasi quædã sunt ad oculos, ad aures, ad nares, à sede animi perforatæ, Tusc. q. lib. 1. Quantum corpore meo occupari potest, tantum mihi ex agro tuo assigna, 2 ad At. Cum mortali corpore cremato animus in lucem excesserit, de Diu. 99 b. Senex corpore, nunquam senex mo, de Senec. Corpore uix sustineo grauitatem huius ci, 11 ad Attic. Corpora aspera, leuia, hamata, uncinata, Aca. q. ed. 1. li. 2. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescũt, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Corpora contenta, Tusc. q. lib. 2. Id est, quæ omnia nixu intenduntur aduersus labores. Corpora exercenta, Tusc. q. lib. 5. Corpora indiuidua, leuia, rotunda, Tusc. q. li. 1. de Nat. deor. 1. Æ rouei sunt corpora indiuidua propter soliditatẽ, li. 1 de Fi. Corpora exercitationibus degustatione ingraueſcũt, animi autẽ se exercendo leuantur, Cat. Nostra corpora recalescunt motu et exagitatione, de Nat. deor. 2. Neq; nos corpora sumus, Tusc. q. li. Corpora terrena concretaq;, Tusc. q. li. 1. Corpora terrena et humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur, Tusc. q. lib. 1. Sed uos eius habueris libros (duo enim sunt corpora) un utrũq; nescio, ad Qu. F. li. 2. 314 b. Corporum genera sunt quatuor, quorũ uicissitudine, mundi cõtinuata natura est, 2 de Nat. d. Eam porrò naturã esse quatuor omnia gignentiũ corporũ. Tusc. q. lib. 1. Id est, elementorum. Corpora lenocinia, 2 de N. d. Corporũ tegumenta uel testa nuta, 2 de N. d. Corpora nostra non nouimus: qui sint finis partiũ, quã uim pars quæq; habeat, ignoramus, 2 de N. d. 1.

ed. 1. lib. 2. Corpora nostra opponimus, 7. At. Corporib. omnis obsidetur locus, de N. d. 1. Nihil est enim quod uacet corpore. His aũt formis atq; corporib. sicut omnib. rebus, quæ sub aspectum ueniunt, sede opus est, 2 de Or. siue etiam antè Leucippi, esse corpuscula quædã leuia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curuata quædam, & quasi aduncа: ex his effectum esse cœlum atque terras nulla cogente natura, sed concursu quo dam fortuito. & 44 b.

Correctio, onis. temperatio, emendatio. Offi. 53 b, Quemnos correctione quadam adhibita potissimùm secuti sumus. de Fin. lib. 4. Hæc uidelicet est correctio philosophiæ ueteris, & emendatio.

Correctio, exornatio quædam uerborum. ad Her. 32 d, Correctio est, quæ tollit id quod dictum est, et pro eo id si iste suos hospites rogasset, imò imuisset modò, hoc facilè perfici posset, & c. de Orat. 162 b, Tum correctio, uel antè, uel postquam dixeris.

Corrector, oris. censor, emẽdator. l. A. 168 b, Iam de ipso emendatore et correctore nostro dicam. pro Cor. 58 b, Corrector atq; emendator ciuitatis. Or. 215 b, Sed tamẽ hic corrector, & c.

Correctus, a, um. emẽdatus. At. 220 d, Laudationem Porciæ tibi misi correctam, ut, & c. Acad. 41 b, Certè enim recentissima quæq; sunt correcta & emẽdata maximè.

Correpo, pis. irrepo. At. 166 d, Occultè in aliquam orationem corrependum. & de N. 15.

Corrigo, gis. emendo, compenso, correctionem adhibeo, aliquem ab errore auerto. At. 27 a, Castritianum mendum nos corrigemus. de Fin. 52 a, Vt ea, quæ corrigere uult, mihi quidem deprauare uideatur. Qu. Fr. 315 b, Sic ego cursu corrigam tarditatẽ tum equis, tum uelis. Att. 238 d, Petiuit à me, ut eam orationem, ne ambitiosè corrigerem. pro Syl. 276 a, Itaq; hac rogatione uicium legis corrigebat. Orat. 209 b, Cum corrigimus nosmetipsos, quasi reprehendentes. & 214 d, Socrates non modò superiores, sed etiam se ipse correxit. pro Mur. 138 b, Vt non corrigẽdus potius quàm leuiter flectendus esse uideare. I. C. 101 b, Tu ut unquã te corrigas? pro Qu. 25 a, Corrigeres hæc tu scilicet postea. Epistol. 132 b, Vel quod exercitus Lepidi partem eam, quæ corrupta est, et ab rep. alienata, & corrigere, & coercere præsentia mei exercitus possem. In Sal. 274 a, At lapsus ætatis, tyrocinio postea se correxit. de Sen. 84 a, Vitia senectutis diligentia corrigenda sunt. At. 148 a, Corrigere mores aliorum. At. 255 a, Eas epistolas ego oportet perspiciam, corrigã, tum deniq; edentur. Off. 29 b, Ita facillimè corriguntur illi in discendo, quorum uitia imitantur emendandi causa magistri. l. A. 220 a, Et in eodem excutiẽdo meam sententiam corrigebat. de Cl. 194 a, Vel quod à Græcis neq; corrigi possim, neq; doceri. Ep. 25 a, & 77 a, Id si correxeris, mihi ualde erit gratum. At. 90 b, Hoc continuò correximus.

Corripio, pis. comprehẽdo, rapio. I. V. 159 b, Hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro quodam. Anteq. 295 b, Ego repentè ui tribunitia correptus, ne consisten di quidem in ciuitate habeo potestatem. I. V. Nam ut pertus in pecunijs corripiendis fuit.

Corripere, reprehendere. Epist. 111 b, Qui d alios putac clamoribus scilicèt maximis iudices corripuerunt, & ostenderunt planè esse, quod fieri non posset.

Corrobatus, ta, tum. firmatus, confirmatus, cui robur accesit. pro Cælio, 464 a, Aetas corroborata. pro Mil. 197 b, Hominis sceleratissimi corroborata iam uetustate audacia.

Corroboro, as, roboro, confirmo. sancio. I. C. 103 d, Quẽ sphem Catilinæ cum mollibus sententijs, & coniurationẽ nascentem non credendo corroborarunt. de Orat. 151 b, Ingenia obtundi nolui, corroborari imprudentiam. pro Sest. 5 a, Cum iam uirilis tua uox se corroboraueriit. diter, puerilis. pro Cæl. 39 b, Cum is iam se corroborduisset, & uir inter uiros esset. pro Fl. 159 d, Quorũ utrtus non solum natura corroborata, sed etiam disciplina putatur. de Am. 110 d, Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatisq; & ingenijs et ætatibus iudicandæ sunt. de Fi. 138 b, Honesta ad quorum cognitionem & usum iam corroborati natura ipsa præeunte deducimur. Epist. 183 a, Malum corroboratur quotidie. Aca. 9 a, Mens usq; eò philosophiam ipsam corroborat, ut uirtutem efficiat.

Corrodo, dis. rodo. de D. 120 b, Si mures corroserint aliquid, & c. & ibi. l. Rodo.

Corrogo, as. rogo, peto, precibus quæro. pro Qu. 4 b, Næuius ab atrijs Licinijs suos necessarios corrogat, ut sibi assint, & c. l. A. 187 d, Quidam corrogati conuenerunt, & c. I. V. 189 b, Qui numinulis corrogatis, de nepotum bonis decuriam emerunt. ad Her. 25 b, Cum ipse à uicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret. ad Her. 40 d, Sannioni puero negocium dederat, ut uasa, uestimenta, pueros corrogaret.

Corrumpo, pis. corrumpere, deprauare iudicium, pecunia tentare, promissis in frandem impellere, emere & constuprare iudicium. Part. 238 d, Est genus hominum ad honestatem natum, malo cultu prauisq; opinionibus corruptum. pro Mur. 130 d, Ea iurisconsultorum ingenijs pleraq; corrupta et deprauata sunt. Sal. in Cic. 270 b, Populus Romanus ita largitionibus corruptus est, ut sese ac fortunas suas uenales habeat. Att. 257 d, Animus largitionibus corruptus. Off. 48 d, Sed corrupti mores deprauatiq; sunt admiratione diuitiarum. de N. 30 b, Concluſa aqua facilè corrumpitur. I. V. 66 d, Corruptis contaminatisq; iudicijs. pro Cæc. 298 b, Iudicem precio corrũpi. pro S. R. 39 b, Tabulæ publicæ corruptæ sunt. I. V. 129 b, Tabulæ publicæ corruptæq; atq; interlitæ sunt. Ep. 152 b, Eam partem exercitus Lepidi, quæ corrupta est, corrigere, etc. pro Planc. 266 b, Quam quisq; tribum turpi largitione corrumperet. & 268 b, Doce quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore tribus corrupta sit. Offi. 44 d, Corrumpere aliquem pecunia. pro Cluent. 34 b, Tentare iudicium pecunia. pro Cluent. 58 b, Alicuius fidem precio labefactare conari. At. 16 b, Empto constupratoq; iudicio.

Corruo, is. ruo, cado. Attic. 225 b, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Top. 222 d, Aedes exesæ corruerunt. de Diu. 103 d, Cum urbs tanta corruit. Off. 17 d, Lacedæmoniorum opes corruerunt. pro Dom. 96 d, Multa oppida corruerunt: id est, ex terræmotu. I. C. 109 d, Qui si stare non possunt, corruant. Qu. Frat. 312 b, Et penè ille timore, ego risu corrui. et 305 d, Vno meo

Universidad de Deusto
Biblioteca

fato & tu,& omnes mei corruistis.Academ.24 b, Antiochi ista corruant uniuersa.

Corrupte, malè, prauè, nequiter. de Fin. 63 b, Deprauatè & corruptè iudicare de aliquare.

Corruptela, læ. quod ad corrumpendum ualet, largitio. Of.44 a, Philippus largitionem corruptelam dixit esse. de Leg.177 b, Mores hac dulcedine corruptelaq; deprauati sunt. I.C.100 a, Adolescentibus, quem tu corruptelarum illecebris irretisses. pro Deiot. 149 b, Si ista corruptela ferui, à tanta autoritate fuerit approbata. Par.241 b, Præuaricatio est accusatoris corruptela ab reo. Part.125 a, Reus corruptelam iudicij moliens. I. V. 135 b, Mulierum corruptelæ. de Legibus, 162 b, Tanta est corruptela malæ consuetudinis, ut, &c. Tusculan. 225 b, Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique.

Corruptio, onis. Tusc.l.215 a, Morbum appellant, totius corporis corruptionem. Ibidè: Ita fit, ut in altera corruptione opinionũ morbus efficiatur, & ægrotatio, &c.

Corruptor, oris. largitor. I.C.106 a, Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro Mil.123 b, Corruptores nostri causam dicunt, qui nos corrupti fumus non dicimus. pro Plancio, 267 a, Cuius tu tribus uenditorem & corruptorem, & sequestrem Plancum fuisse clamitas.

Corruptrix, cis. Quint. Frat. 233 b, In tam corruptrice prouincia.

Corruptus, a, um. deprauatus, uiciosus. I.C. 106 a, Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro S. R. 24 b, Adolescens corruptus & ab hominibus nequam inductus. de Cl.188 a, Viciosa & corrupta consuetudo.)(. Pura & incorrupta consuetudo.

Cors, cortis. uillæ spacium intra maceriam, area. de Orat. 133 a, Villam in Tiburte habes, cortem in palatio, sunt qui legant chors, seu cohors.

Cortex, cis. de N.50 a, Trunci obducuntur libro aut cortice, quo sint à frigoribus & à caloribus tutiores. In Arat. Denudat folijs ramos, & cortice truncos.

Coruſco, as. splendeo, emico. de Or. 157 a, Flamma inter nubes coruscat.

Coruscus, a, um. In Arato: Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco. Tusc. 179 b, Iace obsecro in me uim coruscam fulminis.

Coruus, ui. de N. 51 a, Miluo est quoddam bellum naturale cum coruo. de D. 82 b, Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iussit. et 98 a, Cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum.

Corybantes, tis. Apollinis pater. de N. 71 a.

Corycus, ci. opp. Ep. 189 b.

Coryphæus, æi. dux, princeps. de N. 13 a, Zeno, quẽ Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat: id est, principem.

Cos, tis. lapis quo cultri acuuntur. de D. 87 a, Tarquinius dixit se cogitasse cotem nouacula posse præcidi. Aca. 34 b, Academici ueteres ipsam iracundiã fortitudinis quasi cotem esse dicebant.

Cotes, aspera saxa. Tusc. 216 a, E quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

Cossanus, na. à Cossa opp. Italiæ. I. V. 268 b.

Cothurnus, ni, calceamenti genus, subere quodammodo

subleuati, quo utebantur tragœdi et uirgines, ut eminentiores uiderentur. I. A. 186 b, Qui cum palla & cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat. & de Fin. 200 a. I. Conuenio.

Cous, a, um. Or. 197 a, Qui Coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt. de D. 85 a. & I. V. 231 b, Quibus Venerem pictam, Coos? coos, accusat. plur. est.

Crabra, bræ. aquæ nomen in agro Tusculano, unde etiam aqua Tusculana, pro Cor. Bal. dicitur. contra Rul. Ego Tusculanis pro aqua Crabra uectigal pendam, quin à municipio fundũ accepi. Ep. 263 b, De Crabra quid agatur, etsi nunc quidẽ nimium est aquæ, tamen uelim scire.

Cranon, onis. oppidum Thessaliæ. de Or. 141 a, Cum cœnaret Cranone Simonides.

Crapula, læ. comessatio. I.A. 66 a, Edormi crapulam & exhala. & I.V. 153 b, Qui nondum conuiuij crapulam exhalassent. I.C. 106 b, Vino languidus, confectus cibo.

Cras. secundum hunc diem, crastinus, crastinus dies. Attic. 214 b, Cras manè putat.

Crassator, oris. uel Grassator, latro. de Fat. 127 a, Hoc modo amator bene uestitus, causa crassatori fuisse dicetur, cur ab eo spoliaretur.

Crassipes. Dolabella. At. 147 a, 148 b.

Crassitudo, nis. quam imperiti prosinditatem dicunt. Ac. 29 e, Extremitas, & quasi libramentum, in quo nulla crassitudo sit. et Cæs. 144 a, de Diu. 99 b, Propter crassitudinem aeris de cœlo apud eos multa fiebant.

Crassus, a, um. densus. plenior, pinguis, concretus. Crassa enim ea esse definiunt, quorum partes omnes penitus cohærent.)(. Tenuis. de Nat. 29 b, Terra est infima, quæ crassissimus circumfundit aer. Tusc. 157 a, Crassus & concretus aer. de Fat. 141 b, Thebis crassum cœlum, itaque pingues Thebani et ualentes: Athenis tenue, ex quo acutiores etiam Attici, & c. pro Fl. 161 a, Crassus aer. Ep. 132 a, Crassum filum. Acad. 20 b, Vt ergo illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. & 30 b, Latent omnia crassis circumfusa tenebris. de Clar. 183 b, & 170. & de Or. 132 b, L. Crassus.

Crastinus, a, um. Att. 241 b, Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur. de Or. 142 b, Sibi me fortè in crastinum differre mauis.

Crater, eris. poculum. I. Delegatus.

Cratera, ræ. crater, uas ad hauriendum aquam. de N. 48 b, & in Ar. In medioq; sinu fulgens cratera relucet. V. 230 b, Crateræ ex ære pulcherrimæ. Epist. 95 a, In equo Troiano crateræ rum triã millia.

Creator, oris. procreator, genitor, effector pro Cor. 84 a, Princeps ille creator huius urbis Romulus. de Diu. 122 a, Nobis hæc portenta deum dedit ipse creator.

Creatio, de L. 186 a, Creatio magistratuum, & plebiscitorum.

Creber, bra, brum. frequens, densus. de N. 57 a, Vena crebræ multæq; toto corpore intextæ sunt. Ora. 216 b, Sed in utroq; & frequentiores sunt, & liberiores pœnæ. nam & transferunt uerba crebrius, & c. Ep. 198 b, Ingrediuntur crebras uel potius quotidianas compellationes meas. tulit. I.A. 160 b, Scis enim per hos dies crebrimus fuisse sermonẽ, me, etc. pro Pl. 276 b, Sed hoc nescio quomodo frequẽter in me congessisti, sanè; in eo creber fuisti, etc. Or. 113 b, Thucydides creber est rerũ frequentia.

Crebritas, tis. frequentia. Attic. 208 b, Colloqui uidebamur in Tusculano dum essem, tãta erat crebritas literarum. de Cl. 197 a, Crebritas sentẽtiarum pristina. Ep. li. 3. ad Appium Pulchrum: Intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorũ meorum sarciam.

Crebrò, frequenter. At. 94 b, Velim obuias mihi literas de omnibus rebus crebrò mittas. Ep. 63 b, Tu ad me uelim literas crebrius mittas. de L. 159 a, Crebrò insistens, interdum acquiescens. Q. F. 319 a, Vrbanam expolitionem urget ille quidem, sed etiã ipse crebrò interuiso. de Di. 99 b, Hetrusci, studiosius & crebrius hostias immolabant. & 92 a, Quæ creberrimæ commemorãtur à Stoicis. de Fin. 65 a, Qui crebrò dicat, &c.

Credibilis, le. probabilis. ueri similis. de In. 52 a, Credibile est, quod sine ullo teste auditoris opinione firmatur. Acad. 21 b, Nec admodum credibile uidebatur, nullum esse pilum. & c. de Or. 116 b, Non est credibile, quid interesse mihi sit uisum inter eũ, q, & c. de In. 57 a, Quod pro credibili sumptũ erit, id infirmabitur, si erit omnino incredibile. I.V. 268 a, Hoc credibile fore non arbitrabar. Orat. 208 a, Narratio credibilis esse debet.

Credibiliter. ueri similiter, probabiliter. pro Deiot. 146 a, At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciose quidem.

Creditor, oris. is cui quacunq; de causa aliquid debetur. At. 83 b, S.C. modò factum est in creditorum causa, ut centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. pro Qu. 16 a, Qui cum omnibus creditoribus suis malè agat. & 13 a, Cæteri sponsores & creditores non conuenerunt. I. A. 207 b, Quotidie sponsores & creditores L. Trebellij conueniunt. & ibi. Fraudare creditores. Att. 1 b, Vnà agebant cæteri creditores. pro Fl. 150 a, Nec tabulæ creditoris proferuntur. Att. 82 b, Familiares habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminiorum.

Creditus, a, um. Offic. 51 a, Solutio rerum creditarum. & de Prou. 70 b, Dicere ius de pecunijs creditis. & In Pisonem, 98 a.

Credo, dis. fidem habeo, fidem adhibeo, fidem tribuo, dumtoritatem tribuo, autoritatem & fidem adiungo, mihi persuado, concipio. pro S. R. 37 a, Nemo credit nisi ei quem fidelem putat. Qu. de Pet. 211 a, & Attic. 19 a, Quamobrem ἐπιχείρημα illud teneto: neruos atq; artus esse sapientiæ, nõ temerè credere. de D. 126 b, Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine et miseria credũt. Epi. 44 a, His ad te scripsi me purgans diligenter, te leguter accusans in eo, quod de me citò credidisses. At. 143 a, Rectè nõ credis de numero militũ, ipso dimidio plus scripsit Clodia. de Clar. 173 b, Audiui equidẽ ista de maiorib. natu, sed nunquam sum adductus ut crederem. de Do. 137 b, Nemo somnijs crederet, nisi, & c. de N. 15 b, Quod & non prædicanti tibi tam facilè credam, sicut mali ædificij domino gloriãti, se architectũ nõ habuisse. pro Cæl. 48 b, Rem tanti sceleris seruis ignotis non esse credendã. pro S.R. 28 b, Non temerè creditur, neq; leui coniectura res penditur. pro Qu. R. 52 b, Ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit? eius testis ad iurandum fidem infirmabit, cuius propter fidem & religio nem iudicis testes cõparabat? pro Qu. 18 b, Credo ego uos mirari, quid sit, quod, etc. At. 215 b, Mihi crede istuc

ut cætera. Att. 138 b, Non sum (mihi crede) mentis compos. Ep. 183 a, Finem nullum facio (mihi crede) Cæsi de te cogitandi. et 6 a, Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. ad Her. 35 b, Nimiũ Quiritis animis simplicib. nimium creditis unicuiq;. de Vn. 201 b, Difficile factu est, à dijs ortis fidem non habere. de In. 56 a, Habere fidem orationi alicuius. Credere & habere fidem alicui.)(. Abrogare fidem alicui, & infirmare fidem alicuius. de Clar. 195 a, Credo quòd uideret ex consularibus neminem, &c.

Credere. committere, concredere, tribuere. de Leg. 178 a, Credere pecuniam alicui: id est, deponere apud illũ. pro Fl. 156 a, Credere pecunias alicui. & I.V. 239 b, Pecuniæ creditæ. & Ep. 7 b, pro R.P. 128 b, Postquã exegit, quod crediderat. Ep. 7 b, Qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidissent. pro Rabirio Posthumo, 123 a, Rabirius credidit populis: id est, pecunias mutuas dedit. & ibi. Is regi Alexandrino grandẽ pecuniã crediderat. Ep. 156 a, Chirographa omnia ex quib. credidi, Leucippo dabo proferẽda. de Ar. 250 b, Alterũ putabo regẽ, si habuerit unde tibi soluat, quod ei per syngraphas credidisti. I.V. 274 b, Sicula, quæ mihi defendenda credita est. I. V. 242 b, Mihi honorem illum non solùm datum, sed etiam creditum ac cõmissum. puto. et 149 a, Committere cõsilia et credere omnes res alicui. pro Pom. 17 a, Credere omnia uni: id est, deferre omnia ad unum. Qu. Frat. 292 b, Omnia alicui & credi rectissimè, & committi posse. Att. 47 a, Credere se tectis alicuius. pro Dom. 213 a, Vt omnia uestræ sapientiæ, fidei potestatiq; commissa creditaq; esse uideantur.

Credulitas, tis. credendi facilitas. Ep. 157 a, Credulitas error est magis quàm culpa, & quidem in optimi cuiusque mentem facillimè irrepit. Qu. de Pet. 211 a, Quamobrem ἐπιχείρημα illud teneto: neruos atq; artus esse sapientiæ, nõ temerè credere.

Credulus, a, um. simplex, antiquus, qui temerè credit. At. 249 a, Verba mihi dari facilè patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum. de Diu. 133 a, Postquam homines minus creduli esse cœperunt. pro Font. 278 b, Stultus auditor & credulus. de Senect. 48 a, Senex stultus, credulus, obliuiosus, dissolutus. de Am. 214 a, Hæc in fabulis stultissima persona est, improuidorũ & credulorũ senũ. de Diu. 125 b, Imbecilli animi facilè superstitiosa ista concipiũt. & 126 a, Stoici omnia cũ superstitiosa solicitudine & miseria credunt.

Cremo, as. incendo. de Leg. 281 b, Sylla primus è patritijs Cornelijs igni uoluit cremari. In Antoniũ, 264 b, Itaq; nec inhumati sunt, nec deserti, nec dispersis bustis humili sepultura cremati. de Di. 90 a, Cũ mortali corpore cremato animus in lucem excesserit.

Creo, as. procreo, gigno, facio, diligo. de Natur. 37 a, Artis maximè proprium est creare & gignere. de Orat. 129 a, Natura fingit homines et creat imitatores et narratores facetos. Tuscul. quæst. 159 b, Principium extinctum, nec ipsum renascetur, nec à se aliud creabit. de Fin. 133 a, Omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, summum bonum est in corpore. de Or. 119 b, Creare, alere, confirmare. de Diuin. 120 a, Nonnunquã etiã errorem creat similitudo. In Verrẽ, 46 b, Creare periculum alicui. de Ar. 253 a, Ne patribus cædes periculaq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

creentur. Antequàm.196 a, Nemini iniustè periculum creaui. pro S.R.30 b, In urbe luxuries creatur. Att.143 b, Id assequetur, si per Pr. Coss. creanturnos autem in libris habemus, non modò Coss. à Pr. sed ne prætores quidem creari ius esse. ad At.143 b, Maius imperium à minore creari ius non est. de L.185 b.

Crepida, dæ. sole a, calceamentum contrarium cothurno. Cothurnus sublatus, crepidæ depressæ sunt. pro R.P. 126 b, L. Scipionis non solùm chlamydem, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam uidetis.

Crepidatus, a, um. soleatus. In Pisonẽ, 99 a, Is nocte intempesta crepidatus, ueste seruili nauem conscendit.

Crepido, nis. ora terræ, quæ alluitur aqua prærupti saxi, & uiarum extremitas, uel ripa paulo eminentior. I.V. 255 b, Piraticus Myoparo ad omnes urbis crepidines accessit. Or. 219 a, Deinde omnia tanquã crepidine quadam, comprehensione longiore sustinentur.

Crepitus, tus. sonus collisione excitatus, aut percussione. I.V. 269 a, Nulla uox alia inter crepitum doloremq; plagarum audiebatur. Tus. quæst. 213 a, Terrorem pallor & tremor, dentium crepitus consequitur. Top. 223 a, Pedum crepitus, strepitus hominum. ad Her. 7 b, Nũ qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit. Ep. 141 a, Stoici etiam crepitus, aiunt, æquè liberos, ac ructus esse oportere.

Crepo, as. l. Percrepo.

Crepundia, orum. quæ pueris dantur, oblectandi causa. de Cl. 164 a, Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundijs, sed corpore omni uelle cognoscere.

Cres, Cretis. Cretensis. pro Muren. 142 a, Cretes quorum nemo gustauit unquam cubans. de D. 87 a, Epimenides Cres.

Crescо, scis. creui. augesco, adaugesco, accresco, adolesco, exolesco, mano, serpo, ingraueſco, propagor, ætate procedo, ascendere, sua uirtute in altiorem locũ peruenire, ad pristinam magnitudinẽ aliquid accedere. de D. 115 a, Ostris & cõchylijs omnibus contingit, ut cum luna crescant pariterq; decrescant. de D. 10 b, Cum lacus Albanus præter modum creuisset. In Sal. 272 b, Plerunq; resp. priuatis crescit inimicitijs. ad Her. 6 a, Iã satis huius uoluminis magnitudo creuit. pro Pom. 12 b, Cũ accepta calamitate ex eo prælio hostium opes animiq; creuissent. pro Sest. 18 b, Ex quo intellectũ est, mihi absenti creuisse amicos. pro Ar. 188 a, Ex his studijs hæc quoq; crescit oratio. pro Mur. 133 a, Expectatio muneris, quæ rumore nonnullorum creuerat. pro S.R. 32 a, Si mihi liberet accusare, accusarem alios potius, ex quibus posse crescere. de Ar. 254 b, Crescebat in eos odiũ, à quibus, &c. pro Cl. 33 b, Ex inuidia alterius crescere. I.V. 271 b, De multis mihi crescere licebit: id est, in altiorem locum peruenire. de Fin. 85 a, Vt nihil ad pristinã dignitatem possit accedere. de D. 137 a, Et aduenientes & crescẽtes morbos intelligunt. Quo plus mihi ætatis accedit. l. Aetas. pro S.R. 32 a, Is mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute in altiorem locum peruenit, nõ qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem.

Creta, tæ. insula. I. A. 197 a, Est enim nobis Creta notior, quàm Roma Cydæ. pro Plan. 264 a, Is fuit in Creta.

Creta, tæ. terra alba, & tenax. pro Flac. 154 a, Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua utuntur omnes in publicis & priuatis literis.

Cretatus, a, um. creta sparsus. At. 24 a, Etenim uidi eos caligæ, ut fasciæ cretatæ, non placebant.

Cretensis, se. Cres. de N. 70 a, Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius. I.A. 197 a, Cretensis iudex. & 196 b, Cydam Cretensem, portentum insulæ. & 197 a, Duranatio, scilicet Cretensium.

Creticus, Q. Metellus, quòd Cretam uicerit. At. 17 b.

Creticus, qui est ex longa & breui & longa. Or. 218 a, & de Or. 160 a.

Cretio, onis. hæreditatis aditio. Att. 222 a, Ex eo cognoui cretionem, Cluuio, Vestarium negligentẽ, liberam cretionem, testibus præsentibus sexaginta duobus. Attic. 178 a, Puto enim cretionem simplicem fuisse.

Cretula, læ. diminutiuum à Creta. I.V. 213 a, Signum ita cretula.

Creui, sti. à uerbo cerno. decerno. de Le. 185 a, Quodcũque senatus creuerit, aguntо. 173 b, Quibus diuis creuerint, procuranto.

Cribrum, ri. uas pistorum, ad grana, farinámque purgandam. de Diu. 120 b, Quasi uerò quicquam interesset, mures scuta an cibra corroserint.

Crimen, nis. criminatio. Attic. 140 a, & χαριστίας crimẽ subire non audeo. & 136 a, Ingrati animi crimen hereo. In Verr. 257 b, Inferre crimen proditionis alicui. pro Cor. 66 b, Tum luxuria illius, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur. In Ver. 235 b, Laudem imperatoriam crimẽ uestitus amouit. obteri. pro R.P. 127 a, Posthumo crimen uestitus afferret? pro Syl. 180 a, P. Syllæ persona non suscipit crimen tantorum facinorum, ac tam atrocium. pro Rab. 128 a, Hoc decem millium crimen. pro Cæl. 48 a, Duo sunt crimina una in muliere summorum facinorum, ueneni, &c. & 51 b, Maximi facinoris crimen. pro Sex. Rosc. et 49 b, Fingere crimẽ maximi sceleris. pro Sex. Rosc. 30 a, Tanti maleficij crimen. & 37 a, In crimen manda ti iudicium q; infamiæ reuocari. In Ver. 274 b, Facinus sceleris & audaciæ. pro Syl. 169 a, Crimen contaminatis. pro Deiot. 147 a, Veneni. pro Murena, 137 a, Annis. pro Deiot. 147 a, Veneni. pro Murena, 137 a, Habitus. de Orat. 118 a, Siue ex crimine causæ constet, ut habitus. de Orat. 118 a, Siue ex crimine causæ constet, ut cinoris: siue ex controuersia, ut hereditatis; siue ex deliberatione, ut belli: siue ex persona, ut laudis. siue ex disputatione, ut de ratione uituendi. & ibid. At nostra ferè causæ, quæ quidem sunt criminum, &c.

Crimen. facinus, peccatum, fraus, noxa, culpa, delictum, maleficium. de Orat. 127 a, Non continuò si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine & fraude capitali esse ponendum. In Verr. 254 b, Iustum accusator in magnis criminib. abijciendam putabat. & 250 b, Scio mihi crimini datum iri, pecuniam accepisse. & pro S.R. 29 a, Vita rustica, quã tu probro & crimini puta esse oportere. Ep. 97 b, Sunt enim, qui crimini loco putant esse quòd uiuam. pro Do. 232 a, Id quod mihi hi crimini dabatur, crimen non erat. ad Her. 35 b, Non apertissimæ res erant crimini datæ, non omnes hæ testibus comprobatæ. de Clar. 196 b, Cum accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset, sibi eum uenenum parauisse. pro Quint. 2 a, Falsum crimen, quasi uenenatum adhibu

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædo barbarus atq; immanis, inexorabilis, omni diritate atq; immanitate teterrimus, immemor humanitatis, immãsuetus q maxima asperitate et immanitate naturæ est.)(. Clemẽs, misericors. At. 280 b, Lepidus crudelis in liberos. de Or. 126 a, Quispiam in alicuius calamitate crudelis. At. 139 a, Bellum crudele et exitiosum suscipi à Pompeio intelligebam. ad Her. 11 b, Animus ferus, crudelis & inhumanus. Pro S.R. 24 b, Mores feros ãmmanemq; naturam alicuius ostẽdere. I.P. 83 a, Quis hoc fecit nulla in Scythia tyrannus? & ibid. Quod nulla in Barbaria quisquam tyrannus fecit. Of. 43 a, Duri enim hominis, uel potius uix hominis uidetur, periculũ capitis inferre multis. pro Deiot. 14.4. a, Crudelis Castor est, ne dicam sceleratum & impium.

Crudelitas, tis. sæuitia, immanitas, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas animi, importunitas, acerbitas morum immanitasq; naturæ.)(. Clemẽtia. Of. 61 a, Est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maximè inimica crudelitas. Qu. F. 304 a, Inimicorum crudelitas nondũ est nostra calamitate satiata. de Or. 104 a, Et At. 239 a, Ii quorum crudelitas nostro sanguine nõ potest expleri. Is suam insatiabilẽ crudelitatem exercuit, non solùm in uiuo, sed etiam in mortuo. pro Sest. 26 a, Nõ est ea medicina, sed carnificina atq; crudelitas. pro Do. 225 a, Vxorem meã uexauistis, rapuistis, omni crudelitate laceraustis. ad Her. 41 b, At iste spumãs ex ore scelus, anhelãs ex infimo pectore crudelitatem, contorquet brachium. pro Dom. 22 a, Crudelitas quam in me atq; in meos adhibuistis. Of. 13 a, Immanitas omnẽ humanitatem repellẽs. At. 152 a, Nihil abest à me longius crudelitate. pro Fl. 151 a, Homo crudelitate barbarus.

Crudeliter, durè, acerbè.)(. Dissolutè. I. C. 120 a, Qui de exitio uerbis tã acerbè tãq; crudeliter cogitarit. Of. 26 b, Illud considerandum est, ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat. At. 265 a, Crudeliter eripere aliquid cui piã. I. C. 103 b, Crudeliter animaduertere in aliquẽ. pro Syl. 181 a, Crudelissimè perire. & ibid. Crudeliter mori.

Cruditas, tis. stomachi affectio cũ malè concoxit, uel est stomachi redundãtia ex ægra concoctione. de Fat. 147 a, Cruditas morbi causa est. de Sen. 86 a, & de Fi. 69 b, Ep. lib. 15. 253 b, Decius Sulla mortuus cruditate. et li. 9, Cruditate satius est hic, quàm istic fame.

Crudus, a, um. immaturus. de Sen. 92 a, Poma ex arboribus si cruda sunt, ui auelluntur: si matura & cocta, decidunt. de Fi. 69 b, Asoti, qui in mensam uomant, crudiq; postridiè se rursus ingurgitent. pro Cl. 53 a, Dico illum cum ad illud prandium crudior uenisset, & sibi tũ non pepercisset, ægrotasse, etc. de Or. 95 a, Noluit, inquiũt, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. & ib. Nemo uidetur, quia crudus fuerit, stultus fuisse.

Cruento, as. sanguine imbuo. Postq. 205 b, Ne propter me ciuium uulneribus resp. cruentaretur. pro Sest. 20 b, Tribunus plebis templum cruentauit. de Ar. 251 b, Secures suas cruentari scelere uoluit.

Cruentus, a, um. I. A. 192 a, Antonius cruẽtus sanguine ciuium Romanorum. de Or. 124 a, Et tu cum gladio cruento comprehensus es. pro Mil. 108 a, Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo.

Cruor, oris. sanguis è uulnere sparsus, & fusus. Antequã 193 b, Liberos uestros ad cædem & cruorem non sum

passus extrahi. pro S.R. 21 b, Cruorem inimici quàm recentissimum ostendere.

Crus, ris. tota illa pars, quæ à coxendicis ceruice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit. pro S.R. 27 b, Quod si luce quoque canes latrent, cum deos salutãt aliqui uenerint, opinor ijs crura suffringuntur. I.A. 133 b, Qui præstantissimos ciues Pollentia expulit, & qui dẽ fracto crure. I.A. 252 a, Perire eum non posse, nisi ei crura fracta essẽt. de N. 21 b, Ibes sunt aues excelsæ, crura ribus rigidis, corneo procero q; rostro.

Crusta, stæ. I.V. 212 a, Vasis crustæ aut emblemata detrahebantur.

Crustuminus ager, à Crustumio op. & flu. pro Fl. 168 a, Crustumina tribus. pro Pl. 267 a, & pro Cor. 67 a.

Crux, cis. patibulum. I.V. 77 b, Verres ciues Romanos in crucem sustulit. & At. 108 b, In crucem tolli. de Fi. 114 b, Polycrates Samius ab Oronte prætore dari in crucem actus est. pro Cl. 57 a, Strato in crucem actus est ex ecta lingua. I.V. 238 a, Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis referas? Qu. Fr. 300 b, Is crucem sibi ipsi cõstituit, ex qua tu cũ ante detraxisti. I.V. 78 a, Qui ciues Ro. morte, cruce, tu, cruce affecerit. I. P. 88 b, Non ego si te cruci figi uiderem, maiore afficerer lætitia ex corporis tui laceratione. I.A. 250 b, Hostis teterrimus omnib. bonis crucem ac tormẽta minatur. I.V. 270 b, Itaq; illa crux sola posconditam Messanam illo in loco fixa est. & ib. a, In cruce agi. Att. 231, Quis enim audeat uiolare, proposita cruce uel saxo? & 230 b, De saxo in crucem.

Cubicularis, re. quod ad cubiculum pertinet. de Diuin. 136 a, Quidam somniauit, ouum pendẽre ex fascia lecti sui cubicularis. & Tusc. 230 b, Lectus cubicularis.

Cubicularius, rij. cubiculi minister. I.V. 149 b, Hãc ornatrices, hunc cubicularij diligunt. & At. 90 b, Nihil per cubicularium.

Cubiculum, li. conclaue, cella. testudo. I.V. 159 b, Is cũ iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est. & Ep. 94 b, de Or. 133 a, Quando Galba de triclinio tuo exisset cum tu, inquit, de cubiculo alieno. & pro Deiot. 147 b, Q.F. 318 a, Grande cubiculum autem, & hyberna altum, ualde probaui. & ibi. Nec atriolum habere poterat, adiuncta cubicula, & eiusmodi membra. Tusc. 239 b, Cũ fores cubiculi clausserat, & c. de D. 112 b, In cõclaui ei cubãdum fuisset, qui proxima nocte corruit.

Cubile, lis. lectus. de Na. 51 a, Bestiæ in cubilibus delitescunt. I. C. 122 a, Nemo inuentus est tam miser, qui non cubile ac lectulum suum saluum esse uelit. de Ar. 255 b, Cum quod ineas cubile, non sentis. Ep. 140 a, Pherecydis cubile inire est ausus. & ibid. Vsurpata duplex cubile. pro Clu 20 b, Non limen cubiculi, non cubile filiæ. Tusc. 183 a, Vt collocet in cubili, ut uulnus obliget. & 246 a, Mihi cubile terra. I.P. 97 a, Scelera tua uolutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus. I.V. 147 a, Vt omnes mortales huius auaritiæ, non solum uestigia, sed etiã cubilia uidere possint.

Cubito, as. sæpe cubo. pro Cæl. 45 a, Qui tecum semper cubitat.

Cubitus, ti. mensura, quantum à cubito brachij, ad extremam manum est. At. 207 b, Biennium præterijt, cũ

ille uadrãs assiduo cursu cubitum nullum processerit. de L. 183 b, Nam super terræ tumulum, noluit quid statui, nisi columellam, tribus cubitis non altiorem.

Cubo, as. recumbo, accumbo. I.V. 159 b, Is cum iste etiam cubaret, in cubiculũ introductus est. pro S.R. 29 a, Cũ pater cœnatus cubitum in idem conclaue cum duob. filijs isset. et ib. Duo filij propter patrem cubantes. de D. 112 b, In eo conclaui ei cubãdum fuisset, quod proxima nocte corruit. de In. 80 b, Alexandrum Pheræum uxor sua, cũ simul cubaret, occidit. de Som. 126 b, Deinde cubitum discessimus. de D. 133 b, Alligandi essent omnes, qui cubitum irent. Tusc. 188 a, Itaq; narrabat eum grauiter de hoc ipso cubantem disputauisse. ad Her. 22 b, Aegrotus in lecto cubans. pro Mur. 142 a, Cretes, quorũ nemo gustauit unquam cubans. de Or. 141 a, Simonides dicitur ex eo quod meminisset, quo eorũ quisq; loco cubuisset, demonstrator uniuscuiusq; sepeliendi fuisse.

Cuias, atis. unde, qua ex gente uel secta. Tusc. 249 a, Socrates cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam, & ciuem esse arbitrabatur.

Cuius, a, um. id est, cuius. I. V. 105 a, Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum. & 151 a, 162 a.

Cuiusdammodi. de Fi. 133 a, Iam uerò animus non esse solùm, sed etiã cuiusdãmodi debet esse. de D. li. 2, Nũ etiãsi fibã cuiusdãmodi fuerit in iecore, lucrũ ostẽditur.

Cuiusmodi. Tusc. 252 b, Vbi enim melius uti possumus hoc cuiusmodi est, ocio. de In. 44, Legem cuiusmodi sit conservarit.

Cuiusmodicũq; modi. pro Cl. 21, Cuiusmodicunq; mater sit.

Cuicuimodi. pro S. R. 34, Vereor enim cuicuimodi es Roscine, &c. At. li. 3, Tuq; ad me uelim omnia quàm diligentissimè, cuicuimodi sunt, scribas. de Le. li. 2, Neq; in populo lex, cuicuimodi fuerit illa.

Cuiusquemodi. de Fin. 64 b, Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat, nihilum teneas, nihil apprehendas. pro Fla. Tabulæ cuiusquemodi. I.V. Act. 6, Homines cuiusquemodi.

Culcitra, træ. puluinus, lectulus. Tusc. 200 b, Collocemus hunc in culcitra plumea, psaltriam adducamus, etc. At. 221 b, Silius culcitras non habet.

Culeus, lei. de In. 85 a, Quidam iudicatus est parentem occidisse, & statim quòd effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt, os autẽ obuolutum est folliculo & præligatum: deinde est in carcerẽ deductus, ut ibi esset tantisper dum culeus, in quem cõiectus in profluentem deferretur, compararetur, &c. Q. Fr. 300 a, Inijcere aliquẽ in culeum. pro S.R. 23 b, & 30 a.

Culina, næ. popina. Ep. 131 a, Oblitus ne es fungorum illo rum, quos apud Nicriam & ingentium culmarum cum Sophia Septimiæ & Ep. li. 15, Vbi igitur, inquies, philosophia? Tua quidem in culina, mea molesta est.

Culmen, nis. columen. In Arat. 287 a, & c. 388 b, In cœlũ uictor magnum sub culmine portat.

Culmus, mi. frumenti calamus, à radice ad spicam. de Se. 87 b, Herbescens uiriditas, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoq; erecta geniculato, uaginis iam quasi pubescens includitur.

Culpa, pæ. causa, meritum, crimen, reprehensio. de Vn. 203 a, Ego me, si quid postea fraudis aut uicij euenerit,

extrà omnẽ culpã causam q; pono. pro Lig. 137 a, Cũ à te non solùm liberationem culpæ, sed etiã errati ueniã impetrauissent. de Se. 78 b, Sed omniũ istiusmodi querelarum in moribus! est culpa, nõ in ætate. de L. 186 a, Senatori qui nõ aderit, aut causa, aut culpa esto. & 191 b, Nam Cassio legis culpam Scipio tuus sustinet, quo autore lata esse dicitur, tu si tabellariam tuleris, ipse præstabis. Ep. 78 b, Sim is igitur ea mẽte, ut nihil in uita nobis præstãdũ præter culpã putemus. Ep. 136 a, Nihil est sapientis præstare, nisi culpã. At. 250 a, Atticæ meæ uelim me ita excuses, ut omnem culpã in te trãsferas. At. 122 b, Malo Tyronis uerecundiã in culpa esse, quàm liberalitatẽ Curij. At. 101 b, Vt iam ne istius quidẽ rei culpã sustineã, quo minus diu fuerim in prouincia, quàm fortasse fuerit utile. Qu. F. 314 b, Cũ Domitius dixisset, uestra culpa hæc acciderũt equites Rõ. At. 137 b, Iudicans hæc eius opera accidisse et culpa. de Or. 181 b, Magis adeò id facilitate quàm ulla alia culpa mea cõtigit. Qu. de Pet. 209 a, Hoc sine maxima culpæ negligẽtiæ fieri non potest. pro Mar. 133 b, Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. pro Pl. 270 a, Neq; uerò, ut te liberent aliquã culpa, quã tu uereris ne à te suscepta uideatur. de Or. 93 a, De reliquo iã nostra culpa erit, si te dimiserimus. de Sen. 97 b, Sua uicia insipientes, et suã culpã in senectutẽ cõferunt. At. 129 a, Omnino omnem culpam Domitius in Pompeium confert. & 135 b, At solet, cùm se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam. pro Font. 277 b, Transferre culpam in alios. At. 211 a, Ego libraríos tuos culpa libero, neq; te accuso. At. 285, Brut. Huius rei culpa in te residet. de Fi. 55 b, Simili sunt in culpa qui officia deserũt. Ep. 160 b, Nos in culpa sumus. Epi. 12 b, Multorum est & uaria culpa. & 13 a, Vt iam sit in ijs culpa, qui me defenderunt. de N. 75 b, Vt si medicus sciat eum, qui, & c. magna sit in culpa. Att. 101 b, Sustinere culpam alicuius rei. Ep. 252 b, Horum malorũ culpam fortuna sustinet. Ep. 266 b, Non potes effugere hius culpæ pœnam, te patrono. Or. 200 a, Iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. I.V. 165 a, Sustinere causam mortis alicuius. At. 207 b, Magius omnem causam sustinet. I.V. 263 a, Ego culpam in te fuisse demonstro. I.A. 170 b, Causa eius belli in persona tua cõstitit. Quint. Frat. 290 a, Ea ferre homines molestissimè debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. I.V. 263 a, Aut omnes extra culpam esse, aut uni attribuendam esse culpam. Or. 215 b, Sed & illi priores erant, & Ephorus in culpa est. & 209 b, Vt in eo, in quo reprehendatur, culpam in aduersariũ cõferat. de In. 65 a, Eximere aliquẽ à culpa, pro Mu. 141 a, Ille piè fecit, et hic à culpa remotus est. pro Cl. 44 a, Nõ omnes in culpa sunt ac suspicione ponendi. Ep. 157 a, Dum si quid acciderit mihi à reprehensione temeritatis absim. pro Pl. 260 a, Cũ te ædilem fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris accusas. & ibi. Non competitor à quo es uictus, sed populus à quo es præteritus, in culpa est. I. V. 244 a, In hoc genere omnes insunt culpæ, auaritiæ, maiestatis, libidinis, & c. de In. 68 b, Facti alicuius atrocitatem, aut omnino culpam augere. Off. 18 a, Cauendum est, ne maior pœna, quàm culpa sit. de N. 78 a, Nec cum Paridis libidinem uidemus, à Deo causam requirimus, cum

culpæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

culpæ penè uocē audiamus. de Or. 105 d, Nunc ille damnatus, nullam aliam ob culpam, nisi propter inscitiam dicendi. At. 138 d, Sed opinor quiescamus, ne culpam nostram coarguamus. At. 184 d, Ea est enim cōtracta culpa, ut, &c. et 176 d, Vicio meo pereo, omnia culpa cōtracta sunt. pro Rab. 90 b, Non enim C. Rabirium culpa delicti in discrimen uocduit. pro S.R. 37 d, Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod, etc. Ep. 262 d, Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est. Par. 119 b, Peccare, est tanquam transire limen, quòd cum feceris, culpa cōmissa est. pro S.R. 26 d, Iam profectò intelliges, te inopia criminum, summā laudem S.R. uicio et culpæ dare. pro R.P. 127 d, Nolite igitur fortunam conuertere in culpam. In Verr. 259 b, Non dicam ne illud quidem, si maximè in culpa fuerit Apollonius, tamen, &c.

Culpo, ās. culpæ do, culpæ alicuius tribuo, in culpa pono, reprehendo. In Sal. 273 d, Non te tui piget homo leuissime, cùm ea culpas, quæ in historijs gloriæ mihi ducis? et ib. b, Bibuli patientiam culpaui.

Culter, tri. Off. 37 b, Dionysius cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

Cultio, onis. cultura. de Se. 89 d, Qui se agri cultione oblectabant. I.V. 199 d, Cultio agri. (mici.

Cultor, oris. Of. 22 d, Alij ueritatis cultores, fraudis inimici.

Cultrix, cis. de Fin. 134 d.

Cultura, ræ. cultio, cultus. de Sen. 88 b, Hesiodus de cultura agri scripsit, de Ar. 116 b, Sicut in uitibus noua sarmenta cultura excitantur. contra Rul. 82 b, Ager desertus à plebe atq; à cultura hominū. Tusc. 177 d, Ager quamuis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest. contra Rul. 85 d, Ager nihil ferens nisi multa cultura, magnoq; labore quæsitum. de Fin. 134 d, Adhibere culturam uitibus. de Fin. 114 b, Si cultura uitium in uite insit ipsa, &c. pro Fl. 161 d, Ager natura perbonus, & diligentia culturaq; melior.

Cultus, a, um. Tuscul. 177 b, Animi non omnes culti fructum ferunt. pro Qu. R. 50 b, Ager nulla ex parte cultus, incultus.) (. Cultissimus. de Cl. 194 b, Studium philosophiæ à prima adolescentia cultum, & semper auctum nuper reuocaui. I. A. 169 b, Postea cultus sum à te, tu à me obseruatus.

Cultus, tus. Epistol. 127 b, Dabimus sermonem ijs qui nescunt nobis, quocunq; in loco simus, eundem cultū, eūdem uictum esse. Off. 18 b, Eademq; mediocritas ad cōmunem usum cultumq; uitæ referenda est. de Or. 87 b, Homines à fera agrestiq; uita ad hunc humanū cultum ciuilemq; deducere. Off. 32 d, Quæ ad uictum cultumq; pertinēt. Off. 6 d, Delectant etiam magnifici apparatus uitæq; cultus cum elegantia & copia. de Fi. 137 b, Animi cultus quasi quidā humanitatis cibus. Off. 35 b, Quibus reb. exculta hominum uita tantum distat à cultu uictuq; bestiarum. de N. 20 d, Cultus & curatio corporis erit adhibenda deo. et 58 d, Oues nullum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione possent. de Le. 156 d, Agricolæ cultu stirpes diuturnæ seminantur. de In. 82 b, Tribuere alicui officium & diligentem cultū.

Cum, præpositio. de N. 37 b, Homo quæ agit, ea molitur cum labore operoso & molesto. pro R.P. 123 d, Quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi usque ad extremum. I.V. 168 d, Sic habeo statutum cum animo &c. deliberatum. pro Clu. 32 d, Si cum animis uestris longo interuallo recordari illius uitam uolueritis. I.V. 153 b, Cōteruallo recordari illius uitam uolueritis. I.V. 153 b, Cōsiderate cum uestris animis uosmetipsi. de In. 84 d, Perspicere aliquam rem cum consilio & cura. I. V. 191 d, Cum aratoribus et cum ciuitatib. frumentum æstimasse. At. 118 b, Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. de Or. 124 d, Et tu cum gladio cruento comprehensus es. Or. 218 b, Quō de genere cum exemplis supra dictis es. Or. 218 b, Quō de genere cum exemplis hucce pomximus. Off. 74 b, in Cod. Ger. 15 cum prima luce ponimus. de Or. 122 b, Numa magnus uir habendus est, cum illa sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis ante cognouit, quàm eam Græci natum esse senserūt. de Or. V. 74 d, O præclarā existimationem nostri ordinis, cū socij iudicia de pecunijs repetundis fieri uoluit. de Or. 117 d, Vix annus intercesserat, ab hoc sermone, cū ille accusauit Norbanū. I.V. 126 b, Vna nox intercessit, cū iste illū sic diligebat, ut diceres inter eos omnia communia. pro Cl. 23 d, Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius necatur. & 20 d, Mater quos multos iam annos, & nunc, cum maximè filium interficium cupit, &c. de Cl. 169 d, b, M. Curius, cum Appius de plebe consulem non accipiebat, patres autores fieri coegit. pro Cl. 32 b, Vnus & alter dies intercesserat, cum &c. I. A. 263 d, Fides mea, quam cum secutus es, numquam te consilij tui pœnitebit. Sal. in Ci. 270 b, Sed cū in modestiam nullam animaduerto, respōdebo tibi. de Or. 105 d, Qui nunc cum ille dānatus est, tamē dicunt, &c. ad Her. 29 b, Bene facitis, cum uenitis, &c. de Fin. 91 b, Præclarè facis, cum tenes memoria, etc. Ep. 224 d, Tibi gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, ut tibi

lectis, &c. Epist. 133 d, & Att. 126 b, Gratulor tibi, cum tantum uales apud Dolabellam, quantū, &c. Ep. 263 d, Mihi gratissimum feci?i, cum eum nobis amicum quàm serum esse maluisti. de Nat. 130 d, Sæpe de L. Crasso uideor audisse, cum te togatis omnibus anteferret. Att. 37 d, Cum diceret. Ep. 74 d, Cum unum sit iudicium. Ep. 79 d, Præsertim cū possem promittere. pro Fl. 159 d, Vnum quidē erat tempus, cum L. Flacco portas tota Asia claudebat, Cappadocem autem illum recipiebat. Att. 193 d, am pridem scito esse, cum unum te pluris quàm omnes illos putem. Attic. 147 b, Aliquot enim sunt anni, cum nos duos elegi, quos præcipuè colerem. Ep. 251 d, Multi anni sunt, cum ille in ære meo est. Orat. 213 b, Iam anni quadringenti sunt, cum hoc accidit. Ep. 253 d, Iam bienium est, cum uirtuti nuncium remisisti. de In. 42 d, Fuit quoddam tempus, cum in agris pascum homines bestiarum more uagabantur. Att. 207 b, Biennium præterijt, cum ille assiduo cursu cubitum nullum processerit. pro Mur. 143 b, Omnia quæ per hoc triēnium agitata sunt, iam ab eo tempore, quo á L. Catilina & C. Pisone initum consilium senatus interficiēdi scitis esse. pro Mur. 127 b, Cum ego uerò tanto interuallo clausira ista nobilitatis refregissem, &c. non arbitrabar accusatores esse dicturos, &c. In Ver. 231 b, Cum diutius in negocio cuiq; fueram, ad Carpinatium reuertebar. de Som. 126 b, Cum in Africam uenissem, &c. nihil mihi fuit potius, &c. Ep. 40 d, Cum est allatū ad nos de temeritate eorū, qui, &c grauiter primo nuncio commotus sum. etc. & 49 b, Posteaquam mihi renunciatum est de obitu filiæ tuæ, sanè quàm pro eo ac debui grauiter molesteq; tuli. Cùm & tum, præcedit illud, hoc subsequitur. solet autē utrunq; pro & explicari: aut cùm, pro non solùm: tum, pro sed etiam. Illud etiā obseruatur, ut cùm minus quidam, tum uerò, grauius & maius significet. de In. 79 d, Hæc cùm summè inutilia, tū multo turpissima sunt. Att. 112 d, Imperatus cùm á militibus, tum á pecunia. Epi. 8 b, Lentulū nostrum cùm cæteris ciuibus, tum in primis imitatione tui fac erudias. Ep. 223 b, Cùm mihi multa grata sint, tum in primis, quod, &c. de Nat. 13 d, Id cùm sæpe, tum cum te audirem paulo antè contigit. Epist. 223 b, Ego cùm antea studiosè commendabam Marcilium, tum multo nunc studiosius, quod, &c. Att. 2 d, Sanè sum perturbatus, cùm ipsius Satrij familiaritate, tum Domitij, in quo, etc. Acad. 17 d, Ergo de omni statu, consilioq; totius uitæ, aut certare cum alijs pugnaciter, aut frustra cùm alios, tum etiam meipsum uelim: Epistol. 264 d, Nam cùm maximā cœpissem læticiam ex patris epistola, tum uerò iucundissimæ tuæ literæ cumulū mihi gaudij attulerunt. Ep. 133 b, Nā cùm te semper tantum dilexerim, quantum, &c. tum his tuis factis sic incēsus sum, ut, &c. & 70 b, Ad consolandum autē cùm illa ualeant quæ collegisti, &c. tum nihil plus, quàm quod, &c. Ep. 153 d, Nam literæ tuæ, cùm rebus ipsis essent & beneficijs in remp. gratissimæ, tum erant grauissimis uerbis sententijsq; plenæ. At. 104 d, Hoc cùm antea intelligerem, tum uerò proximè iudicaui. Attic. 41 b, Nisi mihi dolor meus, cùm omnes paries mentis, tum maximè humanus generis facultatem ademisset. Ep. 234 d, Quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore. Attic. 42 d, Itaq; cùm meus me mœror quotidianus conficit, tum uerò hæc addita cura uix mihi uitam reliquam facit. de Ora. 96 d, Sine quo, cùm in uita nihil quicquam egregium, tum certè hoc quod tu expetis, nemo unquam assequetur. Atti. 104 b, Ex uictoria cùm multa mala, tum certè tyrannis existet. & ibi. Qui acerrimè cùm cætera, tum hoc iter uituperarent. de Nat. 1 d, Cùm multæ res in philosophia nequaquā satis adhuc explicatæ sunt, tum per difficilis quæstio est de natura deorum, &c. Epist. 144 b, Cum ipsum Furnium per se utdi libentissime, tum hoc libētius, quod, &c. Off. 61 b, Plena exemplorum est nostra respub. cùm sæpe aliàs, tū maximè bello Punico secundo, quæ, &c. Epi. 249 d, Nam cùm te semper dilexi amauiq;, cum mei amantissimū cognoui in omni uarietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficijs uel defensus tribus temporibus, uel ornatus secundis, necesse est ut sim totus uester. et 132 b, Velis per te, me hoc muneris, cùm ipsis amicis hominibus, tū municipio Caleno, tum Leptæ dare. de Cl. 165 b, Cùm in cæteris ciuitatibus, tum maximè in nostra. de Cl. 163 b, Quib. cùm rerum gestarum gloria, tum etiam sapientiæ laude perfrui licuit. pro Mar. 131 b, Ille omnis anteactæ uitæ fructum hodierno die maximū cepit, cùm summo consensu Senatus, tum prætoria iudicio tuo grauissimo. ad He. 30 d, Hoc exornationis genus cùm commodum est audiri, &c. tum uerò uehemēter comprobat, etc. Ep. 224 d, Nam cùm iamdiu diligerem M. Anneū, decq; eo, etc. tum uerò posteaquàm mecum fuit, &c. neminem pluris facio. Epist. 22 b, Primùm tibi, ut debeo gratulor, & c. & cùm gratulor, tum uerò, quibus gratiā agam, non reperio. Tusc. 148 d, Res militaris, in qua cùm uirtute nostri multum ualuerunt, tum plus etiam disciplina. Epi. 55 d, Quod cum in omni re, tum in hoc maximè negocio potes existimare. Ep. 47 d, Omnino cùm miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. & 244 d, Quo audito uehemēter sum commotus, cùm de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua deniq; Asia.

Cum primùm, ut primùm, ubi primum, simulatq;. Att. 52 b, Cum primùm Romā ueni, fuitq; cui rectè ad te literas darem, nihil prius faciendum putaui, quàm, &c. Ep. 166 b, Cum primùm poterit isthuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco reip. desit. Epist. 153 b, Sed tamen cum primùm posse ingredi cœpit, non recusabat, &c.

Cumprimis, i. aprimis. In Verr. 122 b, Homo domi suæ cumprimis locuples. & 104 d, Homo cumprimis honestus.

Cumæ, arum. opp. de D. 100 d, contra Rul. 83 d.

Cumanum, ni. uilla Ciceronis. At. 60 a, b. Epist. lib. 12.

Cumanus, na, num. in Rul. Cumanus ager.

Cumulatè, plenè, maiore mensura. Postquam. 204 d, Si parum uobis cumulatè gratias egero, quæso, &c. Qu. Fr. 309 b, & At. 141 b, Cumulatissimè satisfacere alicui. Top. 229 b, Cumulatè satisfacere alicui. Attic. 245 b, Id etiam ad dignitatē meam pertinet, eum non modò perliberaliter á uobis, sed etiam ornatè cumulatèq; tractari. Off. 55 d, Aliquid cumulatè esse perfectum. de D. 108 b, Quæ ut plenè esset cumulatèq; perfecta, &c. Att. 92 b, Cumulatè publicanis satisfactum. Or. 201 b, Cumulatius augere aliquod munus, quàm, &c.

Cumulatus, a, um. expletus, perfectus, plenus. de Orat. 111 b, Quid plenius quàm omni rerum genere cumulata

Universidad de Deusto
Biblioteca

oratio⁹de Orat.94 b, Fingendus est nobis detractis omnibus uicijs orator atq; omni laude cumulatus. & 86 b, Omni laude cumulatus orator.Ep.133 b,Vt mirarer locum augendi in eo fuisse, quod mihi iampridem cumulatum esse uidebatur. de Or.110 a, Hoc uicio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio.Off.36 b, Quorũ studijs ea quæ natura desiderat,expleta cumulataq; habeamus.pro Sest.22 a,Perfecta cumulataq; uirtus.Attic. 187 a,Domus duplici decore cumulata.de Fin.77 b,Ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis & maximis uoluptatibus nullo nec præsenti nec futuro dolore, ex altera antè cruciatibus maximis nulla nec adiuncta nec sperata uoluptate.

Cumulo,as.augeo,adaugeo,expleo,compleo, perficio. Off.23 b, Africanus eloquentia cumulauit bellicam laudem.de Fin. 134 b, Summum bonum, quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. pro S.R.23 b,Sed tamen hæc alijs nefarijs cumulant atque adaugent.I.C.100 a,Alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti.Ep.220 b,A te peto,ut ea quæ initiò ostendisti,deinde quæ feci sti, ad exitum augere & cumulari per te uelis.de Or.151 b,Duæ partes mihi supersunt illustrandæ orationis ac totius eloquentiæ cumulandæ.Ep. 20 a,Remunerando cumulandoq; illustrare gratiam. et 332 b, Non possum non confiteri cumulari me maximo gaudio,quod,etc.pro Cæl.45 a, Nunc mihi animus ardet,& meum cor cumulatur ira.

Cumulus,li.accessio,summa,aceruus.pro S.R.19 b, Vt ad illam optimam prædam damnatio S.R. uelut cumulus accedat. At.67 b,Ad summam lætitiam,quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accidit.336 b, Ad tua innumerabilia in me unũ merita,quod fieri iam non posse arbitrabar, maximus hoc tuo fœlo cumulus accessit.Ep.22 a,b,Et magnũ beneficium tuum magno cumulo auxeris.cont. Rul. 78 b, Accesserint in cumulum manubiæ nostrorum imperatorum.At. 252 b, Qui quidem etsi per se est amabilis à meq; diligitur,tamen accedit magnus cumulus commendationis tuæ. de Pro.74 a,Ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus.pro Cl.33 a, Vt ad cumulum spe maiorum præmiorum ipsius sententia septima decima accederet. At.258 b,Libẽter corrigam,quæ à te animaduersa sunt, & de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.Ep.264 a, Nam cum maximam cepissem lætitiam ex humanissimi patris epistola, tum uerò iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt.Epist. 87 a, Peto à te ut ad eam uoluntatem, quam tua sponte erga Cecinnam habituras esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo.

Cunabula,orum. cunæ,rudimenta. de Diu. 97 a, Qui cum esset in cunabulis,educereturq;, &c. contra Rull. 86 a,Qui non in cunabulis, sed in campo consules sunt facti.in Sal.273 a, An ulla alia putas esse rudimenta & incunabula uirtutis?

Cunæ,arum. cunabula,culcitræ infantium. de D. 97 b, Platoni in cunis paruulo dormienti apes in labellis consederunt.de Se.94 b,Vagire in cunis.Tusc.168 b,Si puer occidit in cunis,ne quærendum quidem putant.

Cunctatio,onis.uel contatio,mora,tarditas. Att. 134 b, Audio à bonis uiris hanc cunctationẽ nostram non probari.de Am.104,Studium semper adfuit,cunctatio abfuit. in Verr.32 a, Dicam sine cunctatione quod sentio. Off. 15 a,Abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt.Epist.124 b, Deniq; illud cogita quid offensæ fecerit in ista cunctatione te prius subisse nunc, &c. quàm fuisse.pro Sest.24 a,Nonnunquam cunctatione & tarditate,dum ocium uolunt etiam sine dignitate retinere, utrunq; amittunt.

Cunctator,oris.Epistol.120 b, Nosti Marcellum, quam tardus & parum efficax sit,itemq; Seruius,quàm cunctator. Cælij.

Cunctor,aris.remoror,retardo,differo.)↓.Propero. At. 160 b,Sed assequar omnia,si propero:si cunctor,amitto.aliter, Cuntor. Qu.Frat. 309 b, Quinetiam Publius confirmauit se nomẽ Vatinij delaturum.si Macer Licinius cunctaretur.Ep.52 b,Quibus rebus cognitis, cunctandum non sum in cursu bonorum consiliorum. de Vr. 169 b,Quam ob causam non est cunctandum profecti, non esse cunctandum: sin dubium, non esse contendimus,si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri. At.109 b, An cunctèr & tergiuersèr & in ijs me demorer, qui tenent, qui potiuntur?pro Sest. 21 a, An etiam tua quiescerentis? cunctaremini? timeretis? de Diuin. 92 a, Quam uelis cunctare, tamen tibi est percundum. Tusc. 172 b, Cunctari illum diutius in uita fortunæ, obiectum inutile putabat ipsi.de Or.146 a, Cunctantem & quasi uerecundantem incitare.Epist.79 a, Excitare aliquem cunctantem & diffidentem.Attic.34 a,& de Sen.79 a, Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Cunctus,a,um.totus,omnis,uniuersus.de Nat.46 a, Summo cunctam intuẽs terram de diuina ratione disputemus. de Som.130 b, Cum ad idem, unde semel profecta fuerant, cuncta astra redierint. Antequàm.194 b, Quoniam laborem pro cunctis ferre consueui.de Orat. 100 a, Pro cunctis ciuibus lucem ingenij sui porrigere.Epist.156 a, Cuncta prouincia.de Cl.167, Cuncta Græcia.Ep.42 a, Cunctus populus.I.A.164 b, Quid ergo? in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me unũ tristem esse oportebat.contra Rull.47 b,Alexandria,cunctaq; Ægyptus.

Cuneolus,li.de Vn.203 a, Crebris quasi cuneolis insertis unum efficiebant ex omnibus corpus.

Cuneus,nei.quod inseritur in ligno, quo facilius findatur.Tusc.189 a,Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens, prorupit artus.

Cuniculus,li. foramen occultum sub terrâ. I. A.184 b, Ipse in templum nescio quà per Gallorum cuniculum ascendit.Qu.Fr. 318 b, Quatuor eius conseruos Venafri cuniculis oppresserat.contra Rull.61 a, Quæ per cuniculum petebatur,ea nunc cuniculis oppugnatur.pro Cæcin. 302 a, Non opinor eos in cuniculum quà aggressi erant,restitui oportere.

Cunus,ni.natura,intercapedo. 140 a, Quid quod uulgò dicitur,cum nos te uoluimus cõuenire, num obscurum est?

Cunque.de Cl. 189 b,Quicquid habuit, quantumcunq; fuit,habuit ex disciplina.Attic. 241 b, Hoc quàlecunq; esset te scire uolui.pro Arch.188 a, Hæc facultas, quantacunq; in me est, &c.nunquam, etc.pro Sest.58 a, Quod iudiciũ cunq; sibi erat,damnabatur.de D. 117 a,

Perinde utcunq;,&c.ita,&c.pro Clu.21 a,Cuiusmodicunq; mater sit.Attic.210 a,Quantuscunq; sum. Attic. 232 a,Quacunq; me commoueo.

Cupa,pæ.uas uinarium latè patens,in quo musta coquuntur,& defecantur,ut inde in dolia reponantur.I.P. 94 a, Panis & uinum à propola atq; de cupa.

Cupedia,sunt cibi suauiores,& lautiores, seu potius eorum appetitus. Tusc.214 b,Ægrotationi autẽ talia quædam subiecta sunt,auaritia,ambitio,mulierositas, perui ecacia,liguritio,uinolẽtia,cupedia,et si qua sunt similia.

Cupidè,studiosè.pro S.R.26 b, Agros suos studiosè colebant,non alienos cupidè appetebant.de Ora.110 a,Hoc si tu cupidius factum existimas,Cæsari attribues:si familiarius utriq; nostrũm. Off.7 b, Cum utrisq; separatim locutus est,ne cupidè quid agerent.I.A.170 b, Quid cupidè à senatu,quid temerè fiebat.

Cupidissimè.aduerb.l.Præmium.

Cupiditas,tis.ἐπιθυμία,auiditas libido,desideratio,desiderium,studium,amor,ardor amoris, cupiditatis sitis, ardor mentis ad gloriam,impetus animi.de In.424 a, Hæc cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se ex plendam uiribus corporis abutebatur.pro S.R.35 b, Cupiditas & auaritia reddit homines cæcos. I. V.146 a, Vos iam coniectura assequi potestis,quam multas cupiditates,quàm uarias,quàm infinitas habuerit. pro Quinct.9 b,Cupiditas atq; auaritia respirasset.pro Syl.151 a,P. Sylla dignitatis habuisse nimis magnam iudicatus est cupiditatem.Ep.32 b,Aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus.cont.Rul.62 b, Summa auaritia, infinitaq; omnium rerũ cupiditas.pro Pla. 265 a, Cuius quantam bonoris huius cupiditatem fuisse creditis? At. 194 b, De uoluntate tua uel studio potius & cupiditate ut simul simus,non dubito.de Cl. 193 a, Ardebat autem cupiditate, sic ut in nullo unquam flagrantius studium uiderim.& ibi.b, Admirabili quodam ad philosophandi studio concitatus.I.V.83 a, Cupiditas & studiũ defendendæ ueritatis.& 153 a,Studia cupiditatesq; bonorum.de Cla.194 b,Duo,qui me imitandi cupiditate incitarunt.pro Quin.2 a,Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. At.213 a, Intemperans sum in eius rei cupiditate,quam nosti,de Or.96 a,Vos nimis etiã uideo flagrare cupiditate.Indomitæ atq; effrenatæ animi cupiditates.l.Indomitus. At.106 b, De triumpho autem nulla me cupiditas unquam tenuit.de Or.92 a, Frangere cupiditates.de L.182 b, Minima olim istius rei fuit cupiditas. I.P.92 a, Quæ te prædo amentissime nisi prædæ cupiditas tam cæca rapiebat.& ibi.Meditare quibus uerbis in censam illius cupiditatem comprimas atq; restinguas. I. A.240 b, Acerrima illa et fortissima cupiditas imminuta ac debilitata est.pro Do.236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas.Par.116 b,Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis.I.P.92 a,Cæsar fertur(mihi crede)gloriæ,flagrat,ardet cupiditate triumphi. I. A. 204 a,Cupiditas dominandi præceps & lubrica.Ep.67 a,Ardeo cupiditate incredibili nomen ut nostrum scriptis cẽ lebretur tuis.Ep.69 a,Illa nos cupiditas incẽdit,de qua omnibus scripsi,festinationis, quòd alacres animo sumus, &c.Tusc.157 b, Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas ueri uidendi: et ortæ ipsæ locorũ illorum quo facilioremnobis cognitionem rerum cæle

stium,eo maiorem cognoscendi cupiditatẽ dabunt.Epi. 17 b, Præsertim eum sine suspicione tuæ cupiditatis non positis illius cupiditatem refutare.pro Pl.268 a, C.Alsij uoluntas erga Cn.Plancij salutem,quam ille sine ulla cupiditatis suspicione præ se fert.I.V.146 a,Iam coniectura assequi potestis,cuius prædo iste in illa prouincia fuerit,quàm multas cupiditates,quam uarias,quàm infinitas habuerit.de In.82 b,Continentia est,per quam cupiditas consilij gubernatione regitur.I.A.188 a,Vir omni carẽs cupiditate.pro Cl.50 a,Et cæteri, qui sine cupiditate uixerũt.pro Fl.150 b,Testes,qui aut sine ullo studio dicebant,aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. pro Mar.135 b,Qui & sine amore, & sine cupiditate, rursusq; sine odio et sine inuidia iudicabit.pro De.149 a,Is nemini in illa causa studio et cupiditate cẽcedebat. de Or.101 a,Docemur autoritate nutuq; legum,domitas habere libidines,coercere omnes cupiditates.

Cupido,inis.Anteros.I.V.200 b,Cupido ille marmoreus, qui est Thespijs.& 131 b, Vidi argẽteum Cupidinẽ cum lampade.de N.61 a,Ex Venere et Mercurio Cupidinem secundũ natum accepimus.et ibi. Diana,quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.& ibi.b,Cupidines multi.

Cupido,pro cupiditate.Tusc.204,Cupido cœpit miseram. Ennij.

Cupidus,a,um.studiosus,appetens,auidus,amans,obseruans.Epi.6 b, Quo quidem tempore cognoui Hortensium percupidum tui,studiosum Lucullum.I.V.111 a,Ille uehementer tui cupidus est.Epist.154 a, Homo pudens & cupidus satisfaciendi reip.de Or.89 a,Græci contentionis cupidiores quàm ueritatis.de Or.93 b, Homo nostri cupidissimus.de Orat.98 a, Si ea sepositâ, ut dicis, essent,tuq; uidere spectandi cupidus esses.Off.31 a, Aliquis cupidus in perspicienda cognoscendaq; rerum natura.de Orat.110 a,Sum cupidus te audiendi. Off.63 b, Emit homo cupidus et locuples tanti,quanti Pythius uoluit.pro Fon.280 b,Cupidus, Moderatus.

Cupio,pis.opto,desidero,aueo,exopto,expeto, appetò, concupisco,cupidus sum,studeo,sitio,studio ardeo, cupiditate ardeo,auidè sum affectus de aliqua re, eloquentiæ laude ducor,cupiditatem habeo,cupiditas me tenet, libidinẽ habeo;cupiditate alicuius rei flagro uel inflammatus sum,cupiditate in aliquam rem immineo,desiderio teneor.studio efferor te uidendi,alacer animo sum, auiditas me tenet,gestio,immineo,cupiditas alicuius rei est,omnes trahimur laudis studio,& optimus quisq; maximè gloria ducitur, studio aliquo incensus sum uel incendor.At.54 b,Cum ad Clodium uentum est,cupijt diẽ cõsumere.I.A.217 b, Ego cõseruare coloniã populi Ro. cupio,tu expugnare studes.de Cl. 196 b, Tibi fauemus, tua uirtute frui cupimus,tibi optamus eam remp. quæ, &c.Ep.3 b,Nam ij Bibuli sententiã ualere cupierunt.et 69 a,Hæc nos uitare cupimus.de Or.83 a,Neq; uerò nobis cupientibus et optantib.fructus ocij datus est.de Ar. 254 b,Qui cupientem Italiam,populũ Ro.desiderantẽ excitauit.I.A.258 b, Cùm semel ad eum, quem cupimus optamusq; uestitum redierimus.Tusc.217 a, Ardenter cupere aliquid.I.C.98 a,Cupio me esse clementẽ.Acad.17 a,Ardere studio ueri reperiendi.pro S.R.43 b, Is mihi causam tradidit,quẽ sua causa cupere ac debere intelligebat. At.259 a, Dolabellæ causa et cupio et debeo.I.V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1454, Cupere omnia causa alicuius. Epist. 227 a, Vehementer cupere causa alicuius. Ep. 230 b, Cuius causa omnia tum cupio, tum meherculè etiam debeo. Epistol. 245 b, Et tibi, cui maximè cupio, satisfaciam. & 26 a, Fauco Curioni, Cæsari honestißimè cupio, pro Pompeio emori possum.

Cupitus, 8, a, um. de Diuin. 89 a, Nec sese dedit in conspectum corde cupitus.

Cupressetum, ti. locus cupressis consitus. de Leg. 159 a, In cupressetis Gnosiorum.

Cur, quid est, quòd, qua ratione, quid est causæ, cur, quid est, quamobrem. de Orat. 160 a, Quid est causæ cur repudietur? de Orat. 96 a, Causa cur cuperes, non erat. Attic. 179 b, Iustam causam affers, quòd te uidere hoc tempore non poßim. de Orat. 131 b, Quin prodisti id est, cur non prodis?

Cura, ræ. diligentia, solicitudo, studium, angor, solicitudo animi, angor animi, cogitatio, meditatio, metus, molestia, diurnus & nocturnus metus, acerbitas. de Or. 160 a, Hæc acrem curam diligentiamq; desiderant. de In. 56 a, Quod ipse magna cum cura atq; diligẽtia scripsit. de D. 99 b, Aegyptij omnẽ curam in siderũ cognitione posuerunt. Ep. 21 b, De sacerdotio tuo quantã curam adhibuerim, cognoscες, etc. At. 151 b, Tu nunc enitere, ut nos cura tua & prouidentia iuues. Off. 4 b, Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur. Ep. 143 b, Te hortor, ut in remp. omni cogitatione curaq; incumbas. Item, Si qua de Pompeio nostro tuendo curate attingit. de Som. 131 a, Curæ de salute patriæ optimæ sunt. Att. 284 b, Studiũ tuũ curaq; de salute mea. Qu. F. 324 b, Non omnino sumus sine cura anni uenientis. At. 147 b, Quamobrem te rogo, ut in maximis tuis curis aliquid impertias tẽporis huic quoq; cogitationi. Off. 33 a, Omnes meas curas, cogitationes in remp. confero. Ep. 130 a, Quanquã tum quidem uel aliæ quæpiam rationes honestas nobis & curas & actiones darent. I. A. 235 b, Et cogeris partẽ aliquã in Asiam deriuare curæ et cogitationis tuæ. de Or. 125 b, In ea cogitatione curaq; uersor, ut odorer, &c. Epist. 142 a, Sed caue, existimes me, quòd iocosius scribam, abiecisse curam reip. de Am. 98 b, Quo cũ mihi coniunctã cura de re publica et de priuata fuit. At. 1 a, Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, huiusmodi ratio est. Epist. 16 b, Tibi erit idẽ, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ. et 143 b, Mihi maximæ curæ est, nõ de mea quidẽ uita, sed me patria solicitat. & 119 a, Eos tibi & rẽ, de qua misi, uelim curæ habeas. Postq. 202 b, Mihi maiori curæ erit, quemadmodum quidẽ uobis gratiam referam, quàm quemadmodũ inimicorũ iniurias persequar. pro Do. 234 b, Homines soluti & à cura liberati. At. 203 a, De Tyrone mihi curæ est. Item: Et de Tyrone uideo tibi curæ esse. Att. 140 a, Hãc rem, curã tibi maiorẽ afferre sentio. Ep. 114 b, Qua tu cura sis, quod ad bellũ attinet, nescio. At. 95 a, Bibulus maximã belli curam sustinet. de Or. 137 a, Omnis cura mea solet in hoc uersari, ut prosim, &c. At. 70 a, Gratißima est mihi tua cura de illo meo primo et maximo mandato. & 172 b, Mihi de augenda dignitate tua curæ erit. I. V. 216 b, Is pollicetur sibi magnæ curæ fore, ut omnia ciuitatibus restituerentur. Att. 39 a, Pompeius de Clodio iubet nos esse sine cura. I. V. 69 b, Hunc ample

xatur, hunc iubet sine cura esse. At. 262 b, Et ipsi dixit ut sine cura esset. & 245 a, Magna cura & solicitudine Atticum & me liberaris, si, &c. Tusc. 169 a, Nulla cura, nulla solicitudo reliqua est. de D. 139 a, At ex ipso somno plurimæ curæ metusq; nascũtur. de Cl. 165 b, Vos uerò & præsentem me cura leuatis, & absenti magna solatia dedistis. Ep. 188 a, Videbaris enim nõ solum curare nobis, sed etiã grauem curã suscepisse, nehemẽterq; esse de nobis solicitus. Att. 16 a, Cura & angor animi. de Cl. 165 b, Vt eorũ aspectu, omnis quæ me angebat de republ. cura consederit. de Di. 85 a, Tu tamẽ anxifera curarum quiete relaxas. de Sen. 77 a, Cura, Quæ nunc te coquit, et uersat sub pectore fixa. de Cl. 165 b, Quorũ memoriã in maximis nostris grauissimisq; curis iucũda fane fuit.

Curantia, tiæ. cura, non curantia, incuria. Qu. F. 310 b, Quòd me admones de non curantia, suadeσις ut meminerim, &c. ego uerò memini.

Curatio, onis. procuratio, administratio. Tusc. 221 b, Sed alia quædam ad eum est admouenda curatio. Tusc. 191 a, Omnibus his nulla ne est adhibenda curatio? de Nat. 58 a, Cultus et curatio corporis erit adhibẽda Deo. de Nat. 58 a, Oues nullum fructum edere ex se, sine cultu hominum et curatione possunt. Off. 17 a, Medici grauiorũ morbis periculosas curationes et ancipites adhibere eos quos. de D. 134 a, Aesculapius potest præscribere per somnium curationẽ ualetudinis. Of. 35 a. et 51 a, b, Rabiriæ tudinis curatio, nauigatio, etc. pro R. P. 227 a, Rabirius curationem & quasi dispensationem regiam suscepit. Ep. 258 a, De medico tu bene existimari scribis, sed quinè curationes eius nõ probo. pro Do. 216 a, Quid ego in isto genere omnino quicquam, aut curationes, aut testate ualuissem. & 223 b, Ne id quidem per legem licimiam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. Ar. 251 a, Aedes Telluris est curationis meæ. Att. 243 a, Seruilia pollicebatur se curaturam ut illa sumẽta curatio S. C. tolleretur. Ep. 92 b, De curatione muneris mei giorum locutus sum cum Oppio. de Nat. 1 b, An dij, omni curatione & administratione rerum uacent?

Curator, oris procurator. de Leg. 185 a, Sunto ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumq; solemnium. de Or. 244 b, Demosthenes curator muris reficiẽdis fuit. V. 137 b, Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciendis præsit. Att. 1 b, Thermus curator uiæ Flaminiæ. contra Rul. 69 b, Curatores legib. agrarijs cõstituti sunt decẽuiri. In Vat. 36 a, Legati, curatores, interpretes, &c.

Cures, ium. opp. Sabinorum. Ep. 255 a.

Curia, riæ. sedes ac templũ publici consilij, tribus, de Or. 143 a, Senatus frequens uocatu Drusi in curiam uenit. de Fin. 91 a, Cato in ipsa curia legere solebat, dum senatus cogeretur. pro Mil. 119 a, Curia templum senatus, amplitudinis, mentis, consilij publici, cæpit urbis, ara sociorum, portus omnium gentium. Attic 85 b, Scaptius inclusum in curia senatũ Salamine obsederat. b. V. 119 a, In curia Syracusis, quem locum illi Buleuterium uocant. pro F. 158 a, Cum curia uindex temeritatis, moderatrix officij, speculatur & obsidet rostra. Attic. 20 a, Nulla res me à curia diuellet. de Diu. 86 b, Curia Saliarum, quæ est in Palatio. & 113 a, Curia Pompeiana, in qua Cæsar occisus est. pro Dom. 228 b, Si id XXX curiæ iußissent, num id iussum esse ratum? Curialis,

Curialis, lis. tribulis, municeps. Off. 46 b, Cimon in suos curiales Laciadas hospitalis fuit.

Curiatus, a. um. ut Curiata lex, quæ curiatis comitijs lata erat. Curiata comitia, quæ in curijs litium causa fieri solebant: & quæ curiatim per lictorem conuocabantur, quorum erant pontifices arbitri. Qu. Fr. 323 a, Appius sine lege curiata cõfirmat se Lentulo nostro successurũ. Ep. 17 a, Appius dixit in senatu palàm sese (si licitum esset, legẽ curiatam ferre) sortiturũ esse cum collega prouincia: si curiata lex non esset, separaturũ cum collega, tibiq; successurũ, legemq; curiatã consuli ferre opus esse, necesse non esse. cont. Rul. 72, Consuli, si legem curiatam nõ habet, attingere rem militarẽ non licet. & 71 a, Iam hoc inauditum est, uti curiata lege magistratus detur, qui etc. pro Do. 220 b, Cẽturiata et curiata comitia.

Curiosè, diligenter. At. lib. 9, Cum de eo curiosè quæsisset seruus noster Dionysius, de Cl. 176 b, Conquirere aliquid curiosius.

Curiositas, tis. nimia diligentia. Attic. 29 b, Sum in curiositate ἀξύνετος.

Curiosus, a, um. nimium in quærendo diligens. de Fi. 70 b, Reperiam multos non tam curiosos, nec tam molestos quàm uos estis. & 49 b, Offi. 25 b, Peregrini & incolæ officium est, nihil præter suum negociũ agere, nihil de alio inquirere, minimèq; in aliena esse repub. curiosum. pro Dom. 219 b, Curiosum est, ea scire uelle, quæ ad nos non pertinent. de Nat. 12 b, Quis enim non timeat curiosus esse & plenũ negocijs deũ? Att. 61 a, Quare ut homini curioso, ita perscribe ad me. At. 25 a, Tu quicquid indagaris de repub. facito ut sciam, tametsi nimis sum curiosus. statui enim nihil iam de rep. cogitare. pro Dom. 221 a, Non sum in exquirendo iure augurum curiosus. Att. 89 b, Sumus enim ambo bellè curiosi. At. 75 b, Si me nihilominus nosti curiosum in repub. quàm te. pro Sest. 7 b, Sed hæc obstructio nõ ita obducta est, ut curiosis oculis perspici nõ poßit. pro Cl. 54 b, Seruulus per curiosus.

Curo, as. do operam, laboro, elaboro, studeo, diligentiam adhibeo, curam adhibeo, medeor, curationẽ adhibeo, curam in aliqua re pono, cura ac diligentia complector, diligentiã in aliquã rem adhibeo uel confero, indulgeo, deseruio, mihi curæ est. procuro, nõ est mihi tanti, nihil minus curandũ est, de fama nihil laboro. At. 122 a, Eò ad te scripsi, ut eam epistolam mihi curares referẽdam. Tu fasciculum, qui M. Curio descriptus est, uelim cures ad eum perferendũ. Att. 190 a, His uelim meo nomine rescribendas literas cures. de Diu. 90 b, Alexander ex eo auro buculam curauit faciendã. Ep. 56 a, Eunus ei satis amplũ faciendum curaui. Ep. 57 b, Ego quæ pertinere ad te intelligam, studioßimè omnia diligẽtißimèq; curabo. Ep. 124 a, Ego quæ ad te pertinere arbitrabor, studiosè diligenterq; curabo, da operã ut ualeas. Epi. 142 a, Noctes & dies nihil aliud ago, nihil curo, nisi ut mei ciues salui sint. Epist. 200 b, Cura ut ualeas. Att. 210 b, Vides quanto hoc diligẽtius curẽ, quàm aut de Rumone aut de Pollione. Ep. 214 b, Itẽ de pantheris, ut Cybiratas accersas, cuiq; mihi ut uebatur. Ep. 19 b, Vereor, ne cum ueneris, nõ habeas iam quod cures. At. 172 a, Omnib. rebus cura & prouide, ne &c. At. 82 b, Pollicitus sum curaturum me Bruti causa, ut ei Salaminij pecuniã soluerent. At. 4 b, Quibus nominibus pecuniã Romæ curari oporteret

L. Cincio HS. DCCCC. pro signis megaricis curaui. Qu. F. 209 b, Redemptori tuo dimidiũ pecuniæ curaui. At. 179 b, Minutius duodecim sola mihi curauit. At. 2 b, Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. Ep. 259 b, Curio misi, ut medico honos haberetur, et tibi daret, quod opus esset, me cui iußisset curaturum. Ep. 75 b, Erat enim curata nobis pecunia Valerij Mancipij nomine. At. 103 b, Tarteßiũ ißtum tuum mihi adeunti urbẽ iube sodes nũmos curare. Ep. 57 a, Ego quia curo, attẽdoq;, id tibi affirmo, te in istis molestijs nõ diutius futurũ. pro Cor. 66 a, b, Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. At. 71 b, Curare mãdata alicuius. Top. 226 b, Curare negocia aliena. At. 1 b, Illã manum tu mihi cura ut præstes. de Nat. 59 b, Magna dij curant, parua negligũt. Aca. 30 b, Quis enim potest, cum existimet à deo se curari, nõ semper diuinũ numen horrere. de Fin. 76 a, Qui animi conscientiam nõ curat. de Di. 130 b, Sed deos nõ curare opinor quid agat humanũ genus. Ep. 13 b, Quintus Metellus, qui et summa uolũtate cesserit, neq; sane redire curaret, &c. At. 228 a, Quæ de emendo nihil curat hoc tẽpore. ad Her. 40 b, Ego patriã liberaui, uos liberi esse non curatis. At. 216 b, Id populus curat scilicet. Att. Nihil minus curãdam est atq; hoc, &c. Ep. 256 b, Ego omnẽ spem tui diligenter curandi in Curio habeo. I. P. 82 a, Cum diceres te uiolentis quibusdam medicaminibus solere curari, At. 84 a, Appius ἐξαφαίσεως prouinciam curauit, sanguinem misit. de Or. 164 b, Sed iam surgamus, inquit, nosq; curemus. de Sen. 91 a, Adolescẽtes grauius ægrotãt, & tristius curantur. At. 190 b, Atticã saluere iube, & eam diligenter cura. In Anc. 222 a, Reijcere & curare se. pro Clu. 25 b, Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari uelle, quo curãte omnes suos perdidisset. Tusc. 191 a, Corpora curari possunt, animorũ nulla medicina est. pro S. R. 39 b, Intelligo me errare, qui cũ capiti mederi debeam, reduuiã curẽ. pro Flac. 146 a, Curare periculũ atq; insidias alicui per aliquẽ. pro Cæl. 49 a, Et quod facimus in alienũ illatum seuerè acciperet, id omisisset curare in hospite? Ac. 39 b Itaq; ea nolui scribere, quæ nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarent. I. Amarus.

Curreus, tis. I. A. 187 a, Quæ nisi quam ille non eguit consilio cuiusquam, sed tamen, ut dicitur, currẽtem excitaui. Epist. 194 a, Nam illum paratum ut uideo, et ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo indies longius discendo exercendoq; se procedat. Treb. Qu. F. 298 b, Hæc non eò dixi, ut oratio mea dormientem excitare, sed potius ut currentem incitare uideatur. Att. 96 a, Quintus filius currentem animum patris sui sorori tuæ reconciliauit. Quint. Fr. 15 b, Quare facis tu quidẽ fraternè, quòd me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidẽ, ut omnia mea studia in hunc conferam. At. 72 a, Sæpe tu me currentẽ hortatus es. et 219 a, b, Quòd me hortaris, &c. currentem tu quidem, sed, &c. Ep. 252 b, Currentem ut aiunt, incitare. in Cat. 122 b, Non ut te, qui mihi studio penè præcurris, excitarem.

Curriculum, li. spacium quo curritur. stadium, currus, cursus. de Am. 104 a, Deflexit enim iam aliquantulum de spacio curriculoq; mos maiorũ. pro Mur. 135 a, Cum te de curriculo petitionis deflexisses, animumq; ad accusandum transtulisses. de Vn. 202 a, Qui rectè & honestè

Universidad de Deusto
Biblioteca

curriculum uiuendi à natura datũ cõfecerit. pro Rab. 91 b, Qui ex cõstituto spacio defensionis in semihoræ curriculum coegisti. pro Mur. 137 b, Quasi desultorius in quadrigarum curriculũ incurrere. pro Rab. 96 b, Exiguum nobis uitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. pro Ar. 191 a, In hoc tam exiguo tamq; breui uitæ curriculo. I.A. 210 b, Omne curriculum industriæ nostræ, in foro, in curia, in amicorũ periculis propulsandis elaboratum est. pro Rab. 131 a, Nec fas esse ducebam uersari me in uestro ueteri curriculo, &c. de Se. 82 b, Athletæ in curriculo se exercent. de Sen. 84 b, Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. de Cl. 180 a, Qui tantum absit à primo, uix ut in eodẽ curriculo esse uideatur. Or. 198 a, Ciceronem oratorem ex Academiæ spacijs extitisse: illa enim sunt curricula multiplicium uariorumq; sermonum. de Clar. 196 b, Tuum enim forum, tuum erat illud curriculũ, &c. et 166 b, Vereor ecquod nam curriculum aliquãdo sit habitura tua singularis industria. de Legib. 174 a, Quod sine curriculo & certatione corporum fiat. I.V. 145 a, Si ne minimum quidẽ de meo curriculo, quod mihi semper propositum fuit, decessero. Aca. 47 a, Breuia curricula uitæ. de Leg. 177 a, Curricula equorũ. In Arat. Sol consistens in Cancro conuertit curriculum de Ar. 248 b, Tui sacerdotij sunt tensæ, curricula, etc. ad Her. 24 b, Sic isti cum in artis curriculum descenderunt, aiunt, &c. et ibidem, Sic ut in stadium Rhetoricæ artis prodire nõ audeant.

Curro, ris. cursum conficio, cursum teneo, cursum curro. contra Rul. 74 b, Cur non eosdem cursus hoc tempore quos antea cucurrerunt? Off. 60 a, Qui stadium currit, eniti debet ut uincat. At. 157 b, Curio cucurrit Puteolos.

Currus, rus. uehiculum. de Diuin. 138 a, Quidam uisus est in somnis curru quadrigarum uehi. Postquam. 210 b, Equis insignibus & curru aurato in patriam reportari. Tusc. 173 a, Cum sacerdotem ad sacrificium curru uehi fas esset. Attic. 210 b, Nec est melius quicquam, quàm ut Lucullus sustineat currum, ut bonus sæpe agitator. pro S.R. 35 a, Suis manibus in curru Automedontem collocat. pro Cæl. 44 b, Claudia, quæ patrem triumphantem de curru detrahi passa non est.

Cursim, cursu. (. Sensim. I. V. 168 b, Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursim dicis aliena. Attic. 150 b, Quid autem Plancius tam cursim? In Ant. 231 a, Alter in Asiam irrupit cursim. At. 142 a, Quæ ego serò et cursim arripui, & succisiuis operis, ut aiunt. de Orat. 132 a, Tantum licet furtim, si quando & cursim. Tusc. q. 230 b, Cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim perrectura. ad Her. 41 b, Cum Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt.

Cursо, as. frequenter curro. pro S.R. 28 a, Postea homines cursare ultrò et citrò non desiterunt. de Sen. 80 b, Cum alij malos scandant, alij per foros cursent. Att. 143 a, b, Ne cursem huc & illuc uia deterrima. de Diu. 83 a, Fuscaq; nonnunquam cursans per littora cornix.

Cursor, oris. de Diuin. 138 a, Cursor ad Olympia proficisci cogitans, ut sis est in somnis curru quadrigarum uehi. Tusc. 187 a, Cursores in stadio exclamant. ad Heren. 24 b, Ladas & Bolus cursores.

Cursus, sus. curriculum, lapsus, iter. pro Mur. 132 a, Cùm contento cursu hostium classis Italiam peteret. pro Põp. 10 b, Quis unquam tam breui tempore, tantos cursus conficere potuit? de Or. 97 a, Qui ingrediuntur ad stadium, quiq; iam sunt in cursu. Ep. 46 b, Sed etiã perfidium, quiq; iam sunt in cursu. Ep. 46 b, Sed etiã perfidis, qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. ad Her. 25 a, Solis exortus, cursus, occasus nemo miratur, quia quotidie fiunt. Att. 42 a, Ille incertus alium cursum petiuit. Att. 75 b, Ille tibi non ignotus cursus animi et industriæ meæ. I.A. 216 a, Quem enim cursum industriæ tenere potuisset, sine forensibus causis, sine iudicijs? Att. 2 a, Vides in quo cursu sumus. de Nat. 76 b, Dionysius cum secundissimo uento cursum teneret, ridens: Videtis ne, inquit, &c. At. 120 b, Infero mari nobis incerto cursu nauigandum est. Offi. 62 a, Naues in cursu frumento onustas uidi. de Nat. 64 a, Stellæ cursus certos, & constantes habent. Offic. 24 a, Implicari aliquo certo genere cursibus. de Leg. 160 b, Perpetui cursus cõuersiones; cursus celestes. de Som. 128 a, Orbis extimus, in quo infixi sunt illi, qui uoluuntur stellarum cursus sempiterni. & ibidem, Hunc ut comites consequuntur alter Veneris, alter Mercurij cursus. de Nat. 35 b, Stellæ nitidum cursus, uestigium inflectunt. de Som. 129 a, Illi autẽ otio cursus, &c. de Diu. 101 a, Si laeus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset. pro Sest. 13 b, Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. de Cla. 195 b, Hortensius tamẽ hunc cursum confecit. de Ora. 98 a, Tantus cursus uerborum fuit, & sic euolauit oratio, ut, &c. de Or. 164 a, Cursu uocis per omnes sonos. Orat. 216 b, Interdum cursus in oratione concitatior, interdum moderata ingressio. de Or. 130 b, Defessus iam labore & itinere disputationis meæ. de Nat 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, &c. I.V. 254 a, Tenere eundẽ cursum. Tenuerẽ. 24 b, Si quis ad Olympicum uenerit cursum, sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit.

Curtus, a, um. decurtatus, mutilus. Orat. 213 a, Nec aures perfectõ completoq; uerborum ambitu gaudent, et curta sentiunt, nec amant redundantia. 213 b, Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, &c. de Fin. 114 b, Eorum enim omnium multa prætermittentium, dum festinant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia atq; rotũ illa perfecta atq; plena, eorum qui, &c.

Curuatus, a, um. de Nat. 14 b, Corpuscula curuata & quasi aduncа.

Curulis, le. I.C. 118 a, Non deniq; hæc sedes honoris, sella curulis, unquam uacua mortis periculo fuit: id est, sedes consulis. de Ar. 250 a, Curulis ædilitas. Epist. 192 b, Curulis sella.

Custodia, diæ. carcer, præsidium, uigilia, excubiæ, obseruatio. de N. 58 a, Canum tam fida custodia, tamq; amans dominorũ adulatio. de Cla. 196 a, Teneamus eam domi septam liberali custodia, tueamurq; ut adultam uirginẽ castè, &c. pro Mur. 139 b, Cum in eiusdem anni custodia te atq; L. Murenã fortuna posuisset. I.P. 98 b, Exercitus præsidium populi Rom. custodia prouinciæ. pro Mur. 143 a, Deijci de urbis præsidio, et de custodia ciuitatis deturbari. pro Syl. 175 a, Cum illæ tabulæ priuatæ custodia continerentur. I.A. 236 a, Id signum cœlo detapsum

lapsum Vestæ custodijs contineturde Som. 128 a, Retinendus & animus in custodia corporis. I.A. 212 b, Idcirco in hac custodia tãquam in specula collocati sumus. I.A. 213 b, Cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo. pro Pomp. 6 b, Publicanorũ fimliæ, quas in portubus et custodijs habent. pro Rab. 95 a, Ignauiam suam tenebrarum et parietum custodijs tegere. I.C. 98 b, Illam coloniam meis præsidijs, custodijs, uigilijsq; muniui. pro Plan. 259 a, Nõ extimesco, ne Cn. Plancio custodiæ meæ salutis apud uos obsit. pro Mur. 136 a, Nos tibi & excubias & custodias pollicemur. I.A. 244 a, Hæc mea sedes est, hæc uigilia, hæc custodia, hoc præsidium statuum. de Le. 175 b, Vt aduigiletur ad custodiam ignis. pro Mil. 112 b, Milo uitã suam nunquã in periculũ sine præsidio, & sine custodia prouehebatur. I.A. 185 a, & I.V. 249 b, Dare aliquem in custodiam, id est, in carcerẽ. I.V. 265 a, Includere aliquẽ in custodias. At. 277 a, Eripere aliquem ex custodia. I.C. 113 b, Cẽsuerunt ut P. Lentulus in custodiã traderetur. Qu. Fr. 302 b, Is hominem comprehẽdit, & in custodia Ephesi trudidit. pro R.P. 126 a, Is in custodia fuit regia, & uita eius oblata pœnæ est. de Di. 91 b, Socrates cũ esset in custodia publica, &c. I.C. 101 a, Tu te ipse in custodiã demisisti, & tb. Domi meæ te asseruari iussisti. Tusc. 174 a, Emittiq; nos è custodia, & leuari uinculis arbitremur. et 63 b, Socrates cum posset educi è custodia, noluit.

Custodio, dis. asservo, adservo, tueor, sepium custodia teneo, in uigilia alicuius rei maneo, priuata custodia contineo, in columẽ seruo, obseruo, præsideo. speculor, conseruo. Ep. 82 b, Liber tuus & legitur à me diligenter, et custoditur diligentissimè. At. 243 b, Orationẽ tibi missi, eius custodiendæ & proferendæ arbitrium tuũ sit. I.A. 243 b, Hic me non solum amicorum fidelitas, sed etiam universæ ciuitatis oculi custodiunt. Quint. de Pet. 213 b, Fac ut se abs te custodiri atq; obseruari sciãt. I.C. 98 b, Multorum te oculi & aures speculabuntur atq; custodient. pro Mil. 114 b, Delecta iuuentus, quæ tuum corpus domumq; custodit. in Ant. 229 b, Vt Brutus prouinciam tueatur, defendat, custodiat, incolumemq; seruet. Or. 95 b, Posse percipere animo, et custodire memoria. At. 277 a, Aliquem custodiri ut parricidam. de Or. 109 a, Custodire literis, quæ à summis uiris dicta sint. in Ant. 169 b, Postea custoditus sum à te, tu à me obseruatus. bie pro custoditus, alij legunt, cultus.

Custos, dis. Præses, antistes, conseruator, uindex. I.V. 222 a, Clamor à uigilibus saniq; custodib. tollitur. cont. Rul. Rul. 71 a, Custos & uindex cupiditatum. I.C. 110 a, Nullus est portæ custos, nullus insidiator uiæ. I. A. 169 a, Quoties te pater eius domo sua eiecit? quoties custodes posuit ne limen intrares? Item: Qui multorum cuiusq; est profiteatur, eum sapiẽtes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere. pro Do. 242 a, Custos ac præses templi. pro Sest. 15 a, Custos & conseruator urbis. pro Fl. 155 b, Hermippus custos T. Ausidio prætore in frumento publico est positus. Postquã. 208 a, Tu me comitijs prærogatiuæ primũ custodẽ præfeceras. cont. Rul. 70 b, Qui tribus quas uoluit, uocauit nullo custode fortitus. pro Sest. 26 b, Senatus Reipub. custos, præsecs, propugnator. in Ant. 188 b, O præclarum custodẽ

suium (ut aiunt) lupum. de Finib. 110 a, Sapientia custos & procuratrix hominis. Offic. 37 a, Malus custos diuturnitatis metus.

Cutis, tis. pellis, coriũ, extremitas. Epi. 154 b, Sed nõ possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest uulneris, quod prius nocere potest, quàm sciri curarique possit.

Cybea, æ. nauis oneraria. in Ver. 293 b, & Att. 7, Nauem uerò Cybæam maximam triremis instar pulcherrimam atque ornatissimam palàm ædificatam sumptu publico, &c.

Cybele, les. magna mater, Idæa mater. de Ar. 249 a, Hãc matrem magnam accepimus, agros & nemora cũ quodam strepitu fremituq; peragrare. de Sen. 86 a, Sacra Idæa Magnæ matris. de Leg. 174 a, Mater Idæa. de Ar. 248 b, Mater dea. aliter Idæa: sic enim nobis corrigendus locus uidetur.

Κύκλος. l. Circulus.

Cybira, æ. opp. I.V. 206 a, Epist. 213.

Cybiratæ. I.V. 206 a.

Cybiraticus, ca, cum. I.V. 210 b.

Cybistra, orum. oppidum ad montem Taurum in Cappadocia. Ep. 241 b, Att. 77 b.

Cyclops, pis. I.V. 265 b, Cyclops Aetnam solam & eam partem Siciliæ tenuisse dicitur.

Cydnus, ni, Ciliciæ flumen. I.A. 165 b.

Cygneus, a, um. Cygnea uox & oratio. de Or. 143 a.

Cygnus, ni. Tusc. 163 b, Cygni non sine causa Apollini dicati sunt, sed quòd ab eo diuinationem habere uideãtur: quia prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & uoluntate moriuntur.

Cylindrus, dri. omne quod uolubile est, qualis est columna lapidea, teres, qua terra densatur & æquatur. de N. 6 b, At mihi uel cylindri, uel quadrati, uel coni, uel pyramidis forma uidetur esse formosior. & 35 a, De Fa. 149 a, Qui protrusit cylindrum, dedit ei principiũ motionis: uolubilitatem aũt non dedit. & ibi. Cylindrũ uolui, & turbinem uersari putant. & 148 b, Chrysippus reuertitur ad cylindrũ & turbinem suum, quæ mouerit incipere, nisi pulsa nõ possunt. Tus. 241 a, In summo sepulchro Archimedis, sphæra erat posita cum cylindro.

Cylenius, a, um. in Ara. Cedit clara fides Cyllenia: id est, lyra Mercurij.

Cylo, uel Cyllo, onis. cinædus impudica patiens, turpiter cæcuens. in Sal. 275 a, Quicquid impudicorum, cylonũ, &c. fuit in urbe, &c.

Cylonius, a, um. Cylonis Athenienſis: de quo Thucydides lib. 1. de Le. 175 a, Nã illud uitiosum Athenis, quòd Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerũt Contumeliæ fanum & Impudentiæ.

Cymba, æ. Off. 63 b, Cymbarum ante oculos multitudo.

Cymbalum, li. I. P. 83 b, Neque collegæ tui cymbala & crotola fugi. & ibidem, 84, Domum cantu & cymbalis personare.

Cymeus, fundus Romæ. pro Flac. 156 a.

Cynicus, a, um. de Orat. 148 b, Ab Antisthene Cynici primum, deinde Stoici. Offic. 30 a, Cynicorum uerò ratio tota eiicienda.

Cynna, næ. quater consul Romanus. Tusc. 238 b, & 239 a, Cynna collegæ sui consulis C. Octauij præcidi caput iussit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cynocephalus, li. simiarum de genere, sed maior & ferocior. Att. 89 a, Erat præterea cynocephalus in esse do, nec decrant onagri.

Cynosura, ræ. minor ursa, altera ἄρκτος: duæ enim ἄρκτοι sunt. de N. 46 b, Ex his altera apud Græcos Cynosura uocatur, altera Helice. & Acad. 17 a. l. Helice.

Cynosuræ, oppidum & promontorium in Arcadia. de Nat. 71 a, Cynosuris humatus Aesculapius.

Cyprius, a, um. pro Dom. 224 a, Rex Cyprius. & de Diuin. 91 b, Eudemus Cyprius.

Cyprus. insula. At. 81, Ep. 190 a, & 247. pro Fl. 152 a.

Cyrenæ, arum. urbs. pro Planc. 261 b, Desiderarunt te, inquit, oculi mei, cum tu esses Cyrenis.

Cyrenaicus, a, um. Of. 57 b, Ab Aristippo Cyrenaici atq; Annicerij philosophi nominati. de Orat. 148 b, Ab Aristippo, quem illæ magis uoluptariæ disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manauit.

Cyrenensis. cont. Rul. 67 a, Agros Cyrenenses.

Cyrenæi, Acad. 19 a.

Cyrrhestica, cæ. Syriæ pars proxima Ciliciæ. Att. 77 b. Κυρίας λόξας, L. Sententia.

Cyrus, ri. Quint. Frat. 294 d, Cyrus ille à Xenophon te non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij. de Clar. 174 b, At Cyri uitam et disciplinam, legunt, &c.

Cyzicus, ci. urbs Asiæ. I. V. 26 b, & alibi.

Cyziceni, orum. I. V. 231 a, & pro Pomp. 7 b, Vrbem Cyzicenorum.

D A

Litera in numeris ualet quingenta. At. 4 b, HS. DCXX.

Dactylicus, a, um. Or. 215 b, Dactylicus numerus.

Dactylus, li. Orat. 218 a, Dactylus qui est e longa & duabus breuibus. de Or. 160 a, Pedes heroi tres: dactylus, spondeus, anapæstus.

Dæmon, nis. lar. de Vn. 201 b, Dij quos Græci δαίμονας appellant, nostri (ut opinor) lares, si modò hoc rectè cõuersum uideri potest.

Dæmonios, genius, sapiens. de Diu. 105 b, Hoc nimirũ est illud quod de Socrate accepimus, quodq; ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur esse diuinum quiddã, quod Dæmonium appellat, cui semper ipse paruerit, nũquam impellenti, sæpe reuocanti.

Dalmata, tæ. Epist. 67 d, Dalmatis dij malè faciant, qui tibi molesti sunt.

Dalmatia, tiæ. regio in Illyrijs. Ep. 66 b. ter. Vatinij.

Dalmaticus, a, um. Ep. 66 a, Cæsar de meis rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert. Vatinij.

Damnatio, onis. condemnatio, calamitas. At. 102 b, Omnes damnati, omnes ignominia affecti, omnes damnatione ignominiaq; digni. I. P. 98 d, Reorũ acerbissimæ dãnationes.) (Libidinosissimæ liberationes. pro S. R. 19 b, Damnatio Sex. Roscij. pro Cl. 28 b, Quid est illa damnatio iudicatum, nisi, &c. I. V. 129 a, Hanc damnationẽ duci non oportet. ad Heren. 5 b, Ne parua quidem dubitatio potest remorari damnationem.

Damnatorius, a, um. ut damnatorium iudiciũ. in Ver. 159 a.

Damnatus, a, um. pro R. P. 123 b, Causa iudicata atque damnata. & pro Sest. 27 b, Græci à suis ciuibus damnati atq; expulsi.

Damno, as. condemno, improbo, conuinco. (Absoluto. I. A. 157 a, Lex quæ iubet ei, qui de ui, iiſq; ei qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici. ad Her. 29 b, Maiores nostri, si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum cõuincebant, putabãt. I. V. 257 b, Næuius iniuriarum damnatus est. I. V. 73 b, Qui ambo peculatus damnati sunt. & ibi. Qui de maiestate damnatus est. In V. 223 b, Vt is eo crimine damnaretur. pro S. R. 37 a, Turpi iudicio dãnari. Tusc. 158 b, Sed plurimi cõtrà nitũtur, animosq; quasi capite damnatos morte mulctant. & 169 b, Capite dãnari. 221. 289 b, Si Lepidus positis armis de ui dãnatus esset. pro Fl. 155 a, Nicomedes qui & furti, & pro socio dãnatus est. ad Her. 31 b, At eum uos iurati capite dãnastis. pro Cl. 19 a, Causa, quæ ipsa opinione hominũ tacita propè cõuicta & damnata sit. de Clar. 193 b, Iam Q. Varius sua lege damnatus excesserat. & de Or. 105 a, Ergo ille quoq; damnatus est, non solùm primis sententijs, sed etiam illis, quas, &c. pro Dom. 224 b, Eos ego potissimùm damnare debui. At. 109 b, Damnare aliquem sceleris. Par. 244 a, Damnare aliquẽ flulticiæ. I. V. 237 b, Damnari nomine cõiurationis. pro Cl. 41 b, Damnari de repetũdis. pro S. Ros. 27 b, Damnatus per arbitrum, & rem restituit, & honestatem omnem amittit. de Clar. 180 b, Damnari ambitus.

Damnum, ni. iactura, detrimentum, incommodum, malum, fraus, pœna. Of. 7 a, Nec cõtra officium est, maiori damnum anteponi minori, ut si, &c. de Cla. 175 b, Damnũ Gracchi immaturo interitu res Romanæ Latinæq; literæ fecerunt. Epi. 161 b, Magnum dominum fictilia bibebant. in Seruio. Ep. 110 b, Quòd declamationibus nostris res, damni nihil facis. At. 12 b, Nihil est damni, si tu uis. de Fi. 146 a, Si mercatura aliquid damni contraxerit. Epist. 10 b, In meis damnis ex autoritate Senatus resarciendis. cont. Rul. 64 b, Non quæro flagitium hominis habebat. At. 1 a, De ijs, qui nunc petunt, Cæsar certatus putatur. Ep. 174 a, Cum quidam de collegijs nostris egrariam curationem ligurirent, disturbaui rẽ. ad Her. 30 b, Hoc nõ enumeratione nostra fiet: id est, ex enumeratione nostra. I. V. 131 b, Nihil ex sacra, nihil de publico attigi. de Or. 89 b, Quicquid erit quacunq; ex arte, quocunq; de genere. Eximi de reis. l. Eximo. Att. 78 a, Mitte ad nos de tuis aliquem tabellarium. cont. Rul. 70 b, Comitia de minore parte populi facta. At. 101 a, Epistola in qua est de periculis reip. I. V. 169 a, Recita decretum de tributis. Qu. Fr. 317 a, O' iucundas mihi tuas de Britannia literas. con. Rul. 27 a, Vt in omnibus meis factis atq; consilijs uestrum de me factũ cõsiliumq; laudetur. de In. 80 b, Deinde, utra lex de genere omni, utra de parte quadam, utra cõmuniter in plures, utra in aliquam certam rem scripta uideatur. de Orat. 115 b, Præcepta de re militari cupiam dare. & 116 a, Cuiusmodi artificium de ipso iure ciuili Crassus componi posse dixit. de Or. 129 b, Oratio Crassi de Colonia Narbonensi, & altera de lege Seruilia. de Diuin. 108 b, Primus liber est de commendata morte, secundus de tolerando dolore, &c. At. 189 b, Liber de minuendo mœrore. de Clar. 167 b, Philosophia de natura. de In. 62 b, Tum Crotoniatæ publico de consilio uirgines unum in locũ cõduxerunt. de Cl. 174 b, Sunt orationes eius ieiunæ, multæ præclaræ de iure. pro Sest. 19 b, Quæ etiã collegæ eius moderatio de me. pro Cor. 64 d, Quis dubitaret de iure pacis & belli omnib. iuris peritissimis imperatores nostros anteferre. de Or. 88 b, Nihil de te ratione uitæ didicisse, nihil quæsisse, nihil scire conuincam. de Diui. 92 a, Somnium de Simonide, qui, &c. & 109 b, Vt Græcis de philosophia literis non egeant. Epist. 178 a, Consiliis tuis, quæ scribis de agris assignandis, ab utriusq; ualde uehementer assentior. Att. 191 a, Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. pro Mil. 120 b, Eam de interitu Clodij. & ibidẽ: Lætitia de interitu Clodij: pro Q. 5 b, De re pecuniaria iudicium esse. & ibidem, a, De capite suo priore loco causam dicere. de Or. 207 b, Explicare mentẽ suam de quaq; re. de Or. 200 b, De rebus bellicis canere bellicum. de Cla. 168 b, Sit sanè, ut iubet, de isto. Attic. 208 a, Illa quæ habes de Academicis frustra descripta sunt. & 262 a, Atticus pecuniam numerauit de suo. de Or. 162 a, His de rebus sol me ille admonuit, ut breuior essem. Attic. 139 b, itaq; neq; de otio nostro spero iam, neq;, &c. de Or. 201 a, Non enim declamatorẽ de ludo, aut rabulam de foro quærimus. pro Cl. 52 b, A. Binnius quidam caupo de uia Latina. de Or. 111 a, Hominem audietis de schola, &c. de Cla. 176 a, Is accusator de plebe fuit. de Diu. 128 a, Astrologi de circo. I. A. 173 a, Exultabat gaudio persona de mimo modò egens, repentè diues. Att. 240 a, Ecce aũt de transuerso L. Cæsar, &c. Att. 101 a, Nam de illo altero minus sum admiratus. Att. 148 a, De Dionysio sum admiratus. Att. 201 a, De Othone diffido. At. 140 b, De repub. quotidie magis timeo. At. 42 b, Me metus de fratre in scribendo impedit. de Diuin. 99 b, Apud Hetruscos propter crassitudinem aeris de cœlo multa fiunt. I. V. 220 a, Hæc agebantur de sella ac de loco superiore. & 209 b, De manibus prædam amittere. pro Do. 239 a, Agri de hostibus capti. Qu. Fr. 315 b, De multa nocte uigilare. I. V. 175 a, Recita de epistola reliqua. de Or. 193 a, Philosophus q de sua ui ac sapientia unus omnia penè profitetur. pro Qu. R. 46 b, De quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem uenisti pro Cec. 296 b, Saxum de terra tollere. pro S. R. 44 a, Excipere aliquem qui de manib. alterius effugisset. & 22 b, De amicorũ sententia Roscius Romam confugit. At. 215 a, Cæsar non est facturus quicquam nisi de meo consilio. pro Cæ. 52 a, Facere aliquid de sententia atq; autoritate alicuius. Tusc. 182 a, Minos leges sanxit de Iouis sententia. Att. 93 b, Puer literas patris aperire solet, idq; de meo cõsilio. & 55 a, Vix tamẽ sibi de mea uoluntate concessum est. & 104 b, Nihil faciam nisi de sententia tua. Epi. 184 b, Facere aliquid de consilio alicuius. At. 40 a, & I. V. 116 b, Capere consilium de sententia alicuius.

De, pro, uel propter. de Or. 100 a, Quod quidem certis de causis aliter existimatur. Orat. 215 b, Quæ de causa fit, ut, &c. At. 32 a, Si qui de ea causa uenierunt. de Ar. 253 b, Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. Att. 115 b, Is de quo angor & crucior. Epi. 124 a, Intemelij in armis sunt, neq; de magna causa. Ep. 119 a, Eos tibi & rem de qua misi, uelim curæ habeas. de Cl. 42 b, Excipere quibus de causis non liceat, &c. Attic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

150 a, Pompeius misit ad me Magium de pace, quæ uisa sunt respondi. pro Dom. 222 a, Collegia tribunorum tota reperientur, quæ coeãt, de hominum locupletißimorum bonis. Attic. 186 b, Sed uelim scire, hodiéne statim de auctione, aut quo die uenias. I. A. 155 a, Cum languerem de uia. de Fin. 39 a, Fessus de uia. Part. 241 b, Defensor autem de æquitate nitatur. Off. 9 a, Regulus de captiuis commutandis Romam missus est.

De, à, uel ab. pro Cec. 305 a, Nec minus uerètur, ne contemnere Ebutium, quàm de eò contemptus esse existimaretur. Attic. 193 a, Id de Marcello sciri potest. Attic. 84 a, Postea Messalâ cõsul de Põpeio quæ fiuit, quid de religione sentiret. & ibidem: Ex eo quæ fiuit, placeret ne ei, &c. et 6 b, De eo mihi Thylius se audisse scribit hæc, esse hominem cum Antonio, &c. Attic. 1 b, Accipere aliquid de aliquo: id est, ab aliquo. de Legib. 156 b, Quæro an ita factum, de Mario, ut scribis, acceperis. Attic. 215 a, Is C C iugera de M. Pilio emit. Attic. 186 b, Sed uelim scire hodiéne statim de actione, aut quo die uenias.

Dea, deæ. l. Deus. pro Rab. 91 a, Ab Ioue Optimo Maximo cæteris q; dijs deabus q; immortalibus pacem ac ueniam peto, precor q;, ut, &c. de N. 68 b, Qui de dea matre est, Deus sit necesse est. Antequàm. 196 b, Dij deæ q; immortales, qui, &c.

Dealbo, as. tectorii u induco. l. V. 105 b, Quòd si tãta pecunia columnas dealbari putassem, certè nunquam ædilitatem petuissem. & ib. Columnæ, quas dealbatas uidetis. Epist. 109 d, Duos parietes de eadem fidelia dealbare: prouerbium.

Deambulo, as. ambulo, inambulo. de Le. 158 b, Quin igitur ad illa spacia nostra sedes q; pergimus: ubi cum satis erit deambulatum, requiescemus. & 169 a, Satis iam deambulatum est. de Or. 132 b, Eamus deambulatũ: & ille, quid opus fuit te? imò uerò inquit, quid opus fuit te?

Debeo, bes. faciendum est mihi, ut, etc. cõuenit, oportet. Attic. 273 b, Ciuis talis, qualis & prudẽtißimus & fortuna optima esse debet. Or. 203 a, Magni iudicij & summæ facultatis esse debebit moderator ille, &c. Ep. 6 a, Qui & te maximè debuerunt & plurimùm iuuare potuerunt. de D. 127 a, Oculorum fallacißimo sensu iudicant ea, quæ ratione atq; animo uidere debebãt. At. 141 a, Si uolèt gratì esse, debebũt Pompeiũ hortari, ut mihi sit amicus. de Vn. 203 a, Quantũ esset, quod deberet accedere. ὅσον δέον προσγενέσθαι. de Or. 137 b, Nã principia habere hanc uim magnopere debent, ut posśint, &c. & ibid. Principia causarum propria esse debent.

Debere, ad pecuniam relatum. At. 168 a, & Ep. 209 b, Is debet mihi multos nummos. & 224 b, Ille debet mihi pecuniam. I. V. 121 a, Debebat Epicrates ullum nummũ nemini. Ep. 226 a, Bi Nicenses pecuniam grandẽ debẽt ad sestertium octogies. I. A. 174 a, Appellatus es de pecunia quã pro domo et pro sectione debebas. ei 178 a, Sestertiũm quadragẽties debuisti. At. 83 a, Scaptius ait illos putare talenta ducenta se debere. & ib. Quid uos? quantum inquam debetis? respondent C C. I. V. 191 a, Cum frumentum deberetur pecuniã poscere. pro Cec. 287 b, Pecuniam alicui ex partitione deberi. Epist. 33 b, Pecunia quæ mihi ex publica permutatione debetur. de Or. 98 b, Anté petitam esse pecuniã quàm esset cœpta

deberi. pro Quint. 7 a, Satis est argumenti nihil esse debitum Næuio, quod, &c. I. A. 178 b, Ne iste quidem ex ista syngrapha deberi dicit pro ijs rebus, quæ, &c. pro Quint. R. 49 b, Debeo tibi ex societate nihil, etc. pro Quint. 3 a, Nec societas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. Att. 233 b, Calendis Ianuarijs debuit, adhuc nõ soluit. & 234 b, Si mihi Dolabella, quod debet dissoluerit. & 261 a, Illi turpe erit eo nomine quod satisfacto debeat, non dissoluere.

Debere, ad alia relatum. de In. 74 b, Hostiæ, quas deberi. pro Quint. 7 a, Satis est argumenti nihil esse debitum Næuio, quod, &c. I. A. 178 b, Ne iste quidem ex ista syngrapha deberi dicit pro ijs rebus, quæ, &c. pro Quint. R. 49 b, Debeo tibi ex societate nihil, etc. pro Quint. 3 a, Nec societas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. Att. 233 b, Calendis Ianuarijs debuit, adhuc nõ soluit. & 234 b, Si mihi Dolabella, quod debet dissoluerit. & 261 a, Illi turpe erit eo nomine quod satisfacto debeat, non dissoluere.

Debere, ad alia relatum. de In. 74 b, Hostiæ, quas deberi. pro Mar. 135 a, Cum patriæ, quod debes, solueris. Ep. 70 a, Præstitimus patriæ, quantũ debuimus, & 175 a, Tantum tibi debeo, quantum persoluere difficile est. Posth. 201 b, Huic ego homini tantũ debeo quantùm homini homini debere uix fas est. Ep. 20 a, Est animi ingenui, cui multum debeas, ei pluri mùm uelle debere, et 152 b, Perficere, ut ne minus respublica tibi, quàm tu reipub. debeas. & 10 b, Et quoniã tibi incredibilẽ quendã amorẽ & omnia in teipsum summa & singularia studia debere reip. quæ te in me restituendo multum adiuuisset, eum certè me animum merito ipsius debere arbitrabar. de Or. 95 a, Hoc summũ beneficiũ tibi debeo, quod, &c. de L. 157 a, Debes hoc munus studiosis literarum. At. 9 a, Qui mihi laudem illam eo minus deberet, quod, &c. I. A. 165 b, Quò etiam maiorem tibi gratiã debeo, qui, &c Ep. 122 a, Qui me odisse quàm magna mihi debebat beneficia, cœpit. & ibi. Soluere beneficia. Ep. 10 a, Id, Id nostræ necessitudini debere me iudico. et 10 a, Qui ex me fructus debentur. I. A. 192 a, Cui pro diuinis meritis diuini honores debentur. de Or. 140 b, Sua cuique uirtutis laus debetur. ad Her. 37 b, Vita hominis fato debetur. I. V. 241 a, Veneri ac Libero reliquũ tempus deberi arbitrabatur. I. P. 80 b, Is mihi ciuicam coronam deberi à repub. dixit. de Or. 109 a. Deberi à me tantùm hominis ingenijs putaui, ut, &c. Offic. 12 a, Necessaria uitæ præsidia debentur ijs maximè, quos antè dixi. de Fin. 89 a, Gratia non debetur ei, qui, &c. Qu. F. 295 b, Cùmanis fides quæ omnibus debetur. Epist. 250 b, Cuius causa eo, quæ tum mihi debentur, tum mehercule etiam debeo.

Debilis, le. mancus, infirmus, imbecillus, leuis. X. Firmus. I. C. 111 b, Aut eos infirmos sine illo ac debiles putãrunt. pro Mil. 120 a, Equites Romani, quorum uires erant debiles. pro Mur. 236 b, Duo corpora esse, reipub. unum debile, infirmo capite: alterum firmum, sine capite. pro Sest. 7 b, Si gladium paruo puero, aut si imbecillo, aut debili dederis. pro Rab. 94 b. Qu. Scæuola, in cuius & membris omnibus captus ac debilis. I. A. 219 b, Matius senex & debilis ueniebat in curiam. de Diu. 92 a, Tum ille etiam debilis factus est. & ibi. Is pedibus suis sanus reuertit. pro Mil. 106 a, Occurrebat mancam & debilem præturam suam futuram cõsule Milone. de Cl. 184 b, Qui hâc parte animi tam debili esset.

Debilitas, tis. infirmitas. l. P. 78 b, Tarditas ingenij, stupor, debilitasq; linguæ. de Fin. 144 b, Bonum integritas corporis, misera debilitas. de Finib. 111 a, Magis id agunt

agunt ut à se dolores, morbos, debilitates repellant. de Fin. 59 a, Dolores humili animo imbecilloq; ferre miserum est, ob eamq; debilitatem animi multi seipsos peniùs perdiderunt. Tusc. 208 a, & 231 a, Separatim autem certè scholæ sunt de seruitute, de debilitate, de cæcitate, &c. & de In. 50 b, Morbus, debilitas, &c.

Debilitatio, onis. I. P. 98 b, Debilitatio atque abiectio animi.

Debilitatus, a, um. fractus. Antequàm. 197 a, Oppressa est respub. armis, metu debilitata seruili. pro Do. 240 b, Mens debilitata metu concidit. pro Quin. 1 b, Vt mul tis incommodis ueritas debilitata tãdem recreetur. pro Dom. 218 a, Ciuitas fracta malis, multa, debilitata, abiecta metu. de Or. 95 a, Simul ac me fractum ac debilitatum uidit. pro Flac. 156 a, Fractum & debilitatum Græciæ nomen. I. C. 113 a, Recitatis literis debilitatus atque abiectus, conscientia conuictus repentè conticuit. cont. Rul. 84 a, Neruis urbis omnibus exectis, urbs ipsa soluta & debilitata relinquitur. I. C. 107 a, Si Catilina meis consilijs circũclusus ac debilitatus subitò pertimuerit. I. C. 109 b, Naufragorum eiecta & debilitata manus. et 106 b, Debilitatus stupris. pro Dom. 221 a, Tuus præcipitans iam & debilitatus tribunatus. de Fin. 58 b, Plestringendos. Posth. 202 a, Aut debilitata uirtute, aut fractus, &c. Attic. 278 a, Minimè decet te animo debilitatum uideri. de Or. 107 a, Vereor ne tardem studia multorum, qui desperatione debilitati nolẽt, &c. pro Sest. 30 b, Multis uulnerib. acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, se abijcit ex animatus. de Orat. 121 b, Debilitatus à iure discendo.

Debilito, as. debilem facio, frango, infringo, minuo, commino, exhaurio, neruos incido, neruos execo, eneruo, affligo. pro Fl. 101 b, Membra uxoris debilitauit lapidibus, fustibus, ferro, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. de Or. 87 a, Cum Drusi Tribunatus in fringi & debilitari uideretur. Qu. F. 290 a, Animũ fringi iam ac debilitari moleſtia nõ oportet. pro Cæl. 50 b, Sed hæc facta illius clarißimi uiri mentio, & uocẽ meã fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit. pro R. P. 230 b, Sed me dolor debilitat, includitq; uocem. pro Pl. 281 a, Noli animum meũ debilitare luctu. de Or. 160 b, Versus debilitatur in quacunq; eius sit parte titubatũ. pro Cec. 293 a, Saucij sæpe homines cum corpore debilitãtur, animo tamẽ non cedunt. pro Mur. 143 b, Horũ ego audaciam debilito, sceleri resisto. Postquam. 212 a, Quid est quod animum meum frangere aut debilitare possit? in Vat. 32 b, Tribunitios furores debilitare & reprimere. Ep. 5 b, Et ipsa die, quâ debilitantur cogitationes inimicorum. pro Mu. 134 b, Hæc amicorũ studia debilitant. & ib. Eiusmodi candidatorum amici intimi debilitantur. I. A. 215 a, Consensus populi, si nos lãguescimus, debilitetur necesse est. de Fin. 135 a, Sic uincunt, læsa se efferunt, uicti debilitantur. pro Deio. 144 b, A-delio causæ maximè debilitatur loco. Att. 70 a, Tua pro sectio spem meã debilitat. I. A. 195 a, Vtrum hoc est confirmare militum animos? an debilitare uirtutem? Tusc. 243 b, Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem, patientiam se debilitaturum minatur. pro Mar. 132 a,

Nulla est tanta uis, quæ non debilitari ac frangi possit. Ep. 234 b, Debilitor lachrymis. Item, Debilitari à iure discendo. I. Debilitatus.

Debitio, onis. debitum. At. 228 a, Quintus de emendo nihil curat hoc tempore, satis enim torquetur debitione dotis. pro Planc. 273 b, Dißimilis est pecuniæ debitio et gratiæ: nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.

Debitor, oris. propriè is est, à quo inuito exigi pecunia potest. At. 114 a, Ticinius debitoribus suis renũciauit, ut eodem fœnore uteretur. Ep. 139 b, Hæc est leuior plaga ab amico quàm à debitore. pro Fl. 156 b, Fecit eadẽ omnia quæ nostri debitores solent: negauit enim se omnino uersuram illam fecisse Romæ. Off. 46 b, Pecunias creditas debitoribus condonare. I. P. 98 a, Nónne Fusidium creditorem debitoribus addixisti?

Debitum, ti. debitio, æs alienum, pecunia debita, nomẽ. At. 194 a, Leuatio quædam est si minus doloris, at officij debiti. Orat. 314 b, Animus mutila sentit quædam, quib. tanquam debitor fraudetur, offenditur. At. 212 a, Ne existimes, qui nõ debita consectari soleant, quod debeatur remissuros. Qu. F. 301 b, Itemq; misit ad Apollonienses, ne de bonis quæ Octauij fuissent, diminui pateretur, priusquã Fundanio debitum solutum esset. Antequàm. 192 b, Fidei cõducit in loco debitum retribuere. & 193 b, Si meministis quod dedi, non debetis obliuisci, sed retribuere, quod debetis.

Debitus, a, um. meritus, iustus. pro Mil. 118 a, Vobis illæ feræ quidem, sed iustæ & debitæ pœnæ solutæ sunt. pro Cor. 67 a, Cui munus hoc debitum, & debitam iustámque gratiam refero. de Ora. 127 b, Vt etiam iracundiam nõ iniustam, sed meritam ac debitam fuisse defenderes. & 144 a, Alicui debitam gratiam meritamq; referre. Bru. 91 b, & I. A. 211 a, Iustum ac debitum honorem alicui decernere. I. C. 101 b, Vita multis supplicijs iustis debitisq; erepta. At. 283 a, Huic habiti à me honores nulli nisi debiti. pro Fl. 157 b, Soluere pecuniam alicui iam diu debitam. I. A. 264 a, O fortuna mors quæ naturæ debita, pro patria est potißimùm reddita. Ep. 64 a, Reddere officium alicui iamdiu debitum. At. 186 b, Beneficia pro debitis exigimus. de Opt. 243 a, Docere debitũ est, delectare honorarium, permouere necessarium. pro Qu. 6 b, Quod debitum non est, id datum non est. pro Cl. 24 b, Pecuniam alicui non debitam soluere.

Decantatus, a, um. peruagatus, peruulgatus. de Or. 122 a, Quæstiones omnes animo percursas, ac propè decãtatas habere debet. At. 216.

Decanto, as. canto, celebro, peruulgo. Att. 216 b, Etenim hæc decantata erat fabula. de Orat. 115 b, Græcus doctor, qui alicui peruulgata præcepta decantat. de Finib. 104 b, Quæ quidem res efficit, ne necesse sit ijsdẽ de rebus semper quasi dictata decantare, neq; à cõmentariolis suis discedere. de Diuin. 202 a, Sola enim multorum annorum memoria non decantandi auguris, sed diuinandi tenuit disciplinam. Tusc. 202 a, Sed & iã decãtauerant fortasse.

Decedo, dis. cedo, discedo, morior.)(. Abcedo. Antequàm. 195 b, Ego inimicorum amentiæ salutis omnium causa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa, decedam. Cæl. Epist. 111 b, Quod tibi decedenti pollicitus sum, me, &c. Antequam. 194 b, Si uiolentiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus unus tribunitio furori. pro S. Ros. 30 b, Tametsi uicisse debeo, tamen de meo iure decedam. I. V. 117 a, Prætor ui cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere. Att. 251 b, Sed cum uideas, quantum de iure nostro decesserimus, quid hæres? & ibid. Magna est nobis iactura facta iuris. At. 91 b, Vt ex Cypro equites ante certam diem decederēt. cont. Rul. 79 b, Decedere de possessione. Offic. 47 b, Paulum nonnunquam de suo iure decedere. de Sen. 90 a, Salutari, appeti, decedi, assurgi. pro Cæl. 45 b, Dicit se nulla cupiditate inductum de uia decessisse. pro Flac. 151 b, Senatus nihil à superioribus continuorū annorū decretis decessit. Epist. 24 a, Itaq; constituisse dicuntur, in Cariā ex nostra prouincia decedere. pro Cl. 53 a, An ut de causa eius nihil decederet? ad causam nouum crimen accederet? pro Quint. 3 a, Decedit ex Gallia Romam simul Næuius. de Sen. 92 a, Vetat Pythagoras iniussu Dei de præsidio & statione uitæ decedere. Epist. 17 a, Sunt etiam qui putēt, si decedas, à te relinqui posse, qui prouinciæ præsit. Epist. 26 a, Ego de prouincia decedens quæstorem Cælium præposui prouinciæ. et ibid. Ex prouincia decedere. I. V. 118 b, De prouincia decedere. pro Cor. 56 a, & Epi. 18 b, Qui de ciuitate quā de sententia decedere maluit. Att. 209 b, ἀθάνατον id fortè putabam, quòd omnes illi decesserāt. pro Rab. 97 a, Qui iam de uita decesserant. In Sal. 272 b, Qui iā decesserūt. At. 4 b, Pater nobis decessit ad VIII. Calēd. Decemb. At. 7 a, Puer festiuus noster decessit.

Decem & tres. pro S. Ros. 21 b, Fundos decem & tres reliquit.

Decem & sex. pro sexdecim. pro Cl. 33 a. l. Triginta.

December, bris. l. Dies. l. Mensis.

Decempeda, dæ. eius mensuræ instrumentum, quo terram metiuntur metatores. I. A. 260 a, Saxa peritus metator, urbem iam decempeda sua diuiserat. pro Mil. 115 b, Qui cum architectis, & decempedis uillas multorū hortosq; peragrauit. Acad. 32 a, Solis magnitudinē quasi decempeda metiri.

Decempedator, oris. metator. I. A. 255 a, L. Antonius æquissimus agri publici & priuati decempedator.

Decemprimi, qui δεκάπρωτοι Græcè dicuntur. nomē erat legatiōis Amerinorum: ut quinqueprimi, Agyrinē siū in Sicilia πεντάπρωτοι à Græcis. pro S. R. Itaq; De curionum decretū statim fit, ut decemprimi proficiscātur ad L. Syllam. I. V. 162 a, Quinqueprimi accitu istius euocantur. & 263 b, Agyrinenses magistratus & quinqueprimi, &c.

Decemscalmus. uidetur Cicero hoc usus quasi adiecto uo Actuarioli. L. Scalmus.

Decemuiri, rorum. de Or. 90 a, & contra Rul. 69 b, Nostri decemuiri, qui duodecim tabulas perscripserūt.

Decemuiralis, le. ut amplissimum collegium decēuirale. in Verr. 225 b, in Rul. 63 a, Pecunia decemuiralis. de Orat. *.

Decemuiratus, tus. decem uirūm magistratus, et officium. contra Rul. 78 a.

Decenter, decorè. pro Cecin. 299 a, Iura à maioribus descripta.

Desilio, lis. celeriter, & quasi saltu descendo. pro Mil. 106 b, Milo de rheda reiecta penula desiluit.

Desino, nis. desisto, cesso, finem facio, omitto, cõquiesco, consido, cado, prætermitto, intermitto. At. 19 a, Cõuentus, qui mitiò celebrantur, iamdiu fieri desierũt. de So. 130 a, Quod sese mouet, nunquam moueri desinit. pro Qu. 5 a, Iste caput petere non desinit. de Or. 113 b, Illud iam mirari desino, hunc, &c. Ep. 179 a, Quem ego ad bellum commune uocare non desino. et 17 b, Non desinã tua decreta defendere. & 141 b, Te ad cœnas ire desisse molestè fero. At. 272 a, Nam mihi stat alere, morbũ desinere. de Fi. 73 b, Rectè contra eos desitum est disputare. Ep. 159 b, Qui primus est Papisius uocari desitus. de Inu. 48 b, Ab eo in quo desitum fit, rursus incipere. Off. 38 a, Desitum est enim uideri quicquam in socios iniquum. Ep. 95 b, Libenter meherculè artem desinerẽ. Acad. 20 a, Desine communibus locis. Or. 218 b, Hæc copia facultatem affert, non semper eodem modo desinendi. Of. 27 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita desinendi mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus. de Or 162 a, Illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. Ora. 216 a, Verba melius in syllabas longiores cadunt. de Cl. 189 b. Omittamus lugere. Epi. 194 a, Nam illum cohortari nō intermittemus, quo in dies discendo longius procedat.

Desipiens, tis. demens. de Di. 119 a, An est quisquam ita desipiens, qui credat, &c. Ep. 37 a, Neq; enim eram tam desipiens, ut, &c. de N. 25 b, Nec enim tam desipiens fuisset, ut, &c. & 29 a, Desipiens arrogantia.

Desipio, is. demẽs sum, deliro. I.V. 260 b, Vtrum ego desipio, an uos quoq; doletis? Epi 22 b, In quo cum obiurgat[ur] quòd nimio gaudio penè desiperem, ita me defendebam, &c. Ep. 14 a, Populus Atheniensis penè iam desipiens senectu[te] & ibi. b, Desipiente populo. pro Pl. 278 b, Licet me desipere dicatis. de N. 20 a, Desipere, delirare, dementem esse.

Desisto, stis. cesso, intermitto, omitto, discedo. I.V. 132 b, Vt aliquando de rebus ab isto iudicatis dicere desistamus. de Cl. 194 a, Cum amici me hortarentur, ut causas agere desisterem, quoduis periculum mihi adeundum, quàm à sperata dicendi gloria discendum putarem. Epist. 2 a, Pompeium hortari & orare desistimus, ut, &c. pro Quin. 3 a, Auctionem Quintus uelle facere destitit. Tus. 181 a, Verbo de fœtētia destitisti. Ep. 60 b, Qui agerent cum eo, ut ab illa mente desisteret. Offic. 74 a, Docuit cur sibi à causa desistere necesse esset. pro R.P. 123 b, Vt magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. de Clar. 195 a, Nos non desistebamus augere illud, &c. Att. 264 a, Ego id facere non destiti. I.V. 256 a, Rogat eos, ut id facere desistant. Tusc. 174 a, Vt homines mortē timere desistāt. Quint. Fr. 297 a, Nō desistūt nobis agere quotidie gratias honestissimæ societates. Offic. 55 a, Cum sint docti à peritis, desistunt facilè sententia. Acad. 16 b, & Offic. 55 a, Desistere sententia. Epist. 13 a, Desistere pugna. Desistere causa. Epist. 14 a, Qui si destiterim pristina causa.

Desitus, a, um. l. Desino. de D. 128 b, Nam si esset facilitatum, non esset desitum. de Cl. 175 b, Veteres orationes post nostras, à plerisq; legi sunt desitæ.

Despectio, contẽptio. In Hor. Consolabitur eam magnitudo animi & humanarum opinionum alta quædā despectio. ex Non.

Despectus, a, um l. P. 101 a, Abiectus, cõtemptus, despectus ab omnibus.

Despectus, us. ad Heren. 36 a, Ludibrio & despectui omnibus esse.

Desperanter, desperans. Attic. 234 a, Serius proficiscens, quod desperanter tecum locutus est, minimè miror, &c.

Desperatio, onis. (. Spes, bona spes. Att. 120 a, Fuga & maritima opportunitas uisa quæri desperatione. Tusc. 213 a, Desperatio est ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorū. Attic. 173 b, Desperatio rerū Pompeij omnium animos occupauit. Ep. 47 b, Tanta est omnium rerum amissio et desperatio recuperandi. I.C. 109 b, Bona spes cum omniū rerum desperatione confligit. Postquam. 209 a, Qui me à desperatione ad spem reuocauit. Att. 285 a, Ita verò imbecillitas & desperatio, &c. I.A. 177 a, Quæ propter conscientiam scelerum desperatio uitæ? & 241 b, Desperatio victoriæ.

Desperatus, a, ũ. ab omni spe derelictus, destitutus, depositus. Aca. 9 b, Illos autem qui omnia incerta dicunt, quasi desperatos aliquos relinquamus. I.C. 105 a, Exercitus collectus ex semibus desperatis, ex rusticis mendicitus collectus ex semibus desperatis, ex rusticis mendiculis, &c. pro Syl. 182 b, Magnus & diuturnus & tam desperatus morbus. I.A. 200 b, Post discessum latronis uel potius desperatam fugam. pro Do. 218 a, Res penè iam desperata. pro S.R. 23 a, Alicui oppresso iam desperato; ab omnibus opitulari. I.V. 66 a, Hoc remedium est ægrotæ & prope desperatæ reipublicæ. Epi. 224 b, In perditis ac desperatis habere aliquod negotium. I.P. 101 a, Despectus à cæteris, à seipso desperatus & relictus. pro Mur. 134 a, Desperatas iam pecunias exigere. At. 67 b, Lustrū tā desperatū est. & 116 b, Causa pudā & desperata est. Qu. Fr. 289 b, Cum iam ab aliis desperatā rataretur esset. de Leg. 188 b, Quod est enim tā desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit? At. 43 b, Sed mehercule tam obiectam compositionis spē non desperatissimam esse puto. & 261 b, Desperatis negotiis. Hippocrates adhibere medicinam. & 287 b, Reipublicam desperatam quoq; sanari puto posse.

Despero, as. diffido, perdidi spem faciendi aliquid, impertitus ac desperatis habeo, animo cado, hastas abijcio, spē faciendi aliquid abs[um]. de Fin. 137 b.)(. Spero, contrario. Ep. 20 a, Tu tamen siue habes aliquam spem de republica, siue desperas, ea meditare, quæ, &c. de N. 128 a, Non equidem planè despero ista esse uera. de Or. 92 b, & Ep. 33 b, Ego quantū auguror coniecturâ, non despero fore aliq[uan]d, qui, &c. At. 3 a, Noli desperare eos meliora facere posse. Att. 123 b, Volo circū illulas nostras ire, quas me uisurum postea desperaui. Offi. 15 a, In quo considerandū est, ne aut temerè desperet, propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatē. Or. 197 b, Nā neq; illud quod est optimū, desperandū est, neque, &c. Qu. Fr. 304 b, Siue restituimur, siue desperamur, nihil opus est, &c. I.C. 106 b, Essent illi quidē desperandi, sed tamen ferendi. de Amic. 113 a, Cuius aures ita claufæ sunt ueritati ut ab amico uerū audire nequeant, huius salus desperāda est. pro Mil. 112 a, Serui desperates uitā domini. I.C. 108 a, Desperare honores nec aliquā rē: id est, nō sperare. Ep. 190 b, Rhodij nos & rē pub. ualde desperauerunt. pro Mur. 134 b, Vt honorem desperasse uideatur. Epi. 192 b, Desperare de aliquare, desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querēs se destitutū. Attic. 127 b, Reip. causa, de qua desperauit pro I. 31 a, b, Is eū promissis suis excitauit & simul recluti desperare uetuit. Postquā. 211 b, Bonos uiros iugere malui mea fortunas, quàm suis desperare. I.P. 97 b, Cum cū oppido desperassent, munire arcē cœperunt. & 98 b, Diffidens & desperans rebus suis. pro Mur. 134 b, Quoniā sibi hic ipse desperat. Qu. Fr. 289 b, Cū iā ab aliis desperatares esset. Attic. 247 a, Desperauit id est, prorsus diffisus sum. I. P. 181 b, Desperare ab aliquo.)(. & ibid. Habere spem ab aliquo.

Despicatio, onis. despicatus, despicientia. de Fimib. 62 b, Vt odio, inuidia, despicationes aduersantur uoluptati. sic, &c.

Despicatissimus, a, ũ. cõtẽptiss. pro Sest. 10 b, Despicatissimi Tribuni furor, contemptissimi Cõsulis lenitas.

Despicatus

Despicatus, tus. despicatio. pro Flac. 160 a, Prouerbium, si qui despicatui dicatur, ut Mysorum ultimus esse dicatur.

Despiciens, entis. de Ora. 142 a, Nemo unquam tam sui despiciens, qui, &c.

Despicientia, tiæ. contemptio. Par. 237 a, Magnitudinē animi despicientia imitatur in contenendis honoribus. Off. 40 b, Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. Of. 13 b, Despicientia rerū externarum. Tusc. 169 a, Totam uim bene uiuendi in omnium rerum humanarum contemptione & despicientia ponamus.

Despicio, cis. contemno, despicatui duco. Acad. 33 a, Hos si contemnimus, etiam abiectos putamus, illos certè minus despicere debemus, &c. de Na. 67 a, Nec uerè uulgi insciti am despicere possim, cum considero, &c. pro S.R. 41 a, Omnes despicere hominem præ se neminem putare. de Fimib. 96 a, Omnia quæ cadere in hominem possunt, despicere, & pro nihilo putare. & ibi. Nemo potest id quod malum esse decernit, non curare atque contemnere. I.V. 168 a, Tu sic ordinem senatorium despexisti? & ibi. b, In alterius iniuria sese despectos, dignitatemq; contemptam & abiectam. de Sen. 78 b, Despici ab omnibus.

Despicere, non animaduertere, nō attendere, oculos deijcere. pro S.R. 22 a, Simulatq; ille despexerit, aliquid huiuscmodi moliantur. Qu. F. 305 b, Si tuam solitudinem communemq; calamitatem nemo despexerit.

Despicere, uidere, animaduertere. de Fi. 121 a, Catuli, qui iam despecturi sunt, cæci æque ut hi qui modò nati: id est, qui uisuri sum. de Arch. 251 b, Tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, sed ut, &c pro Syl. 174 b, Vt tot res, tantas, tam uarias mea sponte despexerim: id est, animaduerterim.

Despolio, as. spolio, dispolio. I.V. 159 a, Qui dux isti ad despoliandum Dianæ templum fuit. Att. 107 a, Quintus ad bustum Basilij despoliatus est. Epi. 233 b, Illud dolco, quæ impensa facienda est, in eius partem, miseram & despoliatam uenire.

Despondeo, des. paciscor, promitto, destino. Att. 173 b, L. Lentulus Hortensij domum sibi & Cæsaris hortos despondet. Attic. 12 a, Desponsam hominu iam Syriam ademi. At. 207 b, Nunc illam περὶ τῶν σώτηρίων, Bruto, ut tibi placuit, despōdimus. de Pro. 70 b, Vt pronunciam despōnsam, non decretum habere uideatur. de Ar. 244 b, Despōnsam iam & destinatam laudem alicui prærripere. Epist. 116 a, Cornificius Orestillæ filiam sibi despondit. At. 2 b, & 5 b, Tulliolam C. Pisoni Frugi despondimus. de Orat. 105 b, Cum Seruius Galba Crassi filiam Cæcilio filio suo despondisset. pro Cluen. 55 b, Tum illa despondit ei filiam suam. Epistola 187 a, Exigua est spes reipublicæ, nam nullam non libet dicere: sed quæcunq; est, ea despondetur, anno consulatus tui: id est, promittitur.

Destinatus, a, um. designatus, constitutus. At. 196 b, Ais ipso id fuerit destinatum, uenturum. de Ar. 244 b, De sponsam iam & destinatam laudem alicui prærripere. Tus. 176 a, Qui certis quibusdam destinatisq; sentētijs quasi addicti et consecrati sunt. Tus. 140 b, Alter præfiscus fuit ad horam mortis destinatam.

Destino, as. attribuo, designo, decerno, constituo. Off. 61 a, Cum eorum alteri Dionysius diem necis destinasset, & is, qui morti addictus esset, postulasset, etc. pro Sest. 17 b, Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus? At. 216 a, Sed si Plancus destinat, tum haberes difficultatem. At. 248 a, At ego iam destinaram. Ep. 106 a, Quod tibi destinaras trapezophoron, si te delectat habebis. Epist. 159 b, Non est annus hic tibi destinatus. ad Her. 5 b, Si prius aperuerimus quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quo ratio omnis totius orationis conferatur.

Destituo, is. quod promisi non præsto, desero. I.A. 202 a, Qui ne sorti quidem fortunas nostras destituit, sed libidini cuiusq; nos addixit. At. 16 b, Ita sum destitutus, ut nihil requietis habeam. pro Cl. 32 b, Is queritur se ab Oppianico destitutum. I.A. 179 a, Quid eundem in decemuiratu non destituistis? pro Cl. 35 a, Destitui ab aliquo. pro Qu. 9 a, Viri boni multis uadimonijs desertis sæpe illusi ac destituti hoc faciunt. pro S.R. 37 b, Roscius socios induxit, decepit, destituit, &c.

Destituere, pro statuere, uel constituere. I.V. Porrò alios in publico custodiri, destitui alios in conuiuio. ibid. Qui quia Cleomenem in defendendo filio læserat, numquis penè est destitutus.

Destitutio, onis. derelictio. pro Qu. 3 b, Destitutione illa perculsus Quintius, à Scapulis pauculos dies aufert. pro Cl. 21 a, Vt iudices destitutione iratos illi redderet.

Destruo, is. tollo, deleo, diruo, euerto, diripio, excido, excindo, cõuello, uasto, opprimo, extinguo, occīdo, interficio, dissoluo, disturbo, exuro, nullum alicuius rei uestigiū relinquo, imaginē nullam reip. relinquo, ruinam edo, extinguo et funditus deleo.)(. Constituo, coagmēto. de Sen. 92 a, Vt nauem, ut ædificium idem destruit facillimè, qui construxit. Of. 16 b, De euertendis diripiendisq; urbibus. pro Sest. 10 b, Vrbs excisa & euersa.

Desubitò, pro subitò. de Rep. ex Nonio.

Desudo, as. sudo, nitor. de Sen. 84 b, Desudare atq; elaborare in aliquare.

Desuefactus, as.)(. Assuefactus, assuetus. pro Cl. 40 b, Is multitudinem iam desuefactam à cōcionibus, ad ueteris consuetudinis similitudinem reuocauerat.

Desultorius, a, um. qui ex equo in equum facilè desilit, relicto priore, in alterum transit. hic comparatio est, qua Posthumij inconstantiam notat. pro Mure. 137 b, Qui nescio quo pacto mihi uidetur prætorius candidatus in consularem quasi desultorius, in quadrigarum curriculum incurrere.

Desum, es. non adsum, deficio, absum. Quint. Fr. 309 b, 310 a, Huic conuiuio Quintus tuus defuit: id est, non affuit. pro Syll. 169 b, Vt mirari Torquatus desinat, me, qui Antonio abfuerim, Syllam defendere: id est, defuerim, non adfuerim, non defenderim. de Cl. 186 b, Paucæ sententiæ ad consulatum defuerunt. de Or. 91 b, Nobis si ingenium, ut putas, nō defuit, doctrina certè & ociū defuit. contra Rul. 74 a, Oratio ad eius rei disceptationem non deerit. de Cla. 175 b, Et uita suppeditauit, & splendor ei non defuit. de Diui. 93 b, Siue deest naturæ quippiam, siue abūdat atq; effluit. de Or. 144 a, Nec in Antonio defuit hic ornatus, nec in Crasso redundauit. Epistol. 64 a, Nunquam mihi tui ornandi uoluntas defuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit.Ep.153 b,Quod si quis uestrũm non probabit,mihi prudentiam in consilio defuisse sciam,nõ illi erga patriam fidelitatem.pro Mil.121 a,Tibi nullum à me pietatis officium defuit.Epist.14 a,Tantum enitor,ut neq; amicis,neq; alienioribus,opera,consilio,labore desim. Ep.181 b,Quod officium tuum,uel in absentem me,uel in præsentes meos desuit? Epi.227 a,Non putaui fieri posse,ut mihi uerba deessent,sed tamen in C.Lenio cõmendando desunt.ibi.Sed uereor ne iam mihi superesse uerba putes,quæ dixerã defutura.de Cl.Or.176 a,Qui cum remiserant dolores pedum,non deerat in causis. de Ar.252 b,Tibi hominum pœnæ desunt adhuc,non deorum.I.A.173 b,Cur ei bello propter timiditatẽ defuisti? I.A.221 a,Nõ quod L.Philippo aut studium,aut cura defuerit,tanto munere.At.61 a,Nec metuo tamẽ ne mihi sermo desit abs te,quo magnopere delector. pro Fl.159 a,In hac republica ad quam opprimendam non animus eis,sed uires deficiunt & defuerunt.

Detergo,gis.uel detergeo,ges.abstergeo.In Ar.Cũ neq; caligans detergit sidera nubes. Atti. 226 a,Primo anno LXXX deterſimus.

Deterior,us.deterrim⁹,peior,durior,durissimus,nequissimus.de Ar.257 a,Deterioris uerbum in eum maximè cadit,qui sit unus omnium mortalium sine ulla dubitatione deterrimus.& ibi.Nullum decus reperiri potest, quod non in deteriore insit.de Opt. 243 a,Quod optimo dissimillimum est: id est,deterrimum. de Or.154 b, Quicquid detraxeris,uiciosius & deterius futurũ est. At.226 b,Rem non fecit deteriorem,haud scio an fructuosiorem.At.143 b,Cursare huc & illuc uia deterrima.de N.43 a,& de Cl.188 b,Si corrigere aliquid uolet,deterius id faciet.I.A.215 a, Res uerbo fieri interdũ deterior solet.I.V.178 a, Nisi hoc statuisses quicquid dixisses,te deterius esse facturum.de N.33 a,Natura nõ optima putanda potius quàm deterrima.I.A.256 a,Deteriores iugulare cupio,meliores uincere.pro Cec.288 a,Esse deteriore iure quàm cæteri ciues.pro Cec.293 b, In iudicijs deterior causa est eorum qui fugiũt.pro Co. 62 a,Nec ideo est Gaditanorũ causa deterior,grauissimis enim & plurib.rebus est fulta.pro Qu.3 b, Deteriore tempore absens auctionatur.de Ar.258 a,Meliore loco esse.& ibid.Deteriore statu esse.Ep.70 b,Ego ualeo,sicut soleo,paulò tamen etiam deterius quàm soleo.de Fi.120 b, Ex his angustijs ista euaserũt deteriora quàm Aristonis.Item 50 b,Quæ tam inculta de malis Græce Latinè scripta deterius.ad Her.27 b,Vt si qua res honestiori ordini placeat,quæ à deteriore ordine improbetur.ad Her.17 b, Homo deterrimus. de Amic. 107 a,Tertius uerò ille finis deterrimus,ut quãti quisq; se ipse faciat,tanti fiat ab amicis.de Leg.172 a, Theophrastus autor haud deterior mea quidem sententia, & c.de Ar.256 a,Hetrusci libri deteriores,& repulsos hos appellant,quorum & mentes & res sunt perditæ. & 257 a,De repulsis & deterioribus multa.

Determinatio,onis.terminus,cõclusio,finis. de In. 60 a,Conclusio est exitus & determinatio totius orationis.de Nat.46 a,Cœli complexus,extrema ora & determinatio mundi.

Determino,as.termino,concludo.de Orat. 159 a,Et id quod dicit,spiritu non arte determinat.de Diuin.84 a,

Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.

Deterreo,es.debortor,tardo,reuoco,auoco,deduco,repello,remouco,restingo,auerto,debilito,summouco, studium alicuius tardo uel restinguo.de Or.94 b,Neq; hæc in eam sententiam disputo ut homines adolescentes à dicendi studio deterream.Ep.7 a,Sed ut ego ad eorũ laudem adhortor,sic à dimicatione deterreo. de Ar. 247 b,Nõ his delector literis,quæ nostros animos deterreant atq; auocent à religione.Att.278 a,Me quoq; autoritas tua à nimio mœrore deterruit.de Or.167 b, Illud uereor ne maiorẽ uim ad deterrẽdũ habeat quam ad cohortandũ. de Cl. 189 b, Cæsar sanos homines à scribendo deterruit. At.235 b,Non te Bruti nostri imitaticulus ab ista oratione deterret? Att.284 a, Scelerates ciues timore ab impugnanda patria deterrere.de Diu. 125 a,Nũ igitur eorũ frequentia Stoici de sententia deterrentur?Br.173 a,Quòd me de statu meo nullis cõsilijs deterrere possunt. At.280 a,Is nulla re deterret à proposito potest.Ep.115 b,Deterreri ab officio.Tusc. 168 a,Itaq; nõ deterret sapientẽ mors,quo minus in omne tẽpus reipub.cõsulat.de Cl.197 a,Nec uerò Aristotelẽ in philosophia deterruit à scribẽdo amplitudo Platonis,nec ipse Aristoteles admirabili quadã scientia & copia cæterorũ studia restinxit.pro Qu.2 a,Deterrere aliquẽ ne faciat aliquid. Off.46 a,Eamq; iniuriã in deterrenda liberalitate sibigeri putant.de Or.121 b, Debilitatus à iure cognoscendo:id est,deterritus.

Detestabilis,le.execrandus.Of.36 a,Nulla tam detestabilis pestis est,quæ non homini ab homine nascatur. A.232 b,Atq; hoc quidẽ detestabile omen auertat Iuppiter. Of.12 a,Quo est detestabilior istorum humanitas, qui lacerarunt omni scelere rempublicam. Tusc.222 a, 204 a,Iam ægritudinem laudare,unã rem maximè detestabilem,quorum est tandem philosophorũ. Tusc.193 b,Res tetra,misera,detestabilis.de Sen.85 b,Nihil tam detestabile tamq; pestiferũ quàm uoluptas. I.A.159 b, Metui,inuidiosum & detestabile est & 172 b,Hic execrandus populo Rom.& detestabilis est.de Am.101 b, Scelus detestabile.I.A.181 a,O detestabilem hominem.

Detestatio,onis.deprecatio.pro Dom.241 b,Cum pro detestatione tot scelerum, unam aram nefarie consecrarat.

Detestor,aris.deprecor,remoueo.I.A.193 a,O diij immortales auertite et detestamini quæso hoc omen.I.C. 102 b,Vt à me quandam prope iustam patriæ querimoniam detester ac deprecer. I.A.235 b, Proximi belli ciuilis causam ignoro,detestor exitum.I.P.300 a, Omnes memoriam consulatus tui,facta,mores,faciem denique ac nomen à rep.detestantur. I.Vat.36 b,Omnes te maledictam, & cum uiderint,tãquam auspicium malum detestantur.de N.25 b, Quæq; dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse.At.146 a,Detestaris hoc diligenter Kalend.Mart.id est,quasi ita non esse testaris.

Detexo,xis.pertexo.de Or.123 a,Reperiunt non modò ea,quæ iam non posśint ipsi dissoluere, sed etiam quæ ante exorsa & potius detexta prope retexantur. Item in Arat.His non perpetuum detexẽs cõficit orbem. ad Her.14 a,Nunc ego te ab summo tam detexã exordio.

Detineo,nes.teneo,demoror. At.154 b, Constituam tandem & si non in longinquum tempus differri, tamen spatium

spensum me detines. Att.48 b,Hactenus Thessalonicæ detentus sum.Lent.Ep.193 a,Nonnullis etiam ipsi magistratus ueniebant in suspicionem, detinuisse nos & demoratos esse,dum,etc. ad Her.23 b,Nunquã est enim quin aliquid memoriæ tradere uelimus, & tum maximè cum aliquo maiore negocio detinemur. de In.79 a, Quare in alienis negocijs detineantur.

Detorqueo,es.deflecto,auerto. pro Cæl.41 b, Voluptas testium,quæ nullo negocio flecti ac detorqueri potest. Offic.40 b,Voluptates animum à uirtute torquent.de Vn.199 a,& Tusc.239 b,Eamq; detorsit à latere in dexteram partem.de Or.91 a,Vt ea ipsa nescio quomodo rursus detorqueres,& oratori propria traderes.

Detortus,a,um.de Fin.39 b,Pars corporis imminuta et detorta.)(.Apta,integra.

Detractio,onis.diminutio. Off.59 a,Detractio atq; appetitio alieni.de D.118 b,Statuæ enim ipsæ efficiuntur detractione.de Vn.198 a, Detractio confecti & cõsumpti cibi. At.197 b,Cuius loci detractionem fieri uelit.

Detrahо,his.minuo,delibo,derogo,abrogo,desecо,aufero,decerpo,detractionẽ facio.pro Cl.34 b,Nihil potest neq; additum neq; detractum de re familiari latere. pro Cæl.44 b,Claudia patrem triumphantem de currum detrahi passa non est. Epi.45 a,Ne quid de summo meo erga te amore detractum esse uideatur.I.V.189 a, Scribæ nomine binæ quinquagesimæ detrahebãtur. de Am.107 a,Multæ res sunt,in quib.de suis cõmodis uiri boni multa detrahunt.I.A.108 a,Celeritas de causa detracta est.pro Mar.132 b, Quantum operibus tuis diuturnitas detraheret,tantum afferet laudibus.de D.137 a, Nunc propter intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi & meridiationes addidi, quibus antea non utebar.de D.105 a, Paruis enim momentis,mulata natura aut affingit,aut mutat,aut detrahit.de Fin.55 a,Detractis de homine sensib. reliqui nihil est.pro R. P.129 b,Restituere id quod detractum est ex aliqua re. Ep.5 b,Nihil enim tibi detraxit senatꝰ,nisi id quod per eandẽ religionẽ dari alteri nõ potest. & ibi. Si quid ex ijs rebus,quas tibi fortuna elargita est,nonnullorũ hominũ perfidia detraxerit.et 34 b,Si absenti mihi unius mensis labor detractus esset.I.A.225 a,Si quis hanc cõsuetudinem pleriſq; in rebus bonos obtrectandi tibi detraxerit.alias,bonis. Aca. 2 b, Ne quid priuatis studijs de opera publica detrahemus.de Pro.69 a, Qui mihi homines ex prouincijs potissimum detrahendi sunt.cõtra Rul.63 b,Dat de lucro,nihil detrahit de uiuo. I.V. 203 a,Honorem debitum detraxerunt non homini, sed ordini.de Fi.54 a,Detractis homine sensibus.I.V.62 b, Cum ipse de ea facultate,si quam habet, aliquantũ detractarus sit.Ep.60 b,Egi cum Claudia uxore tua, & cum uestra sorore Mutia,ut eũ ab illa iniuria detrahe-rent.In Ver.81 a,Sed de meo iure aliquid & commodo retrahо.Posteq.199 a,Nõ solum calamitatẽ mihi detraxisse,sed etiam dignitatem auxisse uidemini. & 202 a, Mihi quod potuit sceleratorũ furor detrahere,eripuit, abstulit,dissipauit. Of.56 b,Detrahere aliquid alteri,et rapere ad se commoda alterius. de Or.135 a,Concedere aduersario idipsum quod tibi ille detrahit. pro Planc. 270 a,Nihil enim,mihi crede,de te detractum,sed aliquid etiã de uirtute significatũ tua. Qu.F.299 a,Sermo

eorum qui de te detrahere uolũt.pro Cæl.38 a, Ea quæ accusatores deformandi huius causa,detrahendæ,spoliandæ dignitatis gratia dixerunt.Aca.5 a, Socrates de se ipse detrahens. Of.27 a, Cum de absentibus detrahendi causa maledicè contumelioseq; dicitur. In Verr.212 a, Vt ipse de me detraham.ad Att.177 b,Ille non cessat de nobis detrahere.de In.66 a,Detrahere de honestate alicuius.& Ep.38 a,Detrahere de fama alicuius. Att.135 b,Cum aliquid de illo detrahatur, nefas esse approbare.pro Pom.5 a,Ne uera laus ei detracta oratione nostra,nec falsa afflicta esse uideatur.de Or.88 a,Ne de C. Lælij gloria detraham.pro Flac.152 a, Minuere gloriam alicuius.pro Rab.94 b,Detrahere de aliquo,& eũ in inuidiam uocare. Anteq.197 a, Neq; Quintus Metellus quicquam de uirtute sua detraxit, quod cesśit L. Saturnino,& c.pro Cec.289 b,Detrahere de aliquo. & Offic.5 b,Aliter,alteri.pro S.R.51 b,Nihil mihi detraham,cum illis exactæ ætatis seueriśimè fructũ,quem meruerũt,retribuam.I.V.204 a, Detrahere aliquid de summa. At.158 b,Rogaui,& si quid posset,ex ea summa detraheret.de D.125 a, Cæsar Deiotaro detraxit Armeniam à senatu datam.de N.76 b,Dionysius Ioui aureum detraxit amiculum. de Or.94 b,Fingere aliquem detractis omnibus uitijs, atq; omni laude cumulatum. Off.39 b,Quo quis callidior est, hoc inuisior detracta opinione probitatis. de Clar.orat.189 b, Commentarij Cæsaris nudi omni ornatu orationis tanquam ueste detracta.pro Cl.55 b,Vt hunc Oppianicum ad hanc accusationem detraheret.pro Mil.190 a,Detrahi in iudicium.de Pro.73 a,At hi illũ inimicum ex Gallia suis sententijs non detrahebant: id est,non reuocabant. de Aruſp.250 a, Qui sacerdotem ab aris detraxisti. Utè:Detrahere aliquem de cruce.

Detrimentum,ti. damnum. βλάμμα.)(.Emolumentum. de Finib.104 b,Emolumenta & detrimenta quæ ὠφελήματα,& βλάμματα appellant.de Or.88 a,Plura detrimenta publicis rebus quàm adiumẽta per homines eloquẽtiśimos importata.I.A.201 a, Cõsules prouideant,ne quid resp.detrimẽti accipiat.I.V.104 a,Resp. detrimentũ fecit,quod per te imperij ius in ciuitate imminutum est.& ibi.Nõ sine magno reip.detrimẽto. de Fin.60 a,Plusq; in ipsa iniuria detrimenti est,quàm in his rebus emolumenti,quæ iniuria pariũtur. At.265 a, Ne illa peregrinatio detrimentũ aliquod adferret rei familiari,eodẽ magnã partẽ fortunarum traiecit suarum. de Cl.165 a,Nostro incõmodo detrimentoq; doleamus. pro Pom.6 b, Accipere detrimentũ in aliquare. & 16 b,ut in bello.I.A.179 b,Tua ista detrimẽta sunt,illa nostra.Pl.Ep.154 a,Tamen si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset,hoc omne assignatũ iri aut pertinaciæ meæ,aut timori uidebam.Pl.Ep.159 b, Neq; tamen refugiendo commissuri sumus,ut maius detrimentũ respub.accipere possit.Of.11 a, Quicquid sine detrimento possit commodari,id tribuatur cuiq;. Ep.260 b,Senatus consulibus,prætoribus, Trib.plebis,& nobis qui procõsules sumus,negociũ dedit, ut curaremus ne quid respublica detrimenti caperet.pro Mil.115 a,& I.C.98 a,Vt uideret ne quid resp.detrimenti caperet.

Detrudo,dis.depello,deturbo,expello,differo. de Orator.86 a,Oratorem in iudicia & conciunculas tanquã

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aliquod pistrinum detrudi & cõpingi uidebam. Of. 23 d, Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erunt, &c. de Orat. 95 b, Detrudere aliquem ad id quod facere potest. de N. 53 a, Stomachus agitatione linguæ depulsum, & quasi detrusum cibum accipit. Quin. F. 305 b, In maximum luctum laboremq; detrusus sum. pro Qu. 4 b, Quintius de agro cõmuni à seruis communibus ui detruditur. pro Cec. 294 a, Potest ne detrudi quisquã, qui nõ attingitur? non ne, si uerbum sequi uolumus, hoc intelligamus necesse est? eũ detrudi cui manus afferantur? necesse est, inquã, si ad uerbum rem uolumus attingere, neminem statu detrusum, qui nõ adhibita ui manu demotus & actus præceps intelligatur. de Vn. 203 b, Et ita dextra detrusit in læuam partem oculorum, læuáq; in dextram. Epi. 66 b, Quatuor enim turres & quatuor muros cepi, & arcẽ eorũ totã, ex qua me niues, frigora, imbres detruserũt. Q. F. 314 b, Putãtur detrudi comitia in mẽsem Martium: id est, differri. At. 66 a, Putant fore aliquẽ, qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat, Catone præsertim absoluto.

Deturbo, bas. demolior, deijcio, detrudo. I. V. 221 a, Timaridani statuam istius deturbarunt. Par. 129 a, Cum parietes disturbabã. pro Qu. 8 a, De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est. In Pison. 89 b, Suum quemq; scelus de sanitate ac mente deturbat. I. P. 99 a, Illi statuã istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Qu. F. 328 b, Quod si cæmentum bonum non haberem, deturbem ædificium? Par. 121, Deturbare aliquem de possessione. Deturbari ex magna spe. Ep. 63 b, Sed hoc scito, tuos ueteres hostes, nouos amicos, uehementer literis perculsos, atq; ex magna spe deturbatos iacere. Ep. 198 b, Deturbari spe. Item: Neq; solum spe, sed certa re iam & possessione deturbatus est.

Deuehor, uehor, aduehor. I. A. 254 b, Atq; ego celeriter Veliam deuectus sum.

Deuenio. nis. uenio, peruenio. de Or. 131 a, Quæ cuiusmodi sint, facilius iã intelligemus, cum ad ipsa ridiculorũ genera deuenerimus. I. P. 94 b, Deuenit, aut potius incidit in istum Græculus, &c. Ep. 51 a, Quoniã in eam fortunam deueni, &c. pro Mu. 130 b, Qui oratores euadere nõ possunt, ad iuris studiũ deuenire. Epi. 97 a, Aut deueniendũ in uictoris manus. At. 5 a, Nolebã illum nostrum familiarẽ sermonem in alienas manus deuenire.

Deuexatus, ta. ualde uexatus, afflictus. Ep. 145 a, Per tot annos repub. deuexata.

Deuexus, a, um. deflexus, inclinatus. de Diu. 101 a, Lucus Vestæ, qui à palatij radice in nouam uiam deuexus est. At. lib. 9, Aetas iam à diuturnis laboribus deuexa ad ocium, domesticarum me rerum delectatione molliuit.

Deuincio, cis. obstringo, alligo, constringo, comprehendo. pro Sest. 6 a, Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxit, nihil contra me esse facturum. Off. 74 b, Fœdera, quibus etiam cum hosti deuinciatur fides. pro Clu. 55 b, Vt eum nuptijs alligatum, simul & testamenti spe deuinctum haberet in potestate. contra Rul. 63 b, Italiam omnibus uinculis deinctam & constrictã tenere. Or. 204 b, Nec aceruatim multa frequẽtans una complexione deuinciet. de N. 56 b, Eloquẽtia nos iuris legũq; societate deuinxit. I. P. 85 b, Qui in Italia omnes omnũ gentiũ partes tribus triũphis deuinxit. de Fat. 144 d, Hi mentem hominis uoluntate liberã spoliatam fati necessitate deuinciunt. de Ar. 244 b, Hic maximo se scelere deuinxit. pro Ce. 302 b, Ad duas dissimiles res duo deuincta interdicta sunt. Qu. Fr. 300 d, Hermippũ non solum sermone meo, sed etiam similitudine deuinxit. In Ant. 182 b, Cæsar aduersarios clementiæ specie deuinxerat. de Clar. or. 187 d, Verba eligere, collocare, & compressione deuinciri. Of. 11 b, Sanguinis autem coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. Epist. 203 b, Ipsum præterea summo officio, & summa obseruãtia tibi in perpetuũ deuinxerit. I. V. 252 b, Cleomenes ab isto donis beneficijsq; plurimis deuinciebatur. pro Pl. 267 d, Tenere aliquẽ deuinctum largitione. Item, Is totam Hortensiorum domũ deuinxit consuetudine tenebat. de Cla. or. 133 d, P. Crassus cũ Sergio Galba affinitate sese deuinxit. Qu. F. 300 d, Quem non solum sermone meo, sed etiã familiaritate deuinxi. Ep. 145 a, Iis studijs, quib. uterq; nostrum deuinctus est. & 206 b, Tũ uiros primos & homines honestissimos summo beneficio in perpetuũ tibi tuisq; deuinxeris. & 14 b, Cuius officijs me esse deuinctum cõfiteor. & 6 b, Hic tibi tua præstanti in eũ libertate deuinctus est. & 88 b, Nũc tanto sum deuinctus eius beneficio, ut neminem plus debeam. Epist. 87 a, Omnes ferè familiarissimi mihi quasi deuincti meis magnis ueteribus officijs me diligenter obseruant. pro Dom. 239 b, Dæuincire aliquem locum religione: id est, dedicare.

Deuinco, cis. uinco, supero. I. C. 101 d, Tu ad deuincendũ perfringendásq; leges ualuisti. de Na. 27 a, Cum ad Iouium Sagrã Crotoniatas Locri maximo præsto deuenissent. cõtra Rul. 84 a, Quib. Coss. Capua deuicta, atq; capta est. de Nat. 27 b, Classe deuicta. Or. 211 a, Ducibus qui Pœnos classe deuicit. contra Rull. 73 a, Nuceriam suis præsidijs deuincent.

Deuinctus, a, um. obstrictus. de Cla. or. 168 b, Nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis nasci cupiditas dicendi solet. At. 263 a, Me maximo beneficio deuinctũ semper habebis. pro Cle. 45 a, Eum habere tuis copijs deuinctum non potes. de Pr. 73 a, Nationes nondum fœdere gibus & iure certo, nec satis firma pace deuinctæ, pro Mil. 118 b, Pompeium nouo reditu in gratiam quasi deuinctum arbitrabatur.

Deuitatio, onis. fuga, uitatio. Att. 252 d, Facilior & euitatior deuitatio legionum fore uidetur, quam perplor. tarum, qui apparere dicuntur.

Deuito, as. defugio, uito. I. V. 68 a, Procellã temporis deuitauit. At. 139 b, Ne Cæsar se à me deuitatũ putet. Tusc. 188 b, Nullum ab ijs, qui in id certamẽ descendant, deuitari dolorem.

Deuius, a, um. qui de recta uia deflexit, à uia remotus, alienus, aduersus. At. 25 a, Id & nobis erit iucundum, & tibi non sanè deuium. I. P. 93 b, In oppidum deuium Beroam perfugisti. At. 41 a, Sed itineris causa ut diuertar, primùm est deuium, &c. & 56 b, Metellus per itinera deuia ad campum curr ebat, &c. & 225 b, Trebonius itineribus deuijs proficiscitur in prouinciam. A. 180 b, Quid Anagninis qui cum essent deuij, obuiam ei descenderunt. de Am. 113 b, Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus assentatoris? quis &c. In Anton. 201 b, Homo amentissimus atq; omnium consilijs

consilijs præceps & deuius. Vita deuia. l. Pœnitet.

Deunx, cis. undecim unciæ, quasi una de asse dempta. pro Cecim. 288 a. l. As.

Deuoco, as. reuoco. de Pro. 75 a, Nihil est quod eum de prouincia deuocent. & ad Her. 6 b, In suspicionem malefitij deuocari. Tusc. 230 a, Socrates primus philosophiam deuocauit è cœlo.

Deuolo, as. uolo, aufugio. pro Quint. 17 a, Ab afflicta amicitia transfugere, & ad florẽtem aliam deuolare. ad Her. 29 b, Falsi amici simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes.

Deuoluo, uis. reuoluo. I. A. 211 a, Non auditis sententiam meam flagitarit? cui cum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti.

Deuoro, as. ligurio, helluor. de N. 53 a, Stomachi partes quæ sunt infrà quàm id quod deuoratur, dilatãtur: quæ autem suprà, contrahuntur. Attic. 57 b, Dudum circumrodo quod deuorandum est. Ep. 177 b, Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit, non quòd uetera comederit, nullam enim habuit: sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. I. A. 208 b, Quapropter Qui rites expectate, & paucorum dierum molestiam deuorate, pro Do. 225 a, Cum omniũ locupletũ bona spe & auaritia deuorasses. I. V. 188 a, Non leuiter furta liguriresed deuorare pecuniam. I. V. 103 b, Iste qui iã spe & opinione prædã illã deuorasset. et pro Flac. 158 a, Quod erat spe lucrum deuoratũ. & Att. 12 a, Ille legis hæreditatẽ spe deuorarat. I. A. 246 b, Beneficijs Cæsaris deuoratis. de Cl. 191 a, Orationem à multitudine deuorari: id est, non planè intelligi. I. V. 188 a, Deuorare omnẽ pecuniam publicam nõ dubitauit. de Cl. 186 a, M. Piso hominum ineptias & stultitias, quæ nobis deuorãdæ sunt, nõ tulit. pro Sest. 7 b, Verbum ipsum uoluptatis omnibus modis animi & corporis deuorabat. I. P. 90 a, Cum partim eius prædæ profũdæ libidines deuorassent: partim, &c. In Sal. 275 a, Patrimonio non comesso, sed deuorato. Item: Quid enim tibi faciam? qui illos libros deuorasti? & alibi, In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum centum talenta eũmere non poteras. I. A. 232 b, In omnium possessiones atq; fortunas impudentissimos oculos spe & mente defigit.

Deuotio, deuotionis dedicatio. consecratio. de N. 62 b, Deciorum deuotionibus placatos esse deos. pro Dom. 242 b, Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum dentiq; conuictam esse & comissam putabo. Post q. 198 a, Eius deuotionis me esse cõstitutum iudicio deorum, &c. testimonio senatus, confessione inimicorum maximè lætor.

Deuotus, ta, tum. destinatus, cõstitutus. de Ar. 244 a, Accedit enim, quòd T. Annio deuota & constituta ista hostia uidetur.

Deuoueo, ues. uoueo, destino, dedico, consecro. de N. 27 b, Quidam imperatores se ipsos Dijs immortalibus capite uelato uerbis certis pro repub. deuouerunt. de Diu. 91 a, P. Decius deuouit se, & in aciẽ Latinorum irrupit armatus, & de Fin. 77 b, Num etiam eius collega P. Decius princeps in ea familia cõsulatus, cum se deuoueret, &c. I. A. 233 b, P. Decius qui maiorum suorum exempla persequens, pro alieno se ære deuouit. Para. 117 b, Quæ uis patrem Deciũ? quæ filium deuouit? & immisit in armatas hostium copias? Post q. 198 a, Cum me fortunasq; meas pro uestra incolumitate, ocio, concordiaq; deououi. pro Dom. 242 b, Meq; ac meũ caput hac conditione deuoui, ut, si, &c. pro Dom. 226 a, Quosdam se in medios hostes ad perspicuã mortẽ pro salute exercitus iniecisse. Of. 71 a, Agamemnõ deuouit Dianæ, quod in suo regno pulcherrimũ natũ esset illo anno, immolauit Iphigeniã, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius.

Deus, dei. diuinus spiritus, diuina prouidentia, numen diuinum. præstans æternáq; natura, diuus, cœlestis, qui in deorum numero est, ille cœlum atq; terras tuens & regens Deus, procreator ille mundi Deus, summi rectoris & domini numen. Tus. 162 a, Nec Deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædã & libera, segregata ab omni cõcretione mortali, omnia sentiens & mouẽs, ipsáq; prædita motu sempiterno. de N. 12 b, Roges me quid, aut qualis sit Deus: autore utar Simonide, de quo cum quæsisset hoc idem tyrãnus Hiero, deliberãdi causa sibi diẽ postulauit: cũ idẽ ex eo postridie quæreret, biduũ petiuit: cũ sæpius dupli caret numerũ dierũ, admirans, Hiero quæreret cur ita faceret: quia (inquit) quãto diutius cogito, tãto mihi res uidetur obscurior. de N. li. 1, Plato sine corpore deũ uult esse, ut Græci dicunt, ἀσώματον. de Ar. 248 a, Quis est tam uecors, qui cum suspexerit in cœlũ, deos esse nõ sentiat. & ibi multa de Deo ac prouidẽtia. de Som. 127 b, Ille princeps Deus, qui omnẽ hunc mũdũ regit. de Som. 128 b, Nouẽ orbibus connexa sunt omnia, quorum unus est cœlestis extimus, summus ipse Deus arcens & cõtinens cæteros. de Somn. 130 b, Deũ igitur te scito esse, siquidem Deus est, qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui tã regit & moderatur id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundũ princeps ille Deus. de Diuin. 139 a, Esse præstantẽ aliquã æternamq; naturã, & eam suspiciendam admirandamq; hominum generi, pulchritudo mundi, ordóq; rerum cœlestium cogit confiteri. de Fin. 108 b, Sed etiam modestiam quandam cognitio rerum cœlestium affert, his qui uideant quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo: & magnitudinem animi, deorum opera & facta cernentibus: iusticiam etiam, cum cognitum habeas quod sit summi rectoris & domini numen. de Legib. 161 a, Nulla gens est tam fera, quæ non etiam si ignoret, qualem deum habere deceat, tamen habendum sciat. de D. 105 a, Quanto id deo est facilius, cuius ne mini parent omnia. de N. 26 b, Iupiter dominator rerum, omnia nutu regẽs, pater diuumq; hominumq;. de Vniuer. 202 b, Deus, qui omnia genuit, ad alios Deos genitos fatur. de Vniu. 198 b, Sic deus ille æternus, hunc perfectẽ Deum procreauit. de Nat. deor. 78 b, Nihil est quod Deus efficere non possit, & quidẽ sine labore ullo. de Diuin. 134 b, Nec frustra & sine causa quid facere, dignum Deo est. de Legib. 175 a, Et quod Thales dixit, homines existimare oportere, Deos omnia cernere, deorũ omnia esse plena. fore enim hominescastiores. Of. 72 b, Nũquã nec irasci Deũ, nec nocere. pro S. R. 40 a, Cõmoda qb. utimur lucemq; qua fruimur, spiritũq; quẽ ducimus, à Deo nobis dari atq; impartiri uidemus. Off. 35 a, Dij ratiõe utẽtes. & ibi. Deos placatos pietas efficiet & sãctitas. Att. 226 b, nostri illi Heroes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

roes,sed Dij futuri quidã,in gloria sempiterna sunt.de N.37 b,Deos quosdã ex magnis beneficijs fuisse cõstitutos.& 67 a,Piscem Syri uenerantur.et ibi alia multa de deis antiquorum,præsertim Græcorũ,& Romanorũ,& Aegyptiorum.de Sen.94 b,Sic me colite, ut Deum. I.V.259 a,& de N.17 b,Dij manes.Parad.118 a,Cũ tibi sine Deus,sine natura dederit animum,& c. de N.12 b,Tragici poetæ cum explicare argumẽti exitũ nõ possunt,confugiũt ad Deum.pro Pomp.17 a,Testor omnes Deos,& eos maximè qui huic loco temploq; præsidẽt, qui omnium mentes eorum,qui ad rempublicam adeãt, maximè perspiciunt.de Diuin.116 b,Deos ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles,& c. de N.71 b,Deos ea facie nouimus,qua pictores & fictores uoluerunt.de N.76 b,Malos felices cõtra deos testimonium dicere.& 78 a, Improborum prosperitates secundæq; res redarguunt uim omnem Deorum ac potestatem. & 59 b,Magna dij curant,parua negligunt.An tequàm.197 a,Testor deos deasq; omnes immortales, me,& c.et 196 b,Dij deæq; immortales,qui,& c. I.V. 77 b,Dij patrij.de In.74 b,Ei Deo:id est, Dianæ. Att. 77 b,Dij boni.& 96 b,Ac te apud eum,Dij boni,quãta in gratia posui. Att.134 a, Quibus optimatibus,Dij boni.Tusc.169 b,Dij boni,quid lucri est emori.I.A.164 a,Quàm id (Dij boni) non decebat.de Clar.170 a,At quẽ uirũ.Dij boni.Att.225 b,O Dij boni,uiuit Tyrannus? de Clar.191 a,O Dij boni,quid quasi nos aliud agimus.Att.153 a,Reliqua,ô Dij,qui comitatus. Att.236 a, O Dij boni, quàm facilè perspiceres timere ociũ.pro Sest.6 b,Alter,ô dij boni,quàm teter incedebat. Offi.33 b,Quid est enim per deos optabilius sapiẽtia?I.A.216 a, Nunquid tale habemus? dij meliora,id enim ipsum agimus,& c.At.133 b,Dij auerrũcent.Item,Contrà igitur? Dij,inquis,auerruncent.Tusc.234 b,Cui,si Dijs placet, uidetur sapiẽs sẽper beatus.I.P.87 b,Appellatus est hic Vulturius illius prouinciæ (si dijs placet) imperator. I. An 190 b,His ducibus Dijs iuuantibus erimus liberi breui tempore. Qu.F.309 b,Dijs hominibusq; plaudentibus.Of.9 a,Dog; uolentib.cũ magnis Dijs. Dijs appro bãtibus & iuuantibus.Ep.105 a,& 156 b,Meq; Dijs iuuantibus ante brumam expectabis.de Sen.94 b, Si quis Deus mihi largiatur,ut ex hac ætate repuerascã. Tusc. 153 b,Harũ sentẽtiarũ quæ uera sit,Deũ aliquis uiderit. At.92 a,Sed hæc deus aliqs gubernabit.At.138 b,Quid tu aũt posis? aut quid homo qsquam?uix iã Deus. Tusc. 170 a,Dij immortales sciunt,hominem puto scire neminem.de Or.124 b,Qui ordo tibi placet,& quæ dispositio argumẽtorum, in quo tu mihi semper deus uideri soles.Postquam.200 a,P.Lentulus,consul,parens,deus,salus nostræ uitæ.pro Sest.28 a,P.Lentulus,cuius ego patrem Deum ac parẽtem statuo fortunæ ac nominis mei. Deus qua facie sit,aut ubi habitet, ne quærendum quidem est,Tusc.q lib.1.Deus qua mente sit futurus,quando ei aliquid ab impijs donatur, uelat Plato dubitare, cum uir nemo bonus ab improbo donari uelit,2 de Leg. Si deus esset animus hominis,cur quicquam ignoraret? de Nat.deor.1.Si mundus est deus,quoniam partes mundi sunt,dei membra partim ardentia,partim refrigerata dicẽda sunt,de Nat.d.1.Sapiẽs est mũdus,& propterea deus,de Nat.d.2.Deus mundum ædificauit,secundum

Platonẽ in Timæo,Tusc.q.lib.1.Deus aliquis mihi meãcinã feciss uideatur,14 Fam. Deus effector mũdi atq; molitor,de Vn.Deus uel effector mundi,si natus est,uel moderator,si semper fuit,Tusc.q.li.1.Deus inclusus corpore humano,Diu.lib.1.Deus is,qui erat, quã mundum crearet,de aliquando futuro Deo cogitans,de Natur.d. Deus nulli naturæ obediens aut subiectus,2 de Natur.d. Deus ille noster Plato,4.ad Attic.Deus Platonis de Timæo,opifex ædificatorq; mundi,de Nat.d.1.Deus Platonicus,de Nat.d.1.Deus præsens & præpotens, de Natura d.2.Tantus & tam præsens habetur deus,Tusc.q. lib.1.Deus qui nos melius,quàm optare auderemus,hic uauit,7 ad Attic.Fors uiderit,aut si quis est deus qui hæcuret,4 ad Attic.Nisi quis nos deus respexerit,16 Familiar. Nisi quis deus,uel casus aliquis subuenerit,16 Familiar. Deus significatur beatus & æternus, de Natura deor.1. Vetat dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos sedemigrare, Tusc.q.libro 1.Deus uindex constituitur, ut præsentis pœnæ metu religio confirmetur, 2 de Leg. Mundus, deus uolubilis, de Natura deor.1.Dei formam intelligi non posse censet Aristoteles,de Natura deor.1. Dei formam mutabilem esse uult Heraclides Ponticus,de Natura deor.1.Dei formam quæri non oportere, Socrates apud Xenophontem,de Natura deor.1.Dei notiones nullum est animal quod habeat præter hominem,2 de Legib.Dei specie cogitatione percipi cum sensu,de Natura deor.1.Deo nihil minus gratum, quàm non omnibus patere ad se placandum & colendum uiam,2 de Legib.Deo isti rotundo quæ uita tribuitur?de Natura deorum,1.Deo pie & caste satisfacere,14 Familiar. Deo nihil,quod quidem in terris fiat,acceptius est,quàm cõcilia,cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur,Som.Scip. Deo paret mundus,& huic obediunt maria,terræq;, & hominũ uita iussis suprema legis obtemperat,3 de Legib.Deo probitas grata est,simptus remouendus,2 de Legib.Deo proximum & quissimum id habendum, quod sit optimum,2 de Legib. Deo sponsione uoti obligamur, 2 de Legib. Non modò solũ hominis deo tribuunt imperiij,sed usum etiam uim brorum,arcum, sagittas,hastam,& cætera,de Natura deorum,1.Deo tribuenda est ratio recta constans,2 de Natura deor.Paulò pòst uocat perfectam & absolutã. Deum dixit Thales Milesius eam mentem quæ ex cunctla fingeret,de Natura deorum,1. Deum, qui esse optimus,fas nec est,nec unquam fuit facere quicquam,si pulcherrimum,de Vniuers.Deum Pythagoras censuit esse animum per naturam rerum omnem intentum & commeantem,ex quo animi nostri carperentur,de Natura deor.1. Deum uoluit esse Xenophanes, mente adiuncta,omne præterea quod esset infinitum, de Natura deorum,1.Deum esse mũdum & cœlum & astra & terram, & animos, & eos quos maiorum institutis accolimus, de Natura deorum, 1.Deum esse mundum, omnemq; uim mundi diuina natura contineri,de Natura d. 2.Deum solẽm & animum esse ait Socrates apud Xenophontem,& modò unum,tum autem plures deos cõfituit,de Natura deor.1.Ad deum reuocat Parmenides cupiditatem,bellum,discordiam, de Natura deor.1.Deum, etsi non uidemus, tamen agnoscimus ex operibus eius, Tusc.q.lib.1.Deum non attingit labor, de Natura d.1.

Deum

Deum ipsum cogitatione cõplecti non possumus, Tusc. quæst.lib.1.Contra deum disputare, 3 de Natu.d.Deum non modò aliqua,sed etiam pulcherrima specie esse decet,de N.d.1.Ex quo efficitur,ut is agnoscat deum,qui unde ortus sit,quasi recordetur ac agnoscat, 1 de Leg. Deum omnia nostri causa fecisse docent Stoici,Aca.q. ed.1 lib.2.Fingeret deum lineamentis duntaxat extremis,de N.d.1.Ne in deum quidem cadere,ut sciat quid casu & fortuitò futurum sit,Diuin.lib.2. Deũ certissimũ indicat Cleanthes,ultimũ & altissimũ, atq; undiq; circumfusum,& extremũ omnia cingentẽ,atq; cõplexum ardorem,qui æther nominetur,de N.d.1.Sed nos deum nisi sempiternum intelligere qui possumus,de N. d.1.Aera deum statuit Anaximenes,de Na.d.1.Quis enim deum non timeat omnia prouidentem & cogitantem & animaduertentem,& omnia ad se pertinere putantem,curiosum & plenum negocij deum? de Na.d.1. Nihil à deo significari somnijs,Diuin.li.2. Deo inuito, non sunt dissoluta per eum facta,de Vniu. Nisi iuuante deo tales non fuerunt,Curius, Fabricius, Coruncanus, reliquiq; uiri fortes,2 de N.d.Dij approbẽt uelim quod egeris,2 Fam.Dij approbent quod actum est, 2 Fam.& 6 ad At.Quòd si iam (quod dij omen auertant) fatum extremum Reipub.uenit,& c.3 Phil.Dij Barbarorum, 3 de Nat.d.Dij beneficì sunt,generiq; hominum amici, Diuin.lib.1.& lib.2.Dij bellis præsijsq; nõ caruerunt, ut fabulæ ferunt,2 de Nat.de.Dij commentitij & ficti, 2 de N.d.Magna dij curant,parua negligunt, 2 de N.d. Dij deæq; mihi prius omnia eripuerint,ad Brut.Dij sciant,ut rei militaris,ut belli mẽtionem facere audeas, 1.V.Dij isti malè faciant,11 Famil.Dij faxint quod promittis,15 ad At.& 16.Dij genitales, Tusc.quæst.libr.1. Dij maiorum gentium,Tusc.q.lib.1.Dij illi mortuo,15 ad At.Imprecatio est suppressò uerbo. Ergo habet Antonius quod suis polliceatur.quid nos?nunquid tale habemus?dij meliora.Id enim ipsum agim", ne quid posthac eiusmodi quicquã possit polliceri,8 Phil.Dij minora negligunt,neq; agellos singulorũ,nec uiticulas persequuntur,3 de N.d.Dij ipsi se nobis non offerunt,uim autem suam longè lateq; diffundunt,Diu.li.1.Dij poetici,3 de N.d.Dij præsentes ubi uisi fuerint,3 de Nat.d. Quod dij prohibeant,10 Fa.Pollionis. Dij quales sint, ratione cognoscimus,Tusc.q.li.1.Dij quomodo placandi,pro Clu.Dij,quos tu castissimè coluisti,gratiam nobis non retulerunt,14 Fam.Dij hominum similes,& c. de N.d.1.Dij induti specie humana,fabulæ poetis suppeditauerunt,2 de N.d.Deorum, quos Græci δαίμονας appellant,nostri opinor lares,de Vn.47.Cur pauperta tẽ sumptu ad sacra adhibito deorũ aditu arceamus,2 de Le.Quum essent agri deorũ beneficio multi peruersæ uturitur,3 de N.d.Deorũ beneficio multi peruersæ utuntur,3 de Na.d.Deũ benignitate,10 Fa.Pla.Tanquã descendisset ex deorum concilio, 1 de Na.d.Deorũ cultus quis optimus & castissimus,2 de N.d. Deorum fortunæ & ætates & uestitus, ornatusq; noti sunt,2 de N. d.Deorum honore res sordidas atq; deformes afficere, de Na.d.1.Deorum iram donis placare impius ne audeto,2 de Le.Deorum manium iura sancta sunto.Hos leunto,2 de Le.Deorum natura præpotens & excellẽs,

2 de Natur.de.Est deorum eximia quædam præstansq; natura,de Nat.deor.1. Quæ de deorum,qui cernuntur, quiq; sunt orti natura,præfati sumus,de Vniuer.Quisquam nobilium deorum,3 de Nat,deo.Deorum nomen obtinuerunt eæres,quarũ uis erat tanta,ut sine Deo regi non posset (nempe fides,uirtus,honor,salus,concordia,libertas) de Natu.deor.2.Quot hominum linguæ, tot nomina deorum,de N.d.1.Deorum notionem in hominum animis impressit ipsa natura,de Nat.d.1.Cleanthes quatuor modis formatus in animis hominum putat deorum esse notiones,3 de N.d.Deorum immortalium numine omnia regi,gubernariq; perspeximus, de Arusp.resp.In deorum numero esse maiores uoluerunt eos qui ex hac uita migrassent,2 de Le.In deorum numero Democritus refert imagines,earũq; circuitus,& cætera,de Natur.deor.1.Deorum omnium plures, singuli singulis sacerdotes,2 de Leg. 30 Deorum omnium terra,sacrum domicilium,2 de Leg. Deorum omnium qui intra cælum gignerentur,terram custodem esse uoluit deus,de Vniu.In deorum opinione turpissimè labitur Empedocles,de Na.deor.1.Deorum ortus habeatur,atq; dicatur,ut Oceanum,Salaciamq; cæli satu,terræq; conceptu generatos,editosq; memoremus. ex his Phorcyn,Saturnum,& Opem:deinceps Iouem atque Iunonem,reliquos,quos fratres inter se,agnatosq; usurpare atq; appellare uidemus,de Vni. Deorum progeniem se esse dicebant ueteres & prisci uiri, de Vniuers. Deorum species quadam opinione in oculis est, non solùm in mentibus,2 de Legibus.Deorum speciem, corpus non esse,sed quasi corpus:nec habere sanguinẽ sed quasi sanguinem,dixit Epicurus,de Natura deor.1. Deorum ignotorum turbam magnam congregat Chrysippus,de Natura deor.1.Deorum immortalium ui,natura,ratione,potestate,mente,numine,natura omnis diuina regitur,1 de Legibus.Improborum prosperitates,secundæq; res redarguũt uim omnem deorum ac potestatem,3 de Natur.deor.Deorum uim & naturam tollit Antisthenes,de Natura deorum 1.Deorum uirtus naturã excellit,hominum industria,Top.Dijs immortalibus gratulari nos,quàm tibi, acceptum referre mauis,gaudeo,15 Famil.M.Catonis.Deos frustrà appello, quorum aures atque animus à nobis abhorret,ad Ocla. Deos certos cur Homerus principibus heroum pericula lorum comites adiunxerit, 2 de Natu.deor.Qui canem & felem ut deos colunt, eadem superstitione qua cætæ gentes constrictantur, 1 de Legib. Mala & impia est consuetudo contra deos disputandi, 2 de Natura deor. Deos esse,& consulere rebus humanis, Diuin libro 1. Deos non esse parietibus claudendos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera,quorumq; hic mundus templum esset,censuerunt Magi Persarum, 2 de Legibus. Cur deos esse credamus, firmissimum hoc afferri potest,quòd nulla gens tam fera,nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio, Tusculan.quæst.libro 1. Deos esse dominos ac moderatores omnium rerum, eoq; quæ gerantur,eorum geri iudicio ac numine, eosdem' que optimè de genere hominum mereri,& qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente,qua pietate religiones colat,intueri, piorumq; & impiorum habere ratio-

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem à principio ciuibus persuasum esse debet, 2 de Le. Deos esse dicit Democritus, principia, mentesq;, quæ sunt in uniuerso, de Nat.d.1. Deos Perseus eos dicit esse habitos, à quibus magna utilitas ad uitæ cultum esset inuenta, de Na.de.1. Deos omnia cernere, deorum esse plena omnia, homines existimare oportere dicebat Thales: fore enim oẽs castiores, 2 de Le. Deos octo esse dixit Xenocrates, de Nat.d.1. Deos esse dubitabit Protagoras, nullos esse omnino Diagoras & Theodorus Cyrenaicus putauerũt, de Na.d.1. Deos esse facimus his uocabulis, quibus à nobis nominãtur, de N.d.1. Deos esse natiuos Anaximander putauit, de Natur.d.1. Deos esse quodã pacto negat Democritus, 2 de N.d. Deos esse natura opinamur, Tus.q.l.1. Deos populares esse multos, naturalem unũ dicit Antisthenes, de Na.d.1. Deos esse quibus argumẽtis probetur, de Arusp.respon.16. Deos esse summos cum concedamus, eorumq; mente mundũ regi, & eorum benignitatem hominũ consulere generi, & posse nobis signa futurarum rerũ ostendere, non uideo cur diuinationem esse negem, 2 de Leg. Deos nemo separatim habebit, ne ue nouos, sed ne aduenas, nisi publicè adscitos priuatim colunto, 2 de Le. In deos cæremoniæ ac religiones, non metu, sed ea coniunctione, quæ est homini cum deo, conseruandæ, 1 de Leg. Deos nouos, & in his colendis nocturnas peruigilationes sic Aristophanes Poeta uexat, ut apud eum Sabazius, & quidam alij dij peregrini iudicati è ciuitate eijciantur, 2 de Le. Quòd precarer deos, nisi meas preces audire desijssent, 1 ad Qu.Fr. Re tollit, oratione relinquit deos Epicurus, de Nat.d.1. Deos alios in terra, alios in luna, alios in reliquas mundi partes spargens deus quasi serebat, de Vn. Deos suos, aut nouos, aut alienigenas colì. confusionẽ habet religionũ, & ignotas etiam sacerdotibus cæremonias, 2 de Leg. Deos hominesq; testor, 10 Fam. Lepidi. Vereri deos, de Sen. Deos tibi eum honorem fortunare uolo, 15 Famil. intelligit consulatum. Quos, dij immortales, ille, quum omnes artus arderent uiderentur, cruciatus perferebat, 2 de Fi. A dijs ortis fidem non habere, difficile, de Vni. Non idcirco à dijs nõ optimè nobis esse prouisum, quòd multi eorum beneficio peruerse utantur, 3 de Na.d. Dijs hominibusq; inuitis, 3 ad Qu.Frat. Dijs immortalibus interpositis tum iudicibus, tum testibus ciuium inter ipsos, quàm sancta erit inter eos societas, 2 de Leg.

Dextella, læ. parua dextra, deliciæ. Att. 235 b, & 236 d, Qu.Fr. Vt scribis est dextella.

Dexter, a, um.)(Sinister. de D. 82 b, Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iussisset. de D. 90 a, Pateram dextra manu tenebat. Ep. Fam. lib. 10, Dexterius cornu. Galbæ.

Dextera, ræ. dextra. Postquam 209 d, Qui mihi primus afflicto & iacenti consulare fidem dexteramq; porrexit. pro Deiot. 145 a, Porrigere dexteram alicui. I.V. 267 a, & pro Clu. 22 b, & I.A. 146 b, Cui supplici nõ illa dextera fidẽ porrexit? de Pro. 71 a, Imperator dexteram tendens milites hortabatur. Att. 98 b, Vbi sunt illæ densæ dexteræ?

Dextra, træ. dextra manus. I.A. 231 d, Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt et scelere uiolatæ. I.A. 226 b, Græcia tendit dextram Italiæ, suumq; ei præsidium pollicetur. de Di. 98 d, Quid augur? cur à dextra coruus? à sinistra cornix faciat ratum? I.A. 244 b, Vastis est circumspectus, quid ad dextram, quid ad sinistram sit. de Vn. 203 b, Nam & ante & pone, ad læuã & ad dextram, & sursum & deorsum, &c. Item, ad dextram.)(Ad læuam. de D. 92 a, Prendisse eam dextram uam.

Dextrorsum, ad dextram. de D. 89 b, Dextrorsum orbem flammeum, Radiatum solis liquier cursu nouo, & cætera. Poetæ.

Diadema, tis. apex, insigne regni. I.A. 176 b, Tu diadema imponebas cum plangore populi. I.A. 185 b, Antonius collegæ diadema imposuit. & 225 b, Nisi forte eos nius collegæ diadema imposuit. & 225 b, Nisi forte eos qui diadema posuerunt conseruandos: eos qui nomen regis sustulerunt, deseruendos putatis.

Diæta, tæ. medicinæ pars, quæ uictu morbos curat. Att. 56 a, Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Diagoras, ræ. de N. 78 d, At Diagoras cum Samothraciam uenisset, Atheos ille qui dicitur, atq; ei qui illam amicus: Tu qui deos, &c.

Dialectica, cæ. differendi ratio & scientia, ueri & falsi iudicandi scientia, dialecticorum scientia, prudentia disputandi, ars quædam intelligendi quid quamq; rẽ sequatur, & quid sit cuiq; contrariũ. de Cl. 194 d, Vt odoro cium m alijs reb. tum studiosissimè in dialectica exercebar, quæ quasi contracta & astricta eloquentia putanda est: sine qua etiã tu Brute iudicasti te illam stam eloquentiam, quam dialecticam dilatatã esse putant, cõsequi nõ posse. Ac. 23 d, Dialectica ueri & falsi quasi disceptatrix & iudex. & ibid. Dialectica primo progressu festiuè tradit elementa loquẽdi, & ambigorum intelligentiã, & concludendi rationem, tum uero ad soritas, lubricum sanè & periculosum locum. Orat. 207 d, Aristoteles in principio artis Rhetoricæ dicit eam artem quasi ex altera parte respõdere dialecticæ, ut hoc uidelicet differant inter se, quòd hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Acad. 45 d, Dialectica disciplina: id est, oratio ratione conclusa. hæc quasi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur. de Finib. 67 b, & Or. 207 d, Zeno rhetoricam palmi dialecticam pugno similem esse uidebat, quòd Latini loquerentur rhetores, dialectici aũt compressius. de Or. 223 a, Ars bene differendi, & uera ac falsa diiudicandi, quæ uerbo Græco διαλεκτικὴ appellatur. & ibid. dialectica multa. de Fi. 68 d, Dialecticã contemnit Epicurus, quæ una continet omnem & perspiciendi quæ in quaq; re sit scientiam, & iudicandi quale quicq; sit. ac ratione & uia disputandi. Acad. 24 a, Fundamentum dialecticæ est, quicquid enuncietur (id aũ appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut uerum esse aut falsum. & ibi. Eadem illa ars, quasi Penelopæ telam retexens, tollit ad extremum superiora. & ibi. multa de rebus dialecticis. & 24 a, de Finì. 105 d, Dialectica habet rationem, ne cui falso assentiamur, ne ue unquã temere sa probabilitate fallamur: eaq; quæ de bonis et malis dicemus, ut tenere tuerique possimus. nam sine hac arte, quicuis arbitranur à uero abduci falliq; posse. Tus. 24 b, Sequitur tertia, quæ per oẽs partes sapientiæ manat, & funditur, quæ rem definit, genera dispartit, sequentia adiungit, perfecta concludit, uera & falsa dijudicat, differendi ratio & scientia: ex qua cùm summa utilitas exisit ad res ponderandas, tũ maximè ingenua delectatio & digna sapientia. de L. 168 b, Atq; hæc omnia qua si sepimento aliquo uallabit differendi ratione ueri & falsi iudicandi scientia, & arte quadã intelligẽdi quid quàque rẽ sequatur, & quid sit cuiq; contrariũ. & ibi de rhetorica & earũ differentia. de Or. 90 b, Philosophia in tres partes est distributa: in naturæ obscuritatẽ, in differendi subtilitatẽ, in uitam atq; mores. Par. 236 b, & 242 b, Sunt autem aliæ quasi ministræ comitesq; sapientiæ: quarum altera, quæ sint in disputãdo uera atq; falsa, quibusq; positis quid sequatur, distinguit & iudicat, quæ uirius omnis in ratione scientiaq; disputãdi sita est: altera autem, &c. de Cl. 178 d, Seruius Sulpitius attulit omnium artiũ maximã quasi lucem, &c. & ibi de dialectica multa. Ac. 24 b, Epicurus totam dialecticã cõtemnit & irridet. Par. 237 d, Prudentiam disputandi cõ certatio captatioq; uerborum imitatur. Tusc. 216 d, Elogicis tanquam è scrupulosis cotibus enatauit oratio.

Dialectica, corum. de Cl. 175 a, Stoicorum in dialecticis omnis cura consumitur. de Fi. 99 d, & Off 4 b, Carneades tuus egregia quadã exercitatione in dialecticis. Attic. 227 b, Vestorius homo remotus à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus.

Dialecticè. dialecticorum more, tenuiter, subtiliter. de Fin. 67 b, Rhetoricè uel dialecticè disputare. Acad. 40 b, Multa dialecticè dicta.

Dialectice, ces. Top. 221 b, Omnis ratio diligẽs differendi duas habet partes, unam inueniendi, alteram iudicandi. & ibid. Iudicãdi uias Stoici diligenter persecuti sunt eam scientiam, quam dialecticen appellant: inueniendi uerò artem quæ topice dicitur, totam reliquerunt.

Dialecticus, a. um. minutus philosophus, disputandi peritus. de D. 232 b, Ambigua ad dialecticum referẽda sunt. de D. 400 b, Quomodo mentiẽtem dissoluas, quem pseudomenon uocant, aut quemadmodum soriti resistas, dialectici docent. Or. 207 a, Disputandi ratio & loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi, & ornandi. & ibi. Dialecticorum scientia. pro Do 222 b, Sexte noster bona uenia, quoniam id dialecticus es, et hoc quoq; iuris, & de Diui. 134 a, Si uelim geometricum quidam, aut physicum, aut dialecticum explicare. Acad. 24 b. Mina erat merces dialecticorum. de Fat. 142 b, Vigilante dialectico magna luctatio est, deserãs. de Fin. 67 b, Dialecticæ captiones. de Or. 95 b, Acumen dialecticorũ quæx. de D. 130 a, & ad He. 9 d, Contra dialecticos. pro Mur. 142 b, Peruersa & præpostera dialecticorũ sapiẽtia. Part. 242 b, Et eadẽ uel angustè disserere, ut dialectici qui appellantur, uel ut oratorem decet, latè exprimere. de Fat. 143 d, De connexis & coniunctionibus ridiculis dialecticorum. & ibi. O licentiam iocularem. & de D. 93 b, Carneales concertationis studio modò ait hoc, modò illud. Par. 116 d, De minuto genere dicendi, & argumentandi dialectiorum, siue Stoicorum. & Tusc. 211 a, Conclusiunculæ ad sensus non permanentes.

Dialogus, gi. disputatio, sermo in personas distributus. Epist. 16 b, Scripsi etiam tres libros in disputatiõe & dialogo. de Cl. 184 b, Cum disputatio esset inter eos, ut

est consuetudo dialogorum. Or. 221 d, Plato in ijs sermonibus, qui dialogi uocantur. At. 70 b, Nos Tarẽti, quos cum Pompeio διαλόγους de republica habuerimus, ad te perscribemus. et 244 d, Varronis διαλόγου expectio. & 218 b, Hic dialogus sic conclusus est.

Diana, næ. Dianæ plures fuerunt. de N. 71 d, de N. 39 b, Dianã & Lunam eandem esse putant, eadem apud Græcos Diana & Lucifera, & apud nos Iuno Lucina. & Diana dicta, quia noctu quasi diem efficit. In Arat. 392 d, Vt quondam Orion manibus uiolasse Dianam Dicitur, &c. I.V. 216 d, Dianam Pergæ uiolatam esse. & 217 d, De simulachro Dianæ.

Dianium, oppidum. L. Sinope.

Diarium, rij, Stipendium militibus in singulos dies propositum. Att. lib. 8, Eo modo autem ambulat Cæsar, & ijs diarijs militum celeritatem incitat.

Diarrhœa, rhœæ. alui purgatio, uentris fluxio. Epistol. 107 b, In eas herbas cum incidissem in cœna augurali, à pud Lentulum tanta me διαῤῥοΐα arripuit, ut hodie primum uiderer cœpisse consistere.

Dibaphus, phi. bis tinctus, purpura. Epist. 27 b, Nam Curius noster dibaphum cogitat, sed eũ infector moratur. Att. 28 b, Strumam Vatinij sacerdotij διβάφῳ uestiant.

Dica, dicæ. iudicium, actio. I.V. 212 d, Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummulorum, dicis causa daret. aliter, dicæ. I.V. 116 d, Scribitur Heraclio dicæ quater. & 217 b, Dicas sortitur, educit ex urna tres iudices.

Dicacitas, tis. de Or. 128 b, Duo sunt genera facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue. Illa superior cauillatio, hæc altera dicacitas appellatur. & 129 a, Or. 204 b, Sales, quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. de Orat. 131 a, Scurrilis dicacitas oratori fugienda est. Attic. 7 b, Genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur.

Dicatio, onis. cum aliquis se in ciuitatem aliquam dicat & tradit. pro Cõ. 60 a, Neque solum dicatione, sed etiã postliminio potest fieri ciuitatis mutatio.

Dicatus, a, um. Or. 201 d, Epidicticon genus gymnasijs & palæstræ dicatum, spretum & pulsum foro.

Dicax, cis. paulò nimium facetus, pröptus, paratus. Orat. 205 a, Demosthenes non tam dicax fuit quàm facetus. est autem illud acrioris ingenij, hoc maioris artis. de Or. 129 a, Hominibus facetis & dicacibus difficile est habere hominum rationem, & ea quæ occurrant, cum salsissimè dici posint, tenere. I.A. 175 d, Populum in te dicacem etiam reddidisti. de Or. 231 d, Vargula et Granius, pro Cæc. 5 a, In conuiuijs faceti & dicaces. pro Qu. 2 b, Quo impius dicax esset.

Dichoreus, rei. Or. 227 b, Insistit autem ambitus modis pluribus, è quibus unum est secuta Asia maximè, qui dichoreus uocatur, cum duo extremi chorei sunt: id est, è singulis longis & breuibus.

Dicis causa, id est, simulandi causa, per simulationem, ad speciem. l. Dica. Ego tum ibidem dicæ causa, legi posse existimo, ut sit litis causa.

Dico, as. nuncupo, προφωνῶ, consecro, addico. Tusc. 163 b, Cygnus non fine causa Apollini dicatus est. pro Cor. 60 a, Non est huius ciuitatis ciuis, qui se alij ciuitati dica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti dicare potest. pro Cor. 60 b, Dicare se in aliquam ciuitatē. Att. Rectum censuisti, ut aliquid dicarē. de L. 170 b, Ordire igitur, nam hunc totum tibi dicamus diem. I. Ver. 215 a, Dare, donare, consecrare aliquid Ioui Opt. Max. & 273 b, Donum Ioui dicatum ac promissum. Ep. 20 b, Huic meæ laudi tuū studium dices. de Orat. 413 b, Non uidi eorum casus, qui tum adolescentes Crasso se dicarant. ad Cæs. ex Non. Balbum quanti faciam, quamq; ei me totum dicauerim, ex ipso scies.

Dico, cis. loquor, aio, narro, uerbum uel uerba facio, uerba uel sermonē, uel orationem habeo, usurpo, cōmemoro, ago, expono, explico, profero, memoro, perhibeo, disputo, dissero, in cōcione uel oratione mea pono. Mortem dico, & deos timebat Metrodorus, de Nat. deorum 1. Quamobrem nihil dico de meo ingenio. neq; est quod possim dicere: neq; si esset dicerem, I. Ver. Non dico fortasse etiam quod sentio, Tusc. q. lib. 2. Causam dicit is qui unus relictus, ex illorum nefaria cæde restat, pro Rosc. Amer. Dicit plane quod intelligam, lib. 1 de Finibus. Cicero meus modestissimus & suauissimus puer tibi salutem dicit, Attic. lib. 5. Ea nos hoc tempore utimur, qui causam dicimus, pro Rosc. Amer. Dicimus multa inconsideratē ac temerē, de Vniuers. Multi etiam communes inimici reorum omnium, qui ita semper testimoniū de ambitu dicunt, pro Planc. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursim dicis aliena, 2 Philip. Dixi pro illo de ambitu, 2 ad Qu. frat. Qui testimonium de coniuratione dixi in alios, pro Sylla. Neq; dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notū atq; testatum, Attic. lib. 1. 6 Verr. Sed tu istuc dixti bene Latinē, parum planē, 2 de Finibus. Sed quibus sententijs dixti, quod & ipsi probarent, lætati sunt tamen me contra Pompeij uoluntatem dixisse, Att. lib. 4. Vt quisq; ætate & honore ante cedebat, ita sententiam dixit ex ordine, 6 Verr. Crassus Consul Pōtifex maximus, Flacco collegæ Flamini Marciali multam dixit, si à sacris discessisset, 11 Philip. Diem mihi (credo) dixerat, mulctam irrogarat, actionem peruduellionis intenderat, pro Mil. Etsi multa præsens in præsentem acerbē dixerat & fecerat, Att. lib. 11. Dicam paulo altius. 4 Verr. Nihil dicā grauius, 3 ad Qu. frat. Dissuasimus nos, sed nihil de me: de Scipione dicam libētius, de Amic. Valeat. quid enim dicam, propitius sit, de Nat. d. 1. Dicam quod sentio tamē, Parad. Dicam ut res est Acad. q. ed. 2. lib. 1. Dices, quid postea, si Romæ assiduò fuit, pro Rosc. Amerino. Dicet aliquis, Quid ergo tu, &c. 3 Tus. 6 Verr. Dic, dic quæso clarius, 3 Verr. Dic mihi uerum, 2 ad Qu. frat. Dicat Senator loco, 3 de Leg. id est, rogatus. Dicerē de me ipse, 6 Familiar. Id est meipsum laudarē. Quum surgeret nemo, neq; sententiā diceret, 6 Verrinarum. Quum testimonium secundum fidem & religionem grauissimē dixissem, ad Qu. frat. lib. 3. 5. Quum quidem eo ipso anno contra Seruiū Galbam ad populum summa contētione dixisset, de Cl. Or. Si dicam, docere te uidear, non rogare, 13 Fam. Sic loquitur, ut Coruncanum pontificem maximum te audire dicas, de Nat. d. 1. Non dixerim facilē, 10 Fam. Planci. Iam uerò in bonis Qu. Opimij uendendis, quas iste prædas, quàm apertē, quàm improbē fecerit, longum est dicere, 3 Verr. Dicere nunquam non ineptum est, nisi cum est necessarium, 1 de Orat. Dicere à scripto, 2 de Inuēt. Di-

cere ad uoluntatem alicuius, Læl. Dicere aliquid acrius & uehementius, Tusc. q. lib. 4. Dicere aliquid constanter, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Dicere aliud atq; sentias, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere apertē & clara uoce, Tusc. q. lib. 5. Dicere apte, distinctē, ornatē, Offic. 1. Dicere audacter & aperte, pro Rosc. Com. Dicere bene nemo potest, nisi q prudenter intelligit, Brutus. Dicere causam apud alterquem, 1 de Finib. De capite suo priore loco causam dicere, pro Quint. Dicere certa, Tusc. q. lib. 1. Dicere cōtra omnes, lib. 1 de Finib. Dicere contra sensus, cōtra q; perspicuitatem, Acad. q. edit. 1. lib. 2. Dicere copiosē, sapienterq;, Offic. 2. Dicere de absentibus, detrahendi causa, Offic. 1. Longum est dicere de Platonis inconstantia, de Nat deo. 1. Dicere de seipso senile est, eiq; ætati concedi tur, Cat. Sed materia facilius, in te & in tuos dicta dicere, 2 Philip. Dicere diem alicui, Officior. 3. pro Rosc. Amer. Dicere diserte copioseq;, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere dotē, pro Cæcin. Dicere ea quæ sunt in promptu, Acad. quæst. ed. 1. 3. Dicere minora enucleatē, de Fin. lib. 4. Dicere grauissimē & copiosissimē. Offic. 1. Dicere inuidiose, eleganter, subtiliter, Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. Dicere meius, de Finibus lib. 2. Dicere leges, 5 in Verr. Dicere modicum alicui, de Pet. Cons. Dicere monstra, Tusc. q. lib. 4. Dicere orationem de scripto, pro Planc. Dicere graviora ornatē, de Finibus lib. 4. Dicere politē, aptēq; de Finibus lib. 4 Dicere pro reo, de Finib. lib. 4. Dicere pro rationem contra alienam, 2 Fam. Dicere omnes Romani cupierunt, non plurimi ausi sunt, pauci potuerunt, Brut. Dicere Senatui, pro Domo sua: pro, in Senatu, uel apud Senatum. Dicere sententioſe sine uerborū & ordine ullo modo, infantia est. Orat. Dicere simpliciter breuiterq; Offic. 2. Dicere subtiliter contra aliquem, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere subtiliter magis, quàm dilucidē, Tusc. q. lib. 2. Nec temerē dicere, nec astutē reticere, 1 ad Qu. frat. Dicere falsum testimonium, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Dicere ualde uehementer & liberē, 14 ad Att. Verē dicere, 2 de Leg. Non dicere uisus Antonius, sed uomere, 12 Fam. Dicere cuius excellentia, multa quidem dici quamuis fuse latē, possint, Tusc. q. lib. 4. Vt sententiæ de summa Reip. libere dici possint, 4. Philip. Quid eo miserius dici aut fingi potest, de Finibus lib. 1. Dici non potest quàm multa sint quæ rejicienda, 7 Fam. Dici uix potest quàm multa sint quæ fugienda, pro Quint. Video enim ab eo dici multa fuisse, multa præclarē, Tusc. quæst. lib. 3. Dici splendidē quæ dam non conuersa de Græcis, lib. 1. de Finib. P. Vatinius cliēs ad te uenit, qui pro se causam dicier uult, 5 Familiar. pro Vatinij. Dicendum aliquando est, 13 Familiar. pro Tullio. dem dicendum est. Audistis ob ius dicēdum, Qu. Varium dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nummium dedisse, 4 Verr. Dicendi ars, pro Rhetorica, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Dicendi assiduitas artem multam imuat, 1 ad Heren. Dicendi assiduitas audaciam alit, 3 de Inuent. Dicendi calumniam tempus eximere, 4 ad Attic. Dicendi copia quid desideret, 1 ad Heren. Dicendi facultas quibus rebus alatur, quas fugiat, Brut. Dicendi facultas ditas sciplina mendacio nixa est, 2 de Orat. Dicendi facultas cæteris artibus multo tardius absoluta, Brut. Dicendi facultatis laus, 2 de Orat. Dicēdi facultatem uetere es Græci sapientiam nominabant, 3 de Orat. Dicendi genera fo rense, Offic. 1. Dicēdi genera tria, Orat. Dicēdi genera cur tam

uaria, 2 de Or. Dicendi genera singula singulis ætatibus, 2 de Ora. De optimo dicendi genere iudicium M. Bruti à Cicerone diuersum, 15 ad At. Dicēdi opus ex quinq; partibus constat, Brut. Dicendi doctrinæ partes tres, Partit. Dicendi ratio tribus ad persuadendū rebus est mixa, 2 de Or. Dicendi studiū non cōmune Græciæ, sed propriū Athenarum, Brut. Dicendi certum tempus Pompeia lege constitutū, Br. Dicendi usus in omni parte & libera ciuitate dominatur, 2 de Or. Dicēdo uincere nō postulo, 11 Fam. Matij. Vt non modò Græcarū literarum rudes, sed etiā docti aliquantū se arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad iudicandū, 1 Off. id est, in oratoria arte, & in philosophia. Num igitur placet, cum de eloquētia præcipias, aliquid etiā testimonijs dicendis quasi in arte tradere? de Ora. d. Quod ne dictu quidem fas est, de Vn. Qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus, pro Quintio. pro Do. 232 a, Dico igitur, & quàm possum maxima uoce dico, me, &c. pro Qu. 1 b, Quid hoc iniquius dici aut commemorari potest? pro Cl. 52 a, Quæ dixi necessariò pluribus uerbis egi, ut, &c. & ib. bis. At. 212 b, Sed etiā atq; etiam dico, tuo periculo fiet. Epi. 186 b, Quod aūt & in senatu pluribus uerbis disserui, & dixi in concione, in eo uelim fidem meam liberes. de Cl. 196 b, Nihil dico amplius: tantum dico, si mihi, &c. & pro Qu. 12 b, Vnum illud dico, si propter, &c. de Or. 115 a, b, Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm expertus. Att. 18 b, Homines beati, hos piscinarios dico, amicos tuos. de D. 128 b, Demosthenes cū Rho dicere nequiret, exercitatione fecit, ut planissimē diceret. Orat. 215 b, Quòd uersus sæpe in oratione per imprudentiā dicimus. I. V. 208 b, De hoc homine Verri dicitur, habere eū perbonata toreumata. de N. 68 b, Aristæus oliuæ inuentor dicitur. & 70 b, Solē Acantho Rhodi peperisse dicitur. & ib. Mercurius, qui Argum dicitur interemisse. Ep. 115 b, Pōpeius dicitur ualde laborare, de N. 71 a, Aesculapius, qui primus uulnus obligauisse dicitur. & 78 b, Portēta & flagitia ab utrisq; dicūtur. de Or. 157 b, Vt dicitur: id est, ut aiūt. At. 106 a, Ad summā dic M. Tulli, &c. Att. 247 a, Dic mihi, Antonius uale ne, &c. Atti. 246 a, & 247 b, Narro tibi, hæc loca uenusta sunt: id est, dico tibi. At. 26 b, Narra mihi: id est, dic mihi. Att. 216 a, Sanè bene narras. At. 24 b, Quod inter nos licet dicere. de Or. 94 a, Nā quid ineptius est, quàm de dicēdo dicere? & ib. Quid de illis dicat, quæ, &c. At. 56 b, Dicere sententiā de scripto. & I. A. 225 a, et de Cl. 168 b, & Ep. 151 b. (Memoriter, & ex memoria. pro D. 218 b, Quis apud pop. Ro. de illius dignitate industrius? quis senatui sæpius dixit? de Finib. 130 b, Et si ea quæ adhuc dixisti, quàuis ad ætatē rectē isto modo dicerētur. de D. 110 a, Dicēdū est igitur mihi ad ea quæ sūt à te dicta. I. A. 205 a, Dixi ad ea omnia cōsules, de quib. retulistis. Aca. 13 a, Ad has oēs uisiones permulta dixit. de Le. 176 b, Nisi hi dixissent. At. 216 a, Nō temerè dixit Hortēsius ad Quæ stiorē, Trib. Mil. &c. pro Qu. 5 a, Dicere causam de capite suo priore loco. pro Corn. 56 b, Cum Qu. Metellus causam de pecunijs repetundis diceret. de Clar. 171 b, Cato cōtra Galbam ad populum summa contentione dixit. de Ora. 117 b, Dicere causam contra aliquē apud

Centumuiros pro aliquo. de Clar. 169 b, Dicitur etiam C. Flaminius ad populum ualuisse dicendo. de Clar. or. 171 b, Metellus pro L. Cotta dixit, accusante Africano. & 192 a, Sed in iudiciū ueniant, ad stantem iudicem dicant. de Opt. 243 b, De re priuata ad unum iudicem dicere. I. V. 162 a, Respondebat se ad recuperatores esse dicturū. Or. 202 b, Dicere: id est, eloqui. Tus. 149 b, Dicere copiosē & ornatē de aliqua re. de Or. 97 a, Dicēdo homines, ut dicant, efficere. & ib. Peruersē dicere homines, peruersē dicendo cōsequi. Or. 297 a, Aliud uidetur oratio esse, aliud disputatio: nec idē loqui esse, quod dicere. Itē: Dicere nihil aliud est nisi omnes, aut certē plerasq; illuminare tenētias. de Cl. 188 a, Dicere de aliqua re proposita in utranq; partē. de Or. 111 b, Dicere causas in foro. de Cl. 168 b, Orare causam capitis. Ora. 184 b, Dicere ex tēpore. I. V. 129 a, Dicere aliquid ex superiore loco. At. 38 b, Dicere ex inferiore loco. Dicere dictū. l. Dictū. At. 151 a, Volet Cæsar ut prætor dictatorem dicat. I. V. 106 b, & 107 a, Dicere diem operi faciēdo. pro Fl. 162 b, Doti Valeria pecuniam omnem suā dixerat. & ibi. Quæcunq; sine tutore autore est dicta dos, nulla est. Tus. 213 b, Distinguunt illud etiam, ut sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam, quæ λεκτὰ γράμματα dialectici appellant: ut habere diuitias, capere honores.

Dicrotum, ti. genus nauigij, biremis. At. 73 b, ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliquid ἐπίνωτον. Att. libr. 16. Nam & ipse Domitius bona plane habet dicrota.

Dictamus, mi. de N. 51 b, Herba, quæ dictamus uocatur, qua gustata, sagittæ excidere dicuntur ex corpore.

Dictator, oris. magister populi, ut Varro scribit. de Fin. 105 b, de Leg. 185 b, Regio imperio duo sunto. & ibi de dictatore, & magistro equitum multa. I. A. 177 a, C. Cæsari dictatori perpetuo M. Antonius cōsul populi iussu regnum detulit. pro Mil. 106 b, Iter eo die Miloni erat Lanuuium ad Flaminem prodendum, quòd erat dictator Lanuuij Milo. Att. 151 a, Volet Cæsar ut Coss. roget prætor, uel dictatorē dicat. At. 248 a, Quinto filio negocium dedit Antonius, ut eū dictatorem efficeret. pro Qu. Emisti bona Sex. Alpheni L. Sylla dictatore uendente. At. 151 a, Sylla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur. Fr. 327 b, Ad interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis.

Dictatorius, a, um. ut dictatorius gladius. pro Cl. 43 a.

Dictata, quæ magistri pueris dictant. Qu. Fr. 320 a, Med in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant. Item: Ista enim à uobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. de Fi. 108 b, Quæ quidem res efficit, ne necesse sit ijsdem de rebus semper quasi dictata decantare. Tusc. 108 b, Dionysius Stoicus multos uersus admiscebat orationi, sed is quasi dictata nullo delectu, nulla elegantia. de Fin. Nam ista uestra, &c. dictata sunt.

Dictatura, turæ. dictatoris munus. I. A. 153 b, Is dictaturam, quæ uim iam regiæ potestatis obfederat, funditus ex repub. sustulit. Offi. 74 b, Quòd is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset. Qu. Fra. 316 a, Erat aliqua suspicio dictaturæ, nec ea quidem certa.

Dicteria, sunt breuiter, & acute dicta, Græcis apo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

phthegmata dicuntur. Macrobius. 154. Aldi. l. Dictum.

Dictio, onis. phrasis, oratio, dicendi genus, actio, non uocabulum, aut uerbum unum. de Or. 86 b, Græci seposuerunt à cæteris dictionibus, hanc partem dicendi, quæ, &c. pro Qu. 6 a, Totam causæ meæ dictionē in certas partes diuidā. pro Sest. 11 b, Is mihi causæ dictionē denunciabat. de Or. 90 b, Quæcunq; res inciderit, quæ sit dictione explicāda. de Or. 97 a, Etiā si uehementissimè se in his subitis dictionibus exercuerit. & ibi. b, Eruēda deinde dictio est ex domestica exercitatione, & umbratili, &c. & 134 a, Genus facetiarum cum oratorijs dictionibus, tū urbanis sermonibus accōmodatū. de In. 46 b, Aut ab aliqua firmissima ratione nostræ dictionis incipiemus. de Ora. 89 b, Fateor in forensibus causis magis assiduè uersari hanc nostram dictionem.

Dictito as. frequēter dico. de O. 113 b, Ex numero eorū q causas dictitarūt. et pro D. 216 b, Boni uiri dictitabant.

Dicto, tas. dicere quæ alius excipiat. Att. 111 a, Si scriberem ipse, lōgior epistola fuisset: sed dictaui propter lippitudinem. At. 128 a, Mihi molestior lippitudo erat etiā quàm antè fuerat, dictare tamē hanc epistolam malui, quàm, &c. At. 136 a, Eodē die epistolā dictaui, & pridie dederam mea manu longiorem. At. 206 a, & 77 a, Non modò Tyroni dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Qu. F. 521 b, Hæc inter cœnam Tyroni dictaui. Att. 37 b, Hæc ambulans dictaui recreandæ uoculæ causa. & 236 b, Hæc scripsi seu dictaui apposita secunda mensa. At. 213 a, Ergo ego ne Tyroni quidem dictaui, qui totas periochas persequi solet, sed Spinteri syllabatim. de Fi. 120 a, Regarem te, inquit, ut diceres pro me tu idem qui illis orationem dictauisses.

Dictum, cti. Off. 21 a, Multaq; multorum facetè dicta, ut ea quæ à sene Catone sunt collecta, quæ uocant apophthegmata. pro Fl. 161 a, Catonis est dictū, pedib. compensari pecuniam. Epi. 16 a, Nullum me minimum dictum, non modò factum pro Cæsare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, ut ego eum mihi deuinctum putarem. de Or. 129 a, Dicere enim, aiunt, Ennium, flammam à sapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona dicta tenear. Hæc scilicet. bona dicta, quæ falsa sint: nam ea dicta appellantur proprio iā nomine. de Or. 131 b, Ne quotiescunq; potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Ep. 135 b, Acutè aut facetè dictum. de Or. 140 a, Commodè ac breuiter, & acutè dictum. pro Pl. 277 a, Vter nostrūm est cupidior dicti. in Ant. 168 b, Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. Epi. 59 a, Ob dictum capite & fortunis oppugnari. pro Rab. Post. 224 a, Ex dictis testium appellari. & 127 b, Dictis testium recitatis.

Diduco, cis. aperio, dispergo. Or. 207 a, Cum autē diduxerat pugnum, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam dicebat esse. I. A. Ni parte ex aquilonis opacam pellere nubem Cœperit, & subitis auris diduxerit ara. de Orat. 14 a, 4 b, Ruis est diducta oratio, non sintibus. de In. 68 a, Diducere aliqua in contrarias partes. & 61 b, Diduci ab aliquo id est, separari.

Diecula, æ. At. 83 c, C. Iulius dieculam dixit. Item: Dieculam adderem.

Dies, diei. lux, lucet. Att. 53 b, Postridie in senatu, qui fuit dies Non. Septemb. de Orator. 144 b, Inclinato iam in postmeridianum tempus die. Att. 29 a, Dies nullus erat Antij cum essem, quo die nō scirem, &c. At. 238 a, Cum lætissimus ille ciuitati dies illuxisset. At. 117 b, Dicere cœpi die expectabam, ut statuerem quid esset faciendum. Att. 262 a, Pecuniam ad diē soluere. At. 124 b, Alios non solum de die, sed etiam in diem uiuere. de Orat. 124 a, Si barbarū est in diem uiuere, nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. Tusc. 234 b, Nos in diē uiuimus, &c. pro Qu. 13 b, A me nominis, quid inficiatus esset, diem petiuit. Att. 64 b, Venit legi dies. At. 158 b, Diem pecuniæ Idib. Decemb. esse. pro S. Ro. 85 b, Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptionis essent, nimirū Calend. Iunias. pro Cec. 291 a, & 88 b, Cæcinna ad constitutam diem tempusq; uenit. Post. 209 a. Neq; æquum est, tempore & die morā beneficij definire. pro Cæl. 50 a, Dij nonnunquā præsentis facinus pœnas in diē reseruāt. At. 268 a, Emere aliquid in diem. de N. 79 a, Dabis nobis aliquē diem ut contra ista dicamus. At. 91 a, Post diem tertium eius diei, Epi. 112 b, Ad IIII Non. Septemb. dedi, cum ad eam diem, &c. l. V. 97 b, bis. Cum ego diē in Sicilia inquirendi perexigua potestatis fuissem. l. V. 82 b, Ex ea die ad hanc diem quæ fecerit in iudicium uoco. de Fi. 59 b, Quibus eorum animi in dies atq; dies exeduntur. Ep. 3 a, Consumere diem altercatione. & 55 b, Ibiq; eum consumpsi diem. Post. 207 a, Qui dies totos de officio disserunt. At. 108 a, Dies detesq; torqueor. In Ver. 253 b, Perpotare totos dies. de N. 11 b, Et noctes, & dies. I. V. 65 b, & de Cl. 170 b, Dicere diē alicui. At. 94 a, Paucos dies habebam reliquos annui muneris. de Ar. 245 a, Diem dixisset, ut fecerim. fecissem ut ei statim tertius à prætore dies diceretur. At. 6 a, Tulliola tibi diē dat, sponsorē appellat. pro Dom. 230 a, Cui dies dicta non est. l. V. 109 b, Dicere diem concurret. de Clar. 172 a, Vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse. At. 213 a, Equidem credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus, nihil enim somni. At. 282 b, Et festarum diebus auster me intalam retulit. & 29 a, Nos in Formiano esse uolumina usq; ad pridie Non. Maias. eò si ante eam diem non ueneris, Romæ te fortasse uidebo. l. V. 117 a, Dies pro hoc in genere multebri, contra Vallam. l. C. 105 b, & 118 b, Postera die, &c. Hesterna die, &c. Tusc. 351 a, Multa prima die, cū de ipsa morte quæreremus: non pauca etiam postero cum ageretur de dolore, sunt dicta de morte. Cla. 172 a, Socios illa die quæstione liberatos fuisse. At. 165 a, & 204 a, Vel una dies mihi erit utilis. Att. 68 a, Vt ea die manerem in Trebulano. pro Pomp. 5 a, Quæ una die, &c. l. A. 187 a, Antonius die edicti obrepsit, & ante quartum calendarum Decembris diffugit. pro Pl. 280 b, O reliquas omnes dies noctesq; quibus iste, &c. l. A. 177 a, Quæ formido illa die? Off. 62 b, Diuitat Caninius postera die familiares suos. pro Dom. 191 b, Ea ipsa die domum ad uesperū rediit. de N. 70 b, bis. Vter magistratus accuset intermissa die. de Diuin. Mercurius cœlo patre, die matre natus. de Fi. 88 a, Agere diem suum natalem. At. 87 b, Ego die statuto fauste natus. xī. At. 95 a, Mihi decessiōis dies ἀναπόστροφος obrepsit. Attic.

At. 45 b, Dies autem non modò leuat luctum hunc, sed etiam auget. At. 213 a, Equidem credibile non est quantū scribā die. Qu. F. 307 b, Producta dies in IIII. Iduū Februarij. Qu. Fr. 312 a, Si sibi cum populo dies agēdi essent exepti. Qu. F. 319 a, b, Antiquior dies in tuis fuerat ascripta literis quàm in Cæsaris. l. A. 181 a, Heri quartius in circo dies ludorum Romanorum fuit. M. Antonius ad populum tulit, ut quintus prætered dies Cæsari tribueretur. de Am. 97 b, Ex multis diebus, quos in uita celeberrimos lætissimosq; tulit. Att. 66 a, Dare dies alicui. & 23 a, Dare operam alicui. & 3 b, Dare aures alicui. Topic. 226 a, Vitium in dies crescit.

Differens, tis. dispar, dissimilis.)(Congruens, similis. de Fat. 141 b, Quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas? de Or. 100 b, Partes generis communione quadam similes, specie autem differentes. Or. 203 b, Aliquid ab indifertis re, plus quàm opinione differens. de l. 162 a, Ratio, &c. est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. de l. 193 b, Cū illis re congruentes, genere docendi paulum differētes.

Differentia, tiæ. dissimilitudo, discrimen, uarietas, distinctio, interuallum. Off. 19 a, Qualis autem differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quàm explanari potest. Off. 22 b, Atq; hæc differētia naturarum tantam habet uim, ut, &c. de Fi. 69 b, Qui nullam rerum differentiam esse duxerunt. de Fin. 128 b, Ita fit ut quanta differētia est in principijs naturalibus, tāta sit in finibus bonorū malorumq; dissimilitudo. pro Cor. 65 a, Sit hoc discrimē inter gratiosos ciues, atq; fortes, ut illi, etc. hi, &c.

Differo, fers. reijcio, detrudo, reseruo, sustineo, sustento, profero, extraho, produco, prorogo, morā interpono, tardo, procrastino, moror, celeritatē de causa detrabo, cunctor. Epistol. 69 b, Sin autem differs me in aliud tēpus, coràm tecum loquar. Epistol. 19 a, Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo. de Pro. 71 b, Nec toties dilata res esset. Epistol. 151 a, Itaque res dilata est in posterum. de Fi. 106 b, Cum ego de hac nostra lege uideam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac me causa tempus dilaturū putasti. Att. 217 a, Differre rē in diem tertium. Epist. 153 a, Seruilius rogatus rem distulit. de Fin. 106 a, Quarū cū una sit, qua mores conformari putātur, differo eam partem, &c. In Vat. 34 b, Quod promulgasti misericordiæ nomine, ad crudelitatis tempus distulisti. l. A. 187 a, Antonius diem edicti ante diem quartam Calendarum Decembris distulit. de Pro. 74 b, Alij tēpus differebāt, alij, &c. pro D. 147 b, In posterum inquit, diē distulit. l. V. 62 b, Differre uim doloris in posterū. Att. 167 b, Distulimus omnino sermonem in posterum. de Or. 110 a, Bonam sermonis partem in alium diem esse dilatam. Attic. 63 b, Res ab ijs à Calen. Iun. dilata est ad III. Nonarum Iun. Att. 13 a, Comitia in VI. Calen. Sextilis dilata sunt. l. V. 124 a, Transacto aut dilato iudicio. de N. 63 a, Eodemq; etiam illa differemus. & ibi. In idem tēpus reseruabo. & Att. 151 b, Reseruare in aliud tempus. Att. 207 b, Proferre auctionem. At. 285 a, Br. Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicies. Br. 90 b, Si ea, quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non in diem ex die dilata. At. 154 b, Differre consilia in longinquum tēpus. pro S. R. 22 b, Differre quotidie ac procrastinare aliquā rem. Qu. Fr. 308 a, Res in posterū dilata est, Clodius in Quirinalia produxit diē. Qu. Fr. 310 b, Cætera præsenti sermoni reseruentur: hoc tamen non queo differre. de Or. 193 a, Rem commouisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. Att. 248 a, Quæ differs, ut mecū coràm, expectabo tabellarios. Att. 279 b, Ipsi magnopere autor fui ne differret tempus petitionis suæ. l. A. 209 a, Venit tempus ita maturum, ut differri iā hora non posit. pro Qu. 4 a, Differre uadimonium cū aliquo. l. A. 218 b, Cum ille tempus differret, uirgula sitā tem circumscribit.

Differre, dissimilitudinem habere, dissimilem esse, interesse, abesse, distare, aliud esse, interuallum interiectū esse. Or. 203 a, Poetæ quæstionem attulerunt, quid nam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. de In. 37 b, Hoc genus causæ à superiore hoc differt, quòd in illo, &c. Off. 19 b, In eo in quo natura hominis à reliquis animātibus differt. pro Cec. 292 b, Quid hoc ab illo differt, ut ille cogatur, &c. ille non cogatur? & ibi. Vt ista re aliquid cum aliqua ex parte differre uideatur. pro Pomp. 6 a, Istorum aduentus in urbes non multum ab hostili expugnatione differt. de Orat. 161 a, Inter doctum & rudem non multū differt in iudicando. de Nat. deor. 17 a, Nihil inter deum & deū differt. In Anton. 220 a, Statui tamen à uobis in tanta atrocitate temporis non differre uestitu. de Fat. 141 b, Multaq; alia sunt quæ inter locum & locum differūt. de Cl. 178 a, Aetates nostræ nihil, aut non ferè multum differunt. Orat. 214 b, Compositio ab utroque differt. & 202 b, Sed hoc differunt, quòd, &c. cōtra Rull. 83 a, Quasi uerò paulum differat ager Campanus & Stellatis. Offic. 39 a, Hæc est una res prorsus ut non multum differat inter summos & mediocres uiros. Top. 223 a, Sed quid inter se differant, dicendum est. Or. 207 b, Rhetorica & Dialectica hoc differunt inter se, quòd hæc, &c. illa autem, &c. & ibi. Zeno demonstrare solebat, quid inter has artes interesset: nam, &c. & ibi. Aliud uidetur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui esse, quod dicere. Orat. 117 a, Multi naturis differunt, uoluntate autem similes sunt inter se. pro Cec. 296 b, Quod etiam si uerbo differre uideatur, re tamen est unum & idem, in omnibus causis uolebit. de Opt. 243 a, A perfecto quæ absunt, non genere differunt ut ab Actio Terentius, sed in eodem non sunt pares. & ibi. b, Oratores non generibus inter se, sed facultatibus differunt. de Or. 145 b, In ea uirtute ferè melius à deteriore facultate magis, quā genere distinguitur. Tuscul. 214 a, Hæc quæ dico cogitatione quidem inter se differūt, re uerò copulata sunt. Off. 20 a, Est autem quid differat in omni ratione habenda inter iusticiam & uerecundiam. l. V. 64 a, At uide quid differat inter opinionem meam & tuam. de Nat. 5 a, Aliqua inter se magnitudine, & quasi gradibus, nō genere differre. de In. 51 a, Cū genere idem sit, fit aliud, quod quadam parte & specie differat. de Fin. 107 b, Peripatetici Academiciq; quia re consentientes, uocabulis differebant. de Fi. 107 a, Virtutes omnes similes artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem & tractatione differunt. de Fi. 116 b, Atq; Aristonis est explosa sententia dicentis nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas præter uirtutes, inter quas quicquā omnino interesset. & 97 a, Sed eæ de

Universidad de Deusto
Biblioteca

finitiones paulum oppidò inter se differunt. de In. 81 d, & 57 b. Deinde quid res cum re differat, demonstrabitur, ut nõ idem uideatur de utraq; existimari oportere. de In. 51 d, Occasio cum tempore hoc differt: nam gene re quidem utrumque idem esse intelligitur uerùm, &c. Top. 123 b, Differre, distare.)(Idem ualere. l. Dissimilitudo. Hæc res hanc habet dissimilitudinem ab illa, quòd, &c. Hoc ab illo longè abest. l. Absum.

Differt, bat. aliud est & aliud, distat, interest, abest, refert. de Di. 124 d, Solebat ex me Deiotarus percontari augurij nostri disciplinam, & ego illius: dij immortales quã tum differebat, ut quædam etiam essent contraria. de Diuin. 128 b, Quid inter Aethiopes & Syros differebat corporibus, animis, &c. Offi. 66 d, Malitia, quæ ualut uideri se esse prudentiã, sed abest ab ea, distatq; plurimùm.

Difficilè, difficulter. de In. 83 b, Difficilè fieri id dicimus, quod, &c.

Difficilis, le. laboriosus, operosus, difficilis factu, habens multum difficultatis & laboris, magnus, arduus, spissus, habens difficultatem, in quo multum est negocij uel operis, difficilis ad faciendum, in labore multo positus. pro Pl. 256 b, Sed mihi in hac causa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. de L. 190 b, Dicam Attice, & uersabor in re difficili, ac multum & sæpe quæsita. I. V. 60 b, Intelligo quàm scopuloso difficiliq; loco uerser. de N. Difficile factu est, me id sentire quod tu uelis. de Vn. 201 b, Difficillimè factu est, à dijs ortis fidem non habere. Ep. 6 d, Quod scire uis qua quisq; in te fide sit & uoluntate, difficile dictu est de singulis: unũ illud audeo, &c. de N. 79 d, Natura deorum obscura est, & difficiles explicatus habet. Off. 13 b, Sed quo difficilius, hoc præclarius. Off. 4 d, Res difficiles & obscuræ. de In. 82 b, Res arduæ ac difficiles. de Or. 207 d, Contortas res & difficiles perdiscere. de In. 78 b, Nec fuisse ei graue, nec difficile eam causam excipere, si, &c. de L. 179 b, Quo plura & difficiliora scire uideatur. Tus. 174 d, & 178 d, Quos enumerare magnũ est, ita sunt multi. Att. 159 d, Magnum opus est. de Or. 115 d, Magnum opus est, atq; haud sciam, an de humanis operibus longè maximũ, dicere, &c. & ib. Non mihi minus operis uidetur, dicere, &c. At. 142 b, Res difficiles ad iudicãdum. Off. 25 d, Hoc difficile est ad loquẽdũ. Qu. Fr. 296 d, Hoc in labore multũ positum est. de Ora. 117 b, Nihil est negocij, causam hanc cognoscere. & ib. Causæ in quibus plusculum negocij est. Ora. 106 d, Vsq; eò difficiles & morosi sumus, ut, &c. de N. 74, Parens illepidus, & in liberos difficilis. de Sen. 78 b, Senes moderati nec difficiles, nec imhumani, tolerabilè agunt senectutem. I. A. 201 b, D. Bruti opera difficilimo reipublicæ tẽpore esse subuentum. I. A. 203 d, b, Summo & difficilimo Reipub. tempore. pro Pomp. 15 b, Exercitum difficili reip. tempore conficere. pro Cec. 287 d, Temporibus illis difficillimis solutionis.

Difficiliter, difficulter. Ac. 13 b, Vt difficiliter à uero internoscatur. ibi. Vt difficiliter internosci possit.

Difficultas, tis. labor, angustiæ, asperitas. Top. 229 d, Quæ fieri sine summa difficultate nõ possunt. Ep. 47 d, Nihil cõstrui potest, quod nõ incurrat in magnam aliquam difficultatem. de Fa. 148 d, Dum autem uerbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fa-

ti confirmet inuitus. de D. 102 d, Sed difficultas laborisq; discendi disertam negligẽtiam reddidit. pro Cl. 18 d, Res habens multum difficultatis & laboris. Qu. Fr. 296 d, Atq; huic tuæ uoluntati ac diligentiæ difficultatem esse runt publicani. ad Her. 19 d, & Att. 216 d, Sed si Planeus festinat, tum haberes difficultatem. & de Cl. 167 d, Hæc ars magnam habet difficultatem. de Or. 94 b, Vt quisq; optimè dicit, ita maximè dicẽdi difficultatẽ pertimescit. de Or. 86 d, Incredilis rei magnitudo atq; difficultas. I. V. 61 d, Propter magnitudinem rerum ac difficultat. At. 120 b, In utraq; enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. de N. 34 b, Ea difficultas induxit imperitos ut errarent. pro Mur. 128 d, Seruius multorum difficultatẽ exorbuit. de In. 52 b, Non rei solùm magna utilitas est, sed præcipiendi quoque summa difficultas. pro Quin. 2 d, Tot tantisq; difficultatibus affectus atq; afflictus. I. C. 100 d, Quæ ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem pertinẽt. Antequàm. 194 d, Si eandem in cæterorum periculis haberemus animi, quem in nostris difficultatibus. I. V. 246 d, Summa in difficultatibus uium. & ibid. Nullis populi Romani difficultatibus. de Or. 91 b, Propter nauigãdi difficultatem. I. V. 91 d, Difficultas uecturæ. I. V. 123, Et simul ostendit se in summa difficultate numaria esse. & ib. Expositis suis difficultatibus, &c. de Pro. 78 d, Tristissimum tempus. I. A. 220 d, In tanta atrocitate temporis tantaq; perturbatione rerum. pro Cor. 61 b, Duris quondam temporibus Reipublicæ. & 59 d, In periculis & asperis tẽporibus. I. P. 89 d, Impeditus reip. temporibus. pro Cor. 67 b, In angustijs ærarij. pro Sest. 23 b, Domesticis malis impellitus.

Difficulter, difficiliter, difficilè, ægrè, uix, tristius, diuinius. de In. 83 b, Atq; in his omnibus quid difficulter fieri, & quid facilè fieri possit, oportet considerare.

Diffidenter. pro Cl. 18 d, Timidè & diffidenter aliquid facere.

Diffidentia, tiæ.)(Fidentia. Tusc. 229 b, Metus est diffidentia expectati mali. de In. 82 d, & b, Fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re uitium est. Audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen uitium est.

Diffido, dis. diffisus sum, quasi despero. Qu. Fr. 290 d, Tã do. I. P. 98 b, Diffidens & desperans rebus suis. de Pro. 77 d, Sed homines diffisi sunt ipsi sibi. de D. 110 d, Nihil affirmabo, quæram omnia, dubitans plerunq; & mihi ipse diffidens. Ep. 23 d, Parthos times, quòd diffidis copijs nostris. Tusc. 228 b, Huic incipio sententiæ diffidere. Sulp. Epi. 51 d, Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne uidear prudentiæ tuæ diffidere.

Diffundo, dis. fundo, diuido. de Vn. 199 d, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffudit. de D. 85 d, Saxum diffissum.

Diffisus, a, um. pro Mur. 139 d, Ego quoq; diffisus ingenio meo, quæsiui adiumenta doctrinæ.

Diffiteor, eris. nego, inficior. Epist. 148 d, Ita nunquam diffitebor, me, &c. Planci.

Diffluo, is. liqueſco, abundo, fluo. de Offi. 21 b, Turpe est diffluere luxuria. de Or. 154 b, Græci diffluentes otio. de Clar. or. 194 b, Fluuium extra ripas diffluentem coercere.

Diffugio, gis. huc illuc fugio, dilabor. I. A. 181 d, Omnes metu perterriti repentè diffugiunt. & Offic. 75 d, pro Do. 214 d, Ministros partim amissis gladijs, partim ereptis diffugisse. Epist. 241 d, Diffugiunt qui sunt metu oblato.

Diffundo, dis. dispergo, dissipo, mano. de Na. 54 d, Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur. & 31 d, Glacies calore liquefacta et dilapsa diffunditur. de Am. 105 b, Virtus ex bonis amicis quasi diffunditur, & incõmodis contrahitur. de Fi. 88 b, Error tã longè lateq; diffusum. de Or. 10 d, Latè diffundi. Off. 50 d, Latius manare. de Or. 121 b, Ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatũ est, cogere, & ad artẽ redigere. de Fi. 69 b, Quibus uirtutibus è pleno sit œnophoro. pro Sest. 23 d, Numerus optimatium latè & uariè diffusus est. pro Cor. 37 d, Cn. Pomp. latè longeq; diffusa laus. de N. 45 d, Sol diem efficit toto cœlo luce diffusa. de Di. 97 d, Dij uim suam longè lateq; diffundunt. de Se. 87 b, Terra semen tepefactum complexu suo diffundit. de Leg. 162 b, Hæc benevolentia tam latè longeq; diffusa. de Or. 87 d, Platamus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.

Diffuse, disperse. de Inuen. 60 d, Res disperse & diffuse dictæ.

Diffusus, a, um. sparsus. de Or. 161 b, Color diffusus sanguine. de Or. 100 b, Quæ ignota quondam omnibus et diffusa latè uidebantur. de Or. 160 d, Dithyrambi membra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa.

Digamma, F. litera. At. 144 d, Deli tuã digamma uidebam: id est, Formianum uallum, ut quidam intelligunt, quod ab F. litera id nomen inceperit quæ digamma Aeolicum uocatur. Ego uerò, Digramma lego, ut Digrammata sit codex in quem soleret Atticus & fructus agrorum, & impensas referre.

Digero, ris. concoquo, mitisco, diuido. Att. 65 d, Stomachus per uenas in omne corpus diffunditur. & 31 d, Glacies calore liquefacta et dilapsa diffunditur. de Am. 105 b, Virtus ex bonis amicis quasi diffunditur, & incõmodis contrahitur. de Fi. 88 b, Error tã longè lateq; diffusum. de Or. 10 d, Latè diffundi. Off. 50 d, Latius manare. de Or. 121 b, Ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatũ est, cogere, & ad artẽ redigere. de Fi. 69 b, Quibus uirtutibus è pleno sit œnophoro. pro Sest. 23 d, Numerus optimatium latè & uariè diffusus est. pro Cor. 37 d, Cn. Pomp. latè longeq; diffusa laus. de N. 45 d, Sol diem efficit toto cœlo luce diffusa. de Di. 97 d, Dij uim suam longè lateq; diffundunt. de Se. 87 b, Terra semen tepefactum complexu suo diffundit. de Leg. 162 b, Hæc benevolentia tam latè longeq; diffusa. de Or. 87 d, Platamus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.

conueniat ex hac copia digeremus.

Digestio, onis. I. A. 198 d, Vt digestio potius, quàm declamatio uideretur. de Or. 162 d, Digestio quæ exornatio est, ea est partitio.

Digestus, a, um. de Or. 100 b, Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta generatim componerent. pro Qu. 46 d, Vtrum cætera nomina in codicem digesta habes?

Digitus, ti. pro Cæl. 43 d, Aliquid primoribus labris gustare, & extremis (ut dicunt) digitis attingere. Att. 103 d, Mihi certum est, ab honestissima sententia digitum nusquam. I. V. 207 d, Neq; ab argento digitum discedere. Qu. de Pet. 210 b, Sed ut commonstrarem, & digitum, ut fieri solet, ad fontes intenderem. I. V. 104 b, Tollit digitum Iunius Patruus. Para. 120 b, Digitis peccata dimetiri. de Fi. 36 d, Extendere digitos, aduersamq; manum ostendere.)(. Paulum constringere, uel plane comprimere digitos, pugnumq; facere.

Digladior, aris. decerto. Off. 6 b, Philosophi ea, quæ plerisq; uehementer expetunt, & de quibus inter se digladiari solent, contemnunt. & de Leg. 188 d, Tusc. 219 d, Digladientur illi per me licet, &c.

Dignatio, onis. dignitas. At. 163 d, Et si meus quidem est fortior, eoq; ipso uehementius commouet, nec quicquã nisi de dignatione laborat.

Dignè, pro dignitate. pro S. R. 24. d, Postquam. 208 d, Quis de tali ciue satis dignè unquam loquetur. Ep. 187 d, Is omnium iudicio dignè ac meretur commendatus est. Sen. 77 b, Philosophia nunquam satis dignè laudari potest.

Dignitas, tis. honestas, honor, gradus, gradus dignitatis, gradus honoris, amplitudo, splendor, locus, decus, ornamentum, pulchritudo uirilis, forma uirilis, liberalis species.)(. Indignitas. de In. 83 d, Dignitas est alicuius honesta autoritas, quæ & cultu, & honore, & uerecũdia digna est. de O. 123 b, Maiestas est amplitudo et dignitas ciuitatis. I. C. 120 d, Sicut ipsius dignitas, & maiorũ eius amplitudo postulabat. Epist. 39 b, Tua dignitas atq; amplitudo mihi cara est. pro Fl. Apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuisti. pro Syl. 167 b, Quorũ ego opera illũ in locũ atq; in hanc celsissimã sedem dignitatis atq; honoris ascendi. Ep. 146 b, Adeptus es amplissimos dignitatis gradus. pro Pla. 265 b, Tenere summũ gradũ & dignitatis, & gratiæ in aliquo loco. Epi. 150 b, Dignitatẽ tuã & esse iã, & futurã amplissimam intelligo. Of. 25 d, Ciuitatis dignitatem et decus sustinere. pro Do. 232 d, Facli alicuius egregij splendorem uerbis dignitatemq; retinere. pro Dom. 213 b, Hi tales uiri qui non solùm consilijs suis, sed etiã specie ipsa reipub. dignitatem sustinent. pro Fl. 151 b, In imperio atq; in publica dignitate omnia ad splendorẽ gloriamq; reuocanda sunt. Item: Summam uideo esse in te dignitatẽ generis, integritatis, industriæ, cæterorumq; ornamentorũ omnium. pro Mu. 128 b, Summa est in utroq; honestas, summa dignitas. Qu. F. 299 b, Species tã gratiosi liberti aut serui, dignitatẽ nullam habere potest. Ora. 210 d, At dignitatẽ docere non habet. pro Mu. 129 d, Ars militaris admirabilem dignitatẽ habet. pro Mur. 131 d, Duæ sunt artes, quæ possent locare homines in amplissimo gradu ciuitatis. I. A. 155 b, Aliquis in amplissimo dignitatis gradu locatus. pro Mu. 137 d, Qui ex cõmunis maio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum suorum honoribus unum ascendere gradu dignitatis conatus est. de Am. 97 b, Vt ex tam alto dignitatis gradu ad superos uideatur peruenisse. de Ora. 139 a, In suadēdo nihil optabilius quàm dignitas: id est, honestas. Of. 14 a, Vt nihil à dignitate sapientis discedas. de Or. 121 a, Ac si quid affert præterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra causam est. Ora. 125 a, Seruare dignitatem suam parcendo aduersarijs. Ep. 57 a, Ego si dignitas est bene sentire de repub. & bonis uiris probare quid sentias, obtineo pristinam dignitatē meā: sin amīē in eo dignitas est, quod sentias aut re efficere, aut deniq; libera oratione defendere, ne uestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis. Of. 14 b, Tranquillitas animi affert dignitatem. Qu.F. 218 a, & de Or. 159 b, Pauimenta porticus summam dignitatē habebant. de Ar. 253 b, Sed habet ea molestia quandam dignitatem. Att. 126 a, Tenendam hanc oram puto, quæ dignitatem & opportunitatem habet. de Am. 97 b, Is qui cum dignitate est. de Am. 104 a, Etenim eo loco locati sum⁹, &c. In altiorem locum ascendere. l. Ascendo. pro Syl. 167 a, Dignitatis suæ splendorem obtinere. de Pro. 74 b, Dignitate uerborum & bonos Cæsaris laudi concessus est. Tus. 237 a, Ergo etiam dignitas ei tribuenda est.

Dignitas, *pro pulchritudine, forma & liberali specie.* Off. 26 a, Venustatem muliebrē dicere debemus, dignitatem uirilem. de Inu. 62 b, Quare qua sint illæ uirgines dignitate præditæ, potes ex his suspicari. de Ora. 96 b, Agere cum dignitate & uenustate. Offi. 21 b, In formis alijs dignitas inest, alijs uenustas. de In. 62 a, b, Pueri magna præditi dignitate. Of. 28 b, Vt ea quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem moderanda sint. Off. 26 b, Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est, color exercitationibus corporis. ad Her. 28 a, Sententiarum exornatio est, quæ non in uerbis, sed in ipsis rebus quādam habet dignitatem. ad Her. 20 b, Dignitas est oratio, cum aliqua grauitate & uocis remissione.

Dignor, *is. tribuo, dignū habeo uel existimo.* de In. 76 b, Qui ob egregiam uirtutem tali honore dignati sunt. de In. 82 b, Obseruantia est per quā homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur. de Or. 145 a, Res dissimiles inter se, quæ tamē consimili laude dignētur. Ac. 45 b, Quæ autē secundū naturā essent, ea sumēda, et quadā æstimatiōe dignāda docebat.

Digno, *as. pro dignor. In Ar. Aeterno cunctas æuo qui nomine dignant.*

Dignus, *a, um. honestus, dignitate præditus, plenus dignitatis, habens dignitatē, qui cum dignitate est, idoneus, egregius, summum dignitatis gradum tenens. pro Arc. 286 b, Omnes eum cognitione et hospitio dignum putauerunt. de Ar. 259 b, Deiotarus sæpe senatu reguli nomine dignus existimatus est. At. 133 a, Suscipe curam et cogitationem dignissimam tuæ uirtutis, ut, &c. de Ar. 256 b, Et hūc unū esse in hac ciuitate dignū huius imperij dicit. de Pet. 205 a, Nō potest qui dignus habetur patronus consulariū, indignus cōsulatu putari. pro Q. 17 b, Qui mœror dignus inueniri in calamitate tanta potest? Att. 14 a, Quid docto homine & amico dignum fuerit: id est, qd docto homini conueniens fuerit. de D. 104, Quod non decorum est, nec dijs dignum. l. A. 210 a, Quo nomine dignus est nemo, nisi qui tanti honoris*

Dijudico, *as. discerno, distinguo, discepto. de Orat. 61 a,* Omnes tacito quodam sensu quæ recta ac prauа dijudicant. de Pet. 210 b, 211 a, Quibus rebus beneuolus & simulator dijudicari possint. Ep. 135 b, Non facilè dijudicatur amor uerus & fictus. de Le. 165 a, Honesta & turpia, natura, non opinione dijudicanda sunt. de Ora. 118 b, 119 a, aut nunquam dijudicari poterit, aut uita dijudicabitur. Offic. 55 b, Vt sine ullo errore dijudicare possimus. Par. 242 b, Vera à falsis dijudicare & distinguere. Acad. 27 a, Nec habent istam artem, qua uera & falsa dijudicent. de Fi. 91 a, Attendes igitur ut soles, & eā cōtrouersiam dijudicabis, quæ, &c. Tus. 153 a, Vtrum igitur inter has sententias dijudicari malumus? an ad propositum redire? pro Cec. 294 a, Qui tam callidè uerbis controuersias, non æquitate dijudicas. & ibid. Iura non utilitate communi, sed literis exprimis. pro Qu. 7 b, De controuersijs uelut dijudicari. Off. 65 a, Rectè dijudicare aliquid id est, de eo sententiam ferre.

Dijungo, *gis. disiungo. Attic. 99 b, Dijungere me ab illo uolo. de Di. lib. 2, Inuenta dijungere.*

Dijunctior. *remotior. At. lib. 12, Totum est aliud posteaquam sum à te dijunctior.*

Dilabor, *ris. diffugio. de Leg. 170 b, Fibrenus diuisus in duas partes, rapideq; dilapsus, citò in unum confluit. I. A. 173 a, Malè parta, malè dilabuntur. Off. 50 a, Præclarissimè constituta resp. dilapsa est. de Nat. 31 a, Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi. ad Her. 29 b, Vti simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Off. 21 a, Ne elati uoluptate in aliquam turpitudinem dilabamur. de In. 71 a, In relationem criminis dilabi. Tusc. 211 a, Sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquid effugerit. I. A. 248 a, Sunt alij plures fortasse, sed mea memoria dilabuntur.*

Dilacero, *as. de N. 7 b, Distractione humanorum animorum discerpi & dilacerari deum.*

Dilanio, *as. discerpo. pro Mil. 108 a, Te cadauer P. Clodij nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.*

Dilapido, *as. dissipo, dissipo, decoquo, consumo. Off. 329 b, M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærariū exhauriebat, minuebat uectigalia.*

Dilargior, *iris. contrà Rul. 82 a, L. Sylla, qui omnia sine ulla religione, quibus uoluit dilargitus est.*

Dilatatus, *a, um. de Cla. 194 a, Illa iusta eloquentia, quā disiecticam dilatatam esse putant.*

Dilatio, *onis. prolatio, mora, retardatio, procrastinatio. I. A. 183 b, Quæ est igitur expectatio? aut quæ uel mimima dilatio tēporis? pro Pom. 4 a, Dilatio comitiorum. Dilato, as. collato, latè explico, propago. (. Coangusto, coarcto, angustè refercio. pro Fl. 148 b, Sed nō dilatabo orationem meam, etenim posset esse infinita. de So. 130 b, Vestrā gloria quantis in angustijs se dilatari uult. Of. 15 b, Quorū rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. de F. 100 b, & Ac. a. 11 b, Vtrūq; eorum fundi quodammodo & quasi dilatati putant. de L. 190 b, Hæc lex dilataia in ordinem cunctum, eo angustiari etiam potest. Par. 116 a, Cato nullum sequitur florem orationis, neq; dilatat argumentum, sed, &c. de N. bat. Or. 207 a, Dilatare manum. de Cl. 188 b, Dilatare literas. de N. 53 a, Dilatari.).(. Cōtrahi, cōprimi. de N. 64 a, Istum enim locum illa uetus Zenonis breuis cōclusio dilatauit. Par. 231 a, Ex uerbo dilatare orationem.).(. Ex uerbo contrahere. Or. 215 a, Angusta quædam atq; concisa, & alia est collatata, & diffusa oratio.*

Dilaudo, *as. prædico. At. 91 b, Libri, quos tu dilaudas. et 92 b.*

Diligens, *tis. attentus, sedulus, diligentiam adhibens, assiduus. l. V. 102 a, Qui in re aduentitia & hæreditaria tā diligens & attentus esset. pro Plan. 259 a, M. Laterensis homo studiosissimus, & diligentissimus seduris meæ. de D. 100, Cares in ostentis animaduertendis diligentes fuerunt. l. V. 138 b, Homo nauus & industrius, experientissimus & diligentissimus arator. pro Cæl. 53 a, Qu. Pompeius castissimus uir æq; omnis officij diligentissimus. Qu.F. Diligentissimus omnium in promerendo, ut sibi magni honores haberentur. 204 a, Quædā etiam negligentia est diligens. At. 197 b, Medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens. de Ora. 134 a, Non amo nimium diligentes. dictum Africani censoris. l. C. 101 a, Quem tu ad custodiendum te diligentissimum fore putasti. de O. 97 a, Assidua diligens scriptura. At. 70 b, Literas Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. de In. 82 b, Tribuere alicui diligentē cultū. de N. 46 a, A' deligendo diligens. pro Qu. 2 a, b, C. Quintius sanè suarum rerum paterfamilias & prudens, & attentus.*

Diligenter, *accuratè, exquisitè, studiosè, magna cū cura & diligentia. At. 262 b, Studiosè diligenterq; curare aliquid. Ep. 81 a, Liber tuus & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissimè. I. A. 160 a, Et sum à uobis benignè ac diligenter auditus. de D. 81 b, Diligenter etiam atq; etiam facere aliquid. de Cl. 172 a, Iterum multò diligentius meliusq; dixit.*

Diligentia, *tiæ. assiduitas, sedulitas. Attic. 31 a, Terentiæ pergrata est assiduitas tua & diligētia. de Am. 113 a, Omnis in hac re habenda ratio & diligentia est, ut, &c. de Or. 122 a, Diligētia cùm omnib. in rebus, tum in causis defendendis plurimùm ualet: hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod nō assequatur. & ibi. Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, labore, complectar uno uerbo, quo sæpe iam usi sumus, diligentia, qua una uirtute reliquæ uirtutes omnes cōtinentur. de Of. 21 a, Excitāda est animaduersio et diligētia, ut ne qd temerè ac fortuitò, inconsideratè negligenterq; agamus. pro Mu. 144 b, Mea summa & uobis cognita in remp. diligētia. Top. 221 b, Vt mea diligentia mā latorū tuorū, te quoq; ad memoriam rerum nostrarum excitarē. de Or. 108 a, Demosthenes impedimēta naturæ diligētia industriaq; superauit. de Inu. 56 a, Magna cum cura & diligentia scribere aliquid. ad Her. 30 b, Diligentia cōparat diuitias, negligentia corrūpit animū. & 32 a, Diligentia est accurata conseruatio suorum. Ep. 14 a, Conferre diligentiā ad aliquā rem. Of. 28 a, Domus finis est usus, ad quem accommodanda est ædificādi descriptio, & tamē adhibenda dignitatis commoditatisq; diligentia.*

Diligo, *gis, amo, charum habeo. pro Cor. 67 a, Vt eos diligitis & charos habetis, sic, &c. Epi. 11 a, Et eum non solùm beneficio, sed amore etiam et perpetuo quodam iudicio meo diligebam. & 181 a, Dilexi te quo die cognoui, meq; à te dilegi iudicaui. p Co. 68 a, Fidē eius est*

Universidad de Deusto
Biblioteca

complexus, officia obseruantiamq; dilexit. de N. 134, Te ab eo mirificè diligi intelligebam. Epi. 74 b, & 168 b, Quos ego ambos unicè diligo. pro Pl. 264 b, Hic ab illo dilectus est. Att. 197 b, Tuam quidem & in agendis nostris rebus, & in consilijs ineundis, mihiq; dandis, in ipsis literis, quas mittis, beneuolentiam, diligentiā, prudentiam mirificè diligo. de Le. 185 a, Colere & diligere aliquem. pro Qu. R. 45 b, Vsq; eo ne te diligis, & magnificè circumspicis, ut ita petas? Ep. 57 b, Qui me admodum diligunt. & 31 a, Valde hominem diligo. Epist. 133 a, Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare uidear, antè dilexisse. Ep. 222 a, Vt scires cum non à me diligi solùm, sed etiam amari.

Dilorico, as. discindo, aperio. de Or. 119 b, Qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum consularem, et eius diloricare tunicam.

Dilucescit, bat. lucescit, lucere incipit. I.C. 112 a, Ipsi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. I.A. 240 a, Discussa est illa caligo, quam paulo antè dixi, diluxit, patet, uidemus omnia.

Dilucidè, lucidè, perspicuè, clarè, apertè. In Va. Mea lex dilucidè uetat. & Ora. 294 a, Dilucidè planeq; dicere. de Or. 96 b, Planè & dilucidè loqui. de D. 104 b, Quæ est à te explicata dilucidè.

Dilucido, as. declaro. ad Her. 17 b, Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus.

Dilucidus, a, um. apertus, euidens. Or. 198 b, Contra tenues, acuti, omnia docentes, dilucidiora non ampliora facientes. de In. 48 b, Ac uerbis quoq; dilucidis utendum est. ad Her. 3 b, Quò breuior, eò dilucidior erit narratio. & 35 a, Perspicua & dilucida expositio.

Diluculo. summo manè. At. 259 b, VI Idum cum ante lucem surrexissem, ueni diluculo ad pontem Tiretium, qui est Minutiurnū. pro S.R. 21 b, Primo diluculo nuncius hic Ameriam uenit.

Diluo, is. consuto, abstergo. pro S.R. 25 a, Ego quæ rationes res tam leues infirmem ac diluam, reperire non possum. pro Mil. 115 a, Mors P. Clodij, de qua, si nollem diluere crimen, ut dilui: tanè, etc. pro Cæl. 44 b, Quæ tu diluas oportet, & falsa esse doceas. I.V. 251 a, & de Cl. 190 b, Diluere crimina aduersariorum. de In. 78 a, Diluere, quæ cōtrà dici possunt. ad Her. 13 b, Alterutra pars diluitur. ad Her. 20 a, & de inu. 57 a, Diluere contrarias argumentationes. ad Her. 35 a, Diluere crimina.)(Inferre crimina. Tus. 198 a, Quæ cogitatio una maxime omnes molestias extenuat & diluit.

Dimano, as. profluo. pro Cæl. 38 b, Mens hic forensis labor uitæq; ratio dimanauit ad æstimationem hominū paulò latius, commendatione ac iudicio meorum.

Dimensio, onis. Tus. 160 a, In illo libro pusionem quendam Socrates interrogat geometrica quædam, de dimensione quadrati.

Dimetatus, ta. dimensus. de N. 57 b, Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & uarietates, mutationesq; cognouimus.

Dimetior, ris, dimensus sum. metior, digero. de Se. 89 b, Atqui ego ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio. et ibi. A' quo essent illa dimēsa atq; descripta. itē. De syllabis propemodū dinumerandis & dimetiēdis

loquemur. de Se. 87 a, Studiū dimetiendi penè cœli atq; terræ. Par. 120 b, Dimetiri peccata digitis, aut uersus pedibus. O. 215 a, Quē dimensa ratio docuit quid accidentibus. O. 215 a, Quē dimensa ratio docuit quid accidentibus. O. 215 a, Quē dimensa ratio docuit quid accidentibus.

Dimicatio, onis, discrimē, contentio. Or. 201 a, Sed hæc ludorum atq; pompæ, nos autem iam in aciem dimicationemq; uenimus. pro Pl. 265 b, In extremo discrimine ac dimicatione fortunæ, uel fortunarum. pro Syl. 182 a, Si qua subeunda dimicatio erit. pro Plan. 275 b, Is nec inimicitias, nec uitæ dimicationes pro me sibi desponendas putauit. pro Cor. 56 a, Talis eius in rempub. nostram labor, assiduitas, dimicatio.

Dimico, as. confligo. de Na. 27 a, Cum A. Postbumius cū Octauio Manilio prælio dimicaret. pro Arc. 198 a, & 191 a, Qui de uita, gloriæ causa dimicant. Att. 132 a, Vt de omnib. fortunis reip. dimicem. & 102 a, De sua potentia dimicant homines periculo ciuitatis. Off. 86, Cum Pyrrho de imperio dimicabatur. pro Sest. 3 a, Rei de capite dimicantes. Ep. 80 b, Alteri dimicant, alteri uitæ rem timent. Tus. 218 a, Conuenit dimicare pro patria.

Dimidiatus, a, um. medius. I.V. 34 b, Exemit ex arca dimidiatum dimidiatumq; mensem. Tus. 282 b, Ferre plus dimidiati mensis cibaria. Tus. 241 a, Apparebat epigrammatis exesis posteriorib. partib. uersiculorū, dimidiatis fere.

Dimidius, a, um. Epist. 217 a, Hæres ex parte dimidia & tertia est Capito, in sextante alij. pro Dom. 220 b, Itaq; populus Rom. neq; Salios habebit, neq; ex parte dimidia reliquos sacerdotes. de N. 46 b, Luna maior quadridimidia pars terræ. pro Do. 236 b, Is emit domum propè dimidio minoris constabit illo loco. pro Pl. 56 a, Habebat iste quosdā discipulos, quos dimidio redderet & stultiores quàm acceperat. pro Qu. R. 30 a, Tu fortasse me Flauio decidisti, utrum pro dimidia parte, an pro tota. At. 171 a, Ex ea pecunia partem dimidiā fere coegisti. I.V. 156 a, Emptores accederent ad dimidias partes emendas. bis. & 173 a, Cū ex eo agro dimidio plus quàm dilerit, quàm pop. Rom. miserit. I.V. 173 a, Si ut quæ dimidiæ essent, decumæ uocarentur, paruo uendidisti. I.V. 101 a, Ex sua cuiusq; parte ne minus dimidium ad fiscum perueniret. Fl. 152 b, Dimidium eius quo Pompeius erat usus, imperauit. de Or. 141 a, Dixit se dimidium eius, quod pactus esset, pro illo carmine daturū. Q. Fr. 309 b, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curami.

Diminuo, is. imminuo, minuo, attenuo, detrabo, exhaurio, decerpo, derogo, decedo, remitto, leuo, ad paucum redigo, diripio, diminutionem facio. de Orat. 108 b, Nā quid de hoc tam exiguo sermonis tui tempore, uerbo uno meo diminueretur. pro Syl. 167 a, Sed quantum de mea autoritate diripuisset, tantum se de huius præsidijs diminuturum sperauit. de Or. 154 b, Separatione partium magnitudines sunt artium diminutæ. pro Cæc. 304 a, Si sententia huius interdicti diminuta aut infirmata sit. de Cl. 165 a, Interiit talis auguris dignitatem nostri collegij diminutā dolebā. At. *. Te rogo, ut procures ribus Flauij remissis de diminuendo. Q. Fr. 301 b, Nihil quid de bonis L. Flauij diminuerēt. ad Her. 6 a, Verumtamen maturabimus, & quod negocio diminuto fuerit,

æquabimus industria. de In. 67 a, & de Ora. 160 b, Diminuere de aliqua re.

Diminutio, onis. imminutio.)(Accretio. Ep. 50 b, Imperio præterea tanta diminutio facta est, & c. et de Ar. 253, Of. 48 b, Neq; de bonis priuatorum publicè diminutio fiat. contra Rul. 64 b, Non queror diminutionē uectigalium. Tus. 162 b, Luna accretione & diminutione luminis quasi fastorum notans dies. contra Rul. 69 a, Diminutio libertatis, & diminutio ciuium. I.C. 116 a, de Pro. 173 b, Diminutio capitis. de Pro. 96 b, Mulctari imperatorem diminutione prouinciæ, contumeliosum est.

Diminutio, exornatio est, cum aliquid esse in nobis, aut in ijs quos defendimus, aut natura, aut fortuna, dicemus egregium, quod ne qua significetur arrogans ostentatio, diminutur & attenuatur oratione. ad Her. 36 a.

Diminutus, a, um. pro Cec. 285 b, Pars aliqua iuris diminuta. Top. 223 a, Qui capite non sunt diminuti. de Aru. 253 a, Ne patres auxilio diminuti deficiantur. pro Syl. 177 b, 178 a, Prædijs diminutis.

Dimissio, onis. Par. 135 a, Dimissiones libertorum ad fœnerandas diripiendasq; prouincias. I.V. 253 a, Dimissionem propugnatorum.

Dimissus, a, um. Aca. 4 a, In ista philosophia, quæ nunc propè dimissa reuocetur.

Dimitto, tis, amitto, missum facio, remitto, depono, omitto. pro Cor. 61 a, Sui quèq; iuris & dimittendi & reimendi esse dominū. pro Pl. 279 a, Libertatem meam neq; dimisi unquam, neq; dimittam. pro Arc. 191 a, Nō eiusmodi tempore dimittendā esse cōmemorationē nominis nostri. Att. 229 b, Ego nō dimittam istam curam. pro Qu. 4 a, Tum Nœuius pueros circum amicos dimittit. Of. 72 a, Sed dimittamus fabulas, & c. de Fat. 141 a, Sed Posidium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. I.A. 246 a, Si aliquid de summa grauitate Pōpeius, multūde cupiditate Cæsar dimisisset. de Le. 176 a, Augures possunt concilia uel instituta dimittere, habita rescindere. I.C. 99 a, Hæc ego omnia uix iam cœtu uestro dimisso comperi. At. 9 a, Hoc concursu optimatū comitia dimittūtur. I.V. 123 a, Res illo die nō peroratur, dimittitur iudiciū. & 234 a, Prætor dimitti iubet se natū. & 123 a, Dimisso atq; ablegato consilio. & 125 a, Qui honestos homines ableget, consilioq; dimittat. In nostra culpa erit, si te dimiserimus. At. 191 a, Discedente non sine magno dolore dimittā. de Orat. 94 b, & 95 b, Dimittere aliquem à se: id est, amandare. Ep. 225 a, & 226 b, pro Syl. 178 a, Aliquem dimittere abs se, & mandare in ultimas terras. Or. 205 b, Dimittere eū, quē manu comprehenderis. & 206 a, Quoniam Demosthenem totum cognouisti, nec eum dimittis è manibus. Or. 299 b, Consequēris tamen, ut eos ipsos quos contra stas, æquos placabilesq; dimittas. I.P. 89 b, Dimittere exercitum. & ibi. Dimittere familiam. At. 96 b, Cæsar exercitum nullo modo dimissurus est. I.V. 256 b, Dimittere remiges. Offic. 8 a, Cum Pompilio uideretur unam legionem militarem abrasisse, dimisit. Ep. 126 a, Et si nō idcirco eorū usum dimiserā, quòd ijs succenserē, de Am. 110 b, Dimittere amicitiam alicuius. At. 109 b, Dimittere se penitus

in causam. Aca. 20 e, Epicur⁹ rē eò dimittit, ut, & c. Ep. 132 a, Quod quidē si ita est, minimè miror cœlū etiā & terras uim suā, si tibi ita conueniat, dimittere. pro Cec. 299 b, Patrimonium unius incommodo dimittitur.

Dimoueo, es. depello, permoueo, remoueo, deijcio. Att. 63 b, Quod in oratorijs libris personam desideres Scæuolæ, non eā temerè dimoui. Antequàm. 196 a, Expurgare suspicionem, dimouere. pro Dom. 226 a, Similis à repub. labes in posterum dimouebatur. pro Sest. 14 a, Dimouere aliquè de cursu suo. & pro Pl. 270 a, Dimouere aliquem loco suo. I.V. 55 b, Quo ego adiumento sperabam hanc à me molestiam posse dimoueri. contra Rul. 82 a, Ex ea possessione Rempub. dimouere, ex qua Syllæ dominatio non deiecisset. Par. 118 a, Voluptas mētem ex sua sede & statu dimouet. pro Cecin. 293 a, Vis, quæ formidine animum perterritū loco sæpe & certo de statu dimouet. & 264 a, Dimoueri & depelli de loco. I.A. 193 b, Virtus nunquam potest dimoueri loco. de In. 73 a, Dimouere intentionē facti in aliū. I.V. 75 b, Vt ne quis te de uera & certa posit sententia dimouere. de Or. 127 b, Odium à nobis dimouere & in alios struere.

Dinumeratio, onis. exornatio quædam uerborum, frequentatio. de Or. 162 a.

Dinumero, as. Of. 31 b, Etiam si dinumerare se stellas, et metiri mundi magnitudinem posse putet. Or. 210 a, De syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquamur. At. 257 b, Octauius centurias Capuæ dinumerat, iam iamq; uideo bellum. I.V. 260 a, Dinumerare pecuniam alicui.

Diocharina, næ. locus. At. 219 b.

Diœcesis, sis. procuratio uel gubernatio. At. 82 a, Mirifica expectatio Asiæ nostrarū diœcesiū. Epi. 37 b, Vt me omnium illarum diœcesium, quæ eis Taurum sunt, omniumq; earum ciuitatum magistratus legationesq; cō uenirent. Ep. 223 b, Deinde, si quid habebit cum aliquo Hellespontino controuersiæ, ut illam διοικησιν reijcias.

Diœcetes, tæ. qui procurationem & quasi dispensationem regiam suscepit. pro R.P. 126 a, Rabirius Diœcetes fuit regius. & 127 a, Id autem facere non poterat, nisi Diœcetes (hoc enim nomine utitur) qui à rege est constitutus.

Dione, Veneris mater. de N. 71.

Dionysia, orum. Bacchi festa, Bacchanalia. I.V. 85.

Dionysipolitæ. pop. At. 300 a.

Dionysius, sij. Dionysij multi fuerunt. de Na. 71 a, de N. 77 a, Dionysius in Tympanidis rogum illatus. & Att. 105 a, b.

Dioscuri apud Græcos multi. de N. 70 a.

Διπλῆ nota erat, qua ueteres in margine scriptorum notabant, si quid esset animaduersione dignū. Duobus aūt modis hæc dipla pingebatur: uno sic >, altero huic aduerso sic 7, utraq; autè trigoni figura obliqua, sine basi. At. 119 a, Vibullij res gestæ sunt adhuc maximæ: id ex Pompeij literis cognosces: in quibus animaduertito illum locum, ubi erit διπλῆ. uidebis de Cn. nostro ipse Vibullius quid existimet.

Diploma, tis. principum & aliorum magistratuum codicilli literæ ue publicæ, signo regio munitæ, & sanctæ. At. 169 b, De diplomate admiraris, quasi nesciò cu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius te flagitij insimularẽ. & ibi. Ego autẽ quia scripseras te proficisci cogitare (etenim audieram nemini taliter licere) & ego te habere cẽsebam, & quia à pueris diploma sumpserás. I.P.99 d, Mitto diplomata tota in prouincia data. Ep.89 d, Diploma statim non est datũ, quòd mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius ueniam tibi dari, quem, &c.

Diræ, *arum. furiæ, tristia signa, minæ. de Di.86 b, Etenim diræ, sicut cætera auspicia, ut omina, ut signa, nõ causas afferunt, cur quid eueniat, sed enunciant euentura nisi prouideris. & ibi. M. Crasso quid acciderit uidemus, diarum obnunciatione neglecta.*

Directè, directò. *Part.232 d, Directè dicere.*)(*Inuerso ordine dicere. Ac.18 d, Phœnices eo directius gubernant, quòd, &c.*

Directò, directè. *de Na.15 d, Directò deorsum ferri. Par.234 d, Alterum ad fidem directò spectat.*

Directus, *a, um. rectus. pro Cec.289 a, Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. de N.53 b, Viæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ. de Diu.134 b, Iam uerò quid opus est circuitione & anfractu, potius quàm directo? pro Cæl. 4.6 a, Illud cum labore ad laudem directum iter probo. & ib. Non semper superest uera illa & directa ratio. pro Qu.R.4.6 b, Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. Part.241 b, Ratio directi, & ueri, & iusti, & (ut dicitur) æqui & boni. Top.222 b, Paries directus. de Fi.60 b, O præclaram beatè uiuendi, & apertam, & simplicem, & directam uiam.*

Direptus, *ptus. aliter, diremptus. Tusc.163 d, l, Secretio, & interitus.*

Direptio, *onis. Ep.46 d, Vrbs relicta direptioni atq; incendijs. & 56 b, Vereor in eorum naufragijs & bonorum direptionibus, &c. pro Do.223 b, Direptiones bonorum alicuius. I.C.101 d, Vexatio direptioq; sociorũ.*

Direptor, *oris. I.A.188 b, Direptor & uexator urbis. I.C.108 b. l. Prædator.*

Direptus, *a, um. pro Pom.8 d, Res quas Mithridates ex tota Asia direptas in suum regnum concesserat. de Fin.58 d, Sapientia omnium falsarum opinionum temeritate direpta, certissimam se nobis ducem præbet, &c. At.79 d, Ibi quinq; dies morati, direpto & uastato Amano, inde discessimus.*

Diribeo, *bes. distribuo, dinumero, discerno, separo. I.P.106 a, An expectas dum te LXXV tabellæ diribeantur?*

Diribitio, *onis. distributio. pro Pla.261 b, Nihil iam est, quòd populo supplicetur, nihil quòd diribitio, nihil quòd supplicatio magistratuum, renunciatio suffragiorum expectetur, &c. significat populi distributionem, quæ fieri consueuerat in comitijs, priusquàm suffragia rogarentur: ut populus in suas uel tribus, uel classes distribueretur. Sunt tamen quibus diremptio, pro diribitio, magis probetur.*

Diribitor, *oris. distributor, si latinè dicitur. erant enim diribitores qui populum Romanum in suas classes, & tribus distribuebant, ad suffragia ordine ferenda. Postquam. 210 b, Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodes. & I.P.87 a, Vos rogatores, uos diribitores, uos custodes fuisse tabularum.*

Dirigo, *gis. referre, metiri, æstimare, constituere, ordinare, dirigere, describere, disponere. de Cl.177 d, Antonius nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat. Aca.17 d, Et meas cogitationes sic dirigo, nõ ad illam paruam Cynosurã, &c. sed ad Helicen, &c. Or.197 b, Speciem aliquam intuens, in eamq; defixus, ad illius similitudinem artem & manum dirigebat. de Or.160 b, Nec sunt hæc rhythmicorũ aut musicorũ acerrima mouenda dirigenda. pro Sest.23 b, Hoc est igitur propositum his reipub. gubernatoribus, quò intueri, & quò cursum suum dirigere debeant. de D.85 b, Diuinatio fallit fortasse nonnunquam, sed tamen ad ueritatem sæpissimè dirigit. Att.228 b, Me sine ad hanc opinionem dirigere puerum. pro Mur.142 b, Hæc omnia ad rationẽ ciuilitatis si dirigas, recta sunt: si ad disciplinæ præcepta perpendas, reperiuntur prauissima. de Or.160 b, Hanc ad legẽ dirigenda & formanda oratio est. pro Mu.124 b, M. Cato uitam ad certam rationis normam dirigens, et diligentissimè perpendens momenta officiorũ omnium. Top.228 b, Dirigere orationem ad animi bona. Or.220 d, Nihil firmum teneo quò iudicium meum dirigam. de Nat.52 b, Ab etesijs uentis maritimi cursus celeres & certi diriguntur. At.287 d, Brut. Si flexerit aduersa dolios iudicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxerat in exturbando Antonino. de L.172 d, Lex est iustorũ, iniustorũq; distinctio, ad illã rerum omnium principẽ expressam naturã, ad quam leges hominũ dirigũtur. Of.70, Sed tamen ad extremũ utilitate ipsa officiũ dirigi magis quàm honestate. et 68 b, Honestate dirigenda utilitas est. item: Eadẽ utilitatis quæ honestatis est regula. l. Regula. de Fi.138 b, Fines bonorum, quos utilitate aut uoluptate dirigunt. de Fi.79 b, Epicurei uoluptate omnia dirigentes. de Fi.60 d, Ne ipsarum quidẽ uirtutum laus reperire exitum potest, nisi dirigatur ad uoluptatem. de D.85 b, Lituo Romulus regiones direxit, tum urbem condidit. de Sen.89, Ordines arborũ in quincuncem directi. Ep.150 d, Cum ipse iter ad Mamnam dirigerem.*

Dirimo, *mis. diuido, distraho. de Na.65 d, Indiuiduũ corpus, quod dirimi distrahiq; non potest. pro Syl.168 d, Cum ille tanto scelere commisso omnium officiorum societatem diremisset. Qu.Fr.314 b, Actum est eo die nihil, nox diremit. pro D.218 b, & de Am.101 b, & Off.56 b, Hanc nostram coniunctionẽ, hanc iucundissimam uitæ societatem certi homines ficlis sermonib. direxerunt. I.A.165 d, Vtinã Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. Epist.41 d, Ego autẽ cum eo citius uetterem coniunctionem diremissem, quàm nouã conciliassem. pro Cæl.4 b, Appius Claudius pacem Pyrrhi diremit. de Leg.167 a, Perparuam uerò controuersiam dicit, & nõ eã quæ dirimat omnia. Of.76 d, Callipho & Dinomachus, qui se dirempturos controuersiam putauerunt. de Leg.176 d, Dirimere rem susceptam. de Di.98 d, Cur pulmo iuncta sius in extis dirimat tempus, & proferat diem.*

Diripio, *pis. prædari, auferre. Attic.143 d, Quem ut loquum Græciæ non direptum iri putas? At.119 d, Patrium non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendã ac flammandamq; relinquimus. de Or.143 d, Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonij dignitas,*

tatis. pro Pom.14 b, Expilare socios, diripere prouincias. l.A.231 d, Omnia uexare & diripere cupiẽt. Postquam.208 d, Domus mea diripiebatur. Epi.102 d, Quæ diripuisse ipse, ut uiderentur ab hoste uastata. de Pro.71 b, Hos uos de prouincijs si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis. pro Syl.167 d, Sed quantũ de autoritate mea diripuisset, tãtũ se huius præfidijs diminuturũ sperauit. I.P.100 d, An expectẽ dum de te LXXV tabellæ diripiantur? aliàs diripiebantur.

Diritas, *tis. crudelitas. In Vat.39 b, Quanquam sis omni diritate atq; immanitate teterrimus. Tusc.196 b, Vt si qua inuecta diritas casu foret, ne me imparatum cura laceraret repens.*

Dirumpo, *pis. de Amic.112 d, Repentè amicitias exorta aliqua offensione dirumpimus. Qu.Fr.324 d, Catonis dirupti tabellis de circulo se subduxit. Ep.95 b, Dirupi penè me in iudicio Galli familiaris tui. & 184 d, Itaq; iam infinito fratris tui plausu dirumpitur.*

Diruo, *is. excido, excindo, euerto. de In.56 b, Vrbem igitur diruamus. pro Dom.241 d, Diruere, ædificare.*

Diruptus, *a, um. In Ar.252 d, Homo diruptus dirutusq; Qu.Cælius.*

Dirus, *a, um. ferus, crudelis, immanis, infestus. de L.173 b, Quæ augur iniusta, nefasta, uitiosa diráue dixerit, irrita infectaq; sunto. de D.115 b, Cũ tristissima exta sine capite fuerint, quib. nihil uidetur esse diri⁹. de D.86 d, Itaq; sinistra dũ nõ exprimꝰ, in dira et in uitiosa incurrimꝰ. et 84 d, Quòd fermè dirũ in tẽpus cecidere latinæ.*

Diruptus, *a, um. excisus, euersus. Qu.Fr.294 b, Complures dirutas ac penè desertas urbes per te esse recreatas. I.A.252 d, Homo diruptus dirutusq; Qu.Cælius.*

Dis, *ditis. l. ditior. dines, πλάτων*. Dis pater. de D.96 b, Midam ditissimum fore prædictum est. de N.39 d, Terrenis omnis atq; natura Diti patri dedicata est, qui Dis est, apud Græcos πλάτων. I.V.225 d, Speluca, quæ ferunt Ditem patrem repentè cum curru extitisse.*

Discedo, *dis. abeo, proficiscor, cedo, soluo, migro, demigro, subduco.*)(*Remaneo. At.101 d, Chrysippus discessit à puero insciente me. & 115 d, Eo die Capua discessi, discessit, sed ne à Mutina quidem recessit. Ep.30 d, Verebar ne antequàm tu in prouinciam uenisses, ego de prouincia discederem. Ep.91 d, Hanc in opinionem discessit, ut mihi tua salus dubia nõ esset. & 151 d, Frequens senatus reliquit, & in alia omnia discessit. de Fin.118 d, Discedere de sententia. de So.126, Itaq; nunquam ex animo meo discedit illius optimi uiri memoria. I.V.234 d, Itaq; tũ de foro cũ ijs adueſperasset discessimus. I.A.220 d, Qui ab armis discesserant. Of.14 d, Vt nihil à natura, aut à statu discedas, nihil à dignitate sapiẽtis. pro S.R. 20 d, Vt spolijs Sex. Roscij hoc iudicio auctis discedant. de Or.121 b, Mihi certũ est à iudicijs causisq; discedere. Or.206 b, Ipse nunquã ab illa acerrima cõtentione discederem. de Clar.194 d, Quod potius mihi periculum adeundũ, quàm à sperata dicendi gloria discedendũ putaui. de Or.105 b, Cũ hic iurisconsultus fuerit superior discessurus. de Cla.185 b, Is omnium qui aderant iudicio discessit probatus. pro Cec.285 d, Superiorem discedere. pro Font.276 d, Videte quò descendã iudices, quàm longe uidear à cõsuetudine mea, à cautione & diligentia discedere. Att.122 b, Modò audini quartanum à te discessisse. Epist.135 b, Omnia sunt incerta cum à iure discessum est. Of.67 d, Is à fide iusticiaq; discessit. de D.132 d, Is magnitudine timoris à constantia, atq; à mẽte, atq; à sciipso discessit. de Cla.190 d, Cælius discessu meo discessit à sese. I.V.215 b, Si istius hæc tanta iniuria impunita discesserit. Ep.115 b, Vxor à Dolabella discessit: id est, cum eo diuortium fecit. Or.202 b, Discedere à re: id est, digredi. I.V.207 d, Neq; ab argento digitũ discedere. Ep.14 b, Sic enim te existimare uelim, cũ à uobis meæ salutis autoribus discesserim, neminem esse cuius officijs me tam esse deuinctũ confitear. Ep.89 d, Cæsaris familiares, cum ab eo discesserint, me habent proximum, &c. Off.24 d, Cum ab hoc dicendi genere discesseris. Tusc.166 d, Discedere à uita id est, mori. de D.100 d, Cũ cœlũ discessisse uisum est, atq; in eo animaduersi globi. ibi. b, Marsico bello cœlum discessit. et 121 d, Cœli discessus. Tusc.152 d, Qui discedere animũ censent. Off.59 b, Qui cùm terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit. I.V.209 d, Mouere castra ex aliquo loco, & colligere uasa.*

Discedere, *p cõsequi. At.l.2, Si possum discedere, ne causa optima in senatu pereat, ego satisfaciam publicanis.*

Disceptatio, *onis. causa, controuersia, lis, iudicium. Of.26 b, Cõtentio disceptationibus tribuatur iudiciorum, concionum, senatus. pro Fl.151 d, Disceptatio & cognitio ueritatis. pro Mil.105 d, Ipse lator legis cum esset, controuersia nulla facti iuris, tamen disceptationẽ esse uoluit. pro Deiot.144 b, Tanta causa, quanta nulla unquam in disceptatione uersata est. Off.7 b, Duo genera decertandi sunt: unum per disceptationem, alterum per uim. contra Rul.77 d, Nulla disceptatione, nullo cõsilio priuata publicare, publica liberare. & 74 d, Vtrùm oratio ad eius rei disceptationẽ deerit? de O.100 d, Quæ cũq; in disceptationẽ hominũ uenire possunt. & 135 b, Res quæ in dicendi controuersiã aut disceptationẽ uocatur. & 86 b, Forenses disceptationes iudiciorum aut deliberationũ. Of.13 b, Ex quo fit, ut neq; disceptationẽ uinci se, nec ullo publico ac legitimo iure patiantur.*

Disceptator, *oris. iudex. de Le.185 b, Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicari ue iubeat, prætor esto. pro Cec.286 d, Quorum alterum perſæpe disceptatore domestico iudicatur. contra Rul.65 d, Populo Ro. disceptatore uti uolo. pro Fl.164 b, Populum Ro. disceptatorem non modò non recuso, sed etiam deposco. pro Cæl.44 b, Vel seuerissimis disceptatoribus M. Cælij uitam me probaturum esse confido. Par.230 b, Disceptator: id est, rei sententiæq; moderator.*

Disceptatrix, *cis. Ac.23 d, Dialectica ueri & falsi quasi disceptatrix & iudex.*

Discepto, *as. cõtendo, decerto, disputo, dijudico, cognosco. de Or.125 d, Rei sunt omnes quorũ de re disceptatur. de Cl.192 d, Cum de sapientia disceptatur. pro Cor.68, Qui non de suo facto, sed de publico iure disceptat. I.V.116 d, Vt sibi cũ palæstritis æquo iure disceptare liceat. Ep.149 d, In uno prælio forma reip. disceptat. Ep.58 d, Videbã quanto periculo de iure publico disceptaretur armis. Epi.79 d, Non consilijs, nec autoritatibus nostris de iure publico disceptare. Acad.45 d, Qua de causa definitiones ad omnia, de quib. disceptabatur, habebant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bebant.pro Mil.106 a,Et ipsi est præpositus quæstioni, qui hæc iuste sapienterq; disceptet.pro Deiot.144 b, Si hanc causam in foro dicerem,eodem audiente & disceptante te.de L.173 b,Feciales bella disceptanto.pro Pl.277 b,Iure & legibus disceptando decertare.)(.Armis dimicare.Tusc.210 a, Cum Academici Stoicorum controuersias disceptarent.

Discerno,is,dijudico,distinguo,dispicio,internosco,secerno,diuido.pro Font.278 b,Quid est igitur,ubi discerni stultus auditor à sapienti iudice possit?de Ar.252 b,Cum uxorem sororemq; non discernis. de Vn.109 b, Animus discernit,quid sit eiusdem generis,quid alterius. & cætera dijudicat,& c.quæ distinctio sit inter ea quæ gignantur,& ea quæ sunt semper eadem.Tusc.250 a,Democritus alba & atra discernere nõ poterat.Par. 236 b,Tẽperantia duobus modis in reb.cõmodis discernitur.Ac.7 b,Quo modo ea discerni nõ poterit à falso.

Discerpo,pis.dilacero,dilanio,diuello,diuido. de Na.7 b,Distractione humanorum animorum, discerpi & dilacerari Deũ.Tusc.163 a, Animus nec discerpi,nec distrahi potest.Topic.222 b,Cum res,quæ proposita est, quasi in membra discerpitur.Or.145 a,Aliqua diuulsa & quasi discerpta contrectare.

Discessio,onis.)(.Accessio.Of.54 b,Eorũ neq; accessione melior uita fit, neq; discessione peior.I.A.188 a, Antonius effugere festinans senatusconsultum de supplicatione per discessionem fecit, cum id factum esset, antea nunquam.I.A.206 a, Hæc sententia sic per triduum uoluit,ut quanquam discessio facta non esset, tamen omnes assensuri mihi uiderentur. & 262 a,Si in has sententias meas consules designati discessionem facere uoluissent.Ep.3 a, Facere discessionem.

Discessus,sus. profectio,abscessus,abscessio,abitus, abitio.Att.120 a,Quid perturbatius hoc ab urbe discessu, seu potius turpissima fuga?I.A.300 a,Post discessum latronis,uel potius desperatam fugam.At,203 a,Vt me leuarat tuus aduentus,sic discessus afflixit.de Sene.95 a, Sed me ipse consolabar,existimans non longinquũ inter nos digressum & discessum fore.Att.145 b,Subitus discessus.& præceps profectio.I.C.98 b,Cum tu discessu cæterorum,nostra,qui remansimus,cæde cõtentus eras.Ep.16 b,Quod rogas,ut mea tibi scripta mittam,quæ post discessum tuum scripserim,sunt orationes quædam,& c.de D.90 a,O' præclarum discessum, inquit,è uita.de Nat.30 a,Solis accessus,discessusq;. de Diuin.121 a,Cœli discessus.

Discidium,dij.diuortium.de Or.148 b,Hinc illud discidium extitit,quasi linguæ & cordis.aliàs,dissidium.

Discindo,dis.dilacero,dilorico.pro Cæl.45 b,Discidit uestẽ,resarcietur.de Or.126 b,Cũ ista feci,quæ tu,& c. ut discinderem tunicam,ut cicatrices ostenderẽ.de D. 87 a,ita cotẽ nouacula esse discissã.de Am.110 a,Tales igitur amicitiæ dissuẽdæ magis sunt,quàm discindẽdæ.

Discingo,gis.Quint.Fr.314 a,Cæsar,mihi crede in sinu est,neq; ego discingor: id est,non reijcio,aut diffluere patior.

Disciplina,næ.institutum,ratio,institutio,ars,mos,cõsuetudo.pro Cæl.45 b,Dicet aliquis, hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hãc causam tibi hunc puerum parens commendauit & tradidit?

pro Cæl.43 a,Cuius prima ætas dedita disciplinis fuit, iisq; artibus,quibus instruimur ad hũc usum forensem. de D.99 b,Senatꝰ decreuit,ut de principũ filijs sex simul Etruriæ populis in disciplinam traderẽtur.I.V. 99 b, Adolescẽtes ei in disciplinã traditi.I.A.261 a,At enim te in disciplinã meã tradideras.Or.198 a,Alia intelligendi,alia discendi disciplina est. pro Po.94 a,Pompeius è ludo atq; pueritiæ disciplina ad exercitum patris,atq; in militiæ disciplinã,pfectus est.& 144 a,Pythodoridis usq; ad memoriã disciplina naualis et gloria remansit.pro Mu.129 a,Illud dico,nullã esse in ea disciplinã munitã ad consulatũ uiam.de Di.99 a,Nec quisquam rex Persarũ potest esse,qui non ante disciplinam scientiãq; magorũ perceperit.de N.58 a, Vt exercẽmur in uenando ad similitudinẽ bellicæ disciplinæ.I.V.184 a, Erudire aliquẽ ad ciuitatis disciplinam. & ibi.Educari in furis disciplina.& ib.Nõ degenerare à disciplina patris.de N.78,Lacedæmoniorũ disciplinam à Lycurgo datam.& 7 a,Anaxagoras,qui accepit ab Anaximenis disciplinam.& 5 a,Trium enim disciplinarum principes cõueniũt.Tusc.246 a,Omnes ferè philosophi omnẽ disciplinarum.Aca.2 b,Restat unum genus reprehensorum,quibus Academiæ ratio non probatur,quod grauius ferremus,si quisquam ullam disciplinam philosophiæ probaret,præter eam quam ipse sequeretur.de N.77 a,Respiratione quadam & disciplina designata. de Fi.51 b,Non modò quid nobis probaretur,sed etiam quid à singulis philosophiæ disciplinis diceretur,perspicuti sumus.Ac.3 a,Et ad quæcunq; sunt disciplinã quasi tempestate delati,ad eam tanquã ad saxũ adhæresc. de Cl.186 a,M.Piso quicquid habuit,habuit è disciplina,maximeq; ex omnib.Græcis doctrinis eruditus. et 189 b,Quicquid habuit,id totũ habuit è disciplina. instrumẽta naturæ deerãt.de Or.99 b,Homo omnium disciplina iuris ciuilis eruditissimus.de Cl.173 a,Spurius doctus ex disciplina Stoicorũ. & ibi.P.Crassus habuit quasdam etiã domesticas disciplinas. & 179 a,Coluere disciplinã Stoicam.& 189 a,Hermagoræ disciplina ad orandũ inops.& ibi.Disciplina iuris ciuilis.& 179 a, Disciplina discẽdi.de Or.91 a,Simus ille doctor istius disciplinæ Apollonius.Or.104 a,Quarum rerũ scientiã magnã multiplicẽq; esse disciplinã.Ora.197 a,Omnis bonarum rerũ disciplinæ.de Fi.114 b,Disciplina memoriæ.Ep.83 b,Vt in nostra disciplina est.de D.110 a, Res quarũ est disciplina,ut litteræ.Ep.83 a,Ratio uitæ. stæ disciplinæ,quam à patre acceperas. Qu.Fr.291 b, Familia grauis & cõstans disciplina.Offi.24 a,Quid parentũ disciplina meliores fiunt.de Fi.71 b,Deprauari mala disciplina.pro S.R.38 b,Hominis penè opera. rij ex Amerina disciplina patrisfamiliæ rusticani. pro Fl.140 a,O' morẽ præclarũ,& disciplinã quã à maioribus accepimus.Br.91 b,Virtutis disciplina melior nulla est.Or.216 b,Exercitatus bona disciplina.Qu.Fr.291 b, Hæc institutio atq; disciplina potest,& c.pro Dei.149 a,Imitari potius aui mores disciplinamq; debeat. pro Fl.148 a,Nisi nostri mores ac disciplina plus ualerent. pro Rab.96 b,Adeo'ne ignauus es disciplinæ,cõsuetudinisq; nostræ? pro Quint. Ro.49 b,Disciplina quæ erat ab hoc tradita,locabat se nõ minus HS. CCCLIII. pro Dei.147 b,Nihil factũ est,nisi moderate,nisi grauiter,nisi ex hominis grauissimi & sanctissimi disciplina. Ep.8 b,Lentulum in primis imitatione tui fac erudias: nulla enim erit hac præstantior disciplina. Qu.Fr.395 b,Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monimentis disciplinisq; traditæ.

Disciplinabilis,le.ad Her.16 b,Aut si qua in re cohortabimur aliquem,cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere.alias, disciplinã scientiamq; poterimus habere, & rectius quidem.nam disciplinabilis,nemo unquam Latinorum dixisse legitur.

Discipulus,li.auditor,qui audit aliquẽ, qui se alicui in disciplinam tradit,tyro.Epi.136 b,Hircium & Dolabellam dicendi discipulos, cœnandi magistros habeo. de D.81 b,Panætius doctor Posidonij, discipulus Antipatri.pro Cor.64 a,C.Marius P.Africani discipulus ac miles.de N.61 a,Rudem me discipulũ atq; integrum accipe.de D.90 a,Heraclides auditor & discipulus Platonis.de D.126 b,Eudoxus Platonis auditor. Offi.54 a, Rutilius Rufus, qui Panætium audiuit: id est, Rutilius Panætij discipulus.

Discludo,dis.distungo,separo.Tusc.152 b, Plato duas partes animæ separare uoluit, iram & cupiditatem, quas locis disclusit,irã in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit.& 165 a,Plato perturbationes semotas à mente & disclusas putat.

Disco,scis.percipio,disciplinã accipio,cognosco,perdisco,condisco,arripio,complector,audio,accipio, documentũ capio,exempli ex aliquo capio,cognitionẽ accipio,cõprehẽdo.de Or.121 b, Crassus,quod disci potuit de iure,didicit.de Se.82 a,Vt ego feci,qui senex Græcas literas didici,quas quidẽ sic auidè arripui,quasi diu turnã sitim explere cupiens.de Or.156 a, Qui nõ citò aliquid discit,nunquã omnino posse perdiscere. Or.212 b,Est enim hæc nõ scripta,sed nata lex:quam non didicimus,accepimus, legimus, sed ex natura ipsa arripuimus,hausimus, expressim̃.de Or.118 a,Rectè igitur de causa discẽda nihil præcipiũt:id est,cognoscẽda,de Or. 97 b,Perdiscẽdũ est ius ciuile.I.V.99 b,Dii est unde ius ciuile discatur.de Orat.151 a,Libet semper discere.pro Q.10 a,Multa discere atq; dediscere.Ep.131 a. & Ac. 93 a,Discere literas apud aliquem.de Se.82 a, Antiqui discebant fidibus.Ep.33 a, Animaduerti enim,& didici ex tuis literis,te,& c.Of.21 b, Hominis mens discendo alitur.& cogitando semper aliquid aut inquirit,aut agit.& 33 b,Si discendi labor est potius quàm unluptas. Vt discoloribus signis sententiæ iuratorum hominum notarentur.

Discordia,diæ.dissidium,dissensio,seditio,odium.Tusc. 213 b,Discordia est ira acerbior, intimo odio & corde concepta.de Fi.58 a,Ex cupiditatibus odia,dissidia,discordiæ,seditiones, bella nascũtur.de Am.100 b,Empedocles dixit,quæ in rerũ natura,totoq; mundo constarent,quæq; mouerentur,ea cõtrahere amicitiã,dissipare discordiam.& ib.Nulla est domus tam stabilis,nulla ciuitas tam firma,quæ nõ odijs ac dissidijs posit euerti. de Ar.256 b,Nec alius discordiarum solet esse exitus in ciuitate,nisi aut uniuersus interitus, aut uictoris dominatus,aut regnum. Offi.17 b,Rẽ perniciosissim.an in ciuitatẽ inducũt, seditionẽ atq; discordiam. Qu.F.264 b, Multas esse in oppidis seditiones, multas discordias.pro Mu.135 b, Vt odia occulta ciuium, quæ nunc tacitis discordijs cõtinẽtur,in optimi cuiusq; fortunas erumperent.de Ar.254 b,Sit discordiarum finis aliquando.pro Mur. 144 a,Seditionem ac discordiam concitare.I.A.153 a,Sedare discordias.pro Fo.282 a,Summi duces ciuitatis discordijs consumpti.

Discordo,as.dissideo,discrepo,dissentio cũ aliquo, non consentio alicui.de Fi.58 a, Cupiditates intus in animis inclusæ inter se dissident atq; discordant.de Fi.61 a,Animus à seipso dissidens,secumq; discordans.

Discors,dis. dissentiens, discordans.)(.Concors. contra Rul.84 b,Non contentione,non ambitione discordes.

Discrepans,tis.)(.Congruens.de L.162 a,Oratio uerbis discrepans,sententijs congruens.

Discrepantia,tiæ.dissensio,discordia.de Or.135 a,Ridetur etiã discrepantia,quid huic abest,nisi res et uirtus? Of.22 b,In actiones omnemq; uitã nullã discrepantiam cõferre debemus.Top.229 a,Discrepãtia scripti et uoluntatis.de F.99 a,Maiorẽ multò habere Stoicos et Peripateticos rerũ omnino discrepantiã, quàm uerborum.

Doctrina, næ. eruditio, literæ. l. V. 194 a, Homo omni doctrina & uirtute ornatissimus. de Ora. 85 b, Qui in artium studijs liberalissimis sunt doctrinisq; uersati. Ora. 200 a, & pro S. R. 25 b, In maximis occupationibus nũquam intermittis studia doctrinæ. pro Cæ. 42 a, Studiũ doctrinæ atq; humanitatis. de Ora. 154 a, Nostra est omnis ista prudentiæ doctrinæq; professio. de Cl. 186 a, M. Piso quicquid habuit ex disciplina, maximeq; ex omnibus qui fuerunt, Græcis doctrinis eruditus fuit. Ep. 48 a, Is aũt summè omnium doctrinarũ studiosus fuit. de Or. 110 b, Res quæ doctrina aliqua continetur. Epi. 494, Me omnis ars & doctrina liberalis, & maximè philosophia delectat. pro Arc. 187 a, et 188 a, Relaxare animũ doctrina. & ibi. Excolere animum doctrina. Ac. 14, Magnum optimarum artiũ studiũ, & omnis liberalis & digna homine nobili à Lucullo percepta doctrina. de Or. 132 b, Ambigui genera, de quibus est doctrina quædã subtilior. de Or. 198 a, Ab alijs uerũ, ab alijs uerborum doctrina quæritur. Part. 139 a, Doctrina dicẽdi in tres partes distributa est. Or. 212 b, Quòd si indocta consuetudo tam est opifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus? pro Mur. 138 b, Ego quoq; in adolescẽtia diffisus ingenio meo quæsiui adiumenta doctrinæ. de Ar. 188 b, Sæpius ad laudem atq; uirtutem natura sine doctrina, quàm sine natura doctrina ualuisse. de Le. 177 b, Ciuitates malis studijs malisq; doctrinis cuerti. de Or. 118 b, Eiusmodi definitio genere ipso doctrinã redolet, exercitationẽq; penè puerilẽ. & 154 a, Institutus liberaliter educatione doctrinãq; puerili. & 102 b, Hæc nõ aliqua mihi doctrina tradita sunt. & 107 a, Ius ciuile summatim percipi sine doctrina potest. Of. 30 b, Doctrina rerum honestarum: id est, ipsum docere res honestas.

Doctus. a, ũ. literatus, doctrina excultus, eruditus, intelligens, literis perpolitus, homo abundanti doctrina, doctrina atq; optimarum artium studijs eruditus, uir præclara eruditione atq; doctrina ornatus. de Orat. 91 b, Quid mihi tanquã Græculo otioso & loquaci fortasse docto & erudito, quæstiunculam ponitis? de Or. 124 b, Hæc apud doctos semidoctus ipse percurro. et 111 a, Ea quæ scribo, neq; ab indoctissimis neq; ab doctissimis legi uellẽ. de N. 13 b, Simonides nõ solùm poeta suauis, sed etiã doctus fuisse traditur. Or. 108 a, Ita & doctis eloquẽtia popularis, et disertis elegãs doctrina defuit. de C. 181 a, In quo nunquã fuit populo cũ doctis intelligẽtibusq; dissensio. Tus. 148 b, Antiquissimũ è doctis genus poetarum. de D. 80 a, Gẽs humana atq; docta. (. Immanis atq; barbara. pro Cæl. 42 a, Adolescens humanissimus et doctissimus rectissimis studijs atq; artibus præditus T. Coponius. pro Ca. 49 a, Vir illa humanitate præditus, illis studijs, artibus atq; doctrina. pro Cor. 55 a, Viri literati ac studijs doctrinisq; dediti. de Cl. 179 b, M. Gratidius doctus Græcis literis. & ibi. Docti & Græcis literis & Latinis. & 196 b, Of. 1 a, Vt nõ modò Græcarum literarũ rudes, sed etiã docti aliquãtũ se arbitrãtur adeptos. de Cl. 173 a, Vir doctus ex disciplina Stoicorũ. & 174 b, Doctus uir & Græcis literis eruditus. de Cl. 175 b, Tritæ nostrorũ hominũ aures & erudita ciuitas. de Or. 136 b, Quidam doctus homo, et in primis eruditus.

Documentum, ti. admonitio, præceptum, exemplum, monumentum. pro R. P. 127 a, P. Rutilius, qui documentum fuit hominib. nostris uirtutis, antiquitatis, prudẽtiæ. l. A. 231 b, Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna uoluit, quid esset uictis extimescẽdũ. pro D. 138 b, Homo omnium scelerum flagitiorumq; documentum. At. 284 a, Vt in posterum documentum statueremus ne quis, &c. pro Mil. 105 b, Iã ab adolescentia dederas documenta maxima, quàm cõtemneres populares insanias. cõtra Rul. 65 b, Habere aliquem sibi documento.

Dodona, næ. Epiri urbs. de D. 100 a, Aut à Dodona oraculum petebant.

Dodonæus, a, um. de D. 96 a, Cum oraculum à Ioue Dodonæo petijsset. & 80 b, Dodonæum oraculum. Att. 25 a, Quercus Dodonæa.

Dodrans, tis. nouem unciæ quasi de asse dempto quadrante, & significat totius integræ rei tres partes. At. 19 a, Qu. Frater qui Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit.

Dogma, tis. decretum quasi dictatũ, præceptum, δόγμα. Aca. 33 b, Scelus enim dicebas esse Luculle, dogma prodere. Aca. 8 a, Sapientia neq; de seipsa dubitare debet, neq; de suis decretis, quæ philosophi uocãt δόγματα, quorum nullum sine scelere prodi poterit: cũ enim decretũ proditur, lex ueri rectiq; proditur. & 86 b, Vt prouerbia nõnulla ueriora sint, quàm uestra dogmata. pro Mur. 139 b, Zenonis sententiæ sunt et præcepta huiusmodi, Sapientẽ gratia nunquam moueri, &c. de Fa. 143 a, Præcepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Præceptum medicorum, si cui uenæ sic mouentur, is habet febrem. l. Vena. de Fat. 142 a, Sunt igitur Astrologorum præcepta huiusmodi: si quis uerbi causa, oriẽte

Universidad de Deusto
Biblioteca

canicula natus est, is in mari non moritur.

Dolens, tis. dolenter. Parad. 122 b.

Dolenter, dolens. de Or. 128 a, Casus humanarum miseriarũ grauiter accipiuntur, si dicũtur, dolentur. & Or. 209 a, Ep. 159 a, Dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. I. A. 218 a, Dolẽter hoc dicam potius, quàm contumelioſe. pro Do. 232 b, Atq; ita ut dolenter abſis.

Doleo, es. dolorem capio uel accipio, condoleo, indoleo, mœreo, angor, dolenter fero, angor animo, dolore ardeo, ingemiſco, acerbè fero, dolorẽ animo capio, moleſtiam capio, in dolore et mœſticia ſum, dolor mihi accidit, in dolore ſum uel mœrore potius, dolori eſſe. de Or. 104 b, Nemo ingemuit, nihil cuiquam doluit, nemo eſt queſtus, nemo remp. implorauit, nemo ſupplicauit. pro Mu. 134 a, Cui placet, obliuiſcitur: cui dolet, meminit. pro Cæl. 45 a, Si egebis, tibi dolebit. At. 288 b, Dolet mihi, quo tu non ſtomacharis. Epi. 70 b, Doleo qa doles & angere. At. 251 b, Dũmodo doleant aliquid, doleant quidlibet. Br. 165 a, Si id dolemus, quod eo iam frui nobis nõ licet, noſtrũ eſt id malũ. At. 186 b, De Atticæ fabricula ſcilicet ualde dolui. Ep. 64 a, Quædã peſtes hominũ laude aliena dolentiũ. pro Fl. 158 a, Non .n. omnia quæ dolemus, eodem iure queri poſſumus. At. 278 a, Et eſt dolẽdũ in tã graui uulnere. Oct. 329 b, Quis iſta aut diſſimulare poſſit, aut nõ dolere? & pro Seſt. 28 a, Qui meũ caſum luctũq; doluerunt. Tuſ. 206 b, Quid ergo? illud quod Alcibiades dolebat, nõ ex animi malis utiitsq; conſtabat. In Vat. 35 a, Quis tum nõ ingemuit? non doluit Reip. caſum? pro Cæl. 42 a, Qui ex omnibus maximè Dionis mortẽ doluit. Ep. 197 a, Hæc à te ulciſcenda ſunt, etiã ſi nõ ſint dolenda. & 122 a, A te peto, ut meas iniurias perinde doleas, ut me exiſtimas & dolere, & ulciſci tuas ſolere. & ibi. Doleo dolorẽ tuum. Att. 133 a, Vt meã nicẽ doleres, cũ me uideres derideri. & 118 b, Pompeius, cuius ego uicẽ doleo. I. V. 99 a, Si alienam uicem pro noſtra iniuria doleremus. At. 92 b, Curionis & Pauli meorũ familiariũ uicem doleo. At. 92 b, Equidem doleo nõ me tuis literis certiorem fieri. At. 58 a, Noſq; malo ſolatio, ſed nonnullo tamẽ cõſulamur, quòd ipſius uicem minimè dolemus. & 95 b, De Hortenſio te certò ſcio dolere, pro Pla. 66 a, Omnibus illa iniuria dolori fuit. Qu. F. 305 a, Illud mœreo, quod, &c. id eſt, doleo.

Dolium, lij. uas amplum, in quo uinum in annum reconditur. de Cla. 192 b, Qui hoc ſentiat, ſi is potare uelit, de dolio ſibi hauriendum putet?

Dolo, as. edolo. de D. 226 b, Quis robur illud cecidit? quis dolauit? de Or. 113 b, Dolare aliquod opus. de Orat. 2, Dolare orationem. Ac. lib. 4, Nõ enim è ſaxo ſculptus, aut è robore dolatus. de homine loquitur.

Dolopes, pum. pop. I. P. 99 a.

Dolor, oris. mœror, acerbitas, lachrymæ, acerbus ſenſus animi uel corporis, animi cruciatus, ſenſus. Attic. 120 b, Tuſ. 182 a, Dolor autem motus aſper in corpore à ſenſibus alienus. In utraq; re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor. Tuſ. 213 a, Dolor eſt ægritudo cruciãs. At. 142 b, Plus apud me ualere beneficij gratiam, quàm in iuriæ dolorem uolo. de Pro. 78 a, Ego dolorem & inimicitias meas reip. conceſſi. I. A. 217 b, Quanquam proprios dolores ſuarum rerum omnes habebant, tamẽ huius ciuitatis miſerijs non poterant non commoueri. de

Pro. 79 a, Sed ego in hac ſententia dicenda non peracerbo dolori meo, nec iracundiæ ſeruiã. & ibi. Tamen aliquã dolori meo uenia tribueretis. pro Clu. 19 b, Huic mihi dolori meo uenia tribueretis. pro Clu. 19 b, Hinc mihi poteſt offenſionis accedere, ſine acerbiſſimo animi ſenſu & dolore. de Aru. 247 b, Animi quidã dolor hominis aliquando effert ad gloriã in reſutandis maledictis improborũ. Att. 175 b, Sed augeo cõmemorando dolorem, et facio etiam tibi. pro Do. 232 b, Accepi magnum atq; incredibilem dolorem. & Epiſt. 47 b, Eſt omnino uix conſolabilis dolor. Atti. 124 a, Sed hæc omitt. augemus enim dolorẽ retractando. & 45 b, Ne ſtimã dolorem meum. & 49 a, Augere mœrorem. de Or. 107 a, Et eorum dolorẽ qui lugebant ſuos, oratione refricabam. & ibi. Nihil mihi ad dolorẽ acerbius accidere poterat. pro Dom. 242 b, Vt perpetuum dolorem auulſum à meis ſuſtinerem. I. C. 118 a, Mihi hæc conditio cõſulatus data eſt, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatus q; perferrem. pro Cæl. 44 a, Minimum enim dolorẽ capiet, qui illam nõ uidebit. de Cl. 165 a, Opinione omniũ maiorẽ animo cepi dolorem. & Ep. 5 b, Summus dolor, quem in rebus tuis capio. de Clar. 176 a, Si cæteros miſerant dolores pedum, non deerat in cauſſa. Quid? 305 a, Sed omnis dolor eſt, quod, &c. et 300 b, Atq; hic dolor eſt, quod, &c. & 315 b, Facià ut in medio dolore ac deſiderio mei lætetis. pro Mu. 145 a, b, At habet magnum dolorem, unde cũ honore deceſſeris, eõdem cum ignominia reuerti. de Or. 203 b, Quid eſſet iracundia, ſeruor ne mentis, an cupiditas puniendi doloris? de Arruſp. 152 b, Hominibus iniuria tui ſtupri illata in ipſius dolori non fuit. & 254. a, Cauſa grauis & cum aliquo animi & iuris dolore cõiuncta. I. V. 258 b, Ille facile dolorem corporis patiebatur. pro Seſt. 14 a, Hunc dolorẽ perpeti malui, quàm, &c. pro Cæl. 50 a, Vidi enim & illum hauſi dolorem, uel acerbiſſimũ in uita, cum, &c. I. V. 210 b, Hæres magnũ & acerbum dolorem commouent, mulierculis præſertim. Ep. 50 b, Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atq; mollit. At. 138 b, Obſecro te, eripe mihi hunc dolorem. & ibid. Non angor, ſed ardeo dolore. & 85 b, Accipiam equidem dolorem, mihi illũ traſci. & 110 a, Hoc tamen profecit, dedit illi dolorẽ. I. V. 232 b, Exiſtimare uos hoc uelo, mirũ quendam dolorem accidere ijs, ex quorum mentibus hæc auferantur. At. 4 a, Terentia magnos attulorum dolores habet. Oct. 329 a, Nulla remedia tam ſalutaria ciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. Tuſ. 24 b, Si uoluptas dolorem effẽdura ſit. de Fin. 53 b, Vt omittam dolorem, quem optimus quiſq; pro patriâ & pro ſuis ſuſcipit. & 56 b, Aliquẽ in uoluptate eſſe aut in dolore. Ep. 51 b, Sed opprimor interdum, & uix reſiſto dolori. Ep. 52 a, Nec eum dolorem, quem à Repub. capio, domus iam conſolari poteſt, nec domeſticum Reſp. Ep. 72 a, Exhaurire alicui uniuerſum dolorem. & 50 a, Minuere dolorem.)(. Augere dolorẽ. & 70 a, Abijcere omnem dolorẽ. Ep. 81 a, Hoc loco uides me augere dolorem tuum, quẽ conſolando leuare debeam. Ep. 63 a, Cuius in ſermone et ſuauitate omnes curas dolores q; deponerem. Ep. 47 a, Vehementer eſſe ſolicitum, & in communibus miſerijs præcipuo quodam dolore angi. & 81 b, Quãto fuerim dolore mœminiſſe, in quo, et cl. A. 372 b, Magno in dolore ſum, uel mœrore potiũ, quem

accepimus ex crudeli morte Trebonij. & 238 b, Quàm acerbiſſimum alicui dolorem inurere. Epi. 4 b, Afficior ſummo dolore, eiuſmodi tempora, &c. Tuſ. 186 b, Et tamen fuiſſe acrẽ morſum doloris idem Marius oſtendit, erus enim alterum non præbuit: ita & tulit dolorem ut uir, & ut homo maiorem ferre ſine cauſa neceſſaria nouit. At. 190 b, Recordationes effugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. At. 45 b, De luctu & dolore. & ibi. Dies leuat luctum. & ibi. Cæteri dolores mitigantur uetuſtate.

Doloſe, malicioſe, ex inſidijs, ex occulto. Of. 64 a, Doloſe & malicioſe agere aliquid. & 22 a, Ex occulto agere aliquid.

Doloſus, a, um. malicioſus. pro R. P. 123 b, Ptolemæus doloſis conſilijs regno pulſus.

Dolus, li. fraus, fallacia, machina, inſidiæ ſubeſſe aliquid. de N. 74 b, Doli, machinæ, fallaciæ, præſtigiæ, ſine ratione eſſe nõ poſſunt. & ibi. Cõmoliri dolos & fallacias ad aliquem in uerſu. Top. 234 a, Dolus malus eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur. Of. 64 b, Simulatio et diſſimulatio dolus malus eſt. et 60 b, Facta ſemper ne ſint ſeruãda, quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores dicere ſolent, facta ſint. de N. 75 a, Iudicia de fide mala, & iudicium de dolo malo. & ib. Quæ ex exempto & uendito cõtra fidem fiunt. Top. 226 b, Bona fide.)(. Dolo malo. Of. 64 a, Aquilius protulit formulas de dolo malo. & ibi. iſte dolus legibus erat uindicatus. & ibid. Iudicia in quibus ex fide bona agitur. de N. 75 a, Iudicium de dolo malo, quod Aquilius protulit, quẽ dolũ idem Aquilius tum teneri putat, cum, &c. ad Her. 16 b, Dolus conſumitur in pecuniam, pollicitationes, diſſimulationes, maturationes, mentiones, &c. & 40 b, Dolis malicioſa Carthago. & 17 b, Nã quod in dicẽdo rei dilucidandæ cauſa dolũ appellauimus, id in dicẽdo honeſtius cõſiliũ appellauimus. At. 1 b, Agere cœpit cum eius fratre de ijs rebus, quas eum dolo malo accepiſſe de Vario diceret. pro Fla. 161 b, Adductus eſt in iudiciũ Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione huius ipſius tutelæ nomine. pro Do. 128 b, Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Off. 62 a, Sine inſidijs agere quodpiam.

Domeſticus, a, um. familiaris, inteſtinus, uernaculus. priuatus, intimus.)(. Externus, alienus. I. V. 35 a, Quis unquã in luctu domeſtico, in funere familiari cœnauit cũ toga pulla? Of. 58 a, Externa libẽtius in talitre, quàm domeſtica recordor. Ep. 59 b, Ego urbem à domeſticis inſidijs, & ab inteſtino ſcelere defendi. I. V. 179 b, Domeſticum atq; uernaculũ crimẽ: id eſt, Romæ nõ in promiſcuã paratũ. & 84 a, Occultũ, inteſtinũ ac domeſticum malũ. ad Her. 24 a, Domeſtico & ſui ipſius teſtimonio abuti. de Or. 116 b, Stulticiæ ſuæ quàm plurimos ſibi domeſtico præconio colligere. de Ar. 248 a, Huius gentis ac terræ domeſticus natiuusq; ſenſus. Tuſ. 148 a, Res domeſticæ & familiares. pro Seſt. 23 b, Domeſticis malis impediti.)(. Bene de rebus domeſticis conſtituti. Difficultate domeſtica labor. ar. l. Difficultas. Domeſticus amor, 1 ad Att. Domeſticus ſanguis, de Aruſp. reſp. Domeſticus uſus & cõſuetudo, pro R. Am. Domeſtica crudelitas. pro R. Am. Domeſtica diſciplina, Aca. q. e l. 2. lib. 1. Domeſtica diſſenſio, 8 Fam. Cælij: id eſt, ciuiles

diſcordiæ. Domeſtica inhumanitas, pro Deiot. Domeſticum lenocinium, 5 Ver. Valde iam lautus es, qui grauere literas ad me dare, homini præſertim propè domeſtico, 7 Fam. Domeſticum conſilium capere, 16 ad Att. Domeſtica ſede iucundior locus, 4 Fam. Domeſtici & alienigenæ, pro Fonteio. Domeſticæ epiſtolæ, ad Br. Id eſt, domo miſſæ, & de rebus domeſticis ſcriptæ. Domeſticæ res & forenſes: publicæ & priuatæ, opponuntur, 1 ad At. Domeſticæ tricæ, 10 ad Atti. Domeſtica exempla, 2 de Natur. d. Vnde hoc tam inſolens domeſticarum rerum faſtidium, lib. 1. de Finib. Intra domeſticos parietes dicere, pro Deio. Paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios, Curioni libr. 2. Id eſt, priuatim, & meo nomine. Externa libentius in tali re, quàm domeſtica, recordor, 2 Offic. Ergo & domeſtica feremus, ut cenſes: & publica paulò etiam fortius, quàm tu ipſe qui præcipis, Luceio lib. 5. Ne domeſticis quidem exemplis docti, de Nat. d. 2. Domeſticis rebus & cupiditatibus ſuis peropportunam uictoriam fore putabant, 2 Famil.

Domicilium, lij. domus, habitatio, ſedes, tectũ. de N. 45 a, Si eſſent qui ſub terra habitarẽt bonis et illuſtrib. domicilijs. contra Rul. 83 b, Vt aratores cultu agrorũ deſeſſi urbis domicilijs uterentur. pro Arc. 186 c, Cum hic domiciliũ Romæ multos iã annos haberet. contra Rul. 85 b, Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ atq; in ſedibus luxuriæ collocati. Poſtq. 207 b, In qua urbe domiciliũ quondã ſuperbiæ fuit. Tuſ. 153 a, In cœlũ quaſi in domiciliũ ſuũ peruenire. pro Ar. 187 a, Sedem omnium rerũ & fortunarũ ſuarũ Romæ collocauit. & ibid. At domiciliũ Romæ habuit. pro Cor. 57 a, Pompeij gloriæ domicilium communis imperij finibus terminatur. I. P. 96 a, Qui familiaritatis licentia ſuorũ probiſſimorum ſermonũ domiciliũ in aurib. ueſtris eius impulſu collocauerunt. de N. 163 a, Humanã figuram domicilium mẽtis eſſe. Ep. 263 a, Cui uerbo domiciliũ eſt propriũ in officio. pro Do. 238 b, Conſecrantur ædes, non priuatorũ domicilia. pro Ar. 186 b, Si in Italia domiciliũ habuiſſent. I. V. 110 a, Sedes ac domiciliũ collocare. de Sen. 90 a, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. & 93 a, Eſt enim animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus in terrã. pro Rab. 93 a, Quem cenſoriæ leges urbis domicilio carere uoluerunt. Epi. 108 a, Erat enim multo domicilium huius urbis aptius humanitati tuæ. de Clar. 188 b, Firma tecta, in domicilijs habere. de Or. 92 a, In hoc domicilio imperij & gloriæ.

Domina, næ. princeps, regina. Offi. 57 b, Hæc enim uirtutes eſt domina & regina uirtutum. & 40 b, Voluptates blandiſſimæ dominæ. pro Marc. 132 a, Fortuna domina rerum humanarum, I. P. 80 a, Sit ſanè ſors domina campi. Parad. 123 b, Cupiditas honoris quàm eſt imperioſa domina. de Leg. 182 a, Et in ea lamina ſcriptum Domina honoris.

Dominatio, onis. dominatus, tyrannus, regnum. Att. 110 b, Idem ſecero, quod in Cinnæ dominatione & Marij tyrannide Philippus. I. A. 190 a, Non modò crudelis & ſuperba dominatio nobis, ſed ignominioſa etiam et flagitioſa eſt ferenda. Epi. 163 a, Vita ſub dominatione miſera eſt. ad Her. 30 a, Ne fortuna magnam in nos habeat dominationem. I. V. 108 a, Dominationẽ expectãt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum potiri uolunt.contra Rul.64 a,Nouam dominationem sibi comparare.At.115 a,Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatem uictoriæ & dominationis. & 123 a,Dominatio quæsita ab utroq; est.I.V.72 b,Dominatio regnumq; iudiciorum.de In.82 b, Rationis in libidinem dominatio.

Dominatrix,cis.domina.de In.42 a, Dominatrix animi cupiditas.

Dominatus,tus. dominatio, principatus.)(.Seruitus. de D.57 a,Terrenorũ cõmodorũ omnis est in homine dominatus.de N.31 a,Dignißimus potestate & dominatu omnium rerum.pro Deiot.149 b,In dominatu seruitus fit,in seruitute dominatus.de D.61 b, Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur.I.A.238 a,Cassio mea sententia dominatum et principatũ dedi. Para.123 b,Dominatus cupiditatum.& ibi.Iudex uerò quantum habet dominatum.Of.33 a .Cum dominatu unius omnia tenerentur.pro R.P.128 b, Dominatus est, inquit, Alexandriæ, imò uerò in superbißimo dominatu fuit.pro Do.226 b,Aliquem nouo dominatu pulsum esse.de Or.129 b,& pro Do.235 b, L.Brutus populum Romanum dominatu regio liberauit.de Fin.115 a,Cum autem assumpta ratio est,tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ, huius tutelæ subijciantur. Tus.239 a,Occupare dominatum.

Dominor,aris.rerũ potior,regno,teneo,dominatũ teneo,dominatũ teneo,dominatu premo,imperiũ in aliquos teneo.de F.32 a,Cleantes solẽ dominari & rerum potiri putat.pro R.P.128 b,Dominatus est,inquit, Alexãdriæ,imò uerò in superbißimo dominatu fuit.In hoc exemplo, Alexandriæ urbis,genitiuus est, non datiuus: ut ât si dicas,Cæsar dominatus est Romæ:id est,in urbe Roma. Or.218 a,Vbi libido dominatur, innocẽtiæ leue præsidiũ est.de Se.85 a,Libidine dominante,tẽperãtiæ locus non est.de Or.87 a,Hæc una res in ciuitatib. semper floruit,semperq; dominata est.I.V.58 b, & 104 a, Dominari in iudicijs.Orat. 204 a,Atq; hæc in oratore dominabũtur.Tusc.164 a,Vetat enim dominans ille in nobis Deus.de Or.111 b,Vsus dicendi in omni pacata et libera ciuitate dominatur.pro Qu.17 b, Improbos in capite fortunisq; hominũ honestißimorũ dominari. & 28 a,Dominari in bonis aliquius.Qu.Fr.290 b,Neq; eiusmodi partẽ reip.geris,in qua fortuna dominetur.Ep. 55 b,Casus & fortuna in bonis dominatur.pro Cec.298 a,Nimia potẽtia in ciuitate dominatur. de Se 84 b,Senectus honesta est,si nemini mãcipata est,si usq; ad extremũ spiritũ dominatur in suos.de Sen.84 b,Tenebat non modò autoritatẽ,sed etiã imperium in suos. Off.28 a,O domus antiqua,heu quàm dispari dominaris domino.I.A.180,O tecta misera quàm dispari domino quã quàm,&c.sed tamen quàm à dispari domino tenebantur.pro Mi.116 b,Dominãte homine furioso. Of.43 b, Vt nos adolescẽtes cõtra L. Syllæ dominãtis opes fecimus.pro Clu.31 b,Bestiæ fame dominante,pleruq; ad eũ locum,ubi aliquando pastæ sunt,reuertuntur.

Dominus.rex,princeps,tyrãnus,imperator. Of.68 b, Ecce tibi qui rex populi Rom.dominusq; omnium gentiũ esse cõcupierit.de Lc.189 b,Senatus est dommus publici consilij.pro Do.231 a, Populus dominus regũ, uictor atq; imperator omnium gẽtium.I.A.207 b,Populus Romanus uictor. dominusq; omnium gentium.pro Pla.261 a,Hinc princeps populus & omnium gentium dominus atq; uictor.contra Rul.70 a,Hos omnium rerum dominos habebimus.I.V.163 a, Aratorũ dominus & rex.de Fi.61 a,In discordia dominorũ domus beata esse nõ potest.Aca.32 a,Cogimur dissensione sapientũ dominum nostrum ignorare.de Vn.198 b, Deus animũ dominum atq; imperatorem obedienti præfecit corpori.At.191 b,In omni mutatione dominorum,qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate.Tusc. 192 b,Qui ita sit affectus,eum dominũ esse rerum suarum uetãt XII tabulæ.pro S.R.31 b,Ne tam diu quidẽ dominus erit in suos,dum ex ijs de patris morte quærat. de Se.87 a,Libẽter uerò istinc tanquã à domino aggresti ac furioso profugi.de N.76 ij,Dionysius tyrannus opulẽtißimæ ciuitatis.Tus.158 b,Liberatos enim se per eũ dicũt grauißimis dominis,terrore sempiterno, & diuturno ac nocturno metu.de Fi.108 b,Deus summus rector & dominus.de Leg.172 a,Dominus esse omniũ rerũ & moderatores deos.pro Co.61 a,Sui quisq; iuris & dimittendi & retinendi esse dominum.de Sen. 89 a,Semper boni & assidui domini referta cella uinaria,olearia,penuaria est.pro Do.234 b,Cum uir bonus dominum se in suis ædibus esse uoluisset.I.V.35 a,Cum ipse epuli dominus Qu.Arrius albatus esset.I.A.249 b,Nam si ipse seruire poterat,nobis dominum cur imponebat?de Or.134 b,Nasica sensit ancillã domini insu dixisse,&c. Of.28 a,O domus antiqua,heu quàm dispari dominaris domino.de N.58 a,Canum tam fida custodia,tam amans dominorum adulatio. Off.28 a,Nota domo dominus,sed domino domus ornanda est.

Domiporta,tæ.de D.136 a,Terrigenam,tardigradam, domiportã, sanguine cassam.I.Cochlea.exemplum hoc est obscuræ circuitionis,seu descriptionis.

Domitia uia,pro Font.277 b.

Domitor,oris.Offi.18 b,Equos propter crebras pręlectorum contentiones ferocitate exultantes, domitoribus tradere solemus,ut his faciliorib. possimus uti.pro Mil. 108 b,Milo domitor armorum Clodij.

Domitus,tus.de N.56 b,Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uectiones.

Domo,as.cõdocefacio,edomo. Of.35 b,Sine hominũ opera,aut pascere equos,aut domare nõ possemus.pro Se. 18 a,Qui seruitia uirtute uictoriaq; domuit.de Pr.75 b, Omnes has nationes frangi domariq; cupiũt. & ibi.c. Pontinus Allobroges domuit.pro Mar.132 a,Domuit gẽtes immanitate barbaras.de Or.101 a, Docemur ratione & doctoritate nutuq; legũ, domitas habere libidines, coercere oẽs cupiditates.de N.58 b,Belluæ domitæ & cõfectæ.pro Syl.167 a,Improbi ciues domiti atq; uicti. pro Fo.276 b,Galli subacti & bello domiti.de Pro.70 a,Domitis gentibus finitimis,barbariaq; compressa.

Domus,mi,& mus. ædes,domicilium,tectũ,dij penates, lares,lar familiaris,lares familiares,sedes,foci patriq; aræ fociq;.pro Do.235 a,Nihil sanctius,nec omni religione munitius, quàm domus uniuscuiusq; ciuis: hic ara sunt,hic foci,hic dij penates,hic sacræ religionis cerimoniæ cõtinentur:hoc perfugiũ est ita sanctũ omnibus,ut inde abripi neminem fas sit.pro Do.242 a, Domus,sedes, aræ, foci,dij penates.pro De.145 a,Domus,

dij penates,aræ fociq;.I.A.174 b,Cn. Pompeij liberi reuerebant deos penates patrios,aras, focos,larem suũ familiarem.I.P.99 a,Quos tu demigrare,& aras,& focos relinquere coegisti.pro Qu.16 a,Alicui manus ad Lares esse ante suos lares familiares. Off.85 a, Ornanda est dignitas domo,nõ ex domo dignitas tota quærenda. ibid.Non domo dominus,sed domino domus honestãda est.& ibid.Domus finis est usus,ad quem accõmodãda est ædificãdi descriptio.& ibid.Cn.Octauius præclarã ædificauit in palatio,& plenam dignitatis domum.I.C. 118 a,Domus commune perfugium.I.V.200 b, Domus amicis apertißima et perhospitalis. At.246 a, Nescio quomodo ἐμὸς φίλος: itaq; me referunt pedes in Tusculanum. Qu.Fr.299 a,Iam tibi Asia,sicut unicuiq; sua domus,nota esse debet.I.P.82 b,Me domo mea expulistis,Pompeium domũ suam cõpulistis.pro Flac. 149 a, Qui domo exire uolebãt.& ibi.Qui domi stare nõ poterant.Or.205 a,Ridicula ex tempore ficta uel domo allata. Att.26 b,Clodius in domo Cæsaris quondam unus uir fuit.At.26 b,Clodius deprehẽsus domi Cæsaris.I.V. 71 a,Siculis denunciatum est domum ad illum ut ueniret.de Fin. 147 b, Sed tempus est,si uidetur, & recta quidẽ ad me,quod cum ille dixisset,ad Pomponiũ perreximus omnes. Epi. 216,Apud eum sic fui tanquam domi meæ.I.V.250 b,Is domi apud me est. Att. 71 b, Cum Pompeio & apud Pompeiũ fui.I.V.86 a, Apud istũ in ædibus.I.V.214 a,Ego uerò neq; ueni, & domo me tenui.& ibi.Scio me domi mãsisse. At.54 b,Venonius domum Veridij uenit. Off. 74 b,Is cũ prima luce Pompo nij domũ uenit.Tusc.250 a, Diodorus multos annos no strę domi uenit.Epi.250 a,Balbus rectè à porta domũ meã uenit: neque hoc admiror,quod nõ ad tuã potius, sed illud quòd nec ad suam.ad Her.34 a,Qui nuper alie nę domui non ausim, &c. de D.90 a, Quę ipsa domi Phalaridis cõsecratusset.Ep.39 a,Nõne mauis sine periculo domi tuæ esse,quàm cum periculo alienæ?Ep. 222 a,Quem tibi sic commendo ut unũ ex domo nostra.Ep. 135 a,Tu uelim eum fabris domum perspicias: si enim nihil est in parietibus aut in tecto uicijs, cætera mihi probabuntur.pro Dom.136 a,Is duas magnas & nobiles domos coniungere uoluit.Ep.64 a, Vt domus tua tota cogosceret,&c.

Domus illa æterna,ad Oct.ubi uidelicet agũt beatæ animæ. Ampla domus,1 Off. Quocum domus fuit & mitia communis,Læl.Domus clari hominis,in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominũ cuiusq; generis multitudo,qualiter comparata esse debeat, Off.1.Domus in imperio est,de Arusp.respõ.Domus magna pulchra ãd,de Na.d.2 Tota domus superior uacat, 12 ad Att. Aggredi domum alicuius.pro Domo sua,Distribuere ac dirigere domum alicuius.pro Domo sua,Extra domum gratiosus,2 ad Quint.Frat.Domum & familiam perfringere,4 ad Heren.Domum conijcere aliquem,pro Domo sua.Domũ deducere, Aca.q.ed. 2.lib.1.Domũ denuntiare,pro Quint. Domum aliquid Att.Statim Luculli,&c.eum domum suam receperunt, pro Archia.Domũ alicuius uentitare in summis officijs dicebatur,11 Fa.Domũ uocare,pro Rosc.Amer. Odio sum est,cũ à prætereuntibus dicitur, ô domus antiqua,

heu quã dispari dominare domino, Off.1.De domo me deduceret,10 Fam.Eũ tibi igitur sic commendo,ut unũ ex nostra domo, Apuleio,li.13. Adiunxit illa,ut eos qui domo exire nolebãt,testimonij denũciatione terreret, pro Flac.Domo se non cõmouerunt, 9 Fam.Domo consilium petere, 2 Philipp. Domo se recipere, 11 ad Att. Propter metum dimicationis & sanguinis domo se tenere,Post redit.Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubri atq; hospitis,&c.3 Ver. Duas & magnas & nobiles domos coniungere,pro Do.sua.Est enim ualde decorum,patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus, Off.2.

Donatio,onis.I.A.293 a, Quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio satiauit. et de L.180 a,de Opt. 244 b,& pro Sex.Ros.22 b, Eaq; donatio in theatro facta est.

Donec,dum,quoad,usq; eò,dũ,tandiu dum, usq; ad eum finem dum,usq; eò,quo.ad.Ep.67 b, Ad properationem meam quidđ interest,non te expectare donec ad locũ uenias.Aca.6 b,Multaq; facimus usq; eò dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicij.de N.52 a,Vsq; ad eum finẽ, dum possim se ipse defendere.

Dono,as.condono,largior,munere afficio, munus do,dona & munera do,munus affero, donũ affero, stipendio afficio,muneribus amplißimis orno,permitto.I. V.190 a, Qui Rubrium corona,& phaleris, & torque donasti.et Ep.69 a, Cum ipsi corona donarentur. de N.58 a, Nisi fortè dubiũ est,quin hominibus hæc omnia natura donauerit. de Fi. 94 a,Cauda pauoni à natura donata est ornãdũ.de Or.94 a,Hæc quidem inseri & donari ab arte non possunt.de Fi.94 a, Alia uidentur à natura propter eorum usum tantum esse donata.de Ar.144 b, Aliquem quasi diuino munere donatum reip.uideri.de N.274,P.Vacenius,& agro à senatu, & uacatione donatus.I.P.80 b,Mihi populus Rom. non unius diei gratulationem, sed æternitatẽ immortalitatemq; donauit. pro Ar.186 b,Itaq; eli Tarẽtini ciuitate cæterisq; præmijs donauerunt.pro S.R.36 a, Donari ab aliquo maximis præmijs.I.C.101 b,Vtinam tibi istam mentem dij immortales donarent.pro S.R.22 a, Is non pauca suis adiutoribus largè effuseq; donabat. Qu.F.329 b, Minus ebat uectigalia,donabat ciuitates ex cõmentario. de L. 176 a,Vir nemo bonus ab improbo se donari uult.Tusc. 249 a,Munera ista ciuibus tuis dona. Epi.62 a,Tu tuas inimicitias,ut reip.donares,te uicisti.id est. permitteres. At.277 a,Dyrrhachini sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt.I.V.114 a,Donare aliquem annulo aureo.& 190 a,Aduocare concionem donandi causa. de Opt.544 b,Corona aurea donari.

Donum,ni.munus.de Leg.386 a,Donum ne capiunto, néue danto,néue petenda,néue gerenda,néue gesta potestate.de Or.135 a,L.Cincius legẽ de donis & muneribus tulit.pro Clu.31 b,Tantum donis datis muneribusq; perfecerat,ut,&c. de Orat.94 b,Omnia sunt enim illa dona naturæ.Tusc.161 b,Philosophia donum deorum. de N.75 a,Donũ hoc diuinũ rationis & cõsilij.pro A. 198 a, Poetæ quasi deorũ aliquo dono atq; munere cõmendati nobis esse uidentur.I.A.139 a, Nõ intermittis quasi donum aliquod quotidie efferre reip. pro Cl. 31 b,Dona nuptialia.I.V.lib.7, Donũ facere. Tusc.lib.5,

Quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quasi dona fortunæ.pro Clu.Tantum donis datis muneribusq; perfecerat,ut etsi.de Leg.lib.2 Donis placare Deorum iram impius ne audeto.l.Ebur.

Dores,tertium genus uerè Græcorum,pro Flac.159 b.

Dormio,mis.somnum capio,sopitus sum,quieti me trado,cubo.de D.133 a,Cõtrahi aũt animũ Zeno,& quasi labi putat atq; concidere,& ipsum esse dormire,et ib. b,Si ea dormientes agerent quæ somniarent,alligandi essent omnes, qui cubitum irent.Att.167 a,Puella eius manè primùm dormit ad horas treis. de D.137, Vigilantis animus sustinetur membris,& corpore,et sensibus: cùm autem hæc subtracta sunt,defertus animus languore corporis,tũ agitur ipse per sese,itaq; in eo,& c. & ibi.Dormientis animus imbecillus & remissus.Epi.106 b,Capius(opinor)olim,Non omnib.dormio:sic ego nõ omnibus,mi Galle,seruio.de In.63 b,Postquam illos actius,ut fit,iam ex lassitudine dormire sensit,& c.de D. 93 a, Arctè & grauiter dormire. & 94 a,Iacet enim corpus dormientis ut mortui. Qu.F.198 b,Dormiẽtem excitare.de So.126 b,Deinde me arctior quàm solebat, somnus complexus est.de D.93 a,Si ad quietem integri iremus.de D.89 b,Cum iam quieti corpus nocturno impetu dedi sopore placans artus languidos.

Dormito,as.ositor.At.31 a, Cœnato mihi etiam dormitanti pridie Calend.Maias epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis.de D.93 a,Cum magnam partem noctis uigilasses,ad lucem denig; arctè & grauiter dormire cœpisses.de Ora. 121 b,Et istam oscitantẽ dormitantemq; sapientiam, Scæuolarum & reliquorũ beatorum ocio concedamus.

Dorylenses,pop.pro Fl.154.

Doryphorus,ri.militaris Polycleti statua.significat autem satellitem,uel armigerum. de Clar.192 b,Polycleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat magistrum fuisse. Or.197 a.

Dos,tis.de Leg.178 a,Clisthenes Iunoni Samiæ filiarum dotes credidit.Att.228 a, Quintus torquetur debitione dotis.pro Qu.18 a,Ipse filiæ nubili dotem conficere nõ potest.l. A.133 a,His quasi præter dotem,quam in ciuilibus malis acceperant,agrum Campanum est largitus Antonist.pro Fl.162 b, Quæcunq; sine tutore autore est dicta dos,nulla est.& ibi.Doti Valeriæ pecuniam omnem suam dixerat.de Orato.103 a,Cuius artem cum indotatam atq; incomitatam & incomptam uideres, uerborum eam dote locupletasti & ornasti.

Dotalis,le.At.247 b,Mercedes dotalium præditorum. Oct.331 a,Dotale matrimonium.

Dotatus,a,um.)(.Indotatus.Atti.228 a,Villa quo intro ducatur dotata Aquila.

Drachma,mæ.unciæ pars octaua,denarius.l.Denarius. pro Fl.153 a,Dixit publicè datum drachmarum CC & sex milia.& Ep.28 b,de D.108 a, Quibus diuitias polli cetur,ab his drachmas ipsi petunt.Epist. 190 a,Ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est.

Draco,onis.serpens.de D.121 a,Vidimus immani specie totumq; draconem terribilem,& c.& 123 a,& 36 b, Draco is quem mater Olympia alebat.l. A.248 a,Seruus domini patrimonium complexus,quasi thesaurum draco.ad Her.40 a,Iste quotidie per forum tanquam ubatus draco serpit.

Drepanitanus,a, um.ex Drepano promontorio.l.V. 137 a.

Druides,dum.sacerdotes,uates, & sapientes quondam Gallorum,de quibus Cæsar de bello Gallico,lib.6.de D. 99 a,Et in Gallia Druides sunt.

Dubiè.de D.106 a,Potest accidere ut aliquod signum dubiè datum,pro certo sit acceptum.

Dubitanter,timidè,diffidenter.)(.Fidenter,non dubitanter.de In.63 a,Sine ulla affirmatione quærentes,dubitanter unumquodq; dicemus.de Clar.172 a,Verecundè dubitanterq; facere aliquid. Oct.329 a,Spes posteritatis,qua sublata non dubitanter occidam.de N.b,Dubitanter.)(.Fidenter.

Dubitatio,exornatio est,cum quærere uidetur orator, utrùm de duobus potius,aut quid de pluribus potissimùm dicat,& c.ad Her.33 a,de Or.162 a.

Dubitatio,nis.hæsitatio,scrupulus,aporia.Ep.334,Minerũ meorum ratio te nonnullã in dubitationẽ uidetur adducere.pro Cl.21 b,Nec in causa ulla dubitatio esse potest.I.C.119 a,Illi sine dubitatione dãnati esse uidentur.de Or.160 b,Pro his omnibus sine ulla dubitatione respõdeo.At.262 b,Cõsules probauerũt causas sine ulla dubitatione.& 257 b,Nũquã in maiori ægritæ fit.pro Cec.285 b,Vestra in iudicãdo dubitatio.& 286 b,Iuris dubitatio tardiorẽ me facit ad iudicandũ. pro Cl.32 b, In ea obscuritate & dubitatione omnium Camillo placuit pronunciare.cont.Rul.Si fœdus illud habet aliquã dubitationẽ.Off.36 a,Nihil hic locus habet dubitationis,quin,& c.54 a,De quo alterũ potest habere dubitationẽ,an,& c.et 29 b,Ad ea eligẽda quæ dubitationẽ afferunt,adhibere homines usu peritos.de N.14 a,Cum pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset.de Or. 127 a,Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio,tractusq; uerborum?Ep.52 b,Hoc mihi affert dubitationẽ de N.58 a,Nisi forte illud dubitationẽ affert, quin,& c. Att.188 a,Tollere omnẽ dubitationẽ alicui.de Ar.246 b,Primùm explicabo,& c.si id facere uere & sine cuiusquam dubitatione potero: sin scrupulus tenuissimus resídere aliquis uidebitur,religioni parebo.& 257 a, Aliquis sine ulla dubitatione deterrimus. Offic.53 b,Si quando dubitatio accidit,quale sit id de quo cõsideretur.de Fi.130 b,Quod quanquã dubitationẽ non habet, est enim infixum in natura,cõprehenditur suis cuiusque sensibus,sic ut contrà si quis dicere uelit,non audiatur tamen,& c. pro Cl. 33 b,Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & dubitatio,quid nam esset actum.

Dubito,as.addubito,hæreo,ambigo,quæro,timeo,mihi in dubium uenit,dubiũ mihi est,dubium habeo,pendeo animi,mihi ipse diffido,ambiguum habeo,in dubiũ uenio.de Na.5 b,Tum ille fidenter sanè nihil tam uereor, quàm ne dubitare de aliqua re uideretur.& 46 a,Nemo de diuina ratione dubitaret.pro Ce.392 a,Nõ de rebus dubitatur,sed de uerbis quæritur.pro Si.177 a,Cornelius etiã de iudicando dubitat.Tu.163 b,Nec uerò de hoc quisquam dubitare posset,nisi idem,& c.67 b,Turpe est dubitare philosophos, quæ ne rustici quidẽ dubitãt.Ep.76 a,Illud caue dubites quod ego,etc.l.C.110 a, Itaq; homo mitissimum non dubitat P.Lentulũ uinculis mãdare.pro D.241 b,Identidẽ se ipse reuocans dubitãs,timẽs,hæsitãs.de D.110 a, Nihil affirmãdo,

quæram omnia,dubitans, plerunq; mihi ipse diffidens. Ac.14 a,Dubitant,hæsitant,reuocant se interdum. At. 264 b,Non dubito quin mirere,qui tecum de eadem re sæpius agam.& 90 a,Dionysius nõ dubitabat, quin ei crederemus.pro Mil.113 b,Arbitror cum non dubitaturum,quin cum suo periculo salutẽ patriæ afferat.pro Mar.133 b,Non dubito quin multos,si fieri posset,& Cæsar ab inferis excitaret.Ep.248 b,Non dubito,quid præsentes sentiant. Atti.154 b,Non dubito,quid nobis agendum putes. de Ora.100 a,Macimus in senatum introire non dubitauit.

Dubius,a,um.incertus,anceps,cõtrouersus,lubricus,suspiciosus,uarius,habẽs aliquid quæstionis, habẽs dubitationem,quod dubitationẽ afferri,habens deliberationẽ,res controuersa & plena dissensionis inter doctissimos,ancipiti cogitatione distractus. de N.61 b, Rẽ minimè dubiam argumentando dubiã facis.& pro Fl.156 b,Res minimè dubia,de Ar.248 a,Ne plura de re mihi loquæ dubia.de D.130 a,Quæ dubia sunt,ea sumere pro certis atq; concessis. & ibi. Id sumere pro certo quod dubiũ cõtrouersumq; sit.pro Ma.140 a,Ridiculũ est,quod est dubiũ, id relinquere incertũ. quod nemini dubiũ potest esse,iudicare.de Inu.55 b,Eorũ igitur quæ cõstant exempla ponemus,illorum quæ dubia sunt rationes afferamus. Off.36 a,Vti in re non dubia testibus nõ necessarijs.pro D.215 a,Res erat nõ in opinione dubia,sed in præsentia,atq; ante oculos proposito periculo.de Or.92 b,Quæ ab oratoribus tractãtur dubia esse & incerta.Ibi.105 b,Tũ ille confirmabat ita se rem habere,nec dubium esse posse.de Fi.121 b,Dubium est, eccquæ nam fieri possit accessio. Att.127 a,Cum nobis non dubium esset, quin Brundusium cõtenderemus. & 219 a,Prorsus ex his literis non uidebatur esse dubiũ,quin, & c.de Or.111 b,Nõ est dubiũ,quin si quis hoc animad uerterit,id possit notare.Par. 133 b, Non dubium est id quidẽ,quin definitio,& c.At.115 b,Mihi dubiũ nõ est, quin,etc.pro Cec.290 b,At cõtrouersia nõ erat, quin uerum diceremus.Att.173 b,De hac re mihi dubium non est.pro Ce.288 a,De ciuitate in dubium uenire.At. 179 b,Alij non ueniunt in dubium de uoluntate.pro Qu.b, Qu.12 a,Res in dubium uenire non potest. pro Pom.9 a,Quæres est,quæ cuiusquã animum in hac causa dubium facere possit? Aca.8 b,Hæc aũ habere dubia,abhorrere à sapientia est.pro Cecin.290 b, An in coacta multitudine,in armis,in telis,& c.dubium uobis fuit,an esse uis aliqua uideretur,nec ne? Ep.7 a,Si dubium tibi est,posse te illius regni potiri,non est conandum: si exploratum,non est cunctandum. ei 58 b,Cognoui autem in dubium.& Part.233 b,& Ep.163 b,de Orator.121 b, Quæ in dubium uocarentur,& c. At.263 b,Acta Cæsaris in dubium uentura uidentur.pro Cec.389 b, Omnia in dubium incertumq; reuocari. Ad incertum reuocari minimè dubitandum in contentione poni.pro Cl.29 b, Dubij & uarij casus.

Sine dubio.sine cõtrouersia.de N.64 b,Et Chrysippus & callidus.de Fi.131 a,At.17 b,Heluetij sine dubio sunt

in armis.Ep.29 b,Et hercle sine dubio erit ignominia.

Ducenti,orum.contra Rul.72 b.l.Stipator.

Ducenties.I.A.168, Ego enim amplius HS ducenties acceptum hæreditatibus retuli.

Duco,cis.deduco,profero,produco,protraho,deriuo,trahо,sumo,capio,mano,existimo,facio seu æstimo,afficior,delector,& alia quædã. I.C.109 b, Nõ suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? Att 116 a,Cohortes ex Piceno Lentulo & Thermo ducentib. cum Domitij exercitu iunctas esse. I.A.156 b,Viri fortissimi qui ordines duxerũt.pro Mu.128 a,Qua legatione duxit exercitũ,signa cõtulit.de Arusp.156 b, Ad quẽ metũ,si deorũ monitis non duceremur,tamen ipsi nostro sensu cõiecturaq; raperemur.Qu.Fr.318 b, Ducere aquam per fundum alterius.de F.93 b,Ex quo intelligi debet, principiũ ductum esse à se diligendi sui. I.V.31 b,de N.37 a, Ducere principiũ ab aliquo uel ab aliqua re. At.143 a, Belli initium ducetur à fame. Officior.12 b,Ab ijs rebus quemadmodum ducatur honestum, satis ferè diximus. Off.30 b,Sed ab ijs partibus,quæ sunt honestatis,quẽadmodum officia ducerẽtur,satis expositũ uidetur. pro D.144 a,Qui commendationum meuntis ætatis à se ire lere duxerit.de In.65 b,Ducere, trahere, sumere suspicionem in aliqua re,& elicere.67 a,Or.209 b,Ab eodem uerbo ducere sæpe orationem:id est,incipere. Or. 197 b,Ac uideo hanc primùm ingressionẽ meam nõ ex oratoris disputationib. ductã, sed à media philosophia repetitam.de Or.138 a,Neq; attẽdit eos ipsos,unde hoc simile ducit,aliter facere.de Cl.166 b, Hinc Pomponij ductus est sermo.& ib.Ab isto initio tractus est sermo. de Fi.124 a,Vt non sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina.de Cl.184 b, Omnis ille sermo ductus è percunctatione filij.Or.197 b, Aliquis è quo similitudinẽ duceret.pro Qu.R.53 a,Vnde hoc totum ductum & cõflatum iudicium est.Or.201 a,Ex quo manant communes loci: id est,ducuntur.Ep.83 b,Quarũ alteram duco è Cæsare ipso,alterã,& c.de N.36 a, Ex quatuor temporum mutationibus omnium,quæ in terra mariq; gignuntur,initia causæq; ducũtur.& 53 b,Vitæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ. Tus.163 b,Contumacia à magnitudine animi ducta, non à superbia. In Ar. Huic spacio simili ductum latus extat utrunq;.Ep.6 a,& 52 a,Quæ ne tu quidem unquam timenda duxisti. Item, Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua.In Sallust. 273 a,Nũc ea reprehendis quæ antea gloriæ mihi duxeras.de Or.193 a,Nec in hoc ironiã duxeris esse. et 100 a,Mulier,quæ in cõcubinæ locũ duceretur. de Of 30 a, Nec quenquam hoc errore duci oportet.Tus.184 a,Ita me ad credẽdũ tua ducit oratio.l.V.219 a,Precio quæfluq; duci. At.44 b,Meq; temporis non longinqua fore ductum esse molestè feram.de Fi.128 a, A' quo totius uitæ ducat exordium.cont.Rull.69 b,Tunc quàm ob causam initiũ rerum ac legum suarum hinc duxerit, ut po.Rõ.suffragio priuaretur.pro Qu.9 a Hinc acerbissimum uiuo uidentiq; funus ducitur. Par.118 b,Tanquam in gyrũ rationis duci oporteret. Ac.46 b,Ex quo etiam nomen hoc duxerat.Br.277 b,C.Nasennius Cretensi bello Metello imperatore octauum principẽ duxit.Anteq.197 a,Vti liberum spiritum ducendi nullam habeat potestatem. Ad Herennium 30 b,Et tamen

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum ita uiuit, neminem præ se ducit hominẽ. I.V.229 d, Hanc damnationẽ duci nõ oportet. & 261 a, Ipsi in hostiũ loco numeroq; ducemini. et 248 b, Ducere aliquos in hostiũ numero. pro Arc.183 a, Pericula mortis parui esse ducenda. de Fi.69 b, Lælius eò dictus est sapiẽs, non quòd intelligeret quid suauissimum esset, sed quia parui id duceret. de Fi.96 d, Ducere omnia humana infra se. pro Fl.190 a, Si quis despicatui ducitur. pro Qu. 9 b, Officij rationem atq; existimationis duci cõuenit. pro Sest.7 b, Officij rationem in omni uita, nõ cõmodi esse ducendam. At.128 a, Duxi meam mecum rationem. I.V.101 d, Debere eũ aiebat suã quoq; rationẽ ducere, multa sibi opus esse, &c. pS.R.40 d, Non ullius rationẽ sui commodi ducit. Or.207 d, Qui eloquentiæ laude ducitur. pro Rab.96 b, Qui in periculis cum laude & uirtute uersantur, spe posteritatis fructuq; ducũtur. Tu. 129 b, Alij emendi quæstu et lucro ducuntur. I.V.137 b, Qui statuarũ honore & gloria ducitur. pro S.R.38 b, Ita credo literis eorũ Chrysogonus ducitur. de Cl.181 b, Is beneuolentia ductus mihi tribuebat omnia. pro Mu. 139 a, Non re ductus es, sed opinione.206 b, Ducere animam de cœlo. de N.53 d, Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eademq; à pulmonibus respirat. Ep.143 b, Vt optandum sit, ut possimus ad id tẽpus reip. spiritum ducere. pro Pom.10 d, Atq; eos portus, quibus uitam & spiritum ducitis: id est, uiuitis. ad Her. 34 d, Ducere spiritum præ cura. de Natur.29 b, Aer ille quem spiritu ducimus. id est, haurimus. Br.289 b, Bellũ ducetur: id est, producetur. I.V.82 d, Ducere tempus: id est, differre. pro Sest.4 d, P. Sestius duxit C. Albini filiam. pro Mil.115 b, Ducere parietem per uestibulum alicuius. At.91 b, Vt fœnus quaternis centesimis ducant. et 85 d, Soluere centesimis ductis cum renouatione singulorum annorum. At.91 d, Centesimis ductis non perpetuis, sed renouatis quotannis. de D.87 b, Oracula, quæ æquatis fortibus ducuntur. & ibi. Sortes duci. pro Fla. 155 b, Heraclides, quem iudicatũ hic duxit Hermippus. & 156 b, Heraclides cum iudicatũ nõ faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est, et postea missus, &c. Ep. Asinij ad Cic. Balbus quæstor magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus ne stipendio quidem militibus reddito duxit se à Gadib. id est, abduxit, latenter abijt.

Ductor, oris. dux, qui ordinem ducit. Tus.167 b, Quoties ductores nostri ad non dubiam mortem concurrerunt?

Ductus, ctus. Ep.43 b, Omnes uires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. pro Pomp.15 b, Pompeius rem optimè ductu suo gessit. de Ar.244 d, Qui suo ductu & imperio cruento non potuerunt, &c. Off. 35 b, Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. de Leg. 191 a, Ductus aquarum.

Dudum, de breui tempore ferè dicitur, quandoq; etiã de lõgiore. At.57 b, Dudũ enim circumrodo, quod deuorandum est. de Or.133 a, Dixi dudũ materiam aliã esse ioci, aliã seueritatis. de Fat.148 b, Ratio, quam dudum diximus. de Clar.177 d, & 188 d, Cum uix ut dudum ad Demosthenẽ, sic nunc ad Crassum peruenimus. At.184 b, Quæ dudũ ad me, & quæ etiã antè Tullium scripsisti, ea sentio esse uera. At.227 d, Id erat quondam quasi

necesse, nunc quoquo modo res se habet, non est itum quàm dudum.

Duellius, lij. Orat.211 d, Duellius, qui Pœnos classe deuicit, &c.

Duellum, li. bellum. Or.211 b, Antiqui nomina conseruabant, quo essent aptiora: ut, duellum bellum, duis bis, hebant, quo essent aptiora: ut, duellum bellum, duis bis, de Le.179 d, Iam æs atq; ferrum duelli instrumenta, nõ fini. & 173 b, Quiq; agent rem duelli, quiq; populare auspicium præmonento.

Dulcedo, is. dulcitudo. At.286 b, Vos quibus uirtus alienam dulcedinẽ uiuendi minuere nõ potuerit, pro Ar.190 b, Milites dulcedine quadã gloriæ cõmoti, magno illud clamore approbauerunt. Anteq.192 b, Si liberum esset ptam dulcedinem animo inclusam cõmeatis de Leg. 165 b. Quæ natura bona sunt, quia dulcedine uoluptatis & scabie carẽt, nõ cernimus satis. & 177 d, Mores huc dulcedine corruptelaq; depranati. de Fi.73 d, Voluptas quæ maxima dulcedine sensum mouet. & 88 b, Cum omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi mouerentur. Ep.179 b, Neq; pecuniæ dulcedine captus sum. Qu.Fr. 300 d, Quasi dulcedo iracũdiæ. de Orat.157 b, Dulcedo orationis. ad Her.30 b, Auiũ dulcedo ducit ad auium.

Dulcesco, scis. de Sen.88 d, Vua primò est peracerba, post dulcescit, deinde maturata dulcescit.

Dulciculus, a, um. dimin. à dulci. Tus.200 b, Damnis sectatellam dulciculæ potionis.

Dulcis, ce. sapor suauis, suauis, charus, iucundus.)(. Amarus. de Of.1 b, Demetrius Phalereus, orator parum dulcis hemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere.

Dulce, subst. de N.65 b, Omne enim animal sensus habet. Sentit igitur, & calida & frigida, & dulcia & amara.

Dulcior, & dulcius, dulcissimus, ma. de Cl. Oratione Lelij nihil esse dulcius. At.224 d, Nunc epistolæ tuæ quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam! Att.91 b, Nihil inquam in isto, Brutum amasti dulcissime Attice. & de L.189 d, Dulcissime frater, dulcissime scribere. de Cl. or.171 d.

Dulciter, si. suauiter, iucundè. de Finib.68 d, Voluptas, quæ sensibus dulciter ac iucundè mouetur.

Dulcitudo, nis. dulcedo. de Orat.152 d, Gustatus præter cæteros sensus dulcitudine commouetur. de Orat. lib. 3. Dulcitudo orationis.

Dum, dummodo, donec, quandiu. ut, de D.142 b, Virtus, quæ uetat spectare fortunam, dũ præstetur fides. Att. 197, Si mea pericula neglexi, dum timorẽ à patria propulsarem: id est, ut, de Or.93 b, Ista concione, dum mihi liceat fateri nescire, quod nesciam. Att.85 d, Quos uis præfecturas sume, dũ ne hic negotiẽris. Epi.172 d, Dum ne id est, dũmodo ne. I.V.208 b, Nihil ei lõgius uidebatur, quàm dũ illud uideret argẽtũ. pro Qu.4 b, Hæc dũ Romæ gerũtur, Quintius interea, &c. I.V.201 b, Nihil dũ etiã istiusmodi suspicabar. At.135 b, Brundusio nihil dũ erat allatũ. I.V.174 b, Nũ expectatis dum L. Metellus, &c. Tus.* Expectas fortasse dũ dicat, patiemur. At. 276 b, Noli expectare dum tibi gratias agam. de Nat.52 d, Vsq; ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. Ep. 151 a, Nihil dum enim scribã. & 186 b, Nihil dum audiramus ubi esses. pro Mil.111 d, Sustinuisse hoc crimẽ pro mũ ipse ille latronũ occultator locus, dũ neq; muta fab

tudo iudicasset, neq; cæca nox offendisset Milonẽ. I.V. 201 d, Vt aliquà re tam diu dũ uelis. pro Fl.154 d, Qui ualuit tã diu dũ hic prodiret. At.1 d, De Ausidio non puto te expectare dũ scribã. At.136 d, Vix dũ. l. Vix dum.

Dumetum, ti. locus spinis abundans enatis. Tusc.241 d, Septum undiq; & uestitum uepribus & dumetis indagui sepulchrum. Ac.28 d, Stoicorum dumeta: id est, acutæ & spinosæ disputationes.

Dummodo, modò ut, si modò, modò ne. Attic.106 d, Quod nunquàm dummodo otiosi essent, recusarunt. & 202, Dummodo ne iisdem uerbis. de Or.160 d, Dummodo ne continuum sit. Off.68 d, Qui omnia honesta negligunt, dummodo potentiam cõsequãtur. Ep.94 b, & 238 d, Modò ut tibi constiterit fructus ocij tui. Ep. 148 b, Si modò: id est, dummodo. Ep.172, & At.85 d, et I.A.206 b, Dum ne: id est, dummodo ne. At.126 d, Ego si cui adhuc uideor segnior fuisse, dum ne tibi uidear, non laboro. Ep.172 d, Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus, &c.

Dumus, mi. spina. Tusc.241 d, Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem.

Duntaxat. I.P.86 b, Atq; ille discessus, dolor meus duntaxat, uestrũ quidẽ scelus ac dedecus haberetur. de Or. 119 b, Hæc artè quidem & præcepta duntaxat requirunt. de Am.106 d, Coluntur aũt simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus. At.57 d, Nos animo duntaxat uigemus. pro Deiot.144 d, Quod ipsum etsi non iniquũ est in tuo duntaxat periculo, tamen, &c. de Fin.69 d.

Duo gemini, bini, duplices. Duo Decij, Octauio. I.V.113 d, Horum pater abhinc duo & uiginti annos est mortuus. Duo, pro duos. Vir.194 d, Si duo prætereà tales duarum ætatum plurimi facio Cn. Pompeium, & M. Bruũ. Ord.211 b, Video sepulchra duo duorũ corporũ. ex Accio. & ib. Mulier una duũm uirũm. de Cla.179 d, Oratio, qua anno duodequinquagesimo usus est. I.P.88 d, Vos geminæ uoragines, scopuliq; reip. Att.139 d, Consilium nobis certè non defuisset σὺν τε δὺ' ἐχόμενον. sare pacisci tur. I.V.4, Furta prætoris quæ essent HS duodecies.

Duodecies. in Sallustium, Sestertio duodecies cum Cæsare pacisci tur. I.V.4, Furta prætoris quæ essent HS duodecies.

Eiusdemmodi,eiusmodi.I.V.114 b, Eiusdemmodi tumtus prætorium, eiusdemmodi omnis res iudiciaria fuit.& Ac.19 b,Vt doceret nullum tale esse uisum à uero,ut non eiusdemmodi etiam à falso posit esse.

Eiusmodi,talis, eius generis,generis eiusdem,eiusdem modi.pro Pom.4 b,Genus belli est eiusmodi,quod maximè uestros animos excitare debet. Ac.10 b, Si id tale esset ab eo quod est,ut eiusmodi ab eo quod nõ est,possit esse.Ep.55 b,bis.Reliqua sunt eiusmodi,ut,&c. Epi. 5 a,Sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione,quanquam omnia metuenda sunt,nihil magis quàm perfidiã timemus.Or.207 a,Nam cum compresserat digitos,pugnumq; fecerat,dialecticam aiebat eiusmodi esse.

Eiusmodi.pro adeò.pro Cæl.Quod quanquam nec sapienter,et me inuito facit,tamen est eiusmodi cupidus, ut magis insectari,&c.

Elabor,ris.excido,euado.de Or.127 a,Nihil unquam uidi quod tam è manibus elaberetur,quàm mihi tum elapsa est illa causa.pro Dom.227 a,Frater meus ex uestro ferro ac manibus est elapsus.Epi.172 a,Dabo operã ne Ventidius elabatur. Qu.F.324 a,Quid essem,si me agẽte esset elapsus?I.C.100 b,Quoties tibi sica excidit casu aliquo,& elapsa est.pro Do.234 a,Ex ore isto religionis uerbum excidere atq; elabi potest? de Nat.51 b, Cum animal ex utero elapsum excidit.de D.90 a, Cum se conuoluens sol elaberetur & abiret.de So.131 a,Eorum animi corporibus elapsi circum terram ipsam uolutantur.I.V.137 a,& de Se.85 b,Ex tot tantisq; criminibus elapsus est.At.11 b,Statum illum quem,&c. elapsum scito esse de manibus.Item:Et cum extraordinaria pecunia crimen subterfugere uelles.satis te elapsurũ omni suspicione arbitrabare.ad Her.23 a,Vsitatæ res è memoria elabuntur.Tusc.153 b,Cum posui librum,assensio omnis illa elabitur.

Elaboratio,onis.labor,nimia cura.ad Heren.31 a,Hæc non uidentur reperiri posse sine elaboratione, & operæ consumptione.

Elaboratus,a,um.exornatus,excultus,politus.de Clar. 194 a,Diligenter elaborata etiam quàm elucubrata oratio.pro Cæl.47 a,Oratio & cura & uigilijs elaborata. Or.200 a,Ornati elaboratiq; uersus. Orat.204 b. Elaborata concinnitas.pro Pom.4 a, Perfectum ingenio,elaboratum industria.

Elaboro,as.laboro,operam do,contendo,enitor,elucubror,excudo.de Or.136 a,Non tam ut prosim elaborare soleo,quàm ut ne quid obsim.& 85 b,Qui non aliqua in re una separatim elaborauerunt.& 87 a,Neque in uniuerso genere singulos elaborasse,sed,&c.contra Rul.79 b,Nullum est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret.de Orat.86 b,Ex illis rebus uniuersis eloquentia cõstat,quibus in singulis elaborare permagnũ est. At.72 b,Quod superest,elaborat in hoc à me,sicut tibi sensi placere.I.A.210 a,Omne curriculũ industriæ nostræ in foro elaboratum est. Tuscul.149 a,In quo eo magis est elaborandum,quod,&c.pro Mar.135 a,In hoc tibi elaborandum est,remp. ut constituas. de Sen.84 a,Desudare & elaborare in aliqua re.pro Mur.128 a,Elaborare in aliqua scientia. Or.201 b,Elaborãt alij puro quasi quodam genere dicendi.& 205 b,Qui in illo subtili elaborauit,&c.Epi. 45 a,Hæc mihi ampliora multo sunt, quàm illa ipsa propter quæ elaboratur.de Se.42 a,In literis elaborauì. Qu.de Pe.208 b,Elaborare & eniti causa alicuius.Br. 281 b,Sacerdotũ comitia mea summa cõtentione in alterum annum sunt reiecta,quod ego cùm Cic.causa elaborauì,tum Domitij,&c.Att.263 b,Enitere,elabora,uel potius eblandire,effice ut Plancus,&c. Qu.Fr.298 a, Contende quæso atq; elabora,ut,&c.Epist. 21 a,& 19 b,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

b & 30 d, & 231 b, Mihi est in petitione Milonis non modò contentione, sed etiam dimicatione elaborandũ. Or.200 a, De industriâq; non ex insidijs elaboratur, ut uerba uerbis quasi demensa & paria respondeant. Ep. 135 a, b, Sic habeto, quicquid arte effici potuerit (nõ iã satis) & c. sed tamen quicquid elaborari, aut effici potuerit ad istorum beneuolentiam cõciliandam, summo studio me cõsecutum esse. Tus. 171 a, Qui se ostenderit de hoc toto genere nihil elaborare: id est, curare. de Cl. 167 a, Græcia omnes artes uetustiores habet, quàm hæc est à Græcis elaborata dicendi uis: id est, exculta.

Ελάχιστον. l. Minimus.

Elapsus, a, um. pro Mur. 144 d, Si hæc elapsa de manib. nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint.

Elargior, ris. l. argior. Ep. 5 a, Ex ijs rebus, quas tibi fortuna elargita est.

Elatio, onis. præstantia.)(. Submissio. Top. 227 a, Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem. de D. 67 b, Lætitia, quasi gestientis animi elatio uoluptaria. Off. 13 a, In hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus inascitur. de Cl. 170 b, Horum sententijs officit Theopompus elatione atq; altitudine orationis suæ.

Elatus, a, um. contrà Rul. 85 b, Quibus illi rebus elati & inflati nõ continebuntur. Of. 12 b, Quod animo magno & elato factũ sit. Or. 298 a, Principia uerecũda nõ elatis intẽsa uerbis. de D. 90 b, Ille aũt elatus cupiditate res spexit. Tus. 231 b, Elatus inani lætitia exultãs, temerè gestiens. de N. 13 a, Sed elatus studio uereor ne longior fuerim. Or. 203 b, Res alio atq; alio elata uerbo.

Elatè. Tus. 233 a, Elatè et ample loqui.)(. Humiliter demisq; sentire. de Opt. 243 b, Elatè dicere.)(. Submissè.

Elatius, nomen. de Cl. Or. Nihil tam ornatum aut uerborum grauitate, aut sententiarum, quo quicquam esset elatius.

Electè. distinctè, diserte.)(. Permistè. de Inu. 52 b, Electè gerere.

Electio, onis. lectio, selectio. Orator. 203 a, Iudicium electioq; uerborum. & de Fi. 116 b, Initia quorum ex electione uirtus posit existere. & ibid. Non enim in selectione uirtus ponenda est.

Elector, oris. ad Heren. 25 a, Postremò in eo uim artificij consumant, ut ipsi ab alijs potius eligendi, quàm aliorũ boni electores existimentur.

Electus, a, um. lectus. pro Quint. 1 b, Vir electissimus nostræ ciuitatis. l. V. 95 b, Prudentissima electissimaq; fœmina.

Elegans, tis. luculentus, concinnus, politus. de Or. 131 a, Perspicitis hoc genus quàm sit facetum, quàm elegans, quàm oratorium. de Clar. 192 a, Facetæ & elegans ironia. de D. 53 b, Epicurus sentit nihil unquam elegans, nihil decorum. Tus. 191 a, A' quibus mansuefacti & exculti ad elegãtiora defluximus. Ep. 105 a, b, Homo in omni iudicio elegantissimus. de Fi. 69 b, Vir mundus & elegans. de Cla. 161 b, & Of. 21 a, Politus, urbanus, elegans. de Cl. 167 b, Lysias subtilis scriptor atq; elegans. et 170 a, Acutus, elegans, facetus, breuis. Or. 204 b, Vt in epularum apparatu à magnificentia recedens, nõ se parcum solùm. sed etiam elegantem uideri uolet, eliget quibus utatur. pro S. R. 58 b, Pueri ex tot elegantissimis familijs

electi. pro Pla. 279 a, Perelegans & persubtilis oratio. de Cla. 186 b, Torquatus elegans in dicendo. Att. 259 b, Elegantissima epistola. l. Parcus.

Eleganter. ornatè, politè, enucleatè.)(. Ineleganter. Tus. 176 d, Qui profitentur se neq; distinctè neq; distributè, neq; eleganter, neq; ornatè dicere. de Clar. 172 a, Casam pro aliquo politè eleganterq; dicere. & ibid. Diligentius meliusq; dicere. At. 222 a, Liberti lautiores eleganter accepti. de Cla. 118 a, Cæsarem omnium fere oratorum latine loqui elegantissime. Ep. 69 b, Quæ eleganter copioseq; collegisti.

Elegantia, tiæ. mũditia, lauticia, Latinus atticismus. At. 103 a, Terentius, cuius fabulæ propter elegantiã sermonis putabantur à Lælio scribi. de Ora. 211 a, Catulus cum Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatẽ elegantiãq; cedere. de Cla. 188 b, Itaq; ad hanc elegantiã uerborum Latinorum adiungit illa oratoria ornamenta. de eund. de Or. 85 a, b, Tu autem eloquentiã ab elegantia doctrina segregandã putas? Or. 204 a, Elegantia & mũditia orationis. de Cl. 18 a, Loquẽdi elegãtia. de Fi. 90 a, Politior elegantia. Ep. 48 b, Scriptorũ tuorũ subtilitas & elegantia. de Fi. 70 a, Epicurus cõtemnit elegantiã differendi, confuse loquitur. & ib. b, In hac diuisione è ipsam profecto, elegantiã desidero. ad Her. 27 b, Elegantia est, quæ facit ut unumquodq; pure & aperte dici uideatur. eius partes sunt latinitas & explanatio. Ep. 138 b, & 139 a, Verius tuus & Camillus qua mũdicia hominẽ? qua elegantia? et ibi. Lauticia. de L. 184 a, Quid. n. est elegantius quàm exprimant aliquid, quod aut uerum sit, aut ad id tua dignius? Att. 5 a, Elegantia hominis. pro Syl. 181 a, quàm proximè accedat. de In. 42 a, Si quis opportuVos qui cum summa elegantia atq; integritate uixistis.

Elei. pop. de D. 114.

Elementum, ti. initium. Aca. 44 a, Ergo illa initia & ut è Græco uertam, elementa dicuntur: è quibus aër & ignis mouendi uim habẽt, & efficiendi, reliqua partes accipiendi & quasi patiendi, aquam dico & terram. de N. 65 b, Omne corpus aut aqua, aut aer, aut ignis, aut terra, aut quod concretum ex his. de N. 12 a, Nam locus his etiã naturis, quæ sine animis sunt, suus est cuique. primus: ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua, super ior aer, ignibus altissima ora reddatur. pro S. R. 39 b, Cœlum, sol, aqua & terra, ex quibus omnia nata esse dicuntur. de Or. 98 a. & 112 b, Hæ quæ isti forsitan puerorum elementa uideantur. Aca. 23 a, Dialectica, quæ primo prodidactici docent. Aca. 23 a, Dialectica, quæ primo progressu tradit elementa loquendi, & c.

Elephantus, ti. & elephas, antis. de N. 50 b, Elephantus belluarum nulla prudentior. de N. 50 b, Manus etiam ea, ta elephantis, quia propter magnitudinẽ corporis difficiles aditus habebant ad pastum. l. A. 231 b, Romani impotem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. l. A. 20 b, Equites, sagittarios, elephantos in suam potestatẽ redegit. de Sen. 82 b, Nec adolescens nires tauri aut elephantis desiderabam. pro Cæl. 46 a, Qui hæc ex nimis tanta fecerunt. & 45 a, Verbis parum rem magnam facere. Item: Facere arcem ex cloaca.

Eleuo, as. leuo, subleuo, minuo. de Am. 112 b, Sufficiones & offensiones in amicitia tum euitare, tum eleuare, tum ferre. sapientis est. Tus. 198 a, Nihil est quod tam obdat eleuetq; ægritudinem, quàm, & c. de In. 57 a, Reprehensio est, per quam arguendo aduersarium

confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. aliàs alleuatur. de Orat. 130 a, Quod est ab aduersario obiectum, lepõre magis eleuandum quàm contentione frangendum uidetur. Epist. 70 b, Non intelligis duplicari solicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulabat. de Or. 230 b, Mouere risum oratoris est, quod frangit aduersarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat, & c.

Eleusin, ciuitas in Attica prouincia non longè ab Athenis. Att. 95. de Nat. 24.

Eleutherocilices. pop. Att. 79 Ep. 245.

Elicio, cis. educo, extraho, allicere. de N. 31 a, Lapidum conflictu atq; tritu elici ignem uidemus. de N. 56 b, Nos è terræ cauernis ferrum elicimus. & ibi. Manus aptæ ad neruorum eliciendos sonos. de Sen. 88 a, Terra semen te pefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentẽ ex eo uiriditatem. de Or. 97 b, Et quicquid erit in unaquaq; re probabile, eliciendum atq; dicendum. pro Cor. 59 a, & 62 b, Propositis præmijs elicere ex ciuitatibus sociorum optimum quẽq; ad subeunda pericula pro nobis. Tusc. 132 b, Elicere aliquem præmio, ut agat aliquid. At. 99 a, Tamen dabunt operam ut eliciant sententiam meam. de Or. 190 b, Dolor & ardor animi, qui etiam ex infantium ingenijs elicere uoces & querelas solet. de In. 53 b, Si tacebitur, elicienda est responsio. Ac. 3 a, Neq; nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi ut in uramque partem dicendo & audiendo eliciant & tanquam exprimant aliquid, quod aut uerum sit, aut ad id tatem, quæ in animis inesset hominum posset elicere, & præcipiendo meliorem reddere. de D. 63 a, Quis igitur elicere causas præsentionum potest? Tusc. 174 a, Vt homum metuet, ne quã uocem eliciat? de Or. 93 a, Verbum ex eo nunquam elicere potui de ratione dicendi. l. V. 31 b, Elicere animas inferorum. de Or. 109 b, Tu quem ego toties omni ratione tentans ad disputandum elicere nũ quam potui. Qu. Fr. 300 a, Elicere uliquem blãditijs ad iudicium. de In. 67 a, Ex quibus elicitur aliquid suspicionis. Pl. 135 b, Vt aliquas abs te epistolas eliciam. & 109 b, Tuas uolo elicere literas. At. 37 a, Multa ab ipso Pubilio elici, multa cognosci poterunt.

Elido, dis. frango, incido. Tusc. 286 b, Poetæ neruos omnes uirtutis eludunt. Tusc. 208 b, Stirpes ægritudinis tũ eo euerso omnes elidendæ sunt Tusc. 208 b, Hæ sunt illæ fibræ stirpium, quas initiò dixi, persequendæ & omnes eliidendæ, ne ulla unquam posit existere. & 231 a, Qui rebus his fractus ægritudine eliditur.

Eligo, gis. lego, deligo, carpo, excerpo, opto, adopto. Alt. 247 b, Aliquot enim sunt anni cum uos duos elegi, quos præcipuè colerem. Or. 215 b, Elegit ex omnibus Isocratis libris uersus fortassè XXX. Hieronymus Peripateticus. l. V. 61 b, Facere alicui potestatem optionemq;, ut eligat utrum uelis. de In. 62 b, Eligere à multis commodissimum quodq;. l. A. 225 a, Ac permitto, ut de trib. Antonijs eligas, quem uelis. de Am. 108 a, Sunt igitur constituti atq; electi coloni. Offic. 53 a, Non solùm ex malis eligere minima oportet, sed etiã excerpere ex his ipsis si quid inest boni. pro S. R. 38 b, Pueruli ex tot elegantissimis familijs electi. pro Dom. 213 a, Eligere amplissimos uiros ad sacerdotia. Epi. 204 b, Legere aliquem in senatum. Ep. 91 b, Cum qui hodie aruspicinam faceret, in senatu Rom. legerentur.

Elimo, as. perpolio, limo. Att. 256 a, Velim χάλεπ' aliquod elimes ad me. Acad. 17 a, Sed ad Helicem & clarissimos septentriones: id est, rationes has non latiore specie, non ad tenue elimatas.

Elinguis, gue. mutus. de Cl. 173 b, Fannius nunquam est habitus elinguis. pro Flac. 150 b, Conuicit, elinguem reddidit. l. Mutus.

Elis, dis. urbs Peloponnensi. de D. 99 d.

Eloco, as. loco. l. V. 259 a, Xenophon fundum elocatum esse dicebat. pro Fl. 160 b, Nunc uerò hoc magis, quòd illa gens est uicta, quòd elocata, quòd seruata.

Elocutio, onis. explicatio. de Orat. 86 b, Oratio, quæ nisi subest res ab oratore percepta & cognita, inanẽ quãdam habet elocutionem, & penè puerilem. de In. 44 d, Elocutio est idoneorum uerborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio. Ad Heren. 34 d, Circuitio est oratio, rem simplicem assumptam circunscribẽs elocutione. & 27 b, Elocutio commoda & perfecta tres res in se habere debet, elegantiam, compositionem, dignitatem.

Elogium, gij. dictum, siue sententia laudem alicuius uel uituperationem, uel aliquid aliud declarans. de Se. 90 d, Attilius Calatinus, in quem illud elogium unicum pluri mæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse utrum. de Fi. 89 a, Neminẽ uidebis ita laudatum, ut artifex callidus comparandarum uoluptatum diceretur, non elogia monumentorum id significent, uelut hoc ad portam uno ora, cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse utrum. Tusc. 154 b, Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significãt? nisi nos futura etiã cogitare? pro Mur. 142 a, Q. Maximus cum P. Africanum supremo eius die laudaret, dixit necesse fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. Item: At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod te consule in sepulchro reip. incisum est, uelitis, iubeatis, & c. In Sal. 274 b, Si illud censorium elogium Appij Claudij, & L. Pisonis, quo usus est quisque eorum, pro lege palàm uniuersis recitarem, nonne tibi uiderer æternas inurere maculas? pro Cl. 45 b, Quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatij, ideirco se exhæredasse filium, quòd is ad Oppianici damnationem pecuniam accepisset. de Sen. 92 a, Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum lamentisq; uacare.

Eloquens, tis. rhetor, copiosus ad dicendum, copiosè sapienterq; dicens, in dicendo suauis, ornatus, non infans, non indisertus, Plato singulari suauitate orationis. Or. 206 a, Is est eloquens, qui humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè potest dicere. ibid. Parua submissè, modica temperatè, magna grauiter dicere. Item: Erit igitur eloquens, is qui in foro causisq; ciuilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriæ. Orat. 208 a, Is erit eloquens, qui ad id quod cunq; docebit, poterit accõmodare orationem. Or. 198 a, Antonius disertos ait se uidisse multos, eloquentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerò neminem.& de Or.92 b,Disertos cognouit non-nullos,eloquentem adhuc neminem.& ibid.Quid eloquens uere, quid disertus sit.Orat.202 b, Perfectus orator & Græcè ab eloquendo rhetor,& Latinè eloquẽs dictus est.de Or.90 a,Socrates dicere solebat,omnes in eo quod scirent,satis esse eloquẽtes.Offi.43 a, Magna est enim admiratio copiosè sapienterq; dicentis, quem qui audiunt,intelligere etiam & sapere plus quàm cæteros arbitrantur.de Or.89 a, Peripatetici, qui eloquẽtes & in dicendo suaues,& ornati fuerunt.de N.26 a, Nec timuissem sine ista philosophia rhetorem quamuis eloquentem.Ad Her. 4 0 b, Cum res muta aut informis sit eloquens & formata.

Eloquentia,æ.eloquendi uis,dicendi ratio,dicendi grauitas & copia,summa copia & singularis facultas dicẽdi, quæ tanta ubertas ingenij,quæ tanta dicendi copia, quod tam diuinũ atq; incredibile genus oratorionis? nullum tantum est flumen ingenij,nulla dicendi aut scribẽdi tanta uis tantaq; copia,quæ,&c.Par.236 b,Nihil aliud est eloquentia,quàm copiosè loquens sapientia. de Or.147 b,Est enim eloquentia una de summis uirtutibus.& 148 b, Stoici eloquẽtiam uirtutem ac sapientiã esse dixerunt.Item,Eloquentiã rem unam esse omnium difficillimam,quibus enim ex quinque partibus cõstare dicitur,earum unaquæq; est ars ipsa per sese.de Or.86 b,Ex illis rebus uniuersis eloquentia constat,quibus in singulis elaborare permagnum est.& 97 a,Non esse eloquentiã ex artificio,sed artificium ex eloquẽtia natũ. de Clar.169 a,Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen eloquentia.& 191 a, Multitudo & fòrum,cui nata eloquentia est.& 168 b,Pacis est comes,ociq; socia,& iam penè constitutæ ciuitatis quasi alumna quædã eloquentia. Or.210 a, Eloquentia primas tenuit semper urbanis placatisq; rebus,secundas iuris scientia.Or.210 a,Eloquẽtia illi ipsi,qui consecuti sunt,tamen se uelere dissimulant,propterea quòd prudentia hominibus grata,lingua suspecta.de Opt.243 a, Eloquentia cõstat ex uerbis & sententijs.Tusc. 175 b, Popularis enim est illa facultas,& effectus eloquentiæ est audientium approbatio.Tusc.161 b, Eloquentiam non sine ui quadam maiore fluere,abundantẽ sonãtibus uerbis, uberibusq; sententijs.de In.42 a,Hæc ars quæ uocatur eloquentia siue ars,siue studiũ,siue exercitatio,siue facultas à natura profecta.de Nat.56 b,Domina rerum,ut uos soletis dicere,eloquendi uis.& ibi,de opportunitate eloquentiæ.Offic.31 b,Eloqui copiosè,modò prudenter, melius est,quàm uel acutissimè sine eloquentia cogitare.Of.42 b,Contentio orationis maiorem uim habet ad gloriam, ed est enim quam eloquentiam dicimus.& 43 b, Quid tam inhumanum,quam eloquentiam à natura ad salutem hominum & ad conseruationem datam, ad bonorũ pestem perniciemq; cõuertere.& 46 b, Quid enim eloquentia laudabilius & præstabilius,uel admiratione audientium,uel spe indigentium,uel eorum qui defensi sunt gratia? Tusc.149 b, Aristoteles prudentiam cũ eloquentia iungebat.de Or. 85 a, Tu autem eloquentiam ab elegãtia doctrinæ segregandam putas.& 86 a, Athenis studia eloquentiæ uiguerunt.de Fin.52 a,Et tamen à philosopho,si afferat eloquentiam,non asperner: si nõ habeat,non admodum flagitem.de Na.55 b, De quo dũ*

disputaram , tum mihi dari uelim eloquentiam.Top. 228 a,Eloquentia.)(.Infantia.

Eloquor,ris.dico,effero,enũcio,exprimo,effarit.Part. 230 a,In rebus inuenire,in uerbis eloqui dicitur.Tusc. 149 a,Pieri autẽ potest,ut rectè quis sentiat,& id quod sentit,politè eloqui non possit: sed mandare quemquam literis cogitationes suas,qui eas nec disponere, nec illustrare possit,nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & ocio & literis. de Cl.188 a,Præclarè eloqui cogitata mẽtis.de Orat.39 a,Oratoris est compositè,ornatè,copiosè eloqui. Orat. 202 b,Dicendi,id est,eloquendi maxima uis oratori cõceditur.de Or.123 a, Omne quod eloquimur,sit ut id uere esse dicamus,aut non esse.Epi.140 b, Memini in senatu difertum consularem ita eloqui, hanc culpam maiorẽ an illam dicam?de Fi.74 b, Veteresq; quicquam aut scripsto eloquendi & exprimẽdi genere superasti.de Orat. 62 b,Exercitatio eloquẽdi celeritatem incitat.Or.102 b, Græcè ab eloquendo rhetor,Latinè eloquens dictus est.de N.56 a,Eloquendi uis: id est, eloquentia.Ad Her. 30 a , Eloqui rem aliquam per cõtinuationem.Or.209 b, Muta quædam eloquentia inducere.& ad Her.40 b, Cum res muta sit eloquens.*

Elorinus,na.ex Eloro Siciliæ urbe.I.V.170 a.

Eluceo,es.appareo,exto,emineo,excello,uigeo,de Amicitia magis elucet inter æquales.Off.4 b,Excellẽtia magnitudoq; in utilitatibus despiciendis elucet. de Or.113 b,Nemo studet eloquẽtiæ,nisi ut in causis & in foro eluceat.Or.209 b, Hoc in genere eluceat oportet omnis eloquentiæ magnitudo.pro Fon.278 b,Quid est igitur ubi elucere possit prudentia?Of.20 b, Ex quo eluceat omnis constantia.Par.233 b,Ex quibus propriis quid sit eluceat.Ep.47 b,Existimãt quasi lumẽ aliquod elucere sãctitatẽ tuã.Ep.149 b, Quæ sit modò aliqua resp.in qua honos elucere possit,omnibus(mihi credite) honoribus abundabis. pro S.R.32 a, Tenuitas huius eo magis elucet,quo magis occultatur.Off.22 a,In ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat.pro Cæl.47 a, Atq; in eo ingenium eius elucere uidebatis.de Am. 103 b,Si qua significatio uirtutis eluceat.de Or. 128 a, Inter flammas circulus elucens splendidissimo candore.

Elucubratus,a,um.elaboratus,politus.de Cl.194 a,Diligenter etiam quàm elucubrata oratio.

Elucubror,aris.elaboro,excudo. Att. 114 b, Epistolam quam eram elucubratus,ad te non dedi.

Eludo,dis.irrideo,fallo.Ac.31 a,Sed uos ab illo irridemini,& ipsi illũ uicissim eluditis.pro S.R.39 b, & de Ar. 249 a,Nos ab isto nebulone facetè eludimur.I.V. 71 a, Ita magnas accusatoris minas magnamq; iudicij expectationem ad nostrum arbitrium libidinemq; eludemus.I. V.58 b,& 61 b,Pueri quos adhuc elusit. de Op.244 b, & pro Mi.107 b, Quasi rudibus Socratis eludit oratio. de Di.138 a, Quæ est ista ars coniectoris eludentis ingenio.de Leg.180 b,Sed quod idem iuris ciuilis cẽ,sermonis,& scientia illa eluditis.I.A.175 b,Dolabella qui iã*

est impulsus,elusus,inductus.I.C.97 b,Diu nos etiam furor iste tuus eludet.

Elugeo,es.lugeo,defleo.Epist.139 a,Inde eorpori omne tempus datur:patriam eluxi iam & grauius et diutius, quam ulla mater unicum filium.

Eluo,is. diluo,deleo,abstergeo. I.A.242 a, Vt centurionum profusus sanguis eluatur,nũ eius crudelitatis prædicatio poterit? & 156 b,Sordes eluere.pro Sest. 17 a, Macula quam nemo iam posset eluere. & de Leg.174 b.I.Vanesco.

Eluuies,ei.labes,macula,contagio.pro Dom.224 a,Labes atq; eluuies ciuitatis.

Elutio,onis.terræ hiatus, uorago aquarum ui facta. de So.130 a,Eluuiones exustionesq; terrarum,quas accidere tempore certo necesse est. Off.36 a,Causæ eluuionis,pestilentiæ,&c.

Emancipo,as. quasi manu mitto,à patria potestate libero.pro Do.220 b, Adoptatum emancipari statim,ne sit eius filius qui adoptarit.cur ergo adoptatur? Liberos proprie emancipari,seruos manumitti dicemus.

Emando,as.amando,mitto.Att.103 b,De Ciceronibus nostris dubitò quid agam : nam mihi interdum emandati uidentur in Græciam.aliàs, Amandandi.

Emano,as.exeo,effluo.de In.63 a, Alij ex alio fonte præceptores dicendi emanauerunt. pro Cæl.41 a, Quæ ex quo iste fonte senator emanet.de Or.149 a, Ab Arcesila recentior Academia emanauit.pro S.R.19 a, Oratio mea nequaquam similiter exire atq; in uulgus emanare poterit.de L.164 a, Metuo ne hoc emanet.At. 115 a,Mala enim nostra istinc emanant.At. 44 b, Orationem ita cõpressẽ,ut nunquã emanaturũ putarẽ.de Or.120 b,Partes aũt sunt, quæ generibus,ex quibus emanãt,subijciũtur.de In.55 a,Ex quo omnis uis emanat argumentationis. Or.261 a,Ex quo emanant,qui communes appellantur loci. Qu.de Pe. 207 b,Nam ferè omnis sermo ad forensem famam ab his emanat autoribus emanet.I.V.76 b, Quæ fama nõ idcirco solùm emanarat.Ep.115 b,Deniq; inuidiosum tibi sit,si emanarit. de D.122 a,Sub platano umbrifera fons unde emanat Emathium,thij.Attici uilla.de L. 170. (quasi.

Emax,cis.qui libenter & sæpius emit,emendi cupidus. Par.123 a,Non esse emacem,uecligal est.

Embænetica,cæ.nauicularia.Ep.112 a,Qu.Pompeium Baulis Embæneticam facere.Cælij.

Emblema,tis.Signa & ornamenta uasorum,quæ detrahi possunt,emblemata dicuntur,nec non etiam aliarum rerum.I.V.212 a,Vasis crustæ aut emblemata detrahebantur.I.V.211 a,Duo pocula cum emblematis.& ibid. Emblemata auellenda curauit.I.V.208 a, Scaphia cum emblematis Lilybæi empta.& 210 a, Thuribulum auuel so emblemate remisisti.

Emblema,cũ de pauimentis aut tabulis intelligitur, est opus ex tesserulis,uel è lapidibus,uel ex ligno minutatim cõsectis & cõcisis,uarijs coloribus distinctis et notatis compositũ,uarias rerũ formas et effigies ostẽdens. Idcirco uermiculatum uocatur,quòd sit minutatim sectum & uariè distinctũ. de Or.158 b, et 210 b, Quàm le pide lexis cõpostæ ut tesserulæ omnes Arte pauimento atq; emblemate uermiculato.Ex Lucil.& de Cl.190 a.

Embolium,ij. interpositio. pro Sest.25 a, Qui omnia sororis embolia nouit.At.314 b,Embolium mirificũ cogito.Budæus embolimon,& embolima legit in Cõment.

Emendatè,latiùs.de Opt.243 a,Purè & emendatè loqui,quod est,latinè.

Emendator,oris.corrector.de Cl.188 b,& pro Cor.58 b,Sisenna quasi emendator sermonis usitati esse uolebat.I.A.168 b, Iam de ipso emendatore & correctore nostro dicam.

Emendatrix,cis.de Leg.167 b,Lex est emendatrix uitiorum.Tusc.224 b, O præclaram emendatricem uitæ poeticam,quæ amorem flagitij,&c.

Emendatio,onis.de Fi.111 a,Nec uidelicet est correctio philosophiæ ueteris & emendatio.Ac.li.3,Felicior emendatio temeritatis.Lact.Firm.Inst.Di.lib.6.c.24.

Emendatus,a,um.de Cl. 187 b,Locutio emendata & latinè.

Emendo,as.corrigo.Or.211 b,Serò à quibusdam emendatur antiquitas,qui hæc reprehendunt? nam,&c.pro Mu.138 b,Consilium tuum uituperare non audeo,nonnulla in re forsitan cõformare,& leuiter emendare possim.At.32 a,Me rogat,ut annales suos emendẽ & edã. de Cl.118 b.Cæsar rationem adhibens,consuetudinẽ uitiosam & corruptam,pura & incorrupta consuetudine emendat.Am.107 b,Cùm emendati mores amicorum sint,tum,&c. Acad.4 b,Certè enim recentissima quæq; sunt correcta & emendata maximè. de Leg.190 a,Vt utilijs principum infici solet tota ciuitas, sic emendari & corrigi continentia.

Ementior,ris.mentior.de Op.244 b,& pro S.R.39 b, pro Plan.274 b, Aeschines legationem ementitus est. Par.234 a,Alij ementiti sunt in eos quos oderant.pro Cor.55 b,Ementiri genus suum.et ib.Non furatus est ciuitatem,non genus suum ementitus? de D. 83 a,Videmus hæc signa nunquam, ferè ementientia.I.A.176 a, Ementitus est auspicia. et 177 a, Quod me de ementitis auspicijs putares esse dicturum.Tusc.203 a, Quantum sit ementita opinio,apparet.pro Do.223 b,Me non ementitum esse autoritatem eius ordinis.

Emereo,es.mereo,stipendia facio.At.91 a,Annuæ mihi operæ ad III Cal.Sextil.emerentur.de Se.87 a,Animis tanquam emeritis stipendijs ambitionis,secum esse: id est,confectis stipendijs.

Emergo,gis. exeo,euado,existo.)(.Mergo, demergo. pro Pò.5 a, Mithridates nõ se Cappadociæ latebris occultare uult,sed emergere è patrio regno.de Nat.51 a, Aues,quæ se in mari merserant,emerserunt.pro Cl. 56 b,Hoc uno modo sæpe multorũ improbitate deprehensa ueritas emergit.pro Cæl.43 b,Qua ex uita emersit, totumq; se eiecit atq; extulit.& 48 a, Emersi iam è uadis,&c.de Fin.100 a,& 120 b,Emergere ex aquâ. de Ar.255 a,Respirare à metu cædis,emergere à fluctibus seruitutis.In Vat.33 b, Emergere ex mendicitate. I.V. 78 a,Emergere ex peculatus iudicio.& 184 b,Filium emergere ex paternis probris. & 230 a,Cùm multa ex illo mari bella emerserint.& multa in pontũ inuecta sint. At.71 b,Incõmoda ualetudo,qua ita emersera. et 72 b,Meũ consilium reprobẽ,quòd non aliqua ratione ex hoc negocio emerseram.Of.37 b, Quamuis enim demersæ sint leges,quàuis tremefacta libertas,tamẽ emer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gunt hæc aliquando. At.29 b, Emerseram commodè ex Antio in Appiam. & 144 b, Nunc emergit amor, nunc desiderium ferre nõ possum. & 90 b, Hac autem re incredibile est quantum ciuitates emerserint. Of.22 b, Ex quo magis emergit quale sit decorum illud, &c. de Di. 95 b, Ab infima ara subitò anguis emersit. et 122 b, Dionysij equus emersit ex flumine. & 137 a, Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti, subitò sum uisus emersus ex flumine. de Sen. 88 a, Cum uiriditas herbescens è uaginis emerserit. pro Sest. 7 b, Homo emersus subitò ex diuturnis tenebris lustrorum ac fluprorum. In Vat. 32 b, Homo emersus è cœno. de N. 48 a, Vt sese emergens, ostendit Scorpius altè. de Ar. 256 b, Ista serpens, quæ tũ hic delituerit, tum se emergit. de Vn. 201 b, Quibus temporibus stellæ à nostro aspectu obliteſcant, rursusq; emergant. & ibi. Stellæ emersæ.

Emeritus, a, um. qui iam stipendio confecto est. At. 95 a, Nos annuum tempus propè iam emeritũ habebamus.

Emetior, ris. de Cl. 166 a, Ego uoluntatem tibi profectò emetiar, sed rem ipsam nondum posse uideor: id est, cumulate præstabo.

Emigro, as. discedo, migro, excedo. I. V. 241 b, Ex illa domo sic emigrabat, ut, &c. & 216 b, Emigrare domo. de Leg. 180 a, Emigrare è uita.

Eminens, tis. editus, excellens.)(. Lacunosum. de Nat. 16 a, Species deorum, quo nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expreßi, nihil eminentis. de Natu. 35 a, Figura nihil habens incisum angulis, nihil eminens, nihil lacunosum. de N. 55 a, Genæ leuiter eminentes. In Vat. 29 b, Oculi eminentes. de Or. 163 a, Discutienda sunt ea quæ obscurant, & ea quæ sunt eminẽtia & prõpta sumẽda.

Eminentia, tiæ. Ac. 6 b, Multa uident pictores in umbris & in eminenti, quæ nos non uidemus. de Nat. 22 a, Res nullam habens soliditatem nec eminentiam.

Emineo, nes, exto, excedo, eniteo, appareo. pro S. R. 38 b, Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eò magis eminet & apparet. de Orat. 152 a, Quo magis id quod erit illuminatum, extare atq; eminere uideatur. de D. 99 b, Cũ ex terra nihil emineret, quod cõtemplationi cœli posset efficere. Or. 206 a, Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. pro Cl. 56 b, Illi quorum eminet audacia atq; proiecta est à consilijs, malitiæ deseruntur. In Vat. 268 b, Toto ex ore crudelitas eminebat. aliter, emanabat. Tusc. 188 b, Amplitudo animi maximè eminet contemnendis doloribus. Ora. 204 a, Sententiarum ornamenta sunt illa quidem permulta, sed quæ emineant pauciora. de Som. 131 a, Si iam tum cum erit inclusus in corpore, eminebit forás, & ea quæ extrà erunt contemplans, quàm maximè se à corpore abstrahet. Tusc. 162 b, Globus terræ eminens è mari. Tusc. 241 a, Animaduerti columellam nõ multum è dumis eminentem. ad Her. 26 a, Ne posit ars eminere: id est, apparere.

Eminus, è longinquo.)(. Cominus. de Sen. 81 a, Eminus hasta, cominus gladio uti.

Emissarius, rij. excursor, uexator, calumniator. I. V. 112 b, Turpio quidam istius excursor, & emissarius, homo omniũ ex illo conuentu quadruplatorũ, deterrimus. & 257 b, Hunc præcursorem habere solebat et emissariũ. I. V. 167 b, Illis emissarijs hæc tibi omnis pecunia quæsita est. Ep. 96 a, & 117 a, & 263 b, Persuaserat; nonnullis inuidis meis, se in me emissarium semper fore.

Emissio, nis. iactus, ictus, coniectio. de D. 121 a, Emissio fœminæ anguis mortem afferebat Graccho. Tusc. 87 a, Tormenta eò grauiores emissiones habent, quò fuerint eò tenta atq; adducta uehementius.

Emisitiæ, arum. quisquiliæ, sordes, quod proiicitur uel eijcitur in nuptijs, aut alijs solennib. actis, ut qui nũ ingrediũtur in ædes, aliquid habeant honoris causa. de L. 188 a, C. uerò Gracchus ruinis & emisitijs, quas ipse proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues. nónne omnem reipub. statum permutauit?

Emitto, tis. edo, erumpo, euomo. I. V. 240 b, Quærã cur hunc eundẽ repente de carcere emitti iusserit. I. C. 102 b, Vt abs te nõ emissus ex urbe, sed immissus in urbẽ esse uideatur. Tusc. 164 a, bis. Cum illuc ex his uinculis emissi feremur. pro Pla. 265 b, Emissus aliquis è carcere. pro Cæl. 43 a, Emittere aculeos in aliquẽ. & 51 b, Emittere aliquẽ è manib. At. 62 b, * Lacus Velinus à M. Curio emissus. pro Pl. 271 a, Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. de Orat. 129 a, Facete dicta statim ut emissa sunt, hærere debẽt. & 128 b, Argumentũ ratio ipsa cõfirmat, quæ simul atq; emissa est, adhærescit. ad H. 40, * Quod si nũc hæc urbs immitissima uerò emittat, nõ hoc pacto loquatur. de Ar. 244 a, Emittere telũ, et cõijcere telũ. de D. 117 a, Si nubiũ cõfictũ uocem expressius se emiserit, id fulmẽ est. Epi. 110 b, Si grauius aliquid dignũ nostro nomine emisimus: id est, ediximus.

Emo, mis. coemo, mercor, paro, comparo, cauponor, mango. dinor, pecuniã in aliqua re colloco. At. 158 b, Multa pro lotimus dixit, sese CCL. emere de Canuleio diuersorio. um illud posse: mimoris etiã emptur ũ, si Vestiũ rogitasem. Offic. 63 b, Emit homo cupidus & locuples tabernã quãti Pythius uoluit. At. 215 a, Is CC iugera de M. Pisone emit. pro S. R. 19 a, b, Bona huius de L. Sylla dicebas nummũm sese emisse dicit Chrysogonũ. pro Dom. 236 b, Emit domum propè dimidio carius quàm æquum erat. At. 208 a, Cũ illa fundũ secunda fortuna emisset. quãti diem, neq; post calamitatẽ uersurã facere potuisset? se interposuit. Ep. 63 a, Emi eã ipsam domũ nullius nummũm XXXV. de N. 75 a, Quæ ex empto & mancipio tra fidẽ fũit. I. V. 202 b, Profectò hinc natũ est, malo emere quàm rogare. At. 214 b, Emere magno uel parum. 8 b, Tantũ quòd ea emptione et nos bene emisse iudicati sumus. de Se. 19 a, Ex his princeps emitur ab inimicis. meis. I. P. 87 a, Præter deos de lapide emptos trib. plebanatio, rerũq; quasi geratur, sub aspectũ penè subielecto. Item dicitur illustratio à Cicerone, teste Quintil. li. 6. ca. 3. Item euidentia & perspicuitas. I. suis in locis.

Emolumentum, ti. accessio, utilitas, commodum, ingressus. I. Detrimentũ. & de Fi. 96 b, pro Mil. 107 b, Bonum nullo emolumento impelluntur in fraudem, interdũ sæpe paruo. Ep. 100 b, Si id tibi esse emolumento scirẽ. de Or. 87 b, Vt & uobis honori, & amicis utilitati, & reipublicæ emolumento esse possitis. & 140 b, Sine præmio, & emolumento facere quippiam. pro Font. 279 b, Ob aliquod emolumentum suum cupidius dicere. Offi. 59 a, Emolumenta rerum fallacibus iudicijs uident, pœnam legum non uident. de Fi. 77 a, Cuius mors emolumentum tibi factura est. Offi. Si propter suũ quisq; emolumentũ spoliet alterũ, necesse est, &c. de Fin. 60 a, Plusq; in ipsa iniuria detrimenti est quàm in his rebus emolumenti, quæ iniuria pariuntur.

Emorior, ris. morior. de Or. 106 a, Scæuola, qui excogitasset nasci prius oportere quàm emori. Epi. 26 a, Pro Pompeio emori possum. pro Pl. 278 b, Tusc. 151 b, Emori cum pernicie reipub.

Empedocles, clis. de Orat. 103 b, Empedocles physicus egregium poema fecit. de Am. 100 b, Agrigentinũ quidem doctum quendam uirum carminibus uaticinatum ferunt, &c. & ibid. Opinio Empedoclis de amicitia & discordia, &c.

Empedocleus, a, um. Qu. F. 313 b, Tusc. 156.

Empirici medici, qui se ab experientia sic nominarunt, ibi in usu & experimentis medicinam ponunt. Aca. 30 b, Itaq; medici ipsi, quorum intererat ea nosse, aperuerunt, ut ea uiderent: nec eo tamen aiunt empiricis notiora esse illa, quia posit fieri, ut patefacta & detecta mutentur.

Emporium, rij. mercatus, uel locus eius. At. 69 a, Cum per emporium Puteolanorum iter facerem.

Emptio, onis. coemptio. pro Cec. 288 a, Hac emptione facta pecunia soluitur à Cæsennia. At. 8 b, Tãtum quod ea emptione & nos bene emisse iudicati sumus.

Emptor, oris. pro Cec. 288 b, Fundus, cuius iste emptor fuit mandato Cæsenniæ. Offic. 62 a, Vt ne quid omnino quod uenditor norit, emptor ignoret. Qu. F. 307 a, Tusculano emptor nemo fuit. pro Qu. 9 a, Bonorum emptores. I. A. 178 b, Omnino ulli rei nemo fuit emptor, cui desuerit hic uenditor.

Emungo, gis. abstergo. ad Her. 414, Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

En. demonstrandi aduerb. sed habet etiam uim indignationis. hac causa. Post. 201 a, En ego tot testimonijs restitutus, &c. I. V. 260 b, En quod Tyndaritani libenter præ dicent. & 246 a, En fœderũ interpretes, &c. Ep. 210 a, En hic ille est, de illis maximè, qui, &c. pro Cl. 56 b, En hoc illud est, quod antè dixi, mulier, &c. pro Dei. 146 b, En crimen, en causa, cur regem fugitiuus, dominũ seruus accuset. pro Sest. 16 b, En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur. I. A. 178 b, En cur magister eius ex oratore arator factus sit. aliter, hem. I. A. 197 a, Hæc causa, cur lex tam egregia maximo imbri interdicta feratur: id est, en cur, &c.

Ἐνδειξις, as. demonstratio. ad Heren. 41 a, Demonstratio est, cũ itares uerbis exprimitur, ut geri negotiũ, & res ante oculos esse uideatur. Itẽ de Ora. 161 b, Illustris exclamatio, rerũq;, quasi geratur, sub aspectũ penè subiecto. Item dicitur illustratio à Cicerone, teste Quintil. li. 6. ca. 3. Item euidentia & perspicuitas. I. suis in locis.

Enarro, as. explano, narro. de D. 98 a, Cumq; senatui somnium enarrauisset, pedibus suis saluus reuertit. de In. 48 b, Nam sæpe satis est quod factum sit dicere, non ut enarres quemadmodum sit factum. pro Mar. 181 a, Nulla dicendi tanta uis, quæ non dicam exornare, sed enarrare res tuas gestas possit.

Enascor, ris. nascor. Attic. 171 a, Ex multis curis est una enata.

Enato, as. eno. Tusc. 245 b, Reliqui, qui, &c. enatant tamen, &c.

Enauigo, as. euado. Tuscul. q. 216 a, E` logicis, tanquam è

scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

Endymion, onis. Tusc. 168 a, Endymion uerò, si fabulas audire uolumus, nescio quando in Latmio obdormiuit, &c.

Enectus, a, um. exhaustus. de D. 123 b, Auis fame enecta in offam pultis inuadit. Tusc. 150 a, Siti enecta Tantalus. de D. 93 b, Ea parte animi nec inopia enecta, nec satietate affluenti. Att. 84 a, Sic Appius eum ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, sanguine miserit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradidit prouinciam enectam, & περιαιρετομένου. de D. 137 b, Enectus.)(. Plenus.

Eneruatus, a, um. debilitatus, effœminatus. pro Sest. 8 a, Homo eneruatus & exanguis. & Tusc. 117 a, Mollis & eneruata oratio. Tusc. 170 a, Eneruata muliebrisq; sententia.

Eneruo, as. debilito. de Se. 93 b, Sed tamen non planè me eneruauit, non affixit senectus. At. 31 b, Tantum abest ut eneruetur oratio compositione uerborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis esse possit. Itẽ, Ego usq; eò sum eneruatus, ut, &c. I. P. 97 a, Afflictus, infirmus, & eneruatus reus.

Engonasis, sis. Nixus, Hercules. de N. 47 b, Engonasim uocitant, genibus quia nixa feratur. In Ara. Ille uagans uulgato nomine Nixus.

Engumi. pop. I. V. 223.

Enim. nam, nanq;. de Nat. 7 b, Terra enim profectò pars mundi est. Item: Nihil habebam quod scriberem, de rep. enim nihil scribere possum, neq; enim quod sentio libet dicere. I. V. 125 b, Attendite enim diligenter, cognoscetis, &c. At. 179 b, & 188, * enim peruellem. de In. 68 b, At enim, qui, &c. I. V. 106 a, At enim si. & Or. 147 b, Verùm enim oratori, &c.

Enimuero, uerùm enim, at enim. At. 247 a, Hoc enimuero nunc discere aueo, hoc ego quid sit interpretari non possum. I. V. 89 b, Enimuero ferendum hoc non est. de Or. 98 a, Enimuero inquit Crassus, &c. Qu. Fr. 295 a, Enimuero si unus homo, &c. quanta tamen pecunia, &c. I. V. 160 b, Enimuero iste ridere, &c. I. V. 234 a, Ille enimuero negat, & ait, etc. & 256 b, Illi enimuero se ostendunt quod uellet esse facturos.

Eniteo, tes, clareo, emineo. At. 21 b, In Philippicis orationibus enituit Demosthenes. de Cl. 184 a, Crassi magis enitebat oratio. de Or. 120 a, In quibus hoc maximè enituit, quod tibi omnes dant acumẽ. pro Mur. 131 b, Quo quidẽ in bello uirtus enituit egregia M. Catonis. pro Fl. 149 b, Athenæ nõ solùm in Græcia, sed propè cunctis gentib. enitebant. de In. 62 b, Fortasse magis hoc suo in genere opus nostrũ, quàm ille in sua pictura nobilis eniteret. Tusc. 177 b, Et si in segetẽ sunt deteriorẽ datæ fruges, ipsæ tamẽ suapte natura enitent. de In. 42 b, Studia recta ab optimis cõcelebrata enituerunt. ad Her. 255 b, Nõ posse unũ in omnibus elocutionis partibus enitere.

Enitesco, scis. splendesco. ad Her. 38 a, Quæ cum summæ laude prodita, uetustate quotidie magis enitescit.

Enitor, ris, enisus sum, elaboro, connitor, cõtendo. At. 151 b, Tu nunc omni amore enitere, ut nos iuues. Qu. F. 328 a, In quo enitar non minus quàm sum enisus in nostro. Offi. 60 b, Qui stadium currit, eniti & contendere debet quàm maximè possit, ut uincat. Itẽ, Omnibus meis facultatibus enitendum mihi est. de Am. 107 a, Sed po-

tius debet eniti & efficere,ut, &c. Atti.263 b,Enitere, elabora,uel potius eblandire,effice,ut, &c. Epist.132 b, Eniti,cõtendere,perficere aliquid. Att.230 b,Omni ope & opera enitar,ut,&c. & 255 a,Quod quidem certè enitar. I. A.165 a,Nihil prætermisi,quantum facere enitiq; potui,quum Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem. Ep.145 b,Quantum uiribus eniti,consilioq; prouidere,autoritate monere potero. Ac.2 b, Vt plurimis prosimus,enitimur. Ep.40 b,Illud pugna & enitere,ne,&c. & 14 a,Tantum enitor ut amicis nõ desim. de Or.136 a,Eniti in aliqua re. Qu.de Pet.208 b,Elaborare & eniti alicuius causa.

Enixè,cupidè,conatu maximo. pro Sest.11 d, Meam causam omnes boni enixè susceperant.

Enna,ciuitas mediterranea. I. V.92 b.

Ennenses siue,ut Plinius,Hennensis. I.V.192 b.

Ennius,nij. Orat.200 a,Ennius non discedit à communi more uerborum.

Eno,as.enato. de Fin.103 b,Isq;,qui enat è concha, pinoteres dicitur.

Enodatè. explicatè. de In.49 a, Quæ illius erunt,leuiter attingendo,sua diligenter & enodatè narrando. de Fin. 130 b,Hæc igitur nobis explicanda sunt,sed si enodatius,uos ignoscetis. huius enim ætati, & huic nunc hoc primùm fortasse audienti seruire debemus.

Enodatio,onis. explicatio. de N. 71 b,Explicatio fabularum,& enodatio nominum. Top.223 a,Notio,est cognitio enodationis indigens.

Enodatus,a,um. de In.63 a,Aristoteles nominatim cuiusq; præcepta magna conquisita cura perspicue conscripsit,atq; enodata diligenter exposuit.

Enodo,as. explico. de Nat.72 a,In enodandis nominibus laboratis. ad Her.9 a,Deinde contrariæ legis enodabimus uoluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum.

οὔνοιαι. Aca.lib.2,οὔνοιαι enim noticias appellare tu uidebare. ead. Noticiæ rerum quæ Græci tum οὔνοιας, tum προλήψεις uocant. de Fin.lib.3. Intelligentia,uel noticia potius quam appellant οὔνοιαν illi. l. προλήψεις.

Ensis. gladius. in Arato, de N.58. Ennij.

Εντελεχειαι. uide Continuatus.

Entellini,pop. I.V.170,& 193.

Enthymema,tis. contrarium,contentio,cõclusio ex repugnantibus sententijs. Top. 225 a,Ex hoc illa rhetorũ sunt ex contrarijs conclusa,quæ ipsi enthymemata appellant: non quòd nõ omnis sententia proprio nomine enthymema dicatur,sed ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos suum: sic cum omnis sententia enthymema dicatur, quia uidetur ea,quæ ex contrarijs cõficitur,acutißima, sola propriè cõmune nomen posßidet. eius generis hæc sunt: hunc metuere,alterum in metu non ponere: eam quam nihil accusas,damnas: bene quam meritã esse autumas, dicis malè mereri: id quod scis,prodest nihil: id quod ne scis,obest. hoc differendi genus attingit omnino uestras quoq; in respondendo disputationes,sed philosophorũ magis,quibus est cum oratoribus illa ex repugnantibus sententijs communis conclusio,quæ à dialecticis tertius modus,à rhetoribus enthymema nuncupatur.

Ενθουσιασμὸς. l. Afflatus.

Enucleatè. de F.107 b,Qui grãdia ornatè uellent, enucleatè minora dicere. de Fin.145 b,Enucleatè dicere de aliquare. Or.199 a,Eleganter & enucleate dicere. de Cl.175 a,Enucleatè & politè dicere. & 167 b, Subtiliter,presse,enucleatè. Qu.F. 323 a,De aqua et ua nihil prætermisi quadã epistola,quin enucleatè ad te perscribsum,ad eum pastum capessendum,&c. quæ sit in figuris animantium, & quàm solers descriptio partium, quamq; admirabilis fabrica membrorum. pro S.R. 4 b,Enumerare precium.

Enucleatus,a,um. de Or.145 b,Genus dicendi (teres, acre,acutum,enucleatum. Or.203 b,& 205 a.

Enucleo,as. exactè explico. Par.234 b,Nec quicquam in amplificationibus nimis enucleandum est,minutæ est enim omnis diligentia. Tusc.232 b,Hæc nunc enucleare non ita necesse est. pro Pl.261 a,Eblandita illa,non enucleata esse suffragia.

Enudo.as. de L.161 a,Natura homini rerum plurimarũ obscurat & necessarias intelligentias enudauit. alteras enodauit,& rectius.

Enumeratio,onis. de L.188 b,Sed est iniqua in omni re accusanda, prætermissis bonis,malorum enumeratio. de Cl.577 a,& pro Cl.31 a,Quandiu in eorum enumeratione uersamur. de In.51 b,Enumeratio est,in qua plaribus rebus expositis & cæteris infirmatis,una reliqua necessariò confirmatur. & 60 a, & ad Her. li.2. Enumeratio, quæ pars conclusionis est. per quam res dispersè & diffusè dictæ,unum in locum coguntur, & remiscendi causa unum sub aspectum subijciunt. Enumeratione quando utendum, & quot partibus constare debeat, ad Her. lib.1.

Enumero,as. persequor, conseqor, numero, recenseo. Postqu.198 b,Quis uestra in me beneficia nõ modò enumerare aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi posßit? Ep.121 a,Quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo. Att 4 b,Non faciam ut enumerem miserias omneis. pro S.R.26 b, Dicere at q; enumerare possumus omnes oportebat. pro S.R.40 b,Enumerare causas omnes oportebat. pro S.R.40 b,Enumerare possum,ad eum pastum capessendum,&c. quæ sit in figuris animantium, & quàm solers descriptio partium, quamq; admirabilis fabrica membrorum. pro S.R. 4 b,Enumerare precium.

Enunciatio,onis. pronũciatio,enunciatum,effatum,pro nunciatum,axioma. de Fat. 144 a, Omnis enunciatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant,aut uera aut falsa est. de Fat.140 a, Explicanda uis est ratiocinationis, quæ Græci ἀξιώματα uocant.

Enunciatum,ti. effatum,enunciatio. de Fat.144 a, Omne enunciatum aut uerum aut falsum esse. & 145 b.

Enuncio,as. pronuncio,propono,effero,dico,significo. Ac. 23 b, Nempe fundamentum dialecticæ est quicquid enũciatur (id aũt appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut uerum esse aut falsum. ad Her.20 a, Continuatio est orationis enũciandæ acceleratio clamosa. de Fat. 143 b, Multa genera sunt enunciandi,sed nullum dissertius quàm quo Chrysippus utitur. & 144 a, Quod tu enũciatur,descendit in Academiam Platonis. de Or.258 b, Cùres enũciatur ornatius. Pl.Epi.147 b, Nõ enim pro teritam culpam uideri uolo redemisse,sed optimæ mentis cogitata iãpridem maturo tempore enunciare. de Or. 94 b, Ac si quæritis planè quid sentiam, enũciabo apud homines familiarißimos,quod adhuc sæpe tacui & tacendum putaui. pro S.R. 38 a, & contra Rul. 85 a, Quæ socijorum cõsilia aduersarijs enunciauit. pro S.R. 29 b, Enun-

Enunciare consilia alicuius alteri. Tusc.181 b,Enunciare commissa. pro Mur.129 b,Id enunciatis uestris mysterijs totum est contemptum. de Or.102 b,Enunciare mysteria dicendi. de D.86 b,Diræ enunciant euentura,nisi prouideris: id est,significant. Atti.157 a,Cosßinius ualde mihi bonus homo uisus est,& talis qualem esse eũ tuæ mihi literæ enunciarant: id est,significarant.

Eo,is. uado,uenio,iter facio,iter habeo,iter mihi est, aliquò proficiscor,pergo,cõcedo,uestigia pono, uestigiũ in aliquo loco facio,iter cõtendo,iter cõficio. Att.155 a, Dicã senatui nõ placere in Hispanias iri. pro Cl.28 b,In consilium iri oportebat. & ibid. Itum est in consilium. Epi.162 b,Posteaquàm itum est ad arma. In Vat.86 a, Quãdiu alium prætorem cum ijs iudicibus,quos,&c. de te in cõsiliũ iturum putastis? et 82 b,Si post Cal. Ian. in consilium iretur. I. A.175 b, Celeriter isti & redisti. pro Cl.92 b,1 lictor,colligamanus. I. A.207 a,& 158 a, Est enim ita decretum,ut ad saga iretur,ibitur. Qu.Fr. 324 a,Patiamur illũ ire nostris itineribus. I. C.101 b,Ire in exiliũ, & proficisci in exiliũ. Ep.3 a, Perficiebãt. n. Frequentes ierũt in alia omnia. & 151 a,Freques eũ secutus reliquit,& in alia omnia discessit. At.26,Equidẽ antequã tuas legi literas,in hominẽ ire cupiebã. pro Fl. 56 b,Prætor decreuit,ut si iudicatũ negaret, in duplũ iret. I. V.101 b,Dicebat istę,nisi eũ muliere decideretur in possessionẽ se iri passurũ. I. A.256 b,Si me rectis sentibus euntẽ dij adiuuerint. de Am.104 b, Quod quidẽ uere res ire cœpit,haud scio an aliquando futurum sit. At. 231 a,Incipit res melius ire quàm putaram. & 235 b, Prorsus res ibat. de Or.109 b,Cæsar dixit mihi à se Scæuolã hinc euntem esse cõuentũ: id est,uenientẽ. At.168 b,Is dixit se nobiscũ ire nõ posse. At.105 a,Tantũ illud ueremus,ne quẽ istuc euntẽ sine literis dimittamus. Q. F.319 a,Ad Pomponiam scribas uelim,cum aliquò exeundi tuit,ergastula soluit. pro S.R.34 b, Quæ res eum noctẽ una tantum itineris contendere coegit.

Eò,id circo. Att.5 b,Vindemiolas meas eò reseruo,ut illud subsidium senectuti parem. de Or.160 b,Quod eò sæpius testificor,ut,&c. & ib. Sed eò te non interpellaui, ne,&c. Ep.229 a,Eò pluribus scripsi,ut,&c. de Fi.129 b,Eò separanda fuit,&c. quia,&c. ad Her.17 b,Eò seci,non quòd,&c. sed,&c. Ep.147 a,Sed usq; mihi tem peranti,dum perducerem eò rem,ut dignum aliquid cõsulatu meo efficerem. ad Her.3 a,Si non ad extremum, sed usq; eò,quò opus erit, prosequemur.

Eo magis,hoc magis,eo plus,præsertim, eo minus,hoc minus. At.136 b,Ille cõsidebat,& eo magis,quod,&c. & 179 b,& 31 b,de Am.96 b,Eoq; magis: id est,præsertim. & 109 b,Off.15 b,In magnis animis id plerunq; contingit,eoq; magis,si,&c. At.38 b,id est,præsertim. At.177 b,Eo maximè,quod,&c. I. V.223 a, Atq; eo etiam magis,quod,&c. At.264 a,Nunc mi Capito,scio enim quantum semper apud eos,quibuscum sis,posse soleas,eo plus apud hominem facillimũ Plancum enitere,ut,&c. Att.179 b,Eo minus scilicet,quod,&c. Att. 177 a,Hoc minus,quod,&c. Epi.63 b,& 179 b,Et eo minus,quod me frigus Dalmaticũ illinc eiecit. pro S.R. 32 b,Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur. Tusc.187 a,b,Vt balistæ lapidum eo grauiores emißiones habent,quo sunt cõtenta uehementius: sic plaga hoc grauior,quo est missa contentius. I. C.105 b,Mementote non tam illum esse nobis, quàm hos pertimescendos: atq; hoc etiam magis sunt timendi,quòd, &c. At.30 a,Quanto magis,&c. eo celerius,&c.

Ephebus,bi. puber. de Na.17 a,E gregibus epheborum uix singuli reperiebantur pulchri. pro Fl.257 a,Quem tu ephebum cognouisti. de Or.138 a,Nam is postquam excesßit ex ephebis.

Euestigiò. repentè. Epi. 56 a, Euestigiò eò sum profectus prima luce. I. V. 56 b, Sed repentè euestigiò ex homine, &c. factus est Verres.

Euidens, tis. clarus, apertus, perspicuus, dilucidus. Acad. 5 b, Pleriq; definitiones euidentium rerum non improbant. & 12 a, Euidentes et perspicuæ res. de N. 61 b, Euidens est, de quo inter omnes conueniat. & 26 b, Quid enim est hoc euidentius? de Amic. 101 a, Quod in homine multo est euidentius. Top. 229 b, Narratio euidens, id est, dilucida. de Vniuer. 200 b, Mensura euidens. pro Cæl. 42 a, Argumentis agemus, & signis omni luce clarioribus crimina refellemus.

Euidentia, tiæ. perspicuitas. Acad. 5 b, Nihil est clarius εὐαργείας ut Græci, perspicuitatem aut euidẽtiam nos, si placet, nominemus. & ibi. Sed tamen orationem nullam putant illustriorem ipsa euidentia reperiri posse.

Euigilo, as. uigilo, incumbo, elaboro. Parad. 118 b, In quo euigilarunt curæ & cogitationes meæ. At. 148 a, Honesta atq; expedita tua consilia, quàm euigilata tuis cogitationibus. et 282 a, Messala tanta est industria, tantoq; euigilat studio, ut, &c.

Euinco, cis. conuinco. I. V. 76 b, Verres tam nefarijs criminibus, tam multis testibus euictus.

Euisceratus, ta, tum. uisceribus exemptus, confossus, discerptus. de Diu. 136 a, Euiscerata, inanima, cum animali sono. ex Pacu. I. P. 88 b. & Tusc. 171 b, Vt tu uspiam saxis fixus asperis, euisceratus latere pẽdẽres, ut ait ille, saxa spargens tabo. Item ibidem, 179 b, Ennij.

Euitatio, nis. Ad Her. 6 b, Euitatio incommodorum.

Euito, as. uito, effugio. Orator. 216 a, Vt uersum fugimus in oratione, sic ij sunt euitandi continuati pedes. de Finibus, 129 a, Ne uitationem quidem doloris ipse per se quisquam in rebus expendendis putauit, nec sic etiam euitare posset.

Euitari uitam, id est, eripi, auferri. de Orat. 163 a, & Tusc. 166 b, & 200, Hæc omnia uidi inflammari, Priamo ui uitam euitari.

Eulogium, gij. l. Elogium.

Eumenides, furiæ. de Nat. 68 b, Eumenides, quæ si deæ sunt, quarum & Athenis sanum est, & apud nos, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ego interpretor, lucus furiæ, furiæ deæ sunt, speculatrices credo uindices facinorum & sceleris.

Eumolpidæ. de Leg. 177 a, Quid ergo aget Inachus, Eumolpidæq; uestri et augusta illa mysteria? siquidem sacra nocturna tollimus?

Eunuchus, chi. exectus, castratus. Orat. 210 a, Eunuchi è Syria Aegyptoq;.

Euocatio, onis. ad Her. 19 b, Euocationes hominum.

Euocator, oris. I. C. 102 b, Euocator seruorum & ciuium perditorum.

Euocatus, ta, tum. miles auxiliarius et externus, ex diuersis locis uocatus. Ep. 244 d, Euocatorum firma manus. & 162 a, & 34 b.

Euoco, as. elicio, exuscito, excito. I. V. 162 d, Ita Agyrio quinq; primi accitu ijstius euocantur. At. 82 a, Nam uocari ex insula Cyprios non licet. I. V. 81 b, Verres statim Messana literas dedit, Dionem euocauit. Att. 119 a, Non expulsi, sed euocati è patria. pro De. 146 a, Et uenit uel accersitus ut socius, uel euocatus, ut is qui senatui parere didicerat. de Or. 141 a, Iuuenes stant ad ianuã duo, qui te magnopere euocant. Att. 38 a, Sic te euocabam, ut nihil acrius. de Fin. 85 b, Probitas præmiorum mercede euocata. pro De. 151 a, Misericordia tua occurrere solet supplicibus, nullius oratione euocata.

Euolo, as. auolo, effugio. I. V. 253 a, Euolarat iam è conspectu ferè fugiens quadriremis. I. V. 78 b. & pro Mur. 143 b, Confringat iste sanè ui sua cõsilia senatoria, quæstiones omnium perrumpat, euolet ex uestra seueritate. Ep. 190 b, Quin hinc ipse euolare cupio. pro Deiot. 149 b, Vbi id quod intus est atq; nostrum, impunè euolare potest. de Cl. 190 a, Itaq; tantos processus faciebat, ut euolare, non excurrere uideretur. de L. 165 a, Aquila euolauit ex arbore. I. A. 193 b, Liceat ex hac flamma euolare. de Pro. 17 b, Quam pœnam tum euoluerunt. i. effugerunt. de Som. 127 b, Qui ex corporum uinculis tãquam ex carcere euolarunt. de D. 103 b, Quorum animi spretis corporibus euolant, & excurrunt foras. pro Sest. 8 b, Consul exanimatus euolat è senatu. de Or. 98 a, et 110 b, Tantus cursus uerborum fuit, & sic euolauit oratio, ut, & c. Ep. 7 b, Quem illi esse in principibus facilè sunt passi, euolare altius certè noluerunt.

Euoluo, uis. explico. pro Cl. 49 a, b, Cuius ego crimini neq; principium inuenire, neq; euoluere exitũ possum. Off. 67 a, Si quis uoluerit animi sui complicatam notionem euoluere. In Arat. Quare ergo nunc nequeo totos euoluere cursus. At. 146 a, Totam hanc deliberationem euoluis accuratius in literis VIII. Cal. Mar. datis. To. 221 b, Euoluere id quod inuolutum est. de Or. 162 b, Euoluere aliqua: id est, explicare & exponere. & 141 a, Aliquando te euolutum nudatumq; uideo illis integumẽtis dissimulationis tuæ. Aca. 28 b, Euoluere naturam omnium rerum, At. 145 a, Euolui uolumen epistolarum tuarum. Tusc. 153 b, Euolue diligenter eius librum, qui est de animo. de Fin. 63, In poetis euoluendis tempus consumere.

Euolutio, onis. lectio. de Fin. 53 b, Quid historiæ cognitio? quid poetarum euolutio? quid tanta tot uersuum memoria uoluptatis affert?

Euomo, mis foras proijcio. I. C. 104 b, Quod tantam pestem euomuerit, forasq; proiecerit. de N. 51 a. & I. A. 198 a, Conchas concoquere & eas postea euomere. pro

Mil. 116 b, Non uereor, ne odio inflammatus hæc in illum euomere uidear. de Am. 122 b, Apud quem euomere uirus acerbitatis suæ. I. P. 99 a, In quou acceptatemen & deuorata pecunia Vticanorum centum talenta euomere non poteras.

Euphrates, tis. fluuius. de Nat. 52 b, Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis nouos agros inuehit.

Euripides, dis. Ep. 259 a, Ego singulos Euripidis uersus, singula eius testimonia puto.

Euripideus, dea, Tusc. 203 a, Euripideum carmen.

Euripus, pi. de Leg. 269 b, Ductus aquarum, quos ijsti Euripos uocant. de Nat. 64 a, Quid Chalcidico euripo magis motu identidem reciprocando putas fieri posse constans? pro Muren. 132, Quod fretum, quem euripum tot motus, tantas tam uarias habere putatis agitationes aestuum? I. Nilus.

Europa, pæ. è tribus mundi partibus una, sed minor. de N. 64 b, Europam Lybiamq; rapax ubi diuidit unda. et pro Fl. 159 b.

Eurotas, tæ. fluuius. Tusculan. 182. 247. Inuent. 74. Attic. 242.

Eurus, euri, uentus ab ortu flans. At. 252.

Eutelsio, onis. de Nat. 71 a, Aesculapius primus dentis euulsionem inuenit.

Εὐθυμία. animus terrore liber. de Fin. 145 a, Democritus ex illa inuestigatione naturæ consequi uolebat, ut esset bono animo: id enim illi summum bonum εὐθυμίαν & saepe ἀπαναξίαν appellat, id est animum terrore liberum.

Εὐταξία. I. Ordo, collocatio, dispositio.

Euxinus pontus. de Or. 99 a.

Ex, de, à, ab. de Vniu. 197 a, Vinculorum id est optimum, quod ex se, atq; de ijs quæ astringit, maxime unum efficit. pro Arch. 190 a, Ennius in sepulchro Scipionum constitutus ex marmore. I. V. 119 a, Statua ex ære fusa. & 216 b, Simulachrũ ex ære. & 214 a, Poculum ex auro. de D. 90 b, Alexander ex eo auro buculam fieri curauit. de Nat. 67 a, Temperantia constat ex prætermittendis uoluptatibus. Off. 32 a, Ea uirtus quæ constat ex hominibus tuẽdis. i. ex societate generis humani. & 16 a, Quanquam hæc quidem res, nõ solum ex domestica ratione est, attingit enim & bellicam. At. 128 b, Ex literis Pompeij non dubitabam, quin, & c. & 280 b, Veterem tuas literas, ex quibus cognoui, & c. & 280 b, Veterem ex tuis literis complexus sum. et 111 b, De quibus ante ad te falsum ex Torquati literis scripseram. & 264 a, Atq; hoc poteris ex superioribus meis literis recordari. Quo 251 a, Tu ex meis literis quãdo respõdeas meditare. Quo Frat. 506 b, Noli, inquit, ex taciturnitate nostra iudicare. Quid aut probemus aut improbemus, iudicare. Quo. Fr. 306 a, b. Ex superiorũ temporũ cõiicijs, ex præsenti statu, ex illa inuestigatione naturæ consequi uolebat, ut esset bono animo: id enim illi summum bonum εὐθυμίαν & saepe ἀπαναξίαν appellat, id est animum terrore liberum. Zeuxis, quẽ ego et ex suis ciuib. et ex multis alijs quotidie magis cognosco nobiliorẽ esse propè, quàm cuiusquã. pro Sud. pro S. R. 21 a, Spero ex hoc ipso nõ esse obscurũ, quẽ, & c. de Or. 93 b, Ex magna hominũ frequentia dicere iubebat, si quid quæreret. & 92 b, Ex cõmuni quadã hominũ opinione dicere. Off. 66 a, Ex alterius iniuria prædari. I. A. 205 b, Res ex Ca. Ia. agitata, paulo ante cõfecta est. I. A. 262 a, Ex Ca. Ian. ad hãc horã uigilauimus. At. 138 b, Ex ea die Septentriones uenti fuere. pro Qu. 4 a, Ex eo tempore res esse in nadimonium cœpit. At. 251 a, Sumptus ex Cal. April. ad H S. LXXX. accommodatar. pro Domo, 227 a, Ex Calendis Ianuar. quoad perfectares est, de me retulisti. At. 76 b, Futurus sum extra urbem ex idibus Ian. I. A. 153 a, Nec uerò usquam discedebam, ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati fuimus. de Cl. 194 b, Cotta ex consulatu profectus est in Galliã. I. V. 71 b, Tribuni militares ex Calend. Ian. nõ iudicabunt. contra Rul. 77 a, Infinito ex tempore non ut antea ab Sylla & Pompeio Coss. Off. 42 b, Ex qua ætate qui exercentur, laude affici solẽt. pro Sest. 3 a, Si quis antea iudices mirabatur, & c. ex hoc tempore miretur potius, etc. pro Do. 231 b, Tantũ ex uetere illa coniuratione odiũ continebat. de Leg. 160 b, Ex tot generibus nullum animal est, & c. & ibi. De ipsis hominibus nulla gens est, quæ, & c. de Am. 108 a, Hunc ex maximè raro hominum genere iudicare debemus. de Or. 98 b, Homo ex numero discrtorum postulabat, & c. pro Ar. 188 b, Ex hoc esse hunc numero, quẽ, etc. pro Mur. 142 a, Fuit eodẽ ex studio uir eruditus apud patres nostros Q. Tubero. I. V. 131 b, Nihil ex sacro, nihil de publico attigit. Off. 39 b, Honestum illud maximè perlucet ex ijs quas commemoraui uirtutibus. contra Rul. 70 b, Si uobis ex omni populo deligendi potestas esset. et ibi. Quẽ unum ex cunctis delegissetis. Anteq. 197 a, Quæcunq; admini strauí, ex uestra autoritate, & patrũ conscriptorũ uoluntate feci. I. P. 86 b, Illud etiã accidit præter optatum meum. sed ualde ex uoluntate. contra Rul. 79 a, Ex sua uoluntate facere, etc. I. V. 65 b, Duo consules erunt ex illius uoluntate. pro Qu. R. 46 a, C. Piso ex aduersarijs peneuiam non peteret. pro Qu. 5 b, Ex sponso agere. pro Quim. 8 b, Ex officij ratione, atq; ex omniũ consuetudine factũ alicuius considerare. de N. 75 a, Quæ ex exemplo aut uendito, conducto aut locato fiunt. Par. 240 b, Fides ex fortuna ponderanda non est. pro S. R. 74 a, Ex omnibus iudicio factũ alterius considerare. pro Qu. 1 b, Si ex opibus, nõ ex ueritate causa pendetur. de Orat. 153 a, Ex iure ciuili furculo defringendo usurpare possessionẽ amissam. pro Mur. 129 b, & 131 a, Ex iure manu conseruam. pro Cl. 39 a, Iudex qui nõ ex lege sedisset. pro Sex. R. 22 b, Ex sua natura cæteros fingere. de Ar. 248 a, Domus mea ædificatur ex autoritate senatus, pecunia publica. At. 273 b, Facis ex tua dignitate & è repub. et 72 a, Statues ut ex fide, fama, req; mea uidebitur. de Diu. 90 a, Somnia quæ Magi Cyro interpretati sunt ex Dionysij Persicilibris. At. 80 b, Te ex sententia nauigasse gaudeo. pro Cor. 67 b, Nauigium ex tempestate moderari. de Or. 121 a, Non ex reis, sed ex rebus numerare causas. pro Qu. R. 52 b, Non ex pactione uerborũ, sed ex malicia & perfidia dij hominibus irasci solẽt. de Claris Or. 190 b, Ex te nos duplex afficit solicitudo. pro Rab. 126 a, Demetrius et ex repub. Athenis, quam optimè digestat, & ex doctrina nobilis & clarus. pro S. Ros. 32 a, Quæ mihi iste uisus est ex alia oratione declamare. pro Qu. R. 54 a, Ex iurisperitorum consilio & autoritate restipulari ab aliquo. pro Font. 279 a, Aliqui ciuilibus studijs atq; ex obtrectatione domestica inimici. Off. 38 a, Alexãder Pheræus ex insidijs interijt. & 27 a, Ex insidijs capi. de Clar. 173 a, Spurius doctus ex disciplinis

Stoicorum. At. 207 b, Totam Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. Par. 124 b, Populus Romanus ex tãtis uectigalibus iampridem uix potest alere exercitum. Or. 207 a, Rhetoricã quasi ex altera parte respondere Dialecticæ. At. 117 b, Diem ex die expectare. I. V. 18 b, Ex interuallo regustare aliquid. Att. 159 b, Aenigma Opiorũ ex Velia. Off. 65 a, Pater sæpe ex filio est nominandus. Ep. 259 b, Vereor ne ex Calend. Ian. magni tumultus sint. et 214 b, Negocia mea quæ sunt in Achaia, ex eo quòd hæres sum M. Mindio. et 203 a, Is non est ex istis. et ibi. Aulus unus ex meis intimis. et 196 a, Ex re & ex tempore constituere aliquid. & 185 a, Ex opinione hominũ scribo quæ scribo. Tusc. 239 b, Ex turri alta cõcionari. & 234 b, Ex aliqua re spectare aliquẽ: id est, æstimare. Epi. 177 a, Ex hoc pendẽre tõtam negocium, ut plurimum lucri fiat. et 2 b, Treis legatos ex ijs qui pridem uisti sunt, & c. Tusc. 225 a, Ex præceptis sapientium uiuere, id est, ut præcipiunt sapientes. Ep. 131 b, Eaq; me ex tuis mandatis monuit. & 34 a, Ex literis tuis intellexi. At. 34 a, Ex literis alicuius aliquem in amicitiam recipere. Ep. 32 b, Ex illius sermone ad te scribam plura. & 137 a, Ex aliquo scire, ex aliquo quærere. de In. 44 a, Ex ore alterius loqui. Tusc. 160 b, Ex quo. ad Her. 5 b, Ex testamento iuberi, & ex plebiscito uetari aliquid facere. ad Her. 23 a, Ex arte scribere. de In. 44 a, Ex arte dicere. & 45 a, Ex se et ex natura considerare aliquid. & ibi. Ex se nihil firmi dare ad recusationem. & ibi. Ex eadem parte eodem in genere. de Nat. 32 a, Ipsum ex se sua sponte moueri. & 31 a, Quæq; ipsa ex se generata stirpibus continentur. de In. 50 b, Ex tẽpore: id est, subitò. de In. 55 b, Ex utilitate cõmuni leges interpretari, nõ ex scriptione quæ in literis est, et ad utilitatem communẽ. & ibi. de In. 55 b, Ex legibus optimè respub. administratur. et ibi. Ex se intelligi propositio dicitur, cum approbationis nõ indiget. de In. 56 a, Ex lege iurati iudices iudicẽt. de Op. 244 b, et 245 a, Ex Græco, uel è Græco, uel à Græco cõuersa oratio. Ex uita, uel è uita, uel à uita excedere. l. Excedo. At. 252 b, Ex Zenone cognoscam.

Exactio, onis. pensio, tributum, stipendium, uectigal. At. 67 a, Ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur. Ep. 164 a, Magno pondere auri coacto de publicis exactionibus. et 37 b, Illa acerbissima exactio capitum atq; ostiorum. et de L. 180 b, Exactio pecuniarum. pro Do. 223 b, Quid operum publicorum exactio? quid inscriptio nominis tui?

Exactio, nis. id est, expulsio. de Or. 88.

Exactus, a, um. completus. I. V. 85 b, Latonam iam ad pariendum uicinam tẽporibus exactis fugisse Delum. Tusc. 168 b, Eorum autem qui exacta ætate moriuntur, fortuna laudatur. & I. V. 239 b, Pater exacta ætate. I. C. 112 a, Tertia ferè uigilia exacta. de Nat. 77 a, Per præconem uendidisse, exactaq; pecunia dixisse, ut, & c. id est, collecta & accepta. de Or. 88 a, Quid exactis regibus, id est, expulsis.

Exacuo, ui. acuo, cohortor. Attic. 198 a, Velim cohortere & exacuas Cloatium. de Legib. 168 a, Cùm homo exacuerit illam ingenij aciẽ ad bona diligenda, et reijcienda contraria. de Leg. 188 a, Clodius ad statũ nostrũ labefactandum mucronem tribunitium exacuit. de Or. 95 b, Ad nos exacuẽdos accommodaui orationem meam.)(.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deterrere.Ep.158 d,Solicitudinesq; meas quotidie magis tua merita exacuunt.

Exaduersus.aduerbium, pro eregionè, ex aduerso. de Diuin.101.

Exædificatio,onis.constructio,compositio.de Oratore,114 d.

Exædifico,as.ædifico.I.V.245 d, Nauis publicè gratis coactis fabris operisq; imperatis exædificari atq; effici potuit.de Ora.98 d, Te rogo ne grauere exædificari id opus quod instituisti.de Legib.178 b, In nostris sedibus exædificatum templum licentiæ.Ac.32 d,Ne exædificatum quidem hunc mundum diuino consilio existimo.

Exæquo,as.æquo,æqualè uel parem facio.I.V.133 b,Iste omnia iura precio exæquauit, omnium rerũ delectum atq; discrimen pecunia sustulit,et de Fin.92 d,Exæquare omnia.Postquam.203 d,Superiorẽ esse cõtra improbos minus est negocij, quàm bonis exæquari. In Arat. Exæquare unum cum alio.de Am.109 b,Qui in amicitiæ necessitudine superiores sunt, exæquare se cum inferioribus debẽt.ad He.30 d, Pauci pluribus exæquari nõ possunt.Epist.218 b, Sed uereor,ne quia complures tibi præcipuè commendo,exæquare uidear ambitione quadam cõmendationes meas. Att.62 b, Pecunia omniũ dignitatẽ exæquat.ad Her.30 b,Vt longitudo & plenitudo harum,multitudinẽ alterius æquatur & exæquet.

Exaggeratio,onis. elatio. Tusc.188 b, Exaggeratio quam altissimi animi.

Exaggeratus,a,um.erectus,cumulatus,amplus. Par.ad.224 d,Qui animo excelso,& alto,& uirtutibus exaggerato est.Or.225 b,Alia & exaggerata oratio.)(.Humilis & abiecta.

Exaggero, as. amplifico, uerbis aliquid magnum facio.)(.Extenuo. de Orat. 105 d, Veritus es nisi istam artem exaggerasses, ne operam perdidisses. pro Plan. 274 d, At enim nimis ego magnum beneficium Plancio facio, & ut ais,id uerbis exaggero.de Orat.135 b,Id complector,exorno,exaggero.& 152 b, Exaggerare & amplificare orationem.de Clar.Or.170 b, Hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio.I. C. 122 d, Benignitate deorũ auctas exaggerataſq; fortunas nox una penè deluit.Off.19 d, Rem familiarẽ omni ratione exaggerare. Tus.200 d,& 238 d,Exaggerare aliquid.)(. Extenuare.

Exagitator,ris.uexator.Or.200 b,Plato exagitator omnium rhetorum.

Exagitatus,a,um. Ep.2 b, Vt in rebus multa antequàm tu profectus es ab ipso rege,et ab intimis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à consularibus exagitatis,& in summam inuidiam adductis,ita uersamur.

Exagito,as.uexo,diuexo,infector,exerceo,tracto. de Or. 148 d,Inuenti sunt.qui hanc dicendi exercitationẽ exagitarent atq; contemnerent. At.12 d, Insectari & exagitare aliquem. Orat.199 d,Quo'nam igitur modo audiretur Phryx Athenis,cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus.& 210 b, Quod apud Lucilium scitè exagita in Albutio Scæuola. Attic.4.1,Ne & meum mœrorem exagitem,& te in eundẽ luctũ uocem.pro Syl.178 b,Colonorum dissensio delata ad patronos est, cum multos annos esset exagitata. Or.198 d, Horũ enim disputationib.et exagitatus maximè orator est,et adiutus. Postquam.208 b,Causam senatus exagitatam esse concionibus improborũ.de Som.131 d, Nec in hunc locũ nisi multis exagitati seculis reuertitur:id est,exerciti,et agitatis exagitati seculis reuertitur:id est,exerciti,et agitatis.

Exalbesco,scis.expalleſco,extimeſco.de Or.93 d,Equidem in me ipso sæpe experior, ut exalbescam in principio dicendi.& 165 b.Ac.13 d,Tremere & exalbescere obiectare terribili.de Fin.131 b,Exalbescere metu.

Examen,nis.apum congregatio. Off.31 b,Apum examina fingunt suos.de Ar.249 b,Si examen apum laudis in scenam uenisset.

Examino,as.perpendo,expendo,pondero,excutio,discuto,excquiro,in manibus tacto,& excutio.de Or.123 d,Sed ea probanda,quæ non aurificis statera,sed quadam populari trutina examinantur. pro Planc. 276 d, Sed ego hoc meis ponderibus examinabo,quid cuiq; beam.Or.199 d,Diligenter examinare uerborum omnium pondera.Tus.157 b, Cum enim sui similem & æquitatem & calorem adeptus est,tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur. pro Font.278 b,Ad unamquamq; rem examinandam, momentoq; suo ponderandam.

Examinatus,a,um.expensus.Tusculan.157 b, Animus tanquam paribus examinatus põderibus nullam in partem mouetur.

Exanguis,gur. exanimatus. de Ar. 242 b,Ille exanguis & æstuans se è curia repentè prorupit.I. P. 98 b, Cum tu,quod tibi succederetur,exanguis & mortuus exanistí.I.V.202 d, Exanguium corpora mortuorum.pro Sest.20 b, Aliquis extremo spiritu exanguis & confectus.& 84 d,Homo eneruatus & exanguis. Qu.Fr.398 d,Ille furens exanguis interrogabat,&c. Tusc.196 d, Lachrymæ perdere humore exangueis genas. ad Her. 27 b,Aridum & exangue genus dicendi.

Exanimatio,onis.Offic.26 b,Sic cauebimus,ne in perturbationes atq; exanimationes incidamus. Tusculan. quæst.213 d,Exanimatio est metus subsequens,& quasi comes pauoris.

Exanimatus,a,um.exanguis,metu conturbatus.I.Cat. b,Meam mẽtem domum sæpe reuocat exanimata uxor, metu abiecta filia.I. V.147 d,Itaq; illum mutum,exanimatum,& uix uium relinquo.de Or.146 b, Nolo uereri exiliter exanimata excire. pro Mil. 113 d, Milo nullo metu perterritus,nulla conscientia exanimatus.Ep.214 b,Miraris me tanta perturbatione adolescentis tuæ exanimatum fuisse?

Exanimo,as.perturbo,perterrefacio.At.162 b, Adolescentis Philotimi exanimauit omnes qui mecum erãt.pro Mil. 118 b,Me quidẽ exanimant & interimunt hæc uoces Milonis.Par.116 d,Te metus exanimat iudiciorũ.Mar.23 d, Tulliæ meæ morbus me exanimat.de Orat.95 d, Adolescẽtuliq; in initio dicendi sic exanimatis sum,ut,&c. Ep.124 b,Exanimatus sum tuis literis,& cadè vin. 84 d, Cùm graui uulnere exanimari uideret se. Tusc. 243 d, Deniq; ut exanimarentur, priusquà se uidos faterentur. Exantlo,ab ἐξαντλάω,exhaurire, significat enim exhaurio. perfungor, haurio.de D.122 d, Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos. Tusc.174 b, Quod cũ exantlauisset omnes labores, tum ineideret in mortis malum sempiternum.

Exantlatus,a.um.Tusculan.179 d, Quæ corpore exantlato atq; animo pertuli. Ac.27 d, Herculis labor exantlatus à Carneade. Vnum pro omnibus haurire indignissimam calamitatem.l. Haurio . Excipere multos labores.l.Excipio. Perfungi periculis.l.Perfungor.

Exardesco,is.exarsi,inflammor.de Ora.125 d, Materiâ facilis ad exardescendum.de Am.115 d, Mirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo.de A.115 d,Ex quo eorum exardescit amor,&c.Tusc.187 b,Ira exardescit,libido concitatur.I.V.89 d, Homo ut hæc audiuit,exarsit ad id quod nũquam uiderat,id est,amore captus est.Ep.15 d,Exarsi non solùm præsenti iracundiâ, sed,&c.At.35 d,Nunc uerò sibilis uulgi,& c. uereor ne exarserit.I.V.118 b,Homo exarsit iracundia & stomacho.de Or.145 d,Philippus grauiter exarsit,id est,iratus est.Tusc.244 b, Ingenium Carneadis exarsit contra Stoicorum disciplinam.Br.90 b,Is in causa Bruti exarsit incredibili dolore.Orat.206 d, In omni genere amplificationis exarsimus.I. A.194 d,Hodie longo intervallo ad spem libertatis exarsimus.et 228 b,Tota Italia libertatis desiderio exarsit.et 231 d, Ipsi enim sponte ue stra exarsistis ad libertatis recuperandæ cupiditatem. pro R.P.124 b, Quanquam tum propter multorum delicta etiam ad innocentiũ periculum tempus illud exarserat. pro Syl. 181 b , Ex multis uitijs repentè ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit . de Amic . 110 b, Nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit. de Diu.94 b,Præsagitio,etc.qui si exarsit acrius,furor appellatur.de Arusp.254 d,Ego illam flammam excepi, pro patria solus exarsi.

Exarefco,scis.exsiccari,exhauriri,absumi.)(.Reuiresco. de D.88 b, Vt quosdam exaruisse omnes uidemus. & I. P. 97 d, Si omnes exaruissent. de Cl. 166 d, Sic omnis fruãus repressus, exustusq; flos siti ueteris ubertatis exaruit. At.167 d, Miror eius lachrymas diuturna miseria non exaruisse.de Clar.171 b , Itaq; exaruerunt , uix iam ut appareant.Ep.138 d, Deinde ipsa illa, si qua fuit in me facultas orationis , nisi me ad has exercitationes retulissem , exaruisset. & 106 b , Vides enim exaruisse iam ueterem urbanitatem . ad Her . 24 , Aliquando rei publicæ rationes quæ malicia nocentium exaruerunt, uirtute optimatum reuiruescunt.

Exaro,as.arando effodio. de D. 119 d , An est quisquam tam insipiens, qui credat exaratum esse Deum ? & 125 d, Exaratus puer.de Leg.182 d, Cùm multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt.

Exarare,colligere.I.V.Act.3,Iis plus frumenti importabatur,quàm quantum exararant.Eadem: Hæ literæ Iulia bornotimi exarauerunt.Sæpe in ijsdem Verrinis hoc modo utitur.

Exarare,scribere.Att.217 d, Ante lucem cum scriberem contra Epicureos,de eodem oleo & opera exarui, nescio quid ad te . & 185 d , Hoc literarum exaraui egrediens è uilla ante lucem. & 255 b , Itaque statim nouum præmium exarui. Epist.196 d, Hæc cum essem in sena tu exarui.& 142 b,Cum ad te harum exemplum in cocidilis exarui.

Exaturo,as.uel exsaturo,as.l.Exsaturo.

Exaudio,dis.audio.I.C.122 b,Sed quæ exaudio,dissimulare non possum. pro Syl. 173 b , Vt idem omnes exaudiant,clarissima uoce dicam.& ibid.d,Maxima uoce,ut omnes exaudire possint,dico,&c.de Diuin.95 b , Cum aliquantulum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum.Attic.9 d,Tanti sonitus fuerunt , ut ego eo breuior sim,quòd eos usq; istinc exauditos putem.& 59 b , Vix enim mihi exaudisse uideor.Aca.6 b, Multa exaudiunt in eo genere exercitati.de Finibus,63 b , Qui exaudita quasi uoce naturæ,sic,&c.ad Heren.7 b,Num qui clamor exauditus sit.I.C.102 b,Quorum uoces paulo antè exaudire potuisti.Orat.115 b,Sed non attendimus, neq; exaudimus nosmetipsos. At.220 b,Heri in strepitu mihi uideor exaudisse,cum diceres,&c.

Excæco,as.sensu uidendi orbo.Ac.19 d,Num ergo is excæcat nos,aut orbat sensibus?

Excandescentia,est ira nascens et modò existens,quæ Græcè dicitur θύμωσις.Tusc.213 b.

Excandesco,scis.exardesco.Tusc.218 d,Hæc nullam habent uim,nisi ira excanduit fortitudo.Ep.122 d, Id postquam resciit , excanduit , & me causam inimicitiarum quærere clamitauit.

Excarnifico,as.discrucio.de N.76 b,Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus.

Excauo,as.cauo.I.V.214 d,Trulla excauata,cum manubrio aureo.

Excedo,dis.exeo,emineo.Att.282 b,Vos fortassè sapientius excessistis urbe,quàm liberaueritis.Ep.165 d,Finibus prouinciæ meæ nunquam excessi.I. A.154 b,Excedere ex urbe.I.C.104 b,Abijt,excessit,euasit,erupit. Postquam.205 d,Cum is excessisset, qui cædi et flammæ uobis autoribus restiterat.In Ant.218 b,Nisi prius sibi respondisset,quàm ex illa circumscriptione excederet. de Diu.91 b , Cum animus Eudemi ex corpore excesserit. pro Arch.186 d,Vt primùm ex pueris excesserit Archias. de Orat.138 b,Nã is postquam excessit ex ephebis,&c. de Cl.189 d, Sed ad eos qui uita excesserũt reuertamur. Off.31 d,Excedere è uita.& de Cl.171 b.Tus.154 d,Excedere à uita.Parad.123 b,Quid cum cupiditatum dominatus excesserit?de Vn. 197 b , Sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt , ut nulla pars huiusce generis excederet extrà.I.S.174 b,Ea pars, quò tàquam in unam uoraginem cœtus omnium uitiorum excesserat.

Excellens,tis.præstans,præstabilis,præcellens,antecellens,eximius,egregius, excellenti animo ac uirtute uir.)(.Vulgaris.de Cl. 199 b,Virum excellentem præclarè tum illi homines florem populi esse dixerunt. de D. 135 d,Dij immortales rerum omnium præstantia excellentes.de N.1 b , Vt una excellentissima uirtus iusticia. pro S.R.5 d,b,M . Petrei excellens in amore reip.uirtus. de In.62 d,Excellens muliebris formæ pulchritudo. Tusc. 148 b,Excellens in omni genere uirtus. pro Ar. 189 d, Excellenti animo ac uirtute uir.de Cl.196 b,Galba fuit inter tot æquales unus excellens. Ac.41 b,Vir excellens omni genere laudis.de Cl.189 b, Excellẽs in aliqua arte. de N.13 d,Et piè sanctèq; colimus naturam excellentem atq; præstantem.Ep.48 d,Tua scientia excellens ac singularis.Anteq.196 b,Dij,qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.

Excellenter.magnificè,excelsè.Offic.13 d,Quæ magno animo fortiter excellenterq; facta sunt.

Excellentia,tiæ.præstantia. Off.20 d,Nobis autem personam imposuit ipsa natura,magna cum excellẽtia præstantiaq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantiaq; animantium reliquorum. de Ami. 109 d, Sæpe enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro (ut ita dicam) grege. Off. 19 b, Decorum. i. quod consentaneum est hominis excellentiæ. Off. 4 b, Animi excellentia magnitudoq; κατ' ἐξοχὴν. l. Enthymema.

Excello, lis. præsto, antecello, anteslo, emineo, eniteo, princeps sum. de Clar. 172 d, Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. et 184 a, Tus. 174 a, Sed ab ea una uirtute quæ cæteris excellat, omnes nominatæ sunt. de In. 62 a, Zeuxis longè cæteris pictoribus excellebat. de Orat. 228 b, In iocis tu longè alijs mea sententia excellis. & ibid. Attici in eo genere præter cæteros excellunt. Orat. 197 b, In oratoribus uerò admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Ora. 156 d, Si quærimus quod unum excellat, ex omnibus doctis oratori palma danda est. de In. 42 b, Excellere inter aliquos. de Leg. 166 d, Qui singulis uicijs excellunt, aut etiam pluribus. de D. 99 a, Telmesus in Caria est, qua in urbe excellit aruspiciũ disciplina. de D. 88 d. Igitur oraculum illud nunc minore gloria est, quia minus oraculorum ueritas excellit. de Am. 116 d, Nõ enim tu possis, quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere. Epi. 177 b, Excellere in aliquo genere uirtutis. Ac. 2 a, Excellere ingenio & doctrina. de Or. 103 b, Qui in aliqua arte aut facultate excellit.

Excelsè. altè, excellenter. Or. 207 b, Excelsius & magnificentius dicere.

Excelsitas, tis. celsitas, altitudo. Offi. 56 b, Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi & magnitudo, quàm uoluptas, &c. Nonius. aliter, celsitas.

Excelsus, a, um. altus, sublimis. Att. 66 b, Septa marmorea facturi sumus, eaq; cingemus excelsa porticu. In Ve. 217 d, Hæc erat posita Segestæ sanè excelsa in basi. pro Mil. 111 b, Atqui excelso loco superiorè se fore putabat Milo. de Som. 127 d, Ostendebat autè Carthaginem de excelso, pleno stellarum, illustri & claro. de Nat. 21 b, Ibes sunt aues excelsæ, cruribus rigidis, & c. I. V. 217 d, Erat admodum amplum et excelsum signum cum stola. In Ara. Excelsi colles. Attic. 88 d, Statua quæ ad Opis per te posita in excelso est. I. C. 115 d, Simulachrum Iouis maius facere, et in excelsum collocare. de Opt. 244 d, Ii quos nihil excelsum magnificumq; delectat. pro Mur. 138 b, Vir magnus & excelsus. Or. 207 b, Orator grandis, & quodammodo excelsus. Tusc. ul. quæst. 177 a, Vir altus & excelsus et humana despiciens. Off. 16 d, Animus excelsus & magnificus. & 4 d, Animi excelsi atq; inuicti magnitudo ac robur. Epist. 19 b, Excelso & illustri loco sita est laus tua. ad Her. 18 b, Parem aut excelsiorem fuisse.

Exceptio, onis. adiũctio. de Am. 107 b, Tum sit inter eos omnium rerum sine ulla exceptione communitas. Epist. 82 d, Quotiescunq; filium tuum uideo, polliceor & studium quidem meum et operam sine ulla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem & autoritatem cum hac exceptione, quantum ualeam, quantumq; possim. contra Rul. 70 b, Optimæ leges hac lege sine ulla exceptione tollentur. de Fin. 69 d, Quid attinet luxuriosis ullam exceptionem dare? pro Cor. 61 d, Quòd si exceptio facit ne liceat, ibi inesse est licere. cõtra Rul. 62 b, Sunt in tota lege exceptiones duæ, ex-

cepit enim, etc. de In. 69 d, Prætorijs exceptionibus nulla excluduntur actiones. et ibi. Excepto, extra quam in reum capitis præiudicium fiat. pro Cec. 289 d, Prætor interdixit sine ulla exceptione, tantum ut unde deiecisset, restitueret. de Or. 98 b, Vt illi unde peteretur, mitis atq; usitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuisset. de Or. 98 b, Vt petitor rursus cum peteret, tu exceptione excluderetur. de In. 53 b, Exceptio, extra quã si quis. & c. At. 87 b, Habeo exceptionẽ ἐπὶ διανεμήσει, extra quam si, &c. de In. 83 a, Homines ut cibo utuntur non necesse est, nisi cũ illa exceptione extra quam si nolint fame perire. & ibi. Homines mortales necesse est inuite perire. & ibi. Homines mortales necesse est inuite fame perire. & ibi. Homines mortales necesse est inuite perire sine adiuncto, id est. sine exceptione. ad Heren. 4 b, In priuatis actionibus, prætoriæ exceptiones sunt. I. V. 252 a, Tametsi, rectè sine exceptione dixeram. de Or. 80 a, Quædam tacitis exceptionibus cauentur. de Or. 121 b, Nunquã ego cuiquam tam præcise negaui, quam hic mihi plane sine ulla exceptione præcidit. Quin. 357 a, Non patiar te cum exceptione laudari.

Excepto, as. excipio, extraho. Par. 123 d, Aliquis barbatulos mulos exceptans de disciplina & pertædans.

Exceptus, a, um. extra, præter. Ep. 2 b, Is hac regia cæpta, pollicetur se, &c. et 67 d, Mihi solitudo iucundior est, quàm sermones eorum qui frequentant domum meam, excepto uno, aut ad summum altero. de Or. 88 d, Omnes, exceptis Crasse uobis duobus. Posquam. 253 b, Duos consules improbos nunquam, excepto illo Cesonio, tempore fuisse. I. V. 99 b, Tantum quod, etc. de Or. 101 d, Cum ab hoc discesserit, nemo erit, &c. id est hoc excepto, &c.

Excerpo, pis. decerpo, deligo. Of. 53 d, Non solum ex bonis eligere minima oportet, sed etiam excerpere ex bonis ipsis si quid ineſt boni. de In. 62 d, Quod quisq; compendij fecerit, excerpsimus. de Or. 112 b, Non enim si est facilius, eo de numero est excerpendum.

Excessus, sum. de Leg. 156 b, Romulus post excessum Proculo Iulio dicit, &c.

Excetra, træ. hydra. Tusc. 179 b, Hæc dextra Lernam et excetram maclata excetra placuit.

Excido, dis, elabor, fluo, desiuo. I. A. 240 b, Excident gale

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem. pro Mu.136 b, Excitare incendiũ in fortunas alicuius. de D.120 d, Galli uictores alacritate ad canendũ excitantur. Ac. 23 b, Excitare aliquẽ ex somno. Ep.262 d, Excita ex somno tuas literas. Q F.298 b, Dormientẽ excitare, currentẽ incitare. Of. 65 b, Excitare atq; agitare feras. At.278 b, Erectior senatus erat, non sentẽtijs solùm nostris, sed etiam cohortationib. excitatus. Off. 36 b, Hoc cognito, dicendũ est, quónam modo hominũ studia ad utilitates nostras allicere atq; excitare possimus. Ep.256 d, In excitando autem & in acuendo plurimum ualet, si laudes eũ, quem cohortere. Pl. Ep.354 b, Quæ si aduentus meus represserit, agã gratias fortunæ cõstantiæq; meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Attic.96 d, Eum ualde tuæ literæ excitarunt. Ep.79 d, Quem autoritate tua cunctantem et diffidẽtem excitare solitus es. Of. 4 d, Facies honesti quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sui. de Fi.75 b, Sapientia ardentes amores excitaret sui, si uideretur. Ep.43 d, Excitare risũ. et 140, Excitare clamorẽ. Or.218 d, Magnus clamor cõcionis excitatus est. de Cla. 195 d, Excitare summã hominũ admirationẽ. Offic. 42 d, Quæ in multitudine habetur oratio, ea sæpe uniuersam excitat gloriã. pro Sest.25 b, Excitare fletum alicui. et ib. Tãtus ex omnibus spectaculis plausus excitatus. & 124 d, Hanc ei suspicionem quidam nuncijs excitarũt. de Ar.244 d, Tum uidi ac multo antè prospexi quãta tẽpestas excitaretur, quãta impenderet procella reip. pro Mar.133 b, Dijs, qui facilè tantũ bellũ excitauerũt. Or.200 d, Excitare alicuius memoriã charã alicui. Of.494, Tantũ Itali cũ bellum propter iudiciorũ metum excitatũ est. pro Mu.124, Tempestates cõmoueri, cõcitari, excitari. de Or.125 b, Omnia dicẽdo excitanda sunt, nihil adiuuãte natura. de Or.86 b, In eorũ qui audiunt mẽtib. sedãdis, aut excitandis. pro Pom. 4 b, Genus belli est eiusmodi, quod maximè uestros animos excitare atq; inflãmare debet. de Or. 102 d, Motus in animis hominũ dicẽdo excitare uel sedare. Of.21 d, Appetitus omnes cõtrahendi sedãdiq; sunt, excitandiq; animaduersio. & c. de Orat. 124 d, His locis in cogitatione defixis, & in omni re ad dicẽdum posita excitatis. de Cl.166 d, pro Ma.134 d, et pro Do.232 b, Excitare iacentem. de Am.107 d, Excitare animum abiectum & iacentem. At.12 d, Cõfirmare & excitare afflictos & abiectos, & eos ad pristinã dignitatẽ reuocare. pro R.P.130 b, Possem excitare multos reductos testes liberalitatis meæ. de Or.106 b, Dicẽdo excitare aliquẽ à morte. Ora.204 b, & Top.224 b, & I.V.262 d, et I.C.108 b, Excitare mortuos ab inferis. Post.209 b, Excitare aliquẽ ab inferis uel ab Acherõte. pro Fon.281 d, Ita uerò C. Marius excitandus erit ab inferis, qui, & c. de Or.119 b, & 126 b, Excitare reũ cõsularẽ, & cicatrices aduersas senis iudicib. ostendere. de Cl.195 d, Ab inferis locupletissimos testes excitare. de N.49 b, Vapores, qui à sole ex aquis excitãtur. Itẽ: Excitari humo. l. Excitatus. de L.183 b, Nec è lapide excitari plus nec imponi, quã quod capiat laudẽ mortui in

Excitus, a, um. experrectus. de D.88 b, Ennij. (cisam.

Exclamatio, onis, acclamatio. ad Her. 28 b, Exclamatio est, quæ conficit significationẽ doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei alicuius compellationem: hoc modo, Te nunc alloquar

Africane, cuius, & c. & 204. Acutis uocis exclamationes uitare debemus. Or.299 b, Exclamatio uel admirationis uel conquestionis.

Exclamo, as. de N.4 b, Itaq; mihi licet exclamare, ut Stratius in Synephebis. pro Deiot. & c. Tus.187 d, Qui uolunt exclamare maius, toto corpore contentiosè nituntur. de Som. 127 d, Hic cum exclamasset Lælius, asseruiunt. de Or.112 d, Non possum quin exclamem, etc. l. A. & c. de Or.112 d, Non possum quin exclamem, etc. l. A. 166 d, Brutus nominatim Ciceronem exclamauit.

Excludo, dis. prohibeo, portas alicui claudo, excipio. pro Cor.63 d, Gadutani Pœnos mœnib. excluserũt. At. 130 d, Priusquã Cæsar aut tuũ iter impedire, aut te à me excludere posset. pro Cl.24 d, Ne partu eius ab hereditate fraterna excluderetur. cont. Rul.78 d, Qui bonore Decemuiratus excluditur nominatim. Anteq.196 b, Aliquem supplicem à se absterrere et excludere. de Or. 254 d, Quod anno antè senatus excluserat. de N.75 d, Ratio quæ uitia culpãq; excluderet. de Or.89 b, Repelli oratorẽ à gubernaculis ciuitatũ, et excludi ab omnium rerũ scientia. At.136 b, Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporib. his excludũtur. Att. 127 b, Qui regionibus excluſi intra præsidia aliena uenissent. pro Cor.59 b, In socios uerò incuriosum est, ijs præmijs excluſos esse eos, quæ patent stipendiarijs. de Cl.196 b, Pacis spem à publico cõsilio esse exclusam uidemus. Br.51 d, Dolabellam à Rhodijs exclusum. Q F.294 b, Nullius inopiam ac solitudinẽ domo tua et cubiculo esse exclusam. 19 d, Nec excludentes ab eius usu suos, potiusq; amicis impartientes & reip. l. A.200 d, Exclusi cum à rep. distraxit. segregauit, scelus illius, etc. l. V.359 b, Ne scio quomodo ipsæ illæ excludere me à portu et fugio uidentur. l. V.213 d, Hi excluſi temporibus pœnis Rom. agere quæ uoluerant non potuerunt. et 106 d, Disgustijs temporis excluduntur omnes. pro Cæc.230 d, Quem uerbo excludi. l. A.174 d, Itaq; excluſis tuis rebus, ad te milites misit. de Or.98 b, Vt petitor turpis cõpeteret, ne exceptione excluderetur. de In.69 d, Pretorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones. Ep.25 d, Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium de N.50 b, Ex ouis pulli orti, relinquunt matres, à quibus excluſi foriq; sunt. de N.52 d, & de Or.150 d, Gallinæ ex ouis pullos excludunt: id est, pariunt, emittunt.

Excogitatio, onis. Tus.161 d, Illa uis, quæ inuestigatrix culta, quæ inuentio atq; excogitatio dicitur. de Or.197 b, Hæc excogitationem non habent difficilem.

Excogito, as. cogitando inuenio, machinor, fingo, meditor. de N.12 d, Vita, qua nihil beatius excogitari potest. I.V.135 b, Mira quædam excogitare genera furandi. 130 d, Ad hæc igitur cogita, uel potius excogita. 251 d, In quo tuo consilio egeo, & si nihil excogitas. de Or. 94 d, Motus animi atq; ingenij celer ad excogitandum. pro Cec. 24 b, Ratio excogitata à Larinì est. l. C.105 b, Quicquid sceleris fingi, aut excogitari potest. l. A.217 b, Excogitare quæ tua ratio sit, Calenæ nõ possum. Ac. 18 d, Excogitauit aliquid, eadem dici, quæ Stoici.

Excolo, lis. exorno, expolio. Or.199 b, An ullus hominum Athenjensiũ beneficio excoli potuit, oratio nõ potuit? Par.116 d, Nihil est tam horridum, quod non politum excolatur. Or.201 b, Ingenia descat oratione, & tanquam excolatur. Or.201 b, Ingenia

nia quæ disciplina culta sunt. pro Ar.188 d, Nisi animos nostros doctrina excolanus. Of.35 b, Quib. rebus excolta hominum uita plurimùm distat à uictu bestiarum. Qu.Fr.317 b, A' propensis in hanc partem uehementer excolimur & amamur.

Excors, dis. amens, uecors. de N.26 b, Quæ anus tam excors inueniri potest, quæ extimescat? Tusc.150 d, Quis tã excors est, quẽ ista moueãt? de Am.124 b, Apertè adulantẽ nemo non uidet, nisi admodum est excors. pro Dom.223 d, Neq; tu eras tã excors tamq; demens, ut nescires, & c. l. A.195 b, Hoc qui non uidet, excors est. de D.216 d, An quod aspexit uestitu purpureo excordem Cæsarem, ipse corde priuatus est?

Excrucio, as. conficio, exanimo, interimo. At.170 d, Nõ loquor plurã, ne te quoque excruciẽ. ipse conficior uehementer. Tusc.234 d, Cõficior enim mœrore meo Terentia, nec me meæ miseriæ magis excruciãt quàm tuæ. pro Pom.5 b, Aliquẽ uinculis ac uerberibus, atque omni supplicio excruciatum necare. de Fin.59 b, Libidinosè excruciatum semiuiuum reliquit.

Excubiæ, arum diurnæ nocturnæq; uigiliæ. pro Mu.136 d, Nos tibi excubias & custodias pollicemur. I.A.213 b, Cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo. pro Mil.114 b, Si excubiæ, uigiliæ, etc. pro Pl.280 b, O excubias tuas Cn. Planci miseras.

Excubo, as. uigilo, uigilans sum. I. A. 208 d, Quamobrẽ Quirites quantum potero excubabo uigilaboq; pro uobis de D.103 d, Vt tecta relinquerẽt, & armati in agro excubarent. de D.100 d, Lacedæmonij non cõtenti uigilantibus curis in Pasithææ fano somniandi causa excubabant, quia uera quietis oracula ducebant. Tusc.217 d, Qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improuisum possit accidere. At.147. & Tusc.217 d, Et tamen omnis spes salutis in illis est, et ego excubo animo, nec partẽ ullã capio quietis. Pl. Ep.148 d, Ex quo intelligi potest cum reip. summè defendẽdæ iãpridẽ apud nos excubare.

Excudo, dis. componere, elucubrare. Att.249 b, Tibi de gloria excudam aliquid ἀφανὲς ἀέναον, quod lateat in thesauris tuis.

Exculpo. pis. At.214 d, Tamen nescio quid è quercu exculpseram, quod uideretur simile simulachri.

Excultus, a, um. de Cl.173 d, C. Tuditanus omni uitâ atq; uictu excultus atque expolitus. Tusc.161 d, A' quibus manuefactis et excultis à necessarijs artib. ad elegãtiorã desuetudinem. Tusc.149 d, Nec qui id nesciebat satis excultus doctrinâ putabatur. & 236 d, Humanus animus si est excultus, & c. fit perfecta mens.

Excurro, ris. At.168 b, Ego dum naues & cætera paratur, excurro in Pompeianum. & 231 b, Cupio excurrere in Græciã. et 1 b, Fortassè excurremus mense Septembri ad Pisonẽ. I.V.179 b, Excurrat aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nuncìet. Ep.35 b, Mandaui utrici, ut antè ad me excurrerent, ut tibi obuiã prodire possẽt. legati ad Pisonẽ. I.V.179 b, Excurrat aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nuncìet. Ep.35 b, Mandaui utrici, ut antè ad me excurrerent, ut tibi obuiã prodire possẽt. brebrigati ad Pisonẽ. I.V.179 b, Excurrat aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nuncìet. Ep.35 b, Mandaui utrici, ut antè ad me excurrerent, ut tibi obuiã prodire possẽt. cont. Rul.8, b, Excurrere ex Africa, & imminere populo Rom. I, V. 110 d, Habent propinquam prouinciam, quò facilè excurrunt, de D.102 b, Quorũ animi spretis corporibus euolant & excurrũt foras. pro Mur.128 d, Campus in quo excurrere uirtus & cognosci possit. de Cl.190 d, Itaq; tantos processus faciebat, ut euolare, nõ

excurrere uideretur. Or.213 b, Orationẽ nõ claudicare nec insistere, sed cũ sententia pariter excurrere. & 214 b, Productiora alia & quasi moderatius excurrentia. At.70 b, & 71 d, Summa excurrens DCCCXX.

Excursio, onis. decursio; latrociniũ, incursio. de Pro. 69 b, Via illa excursionibus barbarorum est infesta. & de In.79 b, de D.113 b, Sed hæc fuerit nobis tãquã leuis armaturæ prima excursio, nũc cominus agamus. pro D. 147 b, Tueri fines suos ab excursionib. hostiũ & latrocinijs. pro Pom. 6 b, Cùm una excursio equitatus perbreui tempore totius annì uectigal ferre posset. de Sen. 81 d, Nec enim excursione, nec saltu uteretur, sed, & c.

Excursor, oris. I.V.112 b. I.A.194. l. Emissarius.

Excusatio, onis. purgatio, satisfactio, causa. de Ora.95 d, Stultitiæ peccatũ excusationem nõ habet. de Sen.90 b, Morositas tamen & hæc uitia, quæ dixi, habẽt aliquid excusationis, nõ illius quidẽ iustæ, sed quæ probari posse uideatur. I.V.229 b, Nã Sappho, quæ sublata de Prytaneo est, dat tibi iustã excusationem propè ut cõcedendum atq; ignoscendũ esse uideatur. de Or.126 b, Vix mihi tenuis quædã uenia dabatur excusationis, quòd tamẽ eum defenderẽ, qui mihi quæstor fuisset. At.128 b, Nihil prætermissũ est, quod nõ habeat sapiẽtẽ excusationem, nõ modò probabilẽ. I.A.197 d, Qui habent legitimã excusationẽ, exilij causa solũ uertisse. Or.210 d, Quibus si nihil aliud respõderẽ, etc. iusta esset excusatio. pro Cæl. 37 b, Sed ego Atracinio ignosco, qui habet excusationẽ uel pietatis, uel ætatis, uel necessitatis. Of.47 b, Vtendũ est excusatione aduersus eos quos inuitus offendas quacunq; posis, quare id quod feceris necesse fuerit, nec aliter facere potueris I.P.82 d, Vti excusatiõe ualetudinis. pro Cæ. 47 b, Defendere uitia alicuius excusatiõe adolescẽtiæ. pro R.P.126 d, Necessitatis excusatio Rutiliũ facilè defendit. de Ar.244 b, Si aũt id nõ uidet. periculũ est, ne se stuporis excusatiõe defendat. pro Syl.172 d, et I.P.87 d, Me neq; honoris, neq; ætatis excusatio uẽdicat à labore. pro Syl.176 d, Illæ ualẽt apud me excusationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra. de Am.104 d, Turpis excusatio est et minimè accipiẽda cũ tæteris peccatis, tũ si qs cõtrà rẽmp. se amicì causa fecisse fateatur. I.P.81 d, An potest ulla esse excusatio cõsuli malè sentiẽtiæ. A.211 b, et 222 d, Ser. Sulpitij excusatio legatiõis obeũdæ. de Am.104 b, Talis imprudentiæ consensio, excusatione amentiæ tegẽda nõ est. pro Cæc. 290 b, Excusatiõe summæ stultitiæ, summæ improbitatis odiũ precari. pro Rab. 91 b, Cũ ad iudicij moràm familiaris funeris excusatio quæreretur. At.195 d, Dubito an excusatione aliquã ad Siliũ parẽ. et ib. b, Quærenda est excusatio. ad Brut. & 138 d, Hanc eram ipsam excusationẽ relicturus. ad Cæsarẽ, 165 d, Is mihi non reddit quod ei de ii mutuũ, et utitur excusatione tẽporis. Itẽ: Cõferre causam in tẽpus. de Or.134 d, Cũ Metellus excusationẽ oculorũ à me nõ acciperet. pro Mu. 130 d, Morbi excusationi pœna addita est. et 195 d, Nullæ istæ excusatiões sunt, meus amicus est, etc. de Am.103 b, Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Ora. 219 b, Nobis in scribẽdo atq; in dicendo, necessitatis excusatio nõ probatur. de N. 78 d, At deo ne excusatio q dẽ est insciẽtiæ. de In.74 b, et 78 d, Quibus in simili excusatione nõ sit ignotũ. I.P.87 d, Nemini ciui ulla, quominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus abesset, satis iusta excusatio uisa est. Epist.198 b, Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationē. & 199 a, Accipio excusationē tuam de Sempronio. At.58 b, De Philoxeno ignosco: id est, excusationē accipio. & Att.74 a, Ep.145 a, Ego aūt præteriti temporis excusationē affero. & ibi. Afferre excusationē cessationis. de Am.103 a, Hanc ut sibi ignoscerem causam afferebat, quod. & c. Ep.86 a, Vtriq; rei excusationē tuæ uitæ cōsuetudo dat. & 180 a, Errare cum excusatione posse. & 266 b, Vti excusatione iusta & idonea. & 25 b, Accipere excusationem, et Accipere causam. 264 a. de L.158 a, Atqui uereor ne istam causam nemo noscat. I.P.82 a, Quam nos causam accepimus: id est, excusationem.

Excūsatus, a, um. I.V.97 a, Hic omnibus me uehementer excusatum uolo, non negligentia mea fore, ut, &c.

Excuso, as. purgo, excusatiōe utor, excusationem affero, satisfacio, culpam in alium confero uel transfero, crimē removeo, culpa libero, à culpa eximo, excusatione alicuius rei tego, adumbro.)(. Accuso. Att.250 a, Atticæ meæ uelim me ita excuses, ut omnem culpam in te transferas. Q.F.307 a, Primum me tibi excuso, in eo ipso in quo te accuso. me. n. & c. I.A.197 a, Si Lysiades citatus iudex nō respōderit, excuseturq; Areopagites esse, accipiet ne excusationē is, etc. et ibi. Sunt item lecti iudices, qui fortasse excusabūtur. At.249 b, Varroni memineris excusare tarditatem literarū mearum. I.A.214 a, Quanquā is quidem antequàm sententiam diceret, propinquitatē excusauit. de Am.108 a, Quidam excusari se arbitrātur, quia non sine magna causa peccauerint. pro Lig.140 b, Is cùm morbo impediretur, statuerat se excusare. de Or.332 a, Cum eum gregales requirerent, excusauit Vespa Terentius, quòd eum brachiū fregisse diceret. At.189 a, Sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos: quod si erit durius, ueniam ipse, & perpetuum morbū iurabo. & 190 a, Apud Apuleiū, quoniā in perpetuū non placet, in dies ut excuser uidebis. & 189 a, De me excusando apud Apuleium dederā ad te pridie literas. & 190 a, Martianus ad me scripsit, me excusatum esse apud Apuleium à Torquato et Strabone. & 149 b, Viris bonis me non nimis excuso. & 183 b, An his illuc eūtibus mandē ut me excusent. de Cl.173 b, C.Lælius se excusans dixit, &c. At.174 b, Quòd te excusas, ego uerò tuas causas nosco. Ep.175 a, Collegæ mandasti, ut te mihi per literas excusaret. Cæl. Ep.111 b, Sed ipsum uolumen, quod tibi misi, facilè ut ego arbitror, me excusat.

Excussus, a, um. de Ar.252 b, Iudices te dimiserunt excussum & exhaustum.

Excutio, tis, excussi. exquiro, inuestigo, agito, explico. Tus.167 a, Hoc igitur probè stabilito & fixo, illud excutiendū est, ut sciatur, &c. Pro Cæl.52 a, Quamobrem excutiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. pro Plan.265 a, Aspicitur, non attrectatur: procul apparet, nō excutitur, nō in manus sumitur. contra Rul.78 a, Decemuiri qui nostros imperatores excutiant. pro S.R.34 b, Nihil est quod metuas, non excutiente: si quid fortè ferri habebas, non scrutor, &c. Qu.Fr.291 b, Scrutari omnes fordes, & excutere unumquemq; comitum. Par.241 a, Explicare & excutere aliquod uerbum. pro Mu.130 a, Res peruulgata atq; in manibus iactata & excussa. Of.68 a, Explica atque excute intelligentiam tuam, ut uideas, &c. Asin.Ep.163 b, Tabellarij sexcentis locis excutiuntur.

Excutio, eripio, eijcio, removeo. pro Mur.131 a, Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur. pro Dom.128 a, Quare illa calamitas excusit hoc genus totum maledicti. pro Syl.179 a, Noli aculeos orationis meæ, quireconditi sunt, excussos arbitrari. de N.44 b, Excutere aliquid in terram. pro Syl.171 b, Excutiam tibi istam rādicationē. Tus.173 a, Hāc excutere opinionē mibimet rādicitus nolui. Ep.131 a, Adeon' tu mihi excussam seueritatē putas, ut ne in foro reliquiæ pristinæ frontis appareant?

Execo, as. seco, reseco. pro Cl.55 b, Ipse armarij fundum execuit, & nummos abstulit. de Nat.38 b, Vetus opinio est, exectum esse Cœlum à filio Saturno. pro Sest.26 a, Hi medentur ciuitati, qui execant pestem aliquam tetram quam strumam ciuitatis. pro Cl.57 a, Strabo in crucem actus est execta lingua, contra Rul.84 b, Neruis exuisis, quæ sanaret uiciosas partes, quàm quæ execaret.

Execrandus, a, um. detestabilis. I.A.172 b, Hic execrandus populo Rom. & detestabilis est.

Gratuitus, a. um. sine præmio & mercede.)(Mercenarius conductus. Q. F. 317 d, Comitia, si gratuita fierent, plus unus Cato fuerit, quàm omnes leges. & At. 63 d, et pro Mur. 140 b, pro Pl. 276 b, Tu ne gratuita quidẽ eorum suffragia tulisti, de Le. 165 b, Quid liberalitate gratuita: si cum mercede, conducta. de Na. 23 b, Humana charitas & amicitia gratuita est. de Fi. 83 b, Innata esse homini probitatem & gratuitam, non mutuam ad ptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam. pro Fon 180 b, Mercenarius.)(Gratuitus.

Gratulatio, onis. læta supplicatio, lætitia publica. pro tiarum actio.)(Lamentatio. Attic. 14 b, Euiì enim mihi

sæpe & laudis nostræ gratulatio tui iucundæ, et timoris consolatio grata. et 14 d, Mihi factæ statim est gratulatio. l. V. 70 d, Nũciatur mihi maximam gratulationem huic esse factam. et 217 d, Diana summa cum gratulatione ciuium et lætitia reponitur. l. P. 80 b, Mihi pop. Ro. non uniùs diei gratulationem, sed æternitatẽ immortalitatemq; donauit. At. 274 b, Sed tamen omnium ordinum consensus gratiarũ actio congratulatioq; me commouet. l. C. 123 d, Cæteris semper bene gestæ, mihi uni conseruatæ reip. gratulationem decreuistis. Ep. 176 d, Gratulationem tuo nomine ad omnia deorũ templa feci mus. de Pro. 74 d, Gratulatio dijs immortalibus: id est supplicatio. pro Mur. 126 b, Hic parenti suo gratulatio ni in uictoria fuit. pro Dom. 225 b, Cõsules epulabantur, et in coniuratorum gratulatione uersabantur. pro Mil. 120 b, Nos in hominum cœtu gratijs agendis, & gratulationibus habendis, & omni sermone celebramur. pro Mur. 132 b, Hunc igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure antepones. Attic. 138 d, Quicquam tu illa fuisse putas præ ijs gratulationibus? At. 377 d, Ne gratulationibus obtulisse uideamur.

Gratulator, oris. de Fin. 87 b, Ita fit ut gratulator lætior sit, quàm is gratuletur.

Gratulor, aris. congratulor, lætor, gratulationi cuipiam sum, gratulationem facio, gratulationem habeo. Ep. 8 b, Quòd mihi de filia et de Craßipede gratularis, agnosco humanitatẽ tuam. Att. 152 b, Vt tibi de reditu nostro non familiaritate, & leuitate et imbecillitate Clodij gratularer. Ep. 7 b, Quòd mihi de nostro statu, de Milonis ciuium et lætitia reponitur. l. P. 80 b, Mihi pop. Ro. tulari, minimè miramur, te, & c. et 4 d, Gratulor tibi de iudicio ambitus, neq; id, & c. sed illud, & c. Epist. 122 b, Gratulor tibi affinitate uiri optimi. At. 79 d, Qui mihi gratulatus es, illius diei celebritate. In Sal. 273 d, Cum populus Rom. frequens aduentu meo gratulatus est. ad Brut. 914, De Caßio lætor & reip. gratulor, mihi eam, qui, & c. Att. Gratulor nobis Qu. Filium exisse. Ep. 43 d, Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam uerò oscultatus, & ipse mihi gratulatus sum. l. A. 166 d, Brutus Ciceronis recuperatam libertatem gratulatus. l. V. 69 b, Et ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Epist. 242 d, Cum ei ego gratulatus essem, idq; me gaudere dixissem, discesßit, & c. et 19 b, Vnũ illud nescio, gratuler ne tibi, an timeam. Ep. 251 b, Alter fructus gratulationis est, & is quidem exilior, quàm si tibi te ipsum intuẽs gratularer: sed tamẽ, et feci antè & facio nũc, tibiq; cũ pro rerũ magnitudine, quas gessisti, tũ pro opportunitate tẽporis gratulor, quòd te de prouincia decedentẽ summa laus, et summa gratia prouincia prosecuta est. et 19 b, Tamẽ quòd abes gratulor. pro Do. 217 b, Gratulor tibi, quòd, etc. pro Pl. 278 b, Ego tibi in hoc gratulor. I. P. 90 b, Oẽs publicè ad me uenerũt gratulatũ. l. A. 158 b, Mihi et gratias agebãt boni uiri, et quasi uicissent, gratulabãtur. At. 254 d, Magis est gratus, ut meritam alicui gratiam memori mẽte persoluit, qui beneficia accepta meminit, non ingratus, qui beneficia accepta meminit, non ingratus, multum te amo, tuam diligentiam diligo. Iucundus. de Leg. 66 d, Gratus est, qui in referen-

da gratia non commodũ, sed eum ipsum rei refert gratiam, cernit. Epi. 62 b, Tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. Posth. 209 d, Vt erga authores salutis meæ satis gratus iudicarer. et ibi. Nemo gratiarum immemor, est gratus inuẽtus. l. A. 225 b, Laus Bruti, quæ gratißima memoria omniũ ciuium inclusa nondum auctoritate publica testata est. pro Plan. 278 b, Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumq; grati. At. 147 b, Vt tuo beneficio uir gratus & pius esse in maximi beneficij memoria poßim. At. 283 d, Facilius in tino re benigni, quàm in uictoria gratireperimur. Ep. 4 b, Vt quàm gratißimus erga te esse cognoscerer. Epi. 172 d, Gratiorem me esse in te posse quàm isti peruersi sint in me, exploratum habes. contra Rul. 70 d, Gratus ac memor beneficij. At. 275 b, Gratus animus & liberalis. Ep. 154 b, Re ipsa atq; animo gratißimus. & 214 b, Is magnis meis beneficijs ornatus in cõsulatu meo memor et gratus fuit. Anteq. 192 b, Liberale officium est ferre beneficium, ut metere poßis fructum, fidei conducit, in loco debitum retribuere. illic enim animi uoluntas propensa comprobatur, hìc memoria collaudatur. pro Pla. 276 b, Qui meritam dijs immortalibus gratiam iustis honoribus, et memori mente persoluunt. l. A. 263 b, Alicuius uirtutem grata memoria prosequi. & 191, Grato animo prosequi nomen alicuius: id est, esse gratum erga aliquem. Tusc. 237 d, Quod approbaris, id gratum acceptumq; habendũ. l. V. 56 d, Quid est quod omnibus gratius, optatius, aut magis accommodatum esse poßit? Ep. 15 d, b, Cuius officia iucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt, nunquam gratiora. At. 32 d, Ista ueritas etiamsi iucunda non est, mihi tamẽ grata est. Ep. 71 d, Amor tuus, non ille quidẽ mihi ignotus, sed tamen gratus & optatus: dicerem iucundus, nisi id uerbum in omne tempus perdidissem. Ep. 221 b. & At. 14 b, Tale enim tuum iudicium non potest mihi non summè iucundum, quod cum ita sit, esse gratum necesse est. Qu. Fr. 320 d, Id mihi per gratum perq; iucundum erit. At. 220 d, Me & Cæsari, & sibi uehementer gratum esse facturum. de L. 178 d, Velim hoc quod loquar, tibi gratũ uideri potius quàm graue. Ep. 177 b, Te tamen mi Brute sic amo, ut debeo, quòd istud quicquid esset nugarum, me scire uoluisti.

Grauatè, difficulter, ægrè. de Orat. 102 b, Meam facilitatem laudatote, cùm uobis nõ meo iudicio, sed uestro inductus non grauatè respondero. Off. 63 b, Grauatè ille primò, quid multa? impetrat. & 47 d, Multorum causa non grauatè & gratuitò defendere. pro Cor. 62 b, Benigne, non grauatè, comiter, & c.

Grauedinosus, a, um. ad grauedinẽ procliuis. Tusc. 214 b, Sunt alij ad alios morbos procliuiores, itaq; dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia sæpe sint.

Grauedo, nis. Græcè ῥεῦμα dicitur. parum tamẽ differt à destillatione hic capitis morbus, teste Cor. Celso. Att. 169 d, b, Tu quoniam quartana cares, & nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinem. & 258 b, Grauedo tua mihi molesta est. et 260 d, Grauedini quæso omni ratione subueni.

Grauiditas, tis. de N. 49 b, Luna à sole illuminata grauiditates & partus affert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grauidatus,ta,grauidus facius.de N.42 b,Terra grauidata seminibus omnia parit & fundit ex sese.

Grauidus,a,um.prægnans,plenus,foetus.pro Cl.23 b, Cum mulier esset grauida,etiam appropinquare partus uideretur.I.V.85 b,Latona grauida,& iam ad parien-dum uicina.de D.84 b, Verba grauida uitali rore.& ibi.a, Aut cum se grauida tremefecit corpore tellus.

Grauis,ue.ponderosus,seuerus,tristis,serius,habens grauitatem.grauitati dedituș,uehemẽs,austerus,molestus.)(.Gratus.de N.76 b, Atq; in eo caullatus est,æstate graue esse aureum amiculum.de Som.128 b, In terram feruntur omnia suo motu pondera.Off.59 a, Honestas omni pondere grauior est habẽda quàm cætera omnia. Off.21 a,Cum grauibus seriisq; rebus satisfecerimus.de Or.88 a,Homo prudens & grauis.et 122 b, Vir autoritate grauis.pro Deiot.144 b,Quæ mihi ad spem obtinendæ ueritatis grauissima sunt.pro S.R.37 a,Hoc minimè uidetur graue ijs, qui minimè ipsi leues sunt. pro Qu.R.45 b,Quod apud omnes leue et infirmum est,id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur?Postq.202 a,Nomen uestrum mihi graue & sanctum est.I.C.98 a, Senatusconsultum uehemens et graue in aliquẽ. pro Pl. 262 a,Hoc perquàm graue est dictu.& ibi.Quod mihi grauissimum esset dicere.pro Cor.59 a, Est enim in populum Rom.graue,non posse,etc.de In.78 b,Nec fuisse ei graue nec difficile,eam causam excipere, quæ, &c. Ep.39 b, Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo de quo se bene meritum putet.Att.3 b, Non mihi graue duxi rescribere ad te.Ep.230 a,Si tibi graue non erit.& 231 a,Nunquam grauis tibi esse uolui. Top. 221 a,Vereor ne tibi grauis sim.de Sen.77 b,Quòd senectutem tuam nunquã tibi grauem esse senserim.I.V.178 a,Eum ne uerbo quidẽ grauiore appellasses.de Leg.178 a, Velim hoc quod loquor, tibi gratiam uideri potius quàm graue.Qu.Fr.317 a,Atq; id anni tempore grauissimo & caloribus maximis.Ep.72 a,Hoc grauissimo et pestilentissimo anno.At.228 a,Quod reip.defuerit tam graui tempore.de Cl.170 a,Cato grauis in laudando. de Or.129 b, Omnium grauissimum & seuerissimum esse. de Cl.191 a,Grauis sine arrogantia.de Orat.164 b, Est quiddam in remissione grauissimum, quo tanquã sonorum gradibus descẽditur.de Or.107 a,Vocẽ ab acutissimo sono usq; ad grauissimum sonũ recipere.pro Cl. 20 b,Statuit sibi nihil grauius faciendum,quàm ut,&c. de N.30 b,Cibus grauis:id est,difficilis ad concoquendum.

Grauitas,tis.seueritas,pondus.)(.Autoritas tenuis, persona leuis,humanitas.Att.154 a,Et grauitatem in congressu nostro tenui.Epist.72 b,Tuenda est tibi grauitas. Att.155 a, Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem, quam mihi præcipis.de Cl.195 b,Hæc genera discẽdi in senibus grauitatem non habent. At.145 a,Illud me præclarè admones,cum illum uidero,non nimis indulgẽter, & ut cum grauitate potius loquar.de Or.115 a,Sententiarum grauitate,uerborum ponderibus est utẽdum. de Clar.Verborum grauitas.de Am.113 b, Quanta illi fuit grauitas,quanta in oratione maiestas.Off.23 a, Catoni incredibilem tribuit natura grauitatẽ.pro Cæl 51 a,Homo grauitati deditus.Tusc.185 b, Personæ grauitas. At. 283 b, Corpore uix sustineo grauitatem cœli huius. & ibid.a,Grauitas loci.de N.75 a, Grauitas morbi. de N.

49 a,Tanta contentio grauitatis & ponderum.de Fat. 145 a,Atomos grauitate & pondere moueri. de In.47 b, Exordium sententiarum & grauitatis plurimum debet habere.& 62 a,In quo grauitas et autoritas est.plus proficit ad misericordiam commouendam.

Grauiter,ægrè,molestè,seuerè,prisce.)(.Remissè,lenitèr,urbanè,acutè,leuiter.de Ar.55 a, Id grauiter equidem,sed aliquanto leuius ferebam.de Or.128 a, Graniter accipere aliquid.I.A.244 b, Ciues inter se grauissimè dissentientes.Ep.71 a,Grauiter accusare aliquem. I. C.100 b, Si me meis ciuibus suspectũ tam grauiter atq; infensum uiderem.Ep.17 b,Graniter inimicus.At.204 b,Dionysius grauiter queritur.pro Cl.20 b.et pro S.R. 20 a,Grauissimè conqueri de aliqua re cum aliquo.Off. 7 a,Grauiter ægrotare.Orat.199 b,Thucydides res gestas narrat,grauiter sanè et probè.pro Cæl.44 a, Grauiter,seuerè,prisce agere cum aliquo.)(.Remissè,lenitèr,urbanè.de Som.129 a,Natura fert,ut extrema ex altera parte grauiter,ex altera autem acutè sonent.

Grauatus,ta,tum.onustus,grauis.de Diu.83 a, Iam uero semper uiridis semperq; grauata Lentiscus,triplici fetu grandescere facit.

Grauor,aris.grauatè aliquid facio.grauate mihi dicor,&c. gror.de Or.93 b,Ego uerò,inquit, istis obsequi studui, neq; grauabor breuiter meo more, quid quæque de re sentiam dicere.& 98 a,Te rogo ne grauere ex alijs rem scire. opus quod instituisti.pro Cl.31 b, Is primò grauari cœpit,quod,&c.de Am.98 b, Ego uerò non grauarer, si mihi ipse considerem.Ep.102 a, Qui grauere literas ad me dare.pro Mur.140 b,In ea non esse grauatos homines prodire hora tertia in campũ. Top.221 a, Ne ego grauarer,&c.de Or.142 a,Non essem tam inhumanus, uti eo grauarer,quod uos cupere sentirem.

Gregalis,le.sodalis,ex eodem grege.pro Dom.128 a, Quod uos gregales Catilinæ de me dicere solebatis. de Arusp.256 a,Nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius,aut consiliarijs,&c.de Or.132 a, Gregales eius in campum non uenisse requirebant.Epi.110 a, Nos enim nobis quidem ipsi displicemus,gregalibus illis,quibus ut plaudentem uidebamus,amissis.

Gregarius,a.um.collectitius,uulgaris.pro Plan.174 a, Gregarij milites.

Gregatim.per greges.I.V.266 a,Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latumias.

Gremium,mij.sinus, complexus. de Cl.183 b, Filius in gremio matris educatus.de D.126 a,Puer lactens in gremio matris sedens,mammam appetens.ad Her.56 b,Liberi è gremijs parentum diripiuntur.de L.183 a, Vt Cl.20 b,Soror in amantissimi sui fratris manibus et gremium quasi matris mortuo tribueretur. pro ta consulatus tui.pro Cæl.50 a, Q.Metellus abstrahetur è sinu gremioq; patriæ.I.P.99 a, Aetolia præda barbaris disiuncta gentibus, in sinu pacis posita, multis ferè Græciæ gremio continetur.de Sen.87 b,Terra gremio mollito & subacto semen spargitur excipit.

Gressus,sus. incessus, ingressus. Offic.26 b, Cauendum est, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus,aut ingressu.

Grex,gis.congregatio,cœtus, turba. Attic.106 a, Pecudes, quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges, ut bos, armenta.I.A.189 b,Antonius cædit greges armẽtorum, reliquiq; pecoris, quodcunq; nactus est. pro S.R.33 a, Verum ego forsitan propter multitudinẽ patronorum in grege annumerer.pro Syl.181 b, In hunc igitur gregem P. Syllam,ex his honestissimorum hominum gregibus reijcietis?In Sal.274 b,Is iam unus ex illo grege uidebatur. At.16 a,& de Fin.62 b, Greges amicorum. de Or.88 b,Philosophorum greges.I.Equa.

Grunitus,tus.uox est porcorum.Tusc.250 b, Nec grunitum audiunt,cum iugulatur sus.

Grus,is.de N.514,Grues cùm loca calidiora petentes,mare transmittunt,trianguli formam efficere.& ibi. Grues in tergo præuolantium capita reponunt.

Gubernaculum.li.clauus,administratio, munus, officium. de In.81 b, Hic ipse naufragus ad gubernaculum accessit.pro Sest.7 a, Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reip.tractare.pro Do.218 a, Cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses. pro S.R.261 b, Qui omni cẽpore ad gubernacula reip. sedere debebant.Br.91 b,Vt gubernacula reip. prendere.de Or.89 a,Oratorem repelli à gubernaculis ciuitatum. At.27 a, Non abiectis, sed ereptis gubernaculis. de Or.103 a,Gubernacula ciuitatum regendarum. Epi. 267 a, Qui nisi à gubernaculis receſſerint, maximum ab uniuerso naufragio periculum est.

Gubernatio,onis.administratio, procuratio. de Orat. 134 b, Orbis terræ gubernatio & summi imperij procuratio.In Vat.36 a,Populus nunquã hæc à summi consilij gubernatione auferre conatus est.de Fin.95 a, Non enim gubernationi aut medicinæ similẽ sapientiam arbitramur.Att.281 b, Magnam gubernationem tui consilijs tantam molem rerum gubernatio consequi potuisse.pro Dom.239 a,Tempus illud erat in gubernatione positum senatus.de Inuent.82 b, Cupiditas consilij gubernationem regitur.

Gubernator,oris.rector,moderator,rector reip.et publici consilij author.de Se.80 b,Gubernator clauum tenens sedet in puppi.de In.54 a,Nauis, quæ scientissimo gubernatore utitur.& Par.119 a,Si nauem auri euertat gubernator.I.A.214 a, Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam à uectoribus admoneri solent.pro Rab.96 a,Custos gubernatorq; reip.

Gubernatrix,cis,regina.de Or.88 a,Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

Gubernо,as.administro,procuro,rego.gero,moderor, clauum imperij teneo, gubernacula reip. tracto uel teneo,nauem tractam teneo, ad gubernacula reip. sedeo. Epist.21 a,Teq; hortor,ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua.At.212 b,Velim ergo totum hoc ita gubernes,ut ne minima quidem re ulla commodum Bruti impediamus.pro S.R.40 b,Cum solus remp. gereret, orbemq; terrarũ gubernaret.pro Mil.10 a,b,Clodius contulit se ad Milonis competitores,sed ita, totam ut petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret, tota ut comitia suis(ut dictabat)humeris sustineret. Epist.28 a, Sed tamẽ iter meum resp.& rerũ urbanarum ratio gubernabit.pro Syl.282 a, Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusq;,etc.regit quæsitor.pro Rab.

91 a,Dij quorũ ope et auxilio hæc resp.gubernatur.At. 92 b,Sed hæc deus aliquis gubernabit.et 226 b, Sed hæc fortuna uiderit,quoniam ratio nõ gubernat.de N.12 a, Siue in ipso mundo deus est aliquis,qui regat, qui gubernet,qui omnia conseruet. At.121 b, Fortunæ motum ratione quadã gubernare.& 278 b,Cæsarẽ meis consilijs adhuc gubernatum quidam corruperunt. Off.18 a,Qui inter se contenderent uter potius remp.administret,ut si nautæ certarent quis eorum potissimum gubernaret. pro S.R.37 a, Commune commodũ mutuis officijs gubernatur.At.251 b, Gerere,regere, gubernare. Par.236 b,Gubernare,regere,moderari.de Fin.73 b,Gubernare uitam.Aca.17 a,Eoq; directius gubernant:id est,naues.

Gula,læ.abdomen,guttur,fistula per quam cibus potusq; in stomachum descẽdit.I.V.204 b, Quem obtorta gula in uincula abripi iussit.Att.215 b,O gulam insulsam.In Sal.174 a, Posteaquàm immensæ gulæ, impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit.

Guma,mæ.de Fin.69 b,Compellans gumas ex ordine nostro. Lucilij.

Gurges,tis.uorago,helluo.I.V.152 a,Immensa aliqua uorago aut gurges uitiorum turpitudinumq; omnium.pro Dom.237 a, Ille gurges helluatus est simul tecum reip. sanguinem.de Ar.258 a, Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit?de Or.129 a,Pater norat hunc gurgitẽ.I.P.88 a, Ille gurges atq; helluo natus abdomini suo, non laudi atq; gloriæ.I.A.232 b,Habet secum L.fratrem quem gurgitem?quam uoraginem?pro Sest.25 a, Gurges et uorago patrimonij.I.A.Ead,profundissimus libidinum gurges.I.A. Quos tenet Aegeo defixa in gurgite echineis.I.P.94 a, Rheni fossa gurgitibus illis redundans.de N.47 a,Rapido cum gurgite flumen.de D.83 a, Fulix fugiens è gurgite ponti.

Gurgustium,stij.locus.seu taberna obscura, et angusta. de N.6 b, Ante uidelicet in tenebris tanquam in gurgustio habitauerat.I.P.82 a, Nescio quo è gurgustio prodire,capite inuoluto.

Gustatus,tus.gustus.de N.54 b,Gustatus, qui sentire eorum quibus uescimur,genera debet, habitat in ea parte oris qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. & 55 a,Gustatus ore continetur.de Or.152 a,Gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime uoluptarius, & qui dulcitudine præter cæteros sensus commouetur. de N. 58 a,Pomorum iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus.Acad. 6 b, Nihil necesse est de odoratu & gustatu dicere.

Gusto,as.degusto,libo,attingo.Epi.107 b, Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem,ut ne aquam quidem gustarem.de N.51, Capræ dictamum quærunt, quam cum gustauerunt,sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt. pro Mur.142 b, Cretes,quorum nemo gustauit unquam cubans.I.A.173 b,Gustaras ciuilem sanguinẽ,uel potius exorbueras.de N.6 a, Primis, ut dicitur, labris gustare physiologiam,et attingere.l.Labrũ.de Or.96 b, Quædam de actione breuia,sed magna cũ exercitatione præcepta gustaram.de Or.122 b, Istorum omnium summatim causas & genera ipsa gustaram.I.P.92 a,Pompeius non gustarat istam tuam philosophiam.Ep.197 b,Nullam partem reip.gustare potuisti.de Fin.61 a, Gustare

Universidad de Deusto
Biblioteca

partem aliquam uoluptatis.pro Arc.189 d,Sed ipsi hæc neq; attingere,neq; sensu nostro gustare possemus.pro Cæl.432 d, Qui primoribus labris aliquid gustant,et extremis,ut dicitur,digitis attingunt.

Gustus,ſtus.gustatus.de Se.88 a, Vua & succo terræ & calore solis augescens primò est peracerba gustui.I. A. 182 a,Libidinosi,auari,facinorosi, ueræ laudis gustum non habent. & ibid. Quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt.

Gutta,tæ.de Ora.160 a, Numerum in cadentibus guttis, quòd interuallis distinguuntur,notare possumus. Tusc. 180 a, Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ. de N.128 b,Guttæ imbrium quasi cruentæ.

Guttur,ris.gula.de D.83 a, Haud modicos tremulo fundens é gutture cantus.pro Cæl.47 b, Vicium uenris & gutturis.

Gyarus.insula. Att.74 b,De Gyaro dedi literas.

Gyges,gis.rex Lydiæ. Offic. 67 b, & 59 b, Gygis annulus.

Gymnasiarchus,chi.gymnasij præfectus.I.V.221 b,Demetrius Gymnasiarchus,qui eo loco præerat.

Gymnasium,sij.locus ad exercendum,ut palæstra,schola.de Ora.89 b, Clamabunt credo omnia gymnasia,atq; omnes philosophorum scholæ,sua hæc esse omnia propria.de Or.93 d,Magnam habeo huic palæstræ & Tusculano tuo gratiam, & longè Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. de D. 81 b,Cum ambulandi causa in Lycæum uenissemus, (nam id superiori gymnasio nomen est.)Par.116 d, Quæ uix in gymnasijs et in ocio Stoici probãt.I.A.221 b, Is Laodiceæ in gymnasio à quodam Leptine est interfectus. Ser.Ep.56 a, Nos in nobilißimo orbis terrarum Gymnasio Academiæ locum delegimus.de Fin.124 d, Gymnasium,quod Ptolemæum uocatur.

Gymnicus,a,um.de In.72 b, Gymnicum certamen. & Tusc.188 b,Ludi gymnici.

Gynæceum,cei.locus in ædibus sepositus,ubi solæ mulieres uersabantur.I.A.178 b, Syngrapha sestertij centies,&c.facta in gynæceo.

Gypsatißimus,a,um.candidißimus,tenaciſsimus,quasi gypsum est.Ep.99 d,Medea manibus gypsatißimus.

Gyrus,ri.circulus,ambitus.de Or.149 b,Ex ingenti quodam oratorem immensoq; in exiguum sanè gyrum compellitis. Offic.18 b, Homines secundis rebus effrenatos sibiq; præsidentes tanquam in gyrum rationis et doctrinæ duci oportet.

Gytheus,est fluuius Laconum, qui in Argolicum sinum fluit. Off.61 b.

HA

Aspirationis nota.Or.212 d,Maiores nunquam nisi in uocali aspiratione utebantur. loquebantur enim sic ut dicerent, pulcros,Cætegos,triumpos, Cartaginem. et infrà, Orciuios tamen,et Matones,Otones,sepulcra,coronas,lacrymas dicimus,quia per atrium iudicium semper licet.

Habenæ, arum. lora sunt quæ freno utrinq; adligantur ad equum regendum.de Orat.104 a, Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas tradidit. de Am.104 b, Commodißimum est

quàm laxißimas habenas habere amicitiæ, quas uel adducas cum uelis,uel remittas.

Habeo,bes.posßideo,utor,mihi non deest, penes me est, particeps sum.de Diuin.128 d, Eodem temporis puncto nati dißimiles & naturas & uitas & casus habent. & ibi.b,Dißimilitudo locorum, dißimiles hominum procreationes habet. & 122 d, Dionyſij equus habuit apes in iuba.& 95 d,Pars animi, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet.de Pro.71 d, Deinde adiutus eius in Syriam primus,equitatus habuit interitum.de Orat. 92 a,Demosthenes summam prudentiã summamq; uim habuit dicendi.119 b, Neminem omnium tot ac tantas, quantas essent in Crasso habuisse ornamenta dicendi.& ibid.Itemq; illa,&c. excogitationem non habent dißimilem.I.A.188 b,Is dixit se uſurq; ad Cal. Maias ad urbem exercitum habiturum.At.129 d, Domitius suas X I.Lo hortes trib.in oppidis distributas habet.et 220 d,Omnes ea quæ in manibus habebam.et 90 b, Phliaſios dicisse bam.& ita fac ut habeas:nos quidè sic habemus: id est, sic in nostro codice scriptũ est. At.257 b,Octauius omnes bonos secum habiturus est.pro S.R.43 d, Eximius, quæ patrem habuit clarißimum uirum. At.253 b, Hæc nauigatio habet quaſdam suspiciones periculi. de Orat. 198 d, Eloquentia forensis iactationem habuit in populo.Or.197 b,Hæc ingreſsio mea, aut reprehensionis alicuius habebit, aut certè admirationis habitura est. de Cl.191 b, Hæc genera dicendi in scribus grauitatem non habent. Or.206 b,Eaq; hanc habent,quam probo, naricitatem. Qu.Fr.303 d,Magnum fac animum habeas et ſtem habeas. de Or. 135 a, Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona sine testamẽto possidet:id est, sustinet inuidiã.I.V.274 b, Dijs bellum iste semper habuit indictum.de N.54, Lucilius, qui magnos progreſsus habebat in Stoicis.pro Lig.137 b, Profectio nostra tatem habuit non turpem,remansio etiam necessitatem honestam.de Leg.181 b, Nam priusquam iniecta gloria est,locus ille nihil habet religionis.I.A.221 b,Vt Antiochum classes habere prohiberet. Off.42 d,Tus ataſ incidit in id prælium, cuius altera pars sceleris minimum habuit,altera felicitatis parum.

Habere.pro existimare,ducere,iudicare,ponere, uel reponere. de Sen.91 b, Omnia quæ secundùm naturam fiunt,sunt habenda in bonis.de Cl.173 d, Tum etiam egans est habitum orationis genus.Epiſt.67 d, Dalmatæ semper habiti sunt bellicoſi.Ep.54 d, Tempori cedere id est,necessitati parêre. sapientis semper est habitum.de N.26 b, Natura insculpſit in mentibus nostris, ut deos æternos & beatos haberemus.& 77 b, Atq; hoc quidè omnes mortales sic habent, prosperitatem uitæ à dijs habere.Tusc.I.349 d, Themiſtocles,cum in epulis recusſset lyram,habitus est indoctior.de Fin.56 b,Maximam illam uoluptatem habemus.de Cl.170 d, Eum nos ut perueterem habemus.At.71 d,Hoc uelim in mentibus rebus et maximè necessarijs habeas. At.93 b, Hanc ego ſi in præfectis habuiſsem,què tu me hominem putares? de Clar.173 d, Eodemq; in genere est habitus M. Otacilius.& ibi.b,Fannius in mediocribus oratoribus habitus est:& 171 d,Hic oratorum in numero est habendus. Fin.51 d, An partus ancillæ in fructu sit habendus. 293 d,Habe tuum negocium: id est,tanquam tuum negocium et 204 d,Iam istuc pro facto habeo.Ep.75 d, Nisi in prouincias relictas rationes pro latis haberem.de N. 9 d,Habere aliquem in numero sapientum. de In. 81 d, Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat.pro Ar.191 b,Isq; est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti,atq; dicti.Offi.41 d, Ille habet opinionem iustitiæ:id est,habetur iustus.

Habere.pro facere,tractare.At.70 b, Habere διαλόγους cum aliquo.& 28 d, Habere dialogum. de Clar.179 d, Nulla est altercatio clamoribus unquam habita maioribus.Quin.Fr.299 d, Statius interuenit nonnullorum querelis,quæ apud me de illo ipso habebãtur. pro Mar. 141 d, Quæstiones in senatu habitæ. pro Mur. 138 d, Quoniam non est nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita multitudine, aut in aliquo cõuentu agrestium. de Or.126 b,Habere uerba. l. Verbum. Habere sermonem.l.Sermo.

Habere.alijs quibusdam modis.Substãtiuis iunctum.pro Sest.18 b, Eos uoluntatem semper eandem, libertatem eandè non semper habuisse.pro Dom.230 d,In illo pœna legitima turpitudinem non habuit.I.C.119 b, Habeuideretur ista res iniquitatem,si imperare uelis:difficultatem,si rogare.pro Pl.267 d,Habere magnas necessitudines in aliqua tribu. pro Dom.238 d,b, Domus tua & quicquid habes aliud, est Cereri consecratum. Off. 43 b,Habere aliquid religioni, Attic.15 b, Habeo in animo consulatum statim petere. Plan.Ep.154 d,Quid in animo habuerim cum Lernus discesßit à me, ex eo potuisti cognoscere.& 71 b,Illa consolatio quam semper in ore atq; in animo habere debemus. Off.69 d, Hunc quasi tu conscientiæ labes in animo censes habuisse? I. V. 118 d, Clamare cœperũt,sibi ut haberet hæreditatem.In Ant. 173 b,Ille suam illam suas res sibi habere iussit. I. V. 124 b,Habeatis sanè uobiscum istum,&c.

Habere.pro esse,aut esse loco,uel in loco, uel statu. Att. 274,Scire igitur aueo,quomodo res se habeat. de Or. 134 d,Sic profectò res se habet,ut,&c.& Ep. 33 d, Ea res se habet.pro Quint.1 d, Verùm ita se res habet, & 3 b,Alio loco,ut se tota res habeat demonstrabitur. 139 d,Omnino præclarè enim se res habeat,si,&c.I. V. Nam nihil esset in potestate nostra,si res ita se haberet. Epiſt.45 d,Rem uides,quomodo se habet. Epiſt. 124 b, Domitij se malè habẽt.Att.74 d, Cum egò me non bellè haberem.Offic.37 d,Malè enim se res habet, cum quod uirtute effici debet,id tentatur pecunia. de Orat. 137 b, Malè se res habet,quæ,&c.et 121 d, Quomodo nunc se istorum artes habent. At.27 b,Bene habemus nos.

Habere cum adiectiuis,in quibus mira est uarietas. Epiſt. 255 d,Quantum ex tuis literis habeo cognitum.et 211 d, Eum nondum habes satis cognitum. I. V.248 b, Hodie omnes sic habent persuasum,istum,&c.Ep.167 b, Habere uit am alicuius perspectam.& 251 d,Habere procurationem rerum alicuius suscepta.In Ver.56 b, Siculi ad meam fidem quam habent spectatam iam & diu cognitam,confugiunt. & 155 d, Vt omnes ante Cal. Sext. decumas ad aquam deportatas haberent.& 230 b,Itaq; hi conuersam iam habent demonstrationẽ suam.de Cla. 177 b, Satis mihi uidebar habere cognitum Scæuolam,

ex ijs rebus,quas,&c.Or.207 b, Orator habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos.de Or.191 d,Docemur autoritate legum,domitas habere libidines,coercere omnes cupiditates. Quin.Fr.293 b,Ex quibus non nullas simultates suscepimus habemus.Att.119 d,In eo posßitas omnes nostras spes habemus.Ep.173 d, Non habeo ambiguum.Ep.158 b,Habeo expertum.de Or.122 b, Vt habeant paratum,quid quaq; de re dicant. At.154 d, Et boni ciues mare infeſtum habebimus.de Cl.179 d, Scæuolæ dicendi elegantiam ex ijs orationibus, quas reliquit,habemus cognitam.Ep. 79 b, Ita statutum habeas, me, &c. Att. 273 d, Clodij animum perspectum habeo cognitum,iudicatum.de Natur.76 b,Mercurius, quem Aegyptij nefas habent nominare. At.275 b,Cum exploratum habere cœpero, Cæsarem,&c. Orat.208 d, Erit etiam ei perspectum nihil posse,&c.pro Qu.R. 46 b, Cur hoc nomen in aduersarijs scriptum habebas? Orat. 207 d,Qui ea multo quàm nos habes notiora. Qu. 328 b,Quod me hortaris ut absoluam,habeo absolutum.de N.26 b,Habere aliquid cognitum comprehensumq; animo.Ac.25 d,Aliquid comprehensum animo habere atq; perceptum.I.V.270 b,Habuisse aliquem uinctum clausumq; custodijs.& 204 d, Habere aliquid reconditum: id est,tenere.& 73 b,Habere tempus distributũ,ut prima pars,&c.et 87 b,Diligẽtius habere dico Seruilium prædam populi Rom. quàm te tua facta notata atq; descripta.& 130 d,Ita in tabulis scriptum habes. At. 83 b, Hoc quid interſit certè habes subductũ.I.A.248 b,Quorum habetis cognitam uoluntatem in remp. & 204 d, Omnes habeo cognitos sensus adolescentis, nihil est illi rep.charius.de D.138 d,Hæc et innumerabilia quæ collecta habent Stoici.pro Cæc.45 d,Eum habere tuis copijs deuinctum non potes.contra Rul.69 d, Non enim bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu.pro Pom.74 d,Pecunias contulerunt.& ibi.Pecunias collatas habent.Quin.de Pet.209 d, Omnes centurias multis et uarijs amicitijs curate cõfirmatas habeas. & ibi.b,Postremò totam Italiam sic ut in animo de memoria tibi distributã comprehensamq; habeas.I.A.204. b,De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo: id est,de Cæsare satis dixi.Ep.144 b, Ego planè necessitudinem constitutam habui cum domo uestra. Attic.lib.12, Constitutum habere cum aliquo, I. V. 124 b, Habere fidem precio addictam.et 125 d,Habere fidem alteri addictam pecunia.Epiſtol.69 b,115 d, Quæ habes instituta, perpolies.In Ver.201 d, Dum forum habuit dijs immortalibus ornatum.Epiſtol.26 b, Quæ non animum magis solicitum habent,quàm tuum. & 90 d, Cæsar diutius uelle uidetur eos habere solicitos,à quibus se putat diuturnioribus esse molestijs constrictum. Epiſtol. 96 b, Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi.pro Flac.161 d,Cur unus tu Apollonienses miseriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam.l.Inſtius.Sic habeto,&c. pro,sic tibi persuade:uel,hoc scito.pro Cæl.38 d, Hi sic habeant, quæcunq; in equite Rom.dignitas esse potest, eam semper in M. Cælio habitam esse summam,hodieq; haberi ab omnibus.Epiſtol.216 b, Id primùm ergò habeto,me,&c.& 45 d,b, Illud uelim sic habeas, quod intelligas,&c.Epiſtol.21 d, Vnum hoc sic habeto,&c.

Epist.23 d, Atqui sic habeto. Epi.22 d, Tantum habeto, ciuem egregium esse Pompeium. Att.243 d, Tantum dico. & 41 b, Hoc confirmo. Non habere, &c. pro nescire, nihil esse. At.114 b, Nec de me laboro, de pueris quid agam non habeo. Epist.22 d, Neq; tamen adhuc habeo, quod te accusem. pro Mur. 129 b, Quid huic respondeas non habebis. de N.72 d, De quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar. I.V.221 b, Nec quid facerem habebam.

Habere cum infinito, pro posse, uel esse. Attic. 37 b, De repub. nihil habeo ad te scribere. de Nat.79 d, Hæc ferè obijcere habui de natura deorum. de Am.115 b, Hæc habui de amicitia quæ dicerem. pro Cor.61 b, Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi? Acad.21 d, Quid enim dicere habeant? Par. 234 d, Non habebimus necesse semper concludere. Attic.155 b, Eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus. de Orat.131 b, Ne quotiescunq; potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Ep.5 d, De causa regia tantum habeo polliceri, mè tibi abjenti cumulatè satisfacturum. I.A.175 b, Habebat hoc omnino Cæsar, &c. id est, hoc erat proprium Cæsaris, uel hic erat mos & consuetudo Cæsaris. Att.25 b, Nunc uerò cum omnibus musis rationem habere cogito.

Habere, substantiuis iunctum alia atq; alia ratione. de N. 13 d, Quanquam non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. de Am. 113 d, Omnis hac in re habenda ratio & diligentia est. primùm, ut, &c. de L.176 d, Habere concilium, ut habere comitia. pro Clu. 37 d, Habere modum. Attic 276 d, Habere rationem absentis. I.V.250 d, Habere rationem dierum. I.V.153 d, Habere censum, & habere æstimationem. l. Census. I. V. 273 b, Habere animos aliquorum inimicos. Epist.17 d, Habere prouinciam uel imperium. In Vat.243 a, b, Habere multum negocij atq; oneris. de Or. 156 d, Habere sapientiam iunctam eloquentiæ. et 132 b, Cum ille haberet filium delicatiorem. I.V.73 d, Habere de rep. cum aliquo: id est, agere. I. V. 250 d, Vtis uictu cæterisq; rebus quàm liberalissimè commodissimeq; habeatur: id est, tractetur, accipiatur. de Diuin.100 d, Nostri nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspicijs domi habent. At. 51 b, Vt se initia dederint, id est, habuerint. Ep.144 b, Habere rem communem cum aliquo. de Leg.173 d, Separatim nemo habessit deos: id est, nemo habeat.

Habere. pro habitare. pro S.R.40 b, Qui in Salentinis aut in Brutijs habent, unde uix ter in anno audire nuncium possint. Ep.99 d, Quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ. Attic. 28 d, Video iam quò inuidia transeat, & ubi sit habitura. alias, habitatura.

Habessit. pro habeat, uetustum uerbum. de Leg.li.2, Separatim nemo habessit deos.

Habilis. de de Orat.94 b, Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in ijsdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse uideantur. de L. 161 d, Natura homini figuram corporis habilem et aptam humano ingenio dedit. de Fin.118 b, Res aptæ, habiles, & accommodatæ ad naturam. de Or.105 d, Calceis Sicyonijs nō uterer, quamuis essent habiles, et apti ad pedem.

Habilitas, tis. agilitas. de Leg. 161 b, Omitto habilitates opportunitatesq; reliqui corporis.

Habitabilis, le. Tusc.158 d, Regio habitabilis. et de Som 123 b, Duo sunt habitabiles, quorum australis, &c.

Habitatio, onis, usus. Epist.203 d, Peto à te, ut ei de habitatione accommodes. & pro Cæl.40 b, Sumptus ad habitationem dixistis, XXX. millibus dixistis eum iectus est habitationis, XXX. millibus dixistis eum habitare.

Habitator, oris. incola. Qu.Fr.390 d, Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. de N. 54 d, Homines incolæ atq; habitatores, &c. & 44 d, Habitator in hac diuina domo.

Habito, as. colo, domicilium habeo, fum. I.V.208 b, Is Libybæi multos iam annos habitat. In Vat. 228 d, Collyburq; ea pars urbis, & habitatur frequentissimè. & de D.127 b, Omnis terra quæ incolitur. Attic. 41 d, Deinde sine te natura castellum munitū habitanti mihi praedesset, transeunti non est necessarium. In Vat.123 b, Cum apud eum non modò Thermis sæpenumero fuisses, sed etiam habitasset. de Nat.45 d, Si essent, qui sub terra habitarent bonis & illustribus domicilijs. pro Cæl.40 b, Cuius in ædiculis habitat decem millibus. In Sal.274 d, Habitare in domo alterius uel sua. I.V.168 b, Omnes qui habitarent in Sicilia. Acad.31 d, Habitari ait Xenophanes in luna. contra Rul.86 b, Habitare in cauere. de Natur. 6 b, Habitare in gurgustio. & Habitare melius. de Somn.126 d, Vides habitari in terra rarâ & angustis in locis. pro Dom. 233 d, Demigrandum potius aliquò, quàm habitandum in hac urbe. In Ant.182 b, Stultè Aquinates, sed tamen in uia habitabant. pro Cæl.40 b, Sumptus unius generis obiectus est habitationis, triginta millibus dixistis eum habitare. pro Dom. 236 d, Iste habitare laxè & magnificè uoluit. & Attic. 269 b, Neq; tamen non in primis bene habitauit. Tusculan.241 b, Habitare & pernoctare cum aliquo. I.V. 89 d, Filia cum patre habitat. Attic. 235 b, Viuere & habitare cum aliquo. de Sen.94 b, Commorandi natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. pro Cl.24 d, & Epistol.135 d, & I.C.101 d, Habitare apud aliquem. Acad.29 d, Diodorus, quem à puero audiui, qui mecum uixit tot annos, qui habitat apud me. de Cl.194 d, & pro Cæl.48 d, Diodorus habitauit apud me uxoriūs. de Fin.84 d, Qui potest igitur habitare in beata uita summi mali metus? Or.201 b, Alioqui quo'nam modo ille in bonis hærebit & habitabit suis? de Or.123 d, Illi autem qui habitarent in Sicilia. Acad.31 d, Habitari ait Xenophanes in luna. contra Rul.86 b, Habitare in cauere. de Natur. 6 b, Habitare in gurgustio. & Habitare melius. de Somn.126 d, Vides habitari in terra rarâ & angustis in locis. pro Dom. 233 d, Demigrandum potius aliquò, quàm habitandum in hac urbe. In Ant.182 b, Stultè Aquinates, sed tamen in uia habitabant. pro Cæl.40 b, Sumptus unius generis obiectus est habitationis, triginta millibus dixistis eum habitare. pro Dom. 236 d, Iste habitare laxè & magnificè uoluit. & Attic. 269 b, Neq; tamen non in primis bene habitauit. Tusculan.241 b, Habitare & pernoctare cum aliquo. I.V. 89 d, Filia cum patre habitat. Attic. 235 b, Viuere & habitare cum aliquo. de Sen.94 b, Commorandi natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. pro Cæl.40 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

hærens ad radices linguæ. Fam. li. 6, Malè hærentes scalarum gradus.

Hærere. pro dubitare, seu dubium esse & uacillare. de N. 72 d, In multis enim nominib. hærebitis. At. 130 b, Hærebitis. de Or. 123 b, Hærere in aliqua re. & Qu. Fr. 322 a, Hærere in re. de Or. 99 d, Hærere in iure. Acad. 4. b, Philosophi cum hærent aliquo ioco. de Fin. 53 d, In quo ctiam Democritus hæret. I. A. 174 b, Hærebat nebulo, quò se uerteret, non habebat. de Vn. 200 b, Incurrere in aliquam rem, & in ea hærere atq; impediri. Att. 130 d, Cauendum enim puto esse ne implicatus hæream. de Fi. 92 d, In cæteris subueniens, si me hærentem uideris. At. 218 d, Valde in scribendo hæreo. Q. F. 30 b, In hac causa mihi aqua hæret. Off. 76 d, Sed aqua hæret, ut aiunt. de Fi. 144 b, Venit ad extremum, hæret in salebra. pro uerbia tria hæc sunt. Vide Erasmi Adagia.

Hæres, dis. Ep. 214. b, Lucius hæres est Marco fratri suo. Ep. 217 d, Hæres ex parte dimidia est & tertia Capito, in sextante sunt bi, qui, etc. Ep. 199 d, Qu. Turius hæredes fecit similes sui, Cn. Saturnium & Sex. Aufidium. et 226 d, Instituere aliquẽ secũdum hæredem filio suo. Of. 66 b, In testamẽto scripsit hæredes secum M. Crassum, & Qu. Hortensiũ. I. A. 172 d, Antonius in Cn. Pompeij locũ succesit hæres. I. A. 168 b, Quem palàm hæredem semper factitarat. & ibi. Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredẽ. pro Cl. 24 d, Mulier ab hæredib. secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamẽtis abegit. pro Ce. 288 d, Testamento facto mulier moritur, facit hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulciniũ, Ebutio sextulam aspergit. Att. 210 d, Cæsar opinor ex uncia, sed Lepta ex triente. pro Mi. 111 d, Cyrus testamentũ palàm fecit, & illum, et me hæredem scripsit. Of. 70 b, Scribere aliquem hæredem. de Ora. 99 b, Posset ne paternorũ bonorũ exhæres esse filius, quem pater testamẽto neq; hæredẽ neq; exhæredem scripsisset nominatim. de Ora. 99 b, Qui esset secundum Posthumum hæres institutus. pro Cluent. 22 d, Instituere aliquem hæredem. pro Quin. 3 d, Relinquere aliquem hæredem testamento. I. V. 99 d, Facere aliquem hæredem testamento. de Inuẽt. 70 d, Possessio hæredum secundorum est. & ibid. Qui patris pupilli hæredes secundi sunt. pro Cl. 25 b, Auia tua, cui tu es hæres. In Sallust. 274 b, Qui patre nõdum mortuo pro hærede gesserit omnia.

Hæresis, sis. secta. Parad. 116 d, Cato in ea hæresi est, quæ nullum sequitur florem orationis. Att. 229 b, De hæresi Vestoriana, & Perionum more Puteolano, risi satis. Epist. 253 d, Postulabimusq; ex qua hæresi in homimib. armatis deiectus sis, in eam restituere. & ibidem, In ista ipsa αἱρέσει.

Hæsitantia, tiæ. titubatio, hæsitatio. I. A. 186 b, Qui propter hæsitantiam linguæ cognomen ex ignominia traxerit.

Hæsitatio, onis. dubitatio. Epi. 44 d, Noli ignoscere hæsitationi meæ. de Or. 127 d, Quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractusq; uerborum?

Hæsito, as. dubito, timeo, titubo. de Fi. 68 d, Aperiendum est igitur quid sit uoluptas, quã si explicauisset, nõ tam hæsitaret. Ac. 39 b, Itaq; nõ multum hæsitans respondebo. Ac. 5 d, Illi tum in nouis rebus quasi modò nascẽtes

hæsitauerũt. & 14 d, Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum. I. C. 107 d, Cum hæsitaret, cum teneretur, quæsiui, &c. de Or. 88 d, Carbo hæsitãs in maiorũ institutis, rudis in iure ciuili. de Or. 103 b, Quis enim unguã, &c. hæsitauit ob eam causam, quod, &c. pro D. 240 b, Hæsitantibus uerbis dicere aliquid. de Orat. 94 b, Quidam lingua hæsitans, & uoce absonus.

Halesia, urbs. I. V. 112 d, & 146 d.

Halesinus, a. pro Font. 281.

Halethes, fl. apud Veliam. Ep. lib. 7. Has paternas possessiones tenebis: neq; Halethen nobilem amnẽ relinques.

Halicarnasseus, a. de D. 126 b, Scylax Halicarnasseus.

Halicienses, pop. I. V. 122 b.

Haluntinum, oppidum Siciliæ. I. V. 211.

Haluntinus, a. I. V. 170 b, Haluntina ciuitas.

Halicarnassus, si. urbs Cariæ. Quint Frat. 294 b, Tusc. 206.

Halis, lis. fluuius. de D. 152 b.

Halitus, tus. spiritus. Tusculan. 179 b, Efflare extremum halitum.

Hallucinor, aris. aut potius Allucinor, aberro. Qu. Fra. 313 d, Epistolæ nostræ debent interdum hallucinari. At. 250 b, Ego tamen suspicor hunc, ut solet, hallucinari. de Nat. 15 b, Ista enim à uobis tanquam dicta reddimus, quæ Epicurus ofcitans hallucinatus est.

Hamatus, a, um. aduncus. Acad. 39 b, Hamatis uncinatisq; corporibus.

Hamus, mi. de Senect. 86 d, Plato escam malorum, uoluptatem appellat, quòd ea uidelicet capiantur, ut bluppi pisces.

Hara, ræ. stabulum porcorum. I. P. 87 d, Epicure noster, es hara producte, non ex schola, &c.

Hariolus, Haruspex, & alia. l. Ariolus, & Aruspex.

Harmonia, niæ. concentus. Tusc. 152 d, Velut in cantu & fidibus, quæ harmonia dicitur. Tusc. 156 b, Harmoniam autem ex interuallis sonorũ nosse possumus, quæ harmonia compositio etiam harmonias efficit plures, de Sen. 84, Nisi putamus ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat.

Hasta, stæ. telum. de Fi. 85 d, Euelli iussit eã, qua erat transfixus, hastam. de Or. 106 d, Amentatas hastas torquere et 138 d, Iactare hastas leniter. de Se. 81 d, Eminus hastis, cominus gladio uti. pro Mu. 134 b, Abijcere hastas. Of. 38 d, Est enim ausus dicere hasta posita, quum bona in foro uenderet, & bonorũ uirorũ & locupletiũ & urbẽ ciuiũ, prædam suam uendere. I. A. 172 d, Hasta posita pro æde Iouis Statoris, bona Cn. Pompeij uoci accensi mæ subiecta præconi. Of. 50 d, Hastam in foro ponere, & bona ciuium uoci subijcere præconis. cont. Rul. 76 b, Rullus in ponto hasta posita, cum suis sermonis finire ribus auctionans. cont. Rul. 62 d, Num obscure uidimur propè hasta præconis insectari Cn. Pompeij exercitũ. A. 195 d, Quos non illa infinita Pompeij hasta satiauit. I. A. 180 d, Quis hastam illius uenditionis uidit? Ait. 186 b, Tres habet conditiones, aut emptionem ob hastam, &c. l. Gramineus.

Hastatus, ta, tum. qui hasta pugnat. de Diuinat. 122 b, Quod euelli primi hastati signum nõ potuerit. de Dom. 108 b, Cum signifer primi hastati, signum non posset mouere loco, &c.

Hastile, lis. pro Rab. 94 b, Qu. Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, hastili nixus, &c.

Haud. non. de Fi. 115 b, Quem haud scio an pecte dixerim principem philosophorum. pro Cl. 53 d, Haud hæres est Cluentius. Off. 15 d, Tibi non minus, haud scio an magis etiam hoc faciendũ est. de Am. 206 d, Atq; haud scio an ne opus sit quidẽ, nihil unquam omnino deesse amicis. de Nat. 73 b, Haud scio an melius fuerit. de Arc. 243 b, Haud potest gratioribus à me uerbis uulnerari, quàm, &c. de Se. 94 b, Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit. At. 210 d, Vide quàm philosophos haud nos frustra existimas.

Haudquaquam, nequaquam. de Or. 88 d, Quorum pater homo prudens & grauis, haudquaquam eloquens, saluti reipublicæ fuit. & 122 b, Haudquaquã: id est, difficile. Crasso. de Am. 108 b, Suauitas sermonum atq; morum haudquaquã mediocre condimentum amicitiæ. de Vn. 202 d, Haudquaquam boni est, ratione uinclum uellere dissoluere.

Haue. pro salue. Epist. 125 d, Ac simulatq; hatue mihi dixit, statim quid de te audisset, exposuit.

Haurio, ris. hausi, haustum. trabo. de Clar. 191 b, Qui hoc sentiat, si is potare uelit, de dolio sibi hauriendũ putet. pro Cecin. 300 d, Quicquid inde hauries, purum liquidumq; te haurire sentias. de Diu. 114 b, Aqua ex puteo hausta. de D. 103 d, Natura deorum, à qua haustos animos & libatos habemus. de Diuin. 95 d, Animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos & hauflos. pro Ar. 188 d, Illa quidẽ certè, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio. Off. 2 b, E fontib. Stoicorum, iudicio arbitrioq; nostro, quatũ quoq; modo uidebitur hauriemus. de Or. 102 d, Equidẽ uobis fontes unde hauriatis, putaui esse demonstrandos. Acad. 40 b, Vt ea è fonlib. potius hauriant, quàm riuulos consectentur. Ep. 84 d, Eodem fonte se haustur ũ intelligit laudes suas, è quo sit leniter aspersus. de Cla. 187 d, Tum Atticus, tu quidẽ de fece, inquit, hauris idq; iamdudum. de Or. 86 d, Cærarum artium studia ferè reconditis atq; abditis, è fonteribus hauriuntur. contra Rul. 72 b, Sumptum haurit ex erario, suppeditat socijs. Tusc. 23 b, Quoq; affluentius uoluptates undiq; hauriat. de Cl. 196 b, Artes, quas cum domo haurire non posses, accersiuisti ex urbe Athenarum. pro Mil. 103 d, & Or. 212 b, Hanc legem à natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. pro Cæl. 50 d, Vidi enim, uidi & illum hausi dolorem uel acerbissimũ in uita, cum, etc. Tusc. 166 b, In propagatione uitæ quot, quantas, quàm incredibiles hausit calamitates? pro Dotem. pro Sest. 17 b, Luctum nos haustimus maiorem, ille animi nõ mimorem. de Ar. 258 b, Quæ unquã Charybdes tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit? I. A. 232 d, Quid eum nõ sorbere animo, nõ haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere cenſetis?

Haustus, a, um. de Diu. 113 b, Diuimitas, unde animos hauflos, aut acceptos, aut libatos habemus. de Fi. 63 b, Omnia dixi hausta è fonte naturæ.

Haustus, stus. cum aqua non ducitur, sed hauritur, ut ex puteo. pro Cecin. 299 d, Aquæductus, haustus, iter, a-

Ἐκτοτιτιαφὲ ἀενάου. l. Puniens.

Hebdomas, dis. uel dos, septem dies, uel septenarius. Ep. 259 b, Symphoniam Lysonis uellem uitasse nie in quar tam hebdomadam incideres.

Hebes, tis. tardus, pinguis, natura tardior, obtusus, retusus.)(. Acutus. de Diuin. 129 b, Epicurus, quem hebetem & rudem dicere solent Stoici. & de Finib. 68 d, Epicurus paulò hebetior. Attic. 152 b, Tu cogita quid deinde, nam me hebetem molestiæ reddiderunt. Aca. 44 d, Sensus hebetes, tardi, & pingues. pro Planc. 273 d, Populum Rom. aures hebetiores, oculos acres et acutos habere. de Aruspic. 244 d, Non dubito quin ea tela leuiora atq; hebetiora sint, quàm, &c. Orat. 118 d, Spondeus, quòd est è longis duabus, hebetior uidetur & tardior. de Natur. 29 b, Hebetiora sunt hominum ingenia propter cœli pleniorem naturam. Attic. 120 d, Bonorum erat aliquis dolor, sed hebes. de Orat. 106 b, In communi uita non hebetem esse, nec rudem. Ep. 122 b, Hebes ad intelligendum, quia utile est. de Diu. 89 b, Hebes æquè ac pecus.

Hebesco, scis. obtundor, retundor. I. C. 98 d, At nos uigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum autoritatis. Tusculan. Sic mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit. Acad. 2 b, Hebescere & languere in ocio.

Hecate, tes. de Na. 68 b, Hecate, quæ matre Asteria est, sorore Latonæ.

Hecuba, bæ. Priami uxor. Tusc. 204 d.

Hedone, nes. l. Voluptas.

Hedui, pop. At. 17.

Helenus. uates. de N. 17. de D. 98.

Heletes, fluuius. At. 156. Ep. 105.

Helice, ces. altera arctos, maior ursa, septẽtrio, duæ enim ἄρκτοι sunt. Ego uerò ipse, & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens: et meas cogitationes dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram, qua fidunt duce noctiurna Phœnices in alto, ut ait Aratus, eoq; directius gubernant, quòd eam teneant. Quæ cursu interiore, breui conuertitur orbe, sed ad Helicen, & clarissimos septentriones: id est, rationes has, latiore specie, non ad tènue elimatas, eo sit ut errem, & uager latius. Aca. 17 d, & de N. 70 b.

Heliopolis, lis. urbs Aegypti. de N. 70 b.

Hellespontus, ti. primæ maris angustiæ ex Aegeo nauigantibus, quibus Asia ab Europa disiungitur: relinquitur q; Abydos, urbs Asiæ, Sestos Europæ. Or. 212 b, Quæ pontus Helles, &c. & de Fin. 88 d, Hellespontò iuncto Athoq; perfosso.

Hellespontius, ia. Ep. 223 b.

Hellis, dis. urbs. I. A. 236 d.

Helluatio, onis. Postquam. 207 d, Cur in lustris & helluationibus huius saltatoris uirtus tandiu cessauit?

Helluo, onis. ganeo, gurges. I. P. 88 d, Ille gurges atq; helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. contra Rul. 61 d, Impurus helluo turbat rempub. Postquã. 207 d, Helluo immanis. pro Do. 218 d, Helluo spurcissimus. Epist. 263 b, Helluo nequissimus. pro Sest. 8 b, Helluo patriæ, helluo patrimonij. de Fin. 91 b, Helluo librorum M. Cato.

Helluor, aris. pro Domo, 237 d, Ille gurges helluatus est simul

Universidad de Deusto
Biblioteca

est simul tecum reip. sanguinem. pro Sest. 24 b. Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij helluabere? & de Pro. 72 a. l. Siparium.

Helluellæ, larum. herbæ latè quæda. Ep. 107 b. Nam dū uolūt isti Luui terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, helluellas, herbas omneis ita condunt, ut nihil possit esse suauius.

Heluetij, orum. pop. pro Cor. 61 a, & de Prouinc. 75 b.

Hem. indignationis uox. Ep. 233 b. Hem mea lux, meū desiderium. Ep. 50 a. Hem nos homunculi indignamur, si, &c. pro R. P. 130 a. Hem posthume, tu ne es Curij filius? I. A. 201 a. Hem, ad quem legatos mittamus? cui bellum moramur inferre? & 187 b.

Hemicyclus, cli. sedes, solium. de Am. 95 b. Augur domi in hemicyclo sedens.

Id.id temporis,id ætatis,id quo,idq;,atq; id. de Or. 108 d, Et nos ipſi quoniam id temporis eſt,ualetudini operam demus. Att.216 d,Is uenit ad me,et quidem id temporis, ut retinendus eſſet.I.C.99 d, Quos ego ad me uenturos id temporis eſſe prædixeram.de Finib.114 d, Maximè quòd is locus ab omni turba id temporis uacuus eſſet. pro Mil.106 b,Milo profectus eſt id temporis,cum iam Clodius Romam redire potuiſſet.et 11 d, Qui conuenit? præſertim id temporis?pro Dom.237 d,Et ſi id eſt ætatis,ut nondum ſcientiam conſecutus ſit. de Orat. 102 b, Hominibus id ætatis tantum onus imponere,&c.Epiſt. 250 d,Cum id ætatis ſim.pro S.R.29 d, Duo filij id ætatis. Epiſtol.93 d, Id ætatis iam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus.de Diu.86 b, Aut ſi ualuit, id ualuit, ut peccatum in eo hæreat.de Orator. 102 b, Epaminundam & Annibalem,& eius generis homines. Att. 54 d, Poſtridie S.C.factum eſt,id quod ad te miſi.de Ora.143 d,Et eundem,id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe.Epiſt.3 d,Diem conſumi nolebant,id quod factum eſt.Epiſt.138 d, Demus modò operam, ne tam neceſſe nobis ſit,quàm illi fuit, id quod agimus. de Or.91 d,Siue id quod conſtat,Platonis audiendi ſtudioſus fuit.& 108 d,Id quod eius ſcripta declarant. Attic. 131 d,Id quod neutrum nobis hoc tempore contingit. de Orat.151 b.& pro Syl.167 b.l.Is.Ea quæ,pro,quæ. pro Clu.47 d,Eorum initia cum recitarentur, ea quæ uobis nota eſſe arbitror, &c. de Orat. 131 d, Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones,ea quæ λημματα appellant dialectici.de Clar.190 d,Illud quod,pro,id quod.Tuſc.221 b, Quod id,pro id quod.pro Plan.260 d, Vel quod, pro, id quod.I.A.231 d, Idq; per biduum.Offic.1 d,Idq; Athenis.Orat.197 d,Quæris igitur,idq; iam ſæpius.Qu.Fr. 317 d, Atq; id anni tempore grauiſſimo. de Orat.153 d, Alterum genus obtinent,atq; id ipſum lacinia. pro Clu. 20 d,Ea primo, neq; id ipſum diu continebatur. de Fat. 145 b,Motus uoluntarius eſt in noſtra poteſtate,nec id ſine cauſa,etc. Or.98 d,Imò id mehercule inquit ipſum attendo. Ep.3 b, Atq; id ipſum conſulibus inuitis. de D.

Universidad de Deusto
Biblioteca

126 b, Fani pulchritudo Prænestinorum etiam nunc fortunam retinet nomen, atq; id in uulgus. quis enim, &c. de Clar. 187 d, Tu quidem de fece hauris, idq; iamdudum.

Idæi digiti, ij sunt qui & Idæi Dactyli in Creta & Corybantes uocantur, sacerdotes magnæ matris Idææ, quæ Cybele dicta est. de N. 67 b, Tertius Hercules est ex Idæis digitis natus, cui inferias asserunt.

Idæus, a, um. Attic. 16 b, Pastor Idæus: id est, Paris. & de Se. 86 d, Sacra idæa magnæ matris: id est, Cybeles. Idæa mater, de L. 174 d.

Idcirco, uel iccirco, ideo. At. 129 d, Sin autẽ id actum est, & iccirco arma sumpta sunt, ut, &c. tum uerò, &c. At. 129 d, Ego quòd existimabam dissersos nos, &c. idcirco ad L. Domitium literæ missi. I. V. 231 b, Verum illud est, quamobrem hæc commemorarim, quod, &c. Attic. 5 d, Propter hanc dubitationem, quod, &c.

Idea, deæ forma, species, species rerum, prima & inchoata intelligentia. Top. 223 d, In diuisione formæ sunt, quas Græci ἰδέας uocant: nostri, si qui hæc fortè tractant, species appellant, &c. Orat. 197 b, Has rerum formas Plato appellat ideas, easq; gigni negat. et ait semper esse ac ratione & intelligentia contineri: cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno & eodem statu. Acad. 44 b, & Tusc. 160 b, Mens sola cernit quod semper est simplex, & uniusmodi, & tale quale est: hanc Græci ideam uocant, nos rectè speciem possumus dicere. Orat. 206 d, Redeo ad illam Platonis rei formam & speciem, quam & si non cernimus, tamen animo tenere possumus. de Vn. 201 a, Quot & quales animalium formas in specie rerum intuens poterat cernere.

Idem, eadem, idem. hic ipse, is ipse, unus, par, perpetuus, gemimus. de Vn. 201 a, Vnum quod semper esset in eodem æquè, & idem in omnibus, atq; uno modo celeraret. Epist. 126 b, Caninius idem tuus, & idem noster. Or. 211 b, In templis ipsdem, at eisdem erat uerius, nec tamen eisdem Opimius malè sonabat ipsdem. pro Dom. 7 d, Eadem Asia, atq; idem iste Mithridates uos docuit, &c. de Am. 111 d, Amicus est tanquam alter idem. pro Dom. 123 b, Hoc unum et idem uidetur esse atq; illud, quod de mepso nominatim tulisti. & ibid. Tam herculè est unum, quàm quod idem tu lege una tulisti. & 227 d, Lex quam idem iste tulerat. & 231 b, Tu iure eandem sororem & uxorem appellare potes. Offi. 40 d, Nemo potest, qui non idem prudens sit, iustus esse. de Ar. 248 b, Tua tum eadem uirtus fuit, quæ priuato quondam tuo proauo. pro Sest. 24 b, Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem concionẽ. de D. 124 b, M. Marcellus ille quinquies consul, idem imperator, idem augur optimus. I. A. 168 a, Idem mœsticiam meam reprehendit, idem iocum. & 197 d, Vt ei cum M. Curio consessore eodem & collusore facillimè conuenire possit. pro Cæl. 52 d, Non idẽ iudicum comessatorumq; consp ectus. de Pro. 76 d, Imperij nostri terrarumq; illarum idem est extremum. de Inuen. 46 d, Quæstio eadem in coniecturali constitutione, quæ iudicatio. I. V. 161 a, Serui eisdẽ moribus sunt, quibus & dominus. Orat. 215 b, Eosdem esse oratorios numeros qui sunt poetici. I. V. 243 b, Idem, qui semper fueris, inuentus es. I. C. 98 b, et Or. 204 b, bis, Ego idem, &c. de N. 39 b, Dianam et Lunam eandem esse putant. L. V. 225 d, Libera, quam eandem Proserpinam uocant,

de N. 38 b, Romulus quem quidem eundem esse Quirinum putant. Orat. 197 b, Nec diutius esse uno & eodem statu. In Ver. 222 d, Vno eodem tempore: id est, uno & eodem. Att. 159 d, Nec tuam rationem eandem esse atque meam. I. V. 222 b, Ei te eundem uinctum deliga, quem me. Tusc. 191 b, Hos eosdem motus, &c. de Orat. 89 b, Ab hisce ipsdem permotionibus. I. V. 222 b, Huic eidem Sopatro ipsdem inimici. & ibid. Idem hic Scipater. de N. 9 d, Hic idem: id est, Strato. Antequàm. 195 d, Hoc idem, &c. I. V. 87 d, In ipsdem illis locis. de Orat. 91 d, Eosdem illos sermones ad Varronem traduximus. I. V. 70 b, Eadem illa nocte. I. V. 166 d, Eidem illi Decimo. Attic. 21 d, Idem ego ille, &c. idem inquam ego, &c. Postquam. 211 b, Ipse ille animus idem meus, &c. Att. 51 b, Te, &c. eundem te, &c. Parad. 228 b, Si quæratur, idemne sit periculum & perseuerantia. At. 143 b, Iste omnium turpissimus est idem, qui semper in republica fuit. I. C. 117 d, Earum rerum, quas gessi, non est eadem conditio et illorum, quod mihi, &c. illi, &c. pro Clu. 34 b, Non quòd res alia esset, imò eadem. pro Cecin. 296 b, Quod etiam si uerbo differat, re tamen est unum, et idem in omnibus causis ualet. & ibid. d, Non idem est Seruilius, quod familia. pro Syl. 196 d, Hoc idem ualere debet, ac si pater iudicaret. pro Quin. 2 d, Cum adhuc ei non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit. pro Syl. 168 d, Et de hoc, et de cæteris iudicium meum, & horum par atque unum fuit. pro Mur. 128 b, Vtriusq; dignitatẽ pari atq; in eadem laude pono. Or. 198 b, Fuerunt quidam, qui ijdem ornatè & grauiter, ijdem uersutè ac subtiliter dicerent. de Clar. 156 b, Cæ similimæ inter se, uel potius eædem. de Clar. 290 d, Oratio splendida & grandis, & eadem in primis sicca. pro Mur. 128 b, Asia ista referta, et eadem delicata. Cl. 172 d, Est mos hominum, ut nolint eundẽ pluribus rebus excellere. de N. 26 d, Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodẽ rhetore congredi conatus sim. Att. 91 d, Nunc ista habet iuris idem quod cæteræ, nihil præcipui. de N. 70 b, Mercurius is qui sub terris habetur idem Trophonius. At. 110 b, Eadẽ postulantur à nobis, quæ ab amplissimis ciuibus. de N. 76 d, Vir innocentissimus, idemq; doctissimus. et 79 d, Sed quomodo ijdem dicitis, nõ omnia deos persequi? qui ijdẽ uultis, &c. de Or. 91 d, Finitimus oratori poeta, multis ornandi generibus fere cius, ac penè par: in hoc quidẽ certè propè idẽ, nullis terminis circumscribat aut definiat ius suũ. pro Syl. 170 b, Vt me quẽ boni constantem semper existimassent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerẽt. de Or. 103 d, Oratorem equidem non facio eundem quem. Crassus. et ibid. b, Eadem ratione. id est, similiter. de Or. 151 b, Cum quæritur, idem'ne sit, an aliquid interfit. & 159 d, Nos eisdem qui erant quondã ijdem poetæ. & 164 d, Nos eiusdem linguæ societate coniuncti sumus. id est, nos eadem lingua sumus. pro Mil. 119 b, Vultus semper idem, nec oratio stabilis & non mutata. Offic. 18 b, Præclara est æquabilitas in omni uita, et idẽ semper uultus, eademq; frons, ut de Socrate & de C. Lælio accepimus. & Tib. 197 d, Vultus Socratis semper idem. I. C. 108 d, Quibus præcipiẽdum uidetur, unum scilicet atq; idem quod cæteris. Or. 206 b, In causis perpetuum & eundẽ spiritum sine ulla commutatione obtinere, et pro Ela. 159 d, Idem

iam tot annos unis moribus, & non mutatis legibus uiuunt. ad He. 33 d, Eiusdem unitas aut plurium uerborum. Acad. 34 b, Hos enim quasi eosdem esse uultis. Epistol. 44 d, Eum te esse finge, qui ego sum. de Fimib. 197 b, Iidem abeunt qui uenerant. Ep. I. V. 76 b, & 249 b, Eundem aliquem esse qui fuerat. & 230 b, Per eundem me. de Inuent. 51 d, Vtrunq; genere idem est. de Clar. 173 b, Vnus enim sonus est totius orationis, & idem stylus. de Leg. 156 d, At quam Vlysses Deli se palmam uidisse dicit, hodie monstrant eandem. Offic. 5 d, Beneficentia, quam eandem uel benignitatẽ uel liberalitatem appellare licet. pro Clu. 38 d, Hoc dico, eandem fuisse P. Comminio controuersiam cum Staleno, quæ nunc mihi est cum Actio. Offic. 12 b, Non ijdem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum. et 13 d, Itaq; uiros fortes eosdem bonos esse uolumus. et 56 d, Peripatetici nostri, qui quondam ijdem erant qui Academici. & 66 b, Eadem utilitatis quæ honestatis est regula. Epi. 85 d, Eo quidam ipso tempore. At. 197 b, Quod idem tibi placet. de Fin. 95 b, Quod idem in cæteris artibus non contingit. de Fin. 99 b, Quod idem Peripatetici non tenent. Tusc. 242 b, Idem iste sapiens. Ep. 177 b, Idem illi qui solent, &c. de Fin. 66 d, Hoc est idem quod illud. At.* Hoc est ferè idem quod illud. Acad. 21 d, Nihil est idem quod est aliud. Acad. 16 b, Cum idem negares quicquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. Top. 224 b, Et cætera generis eiusdem. & 228 d, Comparatio de eodem & alio. & 23 b, De eodem & altero.

Identidem, frequenter. pro S. R. 32 b, Cassius in causis identidem quærere solebat, cui, &c. de In. 72 d, Appellare nomen alicuius identidem. pro Dom. 241 b, Identidem se ipse reuocans. Att. 212 b, Reuoluor identidem in Tusculanum. ad Her. 114 d, & 234, Neq; eódem identidem reuoluamur. de N. 64 d, In motu identidem reciprocan do. & 55 d, Id'q; prouidit natura, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. pro R. P. 128 d, Recitabatur identidem Pompeij testimonium. Tusc. 204 d, Scindens dolore identidem in tonsam comam. de Fin. 80 d, Hoc enim identidem dicitis. ad Heren. 41 b, Nunc identidem nosmetipsi nobis insistemus.

Ideo, idcirco. I. V. 201 b, Ideo Claudius retulit, ut iste auferret de in. 49 b, & 46 b, et 44 b, Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio, ut posset, & c. Epist. 9 b, Re quidem ipsa ideo mihi non satis facio, quod, &c. pro Cæl. 41 b, Non si iusta causa est oppugnandi, ideo quoq; iustum est nos, &c.

Ideo quòd, propterea quòd, idcirco quòd. In Vat. 191 b, & 33 b, & de In. 44 b, Mihi tecum præcertatio non est, ideo quòd, &c. 107 d, & pro Cecin. 286 d, ad Her. Id est, quod est, hoc est, inquam. Att. 106 d, Assentiar Cn. Pompeio, id est, T. Pomponio. & 64 b, Senatus hodie futurus erat, id est, Cal. Octob. Offi. 9 d, Duobus modis, id est, aut ui, aut fraude fit iniuria. Attic. 129 d, Num cui succenseant, quod dico, num cui, id est, num Pompeio? de Opt. 243 d, Loqui purè & emendatè, quod est Latinè. contra Rul. 81 d, Maxima multitudo, id est, tota Italia. de Or. 94 d, Cum ei ita dicerem, me uelle esse ineptum, id erat petere blandius. Offic. 44 d, Qui opera, id est, uirtute & industria benefici sunt. & 33 d, Virtus, quæ

constat de hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani. Epist. 28 d, & 48 b, Prætor quæstores urbanos, id est, populum Rom. Ep. 55 d, Neq; solum nobis, id est, tuis, sed prorsus omnibus. Att. 120 b, Has compedes, fasces iniquam hos laureatos.

Idiota, tæ. illiteratus, imperitus. In Vat. 200 b, Quiuis nostrũm, quos iste idiotas appellat.). Homo ingeniosus atq; intelligens. I. P. 93 d, Illi idiotæ, ut tu appellas, &c. & ibid. b, Sed planè animi sui causa ludos nobis idiotis reliquet.

Idolum, li. simulachrum, spectrum, imago. de Finibus, 53 d, Atomi, inanes, imagines, quæ idola nominantur. uide Spectrum.

Idoneè, aptè, commodè. de In. 46 b, Exordium est oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Idoneus, a, um. aptus, commodus, tempestiuus, constitutus, dignus. de In. 66 b, In occasione commoditas ad faciendum idonea. At. 26 d, Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. I. V. 156 d, Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. At. 132 d, Non mihi satis idonei sunt authores, bi qui à te probantur. de Orat. 97 b, Cum minus idoneis uerbis uti consuescerem. Brut. 91 b, Res quæ ne laude quidem satis idonea affici posit. pro S. R. 19 b, Serui conscij, tempus idoneum. pro Cl. 21 d, Non essem ad ullam causam idoneus, iudices, si, &c. pro Cor. 56 b, Minus idoneum hominem præmio afficere. de Cl. 169 b, Autor idoneus Q. Ennius. pro S. R. 19 b, In dignissimum est uos idoneos habitos, per quorũ sententias talis iniuria decernetur. pro Dom. 240 d, Nemo ne horum idoneus tibi uisus est, ut cum eo dedicationem communicares? pro Pom. 14 b, Pompeius idoneus non est qui impetret? Off. 29 d, Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Off. 44 d, Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendum. & 46 d, In deligendis idoneis iudicium & diligentiã adhibere. de Am. 96 d, Idonea mihi C. Lelij persona uisa est, quæ de amicitia loqueretur. de Leg. 160 b, Quædam ratio, de qua dicitur idoneo loco. Aca. 5 b, Res est idonea, de qua quæratur. & 6 d, Homines digni, quibus cum disseratur. Ep. 92 b, Falernum mihi sempter idoneũ uisum est diuersorio. ad Her. 17 d, Hæc res non est idonea dignitate tua. de In. 48 b, Idoneum tempus, locus opportunus. de Fin. 139 d, Idoneus ad aliquid agendum. ad Her. 22 b, Imagines ad monendũ idoneæ. ad Her. 1 b, Cum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. et ibi. Idonea uerba. de Leg. 171 d, Lex apta & idonea ad iubendum & uetandum.

Idus, iduum. octo dies dicuntur, qui singulis mensibus nonas sequũtur: sic dicti, quòd mensem diuidant. nam Iduare Hetrusca lingua, diuidere est. Ep. 2 b, Nam hæc idibus manè scripsi. ad Att. lib. 14, Idus Martiæ. ad Brut. Idus Martiæ memorabiles. ad Att. lib. 15, Iduum Martiarum stulta est iam consolatio. ad Brut. Idibus Martijs seruitutem à suis ciuibus repulit Brutus, nimirum interfecto Cæsare. ad At. lib. 14, Modo numeret Idibus.

Iecur, oris. de N. 21 d, Cerebrũ, eor, pulmones, iecur. & 52 b, Quædã à medio intestino usq; ad portas iecoris (sic enim appellatæ) ductæ uiæ. de D. 104 b, Singulis iecorum fissis non interesse deũ. & 115 d, Caput iecoris. Tus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

180 d, Tũ iecore opimo farta et satiata affatim. L. Fissũ.

Iecusculum, li. paruum iecur. de D. 115 d, lege Masculus.

Ieiunè, tenuiter, exiliter. Or. 208 d, Satura ieiunè dicere. & de Orat. 89 d, Videmus ijsdem de rebus ieiunè quosdam & exiliter disputauisse.) (. Copiosè. de Fin. 94 d, Ieiunius dicere aliquid. Acad. 28 d, Ieiunè agere.

Ieiunitas, tis, tenuitas.) (. Vbertas & copia. de Cl. 182 b, Cauēda est oratori inopia & ieiunitas. de Or. 109 b, Ieiunitas bonarum artium eorum, qui de dicendi ratione scripserunt. de Cl. 191 d, b, Ieiunitas, & siccitas, & inopia. Orat. 198 b, Alij in eadem ieiunitate concinniores. Tusc. 175 b, Verborum ieiunitatem & famem se malle, quàm ubertatem & copiam dicerent.

Ieiunus, a, um. qui nihil edit, aridus, tenuis. Epist. 107 b, Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. de Cl. 168 b, Theodorus in arte subtilior, in orationibus ieiunior. de Or. 144 d, Antonium ieiuniorem, Crassum pleniorem fuisse. de* 114 b, Ieiuna cõcertatio uerborũ. At. 13 d, Misera et ieiuna plebecula. Or. 206 b, Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. Off. 32 d, Soluaga cognitio et ieiuna uideatur. I. A. 261 b, Quidam nimis ieiuno animo et angusto.

Iens, euntis. At. 250 b, Nonis Quint. ueni in Tusculanum, iens ad Brutum. & 60 d, Iens in Pompeianum, bene manè hæc scripsi.

Igitur, ergo. Or. 206 b, Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. pro Lig. Habes igitur Tubero, &c. Ac. 6 d, Ordiamur igitur à sensibus. Ac. 19 b, Quid ergo esset id? uisum credo. quale igitur uisum.

Ignarus, a, um. imprudens, inscius, rudis, imperitus, indoctus, nec opinans. de N. 37 d, Vt plerique dicunt physicæ rationis ignari. Orat. 207 b, Oratorem ne physicorum quidem esse ignarũ uolo. Postquam. 208 d, Ignarus sum quid agatur. pro Sest. 16 b, Ignari quid uirtus ualeret. Top. 227 b, Pueri sæpe indicarunt aliquid ad quod pertineret ignari. At. 73 d, Nunquam tandiu ignarus rerum mearum fui. & Ep. 105 b, Ignarus instituti mei. de Or. 88 d, Homo ignorans legum. lege Expers. de Orat. 92 d, Tusc. 175 b, Non sum ignarus, quibus ea rebus consequaris. de Or. 162 b, Ea requiruntur à me quorum sum ignarus, &c. de Ar. 243 b, Attamẽ ignarus ille, qui consules essent, æstuans se è curia repentè proripuit. de Or. 90 b, Homo ignarus faciundæ orationis.

Ignauia, uiæ. inertia.) (. Fortitudo. de In. 82 b, Fortitudini contraria est ignauia, iusticiæ iniusticia. Tusc. 193 d, et Ep. 27 d, Recipiat idem necesse est timiditatem & ignauiam. Qu. Fr. 313 d, Vtinam nihil detis, ut potius uestra iniuria quàm ignauia mea cessem. pro Rab. 95 d, Ignauiam suam tenebrarũ ac parietem custodijs tegere. Epi. 196 d, Nec tua ignauia etiam inertiam afferret. ad Her. 2 d, Inertia, ignauia, desidia, luxuria.

Ignauè.) (. Contentè. Tusc. 187 d, Ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid seruiliter, muliebriter ue faciamus.

Ignauiter, ignauè. At. 241 d, Quæris an ego, cum omnes calleant, ignauiter aliquid faciam. Hirtius.

Ignauus, a, um. iners.) (. Fortis. de Nat. 85 b. de Sen. 84 d, Iners, ignaua, & somniculosa senectus. pro Cec. 293 b, Pœna ignauis ab imperatoribus cõstituitur. de Fat. 146 d, Illa ignaua ratio quæ dicitur, appellatur quidem à

philosophis ἀργὸς λόγος. & ibi. Rectè hoc genus interrogationis ignauum & iners nominatum est.

Ignesco, scis. conflagro, ardeo. de N. 49 b, Ad extremum omnis mundus ignescet.

Igneus, a. ad Her. 54 d, Ardor igneus. de Nat. 31 d, Genus igneum. & 33 b, Sol igneus. Tusc. 156 b, Pars ignea. et uis ignea. Topic. 226 d, Igneum fulmen. De N. d. li. 2, Omne quod est calidum & igneum, cietur et agitur motu suo. Eod. Calidum illud atq; igneum in omni fusum est natura. & li. 3, Ad igneam uim omnia referebat Heraclitus. de N. d. li. 2, Cor animantis euulsum, ita mobiliter palpitabat, ut imitaretur igneam celeritatẽ. Eod. 30 b, Igneo motu uenæ & arteriæ micare non desinunt. Eod. Ignea formæ in æthere cursus ordinatos definunt. Eod. Tota ignea & calida esse sidera, Cleanthes affirmat.

Igniculus, li. de L. 162 b, Tanta est corruptela malæ consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur à natura dati. de Fi. 139 d, Natura homini dedit talem mitem quæ omnem uirtutem iam posset accipere: ingeniũ sine doctrina noticias paruas rerum maximarũ, et quasi instituit docere, & induxit in ea, quæ inerant tanquam elemẽta uirtutis. Tusc. 190 d, Natura paruos nobis dedit igniculos. de Fin. 128 b, Quasi uirtutum igniculi essemus. At. 249 d, Sed tamen interdum nonnullos iacta igniculos uiriles. Ep. 255 d, Quò tolerabiliùs feramus ignium desiderij tui. At. 286 d, Igniculus matutinus.

Ignifer. in Arato.

Ignis, gnis. flamma, incendium. de N. 31 d, Lapidum conflictu atq; tritu elici ignem uidemus. de N. 31 b, Ignis omnibus rebus uitalem impertit calorẽ. et 49 b, Quod ajunt ignis et ætheris flamma cõsumat. pro Qu. Rosc. 7 b, Ignis in aquam coniectus, continuò extinguitur & refrigeratur. de D. 83 b, Aethereo flammatus Iupiter igne. de Or. 123 b, Nulla materia nisi admoto igni, ignem concipere potest. Off. 11 d, Pati ab igne, ignem capere. de N. 66 b, Omnem uim esse ignem. & ibi. de Heraclito, & de calore, et de igne, qui permanere non potest nisi alitur, & omnem ignẽ pastu indigere. Acad. li. 2, Ignis principiũ uniuersi esse sensit Parmenides. De N. d. li. 2, Ignis & aer omni impulsu facillimè pellitur. Tusc. li. 1, Ignis et aer sursum rectis lineis in cœlestem locum subuehuntur. de N. D. lib. 2, Ignis artificiosus. de Sen. Et uicissim aut ignis hybernus. de Vniuer. Ignis oculorum cum eo igne qui est ob os offusus, se confudit & cõtulit. de Leg. lib. 2, Ob ignis periculum, ne homo in urbe urereture, statuit lex XII. tabularum. Eodem, ignem sacri publici semiternum in urbe uirgines Vestales custodiunto. de Vniuer. Ignem & terram iungebat Deus, mundum efficere moliens. pro Rabir. Posthu. Cum odium non restinguere retis, huic ordini ignem nouum subijci non sinatis. de Vniuer. Igni uacuum uideri nihil potest. de Nat. d. lib. 2, Cœlum, ignes, terra, naturæ omnes parent diuino numini. de Somn. Scip. Animus datus est, ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas uocat. de N. d. lib. 2, Solis tis ignibus efferuescunt aquæ.

Ignitus, a. pro Dom. 242 d, Inflammatus atque ignitus furor. aliter, & (ut mea opinio fert) rectius, ignitus legeretur.

Ignobilis, le. humilis, ignobili loco natus, infimo loco

natus, obscuris ortus parentibus, unus de multis, de populo, humili atq; obscuro loco natus, inferiore genere ortus, ex infimo genere & fortunæ gradu, homo tenuis & obscuro loco natus, cuius uis & fortunæ conditio infima est, cuius stirps & genus ignoratur, qui parentibus natus est humilibus, homo ignotus & sordidus, obscurus, abiecta & obscura familia, nullo splẽdore uitæ, nulla commẽdatione famæ, nulla commẽdatione maiorum, homo per se cognitus, ignobilis, sine uirtute, sine ingenio, uita etiã contempta & sordida, omniũ infimus & sordidissimus, humilis sanè & minimè generosus (ut ita dicam) ortus amicitiæ, inferiori genere hominũ, & infimorũ hominũ filij, quibus nec pater nec mater sit, terræ filius, minorũ gentiũ.) (. Nobilis, clarus, præstans, rerũ multitudine nobilitatus. Part. 233 d, pro Clu. 40 b, Si quis autem hoc uno nititur, quòd sit ignobilis, proceditque Cec. 287 d, Qui Romæ argentariã non ignobilem fecit. In. Ver. 241 d, Mulier ex familia nõ ignobili.

Ignobilitas, tis. humilitas, humilitas generis, obscuritas, conditio atq; fortuna hominum infimi generis.) (. Nobilitas. pro S. R. 33 d, b, Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt. Tusc. Aderit enim paupertas, ignobilitas, humilitas, etc. pro Mur. 127 b, Obijcere ignobilitatem generis alicui. I. A. 186 b, De ignobilitate & nobilitate generis.

Ignominia, niæ. infamia, dedecus, contumelia, macula, nota, probrum, labes. pro Qu. 18 b, Dedecore, macula turpissimaq; notari. & I. A. 213 d, Notare aliquem ignominia. pro Qu. 12 d, Omnia alicuius uitæ ornamẽta per summum dedecus & ignominiam diripi. Tusc. 218 b, Ferre ignominiam et infamiam sine dolore. pro Rab. 96 d, Labes ignominiaq; mortis. I. V. 199 d, Calamitatem ad quempiam per summam iniuriam ignominiamq; peruenire. de D. 113 d, Cum ignominia & dedecore mori. pro Qu. 18 d, Imponere iniuriam alicui sine ignominia. pro S. R. 37 d, Qui ignominia mortuum affecerit. pro Qu. 18 d, Ignominijs omnibus appetitus.

Ignominiosus, a. I. A. 190 d, Dominatio ignominiosa.

Ignorabilis, le. quod ignorari potest, uel ignoratus. de In. 74 b, Quod non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit.

Ignorans, tis. ignarus. Att. 284 b, Iuuat enim magnificè loqui, et certè decet aduersus ignorantes, quid pro quoque timendum aut à quoq; petendum sit. I. V. 223 d, Hæc igitur et horum similia tuta ignorantem uagari celsum & erectum, &c. flagitiosum in primis putandum est. Homo sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio sine literis.

Ignorantia, tiæ. ignoratio, inscitia, infscientia. pro Flac. 156 d, Vbi adolescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum. pro Sest. 11 d, Res frumentaria ad M. Scaurum per ignorantiam translata. de Amic. 109 b, Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis in familiam fuerunt.

Ignoratio, onis. ignorantia.) (. Scientia. pro Syl. 174 b, Nam cuius scientiã de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. de Diuin. 118 b, Causarum ignoratio in re noua miratiõnẽ facit, eadem

ignoratio, si in rebus usitatis sit, non miramur. de Nat. 2 b, Versari in summa rerum omnium ignoratione. pro Clu. 40 d, Ignoratio sui. At. 115 b, & Ignoratio suarum copiarum. de Fin. 99 d, Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta propter ignorationem dialecticæ. de L. 159 b, Ignoratio iuris.) (. Scientia iuris. Or. 203 d, Decori ignoratione in oratione sæpissimè peccatur. Acad. 44 b, Obscuritas & ignoratio causarum.

Ignoro, as. sum ignarus, sum nescius, prorsus ignoro, nec usu nec ratione aliquid cognitũ habeo. Am. 106 d, Top. 221 d, Rhetor ille Aristotelica se ignorare respondit. pro Mil. 107 b, At uerò tu solus ignoras? tu, &c. Attic. 75 d, Scrupulus, quem non ignoras. Orat. 219 d, Quod quidem tu minimè omnium ignoras. de Amic. 110 b, Cum ignorante rege uter eorum esset Orestes, Pylades, &c. de Clar. 180 d, Octauij eloquentia, quæ fuerat ante consulatum ignorata. pro Rab. 127 b, & Acad. 24, & ad Her. 16 d, Si ita putes, & causam, & me uehementer ignoras. Att. 132 b, Domitius ignorat de filio. de Fin. 65 d, Quid ergo istam uoluptatem Epicurus ignorat? de N. 75 b, Non enim ignoro, &c.

Ignosco, scis. parco, concedo, ueniam do, remitto. At. 109 b, Velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. & 264 d, Ignosce mihi, quòd, &c. contra Rul. 75 b, & Ep. 55 d, Et mihi quæso ignoscite, & c. de Ar. 252 d, Quam Deam iste idcirco bonam ducit, quòd in tanto sibi scelere ignouerit. I. A. 259 b, Quod nulla barbaries posset ignoscere. aliter, agnoscere. At. ic. 283 b, Sceleris pœnam prætermittere. id enim est quod uocatur ignoscere. I. P. 101 d, Cui maximorum scelerum uenia nulla ad ignoscendum dari potest. Part. 241 b, Ad eius facti deprecationem ignoscendi petenda uenia est. At. 179 d, Illi quibus ignotum non est, & c. de In. 74 b, 75 d, Quibus in simili excusatione nõ sit ignotum. ad Her. 11 d, Si tali de causa alijs quoq; ignotum sit. I. A. 155 b, Sed hoc ignoscant dij immortales uelim, & c. Attic. 2 d, Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas. ad Cæs. Iun. apud Non. Qui & præteritis ignoscis, & c. Epist. 44 d, Si facilè inueneris quid dicas, noli ignoscere hæsitationi meæ.

Ignotus, a. um in Catone maiore, teste Prisciano.

Ignotus, ta, tum. qui in hominum ignoratione uersatur, obscurus. Attic. 71 b, Ille tibi non ignotus cursus animi mei. de Orat. 99 b, Ius applicationis, obscurum sanè & ignotum, patefactum est. I. C. 116 d, Res tanta & ignotis & Barbaris credita. de Cl. 187 d, Ignotus homo, etc. pro Fl. 154 b, Ignotissimus Phryx. Attic. 137 b, Res in uulgus ignota.

Ilia, orum. sunt uentris intestina & uiscera. I. V. 31 d, Cum mihi responderis, & c. ita dolenter, ut aliquando ista ilia quæ sunt inflata, rumpantur. Sic Verg. in Melibœo, Inuidia rumpantur ut ilia Codro.

Ilias, dis. Homeri de bello Troiano, & Ilij excidio opus. pro Arc. 190 d, b, Nam nisi Ilias extitisset illa, idem tumulus qui corpus Achillis contexerat, nomen etiam obruisset. At. 125 d, Non multo, inquam, secus possum uaticinari, tanta malorum impendet ἰλιάς. prouerbium.

Ilium, lij. de Diuin. 85 b, Achiui ita profecti sunt ab Ilio, & c.

Illabor, ris. influo. de N. 53 d, In stomachum primò illabuntur ea quæ accepta sunt ore. de L. 177 b, Sensim per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicies illapsa in ciuium animos. de Fi. 57 d, Voluptas ad sensus affluit & illabitur.

Illachrymo, as. Tus. 179 b, Perge, aude nate, illachryma patris pestibus. poet.

Illachrymor, aris. de N. 76 b, Quid dicam de Socrate? cuius morti illachrymari soleo Platonem legens. de Sen. 82 b, Illachrymansq; dixit, &c.

Illaqueo, as. irretio. de Ar. 245 d, Illaqueatus legum periculis.

Ille, a, ud. de Or. 88 b, Qui cum illis unà ipsum illum Carneadem diligentius audiuerat. de Or. 88 b, Mnesarchus auditor Panetij illius tui. pro Pomp. 8 d, Medea illa ex Ponto quondam profugisse dicitur. de Or. 93 d, Et longè Academiæ illi tuum hoc gymnasium antepono. Epi. 67 b, Aqua te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophontium illum à uoluptate. de Orat. 161 d, Antipater ille Sidonius, ille quem tu probè meministi, solitus est, &c. Off. 22 b, Contraq; pater eius ille, qui, &c. de Diu. 121 d, Chrysippus ipse, ille diuinationis autor. pro Sest. 11 d, Habet inimicum C. Marium, sextum iam illum consulatum gerētem. de Or. 113 b, Deniq; à philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, &c. de Or. 106 b, Nam ipsum quidē illud etiam sine cognitione iuris, quàm, &c. Postquam. 211 b, Ipse ille animus idem meus, &c. pro Mar. 132 d, Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. At. 144 d, Qui circum eum illum sunt. Attic. 23 d, Ego ille ipse uindex æris alieni. de Orat. 124 d, In illo ipso loco comprehensus es. pro Fl. 157 d, Huic illi legato, &c. I. C. 97 b, Fuit illa ista quondam in hac rep. uirtus. Off. 59 b, & de D. 121 d, Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed, &c. Item: Rumores satis illos quidem constantes, sed, &c. ad Bru. 283 b, Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidē uiris, sed, etc. Ep. 22 b, Quid quæris? dum illum rideo, penè ipse factus ille. & ibi. ttaq; cum primùm audiui, ego ille ipse factus sum: scis quem dico.

Illecebra, bræ. inuit. amentū, incitamentum, lenocinium, stimulus, blandimentum. I. C. 106 a, Iuuentutis illecebra. de Leg. 162 d, Voluptas est illecebra turpitudinis. pro Mil. 110 d, Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi. pro Cæl. 39 b, Erant apud illum illecebræ libidinum. Tusc. 210 b, Illecebræ blandæ uoluptatis. Epist. 253 d, Deliniri illecebris uoluptatis. I. A. 100 d, Adolescentem corruptelarum illecebris irretire. de Som. 130 b, Suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad uerum decus. pro Sest. 26 b, Viciorum illecebræ. de Se. 85 d, Voluptatis illecebræ.

Illepidus, a, um. infacetus, putidus. de Nat. 74 b, Parens auarus, illepidus, in liberos difficilis.

Illibatus, a. intactus, purus. de Cl. 169 b, Flos illibatus populi, aliàs, delibatus: sed rectius, illibatus. Ennij. pro Sest. Vt eorum ueteres illibatasq; diuitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat.

Illiberalis, le. ignobilis, sordidus, auarus. Offic. 30 d, b, Quæstus illiberalis ac sordidus. & ad Heren. 20 d, de Orator. 97 d, Res ad cognoscendum non illiberalis. Offic. 21 d, Genus iocandi illiberale. de Fin. 49 b, Sed eum ab illiberali labore deterret. Epistol. 203 d, Illiberalis in aliquem.

Illiberalitas, tis. sordes, auaritia. Attic. 122 d, Malo Tyronis uerecundiam in culpa esse, quàm illiberalitatem Curij.

Illiberaliter, sordidè, auarè, ingratè. Att. 255 b, Nihil ab eo neq; indiligenter, neque illiberaliter. & li. 3, Cetera æstimarunt ualde illiberaliter.

Illicio, cis, xi, ctum. allicio, allecto, induco. de N. 73 d, Qui non sat habuit cōiugem illexisse in stuprum. de Am. 103 b, Similitudo illicit ad amicitiam. Tusc. 221 b, Libido ad id quod uidetur bonum illecta & inflammata rapitur.

Illicitum, non licitum. pro Cl. 33 *. Multitudinem illicitum est contradicere.

Illicò, continuò. pro Mur. 129 d, Simulatq; increpuit fuspicio tumultus, artes illicò nostræ cōticescūt. pro Quinct. 8 b, Illico ne ad prætorē ire cōuenit: pro Cl. 25 d, Aduersus illicò cōualescit. Ep. 116 b, Magna illicò fama surrexit. de Fat. 145 b, Nec si omne, etc. sequtur illicò, causis, &c.

Illisus, sa. sum. contusus, confractus. de Ar. 256 b, Iam illa serpens compressa atq; illisa moretur.

Illigatus, a, um. implicatus, irretitus. de Or. 114 d, Philosophi angustis & concisis disputationibus illigati.

Illigo, as. implico, irretio. I. V. 221 b, Simulachra scitè in ea reis poculis illigabat. de Orat. 159 d, Orator illigat sententiam uerbis. Orat. 205 b, Genus dicendi in quo oratores illigantur uerborum lepōres. Acad. 2 b, Illigere personas graues. Orat. 218 d, Pæan commodissimè in solutam orationē illigatur. I. P. 88 b, M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris religatum in machina uigilando necauerunt.

Illinc. Att. 140 d, Sed cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, &c. I. A. 175 d, Omnem amorē abiecit illinc, atq; in hāc transfudit: id est ab illa. de Ar. 253 b, Pòst exercitu sollicitato fugit illinc. Attic. 107 d, Illinc spintherem expecto. I. Hinc.

Illitus, ta, tum. inductus, inunctus. de Orat. 161 b, His tribus figuris insidere quidam uenustatis non sicco illitu, sed sanguine diffusus debet color.

Illiquefactus, a, um. liquefactus. Tusc. 222 d, Ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ uoluptates.

Illiteratus, a, um. idiota. de Orat. 111 d, Vir bonus & non illiteratus. pro Fl. 147 b, Illiteratus.) (. Doctus. Epist. 118 d, Incidūt in sermone uario multa, quæ forsit. esse illis necessaria, nec insulsa esse uideantur.

Illotus sermo. in Sal. 272 d, Neq; qui tam illoto sermone utitur, uita honestior est.

Illiusmodi. I. V. 65 b, Non imperitos adolescentulos, sed illiusmodi quadruplatores, &c. At. lib. 7, Vel potius unius millies, quàm semel illiusmodi quicquam cogitare.

Illò. Ad Her. Tu illò plures mittas oportet. I. V. An illò saxum materia aduecta est? At. Illò quum peruenire non liceat, &c.

Illuc. de Or. 100 d, Huc atq; illuc intueri, &c.

Illuceo, es. eluceo, appareo, de Finib. lib. 4. Comitatem in maximis ingenijs maximè illucere.

Illucescо, scis, illuxi. illuceo, exorior, appareo. pro Mil. 114 b, Erit, erit illud profectò tempus, & illucescet aliquando ille dies, cùm tu, &c. Attic. 283 d, Cùm lætissimus ille ciuitati dies illuxisset. de N. 454, Cùm tertio die sol illuxisset. I. P. 8 b, Qui dies pòst occasum mortis reip. primus illuxit. Ac. 118 d, Quis enim iste dies illuxerit, quæro, de D. 91 d, Cùm aūt is dies illuxisset, magna se

ditio, etc. contra Rul. 65 d, Cū populo Romano uox et autoritas consulis repentè in tantis tenebris illuxerit. Of. 329 b, Quæ non insequens hora antecedente calamitosiorē populo Romano illuxit? I. A. 158 b, Quē potes recordari in uita tibi illuxisse diem lętiorem. Tusc. 173 d, Dies qui ut illuxit, &c.

Illudo, dis. lado, ludificor. de Orat. 92 d, Carneades rhetorum præcepta illudere solebat. et 130 b, Miseros illudi nolant. & 106 d, Cum illud nimium acumen illuderes, & admirarere ingenium Scæuolæ, quæ excogitasset, nasci prius oportere quàm emori. & 158 b, Illudere in aliquem. pro Dom. 234 d, Hic illudit autoritati uestræ. pro Sext. R. 27 d, Alicuius miseri fortunis, aut alicuius dignitati illudere. Epistol. 150 b, Illuseras heri interpolibus.

Illuminatè. ornatè, splendidè. de Orat. 147 b, lege Diserticè.

Illumino, as. orno, distinguo, lucem uel lumen affero, lumen præfero, lumina præfero, collustro, illustro. de Or. 161 d, & Orat. 204 b, Hæc sunt ferè quæ sententijs orationē illuminent. de Or. 145 d, & 152 a, Illuminare oratorem ijs luminibus, quæ, &c. quibus orationem ornari & illuminari puto. de N. 49 b, Luna à sole illuminata graditur et partus affert. ad Her. 39 d, Corona aurea magnis fulgentib. gemmis illuminata. de Or. 105 d, Quod tanquam stellis quibusdam notat & illuminat orationem.

Illusio, onis. irrisio. de Orat. 161 b, Et huic adiuncta illusio.

Illustratio, onis. fulgor, splendor. de Nat. 18 b, Solis illustratio. Item quam Græci ἐνάργειαν dicunt, Cic. illustrationē appellauit, teste Quintil. libro 6. capite 3. lege ἐνέργειαν.

Illustris, e. stre. clarus, nobilis. I. V. 79 b, Et hinc homines maximè illustres, qui & ipsi noti sunt, & alios optimè norūt. Qu. de Pet. 210 b, & de Cl. 171 d, Homo illustris bonore ac nomine. de Cla 175 b, Sanè illustris orator. I. V. 243 b, Tā illustre ac nobile domicilliū. & 93 d, Tam illustris ciuitas. de Diu. 126 b, Quis enim uir illustrior utitur foribus. de N. 5 d, Bonum et illustre domicilium. Off. 5 b, Nomen Themistoclis illustrius est quàm Solonis. Antequam. 196 b, Illustrissimum orbis terrarū monumentum. pro Dom. 222 b, Illi quorum uita remota ab hoc honore popularj, et ab hac illustri gratia est. et 230 d, Cuius uitæ nihil est ad laudem illustrius, quàm calamitas. de Sen. 84 b, Defendi multas causas illustres. I. A. 244 b, Quis auteat lucisquis bene comitatum? quis illustrem aggredi? de N. 4 b, Habere uisum quendam insignem & illustrem. Ep. 181 b, Hæc uisum quendam insignem & illustria. ad Her. 22 d, Illustris locus.) (. Obscurus. Att. 58 d, Ne illius iniuriam faciam illustrem. Epi. 8 d, Hæc uides quanto expressiora, quantoq; illustria futura sint. Acad. 23 b, Illustribus igitur rebus insistis. de Fin. 56 b, Facta illustria & gloriosa.

Illustrius. aduerb. Epist. 155 d, Vidi me à te amari semper quidem, sed nunquam illustrius: id est, clarius.

Illustro, as. illumino, collustro. I. V. 216 d, Fulgore auri collucere, illustrari tēplum. de Ora. 99 b, Patefacere & illustrare obscura. & de Am. 114 b, Patefacere & illustrare ueritatem. de Inuēt. 67 b, Distinguere et illustra

re orationem. de Or. 90 d, Illustrare artes oratione. Or. 205 d, Translata uerba quasi stellæ illustrant orationē. de Cl. 185 b, Genus hoc scriptionis nōdum est satis Latinis literis illustratum. Aca. 39 b, Illustrare philosophiā Latinis literis. & Tus. 149 d, I. C. 113 b, Cōsilia inita cōtra nos illustrabūtur, ut ab omnib. perspici possint. pro Arch. 189 b, Qui libri populi Romani nomen illustrāt. pro Dom. 228 b, In isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, sed etiā laudem illustras meā. Off. 434 d, P. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit. pro Cæl. 51 b, Signa quib. ueritas illustrari solet: id est, probari. Epist. 6 d, Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. Epist. 70 b, Illustrare aliquem laudibus.

Illuuies, ei. sordes. Tusc. 196 d, Pectus illuuie scabrum.

Illyricum, ci. regio. At. 159 d, Pompeius per Illyricū profici scitur in Galliam. & 161 b.

Illyricus, rica. pro Pomp. 10 b, Mare Illyricum. de Officijs 41.

Im, pro eum, uetustum est. de Legib. lib. 182 b, Quo auro dētes uincti essent, ast im cū illo sepel. re, ureréue se fraude esto. Hic etiam, se, pro sue usurpatum est.

Imacarenses, nō Macarenses. pop. I. V. 169 d, Imacarenses iam omni frumento ablato, iam ommibus, &c.

Imacarensis, e. I. V. 157 b, Ager Imacarensis.

Imago, nis. simulachrū, species, exemplar. de N. 22 b, Fac imagines esse, quibus pulsentur animi, species dūtaxat objicitur quædam. de D. 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. & ibi. Imagines fluere à corporibus solidis & à certis figuris. Ac. 31 b, Imagines extrinsecus in animos nostros irrūpūt. de Fi. 53 d, Atomi, uanæ imagines, quæ idola nominātur. pro S. R. 26 d, Vt effictos mores nostros in alienis personis, expressamq; imaginem nostræ uitæ quotidianæ uideremus. pro Sest. 9 d, b, Se imaginē iudiciorū aut simulachrū aliquod in ciuitate futurum putasse. & 6 b, Vnū te aliquem ex barbatis illis exemplū ueteris imperij, imaginem antiquitatis diceres intueri. pro Rab. Posth. Imago ad memoriā posteritatis prodita. cōtra Rul 66 d, Imagines familiæ. 85 b, Imaginē nullā reipub. relinquēt, & uestigium nullum. Epi. 84 b, Filius tuus imago animi & corporis tui. de Or. 163 b, Imago animi uultus est, indices oculi. de Na. 11 b, Mens intenta in eas imagines, &c. I. C. 113 d, Est uerò, inquam, notū signum, imago aui tui clarissimi uiri. de Am. 115 b, Memoriā & imaginem patris tui tibi propone. Epi. 5 b, & 6 d, Recordatio meorum temporum, quorum imaginem uideo in reb. tuis. Orat. 206 d, Demosthenis imaginē ex ære uidi. de In. 62 d, Muta imago. id est, pictura. de Or. 142 d, Artis imago quædam & similitudo. Epi. 68 b, Agesilaus, qui neq; pictam, neque fictam imaginē suam passus est esse. I. A. 231 b, Imaginē Antonij crudelitatis in Dolabella cernitis. Tusc. 190 b, Gloria uirtuti resonat tanquā imago. de In. 52 b, Imago est oratio demonstrans corporum aut naturarū similitudinē. ad Her. 39 d, Imago est formæ cum forma, cum quadam similitudine collatio. Et 22 d, et deinceps de memoriæ imaginibus multa.

Imbecillis, le. imbecillus, infirmus, debilis. Epistol. 136 d, Fortuna, quam existimē leuem & imbecillem ab animo firmo & graui, tanquam fluctum à saxo frāgi opor

Universidad de Deusto
Biblioteca

tere.de Senect.84 d, Quàm fuit imbecillis P. Africani filius? & de Am.105 d, Amici imbeciles ualent.de Inuē. 50 d, Valens an imbecillis.

Imbecillitas, *tis.infirmitas, debilitas, defatigatio.Attic.* 173 b, Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. de Cl.182 b, Infirmitas laterũ, & uiriũ imbecillitãs.At.279 d, Imbecillitas ætatis non potest grauitatem rerum sustinere.At.285 d, ista uerò imbecillitas & desperatio Cæsarem in cupiditatem regni impulit.Att. 194 b, Nosti Niceæ nostri imbecillitatẽ, molliciem, & consuetudinem uictus.Tusc.228 b, Imbecillitas fragilitasq; humani generis.Epist.95 b, Imbecillitas ualetudinis.& 4 b, In hac præsertim imbecillitate magistratuũ. pro S.R. 20 d, Susceptum onus propter imbecillitatem animi deponere.

Imbecillius.Tusc.245 d, Qui imbecillius horrent dolorem & reformidant.

Imbecillus, *a, um.imbecillis, infirmus, debilis, enervatus, exanguis, parũ firmamẽti ac uiriũ habens, tenui & nulla ualetudine.*At.102 d, Nũc in uno ciue resp.ad resistendum imbecilla est.Ep.95 d, Cum homo imbecillus à ualentissima fera laniatur.et 259 b, Malo te serò ualẽtẽ, quàm statim imbecillum uidere.Qu.Fr.311 b, Quũ neq; hoc tepore, neq; ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari.& 313 d, Marius & ualetudine est, & natura imbecillior.de D.125 b, Imbecillus animus facilè superstitiosa ista concipit.et 134 d, Omnẽ superstitionẽ imbecilli animi atq; anilis esse.de Fat.142 d, & pro Cæl. 41 b, Imbecillus.)(.Valens.

Imbellis, *le.ignauus.*Of.16 b, Nũquam periculi fugæ cõmittendum est, ut imbelles timiditq; uideamur.itẽ : Vos etenim iuuenes animũ geritis muliebrẽ, Salmacida spolia sine sanguine & sudore.

Imber, *ris.pluuia.*I.V.220 d, Erat hyems, summa tẽpestas perfrigida, imber maximus.Att.114 b, Maximo imbri Capuam ueni.& 208 b, Magnos & assiduos imbres habuimus.Tusc.157 d, Cœlum hoc in quo nubes, imbres, uetiq; cogũtur.de D.100 b, Sæpe lapidum, sanguinis nonnunquã, terræ interdũ, quõdam etiam lactis imber effluxit.& 121 d, Imber lapideus aut sanguineus.& de N.28 b, Imbres lapidei.

Imberbis, *be.de N.17 b, Iupiter semper barbatus.& 77 d, Apollo semper imberbis.*pro Do.220 b, Imberbis adolescentulus.I. C.109 d, Imberbis.)(. Bene barbatus.

Imbibo, *bis.haurire, concipere.*I.V.74 d, Imbibere animo malam opinionem de aliquo.

Imbuo, *is.instituo, inficio, tingo, cõbibo.*pro Deiot.149 d, Quibus ille studijs abeunte ætate se imbuerat.Of.24 d, Plerunq; parentum præceptis imbuti, ad eorũ cõsuetudinẽ morẽq; deducimur.de Na.deor.17 b, Animi consuetudine imbuti.de N.deor.12 d, & de Finib.61 d, Tãta imbueremur superstitione, si uos audire uellemus, ut aruspices nobis essent colendi.de Di.99 b, Hetrusci religione imbuti, studiosius & crebrius hostius immolabãt.I.A.228 b, Nos à maiorib.sic instituti atq; imbuti sumus, ut etc.At.229 b, Pueri animũ tenerũ bonis opinionibꝰ imbuere.de Orat.135 b, Itaq; puer is imbuendus est bonis morib.& 123 b, Aliquis doctrina liberaliter institutus, atq; aliquo iã imbutus usu. Or.212 b, & pro Mil. 103 d, Ad hãc legem non docti, sed facti, nõ instituti, sed

imbuti sumus.Tuscul.154 b, Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio.de Fi.67 b, Cognitiones uertes imbuit deorum opinio.de Fi.67 b, Cognitiones uertes imbuit deorum opinio.de Fi.67 b, Cognitiones uert

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imminutio, onis. diminutio. Ep. 36 b, Sine ulla imminutione dignitatis.

Immisericors. X. Misericors. de In. 75 b, Ipsum immisericordem, superbum fuisse, & si poterit, ostendet semper inimicum fuisse.

Immissio, onis. de Sen. 88 a, Sarmentorum ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immißio.

Immitto, tis. mitto, iacio, impello, inculco. I. V. 223 b, Eóne tu seruos ad spoliādū fanū immittere ausus es? 226 a, & pro Do. 217 a, Serui cum facibus in tecta nostra immissi. de Nat. 78 b, Is non immissum à deo dolorem, sed conceptum à seipso continebat. de Ar. 249 a, In alterā caueā seruos immisisti, ex altera liberos eiecisti. pro D. 221 a, Tela, quæ ex illius actionibus in meū corpus immissa sunt. Parad. 117 b, Quæ uis Deciū deuouit, et immisit in armatas hostium copias? pro Fon. 284 a, Immittere se armatum in hostium manus. Tusc. 174 a, Immittere se in hostes. Epi. 162 b, Immittere equum ad legionem. Orat. 215 b, Sed tamen in eo ipso loco immittit imprudens ipse senarium. Parad. 121 a, Iacere & immittere iniuriam in aliquem. Epist. 120 a, Immittere hostes in prouinciam.

Immo, etiam atq; etiā, iam uerò etiam, citius dixerim. I. Citò. At. 140 a, Causa igitur nō bona est, immo optima. pro Cl. 34 b, Non quòd res alia esset, immo eadē. cōtra Rul. 85 b, Immo uerò etiam hoc magis quàm, etc. quod, &c. Of. *. Nō igitur patriæ præstat omnib. officijs, immo uerò, sed ipsi patriæ conducit pios habere ciues. & ib. Immo uerò obsecrabit patrē, ne, &c. & Ep. 137 a, Or. 330 b, Etiam plerunq; prudens: id est, immo etiam. I. V. 219 b, Atq; etiam: id est, immo etiam, de Cla. 189 a, Iam uerò etiam: id est, immo uerò etiam.

Immobilis, le. torpēs. de Som. 129 a, Terra noua immobilis manens, ima sede semper hæret.

Immoderatè. nō moderatè, extra modum, immodestè, immodicè. Off. 18 b, Nam ut aduersas res, sicut secūdas immoderatè ferre leuitatis est. Item: Lingua uocem immoderatè profusam fingit ac terminat. Ep. 179 b, Immoderatè abuti aliqua re. de Vn. 202 b, Immoderatè & intemperatè uiuere. de Diuinat. 92 a, Exultare immoderatēq; iactari. de Vniuers. 196 b, Immoderatè agitatus & fluctuans.

Immoderatio, onis. petulātia, procacitas. pro Syl. 172 b, Efferri immoderatione uerborum.

Immoderatus, a, um. immodestus, intēperans, nimius. Att. 214 a, Alexandrum, postquam rex appellatus est, superbum, crudelem, immoderatum fuisse. Quin. Frat. 294 a, et I. A. 229 a, Immoderata libertas infinita hominum licentia. Orat. 216 b, Immoderata oratio. pro S.R. 40 a, Vētus uehemens, immoderata tempestas. de D. 93 a, Ea pars animi immoderato obstupefācta potu, &c. pro Cæl. 48 b, Immoderata mulier. Aca. 46 a, Immoderata intemperantia. ad Heren. 12 b, Immensa, infinita, immoderata cupiditas.

Immodestè. immoderatè. ad Her. *

Immodestus, a, um. immoderatus. Off. 21 a, Genus iocandi nec profusum, nec immodestum esse debet, sed ingenitum & facetum.

Immodicè ferre aliquem casum. Tusc. 217 b, Id est, immoderatè.

Immolo, as. sacrifico. de Inuent. 24 a, Lex erat, ne quis Dianæ uitulum immolaret. de D. 95 b, Cum Sylla immolaret in agro Nolano. Tusc. 294 a, Immolare hostias. de D. 116 a, Cum plurib. dijs immolatur, qui tandē euenit, ut litetur alijs, alijs nō litetur? de L. 175 b, Quib. hostijs immolandum, cuiq; ideo: cui maiorib. cui lactentib. cui maribus, cui fœminis. cōtra Rul. 85 a, Maiores hostias à consulibus ad præconem & ad tibicinē immolari, pro Font. 280 a, Cōsuetudo hominū immolandorum apud Gallos. Ep. 85 a, Nemo nostrūm est, ut opinor, quin uota uictoriæ suæ fecerit, nemo quin etiā cū de alia re immolaret, tamē eo quidem ipso tempore, ut quàm primū Cæsar superaretur, optaret. de N. 77 b, Pythagoras mas sis bouem immolasse dicitur.

Immolator, oris. de D. 115 b, Vt se exta ad immolatoris fortunam accommodent.

Immortalis, le. indissolubilis, sempiternus.)(. Mortalis. de Ora. 65 a, Si omne mortale est, nullū est immortale. Of. 24 b, Vt fortuna nōnunquā ipsa mortalis cū immortali natura pugnare uideatur. de Or. 109 b, Reddere memoriam alicuius immortalē. pro Cor. 63 a, Nostri imperatores mortui, quorū uitam immortalis memoria & gloria. I. P. 85 b, Immortalem quæstum fieri. et 86 a, Immortalitatem fructum capere. Att. 190 b, Ego bis temporibus tam eruditis illam consecrabo omni genere monumēto rum: id est, immortalē reddam. Qu. Fr. 298 b, Amplissimis monumentis consecrare memoria nominis sui. Ab. 166 b, Quæ res erit unquam commendatior hominē memoriæ sempiternæ?

Immortalitas, tis. æternitas, memoria nominis sempiterna, immortalis gloria, perpetuitas, immortalis cōditio uitæ, memoria hominū sempiterna, memoria æternitatis.)(. Mortalitas. I. A. 191 b, Sunt enim facta eius immortalitatis, nō ætatis: sine ut ego legendo cōsequar immortalitatem ætatis. de Orat. 148 b, Socratis sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. pro Do. 228 b, Id fecerunt omnes nō negēt immortalitati, si fieri possit, mandādo. I. P. 80 b, Mihi populus Romanus nō unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatēq; donauit. de Ora. 111 b, Historia qua uoce alia, nisi oratoris immortalitati cōmendatur? de N. 57 a, Vita beata nullare mg immortalitate cedēs cœlestib. I. A. 167 a, Quæ tam immemor posteritatis? quæ tā ingratæ literæ reperiuntur? quæ eorum memoriā nō immortalitatis memoria prosequātur? pro R. 96 b, Longius quàm uitæ termini porstulant. spe atq; animo de se & gloria sua cogitare. & ib. Optimi & sapiētissimi cuiusq; animus ita præsentit in posterū, ut nihil nisi sempiternū spectare uideatur. & ib. Spe posteritatis fructuq; duci. & ib. Exiguū nobis ad tē curriculū natura circūscripsit, immensum gloriæ. I. A. 222 b, Vita mortuorū in memoria uiuorū est posita. & ib. De immortalitate statuarū. I. A. 223 a, Semper illius uirtutem omnū mortaliū fama celebrabit. & 247 a, Si non spiritu, at uirtutis laude uiuemus. I. A. 256 a, Quē ego iniustū, &c. tradā hominū memoriæ sempiternæ. de Se. 80 b, Sed memoriā illius uiri excipiēs omnes anni cōsequentes. de Sen. 94 a, Optimi cuiusq; animus maximè ad immortalē gloriam nititur. & ib. Non issdē finib. gloria quibus uita terminatur. de Sen. 92 a, Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu faxit, cur

Insolenter. *immoderatè, arrogãter, superbè, rarò*. Epist. 48 *d*, *Nihil faciam insolenter*. & Tusc. 217 *d*, *Efferre se insolenter*. & Attic. 12 *d*, *Gloriari insolenter*. In Cat. 208 *b*, *Insolentius se iactare*. In Ant. 222 *d*, *Is autorem senatus extinctum lætè atq; insolenter tulit*. Or. 214 *d*, & In Ant. 172 *b*, *Gorgias his festiuitatibus insolentius abutitur*. de In. 51 *b*, *Deinde natura eius euenire uulgò soleat, an insolenter & rarò*.

Insolentia, *tiæ*. *intolerantia*. I. V. 221 *d*, *Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia*. de In. 51 *b*, *Ex insolentia arrogantia nascitur*. de Or. 128 *d*, *Non sunt tanta ulla eius merita, quanta insolentia hominis, quantumq; fastidium*. Br. 90 *b*, *Is cœperat esse tanta insolentia, ut neminem liberum duceret*. I. P. 94 *d*, *Insolentia rerum secundarũ*. de Or. 149 *b*, *Peregrina insolẽtia*. de Cl. 191 *d*, *Insulsitatem & insolentiam tanquã insaniam quandã orationis odit*. de Orat. 147 *d*, *Tanta est insolẽtia ac turba uerborũ*. de Or. 93 *d*, *Non superbia, sed istius disputationis insolentia, atq; harum rerũ insciti*a. pro Deiot. 144 *b*, *Moueor etiam loci insolentia*. Ep. 143 *b*, *M. Antonius cuius tanta est nõ insolentia solũ, nam id quidem uulgare uitiũ est, sed immanitas, nõ modò ut uocẽ, sed ne uultum quidem liberũ posit ferre cuiusquam*. contra Rull. 64 *d*, *In ea uestri isti satellites modestè insolentiã suam continebunt*? pro Dom. 241 *b*, *Quanquam & insolẽtia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia*. de In. 42 *d*, *Primò propter insolentiam reclamantes, id est, quia non erant, &c. assueti*.

Insolentia. *insciti*a, *inscientia*.). (*cõsuetudo, usus*. pro S. R. 33 *a*, *An is, qui propter fori iudiciorumq; insolitam, non modò subsellia, uerùm etiam urbem ipsam reformidat*. I. *insolentia*. *ubi alia exempla inuenies*.

Insolitus *a, um*. *insolens, insuetus*. de Or. 142 *d*, *Quæ cum sit me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulit*. & *si me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulit*. & Tusc. 160 *b*, pro Pont. 4 *b*, *Hæc insolita mihi ratio illi*. *cendi*. pro Pom. 12 *b*, *Mithridates insolita inflammatus gloria*. pro Cor. 62 *b*, *Quasi uerò priscum aliquod, aut insolitum uerbum interpretaretur*. de Clar. 191 *d*, *Aestuquidam non insolitæ adolescẽtibus gloriæ*. pro Sest. 74 *d*, *Insolitam lucem aspicere*.

Insomnium, *nij*. *somnium*. Attic. 116 *d*, *Hæc metuo ne insomnia sint*. & de Sen. 86 *d*, *Caret ergo uinolẽtia, crudũtate, insomniis*.

Inspectio, *onis*. I. A. 175 *b*, *Nos enim nũciationem solum habemus, consules etiam inspectionem*. I. *Spectio*.

Inspecto, *as, specto, præsens sum*. At. 275 *b*, *Vtinam ipse agunt in scena gestum inspectãte Roscio*. Ep. 12 *d*, *Sic me præsenti oculabantur, &c*. I. V. 73 *b*. & Ep. 15 *d*, *Mein spectante hoc fecisti*. I. P. 81 *b*, *Intuente te, uidente te*.

Inſperans, *tis*. *pro Mar*. 134 *d*, *Quibus tu salutem ipse rantibus reddidisti*. de Or. 93 *d*, *Insperanti mihi, &c*.

Inſperatus, *a, um*. *improuisus*. Tusc. 196 *b*, *Insperatum nec opinatum malum*. & I. C. 108 *b*, *Insperatæ repentinæq; pecuniæ*. & I. A. 229 *d*, *Insperatum & repentinum præsidium*. & 192 *d*, *Insperatum consilium*. & de In. 48 *b*, *Insperatum gaudium*. ad Her. 3 *d*, *Insperatum incommodum, subita lætitia*.

Inſpergo, *gis*. *perspergo, respergo*. de D. 116 *d*, *Cor es in extis, iam abscedet, simulac molam & uinum insperseris*. & ad Her. 39 *b*, *Inspergere aliquem lingua*.

Inſpicio, *cis*. *aspicio, considero*. pro Cor. 61 *b*, *Reliquem enim ciuitatem tuam, neq; nostras leges inspicere potuisti*. de Finib. 103 *d*, *In bestijs uis naturæ inspici potest*. de Leg. 191 *b*, *Ne quis inspiciat tabellã*. pro Flac. 153 *b*, *Sed ut signum publicum inspexit, dixit, &c*. pro Deiot. 147 *d*, *Negauisti tum te inspicere uelle*. Orat. 200 *d*, *Genuis ἐπιδεικτικὸν, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est*. pro Cec. 286 *b*, *Tanquam si arma militis inspiciunda sint*. I. V. 214 *b*, *Cupere se dicam inspicere*. de Or. 106 *b*, *Num igitur si fundus inspiciendus, aut si, &c*. Att. 213 *b*, & Ep. 129 *b*, *Hortos quomodo hodie eras inspecturus, quid uisum tibi sit, eras scribam*. Qu. Fr. 315 *d*, *Maximæ mihi curæ erit, ut Ciceronem tuum uideam, scilicet quotidie, sed inspiciã quid discat quàm sæpissimè*. In Ant. 169 *d*, *Vis ne igitur tu in spiciamus à puero? sic opinor*.

Instabilis, *le*. ad Her. 13 *d*, *Instabilis fortuna Pacuuij*. & 34 *d*, *Instabilis in istum plurimum fortuna ualuit*.

Instans, *tis*. *præsens tempus, punctum temporis, negotium temporis*. de Fat. 145 *b*, *Præterita ea dicimus, quorum superiori tempore uera fuerunt instantia, fiet futura*

futura, quorum consequenti tempore uera erunt instãtia ad Her. 7 *b*, *Instans tempus*.). (*Præteritum & cõsequens*. Tusc. 221 *d*, *Quæ enim uenientia metuuntur, eadem officiunt ægritudinem instãtia*. & 223 *b*, *Instantia & sequentia*. ad Her. 16 *b*, *Instans periculum*.). (*Consequens*. de Orat. 118 *d*, *Genus causæ ex cõtrouersia facti, uel ex futuri, uel ex instãti*. I. A. 235 *b*, *Si quicquam aliud nobis nisi de instanti bello cogitatum putabunt*. Tusc. 165 *b*, *Totumq; leue est, fit enim ad punctum temporis: id est, quod dicunt in instanti*.

Instar, *quasi dicas, æquè magnum, simile, exemplum, par, idem, quod exempla docebunt*. In V. 244 *b*, *Nauis maxima triremis instar*. & 254 *d*, *Nauis quæ urbis instar habere inter alias uideretur*. At. 156 *d*, *Epistola quæ uoluminis instar erat*. Tusc. 156 *b*, *Terra ad uniuersi cœli complexum quasi puncti instar obtinet*. Ep. 245 *d*, *Fugæ uana, quæ fuit non uici instar, sed urbis*. Attic. 255 *d*, *Mea rum epistolarum nulla est συναγωγὴ, sed habet Tyro instar septuaginta*. Off. 54 *d*, *Omnia ex altera parte collocata, uix minimi momenti instar habent*. de Cl. 181 *b*, *Plato mihi unus instar est omnium*. Or. 201 *d*, *Hæc magna sunt & tanquã animi instar in corpore*. Att. 155 *d*, *Hæc est ἀπορία, in qua nũc sumus, mortis instar*. & de Fi. 138 *d*, *Hoc instar mortis puto*. Offi. 47 *b*, *Patrocinio uero seruos, aut clientes appellari, mortis instar putant*. Ep. 126 *d*, *Eqdè hoc Tusculanenses dies instar esse uitæ puto*. pro Rab. 95 *b*, *Latère mortis erat instar turpissime*. & *ibi*. *Esse instar furoris & sceleris*. I. P. 90 *b*, *Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redij*. Qu. Fr. 319 *b*, *Nemo istorum est qui non abs te munus fundi suburbani instar expectet*.

Instauratio, *onis*. *renouatio*. de Ar. 349 *d*, *Dij ludorũ instauratione placantur*.

Instauratiuus, *a, um*. de D. 92 *d*, *Itaq; ludis intermissis instauratiui constituti sunt*.

Instauro, *as*. *renouo*. I. V. 68 *d*, *Cum in Cn. Dollabellam scelus suũ illud pristinũ renouauit & instauravit quæ storum*. pro S. R. 49 *d*, *Cauete ne noua & multo crudelior per uos proscriptio instaurata esse uideatur*. Att. 7 *b*, *Cum id sacrificiũ uirgines instaurassent*. & Qu. Fr. 311 *d*, *Latinæ instaurantur*. de Ar. 248 *b*, *Quorũ de sententia illa eadem renouata atq; instaurata celebrantur*. pro Pro. 73 *d*, *Ne instauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus*. de Diui. 92 *d*, *Ludos illos iterum instaurare cœdem*.

Instigatio, *onis*. *permotio, impulsio*. ad Her. 15 *d*, *Amplificatio instigationis auditorum causa sumitur*.

Instigo, *gas*. *solicito*. I. P. 85 *d*, *Cum mea domus ardebat ignibus iniectis instigante te*. ad Her. 21 *d*, *Si eos uehemẽter instigare uelimus*.

Instillo, *as*. Tus. 180 *d*, *Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ, quæ saxa assiduè instillãt Caucasi*. Poet. de Sen. 84 *d*, *Nam hæc quoq; nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute*. Att. 139 *b*, *Literæ tuæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt*.

Instinctus, *a, um*. *instigatus*. I. V. 274 *b*, *Iste nefario quodam furore & audacia instinctus*. pro Do. 242 *d*, *Iste furore & audacia instinctus*. pro Do. 242 *d*, *Iste metus furore instinctus*.

Instinctus, *ûs*. *instigatio, instatus, afflatus*. Tuscu. 161 *d*, *Poetæ carmina non sine cœlesti aliquo mẽtis instinctu fundunt*. de D. 87 *b*, *Oracula, quæ instinctu diuino afflatũq; funduntur*. & 82 *b*, *Aliquo instinctu instatũq; diuino futura prænunciare*. & 94 *d*, *Cum à corpore animus abstractus, diuino instinctu concitatur*.

Institiones, *ab insistendo Cicero uocat, quas stationes stellarum Astrologi nominant*. Tusc. 161 *d*, *Quis errantium stellarum motus, cursus, progressiones, institiones notauit? corrupte legitur in omnibus exemplaribus Institutiones*.

Instituo, *is*. *constituo, incipio, morem induco, comparo, erudio*. At. 96 *b*, *Cũ instituissem ad te scribere, calamũq; sumpsissem*. Ep. 153 *b*, *Flagitare senatus instituit Cornutũ, ut referret, &c*. Ep. 2 *b*, *Quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest*. Ep. 264 *d*, *Si diligẽtiã quam instituisti, adhibueris, citò firmus eris*. de Leg. 157 *b*, *Historia nec institui potest, nisi præparato ocio, nec exiguo tẽpore absolui*. de D. 109 *b*, *Si instituta perfecero*. de Fi. 114 *d*, *Rem institutã absoluere*. Epi. 69 *b*, *Quæ habes instituta perpolies*. At. 144 *b*, *Hoc nescio quid nullo argumẽto proposito scribere institui*. Qu. Fr. 325 *d*, *Libri, quos scribere instituisti, &c*. Qu. de Pet. 213 *b*, *Perge tenere istã uiam quã instituisti*. de Or. 119 *b*, *Perge ut instituisti*. de Nat. 22 *d*, *Malè instituta ratio exitum reperit e non potest*. Atti. 260 *d*, *Hæc nec institui, nec effici posśt sine tua ope*. *p* Sext. Rosc. 45 *b*, *Codicem instituere, conscribere, ordinem conseruare*. de Or. 136 *d*, *Cum sermo mihi cum eo esset institutus, & Tus*. 177 *d*, & 176 *b*, *Est igitur ad hunc modum sermo institutus*. de In. 52 *d*, *b*, *Instituere sermonem uel orationem cum aliquo*. & Fi. 145 *d*, *Tecum mihi instituenda oratio est*. de Or. 142 *b*, *Instituenti mihi referre, &c*. Epi. 104 *b*, *Itaq; ut primùm Velia nauigare cœpi, institui Topica Aristotelica conscribere*. Epi. 73 *d*, *Cũ rem aliter institutam offendissem ac mihi placuisset si affuissem*. Ep. 44 *b*, *Expedire exitum institutæ orationis*. Epist. 67 *d*, *Suscipere, instituere, perficere aliquam rem*. pro Do. 219 *d*, *Instituere, comparare & perficere aliquam rem*. Ep. 67 *d*, *Non eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & iam institutarũ*. Ep. 39 *b*, *Pro nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia*. pro Syl. 177 *d*, *Cùm omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur*. I. A. 65 *b*, *Hoc institui atque adeò institutum referri atq; renouari molestè ferunt*. pro Qu. 2 *b*, *Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituerat sine impendio*. Or. 200 *b*, *Isocrates primus instituit dilatare uerba*. pro Flac. 152 *d*, *Cũ prætor sumptus instituit eos qui antea nõ erant*. Anteq. 194 *d*, *Quam nunc colere gentẽ institua*? & *c*. & 193 *b*, *Cum à quibus debeã retineri, reijcere instituant*. I. A. 189 *d*, *Antonius earum rerum omnium domesticum mercatum instituit*. At. 86 *d*, *Hic magistratus multis annis post decemuiros institutus est*. Qu. Fr. 295, *Si omnium nomine, quicũque Romæ ludos facerẽt, quod erat iam institutum, erogaretur*. pro Mur. 138 *d*, *Iniquam legem & miseram cõditionem instituit periculis hominũ, si existimat, &c*. de Fin. 64 *d*, *Quẽ morẽ Arcesilas reuocauit, instituitq;, ut bi q. &c*. Ep. 222 *d*, *Instituere ea quæ sequatur alij*. pro Font. 278 *d*, *Fonteius portorium uini instituit*. pro Do. 213 *d*, *Multa diuinitùs à maioribus nostris inuenta atque instituta*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt. pro Dom. 238 b, Instituere pœnã in aliũ. de In. 78 b, Multa incõmoda cõsequi, si instituatur, ut à scripto recedatur. de Or. 92 a, Instituere ciuitates, scribere leges. & 90 d, De legibus instituẽdis. de Or. 100 b, Instituere aliquã artẽ. In Vat. 213 d, Instituere textrinam alicubi. & 212 d, Instituere officinam Syracusis. de Or. 8 d, Instituere & conseruare ciuitates. Ac. 47 d, Instituere sibi certamen cum aliquo. Ep. 239 d, Instituere certos tabellarios. & 226 d, Instituere aliquem secundum hæredem filio. de Or. 104 b, Instituere tutorem aliquem filiorum orbitati. pro Dom. 220 b, Non ut ille filius instituatur, sed ut è patricijs exeat. de Or. 99 b, Qui esset secũdum Posthumum hæres institutus. In Ver. 204 d, Piratæ aliquos sibi instituunt amicos. pro Mur. 129 d, Tu actionem instituis, ille aciem instruit. pro Cl. 21 d, Præstò est mulier audax, instituit accusatores, instituit testes.

Instituere, erudire, informare. de Ora. 146 a, Instituere & erudire aliquem. & 165 b, Expolire. In Verr. 184 d, Instituere & erudire filios ad maiorum instituta. pro Cæl. 45 b, Dicet aliquis, Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescẽtes? ob hãc causam tibi hũc puerum parens commendauit & tradidit? l. A. 228 b, Non ita à maioribus nostris instituti atque imbuti sumus, ut, &c. pro Quin. 15 b, Alicui quid faciat definire, aliquẽ instituere, & ei præcepta dare. I. V. 85 b, In pueritia bonis artibus & disciplinis institutus nõ eras. de Nat. 3 b, Diodorus & Philo, à quibus institui sumus. & de Cl. 280 d, Institutus literis græcis. & de Or. 123 b, Doctrina liberaliter institutus. de Cl. 186 b, M. Glabrio institutus patris diligentia. de Fin. 110 d, Vita instituta præceptis philosophorum. de Or. at. 123 b, Si quem plane rudem institui ad dicendum uelim. de Cl. 191 d, Erat enim cùm institutus optimè, tum etiã perfectè planèq; eruditus. Or. 212 b, Ad hanc legem non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. de Cl. 183 d, Institutus ad scenã. de Se. 82 b, Senectus adolescentulos docet, instituit, ad omne officij munus instruit. Qu. Fr. 297 d, Ea quæ suprà scripta sunt, non ut te instituerem, scripsi.

Institutio, onis. institutum, disciplina, educatio. Off. 2 b, Officiorum præcepta ad institutionem uitæ communis spectare uidentur. de Nat. 3 b, Multi græcis institutionibus eruditi. de Or. 146 d, Cùm ad cuiusq; naturam institutio doctoris accommodaretur. de Ora. 308 b, L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quàm quantum puerili illa institutiõe potuisset. & 146 d, Iisdem præceptis atque in una institutione formari. Qu. Fr. 293 b, Hæc institutio atque disciplina potest, &c. Off. 2 b, Omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficiscì. At. 15 b, Ratio institutioq; administrãdæ reip. In Ver. 273 d, Horum nos hominum sectam atq; institutionem persequimur.

Institutum, ti. instituta ratio, mos, consuetudo. I. V. 65 b, Att. 67 d, Non oblitus consuetudinis atq; instituti mei, rarius ad te scribo. de Clar. 186 b, Is bene iuris publici leges & instituta cognouerat. I. P. 86 d, Qui ciuitatis uestræ nõ leges, nõ institutà, nõ mores, nõ iura noritis. de Cl. 175 d, Quòd si omnia à philosophis essent petẽda, Peripateticorũ institutis commodius fingeretur oratio. & 175 d, Ex quorum institutis in parentis eum loco colere debebam. & 184 d, Patrio instituto. In Vat. 210 d, Tenere idẽ institutũ in omnibus. I. V. 55 b, Veteri cõsuetudine institutoq; maiorũ. & pro Qu. 11 b, More & instituto. & pro Mur. 124 d, More instituto q; maiorum. Or. 212 d, Quid uerò elegantius? quod nõ sit natura, sed quodam instituto. inclytus dicimus. & c. pro Mu. 141 d, Nulla est pœna, quæ possit obseruatiã tenuiorũ ab hoc uetere instituto officiorum excludere. pro Cæl. 48 d, Si qua mulier sit eiusmodi, qualẽ paulo antè descripsi, uitæ institutoq; meretricio. de Fin. 112 d, Diuersũ uitæ nobis instituta capienda. de Or. 88 b, C. Carbo hæsitãs in maximis institutis. & At. 141 d, Cn. Magnum Pompeij præfectum deprehendi, sed & meo instituto usus sum. Of. 2 a, Te abundare oportet præceptis institutisq; philosophiæ. & de Cl. 173 b, Is tamen instituto Lælij Panætium audiuerat. Of. 33 d, De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac de iudicio meo dixero. Ep. 73 d, Nõ putaui esse alienũ institutis meis, hæc ad te scribere. Ep. 25, Genus institutorum & rationum mearum dissimilitudinem habet cum illius administratione. Ep. 238 b, Instituti mei tenendi causa. de Fi. 64 d, Hoc institutum posthea translatum ad philosophos nostros est. de In. 81, Quod ad hoc nostrum institutum nõ pertinet. Top. 229 d, Sed ad huius libri institutum illa nihil pertinent. l. A. 214 b, Confusius hesterno die est acta res, C. Pisone, quàm postulabat institutum consulatus tui.

Institutus, a, um. Or. 212 b, Hæc dixi longius quàm instituta ratio postulabat. pro Dom. 242 d, Nec instituta ceremonias persequi potuit.

Insto, as. urgeo. pro Qu. 5 b, Tibi instat Hortensius, ut causam in consilium. de Or. 93 d, Tibi cupienti atq; instanti sepissimè negaui. I. V. 178 b, Instat Scandalius, poscere-que operatores. Att. 8 d, Instat & urget Cato. pro Fon. 259 d, Galli instãt atq; urgent summo cum studio. At. 215 b, Vrge, insta, perfice. & de Diu. 139 d, Instat enim, & urget, & quocunq; te uerteris, persequitur. In Vat. 247 d, Ego instare ut mihi responderet. 462 d, Quod profectò cum sua sponte, tum te instante faciet. pro Fon. 256 d, Insector ultrò atq; insto accusatori, iudices, insector inquam, & flagito testes. pro Pl. 269 d, Etiã atq; etiã insto, urgeo, insector. pro Quin. 14 d, Cupidè instare alicui. de In. 66 b, Nunc quod instat, agere oportet. Qu. Fr. 322 b, Instare de aliquare.

Instare, impendère, imminere. In Cat. 106 b, Quibus ego confido impendère fatum aliquod, &c. aut instare tam planè, aut certè iam appropinquare. Tusc. 211 b, Quæ uenientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. In P. 93 b, Instant magnificentissimi ludi. At. 199 b, Ita mihi uidetur bellũ illud instare. & 211 b, Mihi instat iter longum. de D. 93 d, Quanquam iter instaret, &c. At. 16 b, Instat nunc ille annus egregius. de Or. 152 d, Instat enim ò pater, &c. de In. 74 d, Cum scirem instare dies instaret. Ep. 176 b. & 191 b, Tibi ab iis instat periculum. ad Her. 13 d, Fortunam saxo instare præcipitẽ. Instructor, oris. structor, qui conuiuij & mensæ instruendæ curam habet. Post. 207 d, Conditores instructores q; conuiuij.

Instructus, a, um. paratus, comparatus, institutus, munitus, ornatus. Or. 198 b, Alij ad permouẽdos animos instructi & parati. & de Fi. 76 b, Instructus ad mortẽ cõtemnendam. de Or. 145 b, Instructissimus ad dicendum. Or. 208 d, Sic igitur instructus orator ueniet ad causam. de Leg. 163 b, Hæ rationes, quæ satis scitè nobis instructæ & compositæ uidentur. Or. 202 d, Oratio instructa sententijs & uerbis popularibus. pro Cæl. 45 b, Hunc diuinis quibusdam bonis instructũ atq; ornatũ puto. I. P. 80 d, Prouincia exercitu & pecunia instructa & ornata. Br. At. 288 d, Artes, quibus scio Ciceronẽ instructissimũ esse. de Fin. 54 d, Instructior doctrinis. de Or. 107 b, Cæteras uerò ab optimo uiro, & iis reb. instructissimo familiari nostro lõgo mutuabor. de In. 54 d, Omnib⁹ rebus domus instructior & apparatior est. & ad Her. 29 d, Paratior & instructior ueniret. Of. 63 b, Caninius emit hortos instructos. Ep. 192 d. et I. V. 163 d, Naues instructæ & paratæ. & pro Cl. 55 b, Nauis instructa & ornata. Tu. 220 d, Instructus, armatⁿ, paratus per sese. de Or. 122 d, Eam materiam orationis, quæ cuiusque esset generis, studiosi qui essent dicendi omnibus locis descriptã, instructam ornatamq; comprehenderent, rebus dico & sententijs. de Cl. 179 d, Qui à philosophia, à iure ciuili, ab historia esset instructior. & 186 d, Mediocriter à doctrina instructus, angustius etiam à natura.

Instructus, a, us. apparatus. de Or. 144 b, Eodem instructu & ornatu q; comitata.

Instrumentum, ti. supellex, apparatus, subsidium ad aliquid agendum. de Or. 98 b, In oratoris uerò instrumento, tam lautam supellectilem nunquam uidera. & 122 d, Instrumentũ causarum & generum omnium. & 142 b, Instrumentum oratoris. & 151 d. de L. 176 d, Iam æs aliquæ ferrum duelli instrumenta sunt nõ fani. de Leg. 168 d, Homo multa instrumenta habet ad adipiscendã sapientiam: id est, animum & ingenium, &c. de Cl. 189 b, Quicquid habuit, habuit ex disciplina: instrumenta naturæ deerant. At. 275 b, Antonius ab alio relictũ regni instrumentum occasionẽ regnandi habuit. & 282 b, Instrumentum regni delatum ad Antonium & Lepidum. Attic. 107 d, Soluendi sunt nummi Cæsari, & instrumẽti uitijphi eò conferendũ. l. C. 109 d, Cùm industriæ subsidia atq; instrumenta uirtutis libidine audaciaq; consumerentur. Item: Opera, & quorum intelligẽtiam à natura minus habẽt instrumenti. de Fi. 125 b, Nemo sine eo instrumẽto ad ullam rem illustriorẽ potest accedere: id est, sine bonis artibus uel scriptis Peripateticorũ. de Fi. 88 d, Qui tãto opus est instrumento in optimis artibus comparãdis? pro Mil. 107 b, Exhibe quæso librariũ illud instrumẽtum, quod te aiunt è domo illius eripuisse, ut legum nostrarũ, quod te aiunt è domo illius eripuisse, ut præclarum inde munus & instrumentum Tribunatus ad aliquẽ deferre possis. pro Rab. 123 d, Vt in augẽdare non auaritiæ prædam, sed instrumentum bonitati quæreret. de Cl. 196 b, Eloquẽtiam locupletasti grauioribus armis instrumẽto. I. V. 223 d. & At. 197 d, Hæc omnia in instrumẽto ac supellectili C. Verris nominabuntur. Ac. 1 b, Totius belli instrumentis & apparatu. I. V. 159 b, Apro nunc in eorum arationes uenit, omne instrumentum diripuit, familiã abduxit, &c. In Verrẽ, 158 b, Arationes

magna impensa magnoq; instrumẽto tueri. pro Do. 225 d, In fundum uicini consulis non instrumenta aut ornamenta aulæ, sed etiam arbores transferebantur.

Instruo, is. paro, apparo, molior, orno, adorno, comparo, suborno, armo, instituo. I. V. 202 d, Non enim te instruere domũ tuam uoluerũt in prouincia. I. V. 214 d, Instruere & parare conuiuium. I. A. 208 d, Possessores nullam impensam fecerant, nondum instruxerant. id est, ipsos agros, hinc instrumẽtum. I. V. 158 b, l. Instrumentum. de Nat. deor. 45 b, Domicilium ornatum signis & picturis, instructiq; rebus omnibus necessarijs. l. V. 125 b, Domum ornatam & structam ferè iam, iste reddidit nudã & inanem. I. V. 213 b, Neq; se satis, cum potestatem haberet, instruxisse & ornasse. l. V. 269 d, Ad iudiciũ non se satis instruxerat. & 67 b, Paratus atque instructus in iudiciũ uenit. de Orat. 106 b, Cum ergo non ijdem in iure ciuili satis instructi esse possimus, ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini esse uideamur? & 112 d, Instruere se domesticis copijs. & 103 d, Oratorẽ esse instructũ uoce, lepõre quodã uolo. de Ora. 91 d, Oratorẽ, omnibus ingenuis artibus instructũ accedere ad dicẽdũ. & de Clar. Or. 187 b, Instructus omni copia. de Leg. 163 d, Muneribus deorũ nos esse instructos & ornatos. pro Pomp. 7 b, Mithridatis copiæ omnibus rebus ornatæ atq; instructæ. l. A. 226 d, Græcia M. Bruti imperio, autoritate, copijs non solùm instructa, sed etiam ornata dextram tendit Italiæ. Antequàm. 196 d, Quod iam non ad unius perniciem, sed ad uniuersorum instruitur calamitatem. Offici. 31 b, Nos ipsi à doctoribus atque doctrina instructi ad rempub. & ornati accessimus. Orat. 168 d, Philosophia nõ satis instructa ad foreses causas. & pro Cæl. 53 d, Artes, quibus instruimur ad hũc usum forẽsem, & ad capessendam rempub. Att. 71 d, Instruar consilijs idoneis ad hoc negocium. pro Cec. 291 d, Multitudinem hominũ cogere, armare, instruere. & 292 d, Homines instructi & certis locis cũ ferro collocati. pro Cl. 57 b, Instruere insidias in aliquo loco. In Ant. 193 b, Instruere aciem. & contra Rul. 84 d, Bellum instruere, & exercitus ornare. pro Mur. 129 d, Tu actionẽ instituis, ille aciẽ instruit. contra Rul. 81 b, Vrbs, quæ facere atq; instruere bellũ possit. pro R. P. 129 d, & de Pro. 71 d, Instruere exercitũ. I. C. 109 b, Instruite nunc cõtra istos, & c. uestra præsidia, uestros exercitus. pro Dom. 237 d, Tribunus consularibus copijs instructus. I. V. 29 b, Accusatores ab aliquo esse instructos & subornatos. pro Cl. 21 d, Omnis illa tectũ copia à matre est adornata, à matre hoc tempore instruitur, &c. pro Mur. 135 d, Petitionẽ consulatus diligenter adornare & instruere. de Sen. 82 b, Senectus adolescẽtulos docet, instituit, ad omne officij munus instruit. de Ora. 149 d, Hic quẽ instruimus, orator. Ac. 28 b, Qui claros uiros à se instructos, dicant rempub. sæpe rexisse. de Cl. 184 d, Curio cùm tardus in cogitãdo, tum in instruendo dissipatus fuit.

Insuauis, ue. iniucundus. de Or. 111 d, Qui uitam insuauẽ sine his studijs putatis. & Att. 157 d, & Or. 212 d, de Amic. 112 d, Ad Her. 20 d, Quid insuauius, quàm clamor in exordio causæ?

Insubres. pop. pro Cornel. 61 d, Fœdera Germanorum, Insubrium, Heluetiorum, Iapidum. & c. Item: Asconius. 76.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insuetus, a, um. insolens, imperitus. Att. 36 d, Insuetus cõtumeliæ. & ibid. Insolens infamiæ. ad Her. 25 a, Videte ne insueti rerum maiorum uideamini.

Insula, læ. terra undiq; aquis cincta. Itẽ, domꝰ undiq; uias habẽs. Epi. 253 a, Si insulam Britanniam cœpero cogitare. & Qu. Fr. 317 d, Literæ de insula Britãnia. I. V. 233 b, Quod prædones procul ab insula Sicilia prohibuisset. pro Mil. 115 b, Insula in lacu Pretio. de Fimib. 137 b, Insulæ beatorũ. At. 186 d, Μανάεφωρ νῆσοι nõ mihi tãti sunt, ut sine te sim totos dies. de Som. 1294, Omnis terra parua quædã insula est circũfusa illo mari, quod Oceanũ appellatis. de Leg. 169 b, & 170 d, Sed uetũ in insulã est, hoc enim quasi rostro finditur Fibrenus: & diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit: rapideq; dilapsus, citò in unũ cõfluit. I. A. 226 d, At hũc bis ipsis ludorũ diebus uidebã in insula clariss. adolescentis Luculli. Of. 65 a, Claudius proscripsit, insulã uendidit. pro Cæl. 40 b, Nũc demum intelligo Clodij insulam esse uendendam: id est, domum.

Insulsè, ineptè, frigidè. At. 239 b, Sanè insulsè, ut solet, ni si fortè quæ non ames, omnia uidentur insulsè fieri. & 65 b, Et est latum herculè insulsè. & 75 d, Multa stultè, insulsè, arroganter dici & taceri. pro Cæl. 52 b, Adolescens nõ insulsus. & Tu. 151 d, Insulsus homo. Ep. 156 d, Quæ nec illiterata, nec insulsa esse uideantur. Attic. 215 b, Oʳ gulã insulsam.

Insulto, as. irruere, illudere. I. V. 262 d, Epicurus insultans in omnes. & ad Her. 36 d, Insultare in miseriis alicuius. I. V. 262 b, Num tibi insultare in calamitate uideor? pro Fl. 154 b, Nunc uerò non insultabo uehementius, nec uolitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem in uehar. pro Mil. 118 b, Clodius qui tot annos in hãc rẽp. insultauit.

Insum, es. sum, insideo. de Ora. 156 d, In oratore perfecto inest omnis philosophorũ scientia. & 103 d, Non ob eã causam inest in facultate dicẽdi iuris ciuilis scientia. Or. 200 b, Inest enim natura philosophia in huius uiri mẽte quædam. Ep. 71 b, Manere in uita, in qua nihil insit nisi miseria. de Ar. 257 d, Nullũ dedecꝰ reperiri potest, quod in hoc non insit. de N. 24 b, Superstitio in qua inest timor inanis deorum. de N. 24 b, Democritus tum censet imagines diuinitate præditas inesse uniuersitati rerũ: tũ principia mentesq;, quæ sunt in eodem uniuerso, deos esse dicit. Top. 227 b, Oracula ex ipso appellata sunt, quod inest hìc deorum oratio.

Insumo, mis. impendo. Att. 77 d, Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus terũcius insumatur in quẽquam. de In. 76 b, Insumere sumptum aut laborem in aliquam rem. Att. 167 b, Plus insumptũ in monumẽtum est, quàm, &c. I. V. 181 d, Qui tãtũ præsens lucrum nulla opera insumpta contempserit.

Insuo, is. includo. Quint. Frat. 300 d, Quoniam Smyrnæ duos Mysios insuisti in culeum. & pro S. R. 23 b, Insui in culeum.

Insuper, præterea. Epist. 253 d, Catius insuper Epicureus, &c. & ad Her. 31 b, Non modò id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione uinctus est.

Insusurro, as. flare, in aurem loqui, loqui. Ac. 37 d, Fauonius ipse insusurrat. & Tusc. 248 d, Insusurrare alteri. Qu. Frat. 292 d, Nec in aures tuas fictè aut simulatè quæ alicuius causa insusurretur. I. V. 257 b, Insusurrare ad aurem alicuius familiariter. Atti. 19 d. & pro Mur. 142 d, Insusurrare aliquid alicui.

Intabesco, scis. extabesco. de Nat. 77 d, Diuturno morbo intabescere.

Intactus, a, um. Ep. 112 b, Intactus à sibilo peruenerat Horatius ad senectutem.

Integellus, a, um. integer. Epi. 131 d, Suauissimum συσσίτιον nostrum præstabo integellum.

Integer, a, um. incorruptus, inuiolatus, castus, solidus, totus, plenus, incolumis. de Orat. 104 b, Cum esset ille uir exẽplũ, ut scitis, innocentiæ, cumq; illo nemo esset nec; integrior, nec; sanctior. & pro Pl. 259 d, Vita integerrima. & Topic. 226 b, Integer.) (. Contaminatus. I. V. 204 b, Vir integer, innocens, religiosus. & de In. 66 d, Homo integer & castissimus. & de Or. 125 d, Iustus, integer, religiosus, perferens iniuri. im. ac. 6 d, Integri & incorrupti sensus. de Fi. 71 b, Omne animal integrũ se ac purum, tum uult. Tus. 156 b, Multo etiam integriora ac puriora sunt, ut à te longissimè se efferãt. de D. 97 b, Integro me animo ac libero P. Scyllæ causam defendere. pro Do. 225 d, Cùm Gabinio integerrimas pacatissimasq; gẽtes ad diripiendum tradidisses. de D. 86 b, Quis tus est integer. pro Pl. 277 b, Quos ego florẽtes atq; integros uici. pro Fl. 159 d, Ex uera atq; integra Græcia. I. C. 112 d, Literæ integris signis datæ. de Pro. 72 b, Annus integer est nobis expectandus. pro S. R. 43 d, Integrum prædꝝ sine sanguine habere. ad Qu. Fr. 310 d, Quintũ uidi planè integrum. de Fi. 78 d, Integra ualetudo. pro Qu. 8 b, Dum existimatio est integra, facilè consolatur honestas egestatem. I. V. 69 d, Cõiuges integras ab istius petulantia conseruare non licitum est.

Integer. solutus, liber. de N. 61 d, Rudem me discipulũ atq; integrũ accipe. Att. 117 d, Quod me admones, ut me integrum, quoad poßim, seruẽ, gratũ est. Ep. 203 b, Reseruare omnem causam integram alicui. Ep. 11 b, Vt integrũ mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem. & 116 d, De Dolabella, integrum tibi ut reseruasti, suadeo. Br. 289 b, Omnino tempora integram tibi causam reseruant. Ep. 14 b, Quod ne integra re mihi ad cõsulendum, &c. implicatus tenebar. Offi. 50 b, Iste rem integram ad reditum suum iußit esse. & I. C. 112 d, Vt ad cõsilium publicum rem integram referrem. Att. 83 b, Præsertim cum integram rem causamq; reliquerim.

Integrum esse, id est, liberum uel solutũ esse, in nostra esse potestate, licere. pro Mur. 137 b, Cũ id iam integrum non esset: id est, cũ nõ possem negare. I. A. 158 d, Loquer de legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis. Ep. 15 b, Si mihi integra omnia ac libera fuißet. & 16 d, Si essent omnia mihi solutissima. I. P. 62 d, Non est integrum mihi cõsilio iam uti tuo. & Part. 242 d, Quilibet integrum daretur, eam sententiam diceret. Attic. 55 d, Mihi integrum est facere uel nõ facere. & Ep. 18 b, Att. 282 d, Quod etiam idcirco trahebã, ut quàm diutissimè integrum esset. et 248 b, Quousq; inquies, quoad erit integrũ. I. V. 128 b, Cũ tibi in integro tota res esset. Ep. 76 d, Res adhuc in integro est. & 23 d, In integro res nobis erit. de Or. 144 d, Hæc iã in integro nobis esse nõ possunt. pro Rab. 95 b, Ego si mihi esset integrum, suscipere hoc crimen. & Tusc. 240 b, Atq; ei ne integrũ quidem erat, ut, &c. pro Mar. 125 b, Nõ iam mihi licet, nec; est integrũ, ut non reos defendam. At. 146 d, Tum poterimus deliberare, nõ scilicet in integra re, sed certè minus infracta. pro Flac. 196 d, Constituent quid agant, quibus integrum est. & ibid. Ii quibus integrum est, qui nondum ad honores accesserũt. Att. 135 b, De triumpho erit, inquis, integrum. Att. 67 d, Sed hæc mallẽ integra retecũ egisse, profectò aliquid egissem. pro Mur. 134 b, Ea dicam uobis audiẽtibus amisso iam tẽpore, quæ ipsi solire integra sæpe dixi. At. 200 b, Nisi hæc æstate absolutum erit, quam rem uides integram restare, scelere me liberatum non putabo. Deintegrò id est, denuò. Att. 221 b, Itaq; ei deintegrò gratulare. & 213 d, Epistola mihi deintegrò scribenda est.

In integrum restituere: id est, in pristinum statum. I. Restituere.

Integre. In Sal. 272 b, Vita integerrimè acta. & de Fi. 55 d, Incorruptè atq; integrè iudicare. pro Pomp. 4 d, In amicorum periculis castè integrèq; uersari. de Op. 244 d, Attice dicere: id est, quasi sicce & integrè.

Integritas, tis. Innocentia. de Fin. 134 b, Summum bonum cumulatur ex integritate corporis, & ex animi ratione perfecta. & 72 d, Integritas corporis, ualetudo, &c. & Tusculan. 247 b, Integritas ualetudinis. de Finib. 143 b, Integritas unguiculorum omnium. de Clar. Vitæ grauitas & integritas. Qu. Fra. 293 d, Tua integritas & continentia. I. A. 188 b, Singularis integritas alicuius, multis & magnis rebus spectata. & ibid. Vir summa integritate & innocentia. In Verr. 56 d, Integritas atque innocẽtia singularis. de Orat. 111 b, Eadem facultate fraus hominũ ad perniciem, & integritas ad salutem uocatur. Att. 101 d, & 80 d, Cato integritatis & fidei mihi testimonium dedit. Qu. Frat. 292 d, Tertius hic annus habeat integritatem eandem quam superior, cautiorem etiam ac diligentiorem. Attic. 91 b, Ain tandem Attice laudator integritatis & elegantiæ nostræ? de Cl. 176 b, Incorrupta Latini sermonis integritas. At. 11 d, Xenocrates & Metellum Numidicus.

Integro, gras. recreo, reficio. de Inuent. 47 b, Animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur.

Integumentum, ti. inuolucrum. I. P. 82 d, Vereor ne qui sic, qui ictus insignem nequitiam frontis inuolutam integumentis nondũ cernat. Post. 207 b, Frontis uti integumenta ad occultanda tanta uitia, diutius uti nõ licebit. de Or. 141 d, Aliquando cuolutus es illis integumentis dissimulationis tuæ. & 98 d, Per quædam inuolucra & integumenta perspicere aliquid.

Intellectio, onis. Synecdoche. ad Heren. 34 b, Intellectio est, cum res tota parua de parte cognoscitur, aut de toto pars.

Intelligens, tis. ingeniosus, callidus.) (. Idiota. I. V. 200 b, de Vn. 196 b, Nihil non intelligens intelligente præstantius est. de Cl. 161 a, Non semper uulgi iudiciũ cum intelligentiũ iudicio cõgruit. de Op. 244 d, Qui teretes aures habent intelligensq; iudicium. de Fi. 94 d, Doctus et intelligens uir. de Cl. 182 d, Intelligẽs dicẽdi existimator. de Cl. 195 d, Existimator doctus & intelligens. I. V. 300 b, Quæ non modò istũ hominẽ ingeniosum & intelligẽtem, uerùm etiam quemuis nostrùm, quos iste idiotas appellat, delectare possent. I. V. 234 b, Prætor intelligens negare. de Fi. 78 d, Erat & cupidus uoluptatum, & cuiusuis generis eius intelligens & copiosus.

Intelligenter, cum docilitate, quod inepti dicunt, intelligibiliter. Par. 232 d, & b, Intelligenter audiri.

Intelligentia, tiæ. prudentia, cognitio, scientia, notio. de Inuen. 82 d, Intelligentia est, per quã animus perspicit quæ sunt. & Top. 222 b. de Leg. 191 d, Natura hominis rerũ plurimarũ obscuras & necessarias intelligẽtias enudauit, tãquam fundamẽta scientiæ. de L. 168 d, Principiò homines rerum omnium quasi adumbratas quasdã intelligentias animo ac mente concipiunt. & de Vn. 196 b, Deus intelligentiã in animo, animum conclusit in corpore. de Leg. 161 b, Natura nullo docẽte profecta ab ijs, quorum ex prima & inchoata intelligentia genera cognouit, cõfirmat ipse per se rationem & perficit. de L. 165 d, Nam & communis intelligentia nobis notas res efficit, easq; in animis nostris inchoauit, ut honesta uirtute ponãtur in uitijs turpia. de Nat. 34 d, Cum in æthere astra gignantur, consentaneum est, in his sensum inesse & intelligentiam. Ac. 30 d, Quòd quædam animalis intelligentia per omnia permeet. de N. 72 d, Neptunum esse animum cum intelligentia per mare, pergentem. de Nat. 11 b, In eas imagines mentem intentã infixamq; nostram intelligẽtiam capere quid sit deus. Or. 297 b, Plato ait, ideas semper esse, ac ratione & intelligentia contineri. & Offic. 65 b, Quatenus aliquid ratione & intelligentia teneri potest. de Nat. 7 b, Mens simplex fugere intelligentiæ nostræ uim ac notionẽ uidetur. de Diuin. 95 d, Pars animi quæ rationis atq; intelligentiæ sit particeps. de Vn. 193 b, Quod intelligentia & ratione comprehenditur. de Or. 86 d, Quod longissimè sit ab impetu rationis intelligentia sensúq; disiunctum. & 161 d, Idq; faciunt etiã in alijs operibus, ad quorum intelligentiam à natura minus habent instrumenti. Or. 207 b, Definire aliquid ad cõmune iudicium populare mq; intelligentiã accõmodare. I. A. 223 d, Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam habuerunt. de N. 11 b, Tamẽ si ætus intelligẽtia uestra breuius dissero, quàm causa desiderat. de In. 53 b, Noui intelligentiã uestrã iudices, nõ potest ita uideri. de Op. 244 d, Qui intelligentiam ponũt in audiẽdi fastidio. pro S. R. 26 d, Quid censes, hũc quo studio & qua intelligẽtia esse in reb. rusticis? I. V. 210 d, Vt intelligatis in homine intelligentiam esse non auariciã. Off. 55 b, Honestũ quod in nostrã intelligẽtiã cadit. & 66 d, In malitia simulatio intelligẽtiæ. de Inuẽ. 59 d, Aut falsum quiddã hoc pacto sapiẽtia est, pecuniæ acquirendæ intelligentia. de Clar. 173 b, Mutius iuris ciuilis intelligentia præstitit. & 185 b, Is omnes intelligentia anteibat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia anteibat. Aca.6 b, Quid de gustatu & odoratu loquar? in quibus intelligentia & si uiciosa est, quædam tamen. Tus.241 b, Proponenda quædam quasi mouentia sunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiæ; conuertant. de Fi.94 b, Simul autem incipit intelligentiam, uel notionem potius, quam appellant ἔννοιαν illiquiditq;, &c. Tuscul.159 a, Difficile est animi quid aut qualis sit intelligentia. Par.232 b, & Off.39 b, Prudentia & intelligentia idem.

Intelligo, gis. cognosco, sentio, teneo, capio, percipio, interpretor, mente complector, cogitatione cõprehẽdo, cogitatione complector, perspicio, comprehendo, animaduerto, intelligentiam habeo, accipio, disco, animo percipio, intelligentia & ratione comprehendo, ratione & intelligentia teneo, animo & cogitatione cõprehendo, conscientia teneo, persequor, sententiam alicuius interpretor. Tus.198 a, At.33 a, Accepi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi, &c. et 86 a, De me scribis te ex Philotimi literis cognouisse. et 97 b, Intellexi ex tuis literis, te ex Turannio audisse, à me prouinciam fratri traditam. de N. 60 b, Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atq; intelligi potest. et ib. Ea quæ minus intellexi, & ea quæ parum accepi. Off.29 b, Intelligo, animaduerto, sentio, Of.209 a, Hoc quale esse debeat, ex ipsis quæ suprà dicta sunt, intelligi potest. & 198 a, Cuius ex epistolis intelligi licet, quàm frequens, &c. & ibi Quod pòst magis intelligetur. & 216 b, Sed tamen nec nimis esse diuersa, nec ullo modo coniuncta intelligi licet. pro S.R. 33 a, Quàm sis audax, hinc omnes intelligere possunt, quòd, &c. pro Cec.292 a, Verùm ita est ut dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam si tactus non sis. Off.43 a, Quam qui audiunt, intelligere & sapere plusquàm cæteros arbitrantur. de Fat.149 a, Ex quo facile intelligi potest, uerbis eos, non re dissidere. At.178 b, De fundo Frusinati redimendo tampridem intellexisti uoluntatem meã. I.V.178 a, Vnde ergo hoc intelligi potest? ex hoc maximè, quòd, &c. de In.81 b, Percipere quædam ex quibusdam. in Pison.94 b, Oratio adolescenti nox acriter intelligenti præceps. Ora.197 b, Ille non intelligendi solùm, sed etiam dicendi grauissimus autor Plato. At.135 a, Vtrùm hoc tu parum meministi, an ego, nõ satis intellexi. & 128 b, Explicari mihi tuum consilium planè uolo, ut penitùs intelligam. de Or. 111 a, Malo nõ intelligi orationem meam, quàm reprehendi. & 114 a, Sed ne latius hoc patere uideatur, hæc dũtaxat in Græcis intelligo: quæ ipsi, qui scripserunt, uoluerunt à uulgo intelligi. de Nat.23 a, Puderet me dicere non intelligere, si uos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. & 10 a, Itaq; corpus quid sit intelligo, quasi corpus quid sit nullo prorsus modo intelligo. In Ver.222 a, Tametsi nõ tam multi in istis rebus intelligo. I.V.266 a, Quod iste neq; attendere unquam, neq; intelligere potuit. de Am. 200 b, Id si minus intelligitur, quanta uis amicitiæ sit, ex discordijs percipi potest. Part.124 a, Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus? de Le.184 b, Cum dico legem, nihil aliud intelligi uolo, quàm imperium, sine quo, &c. de Legib.183 a, Nostræ legis interpretes, quo capite iubemur sumptus remouere, &c. hoc intelligunt, in primis sepulchrorum magnificentiam esse minuendam. de Inu.38 b, Ambiguũ si concesseris, ex ea parte quam intellexeris, &c. et ib. Cum autem dicebas, &c. illud accipiebam, &c. id est, intelligebam. de N.9 b, Illud nõ queo intelligere. id est, coniectura informare. de Or.95 b, Percipere aliquid animo. Top.222 a, Cernere & intelligere aliquid animo. de N.75 b, Interpretari aliquid peruersè: id est, male intelligere. Oculis mentis uidere. I. Oculus.

Intemelij, pop. Ep.124 a, Cælij.

Intemperans, tis. immoderatus, intemperatus, qui se in omni libidine effundit, libidinosus, impurus, cupidus. Att.213 a, Intemperans sum in rei cupiditate quam nosti. & de Sc.83 a, Libidinosa & intemperans adolescentia. Rost quam.207 a, Vir libidinosus, impurus, intemperans. & Ep.135 b, Homo intemperantissimus. In Ver. 29 a, Sed fui paulò in te intemperantior fortasse quàm debui. I.V.184 a, Intemperans uir & impudica mulier. de Fi.83 b, Gallonis.)(. Piso.

Intemperanter, intemperatè, insolenter. I.A.155 a, Nimis iracundè & ualde intemperanter. Tusc.149 a, In temperanter abuti aliqua re. Ora.214 b, & I.A.203 b, Intemperantius uti aliquare.

Intemperantia, tiæ. intẽperies, incontinentia, insolentia. Tus.213 b, Intemperantia est à tota mente et à tota ratione defectio. de Fin. 59 a, Intẽperantia fugienda est. Aca.46 a, Et omnium perturbationũ arbitratur esse matrem, immoderatam quandam intemperantiam. contra Rul.89 a, Hæc ego uos concupisse pro uestra intemperantia non miror. Of.25 a, Si autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est. Post.206 a, Quæ ne sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare. pro Dom. 217 a, Is tanta fuit intemperantia, ut, &c. de Ar.253 b, Explere intẽperantiã alicuius. pro Cæl. 42 b, Is modo de incõtinentia intẽperantiaq; disseruit. de N.74 a, Iustitiæ, intemperantiæ, timiditatis, quæ semina essent.

Intemperatè, intemperanter. de Vn.202 a, Immoderatè & intemperatè uiuere.

Intemperatus, a, ũ. I.P.84 a, Intemperatissimæ perpotationes. & 95 a, Intemperatissima pecus. et de Am.110 b, Intemperata quædam beneuolentia.

Intemperies, ei. immodestia, procacitas. Attic.58 b, Ne qui uideor non stultè illius amici intemperiem tuissse rursus stultè illius iniuriam faciam illustrem.

Intempestiuè. Off.18 a, Ne irascamur intempestiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus. & Epist.173 a, Qui ad nos intempestiuè adsunt.

Intempestiuus, a, um. peruersus, præposterus. At.61 b, Nunquã mihi tua epist. aut intẽpestiua aut loquax uisa est. & pro Mu.127 b, Intẽpestiuũ conuiuiũ. de Am.100 a, Amicitia nunquã intempestiua, nunquã molesta est.

Intempestus, a, um. concubius. I.A.154 a, Cum intempestà nox esset, mansi in uilla. I.V.222 a, & 254 b, Romæ penè nocte intempesta seruorum armatorum, sit concursus. I.P.99 b, Is nocte intempesta abijt.

Intendo, dis intendi, intensum & intentũ. perrigo, contendo, intento, parco. At.261 a, Et simul dextram intendit ad statuam. et I.A. Hic dextrã ad sedes intendit Cæsopeiæ. Ac.9 a, Mens naturalem uim habet, quam intendit ad ea quibus mouetur. & ib. Intendere sensus ad res percipiẽdas. I.A.235 b, Si fieri posset, uel plures te animos habere uellẽ, quos omnes ad Mutinã intenderes. de Or.102 a, Sed ut commonstrarem tantùm uiam. &c. ut fieri solet, digitum ad fontes intenderem. & 96 a, Situ diũ nihil prodest peruenièdi aliquò, nisi illud, quod eò, quò intendas, ferat deducatq;. cognoris. de Orat.124 a, Hoc tibi antea explicãdum est, quàm illuc proficiscare, quò te dicis intẽdere. I.A.213 b, Agitur uita & fortuna optimi cuiusque, quò cupiditatẽ infinitam cum immani crudelitate tampridem intẽdit Antonius. I.P.80 b, Ego tela intẽta iugulis ciuitatis de cõiuratorum manibus ex torsi. pro Sest. 12 a, Intenta signa legionũ existimantur cruci bus bonis q; uestris. Att.33 b, Intendere periculũ alicui. de Ora.88 b. & pro Cecin.288 b, Intendere litem alicui id est, inferre. pro Mil.108 b, Alicui diem dicere, mulctam irrogare, actionem perduellionis intendere. de Pro.73 b, Tela undiq; in patriam intenta. Ac.12 b, Desistere & intendere animum in aliquam rem. de" 75 b, Intẽdere considerationem in aliquam rem. pro S.R. 19 b, Peto á te ut periculum, quod in omnes intenditur, propulses. pro Mil. 114 b, Ista omnia in hunc unũ instituta, parata, intenta sunt. de Ar.242 b, Simul ac periculum ut dicij intendi, omnem illius impetũ cõpressi. pro Qu. 8 a, Minas iactare, pericula intendere. pro Fl. In quo quid reprehendis? quod falsum intẽderit? quî docès? pro Qu. 26 b, Is sibi eum nuper edidit socium, quẽ (quomodo nũc intendit) ne in utrorum quidem numero tum demõstrat fuisse. I.C.102 b, Si iste quò intendit, in Manliana castra peruenerit. pro Mu.128 b, Vt eò quò intẽdit, maturè cũ exercitu perueniat. I.A.226 a, Si C. Antonius, quod animo intẽderat, perficere potuisset: id est, cõceperat. Ac. 12 b, Parum defigũt animos & intendunt in ea quæ per spicua sunt. I.V.68 a, Intendere animum aliquò. de Nat. 1. b, Immensa regionum magnitudo, in quam se iniciẽs & intendens animus latè longeq; peregrinatur. Tusc. 187 a, Qui uolunt exclamare maius, nõ satis habent, latera, fauces, linguam intendere, toto corpore contẽtione nec is asseruunt. Tusc.187 a, Nunquã ingemiscit uir fortis, nisi fortè ut se intendat ad firmitatem. & ibid. In profundenda uoce, omne corpus intenditur. Acadè. 20 b, Intendere longius aciem. Tusc.217 a, Intendere aciem oculorum in omnes partes. I.A. 235 a, Intẽdere animum ad aliquam rem, referre animum ad aliquam rem, animum adhibere. Ac.12 b, Intendere arcum. Intendere se aduersarium in magistratum alicuius. ad Heren.15 a, Intendere controuersiã: id est, cõtestari litẽ. & 32 b, Huiusmodi intendere orationem, quæ redargua tur id est, habere uel inferre. Ac.12 b, Intendere arcum. Item: Intendit crinitus Apollo arcũ auratum Luna inmixti. Or.202 a, Intendere & remittere sonum uocis. In Horten. Quæro non quibus rebus intendam animum, sed quibus relaxem.

Intensus, a, um. inflatus, tumidus. Or.208 a, Principia uere cunda, non elatis intensa uerbis.

Intensius, a duer. uehementius, acrius, maiore cupiditate. ad Her.41 b, Alia meliora sunt, quæ multò intensius petimus in uita.

Intentio, onis. contentio, diligentia. de In.67 b, Cum animus hac intentione omnes totius negocij partes considerabu. Tusc.206 b, Mentem à cogitationum intentione, cantu & fidibus ad tranquillitatem traducere.

Intentio, criminis obiectio. ad Herenn. 6 a, & de Inuent. 44 a, Intentio, occidisti Atacem: Inficiatio, non occidi.

Intentio, mens, consilium, animus. I. A.158 b, Quorũ ea mens idq; consilium est, ut eripere cupiant, &c. de In. 78 a, Postea facti aut intentionis aduersariorum, cũ ipso scripto contentio.

Intento, as. Tusc.243 b, Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem & patientiam se debilitaturum minatur. pro Sext. Rosc. 35 a, Explicet suum uolumen illud, quod aiùt, Sext Roscio intentasse & meditatum esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. pro Mil.108 b, Clodius non seruos, non arma, nõ uim intentauit? & ibi dem Hæc insidiata Põpeio est. de Inuẽ.78 a, Tum ipsum aduersarium quasi intentantis loco producendo, hoc interrogando, utrum, &c.

Intentus, tus. proiectio porrectio. pro Sest. Voces quidem & palmarum intentus, & maledictorum clamores omnes profuderunt.

Intentus, a, um. extentus uel extensus, contentus, attentus. de Nat.deor.7 b, Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem. & 11 b, In eas imagines mentem intentã infixã q; nostrã intelligentiam capere, quæ sit beata natura. de Or.153 a, Voces, ut chordæ sunt intentæ, quæ, &c. de Senect.64 a, Appius intentũ animum tanquam arcum habebat. I. A.235 a, Quamuis intentus animus tuus sit ad fortissimum uirum liberandum. cõtra Rull.81 a, Intentis oculis omnes reipub. partes intueri. pro Pl.151, Aliquid quàm maximè intentis oculis (ut aiunt) acerrimè cõtemplari. de Or.128 a, Oratio lenis & summissa. (. Intenta & uehemens. de Or. 107 b, Sermo paulo intentior. et ibid. Grauissimi sermonis lenitas.)(. Sũma uis & cõtentio. & ibid. Qui ut Seruius Galba lateribus aut clamore cõtenderent. I.V.241 b, & 252 a, In ore portus tabernacula carbaseis intenta uelis collocabat.

Inter, in, cum. In Ver.269 a, Nulla nox alia inter dolorem crepitumq; plagarum audiebatur. de Ora.88 b, Nõ sum ne scius ista inter Græcos dici & disceptari solere. de Orat.99 b, Qua de re inter Marcellos & Claudianos centumuiri iudicarũt. de Or.118 a, Nihil est enim quod inter homines ambigatur, in quo non queratur, &c. de Or.122 a, Inter ingenium & diligentiam perpaulum loci reliquum est arti. de Clar. Or.196 b, Galba fuit inter tot æquales unus excellens. & Or.167 b, Vnus excellit inter omnes. de Cl.185 b, Hortensius suos inter æquales lõgè præstitit. pro Pl.256 b, P. Crassus inter equites Romanos summo splendore fuit. Or.205 b, Furere apud sanos. & quasi inter sobrios bacchari. de Somn.129 a, Homines, qui terram incolunt, interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit. de Amic. 101 b, Ea charitas quæ est inter natos & parẽtes. At.124 b, Huius enim operis maximi inter homines illum esse effectorẽ uolo. de Am.102 b, Quæ sæpe inter me & Scipionẽ de amicitia disserebãtur. de Vn.201 b, Hæc inter se pœnè cõtingunt. & ibid. Quod fratres inter se & agnatos appellare uidem⁹. pro Mil.104 a, Vim inter ciues fusceptã esse. Att. 195 b, Nõ patiar ut opera mea manus inter uos conseratis, & cædes ciuiũ inter se fiat. de Or.

Universidad de Deusto
Biblioteca

104 d, Atq; hæc inter se iũgi copulariq; poßint. de Or. 129 d, Capita inter se contraria. & de Opt. 244 d. l. Cõtrarius. At. 86 b, Cicerones pueri amant inter se, discũt. de N. 25 b, Dij inter se diligunt. Qu. Fra. 523 a, Pueri ualẽt & nos, et inter se amãt. At. 68 a, Quæ fueram⁹ ego & tu inter nos de sopore locuti. I. C. 113 b, Illi furtim inter se aßpiciebant. de Or. 517 d, Aliqui uolũtate similes inter seſe. Epiſt. 233 d, Nihil poteſt eſſe cõiunctius, quàm nos inter nos riſum tenere. 29 b. de Orat. 91 b, Virtutes ipſas eſſe inter ſe æquales & pares. & de Clar. 177 b, In reliquis dißimiles inter se fuerunt. de Ar. 238 b, Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæq; placandæ. At. 135 b, Duæ artes inter ſe pares. I. V. 60 d, Vobis inter uos uoluntas fuit cõiuncta. de Cla. 172 d, Sed etiam ipſorũ inter ipſos conceſſu ita tributum eſt. Atti. 27 d, Vna ſpes ſalutis eſt, iſtorũ inter iſtos diſſenſio. de Amicit. 105 b, Bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe. de Nat. 15 b, Hoc mirabilius, quòd uos inter uos riſum tenere poßitis. At. 158 d, De ea re nos inter nos locuti ſumus. de Diuinat. 92 b, Nos inter nos eſſe cõplexos. de Orat. 136 d, Sed quid uos inter uos? Epi. 130 d, Putó fore ut mirere, id nos locutos eſſe inter nos, quod nunquã locuti ſumus. de Am. 111 b, Neque ſolùm colẽt ſe inter ſe, ſed, & c. Of. 11 d, Ac latißimè quidẽ patẽs hominibus inter homines, omnibus inter omnes ſocietas hæc eſt. & 5 b, Hominũ inter homines ſocietas. etibid. Ipſi inter ſe alij alijs proſunt. I. A. 230 b, Quorum ſummum quõdam inter ipſos odium memimiſtis. pro Cor. 67 a, Noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus. Att. 229 b, Vt noſmetipſi inter nos cõiunctiores ſimus. pro Qu. 5 d, Vt aut uterq; inter ſe aut neuter ſatiſdaret. At. 131 b, Qui inter ſe ne noti ſunt. de Fin. 127 d, In eo nõnunquã uariari inter eos & dubitare uidetur. Epi. 13 d, Atq; utinam hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. pro Cec. 294 b, Sermo familiaris nõ cohærebit, ſed uerba inter nos aucupabimur. de Or. 100 d, Sermo quem illi quõdam inter ſe de his rebus habuiſſent. & Epi. 130 d, Sermo inter nos habitus. Epi. 200 d, Nõ enim id inter nos facere debemus. de Or. 102 d, Multum inter ſe diſtant iſtæ facultates, longeq; ſunt diuerſæ atq; ſeiũctæ. de Fa. 143 a, Si in ſphæra maximi orbes ſunt, medij inter ſe diuiduntur. pro Qu. 8 d, Qui inter tot annos ne appellarit quidẽ Quintium. pro Põ. 17 d, Qui inter tot annos unus inuẽtus eſt, quem ſocij in urbes ſuas cũ exercitu uenißè gaudeant. I. V. 135 d, Vt dies quadraginta quinque inter binos ludos tollerentur. In Anton. 172 d, Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi acciditſet. Qu. Fr. 324 d, Hæc inter cœnã Tironi dictaui, ne mirere alia manu eſſe. de Leg. 167 b, Vſucapionẽ XII. tabulæ inter quinque pedes eſſe uoluerunt. At. 135 b, Inter me & Brunduſiũ Cæſar eſt. Itẽ: Hoc inter me & illos intereſt, quod, & c. pro Seſt. 10 d, Iudicium inter ſicarios cõmittitur. I. V. 89 d, Philodamus in primis inter ſuos copioſus. At. 95 b, Literæ, in quibus ἐπαχὲ interſcripſeras. de Or. 156 d, Cũ cæteris tuis laudibus hæc eſt maxima, id eſt, inter, & c. de Cl. 104 d, Hic orator in illos numerari poteſt. pro Fl. 155 b, Vtrũ in clariſſimis ciuibus eſt is?

Interamna, næ. opp. At. 22 d. & pro Dom. 229 d.

Interamnis. pro Milone, 110 b, Caius Caßius interamnis.

Intercalaris, re. Februarius, quòd in eo dies unus interponitur. Ep. 90 b, 91 d, Ad VI. Cal. intercalares priores. pro Qu. 14 b, Dic Næui diẽ, ante V. Cal. intercalares. & ib. Pridie Cal. intercalares.

Intercalarius, ria, rium. intercalaris, id eſt, interpoſitus, interiectus. I. V. 134 b, Tunc Cephaleditani decreuerũt intercalarium XLV. dies lõgum, ut reliqui mẽſes in ſuã rationem reuerterentur. & ibidem, Eſt conſuetudo Siculorũ cæterorumq; Græcorum, quòd ſuos dies mẽſes q; congruere uolunt cum ſolis lunæq; ratione, ut nonnũquam, ſi quid diſcrepet, eximãt unum aliquem diem anni ſummum biduum ex menſe, quos illi exhæreſimos dies nominant.

Intercalo, as. interpono, adiungo, prorogo. Ep. 116 d, Curio beliſſimè, quia de intercalando non obtinuerat, fugit ad populũ. et 96 b, Quotidie uota facimus ne intercaletur. At. 75 b, Te rogo ut pugnes, ne intercaletur. At. 72 a, Præmuni quæſo ut ſimus annui, ne intercaletur quid. At. 83 b, Cum ſcies Romæ intercalatũ ſit nẽne, nelim ad me ſcribas. de Leg. 75 b, Quod tempus, & c. diligenter habenda ratio intercalandi eſt.

Intercapedo, nis. intermißio, interuallũ. Ep. 164 d, Itaq; iam me non pœnitebit intercapedinem ſcribẽdi feciſſe. de Fi. 61 b, Quas ob cauſas in eorum uita nulla eſt intercapedo moleſtiæ: id eſt, uacuitas. Ep. 140 b, Quid enim, nõ honeſtum uerbum eſt diuiſio? at ineſt obſcœnũ, cui reſpondet intercapedo.

Intercedo, dis. interſum, interuenio. de Or. 116 b, Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ, cũ iſte, & c. pro Cluẽt. 32 b, Vnus & alter dies interceſſerat, cũres parũ certa uidebatur. de Finib. 86 d, Neſciquidem fieri poteſt, niſi cùm multa annorum interceſſerint millia. I. V. 226 b, Vna nox interceſſerat, cum, & c. & I. C. 98 d, Nox nulla interceſſit, mox interſectus eſt. pro Qu. 8 b, Is qui cũ tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ & neceſſitudines ueteres intercedebãt. & 9 b, Affinis meus qui cum mihi neceſſitudo uetus, cõtrouerſia de re pecuniaria recens intercedit. Ep. 89 d, Veteres mihi neceſſitudines cũ his omnibus intercedũt. pro Cæl. 44 d, Intercedũt mihi inimicitiæ cũ illo. Ep. 227 d, Multa & magna inter nos officia & paria & munia intercedunt. Ep. 203 b, Cum quibus ſi mihi nulla cauſa intercederet, tamen te rogarem. & de Pro. 77 b, Explicabo breuiter quæ mihi ſit ratio & cauſa cum Cæſare. de Amicit. 110 d, Si morum aut ſtudiorum commutatio facta erit, aut in reip. partibus diſſenſio interceſſerit. ad Her. 5 b, Ratio, quæ niſi intercederet, nec cauſa quidem eſſet, & c. Ep. 3 b, De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi, ſenatus autoritas interceſſerat. Ep. 242 d, Cùm noſtra autoritas interceſſiſſet, ut ego regem tuerer. de Clar. 160 d, Itaq; cũ, & ſi nemo intercedebat, qui ſeilli anteferret, neq; ſecundum tamen neq; tertium dixerim. de Fin. 204 d, Ea natura eſt hominis, ut cum genere humano quæ ſi ciuile ius intercedat. Epiſt. 24 b, De Vatinio autẽ priũ reditus interceſſerat in gratiam. Ep. 223 b, Inter nos uetus uſus intercedit.

Intercedere pro aliquo, id eſt, rogando impetrare, uel ſpondere. At. 85 d, Aſcribit etiam interceſſiſſe ſe pro ea magnam pecuniam: id eſt, quaſi rogando impetraſſe. In A. 169 d, Tantum enim pro te interceſſiſſe dicebat. Ep. 264, Nullum meum minimum dictum, nõ modò factum, pro Cæſare interceſſit, quod ille, & c.

Intercedere, reſiſtere, aduerſari, contrauenire, obſtare. de Orator. 129 b, Tribuni ex templo pulſi cũ intercederogationi uellent. Qu. Fr. 311 b, Mõſtra de aliquo pro mulgare, quibus intercedat nemo. de Leg. 187 b, Quod legationis genus ego cõſul ſuſtuliſſem approbante ſenatu, niſi mihi Leumus Trib. Ple. interceßiſſet. pro Qu. 12 a, Quid ſi M. Brutus interceſſurũ ſe dixit, & c. uidetur ne interceſſiſſe appellatio tribunorum? de Pro. 72 b, Sed mihi credite, nunquam ſuccedetur illis, niſi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouincijs non licebit. Epi. 3 b, De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi ſenatus autoritas grauiſſima interceſſerat, cui cum Cato & Caninius interceßiſſent, tamen eſt perſcripta. Epi. 7 d, Eaq; quæ de reductione regis ſcripta eſt autoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, ut ne quis omnino regẽ reduceret, tãtam uim habet, ut. Att. 10 b, Qui ueritus eſt, ne Fuſius ei legi intercederet, quæ ex S. C. ferebatur. Epiſtol. 151 d, Meq; ſententiæ quæ ſecunda pronunciata erat, cum frequens eſſentiretur ſenatus, rogatu Seruilij P. Titius interceſſit. Ter. 23 d, Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit: id eſt, obſtiterit.

Interceptio, onis. pro Cl. 53 d, Quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum?

Interceptus, ta. ad Quint. Frat. & Attic. lib. 1, Literæ interceptæ.

Interceſsio, onis. quam uulgus oppoſitionẽ uocat, præſertim in cauſis forenſibus. cõtra Rull. 72 d, Cum interceſſio ſtulticiam interceſſoris ſignificatura ſit, non rem impeditura. & in Or. 157 b, Quas tu mihi interceſſiones inquis? Or. lib. 1.

Interceſſor, oris. qui obſtat & reſiſtit alicui. pro Syl. 179 b, Cecilius agrariæ legi interceſſorem fore perpeßus eſt Q. F. 305 b, Clodius poterit cõciones cõcitare, deinde etiam interceſſor parabitur. de L. 186 d, Interceſſor ſto hortatore, interceſſore ad Syriam non adierunt. In A. 161 d, & Ep. 151 d, Interceſſor grauiſſimus.

Intercido, dis. cado. pro Deiot. 148 b, Pereãt amici, dum unà inimici intercidant. dictum Domitij ex ueſu quodã Græco. Ep. 64 b, Si qua intercidunt, non tam requam ſuſpicione uiolenta, ea, & c.

Intercido, dis. interſcindo. Parad. 125 d, Mercedũ pactiones in patrocinijs interciſæ, pecuniarum in cõcionibus candidatorum.

Intercipio. pis. in itinere capere, auferre. Ep. 157 d, Neli teræ à latronibus interciperentur. & Attic. 7 b, Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. Attic. 159 b, De his rebus, quas intercipi periculoſum eſſet. pro Cluent. 53 d, Venenum cum in mulſo daretur, quendam eius familiarem intercepiſſe, bibiſſe, mortuum eſſe. contra Rull. 66 b, Honos ad alienæ petitionis occaſionem interceptus.

Interciſe. Parf. 222 d, Interciſè atq; permiſtè dicere.

Interciſus, a, um. L. Velinus.

Intercludo. dis. interſepio. Parad. 117 b, Qui Carthaginenſium aduentum corporibus ſuis intercludendum putauerunt. Poſtquam. 201 d, Inimici mei corporibus ciuium trucidatis, flumine ſanguinis meum reditum inter-

cludendum putauerunt. de Pro. 70 d, Byzantij Mithridatis impetum ægrè repulſum, & ceruicibus interclusum ſuis ſuſtinuerunt. Attic. 107 b, Ille à cõmeatu & reliquis copijs intercludendus. Cæl. Epiſtol. 112 d, Ipſum apud Bellouacos circũſideri, intercluſum ab reliquo exercitu. Att. 138 d, Plane capti intercluſiq; ſumus. pro Cec. 101 d, In ijs ipſis intercludere inſidijs, quas mihi cõnaris opponere. de Fin. 89 d, & Epi. 244 d, Intercludere aditũ ad aliquem locum. pro S. R. 36 b, Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. pro Syl. 167 b, Aditum ad aliquem locũ alicui eſſe intercluſum. con. Rull. 81 d, Cum à ciuibus intercluſum ſit præſidiũ. & Anteq. 194 d, Aliquem locum præſidijs intercluſum teneo. pro Cluent. 56 b, Hoc modo innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat. In Verr. 262 b, Intercludere perfugium fortunæ alicui. Attic. 115 d, Intercludere fugam alicui. Att. 127 d, Iter meum intercluſum putabam. pro Rab. 91 d, Intercludere omnes ſeditionum uias, munire præſidia reipu. Atti. 123 d, Intercludor dolore.

Intercluſio, onis. impedimentum. de Or. 159 b, Clauſulæ & interpuncta uerborum, animæ intercluſio & angustiæ ſpiritus attulerunt.

Intercluſus, a, um. pro Cæl. 46 d, Via deſerta & inculta atq; intercluſa iam frontibus & uirgultis.

Intercolumnium, nij. columnarum interuallũ. Quint. Frat. 319 d, Edera conueſtiuit qua baſim ullæ, qua intercolumnia ambulationis. In Ver. 86 d, Signa omnibus intercolumnijs diſpoſita. & ad Her. 21 b, Vt ædes, intercolumnium.

Intercurro, ris. intercedo, interuenio. In A. 217 b, Pugnatur acerrimè, qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis. & ad Heren. 3 d, Alterum genus eſt narrationis, quod intercurrit nonnunquam. Tuſcul. 182 b, Ergo his laborioſis exercitationibus dolor intercurrit nõ nunquam.

Intercus, tis. quod inter carnẽ cutemq; eſt, ut aquam intercutem dicunt latini morbum, quem hydropem uocant Græci. Off. 70 b, Si quis medicamentum cuipiã derit ad aquam intercutem.

Interdico, cis, prohibeo, ueto, decretũ interpono. de Or. 203 d, Neq; enim interdictum eſt à rerum natura, aut à lege aliqua, aut more, ut ſingulis hominib. ne amplius quàm ſingulas artes noſſe liceat. de Finib. 504, Nec mihi ne faciã interdictum puto. pro Cor. 60 d, Nõ modò nullo propoſito præmio, ſed etiam interdicto. pro Cæl. 47 b, Si quis eſt, qui etiam meretricijs amoribus interdictũ iuuentuti putet. de Sen. 81 b, Noſtro more malè rem gerentibus patribus bonis interdici ſolet. de Ar. 246 d, Vt huic furiæ uox interdiceretur. I. V. 114 b, Si prætor improbus, cui interdicere nemopoßit, det quẽ uelit iudicẽ. pro Cec. 289 d, Prætor interdixit ut eſt cõſuetudo de uiis hominibus armatis ſine ulla exceptione, tãtum ut unde deiecißet reſtitueret. pro Cec. 291 b, Prætor qui de foſſis, de cloacis, deq; minimis aquarum cõtrouerſijs interdicit. Item: Hanc legem Clodius ſcripſit, ut interdictum ſit, cui nõ ſit interdictum. pro Dom. 229 d, Quod de omnibus interdictum eſt, ſcriptũ eſt in legibus. In A. 157 d, Leges, quæ iubẽt, ei qui de maieſtate damnatus ſit, aqua & igni interdici. I. A. 207 d, Sic contendit, tãquam ſi illi aqua & igni interdictũ ſit. pro Dom. 122 b, Vt M. Tullio aqua

lio aqua & ignis interdiceretur. & 229 b, Vt mihi aqua & ignis interdiceretur. Ep. 167 b, Futurum puto ut aqua & ignis nobis interdicatur. ad Her. 24 b, Quibus aqua & igni interdictum est.

Interdictio, onis. pro Dom. 229 d, Tecti & aquæ & ignis interdictio.

Interdictum, cti. propriè prætoris dictum est, ac formula, qua quid aut fieri iubet, aut uetat, præsertim eum de possessione contenditur: deinde etiam omnis uetādi formula. cont. Rul. 89 d, Ergo hac lege prætorū interdicta tollētur. & Att. 117 d, Cæsaris interdicta respuētur. Or. 206 d, Causa pro Cecinna de uerbis interdicti fuit. pro Cec. 291 b, Tum per hoc interdictū eum restitui oportet. & 286 b, Possessionem per interdictum repetere. de Or. 88 b, Multisq; præessem, qui tecum interdicto cōtēderent, aut ex iure manu consertū uocarēt, & c. Ep. 253 d, In hoc interdicto non solet addi in hoc anno. l. P. 83 d, Tamen id ijs non licere per interdicta crudelitatis tuæ potestatis erat non firendæ. pro Dom. 227 d, Flamma temporis, interdictum sceleris, uox furoris. l. P. 90 d, Gabinius numen interdictumq; deorum regi uendidit.

Interdiu. ad Heren. 7 d, Tempus ita quæritur, qua parte anni, qua hora noctu, an interdiu, factum esse dicatur.

Interductus, ctus. distinctio uel nota. Or. 219 b, Oratio non spiritu pronunciantis, nec interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.

Interdum. est cum, nonnunquam. de Cl. 186 d, Acumẽ M. Pisonis sæpe stomachosum, nonnūquam frigidum, interdum etiam facetum. Or. 216 b, Interdū cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. de Fi. 73 d, Interdum, uel potius nimium sæpe. de Or. 162 d, Gemi natio uerborum habet interdum uim, lepōrem aliās. ad Her. 32 b, Est cum non est satius, si, & c.

Interea. interim, tantisper, hoc interim spacio. pro Qu. 4 b, Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, & c. & 3 d, Nec interea uerbum interposuit Næuius. & pro R. P. 123 d, In A. 200 d, Teretur interea tempus. de Or. 100 b, Interea dum hæc quæ dispersa sunt, cogātur. Ep. 69 b, Tu interea cessabis.

Intereo, is. morior. de. N. 66 b, Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereāt, nō intereant aut humore aut spiritu amisso. At. 35 b, Vt posse uideremur sine dolore interire. de N. 67 a, Ignem interiturū esse nisi alātur. Quint. Frat. 295 d, Cū id quod dabatur, nō esset interiturum. pro Arc. 187 d, Tabulæ publicæ omnes tabulario incenso interierūt. At. 7 b, Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi, de Fi 99 b, Vt interit magnitudine maris Aegæi stilla muriæ. Ac. 44 b, Nihil ualētius à quo intereat. & ib. a, Eoq; etiam interire non in nihilum, sed in suas partes. pro Mur. 230 d, Maiores sacra interire noluerunt. & ibidem: Interimendorum sacrorum causa. pro Dom. 220 b, Quidē sacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est?

Interest, rat. refert, ad rem est, differt, dist. at. I. A. 246 d, Id potissimùm faciam, quod maximè interesse reip. iudicabo. pro Mur. 125 d, Ostendam alio loco, quantum salutis communis interfit, duos consules esse, & c. Ep. 55 d, Multum interest rei familiaris tuæ, te quam primùm uenire. de Fi. 79 b, Interest omnium rectè facere. Q. Fr. 309 b,

Hoc uehementer interest reip. de L. 177 b, Ciuitatū hoc multarum in Græcia interfuit, antiquū uoeum seruare modum. In A. 157 d, Quis enim est hodie, cuius interfuit hanc legem manere? pro Mil. 112 a, Semper Milo quantum interesset P. Clodij, se perire cogitabat. At. 231 b, Cupio excurrere in Græciā, magni interest Ciceronis, uel mea potius, uel meherculè utriusq; me interuenire discenti. & 205 d, Magni interest mea, unā nos esse. Ep. 33 b, Vtriusq; nostrūm magni interest, ut te conueniam. de Clar. 188 d, Atheniensium plus interfuit firma tecta in domib. habere, quàm, & c. & ib. Plus interest reip. cadstellū capi, quàm, etc. At. 158 d, Nihil illis interest, quod in senatū nō uenis. & 48 b, Non quo mea interesset, lo ci natura. Att. 185 b, Illud mea magni interest, te ut uideā. pro Syl. 182 d, Vestra enim qui uixistis, & c. hoc maximè interest. Att. 38 d, Permagni nostra interest te esse Romæ. & 122 d, Scio quāti reipub. interfuit, omnes copias in unū locum conuenire. & 126 d, Magni interest reip. omnes copias, & c. & 143 b, Permagni eius interest, rē ad interregnum uenire. pro Clu. 49 d, Nec fuit pluris tat interesse, se, & c. Ep. 85 d, Non tantū interest, quo animo scribatur, quàm quo accipiatur. Ep. 30 d, Quod mea & reip. interest. Epi. 19 d, & de Inu. 49 d, Si quid est quod eos scire aut nostra aut ipsorū interfit. Ep. 202 d, Quod mea intelliges multū, tua nullā in partē interesse. pro Pl. 162 b, Hic è præfectura Latinati non tā honorata, quantū interesse uis ad rationē petendi. de N. 3 b, Magnum interest ad decus et ad laudem ciuitatis, ita fieri. Ep. 257 d, Magni ad honorē nostrum interest, quàm primùm te ad urbem uenire. & 67 b, Equidē ad nostrā laudem non multum uideo interesse, sed ad properationem meā interest, nō te expectare, & c. Ep. 29 b, Magni enim uidebatur interesse ad eam necessitudinem, quā inbis fors tribuisset, consuetudinē quoq; accedere. Tusc. 253 d, Non sentiētis autē nihil est ullā in partem quod interfit. At. 172 b, Neq; ad id quod quæris multum interest. de Aruſ. 246 b, Ad facinoris disquisitionem interest, adesse quàm plurimos. At. 276 d, Magnopere interest. de primi Dolabellā. de D. 228 d, In motibus cœli multū interest, qui uētus, qui imber, & c. id est, refert. Epi. 187 d, Multū interest te uiuere. de Som. 120 d, Quid autē interest, ab his qui postea nascētur, sermonē fore de te, cū ab ijs nullus fuerit, qui antè nati sunt? cōtra Rull. 70 b, Leges sunt ueteres, neq; eæ consulares, si quid interest. hoc arbitramini, sed tribunitiæ, & c. de N. 78 d, Ad properā aduersamue fortunā qualis sit, aut quemadmodū uixeris, nihil interest. de Fin. 83 b, Nihil interest ad beātè uiuendū, quali utaris cibo. cōtra Rull. 80 b, Nihil interest reip. colonia deducatur nec ne. At. 208 d, Quod latius uolent proferre diē, poterunt uel biduum uel triduum, uel ut uidebitur: nihil enim interest. de Nat. 75 b, Nihil interest, utrū nemo uideat, an nemo possit uidere. Ep. 43 d, De ambitu an de maiestate, nihil ad rem interest. Or. 201 b, 202 d, In philosophia plurimùm interest, quemadmodum dicas, & c. Ep. 208 d, In omnibus rebus permultū interest, quibus illæ modis fiāt. At. 66 b, Nihil nihil uidebatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per teipsum. Epi. 175 d, Quo magni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. At. 83 b, Quid autē interfit, si tuos digitos bene no-

ui, certè habet subductū. Item, Nihil interest, utrum ita scribas, si uter, & c. an si, & c. & quid interest utrū hoc feceris, an frumentū suratus sis. Ep. 8 d, Multū interest, utrū laus minuatur, an salus deseratur. Or. 218 d, Nihil interest dactylus sit extremus, an creticus. & ibid. Nihil refert. & ibid. Nihil adrē est. Par. 119 d, Nauē auri euertat gubernator an paleæ, in re aliquātum, in gubernatoris inscitia parū interest. Post. 207 d, Cū hoc homine aut cum stipite Aethiope in foro cōstitisses, nihil crederes interesse. de Diu. 120 b, Quasi uerò quicquā interfit, mures scuta an cribra corroserint. de L. 167 d, Hæc nimirum quidem utrum adsint uel absint interest. Att. 119 d, Quāsi interfit audiam an uideam.

Interest. differt, distat, differentia uel discrimē est. de Ora. 131 b, Tantū interest, quòd grauitas in honestis rebocus in turpiculis ponitur. de Finib. 100 b, Inter eas res nihil omninò interest. Epist. 77 b, & 81 d, Inter causas multum interest, inter uictorias nihil interfuturum puto. de Orat. 116 d, Non est credibile quid interesse mihi uisum sit inter eum, qui, & c. & qui, & c. In V. 60 d, Vi de quantū interfuturum sit inter meam atq; tuam accusationem. At. 14 b, Neq; inter me atq; te quicquam interest. præter, & c. Tusc. 234 b, Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter uerborū nouitatem interesse. In P. 82, inter uos & Catilinam nihil interest. de Ora. 161 d, Plurimum interest inter doctum & rudem. & de N. 52 d, Plurimum interest inter hoc & illud. & 64 b. Att. 128 d, Hoc inter me & illos interest, quòd ego, & c. illi, & c. Post. 200 b, Hic tantum interfuit inter me & inimicos meos. Off. 3 d, Inter hominem & belluam hoc maxime interest, quòd hæc, & c. homo autem, & c. de Fat. 44 d, Sed interest inter causas fortuitò antegressas, et inter causas naturales, & c. de Fin. 55 d, Interest enim inter argumentū cōclusionemq; rationis, & inter medio crem animaduersionem atq; admonitionē. pro Sest. 22 d, Atq; inter hanc uitā & illā, nihil tam interest, quàm uis & ius. Academ. 21 d, Nullum est uisum uerū à sensu profectum, cui nō oppositum sit uisum aliud, quod ab eo nihil interfit. & 84 d, Qui uerā negant quicquam à falsis interesse. Acad. 10 b, Visa inter quæ nihil interest. & 11 d, Neq; in his quicquam interest. de Fin. 95 b, Nihil esse quod interfit aut differat aliud ab alio, præter honestā & turpia. Att. 156 b, His deniq; in malis, quid interfit inter me & istos, quos, & c. pro Plan. 261 b, Et quo plus intererat, eo plus aberat à me. In C. 99 b, Dū modò inter me atq; te murus interfit. Post. 208 d, Nec nam quidem horam interesse passus es, inter meam pestem & tuam prædam.

Interfector, oris. percussor, thrax. Post. 204 b, Si hostes atq; interfectores reip. reuixissent. & In A. 159 b, Vt nō modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. & pro Mil. 115 d, et 117 d, Tyb. Graccho interfectores.

Interficio, cis. ferro uitā eripio, morte mulcto, interimo, mortem offero. pro Dom. 225 d, Quod eum totiens per insidias interficere uoluistis. & At. 207 d, pro Cl. 22 d, Deinde ipsum Aurium tollendum interficiendumq; curauit. Ep. 157 b, is manus sibi afferre conatus est. de Cl. 172 d, Cum in sylua facta cædes esset.

Interfectio, onis. interpositio. ad Her. 2 b, Et tamē occultè dicemus interfectione uerborum.

Interfectus, a, um. medius, interpositus. Parad. 117 d, Quid inter horū ætates interfectus Cato? l. A. 243 d, Inter has personas me interfectū molestè ferunt. de Cl. 185 d, L. Sisenna interfectus inter duas ætates Hortensij & Sulpitij. de N. 39 d, Aer interfectus inter mare & cœlū. de Sō. 129 b, Et in ipsis quasi maculis ubi habitatur, uastas solitudines interfectas uides. cōtra Rull. 83 b, Videte quantū interuallum sit interfectū inter hoc & illud. ad Heren. 6 b, Narratio accusatoris suspiciones interfectas & dispersas habere debet. de Or. 243 d, Alij eis interfecti & tanquā medij. Or. 199 d, Quod eorū uicini nō ita lato interfecto mari Rhodij nunquā probauerūt. pro Sest. 14 b, Videtis me ad pristinā meam dignitatem breui temporis dolore interfecto esse reuocatum. de Pro. 72 b, Annus est integer nobis expectandus, quo interfecto ciuium calamitas prorogatur. de Fi. 88 b, In uoluptate maxima nullo interuallo interfecto, dies noctesq; uersari. de Fi. 97 d, Interfectam non uidet. Off. 10 d, Multi sunt interfecti inter philosophos & eos qui remp. administrant. Or. 198 b, Est autem quidam interfectus intermedius utriusq; particeps.

Interfectus, ctus. interfectio. de N. 46 b, Luna interpositu interfectuq; terræ deficit.

Interficio, cis. l. Interfectus. de Vn. 108 d, Idq; interfecit inter indiuiduum & id quod diuiduū est in corpore. de D. 109 d, Interfectus est etiam nuper is, quem ad Atticū de senectute misimus. de N. 55 d, Nasus quasi murus oculis interfectus est.

Interim. interea, tantisper, hoc interim spacio. de Orat. 141 d, Hoc interim spacio conclaue illud concidit. Atti. 109 b, Interim uelim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. Tusc. 255 b, Interim, interea, tantisper, pro Lig. 137 b, Interim Varus Vticam uenit, & c. & pro Cl. 21 b, Interim uenit index, & c. & Ep. 151 d, Interim ad me uenit Munatius noster. pro Cluent. 25 d, Tum interim illa, & c.

Interimo, imis. interitū affero, interficio. de Nat. 12 d, Si quæ interimant innumerabilia sunt, etiam ea quæ cōseruent, infinita esse debere. & 70 b, Mercurius qui Argū dicitur interemisse. & pro S. R. 24 d, Q. Scæuola à ciuibus suis interemptus. de Fi. 78 b, Lucretia seipsam interemit. pro Mil. 119 b, Me quidem exanimāt & interimunt hæ uoces Milonis. pro Muren. 130 d, Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.

Interior, ius. de Nat. 7 d, Nihil est interius mente. & Academic. 6 b, Tactus quem philosophi interiorem uocāt. Offic. 11 b, Interius est etiam, eiusdem esse ciuitatis. de Orat. 128 d, Interior est illi propius: id est, magis attingit hominē. Offic. 65 b, Societas, quæ latissimè patet interior, propior. de Som. 131 d, Quod animal est, id motu cietur interiore. pro Pomp. 16 d, Regna interiorum nationum. In A. 196 b, & pro Sest. 7 b, In interiore ædium parte totius reip. nūdinæ. Q. Fr. 321 d, Quod interiore epistola scribis, & c. de Diuinat. 154 d, Sed hæc quoq; in promptu, nunc interiora uideamus. pro Dom. 241 d, Illa interiora tam uestra sunt. In Sal. 275 d, Sallustius Africam interiorē obtinens. Q. F. 300 b, Interior uicinus. de Nat. 67 b, Interiores & reconditæ literæ. Ep.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11n 4, Opus est hic limatulo & polito tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus sæpe uerecũdiorem me in loquendo facis. de Or. 160 b, Oratione insistat interius, ne excurrat longius.

Interitus, tus. occasus, obitus. In Catil. 115 d, Aruspices legum interitum & urbis occasum appropinquare dixerunt. Tus. 163 a, Est enim interitus, quasi discessus & secretio ac diremptio earũ partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebãtur. de D. 116 a, Natura omnium interitus atq; obitus conficit. de Fi. 70 b, Qualis est ista philosophia, quæ non interitum afferat prauitatis? pro Syl. 173 a, Cum ad occasum interitũq; reip. Catilina dux esset constitutus. de N. 25 a, Epicurus corporum cõcretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. & In Catil. 99 a, Qui de nostro interitu & urbis exitio cogitent. de Na. 66 b, Ad quem dolor uenit, ad eundem interitum uenire. de Cla. 175 b, Gracchi immaturus interitus. Ep. 153 b, Acerbissimo interitu consulum. Att. 125 a, Vniuerse interitus. Tus. 167 b, Toto animante deleto & facto interitu uniuerso. de D. 95 a, Cum interitum exercitus nunciauisset.

Interlitus, ta. limeis uel lituris inductus. pro Cluent. 36 b, Codex C. Verris, qui tum interlitus proferebatur. In V. 129 b, Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atq; interlitas esse clamant.

Interluceo, ces. eluceo, emineo. ad Her. 22 a, Vt loci distincte interlucere possint.

Intermedius, a, um. medius. Or. 198 b, Est autem quidam interiectus, intermedius, & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, uicinus amborum, in neutro excellens, utriusq; particeps, uel utrius potius expers.

Interminatus, ta, tum. infinitus. de Natura deor. 12 a, Immensa & interminata in omnes partes regionũ magnitudo.

Intermissio, onis. intercapedo. de N. 24 d, Deum sine ulla intermissiõe pulsari agitariq; incursione atomorum. Ep. 101 b, Neq; alia fuit ulla causa intermissionis literarum, nisi quòd ubi esses, plane nesciebam. Of. 5 a, Ab actione sæpe fit intermissio. de Am. 97 d, Vt nulla intermissio fiat officij. de D. 137 b, Nunc propter intermissionem forensis operæ lucubrationes detraxi, &c.

Intermissus, a, um. interiectus, derelictus. pro Mur. 132 b, Dies intermissus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia. de Diu. 92 a, Itaq; ludis intermissis, instauratiui sunt constituti. de Or. 156 b, Verba ab usu quotidiani sermonis iamdiu intermissa. Of. 37 b, Acriores morsus sunt intermissæ libertatis quàm retentæ.

Intermitto, tis. interdum cõquiesco, intermissionem uel intercapedinẽ facio.)(. Retineo. Orat. 200 d, In maximis occupationibus nonnunquam intermittis studia doctrinæ. Ep. 72 b, Intermittere cõsuetudinem pristinam. de Ar. 252 a, Intermittere iurisdictionẽ. At. 152 a, Ne quẽ diem intermittere, bas dedi literas. At. 128 b, Vt ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas. Atti. 112 a, Vt ab urbe discessi, nullũ intermisi diem, quin, etc. At. 72 a, Nec tui mentionem interm tti sinimus. de Orator. 97 b, Cum remiges inhibuerunt, retinet tamẽ nauis motum & cursum suum intermisso impetu pulsuq; remorũ. de N. 12 a, Nullo puncto temporis intermisso uersari circũ axem cœli, &c. cõtra Rul. 64 b, Vecligal quod amissis alijs remanet, intermissis non conquiescat. de D. 96 a, Gallos gallinaceos sic astituẽ canere cœpisse, ut nihil intermitterent. Epist. 158 b, Neq; ille intermittit affirmare se uenturum. Ep. 101 d, Mirabar quòd tu mihi literas mittere intermiseras. Tus. 162 b, Cœlum suo tenore non intermittit nitescere. de Or. 163 d, Continenti spiritu.)(. Intermisso spiritu.

Intermorior, ris. pereo, morior. Epistol. 91 d, Si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. By thinici.

Intermortuus, a, um. demortuus. In P. 82 b, Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis. pro Mur. 127 b, Memoriam propè intermortuam generis sui uirtute reuocare. pro Mil. 103 b, Declarant huius ambusti Tribuni plebis, illæ intermortuæ conciones.

Intermundia. diorum. de Finibus, 80 d, Indiuidua & intermundia, quæ nec sunt, nec esse possunt, intelligimus. de Natur. 5 b, Tanquam modò ex Epicuri intermundijs descendisset.

Internecinus, na num. inexpiabile, crudele, ubi necesse sit omnes necari & occidi. In Ant. 259 b, Quæ sunt urbanarum maledicta litium, non iniustæ belli internecini notæ, &c.

Internectus. ta, ctum. In A. 259 b, Philip. 14, Interfecti nota testamenta, credo, subijciunt.

Internecio, onis. uniuersi interitus, occisione occidi. pro Dom. 226 a, Vicissem cum magna internecione ciues liberauit. L. C. borũ. & pro Syl. 173 a, Internecioe ciues liberauit. L. C. 116 b, Quæ dissensiones non reconciliatione cõcordiæ, sed internecione ciuium dijudicatæ sunt. Att. 35 a, Neq; resisti sine internecione posse arbitramur. de N. 78 a, Quinã Tantalidarum internecioni modus pareitur. I. V. 275 a, Aratorũ internecio facta nulla est. pro Pomp. 9 b, Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est.

Internosco, scis. secerno, discerno. de Orat. 141 a, Quos cum humare uellent, non potuerunt obtritos internoscere. & pro R. S. 27 b, de Diui. 135 a, Quæ si alia uera, alia falsa, qua nota internoscãtur, scire uelim. Academ. 7 a, Internoscere uerum à falso. de Amicit. 113 b, Secerni blandus amicus à uero & internosci potest. adhibita diligentia. ad Her. 13 a, Qui dignum atq; indignum internoscere nequeunt.

Internuncius, cij. interpres. Epistol. 153 b, Assiduis internuncijs cum Lepido egi, ut, etc. Oct. 331 b, Quæ quidem me internuncio ad illos celeriter deferuntur. In V. 128 b, Damnatorũ uitam à prætore uel ipso carnifice internuncio redimi. I. A. 248 b, Augures interpretes internuncijq; Iouis. de D. 123 b, Hæ sunt igitur aues internuncia Iouis, quæ, &c.

Interpellatio, onis. interuentus. Part. 332 b, Interuentus alicuius aut interpellatio. & de Or. 162 a, & Qu. F. 335 a, de Pro. 72 b, Interpellatio mei familiaris, quæ paulò antè interrupta est oratio mea.

Interpellator, oris. interuentor. At. 244 b, Sed interpellatores illic minus molesti. Off. 63 b, Dicitur se horum losemere uelle, ubi se obiectare sine interpellatoris. possit. Ep. 92 a, In literis sine interpellatore uersor. ad Her. 9 a, Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores.

Interpello, as. interrumpo, impedimento sum. Att. 26 a, Hic sum ubi me interpellat nemo. Tu. 151 b, Sed nihil interpellabo, continentem orationẽ audire malo. de Nat. 72 b, Tum Balbus interpellare, Te, inquit, Cotta nolo. I. V. 233 a, In quo ut aliquid esset moræ, multi interpellãt. Ep. 172 a, Interpellet me quo minus honoratus sim, dũ ne interpellent, quo minus resp. à me cõmodè administrari possit. Att. 229 b, Interpellantib. his inimicitijs animus tuus mihi magis patuit quàm domus. Qu. Frat. 312 b, Tu metuis ne me interpelles? primùm si in isto essem, tu scis quid sit interpellare. & ibi. Tu uerò ut me & appelles, & interpelles, & obloquare et colloqua re uelim. de Ora. 133 a, Odiosè interpellare aliquem. & de Pro. 77 b, Interpellari ab aliquo. Ep. 180 b, Cæsar nũquam interpellauit, quin quibus uellem, &c. uterer. At. 18 d, Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. In V. 90 b, Quod in priore actione interpellauit Horten sius. Ep. 229 d, et 137 b, Vi nulla interpellante.

Interpolo, as. renouo. Qu. Fr. 313 a, Appius uult, inquã, renouare honores eosdem, quo minus togam prætextã quotãnis interpoler. In Ver. 108 a, Tollendo quod esset, semper aliquid demendo, mutando, curando ne liura pareat, interpolando.

Interpono, nis. interiicio, in medio colloco. de Ora. 132 b, Sæpe etiam uersus interponitur, uel at est, uel paulum immutatus. ad Her. 19 b, Mediocres argumentationes interponi & in medio collocari oportet. de In. 48 a, Digressio extra causam interponitur, aut criminationis causa, aut, &c. & Ora. 202 b, Interponere conciones. I. A. 261 a, Hæc interposui P. C. ut me purgarem. de Am. 96 a, Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne inquit & inquã, sæpius interponeretur. Or. 211 a, Vt etiã modò nisi aurẽ interposuissem, concurrissent. In V. 177 a, Cũ hoc palãa Decumani loquerentur, tuumq; nomẽ in re tam turpi nefariaq; interponerẽt. ad Her. 8 a, Maiores uoluerunt, certis in rebus interponi quæstiones. In V. 72 a, Nisi ista tua potentia in hac causa interponere tur. pro S. R. 11 a, Cur in re tam ueteri noua hæc restipulatio interponitur? Qu. Fr. 325 a, & In V. 99 a, & Att. 268 a, De Asciatione tu uerò quod uoles facies, me nihil interpono. pro Mil. 106 a, Clodius uocabat tribus, se interponebat, &c. & In Ant. 162 a, Quid enim interposuit nisi audaciæ tuæ, quam nullæ leges possunt coercere? Ep. 160 b, 161 a, Sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones. pro S. R. 37 b, In rem aliquam si interpositam fidem interfecit. Or. 219 a, Inter quas uarijs clausulis interponi se raro numerosa comprehensio. de D. 139 a, Propriũ est Academiæ, iudicium suum nullius meum iudicium interponens, sed exquirens tuum. In V. 64 b, Pro aliquo inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operam, studiũ, laborem interponere. In A. 204 b, 205 a, Quæ cum uiderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putaui. Academ. 39 a, Quod cum audissemus, nullam moram interponẽdam putauimus, quin uideremus hominẽ, &c. de Leg. 172 b, In iureiurando dij immortales tum iudices, tũ testes interponuntur. de In. 72 a, Non oportuit antè supplicium quàm iudicium interponere. ad Her. 10 a, Dein de interponetur ab accusatore suspicio ex coniecturis. Att. 263 a, Si ea decreta Cos. quæ de Cæsaris actis interposita sunt, nõ seruatur, magnam perturbationem fore. & 64 b. Obnũciationibus per Scæuolam interpositis. In V. 132 b, Qui ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit. & 157 b, Acerbiorem legem & duriora edicta interposuit. & 122 d, Ille pœnis compromissíq; interpositis HS. CCC extorsit. At. 112 a, Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minus quod opus esset ad bellum, à uobis pararetur. In A. 201 b, Qui istum nõdum interposita authoritate uestra suo consilio & iudicio ut hostem arcuit. Epist. 7 a, Offensionem esse periculosam propter interpositam authoritatem religionemq; uideo. in Pison. 80 a, Ego interpositam senatus authoritatem sustinui. pro Syl. 185 d, Vos reiectione interpositæ repentini iudices consedistis. I. P. 90 a, Lentulus prouinciam, quam sorte habebat, interpositâ religione deposuit.

Interpositio. nis. interiectio. Ep. 265 b, Vna omnino interpositio difficilior est, de quadrimo Catione. & de N. 43 b, Cum personarum certarum interpositione.

Interpositus, a, um. intermissus, interiectus. pro Mur. 132 a, Dies intermissus aut nox interposita sæpe perturbat omnia. & de Clar. 172 a, Paucis interpositis diebus iterum Lælius dixit, &c. de Clar. 185 b, Multis interiectum tuumq; initium dicendi interpositis oratoribus. In A. 462 a, Literas ad se ab amico missas offensione aliqua interposita in medium protulit. pro Cluct. 18 b, Vehementes habeat & repetinos impetus, spacio interposito & causa cognita consenescat. Qu. de Pet. 213 b, In hoc maximè uiciosa est ciuitas, quòd largitione interposita uirtutis obliuisci solet.

Interpositus, tus. interiectus. de N. 46 b, Luna interpositu interiectuq; terræ deficit.

Interpres, tis. explanator, internuncius, coniector. de Diuin. 104 b, Ea quibus bene percepta sunt, hi non sæpe falluntur, malè percepta maleq; interpretata falsa sunt, non rerum uitio, sed interpretum inscitia. de Diu. 119 b, Quid autem uolunt ea significantes, quæ sine interpretibus non possumus intelligere. de D. 104 a, Quia erãt multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. Off. 2 a, Sequimur igitur in hac quæstione potissimũ Stoicos, nõ ut interpretes, sed ut solemus, è fontibus eorũ, iudicio arbitrioq; nostro quatũ quoque modo uidebitur hauriemus. de Opt. 244 d, Nec conuerti ut interpres, sed ut orator sententijs iisdem & earũ formis tanquam figuris. de D. 87 b, Grammatici interpretes poetarum. & 88 b, Interpres portentorũ qui Galeotæ tũ in Sicilia nominabãtur. de N. 9 b, Chrysippus Stoicorum uaferrimus interpres. I. A. 248 b, Augures qui Iouis optimi maximi interpretes internũcijq; sunt. pro Cluent. 48 b, Legum interpretes iudices. de D. 121 d, Coniector quidam & interpres portentorum. & 113 b, Tum auis illa uideri possit interpres & satelles Iouis. de D. 127 b, Astrologi interpretes cœli. de D. 135 b, Si Pœni in senatu nostro sine interprete loquerẽtur. de D. 132 a, Vt interpres egeat interprete. de N. 54 b, Sensus interpretes & nuncij rerum. de Leg. 162 a, Mentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpres est oratio. de In. 79 b, Interpres uoluntatis alicuius. Or. 211 b, Interpres augurio rum. & de N. 60 b, Interpres Sibyllæ. & Top. 221 a, Interpres Iuris. In V. 166 a, A. Varius est in Sicilia interpres, quo iste interprete non ad Græcam linguam, sed ad furta & flagitia uti solebat. pro Cec. 295 a, Testamẽto si recitatus hæres esset pupillus, isq; iam annos uiginti haberet, uobis interpretibus amitteret hæreditatem. de Fini. 145 b, Ita quemadmodum in senatu semper est aliquis, qui interpretẽ postulet, sic ijsti nobis cũ interprete audiendi sunt. Ep. 104 b, Nullam artem liberis sine interprete & doctore & sine aliqua exercitatione percipi posse. Att. 278 b, Cæsarem quidem fallacibus interpretibus ac nuncijs impulerunt in spem consulatus. In V. 211 a, Per amicos & interpretes agere aliquid. I. V. 71 a, & 130 b, Qui aut sequestres aut interpretes corrũpendi iudicij solent esse. Ep. 153 b, & 150 b, Quo ego interprete nouissimè ad Lepidum sum usus.

Interpretatio, onis. notatio, etymologia. Of. 7 b, Nimis callida, sed maliciosa iuris interpretatio. & 47 a, Iuris ciuilis cognitio & interpretatio. & contra Rul. 67 a, Verbi uis & interpretatio. pro Cornel. 62 b, In quo erat accusatoris interpretatio indigna respõsione, qui ita dicebat, Comiter esse communiter, quasi uerò priscũ aliquod aut insolitũ uerbũ interpretaretur. & ibid. de interpretatione uerborum. Part. 241 b, Verbi interpretatione se defendere. & ibi. & de Or. 100 b, Deprauatio ne uerbi urgeri. de Orat. 87 a, Neq; ea interpretatione mea, aut ornatius explicari, aut planius exprimi possit. & 101 b, Senectuti uerò ornãdæ quod honestius potest esse perfugiũ quàm iuris interpretatio? de Or. 132 b, Interpretatio nominis habet acumẽ, ut Neptolemus. l. Numius. de Opt. 144 b, Causa habens interpretationẽ legũ satis acutã. de Or. 96 b, & 119 a, Controuersia, uel cõtentio ex scripti interpretatione. pro Cor. 57 b, An cuius linguam populi non nosset, interpretationẽ fœderis nõ tenebat? de D. 88 b, Somnia Antiphontis interpretatione explicata. & 89 b, Eius igitur somnij, quæ sit à coniectoribus, interpretatio facta uideamus.

Interpretatio. exornatio rhetorica. ad Her. 33 a, Interpretatio est, quæ exponit id quod positum est, alio uerbo quod idem ualeat, hoc modo: Remp. radicitùs euerti sti, ciuitatem funditùs deiecisti.

Interpretor, aris, interpretationem facio, expono, interpretatione explico, explano, explico, rem obscuram explano, intelligo, nomen alicuius rei nõ adiungo, & eam mẽ tamẽ sententiã teneo, auguror, si fatũ dicã, quod ex æternitate uerũ sit. Off. 33 b, Nec quicquã aliud est philosophia, si interpretari uelis, quàm studiũ sapientiæ. de Cl. 178 a, Interpretãdo explanare rem obscuram. de Fi. 68 b, Animaduerte igitur rectènè hanc sententiam interpreter. de Fi. 130 b, Secũdum naturã uiuere, quod ita interpetamur, uiuere ex hominis natura undiq; perfecta, & nihil requirente. de Fi. 85 b, Epistolam eius, quã modò totidem ferè uerbis interpretatus sum. de Am. 99 a, Iam uirtutem ex cõsuetudine uitæ sermoniq; nostri interpretemur, nec metiamur eã, ut quidã indocti, uerbo rũ magnificẽtia. de Leg. 158 b, Qui ius interpretari populo & respondere soliti sunt. de Leg. 171 b, In ipso nomine legis interpretando inest uis & sententia, iusti, & iuris colẽdi. l. A. 223 a, In legibus interpretãdis & æquitate explicandis. de In. 78 a, Iudicẽ legi parere, nõ interpretari legẽ oportet. Tus. 198 b, Rectènè interpretor sententiã tuam. i. rectènè intelligo, & c. Ac. 150 a, Tuã epistolã interpretari ipse uix potera. & 147 a, Rogaui ut interpretaretur, quid esset quod ille scriberet consilio meo se uti uelle. l. A. 195 b, Sed uerecundus augur sine collegis de auspicijs nõ interpretaretur. pro R. P. 127 b, Consiliũ ex necessitate, uoluntatẽ ex ui interpretari. de N. 24 b, Euemerus, quem noster & interpretatus & secutus est Ennius. Of. 45 b, Panatius, quẽ nullũ in his libris secutus sum, non interpretatus. de Or. 97 b, Omnes bonarũ artiũ scriptores ac doctores, & legẽi, & perlustrandi, & interpretãdi. de Fat. 144 a, Verborũ uim interpretari. & 146 a, Licet etiã immutare, ut sit non interpretatũ. & 95 b, De Triario bene interpretaris hoc men nõ adiungis, & eandẽ tamẽ sententiam teneas: hoc modo, & c. pro Cor. 62 b, Quasi uerò priscum aliquod aut insoliũ uerbũ interpretatur. de D. 99 a, Hetruria scientissimè interpretatur, quid quibusq; ostẽdatur portentis. de Di. 87 a, Quorũ omniũ interpretes ut grãmatici poetarũ, proximè ad eorũ quos interpretantur dignitatẽ uidẽtur accedere. de D. 82 b, Extà peculiares commentationes, quibus ostenta, ostenti, monstra, aut fulgurũ interpretatiõ. & 80 b, In mystris interpretãdis procurãdisq; l. Procuro. de D. 69 a, Somnia, quæ magi Cyro interpretati sunt. ex Dionysij Persici libris. de D. 91 b, Ex quo illud somniũ ita interpretari esse, ut, & c. cũ, & c. l. A. 199 a, Hoc uos per deos immortales, quale sit nõ interpretamini? de In. 77 b, & ad Her. 9 a, Interpretari uoluntatẽ alicuius ex aliquo facto uel euentu. de N. 75 b, Penè dicta malè interpretari, & ibid. Peruerse philosophorum dissentationem interpretari. de Na. 71 b, Vestri hæc cõfirmãt interpretãto quorsum quicq; pertineat. At. 41 b, Veremur, ne interpretemur. Illud oppidũ ab Italia nõ satis abesse. de Nat. 84 b, Hoc nõnulli ridiculè interpretãtur, qui me ideirco putent bene audire uelle, ut ille malè audiat. pro Plan. 270 a, Si uerò hoc quod accidit interpretari uelis. pro Mur. 139 b, Quod atrociter in sensũ dixisti, aut nõ dixisse, aut mitiorem in partem interpretarere. pro Cecina. 250 a, Tu hoc i. tẽ (quod ego dico) interpretabere. de Arusp. 252 a, Verba, quæ ex Hetruscis libris in te cõuersa, ea interpretata dicuntur. Att. 274 b, Itaq; id senatus consultum pleriq; interpretantur etiam ad duos captiuos pertinere. At. 262 b, Sic uelim existimes, me de tua libertate ita interpretaturũ, ut tuo summo beneficio me affectũ putem. & 95 b, De Triario bene interpretaris nõ luntatem meã. de Ar. 252 a, Hoc quod sit nõ facilè interpretor. pro Do. 239 a, Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus scripta esse, nõ repugno. de Cl. 165 a, Si tam quã illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, dolemus summam eius felicitatem, nõ satis animo interpretamur. de Fi. 93 a, & Ac. 43 b, & ad Her. 9 a, De ratione interpretandi. Item: In fraudem legis facere, uel fraudem legis fieri, est legem interpretari contra eius sententiam.

Interpunctio, nis. interpunctiũ, interductus. pro Mur. 139 b, Res enim sunt paruæ propè in singulis literis atq; interpunctionibus uerborum occupatæ.

Interpunctum, ti. interpunctio, distinctio. de Orat. 159 b, Clausulas & interpuncta uerborum, animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerunt.

Inter

Interpunctus, a, um. de Or. 138 b, Narratio distincta perfonis, interpuncta sermonibus. & 159 a, Clausulæ interpunctæ in orationibus. Ora. 201 b, Distincta alios & interpuncta interualla delectant.

Interquiesco, scis. requiesco. de Cla. 172 b, Cum paululũ interquieuissem.

Interregnum, gni. tempus quo regnum rege uacat, dum creatur nouus. Qu. F. 327 b, Ad interregnũ comitia aduocata, rumor dictatoris imiucundus bonis. At. 143 b, Nã permagni eius interest, rem ad interregnum non uenire. Qu. F. 323 a, Res spectat ad interregnum. At. 107 b, & 143 b, Aut si per Trib. pleb. nõ patiatur, tamẽ quiescat rem adduci ad interregnum. Epi. 100 b, Quis enim tòt interregnis iure consultum desideratẽ

Interrex, gis. is qui de mortui regis locũ tenet, donec alter creatur. creabatur etiam cum nullus esset in urbe patricius magistratus. Att. 151 a, Si ulla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur. & magister equitum, cur hic non posset? contra Rul. 88 a, L. Flaccus interrex legẽ de Sylla tulit, ut omnia quæcunq; ille fecisset, rata essent. pro Do. 225 a, Interrex, quem & ipsum patricium esse, & à patricio prodi necesse est. Ep. 100 b, Ego omnibus unde petitur, hoc consilij dederim, ut à singulis interregibus binas aduocationes postulent.

Interrogatio, nis. de Fat. 146 a, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atq; iners nominatum est.

Interrogatiuncula, læ. Par. 116 a, Cato minutis interrogatiunculis quasi punctis, quod proposuit, efficit. de Fi. 107 b, Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

Interrogo, as. rogo, quæro, percunctor. Or. 209 a, Vt interrogando urgeat, & rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat. Quin. Era. 308 a, Clodius interrogabat suos, quis plebẽ fame necaret? respondebant, Pompeius. Tusc. 160 a, Socrates pusionem quendam interrogat quædam geometrica de dimẽsione quadrati. Par. 229 b, Sic ego te uicissim eisdẽ de rebus interrogabo. l. V. 31 b, Quid enim te de Hispanicnsibus surtis interrogem? de Or. 129 a, Hic meus frater à Philippo interrogatus quid latraret, furem se uidere respondit. & pro Do. 221 a, Te interrogante augures responderunt. l. C. 99 b, Interrogãte me num in exilium nõ iubeo. Aca. 204 a, Siquis deus te interroget, & c. ultimam quidè roget. Acad. 10 a, Qui ita interrogãt, ab his irridentur. & ibid. Interrogari ab aliquo. de Or. 118 b, Interrogari de aliquo. de Fin. 64 a, Socrates percũtando atq; interrogando dicere solebat eorum opiniones, quibus cum dissẽbat. de Le. 185 a, Cum magistratus interrogasset: id est, interrogauerit.

Interrumpo, pis. interpello, dirimo, deleo. de Pro. 72 a, Interpellatio familiaris mei, qua paulo antè interrupta est oratio mea. de N. 49 a, Cõtingere idem terræ necesse, ut omnibus eius partibus in medium urgẽtibus nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta cõtẽtio grauitatis & ponderum. Ep. 64 a, Sed multa uarietate tẽporum interruptum officium cumulatè reddidi. Ep. 251 b, Amicitiæ longis interuallis temporis interrupta. Epi. 157 b, Pontes q; quos feceram interrupi.

Interrupte. intercisè, uel incisim. (. Continenter, perpetuò. de Or. 139 a, Interrupte narrare aliquid.

Interruptus, a, um, intermissus, insistes, claudicãs, infractus, amputatus.) (. Vnus, par, idẽ, perpetuus, continens, continuatus. de L. 157 b, Nec tam facilè interrupta cõtexo, quàm absoluo instituta. Ep. 14 a, Non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti, qui confirmatus consulatu nostro, nonnunquam postea interruptus & afflictus antè Cos. recreatus abs te totus est. pro Cæl. 50 a, Interruptis ac morientibus uocibus significare aliquid. de Som. 129 a, Hos qui terram incolunt, interruptos ita esse, ut, & c. de Orat. 162, & 163 a, Continuatum.) (. Interruptum.

Interscindo, dis. de Legib. 171 a, Et à tergo pontem interscindi iussit.

Interscribo, bis. At. 95, Nam quas multo antè tuas acceperam literas, in quibus ἐπιχειρεῖς interscripseras, quid esset mihi faciendum de relinquendo, eæ me pungebant.

Interseco, as. ad Her. 20 b, Vt eas res inserere atq; intersecare uideamur in animis auditorum.

Interseptus, a, um. inter clusus. pro Corn. 63 b, Ne interseptum sit his iter ad hoc amplissimum præmium ciuitatis. & Tus. 158 a, Foramina terrenis concretisq; corporibus interspecta.

Interspiratio, onis. respiratio, de Ora. 159 a, & ibid. b, Aequalibus interspirationibus utebantur.

Interstum, es. intercedo. (. Desum. de Se. 78 a, Sæpe interfui quærelis meorum æqualium. Att. 237 a, Tu plura audis, & interes consilijs. de D. 140 b, Non placet Stoicis singulis iecorum fissis, aut aulium cãtibus interesse deũ. Ep. 8 b, & Att. 139 a, Me lioris ciuis & iuri putabam, quouis supplicio affici, quàm illi crudelitati non solum præesse, uerùm etiam interesse. de In. 61 a, Ipse interfuit & præsens uidit. pro S. R. 24 b, Roscius ne in conuiuio quidẽ ullo ferè interfuit. Qu. F. 310 a, Huic cõuiuio Quintus defuit. pro S. R. 36 b, Quibus in rebus interesse non possumus. pro Clu. 52 a, Hic testamẽto faciẽdo interfuit. In V. 75 a, Interesse in consilijs aliquorum. de Inu. 54 a, Interesse in aliquo negocio. Ep. 219 a, Quã in re ego interfui. de Inn. 64 a, Ratiocinatio dicitur tũ interfuisse, cum, & c. & 65 a, Cùm causa quare peccauerit, nõ intercesserit. ad Her. 3 b, Quibus in reb. alicuius firma auctoritas uidebitur interfuisse, I. C. 111 a, Tybris inter eos & pons interest. In Ant. 246 b, Si maria, montes, regionum magnitudines interessent, odisses eum. de Senect. 90 a, Cuius inter primum & sextum consulatum sex & quadraginta anni interfuerunt.

Intertrimentum, ti. detrimentum. l. V. 103 a, Cum cõsine ullo intertrimento conuenerat.

Interuallum, li. spacium, diuisio, discrimen. de Ora. 148 b, Vtendũ est locis multis, illustribus, explicatis, modicis interuallis. Epi. 6 a, Vt quoniã interuallo loco rũ & temporum disiuncti sumus, per literas tecum quàm sæpissimè colloquar. de Fin. 84 b, Dolor si lõgus, leuis: dat enim interualla & relaxat. Acad. 39 a, Satis eum lõgo interuallo ad suam uillam reduximus. l. V. 236 b, At cum in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia nõ fuit, quid mirum: ne cum in Sicilia quidem fuit eodẽ interuallo, pars eius belli in Italiam peruasit. de Nat. 36 b, Neq; Mercurius à sole longius quàm unius signi interuallo discedit. & ibidem: Lucifer nunquam à sole duorum signorum interuallo longius discedit. de Or. 100 b, in Geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dines. de Vn. 199 a, Interuallū sesquialterum, sesquitertiū, sesquioctauum. & ibi. Duplū & triplum interuallum. de D. 127 b, Reliqua uerò tria interualla infinita & immensa, à Sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni stellā. de Vn. 202 a, Fore ut certis tēporum interuallis animal oriretur. de Nat. 7 a, Opinio est, natiuos esse deos longis interuallis oriētes occidentesq;. ad Herē. 20 a, Interualla uocis in loquendo. de Somn. 129 a, Illi octo cursus septem efficiunt distinctos interuallis sonos. Tus. 156 b, Interualla sonorum. de Som. 128 a, Sonus interuallis coniunctus imparibus, sed tamē pro rata portione distinctis. de Or. 160 a, Distinctio & æqualiū & sæpe uariorum interuallorum percussio numerū cōficit. & ibi. Numerum in cadentibus guttis, quòd interuallis distinguuntur, notare possumus. et ib. Quod metiri possumus interuallis æqualibus. Or. at. 201 b, Distincta alios et interpuncta interualla, moræ, respirationesq; delectant. Or. 214 b, Numerus interuallis, cōpositio uocibus apparet. & ibi. Interuallorum longoum & breuium uarietas. & 216 a, Pedes non syllabis, sed interuallis metiēdi. & ibi. Trochæus, qui temporibus & interuallis est par iambo contra Rul. 83 b, Vide quantum interuallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia, & istorum dementiam. pro Rab. 93 a, Quantum interuallum inter te atq; illum interiectum putas?

Interuallum. pro tempore, ut tanto interuallo, lōgo interuallo. quod Vergil. dixit, Longo pōst tēpore: Cicero multis pōst annis, dein lōgo interuallo pōst, semel usurpauit, quod nimis sæpe usurpant noui. pro Mur. 127 b, Ego uerò tāto interuallo claustra ista nobilitatis refregi. contra Rul. 65 b, Perficiam ut huius ordinis autoritas. quæ apud maiores nostros fuit, eadem nūc longo interuallo reip. restituta uideatur. Qu. F. 323 b, Dierū iam amplius L. interuallo nihil à te literarū. de Clar. 166 a, Quoniam lōgo interuallo modò primùm te paulò hilariorem uideo. pro Cluen. 55 a, Satis lōgo interuallo pōst iterū aduocantur. pro Mu. 128 b, Vt cum longo interuallo ueneris, cōtendas. & c. I. A. 194 a, Hodierno die lōgo interuallo ad spē libertatis exarsimus. At. 282 a, Venio nunc lōgo sanè interuallo ad quandam epistolam, quæ, &c. At. 177 a, Longo enim interuallo uideo mutata esse omnia. contra Rul. 66 a, Me perlōgo interuallo propè memoriæ temporumq; nostrorū primum hominem nouum cōsulem, feciſtis. pro S. R. 20 a, Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur. In V. 65 b, Consuetudo lōgo interuallo repetita & relata. & 79 a, Longo interuallo ueterem cōsuetudinem retuli. & At. a, Et nos longo interuallo uiſeris. Ep. 104 a, Tu si interuallum longius fuerit mearum literarum, ne mireris. In Ver. 163 b, Versabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris pro Clu. 32 a, Si cum animis uestris lōgo interuallo recordari illius uitam uoluerit. de Cl. 32 a, Cum res priuatæ longo interuallo iudicijs repetentur. pro Flac. 161 a, Longo interuallo Romam uenis. pro Arch. 186 b, Interim satis longo interuallo uenit Heracleā. pro Fl. 156 a, Interim neq; ita longo interuallo illeuenit. de Pro. 75 a, An laurea illa amittet longo interuallo uiriditatem? Ep. 251 b, Amicitia longis interuallis temporis interrupta. Offic. 7 a, Illa quæ quasi longo interuallo interiecto uidemus. Acad. 148 a, Studia quæ lōgo

interuallo intermissa renocauit: id est, diu intermissa. Ep. 251 a, Primùm ut te tanto interuallo uiderem.

Ex interuallo. de In. 51 b, Cōfestim sequi.)(. Ex interuallo. At. lo seq. aliquē. de In. 66 a, Cōfestim.)(. Ex interuallo. At. 66 a, Et ille latinus ἀπὸ συνθήματος ex interuallo regulus. Or. 219 a, Interuallo dicere: id est, ex interuallo, uel cum interpositione & distinctiōe. ad Her. 24 b, Crebris interuallis & diuisionibus oportebit uti.

Interuenio, nis. de improuiso uenio. de Nat. 5 b, Vt uitæ qui interuenit, ne ignoret quæ res agatur. Topic. 227 a, Vt si interuentū est cū ageretur aliquid. de Or. 110 a, Vt si interuentū est cū ageretur aliquid. de Or. 110 a, bis, Vereor tamen ne molesti uobis interuenerimus. At. 242 b, & ad Her. 4 a, Quam orationem cum ingressus essem, Cassius interuenit. Att. 211 a, Magni interest Ciceronis, me interuenire discēti. At. 299 b, Statius interuenit nonnullorū querelis, quæ apud me de illo ipso habebātur. ad Her. 4 a, Vlyssēs interuenit, occisum conspicatur. I. A. 169 a, Sed citò Curio interuenit, quite à meretricio quæstu abduxit. In Ant. 179 a, Quid eundē in sceleratu nonne destituisti? interuenit enim. de Pro. 70 b, Nisi C. Virgilius interuenisset. pro Cl. 27 a, Cum mali boni uiri ex occulto interuenissent. Tus. 199 a, Dolore non interueniente, aut si interueniret, &c. Ep. 98 a, Casus uiro mirificus quidam interuenit, quasi tēstis opinionis meæ. de Fin. 61 b, & Tus. 233 b, Epicurus exigit dicit fortunam interuenire sapienti.

Interuentor, oris. de Fat. 140 a, Quodā liberiore quàm solebam, & magis uacuo ab interuentoribus die.

Interuentus, tus. inopinatus aduentus. In C. 112 a, Tum interuentu Pontini pugna sedatur. & de N. 23 a, Suppetit ratio bonorū nullo malorum interuentu. At. 55 a, Quod uereor ne tardius interuentu Varronis nostri faciat. Par. 232 b, Interuentus alicuius aut interpellatio. At. 238 a, Caleni interuentum & Caluenæ caueb is.

Interuerto, tis. præripio, intercipio. In A. 175 b, Ille inde transtulit. I. V. 215 b, Qui si intellexerint interuerso re-galt hoc dono, grauiter uos tulisse, &c. Item: Is intellexit posse se interuersa ædilitate uisone consule prætorem renunciari.

Interuiso, sis. inuiso. Epistol. 95 b, Quodq; minus nes interuisis, hoc fero animo æquiore. Quin. Frat. 319 a, Vrbanam expolitionem urget ille quidem, sed etiam ipse crebrò interuiso.

Intestatò. aduer. intestatus, nullo facto testamēto. de Or. 100 a, Pater familiās intestatò mortuus est. & de In. 80 a, & ad Her. 4 b, & I. V. 99 b, & de Or. 99 b.

Intestatus, a, um. intestatò. pro Clu. 53 a, Haud hæres est Cluētius, intestatum dico esse mortuum. In Verrem. act. 4, Atque ita propinqua, ut ea etiam si intestata esset mortua, Epicratem Bidinorum legibus hæredem esse oporteret.

Intestinum, ni. ilia, uiscera. de N. 54 b, Reliquiæ cibi depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxatis. & ibi. Quædam à medio intestino usq; ad portas ilium coris ductæ ac directæ uiæ. Ep. 107 a, Cum grauiter ex intestinis laborarem.

Intestinus, a, um. intimus, domesticus. Att. 228 b, Ingraue scit enim in dies intestinum malum. In Verr. 84 a, Occultum, intestinum ac domesticum malū. & in Catil. 110 b, Bellum

Bellum intestinum ac domesticum. cōtra Rull. Inclusum malum intestinum ac domesticum est. Aca. 13 a, Vt si qui exalbescerent, uel ipsi per se motu mentis aliquo, uel obiecta terribili re extrinsecus. & ibidem: Tremor intestinus.)(. Timor oblatus. Ep. 179 a, Intestinū urbis malū. Ep. 49 b, Intestinus dolor. Item: Quid est quòd tantopere te commoueat tuus dolor intestinus?

Intexo, xis. contexo, interpono, implico. Par. 230 a, Cùm paruā magnis, simplicia cōjunctis, obscura dilucidis inteximus. At. 207 b, Scis me antea orationis, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nunquam possem intexere. Or. 114 b, Aliquid in causa prudenter intexere. At. 211 a, Te ἀσυνθέτως intexui. de N. 54 a, Vene crebræ multæq; toto corpore intextæ.

Intextus, a, um. contextus. ad Her. 38 b, Vestis coloribus uarijs intexta.

Intimè. entxè, ex animo. Qu. F. 300 a, Aliquem alicui ab aliquo intimè commendari.

Intimus, a, um. domesticus, familiaris.)(. Externus, alienus. I. V. 223 a, In eo sacrario intimo fuit signum Cereris. & de In. 65 a, Animi quidā intimus sensus. & pro Syll. 179 b, Intima cogitatio. & At. 82 a, 72 a, Sed angor intimis sensibus. Tus. 186 a, Intimus sermo. In Verrem, 69 b, Ad intima istorum consilia peruenimus. de Natur. 39 b, Itaq; in ea dea, quæ est rerum custos intimarū, omnis precatio & sacrificatio extrema est. de Or. 93 a, Penitus in eam ipsam disputationē nō penè intimam peruenistis. Or. 114 b, Quæ disputatio non est huius instituti sermonis, sed artis intimæ. Ac 40 a, Multa admiscui ex intima philosophia. et de Leg. 159 a, Sed penitus ex intima philosophia haurienda turis disciplina est. Epi. 217 a, Itaq; abdidit se in intimam Macedoniam. pro Cæl. 50 b, Nam si essent in uestibulo, nō laterent: sin se in intimū conjicere uellent, non satis commodè, &c. In Ant. 169 b, Antonius intimus erat Clodio. & in Catil. 106 a, Intimus alicuius. At. 63 b, Itaq; in intimis est meis, cum antea notus non fuisset. Ep. 31 a, L. Valerius est ex meis domesticis atq; intimis familiaribus. Quin. F. 503 a, Intimus, proximus, familiarissimus quisq; sibi pertimuit. pro S. R. 37 b, Tecti ad alienos esse possumus, intimi multo apertiora uideant necesse est.

Intolerabilis. intolerandus, nō ferendus. In A. 185 a, Intolerabile est seruire impuro. & Qu. F. 305 b, & Epist. 185 a, de Nat. 51 b, Intolerabilis fœditas odoris. Tus. 217 a, Cui nihil intolerabile ad demittendum animum uideri potest. At. 178 b, & de Or. 159 a, Mihi omnia sunt intolerabilia ad dolorem. de Ami. 100 b, Admodum intolerabilis iniuria. Ep. 35 a, Intolerabilia tributa exegi. Tus. 228 b, & de Or. 218 b, Intolerabilis dolor. & 199 a, Intolerabile uitium. Item: Intolerabile uerbum. Att. 260 a, Intolerabilis Antonius.

Intolerandus, a, um. I. V. 218 a, Res indigna & intolerāda uidebatur omnibus. & 259 b, & pro S. R. 24 a, cōtra Rull. 63 b, Nunc prospicite omnium rerum, infinitam atq; intolerandam licentiam. pro Font. 283 a, Hæc immanis atq; intoleranda barbaria. In Vat. 33 a, Intolerandus tyrannus.

Intoleranter. insolenter. I. V. 35 a, Tu de tuis diuitijs intoleratissimè gloriaris. & de Or. 128 a, Intolerantius se iactare. Tus. 179 b, Intoleranter dolere.

Intolerantia, tiæ. insolentia. contra Rull. 72 b, Perspicite hanc potestatem, non priuatorum insaniam, sed intolerantiam regis esse dicetis. pro Cl. 48 b, Quis eum cum illa superbia atq; intolerantia ferre potuisset?

Intono, as. sono, tono. pro Mur. 143 b, Iam enim hesterna cōcione intonuit uox perniciosa designati Trib. de D. 102 a, Partibus intonuit cœli pater ipse sinistris.

Intonsus, a, um.)(. Tonsus. 204 a, Scindens dolore identidem intonsam comam & 196 a. Accij.

Intorqueo, ques. torqueo. de Or. 133 b, Testius in dicendo mentū intorquens. de Ar. 245 a, Si quod in me telum intorserit, statim, etc. At. 140, Sed uereor ne Pompeio quid oneris imponā, μὴ μοι γεγενῆσθαι παράλληλα ἀκανθώδη στέλεχος intorqueat. Tus. 126 a, Alternis enim uersibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ.

In totum. ex toto. de Ar. 258 b, Quæsturamq; illam maximè fœcundam, in totum ad se ita redegit, ut improbissimè fraudaret populum.

Intra. inter, in interiore parte. Atti. 127 b, Qui regionibus excluſi intra præsidia atq; intra arma aliena uenissent, pro Sest. 16 a, Antiochus intra montem Taurum regnare iussus est. & pro Deiot. 150 b, Deiotarus Tauro tenus regnare iussus est. I. V. *Locus intra Oceanū iam nullus est, quo, etc. pro Pomp. 10 b, Nulla intra Oceani ostium nauis est. de Ora. 122 a, Nosse regiones intra quas uenere, & peruestiges, quod queris. pro Cec. 289 a, Ingredientes intra finē eius loci, quem, &c. Attic. 43 b, Quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de meæ pernicie cōsilia inirētur. Br. 289 a, Cum tantū insideat intra muros mali. ad Her. 24 b, Ipse intra carcerē stet. I. V. 73 a, Omnia cōmemorabuntur, quæ intra decē annos, posteaquā iudicia ad senatū translata sunt, in rebus iudicandis ne fariè & flagitiosè facta sunt. Ep. 49 a, Sed quoniam Cæsar fortasse arbitraretur, me hanc rē non putare, si perpetuò tacerē, modicè hoc faciā, aut etiā intra modū, ut, etc. Ep. 143 a, Deindè ne amicis nihil tribuamus, epulamur unà non modò nō contra legē, si ulla nūc lex est, sed etiam intra legem, & quidem aliquanto.

Intractatus, a, um. indomitus. de Amic. 109 a, Qui nō eo quo consueuit, libentius utatur, quàm intractato & noto de equis loquitur.

Intricor, aris.)(. Extrico. de Fat. teste Gellio 92.

Intro, as, introeo, ineo, ingredior, accedo in ædes. Ac. 30 b, Nulla acies humani ingenij tanta est, ut penetrare in cœlum, terrā intrare possit. Tusc. 161 b, Nisi animus antequàm corpus intrasset, in rerū cognitione uiguisset. & de N. 28 a, Cū Gracchus pomerium intrasset. pro R. P. 126 a, Rabirius regnū intrauit. I. A. 175 a, Tu illā domū ingredi ausus es? tu illud limen intrare? pro Cecin. 289 a, Qui illum olearum ordinē intrasset. pro Dom. 214 a, Intrare in Capitolium nō debuisti. Qu. F. 292 b, Qui intuā familiaritatem penitùs intrarit. & de Fin. 135 a, Intrandum est igitur in rerum naturā, &c. de Ora. 118 b, Tum definitio in mentem iudicis intrare non potest. de Or. 102 a, Si hæc, quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare uolueritis.

Introduco, cis. induco, facio. Tus. 230 a, Socrates philosophiā deuocauit è cœlo, & in urbibus collocauit, & in domos etiam introduxit. Quint. Fr. 322 b, Gabinius à cōsule retētus est, introducti publicani. de D. 87 b, Qui

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in senatum introducti negauerũt. pro Clu.25 b, Qui simulatq; introductus est, prima potione mulierem sustulit. In A.234 b, L. Cæsar comitia & ambitionẽ introduxit in senatum. Antequàm.196 a, Quæ omnia sunt perniciosa, quòd in rẽpub. sunt introducta. In Sal.272 a, Iustius huic quàm mihi succensere debetis, qui initiũ introduxit. de Fat.145 a, Epicurus introduxit declinationem atomorũ. & 144 a, Qui introduxit fatũ. de N. 6 a, Plato, qui natũ mundũ introduxit. Off.54 b, Panætius nõ uidetur huiusmodi deliberationẽ introducere debuisse, in qua, &c. Offi. 79 a, Epicurei prudentiã introducunt scientiã suppeditantẽ uoluptates. I.V.191 a, Ex huiusmodi principio consuetudo æstimationis introducta est. Ep.264 a, Introducere aliquã cõsuetudinem. Part. 233 b, Introducta rei similitudo. Acad.33 a, et de Fin.115 b, Introducebat enim Carneades, summũ bonũ esse, &c. pro Cæl.44 b, Iam ipse tecum nulla introducta persona loquar. de Amicit.96 a, Quasi enim ipsos introduxi loquentes. Att.261 a, Possumus etiam ut sponsores appellentur, procuratorem introducere.

Introductio, nis. At.11 b, Iam uerò ô dij boni rem perditam, etiam noctes certarum mulierum, atq; adolescentulorum nobilium introductiões, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

Introeo, is. intro, in aliquẽ locum adeo. Attic.105 b, Scribis Pomptinum in urbẽ introisse. & de Or.100 a, Mancinus in senatum introire non dubitauit. At. 258 a, In domum alicuius introire. I. P. 91 b, Quasi uerò ad rem pertineat qua tu porta introieris, modò ne triumphali. Epist.259 b, Simul nobiscum in oppidũ introiuit Terẽtia. de Amicit.98 b, Quem fuit æquius, ut prius introieram in uitam. sic prius exire de uita. In Anton.173 b, An tu illa uestibula cum aspexisti, domum tuam te introire putas?

Introfero, fers. importo. In Ver. 242 b, Noctu introferri solitus est ad mulierem. & 259 b, pro Flac. In oppidum introferetur.

Introitus, tus. ingressio, ingressus. pro Cec.288 b, At iste ad omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum, armatos homines opponit. pro Dom. 228 a, Aduentus meus & introitus in urbem qui fuit? In Anton. 231 a, Qui introitus in Smyrnam? pro Cecinn.292 b, Non solum introitu, sed omnino aditu prohiberi. de Natur. 55 a, Aures duros & quasi Corneolos introitus habent. In Ver. 230 a, Signũ quod est ad introitũ ponti. & 252 a, Propter introitum atq; ostiũ portus. pro Cæl. 38 a, Hic introitus defensionis. Attic. 16 b, Primus introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ.

Intromitto, tis. admitto. pro Syl. 177 a, Vt intromissus me in meo lecto trucidaret. Ep.15 a, Si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comessatum: tu, &c.

Introspicio, cis. inspicio. de Arusp. 251 a, Ne quis introspicere posit tuam domum. pro Syl. 181 b, Perspicite etiam atq; etiam, introspicite omnium mẽtes. de Fin. 89 a, Tute introspice in mentem tuam. pro Font. 283 a, Age uerò nunc inferte oculos in curiam, introspicite penitus in omnes reipublicæ partes. de D. 130 a, Causas omnium introspicere.

Introuoco, as. accerso, aduoco. In V. 89 b, Cur filiã tuam non introuocari iubes?

Intrudo, dis. pro Cecin. 287 b, Aliq; etiam se ipse infrebat & intrudebat.

Intueor, ris. uideo, tueor, contueor, contemplor, specio. de D. 85 b, Rectores nauiũ prospectione loci, prospicit. Insequitur intuebantur, nec tuẽdi satietas capere poterat. Antequã.196 b, Non solum cunctam intueri, sed etiam tueri potestis ciuitatem. pro Pomp. 11 b, Pompeium omnes sicut aliquem de cœlo lapsum intuetur. & Ac.16 b, Nemo omnes intueri. i. intuebatur. de Som. 129 a, Intueri solem nequimus aduersum. Tusc. 183 b, Qui cũ acriter contemplecti. cõtra Rul. 81 a, Intentis oculis omnes recipiamittimus. & Epi. 73 a, Intueri aliquid oculis, aut animo. & Epi. 73 a, Intueri aliquid oculis, aut animo hebescit, ob eamq; causam contemplandi diligẽtiam adimittimus. & Epi. 73 a, Intueri aliquid oculis, aut animo amitterent, sic mentis acies seipsam intuens nonnunquã hebescit, ob eamq; causam contemplandi diligẽtiam adimittimus. & Epi. 73 a, Intueri aliquid oculis, aut animo amitterent, sic mentis acies seipsam intuens nonnunquã deficientem solem intuerentur, ut affectum omnino monere aliquẽ, quò quidq; referat, & quò intuẽs ab eo quodcunq; sibi proposuerit, minus aberret. Orat. 109 a, Oratores uoluntatẽ eorũ qui audiũt, intueri debent. In Ant.238 b, Non tam ueteranos intuendos uobis arbitror, quàm quid tyrones milites sentiant.

Intus. (. Foris. de Fin.58 a, pro Mur.143 a, Intus, intus ipsi equus Troianus. I.C.106 b, Intus inclusum periculũ sit. de Vn.201 a, Deus omnia animalia intus in mundo inclusit. de Sene.79 b, Nec uerò ille in luce modò & oculis ea uium, sed intus domiq; præstantior. pro Deio.149 b, Vbi id quod intus est atq; nostrũ impune euolare possit. de Or.134 b, Nasica sensit illum intus esse. de Fin. 92 b, Quæ sunt intus in domo. pro Syll.170 a, Ille reliquus intus, expectatus foris. contra Rull. 84 a, Atq; hoc carmen ille non uobis, sed sibi intus canit.

Inuado, dis, inuasi. impetum facio, inuolo, irruo, irrũpo. peto, uim facio. Tusc.175 b, Si quis uniuersam philosophiam uelit uituperare, secũdo id populo facere possit. uel si ea, quæ nos maxime sequimur, conetur inuadere, magna habere posit auxilia reliquorum philosophorum disciplinis. I.A.153 b, Fugitiuus ille, qui in C. Marij nomen inuaserat. In Sal. 273 b, Qui ista inusitata subita petulanter in uxorem meam inuasisti. Offic.16 a, In quo me ab inuidis inuadi solere audio. In A.231 a, In Galliam Antonius inuasit, in Asiam Dolabella, alienam uterque prouinciam. Qu.Fr.322 b, Imperator noctu urbem hostium inuasit. In V.86 b, Inuadere in urbes hostium cum exercitu ui. pro S.R.19 b, Inuadere in pecunias alterius nullo iure. & 20 b, In fortunas alterius inuadere. & pro S.R.22 a, Iste in præda huius inuadit. I.A.168 a, In multas præterea pecunias alieniſsimorum hominũ inuasit. pro Cecinna 289 b, In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. I.A.175 a, Cum mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum inuasit. de D.123 b, Auis fame enecta in offam pultis inuadit. Tus.219 b, An L. Brutus, &c. ef frenatius in Aruntem inuaserit. de N.33 b, Ignis quocunque inuasit, cuncta disturbat & dissipat. Of.49 a, Modò enim hoc malum in hanc urbem inuasit. Tusc.175 b, Si quis ea, quæ nos maximè sequimur, conetur inuadere. Off.58 b, Panætius negat, ullam pestem maiorem in uitam hominum inuasisse, quàm eorum opinionẽ, qui ita dixerunt. Epist.260 b, Mirus furor inuasit improbos. Epistol.11 a, Non potui magis in arcem illius causæ inuadere, pro Sest. Neq; quẽquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non inuasisse, sed incurrisse uideamur.

Inualeo, scis. nouas uires sumo, confirmatior fio. pro Mur. Qui Rex sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes & copias belli, tantũ ipse opibus conatuq; inualuit, &c.

Inualetudo, nis. ualetudo, infirma ualetudo. At.100 a, Inualetudo tua ualde me conturbat. & 104 a, Inualetudine tua moueor.

Inuectio, onis.)(. Exportatio. Offic.35 a, Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio. de Inu. 82 b, Clementia, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur.

Inueho, his. importo. Offi.49 a, Paulus tantum pecuniæ in ærarium inuexit, ut, &c. In V.230 a, Cùm multa ex illo mari bella emerserint, & multa in pontum inuecta sint. & pro Muren.131, Cum bellum inuectum totam in Asiam esset. pro Muren.114 b, In portum ex alto inuehi. (. Portu soluere. de Finibus, 141 a, Rex Perses eodem flumine inuectus. de Pro.76 a, Si in Capitolium inuehi uector gestiret. de Som.128 a, Cum eris curru Capitoliũ inuectus, offendes rempublicam, &c. Tusculan.196 a, Inuehi quæ tibi casus inuexerat. & de In.42 a, Incommoda inuecta per aliquem. Tusc.217 a, Vt quemcũq; casum fortuna inuexerit, hunc aptè & quietè ferat. Tusc. 179 a, Nec mihi Eurystheus tãtum inuexit mali. de Nat. 174, Triton natantibus inuehens bellua adiunctis humano corpori.

Inuehor. ris. insector, insulto, inuado. Atti. 34 a, Diphilus in Pompeium petulãter inuectus est. de N.58 b, Carneades libenter in Stoicos inuehebatur, pro Sest.5 b, Aspexerit in aliquem inuehi. de Orator.137 a, Acerbè & contumelioſe inuehi in aliquem, & prauiter. 143 a, pro Flac.154 a, Nunc uerò non insultabo uehementius, nec uolitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem inuehar, neque in isto testimonio cõmouebor. de Nat. 79 a, Vehementius inuehi in aliquem. de Or.87 a, Cum uehementius inueheretur in causam principum consul Philippus. de Am.107 a, Acerbius in aliquem inuehi in sectariq; uehemẽtius. In Ant.242 a, In totam deniq; M. Antonij domum sum semper inuectus. Epi.96 a, Me in quem inueheretur, delegerat. Epi.183 b, Piso qui in eum primus inuectus est. Tu. 204 a, Aeschines in Demosthenem inuehitur, quod, &c. de Or.136 b, Inuehi & male dicere. In A.174 b, De quo Cæsar in senatu apertè in te inuehens questus est.

Inuenio, nis. reperio, deprehendo, peruestigo, nanciscor, conuenio. Attic.76 b, Euersam in perpetuum prouinciã nos inuenisse scito. de Or.123 a, Quomodo uerum inueniatur, aut quomodo iudicetur. de Orat.85 b, Cum boni per diu nulli, uix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur. pro S.R.25 a, Ille quomodo crimẽ commentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues qua ratione infirmem, reperire non possum. de Or.124 b, Nequaquã satis est reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis. de Clar.167 b, Nihil acutè inueniri potuit. I.C.114 b, Hæc in rempublicã coniuratio manifestè inuenta atque deprehensa est. pro Dom.213 a, Multa diuinitùs à maioribus nostris inuẽta atq; instituta sunt. I.A.176 b, Tu ergo unus sceleratè inuentus es, qui, &c. Ep.65 b, Scis meam fortunam nescio quomodo facilè obtrectatores inuenire. ad Her. 35 b, Dũ eam uitastis uituperationem, quæ, &c. eam inuenistis, ut timidi putaremini. de Finib.53 b, Torquatus qui hoc primus cognomen inuenerit.

Inuentio, onis. Tus.161 a, Illa uis quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atq; excogitatio dicitur. Aca.8 a, Quæstio est appetitio cognitionis, quæstionisq; finis inuentio. de In.4.4 a, Inuẽtio est excogitatio rerum ueràrum aut uerisimilium, quæ causam probabilem reddant.

Inuentor, oris. autor. de Na. 58 b, Aristæus oliuæ inuentor dicitur. de Cl.188 a, Cicero princeps & inuentor copiæ uerborum. de Or.80 a, Harum rerum inuentor ac princeps Plato. de In.51 b, Deinde eius facti qui sunt principes & inuentores, qui deniq; autoritatis eius & inuẽtionis comprobatores atq; æmuli. de Fin. 55 b, Inuentor & quasi architectus ueritatis. Or.202 b, Inuentor, conditor, actor.

Inuentrix, cis. de N.d.lib.3, Princeps & inuentrix belli Minerua. Tus.li.5, Inuentrix & magistra legum philosophia. de Or.86 a, Illæ omnium doctrinarum inuentrices Athenæ.

Inuentum, ti. de Orator.92 a, Qui philosophorum inuenta didicisset. & pro Mur.138 b, Stoici æmuli inuentorum Zenonis. de Senectute, 93 b, Tot artes, tot scientiæ, tot inuenta.

Inuentum, ti. argumentatio, argumentum, ratio. l. Argumentatio & Argumentum.

Inuentus, a, um. pro Cl.35 a, Alterius bene inuentis obtẽperare.

Inuenustus. de Cl. Or. C. Censorinus Græcis literis satis doctus, quod proposuerat explicãs expeditè, nõ inuenustus actor, sed iners & inimicus fori.

Inuerecundus, a, um. nõ uerecũdus, impudens. de In.58 a, Sin inuerecundè animi ingeniũ posidet. & 14 a, Poetæ.

Inuersio, sionis. ironia. de Or.133 a, Inuersio uerborũ. & ad Her.2 b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inuerto, tis. immuto, uerto, peruerto. de Or. 133 d, *Inuertitur autem uerba: ut, pro deformi pulchrum. Par. 232 d, In uertere ordinem.*) (. Directè dicere. Of. 59 b, Idemq; rursus uidebatur, cum in locum annulū inuerteret. Qu. F. 322 b, Nisi noster Pōpeius dijs hominibusq; inuitis negocium inuertit. de Ar. 225 d. Videant ij, &c. quàm se citò inuerterit, id est, mutarit.

Inuestigatio, nis. inquisitio, indagatio, conquisitio. Of. 3 b, Hominis est propria inquisitio & inuestigatio ueri. & 4 b, Quæ omnes artes in ueri inuestigatione uersantur. & Ac. 45 d, Inuestigatio naturæ.

Inuestigator, oris. uenator. de Cl. 170 d, *Varro diligentissimus inuestigator antiquitatis. & pro Syll. 183 b, de Leg. 195 d*, Diligens inuestigator earum rerum, quæ à natura inuolutæ uidentur.

Inuestigo, as. indago, exquiro, scrutor, perscrutor, perquiro, persequor, uestigijs odoror. At. 134 b, *Illud molestum, me adhæc inuestigare non posse ubi Lētulus sit. et 240 b, De Lentulo inuestigabo diligentius.* Atti. 190 d, *Velim des operam ut inuestiges ex consponsorum tabulis, sitne ita.* Orat. 198 b, *Inuestigemus igitur, quem nunquam uidit Antonius. pro Lig. 137 d, Diligentia inimici inuestigatum est, quod latebat. pro Syll. 167 b, Tu inuestigasti, tu patefecisti cōiurationem. Qu. de Pet. 209 b, Perquirere & inuestigare aliquid. In V. 210 b, Inuestigare & perscrutari omnia. & 74 b, Inuestigare & consequi aliquam rem. Qu. F. 302 b, & pro Cl. 22 d. Inuestigare aliquem. de Nd. 58 d, Canum incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium.*

Inueterasco scis. & inuetero, as, inueterauī. cōsenesco. I. C. 116 b, *Res nostræ monumentis literarum inueterascēt, & corroborabuntur. & Tus. 139 d, Nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus uita beata consistit. pro Syll. 171 b, Nos quorum iam nomen & bonos inueterauit, & huic urbi & hominum famæ ac sermonibus. pro Syll. 178 b, Cùm iam illa dissensio inueterasceret, & multos annos esset exagitata. Tu. 214 d, Cū hic seruor animi inueterauerit. Of. 45 d, Quāquam intelligo in nostra ciuitate inueterasse iā bonis temporibus, ut splendor ædilitatum ab optimis uiris postuletur. I. V. 66 b, Inueterauit iam opinio perniciosa reip. de N. 26 b, Nec unà cum seculis hæc opinio inueterare potuisset. pro Pom. 5 d, Macula quæ penitus insedit & inueterauit in populi Romani nomine. Epi. 234 b, Nam si inueterauerit, actum est.*

Inueteratio, onis. uetustus. Tusc. 227 d, *Inueteratio autē ut in corporibus ægrius depellitur, sic in animis quo que perturbatio.*

Inueteratus, a, um. uetus, quod uetustate cōsenuit.) (. Recens. de Sen. 92 d, Nā omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata, facilè diuellitur. Tus. 217 b, *Aliter ferat inueterata, aliter recentia. I. A. 200 b, Malum inueteratiū fit plerunq; robustius. pro Dom. 225 b, Omnis diu collecta uis improborum, quæ inueterata compresso odio atq; tacito iam erumpebat in actum. Ep. 39 b, Nostra non in statuta, sed iam inueterata amicitia. pro Cor. 63 b, Qui inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaq; delerit.*

Inuicem, uicissim. At. li. 5 d, *Propter uicinitatē totos dies simul eramus inuicē, alij legūt, eramus iuncti, sed malè.*

Inuictus, a, um. quod uinci non potest. *pro Muren. 115 d, Rectè igitur unus inuictus es, à quo etiam ipsius uictoriæ conditio uisq; deuicta est. Par. 122 d, Mea cōsilia, qui bus respub. inuicta stat. de Fin. 106 d, Rectè inuictus, cuius etiam si corpus constringatur, animo tamen inuicta iniici nulla possunt. de Or. 116 b, Animus acer & præsens, & acutus idē atq; uersutus inuictos uiros efficit. Off. 4 d, Animi excelsi atque inuicti magnitudo acrobatur. Of. 14 d, Qui inuictū se à labore præstiterit, uincet à uoluptate. Postq. 210 b, Fortis & inuicta defensio salutis meæ. contra Rul. 85 b, Annibal armis inuictus. cōtra Rull. 76 d, Inuictus Pōpeij exercitus. pro Pōp. 14 d, Populus Romanus, cuius nomen inuictum usq; ad nostrā memoriam permanserat. I. V. 219 d, Nomen inuictissimi imperatoris incidatur.*

Inuidentia, tiæ. (. Misericordia. Tus. 194 b, *Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. & ibidem: Ab inuidendo autem inuidentia recte dici potest. & 212 b, Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas, quæ nihil noceant inuidenti. Inuidentia in eo qui inuidet tantum est, inuidia autem & in eo qui inuidet, & in eo cui inuidetur.*

Inuidia.

Inuideo, des. alienis bonis mœreo.) (. Pauco, miseror. de Or. 128 d, *Inuident autem homines maximè paribus, aut inferioribus, sed etiam superioribus inuidetur. de Orat. 127 b, Aliorū laudi atq; gloriæ maximè inuideri solet. & ibid. Inuidetur enim commodis aliorum. cōtra Rull. 87 d, Illi qui honori inuiderunt meo. Epist. 7 b, Simul quod uideo nouitati esse inuisum meæ. pro Cor. 57 b, Eā huius seculi labes quædam & macula uirtuti inuidere. pro Mur. 145 d, Quare quid inuidēdum Murenæ fit in hoc præclaro consulatu, non uideo: quæ uerò miserabilia sunt, uos uidere & perspicere potestis. I. A. 2. 4 b, Neminem alterius, qui suæ confidit uirtuti, inuidere. pro Plan. 260 d, Populus semper aut inuidet illi ætati, uerumetiā 42 d, Non modò non inuidetur illi ætati, uerumetiā uetur. Ep. 7 b, Video non ut antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ. Tuscul. 194 b, Florem quis nam bellarum inuidit meū, malè Latinè uidetur, sed præclarè Actius: ut enim uidere, sic inuidere florē rectius quàm flo ri dicitur. Item: Nos cōsuetudine prohibemur, poeta tum suum tenuit, & dixit audacius. Tu. 190 b, Vt nobis opti mam naturam inuidisse uideātur, qui, &c. de Or. 129 d, Interdum in hoc tibi Crasse paulū inuideo. pro Flac. 104 d, Purpurā affers Tyriā, in qua tibi inuideo, quod, &c. Tus. 194 b, Non dixi inuidiam, quæ tum est, cum inuidetur. & 212 b, Inuidia nō in eo qui inuidet solum dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur.*

Inuidia, diæ. maleuolentia, offensio. *Tuscul. 212 b, Aegritudini subijcitur inuidentia, utendum est enim discretis causa, uerbo minus usitato: quoniā inuidia nō in eo qui inuidet solum dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. & 194 b, Vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ, quod uerbum ductum est à nimis intuēdo fortunam alterius. de Cl. 178 b, Obtrectatio inuidiæ quæ solet lacerare plerosq;. de Or. 128 d, Sed haud sciam an acerrimus ille fit omnium motus inuidiæ. & ibi. Tum excitatur si nō acerbum odium, attamen aut inuidia, aut odij non dissimilis offensio. & ibi multa de inuidia. pro Clu. 31 b, Inuidiam atq; offensionem se timere dixit. pro Cor. 58 d, Mors cū eximit inuidiam, res gestæ sempiterna nominis gloria nituntur. In A. 261 b, Excellentium hominum uirtutem imitatione, non inuidia dignam esse. Ep. 2 d, Senatus religionis calumniam non religione, sed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. & ibid. & 3 d, Vt rebus in summam inuidiam adductis ita uersamur. pro S. R. 130 d, Nam in eū cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæsita est. At. 28 d, Non enim poterimus ulla esse in inuidia spoliati opibus & illa senatoria potentia. pro Pla. 275 d, Nam istius uerbi quousq; hæc potterat esse inuidia, datus est tibi ille, &c. In V. 206 d, Cogitasti, si ei reddidisses, te minus inuidiæ habituram. Or. 223 d, Sed habet nonnullam inuidiam, cum in oratione iudiciali numerus inesse dicitur. de Orat. 135 d, Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona sine testamēto possidet. contra Rul. 80 d, Sullanus ager maximam habet inuidiam. pro Mur. 145 d, Consulatus hoc tempore nullā inuidiam habere potest. contra Rul. 88 b, Marianus tribunus pl. qui nos Syllanos in inuidiam rapit. In Sal. 273 b, Parare inuidiam alicui ex sua re familiari. Ep. 168 d, Magnam enim inuidiam his faciemus si fœderis: id est, odium. Disrumpi inuidia. l. Disrumpo. de Nat. 25 d, Inuidiæ detestandæ causa.*

Inuidiola. Ad Attic. *Quum nescio quid inuidiolæ inter eos exortum fuisset.*

Inuidiose. odiosè. pro Mil. 103 b, *Conciones illæ, quibus inuidiosè potentiā meam criminabare. Quint. Fr. 302 & ad Her. 30 b, & 34 d.*

Inuidiosus. a, um. habens inuidiam, odiosus. de Orat. 137 d, *Quæ sunt in his inuidiosa, etiam inuidiosiora faciūt. & de Or. 213 b, contra Rul. 79 b, Qui possessiones inuidiosas tenebant. Att. 120 b, An accipere inuidiosum ad bonos? de In. 79 d, Hoc tibi inuidiosum futurum est. pro Ce. 41 b, Neq; id ego dico, ut inuidiosum sit in eos, qui, &c. pro Cor. 66 b, Pecunia L. Cornelij, quæ neq; inuidiosa est, & quantacunq;, &c. pro Cluent. 51 b, Aliquis inuidiosus ac multis offensus.*

Inuidus. a, um. obtrectator, niger, maleuolus, liuidus, inquæ, alienis bonis mœrens, quidam nimis teiuno animo & angusto. pro Fl. 146 d, *Si fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut uirtutis hostis, aut laudis inuidus extitisset. Tusc. 214 b, Ergo inuidi, maleuoli, liuidi, &c. quia proclines ad eas perturbationes sunt. Orat. 210 d, Non inuidi solum, sed fautores etiam laudum mearum. Ep. 96 d, Persuaserat nonnullis inuidis meis in me emissarium semper fore. & 4 d, A tuis inuidis & obtrectatoribus nomen inductum falsæ religionis. pro Mur. 128 d, Quibus Lucullus tantum laudis impertit, quantū neq; ambitiosus imperator, neq; inuidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit.*

Inuiolatè. incorrupte, integrè. de Sen. 94 d, *Memoriam nostri piè inuiolateq; seruabitis.*

Inuiolatus. a, um. integer, incorruptus. pro Rab. 62 b, *Qui cæstā concionem, sanctū campū, inuiolatū corpus omniū ciuiū Romanorū defendo, seruari oportere. & pro Sest. 27 d, & pro Cæl. 39 b, pro Syl. 176 b, Et tamen inuiolata uestra amicitia integro officio faciebat.*

Inuiso, sis. uiso. Att. 60 b, *Nostrā ambulationem, cum poteris, inuisas uelim. & 20 b, Vt iam inuisas nos rogo. & 196 d, Quòd puerum inuisis, gratum. Att. 58 b, Domum nostram quoad poteris. inuisas. Item: Cui nostrum licet fundos suos obire? aut nes rusticas uel fructus causa, uel delectationis inuisere? pro Dom. 234 d, Quid tibi necesse fuit homo fanatice sacrificium, quod alienæ domi fieret, inuisere? de Finib. 125 d, An eum locum libenter inuisit? de Nat. 47 b, Et natos geminos inuises sub caput arcti.*

Inuisus, a, um. non uisus, odiosus, quem animo æquo uidere non possumus, qui in odio est apud aliquem. de Ar. 257 d, Sacra marib. inuisa: id est, non uisa. Ep. 163 d, Lepidus adeò est inuisus mihi, ut, &c. Off. 39 b, Quo quis callidior & uersutior est, hoc inuisior & suspectior detracta opinione probitatis. de N. 59 b, & Qu. Fr. 312 b, Eum aut inuisum deo, aut neglectū à deo iudicemus. pro Dom. 226 d, Sic Cato inuisus Cyprum relegatur. pro Qu. R. 48 d, Persona illa lutulenta, impura, inuisa.

Inuitamentum, ti. inuitatio, incitamentum. *pro Syl. 181 d, Qui cùm multa haberet inuitamenta urbis & fori, tamen, &c. & Ep. 149 b, Inuitamentum ad tempus. & de Finib. 128 d, Prima inuitamenta naturæ. & 137 b.*

Inuitatio, onis. In Ver. 128 b, *Ad inuitationes aduentusq; nostrorum hominum. Tus. 208 b, Quædam inuitatio ad dolendum. Att. 148 d, In Epeirum uerò inuitatio quàm suauis? quàm liberalis? quàm frater naēln Ant. 222 d, Ad erat & hospitum inuitatio liberalis.*

Inuitatus, a, um. Attic. 125 d, *Hæc à te inuitatus breuiter exposui.*

Inuitatus, tus. inuitatio. Ep. 98 b, *Initiò meā sponte, pòst autem inuitatu tuo mittendum duxi.*

Inuitè. repugnanter, inuitò, inuitus. Att. 120 d, *Inuitè cepi Capuam. & de Orat. 142 d, Inuitius facere aliquid. Epist. 40 b, Qui à me inuitissimè discesserit.*

Inuitò, aduer. inuitè. l. Ingratis.

Inuito, as. uoco, allicio. I. V. 205 d, *Quis senatorem Romanum tecto ac domo non inuitet? l. A. 244 d, Tota similia occurret, hospitio inuitabit. Ep. 100 d, Is me crebrò ad cœnam inuitat. pro Mur. 141 b, Ad prandium inuitare. I. V. 214 d, Vocare ad cœnam. At. 204 d, Inuito eū per literas, ut apud me diuersetur. & 216 d, Scindere penulā. l. Penula. I. C. 102 d, Quanquā quid ego te inuitem? à quo, etc. At. 33 b, A Cæsare ualde liberaliter inuitor in legationē illā. & 34 b, Cosconio mortuo sum in eius locū inuitatus, id erat uocari in locū mortui. de Sen. 89 d, Ad agrū fruendum nō modò non retardat, uerùm etiam inuitat atq; allectat senectus. Acad. 41 b, Iucūditate quadam ad legendū inuitati. At. 283 b, Præclara illa quidem ingenia, quæ gloria inuitantur. pro Lig. 139 d, Inuitare aliquem præmijs ad agendū aliquid. de Am. 114 b, Qui assentationem allectāt & inuitant. de Fi. 128 d, Vt ipsum per se inuitaret & alliceret appetitum animi.*

Inuitus, a, um. non libenter rogatus, & recusans, tergiuersans, contra uoluntatem repugnans, repugnanter, coactus, dolens, necessariò, grauo.) (. Libens, uoluntarius. I. V. 151 b, *Statuas inuiti per uim atq; imperiū dederunt. Par. ad. 122 b, Sapiēs nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus. de Or. 110 d, Hoc nos ab istis adolescentib. facere inuiti & recusantes heri coacti sumus. de Orat. 125 d,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si quid perſequare acrius, ut inuitus & coactus facere uideare. pro Mur. 134 a, Cogendi iudices inuiti, retinendi contra uoluntatem. pro Quin. 8 a, Extorquendũ eſt inuitò atq; ingratis, quod non debet. pro Quin. 9 a, Vi ac neceſſitate coactus hoc feci. pro Quint. R. 51 a, Aliquem inuitũ, & huc atq; illuc tergiuerſantem facere aliquid. de N. 77 a, Inuita in hoc loco uerſatur oratio. At. 110 b, Delectus inuitorũ atq; à pugnando abhorrentiũ. ad Her. 13 a, Cur talem inuitã inuitũ cogis linquere? Ep. 226 b, Ego eum à me inuitiſſimus dimiſi. At. 16 a, Mole ſtè rogo id eſt, inuitus rogo. pro S. R. 39 a, Neceſſariò facio: id eſt, inuitus facio.

Inultus, a, um. impunitus. pro Clu. 54 a, Cur hunc eſſe inultum tandiu ſinis? & pro Seſt. 14. a, Ne inultus eſſet. In Ver. 63 a, Vt cæterorum quoq; iniuriæ ſint impunitæ atq; inultæ. pro Pom. 5 b, Inultũ aliquid pati, & inultũ aliquid relinquere. & 6 a, & Antequàm. 195 b, Relinquere aliquid inultum: id eſt, impunitum.

Inundo, as. extra ripas diffluo. de Cl. 164 b, de Nat. 22 a, Terram inundat aqua.

Inuocatus, a, um. non uocatus. de N. 22 b, Quid quòd eti am ueniunt inuocatæ? Epiſt. li. 8, At ego ſimulatq; audiui, inuocatus ad ſubſellia rei accurro. Cæliꝰ.

Inuoco, as. imploro. de N. 39 b, Apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. Antequàm. 194 a, Sociorum inuocem ſubſidium, cum à ciuibus interclusum ſit præſidium? de Or. 126 b, Inuocare aliquem aduocatum ad defendendum aliquem. de Nat. 61 b, Aſpice hoc ſublime candens, quem inuocant omnes Iouem. Ep. 116 b, Inuocatus ad ſubſellia rei accurro.

Inuolatus, tus. uolatus. Epiſt. 83 b, Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu ſiniſtro oſcinis, & cætera. tibi augur, & cætera.

Inuolo, as. inuado. de Or. 154 b, Poſſeſſio quaſi æduca at que uacua, in quam homines abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt. & pro S. R. 20 b, In fortunas alterius inuadere.

Inuolucrum, cri. uelut uagina uel theca, quædam, integumentum. I. V. 214 b, Candelabrum inuolutum quàm occultiſſimè delatũ inuolucris reiectis oſtenderunt. de N. 83 a, Vt clypei inuolucrum, uagina aũt gladij, ſic, & c. de Or. 98 a, Per quædam inuolucra & integumẽta perſpicere aliquid. Quin. Fr. 292 a, Multis ſimulationũ inuolucris tegitur, & quaſi uelis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſq; natura.

Inuoluo, uis. circumplico. Ep. 139 a, Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut lego, aut ſcribo. Partit. 221 b, Tum definitio adhibetur, quæ quaſi inuolutũ euoluit id de quo quæritur. In V. 214 b, Imperat ut candelabrũ in prætorium inuolutũ quàm occultiſſimè deferatur. & 267 b, Capitib. inuolutis ad necem produci. de L. 195 a, Res à natura inuolutæ. Acad. 8 a, Sed cùm ea, quæ quaſi inuoluta fuerint, aperta ſunt. I. P. 82 a, & In Ant. 175 a, Neſcio quo è gurguſtio prodire capite inuoluto. de D. 87 b, Cauſa latet obſcuritate inuoluta naturæ.

Inuolutus, a, um. implicatus, tectus. I. A. 211 b, Ego pacis nomine bellum inuolutum reformido. & de Finib. 55 a, Occulta atq; inuoluta aperire. Acad. 8 a, Cùm ea quæ quaſi inuoluta fuerint, aperta ſunt. Orat. 206 a, Res inuolutas & latentes definiendo explicare. In P. 82 a, Ve-

reor ne qui ſit iſtius inſignem nequitiam ſi oculis inuolatam integumentis non cernat.

Inurbanè, inſulsè, inconcinnè. de N. 69 b, Non inurbanè Stratonicus, ut multa.

Inurbanus, a, um. inſulſus, inſacetus. de Orator. 142 b, Non eſſem tam inurbanus, ac penè inhumanus, ut, &c. & 112 a, Inops quidam humanitatis atque inurbanus. de Ora. 185 a, Expedita aũt erat, & perfacile currens oratio, & erat eius tanquam habitus non inurbanus.

Inuro, ris. καυτηριάζω, inſtigo, imprimo.)(. Exuro. de Cl. 189 a, Qui uolunt illa calamiſtris inurere. pro Syl. 84 a, Ne qua generi ac nomini ſuo nota neſciæ turpitudinis inuratur. In A. 159 a, Hæc inuſta eſt à te mortuo Cæſari nota ad ignominiã ſempiternam. pro Rabir. 215 b, Id mihi ſummã crudelitatis famã inuſſiſſet. de Pro. 72 a, Inſignẽ ignominiam alicui inuſtã eſſe. I. A. 238 a, Inurere dolore alicui.. & pro Mil. 121 a, & Tuſ. 194 b, Inurere quàm maximũ dolorẽ alicui. I. C. 108 b, Tãtus illorũ temporũ dolor inuſtus eſt ciuitati. I. V. 99 a, Cur hũc dolorẽ cineri eius atq; oſſibꝰ inuſſiſti? in Cat. 102 a, Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta uitæ tuæ eſt? pro Cl. 44 a, Is cenſoriæ ſeueritatis nota non inuratur. I. Sal. 274 b, Inurere æternas maculas alicui. I. A. 182 b, Plurima mala, quæ ab illo reipublicæ inuſta ſunt.

Inuſitatè. de Claris Orator. Inuſitatè loqui. ad Qu. Fra. trem lib. 1, Abſurdè & inuſitatè ſcriptæ epiſtolæ.

Inuſitatus, a, um. inauditus, inſolens, præter conſuetudinem, nouus. de Oratore 217 b, Alter lepõrem quendam inuſitatum noſtris oratoribus eſt cõſecutus. Or. 197 b, Inuſitatas uias indagare, tritas relinquere. Offic. 59 b, Is hominis mortui uidit corpus magnitudine inuſitata. At. 51 b, Res inuſitata & noua. de Or. 156 b, Inuſitatum uerbum aut nouatum aut translatum. Inuſitata ſunt priſca ferè ac uetuſta, & ab uſu quotidiani ſermonis iudicio remiſſa.

Inuſtus, a, um. impreſſus. de Or. 125 a, Niſi omnes motus in ipſo oratore impreſſi atq; inuſti eſſe uidebuntur. & pro Domo, 231 b, Tãtum homines impios inuſtum nefariis mentibus bonorum odium retinebat. de Aruſpic. 256 b, Ineſt hoc tempore odium inſitum penitus & innatum animis hominum. pro Planc. 265 a, Hæc ſunt expreſſa ſigna probitatis, non ficta forenſi ſpecie, ſed domeſticis inuſta notis ueritatis. pro Seſt. 6 b, Si nondum uulnera inuſta reipublicæ recordamini. Epiſt. 32 b, Non numentum uerò ſenatus hoſtili nomine, & cruentis inuſtum literis eſſe paſſi ſunt.

Inutilis, le. ad nullam rem utilis, ad nullam partem utilis, qui nullo uſui eſt. de D. 310 b, Qui mores, aut utiles aut inutiles ſint. Offic. 43 a, Norbanus ſeditioſus, & inutilis ciuis. Offic. 59 a, Homo iners & inutilis. de In. 42 a, Is inutilis ſiue perniciоſus patriæ ciuis alitur.

Inutilitas, tis. damnum. de In 32 a, Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes ſint honeſtas & utilitas, uitandarum turpitudo & inutilitas.

Inutiliter. fruſtra. ad Brut. 91 b, Inutiliter ſuadere alicui. ad Her. 24 b, Inutiliter aliquid proferre.

Inuulneratus, a, um. integer. pro Seſt. 27 a, Inuulneratũ inuiolatiq; uixerunt.

Iocatio, nis. iocus, urbanitas, cauillatio. Att. 27 b, Nunc ſi quid in ea epiſtola fuit hiſtoria dignum, ſcribe ne ignoremus: ſin nihil præter locationem, redde id ipſum. Ep. 136 b, Nunc uenio ad iocationes tuas.

Iocoſus, a, um. facetus, urbanus.)(. Seriꝰ. de Offi. 27 a, Si de ferijs rebus loquatur, ſeueritatem adhibeat: ſi de iocoſis, lepõrem.

Ioculatoriꝰ, a, um. iocoſus, feſtiuus. ut, Ioculatoria diſputatio. Att. 64 a.

Ioculatoriꝰ, re. ridiculus, ludicrus. de L. 166 a, Ioculare illud quidem, & à multis ſæpe deriſum. de Fat. 143 a, Oꝰ licentiam ioculare m.

Ioculator, oris. Ad Att. lib. 4, Huic Ioculatorem ſenem il lum ut noras, intereſſe nolui.

Iocus, ci, & ioca, orum. ludus, riſus, facetiæ, lepor, ſal, hilaritas, feſtiuitas, cauillatio, iucunditas. de Or. 128 a, Suabus tu longè alijs mea ſententia Cæſar excellis. & 131 a, Vitandũ eſt oratori utrunq;, aut ſcurrilis iocus ſit ne, aut inimicus. de Fi. 82 b, Qui eũ ioca & ſeria, ut dicitur. Of. 21 a, Ludo enim & ioco uti illis quidẽ licet, ſed ſicus ſomno & quietib. cæteris. Of. 21 a, Nec enim ad ludũ & iocũ facti ſumus. cõtra Rul. 85 b, Illam copiã cum hac per riſum ac per iocũ contemnent. I. A. 168 b, Tum uerò ioci cauſa magiſtrũ adhibet. de N. 27 a, Irridere aliquẽ per iocũ. In V. 107 b, Per ludũ & iocũ euertere aliculũ dicere. Qu. Fr. 300 b, Literæ per iocũ miſſæ. At. 259 b, Ioca tua plena facetiarum. At. 159 a, Iocus familiaris. Epiſt. 102 b. Extra iocũ. Ep. 101 a, Remoto ioco.

Ioniꝰ, æ, regio. At. 294 b, D. 80.

Ionius, a, um. de Or. 149 a, Superum mare Ionium.)(. Inferum, Thuſcum.

Iota, tæ. de Orat. 147 a, Vt iotam literam tollas, & eplenissimum dicas. I. I. litera.

Ipſe, a, um. de Am. 111 a, Par eſt aũt, primium ipſum eſſe uirũ bonum, deinde alterum ſui ſimilem quærere. de Or. 106 b, Veteres leges aut ipſas ſua uetuſtate conſenuiſſe, aut nouis legibus eſſe ſublatas. de Or. 170 b, Nam ipſum quidem illud etiã ſine cognitione iuris quàm ſit bellum ſcuere malum, ſcire poſſumus. de D. 101 b, Sed ipſum eſt deos non putare, quæ ab his ſignificantur contemnere. de Orat. 110 b, Hoc ipſum nihil agere & planè ceſſare me delect. at. de D. 125 b, Hoc eſt ipſum eſſe cõtra ſe diſertum. de Som. 130 b, Quod aũt mortũ affert alicui, quod ipſum aguatur aliunde, quando finem habet motus, uiuendi finem habeat neceſſe eſt. Att. 133 a, Nec me conſules mouent, qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur.

Tuſ. 234 a, Nihil grauius, niſi idem hoc ipſum honeſtè, ſapienter, iuſtè ad uoluptatem referret. de Ar. 249 b, Id monſtrum ſibi ipſum eſt. de Or. 115 b, Tum alij quærebant ab Annibale, quiã nam ille ipſe de illo philoſopho iudicaret. pro Pom. 9 b, Africa quæ eorum ipſorum ſanguine redũdauit. pro Pom. 12 a, Idem ipſe Mithridates, &c. de Diuin. 121 a, Chryſippus ipſe ille diuinationis autor. pro Mur. 139 b, Etenim iſti ipſi mihi uidentur ueſtri præceptores, &c. pro Mur. 132 a, Illa ipſa rerum humanarum domina fortuna. de Or. 94 b, Qu. Varius illa ipſa facultate, quamcunq; habet, magnam eſt gratiam conſecutus. Or. 197 b, Illud ipſum quod eſt optimũ. de Orat. 112 b, Ille ipſe Ariſtoteles, &c. Poſt. 204 b, Illo ipſo tempore, illo ipſo anno. Att. 23 a, Ego ille ipſe uindex æris alieni. & In C. 106 b, Ipſi iſti, qui, &c. de Ora. 154 b, Ipſe ille Gorgias in illo ipſo libro. de Fi. 82 a, Nũquã dictũ ab ipſo illo quod ſciã. pro S. R. 39 b, Iſta ipſa lex, & c. de Cl. 166 b, Iſtum ipſum dico librũ. Att. 102 a, Cur reſpublica Coſ. iſto ipſo defenſa nõ eſt? de Or. 90 a, Si quis iſtas ipſas artes illuſtrare uelit. & ibi. b, Ipſos illos, & ipſe ille, & ille ipſe, &c. Ep. 196 a, Ea enim ipſa hora acceperã literas tuas. & 254 a, Eo ipſo tempore, cum, &c. & Att. 1 a, Eo ipſo die, quo, &c. & 8 b, Erat in eo ipſo loco, ipſo die nũdinarũ ναυηγυρεσ. Tuſ. 156 a, Ego enim ipſe cũ eodẽ ipſo non inuitus errauerim. de N. 75 b, Atq; ij tamen ipſi dij, &c. de Fi. 64 b, Velut in hoc ipſo, de quo nũc diſputamus. Tuſ. 239 b, Et tamẽ ab his ipſis, cum iam eſſent adultæ, ferrũ remouit. de Fi. 73 b, Itaq; hic ipſe reiectus eſt. & 44 b, His enim ipſis uerbis utitur. de In. 66 a, Hoc ipſum genus, & eo ipſo in genere. Ep. 177 b, Non quòd uetere cõmederit, ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. de Or. 91 a, Sic in orationibus hiſce ipſis. & de Finib. 59 b, Hoc ipſo quod adeſt. Attic. 53 a, Natali ſuo ipſo die. de N. 66 b, Quem ipſum nõ omnes interpretantur uno modo. de Or. 129 a, In quo ipſo ſeruabant ſuam. de Clar. 167 a, Qui ipſe tum fuit. Att. 193 a, Quod ipſum erat fortis ægroti accipere medicinam. Tuſc. 152 a, Quod ipſum quale ſit, etc. pro Pom. 7 a, Quorum ipſorum per ſe res uobis curæ eſſe debent. Off. 35 a, Hoc autem de quo nunc agimus, id ipſum eſt quod utile appellatur. de Orat. 94 a, Cum id ipſum dicere nunquam ſit non ineptum, niſi cum eſt neceſſarium. At. 53 a, Quibus id ipſum ſe inimicos eſſe, nõ liceret negare. Tuſ. 154 b, Nam iſtud ipſum, non eſſe cũ fueris, miſerrimũ puto. Antequàm. 194 a, Qui noſtrum ipſum periculoſiſſimum caſum recognoſcat. Ipſi, pro integris & totis. pro Syl. 179 b, Nihil audacter ipſi perſeſe ſine P. Sylla facere potuerũt. de Ar. 252 a, Hoc quid ſit, per ſe ipſum non facilè interpretor, ſed ex eo quod ſequitur. pro Cornelio, 55 a. Dicere de ipſo modeſtè: id eſt, de ſe ipſe. de N. 3 a, Ipſe dixit. Ipſe autẽ erat Pythagoras. de Clar. 170 a, Cato mortuus eſt annis lxxxiij. ipſis ante me conſulem. Att. 49 b, Triginta dies erãt ipſi, cum dabam has literas. & 73 b, Cum ibi decẽ ipſos fuiſſem dies. & Ep. 22 a, Cùm Athenis decem ipſos dies fuiſſem. pro Cec. 290 a, Nam cum dixiſſet minus L III. populus cum riſu acclamauit ipſa eſſe.

Ira, æ, iracundia, indignatio, ſtomachus, dolor. Tuſcul. 13 a, Ira eſt libido puniendi eius qui uideatur læſiſſe iniuria. & 218 a, Eſt enim ira, ut modò dixi, ulciſcendi li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bido. Tusc.220 d, Iram Ennius insani principium esse dixit. Of.27 b, Ira cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. de D.93 b, Pars animi in qua irarum existit ardor. Off.18 d, Prohibenda maximè est ira in puniendo. Tuscul.226 b, Facere aliquid per iram. Off.5 b, Qui aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus est. Tusc.221 d, Et quidem illam ipsam iram centurio habeat, aut signifer. pro Cæl.45 a, Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. de N.22 d, Neque ira, neq; gratia teneri. pro Mar.131 d, Dignitatem reipublicæ meis doloribus antefero.

Iracundè. per iram, cum iracundia, rabiosè. I. A.217 d, Vehementer me agere fateor, iracundè nego. Tusc.219 b, Nihil ne in ipsa quidem pugna iracundè rabioseq; fecerunt?)(. Leniter, quietè. I. A.217 d, Iracundè agere cum aliquo. pro Quin. R.50 d, Quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius. In Ant. 155 a, &, Tusc.201 b, Nimis iracundè hoc quidem & valde intemperanter.

Iracundia, dię. ira, acerbitas quædã naturæ et rabies. Acad.34 b, Peripatetici iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. & Tusc.218 a, Iracundiam cotem fortitudinis esse dicunt. et ibid. Imperia seueriora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ, oratorem denique non probant sine aculeis iracundiæ. de Orat.103 b, Quis hæsitauit ob eam causam, quòd nesciret quid esset iracundia? feruor ne mentis, an cupiditas puniẽdi doloris? pro Muren.132 d, Iracundia est inimica consilio. Quin. Frat.197 d, In tuis summis laudibus unam excipiunt iracundiam, quod uitium cùm in hac priuata uita leuis esse animi atq; infirmi uidetur, tũ uerò nihil est tam deforme, quàm ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. & 297 d, Antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur. de Cla.186 d, Sed efferuescens in dicendo stomacho sæpe iracundiáq; uehementius. Quint. Fr. 298 d, Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas: si exorabiles, summa leuitas. In V.118 d, Homo exarsit iracundia & stomacho. de Or.137 d, Efferri iracundia. de Ar.244 d, Dolore efferri & iracundia longius digredi quàm conuenit. de Finib.54 b, Nec cum iracundia & pertinacia disputari potest. pro Dom.230 b, Illi tamen populi incitati uim iracundiamq; subierunt. pro Flac.162 d, Eum ardentem iracundia uidere potuisti. Epist.15 d, Exarsi iracundia ad Attic.274 d, Exercere iracundiam in superatos. pro Mur.132 d, Cohibere iracundiam.

Iracundus, a um. ὀργίλος, qui facilè & citò irascitur, concitus ad rixã, feruẽs. de Sen.90 b, At sunt morosi, anxij, iracundi, & difficiles senes. Tusc.226 b, Quomodo si naturalis esset ira, alius alio magis iracundus esset? I. A.199 d, Impotens, iracundus, contumeliosus. In Ant. 157 d, Sed cum iracundum audio factum. pro Plan.272 b, Nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse.

Irascor, ris, in cendor, ira incendor, alicui iratus fio, succenseo, animo incitor, exardesco stomacho & iracundia exardesco, uel efferuesco.)(. Mitigor.)Tuscul.218 d, Peripatetici uirũ uideri negãt, qui irasci nesciat, eamq; quam lenitatem nos dicimus, uitio longitudinis nomine appellant. In Ant.217 d, Omnino irasci amicis non teme

suarum laqueis te irretitum tenerent. Post.100 d, Qui prouinciarũ fœdere irretiti totum illum annum querelas senatus pertulerunt. In Vat.31 d, Cum homines negocia gerentes iudicijs iniquissimis irretires. de Ar.245 d, Aliquis illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, impetitus expectatione supplicij. Tusc.179 d, Hæc me irretitus uestis feriali inscium. Irrétire aliquem. captare & decipere sophistarum more. Acad.23 b.

Irretitus, a, um, implicatus. de Fin.136 b, 537 d, Si Vlysses cantiunculis irretitus teneretur. In Vat.29 d, Vt loquaci tatem istam tuam paucissimis interrogationibus irreti tam retardarem.

Irrideo, des. illudo, ludificor. Acad.31 d, Vos ab illo irride mini, & ipsi illum uicissim eluditis. & 10 d, Qui ita interrogant, ab his irridentur. & de Fin.105 b, Quæ irrideri ab imperitis solent. de Ora.91 d, Apollonius irrisit philosophiam. de Natur.58 b, Nihil tam irridet Epicurus quã prædictionem rerum futurarum. de Na.27 b, P. Claudius per iocum deos irridens. Attic.188 d, Cæsar mihi irridere uisus est. de Fimib.122 b, In Cod. Germ. de Clar.186 d, Admirando irridere. contra Rul. 85 b, Irridere & contemnere aliquem. Post.206 b, Irridere squalorem & luctum alicuius.

Irrigatio, onis. Off.35 b, Adde ductus aquarum, deriuatio nes fluminum, agrorũ irrigationes. & de Sen.88 d.

Irrigo, as. rigo. de Natur.24 b, Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. & 52 d, Aegyptum Nilus irrigat. Quint. Fra. 318 d, Iugera L. prati irrigaturum te facilè arbitror.

Irrisio, nis. ludibrium. Acad.31 d, Liber igitur à tali irrisione Socrates. de Or.89 d, Oratio aut nulla sit, aut omniũ irrisione ludatur. Of.28 d, Et cum irrisione audientium, similari militem gloriosum.

Irrisor, oris. Parad.118 d, Veniant igitur irrisores huius orationis.

Irritabilis, le. qui facilè irritatur & accenditur, iracundus.)(. Placabilis. Attic.14 b, Animi bonorum sæpe irritabiles sunt.

Irrito, as. lacesso. Brut. Att.287 d, Pueri potius audacia irritata est, quàm repressa à Cicerone. & 285 d, Neque magis irritatus esset Antonius regno Cæsaris, quam ob eius mortem deterritus. In A.210 d, Irritari Antonium non oportuit. pro Mil.118 d, Vi irritare, & ferro lacessere aliquem.

Irritus, a, um. nihilum, uanus, inanis.)(. Ratus. In V.221 b, Metellus omnes Verris iniurias rescindit & irritas facit. et I.A.281 d, I.A.298 b, Quæ si leges irritas feceritis, rata esse non possunt. de Leg.173 b, Quæ augur iniusta & uitiosa, etc. dixerit, irrita infestaq; sunto. In A.281 d, Antonius testamentum irritum fecit. de Pro.78 b, Cuius tribunatus si ratus est, nihil est quod irritũ ex actis Cæsaris possit esse. In V.122 d, Quod iudicium de compromissis factum erat, id irritum iussit esse. I. V.136 b, Quæ in magistratu gessisti, sustulit, atq; irrita iussit esse. Post.207 d, Si multa irrita; tristicia.

Irrogatio, onis. constitutio. pro Rabirio,92 d, Irrogatio

Irrogo, as. legem in aliquem fero, constituo, pro Do.124 d, Leges priuatis hominibus irrogari est priuilegium.

pro Dom.224 b, Ne mihi præsenti mulcta irrogaretur. & 235 b, Priuilegijs tyrannicis irrogatis. pro Mil.108 b, Irrogare mulctam alicui.

Irrumpo, pis. irruo, inuado. I. A.231 d, Alter in Asiam irrupit cursim. & Ep.241 b, de D.90 b, Syracusani improuisò in castra Pœnorũ irruperũt. Acad.34 b, Atrocitas ista, quomodo in ueterem Academiam irruperit, nescio. de Or.152 b, Ab ijs qui in nostrũ patrimoniũ irruperũt, quod opus est nobis, mutuamur. cõtra Rul. 73 b, Irrumpant in ærariũ. Ac.31 b, & 134 b, Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpunt.

Irruo, is. impetum in aliquem perfero, inuado, in aliquem me mitto, influo, redundo. de Orat.88 b, Quod in alienas possessiones tam temerè irruisses. pro Dom.234 b, In quem quisq; per homines concitatos irruerit, in quẽ impetum pertulerit. & 237 d, Omni impetu in aliquem irruere. de Fin.77 b, Et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat. de Or.158 d, Vt deducta esse in alienum locum, non irruisse uideatur. Att.213 d, Irruere in aliquem, & inuadere in aliquem. I. Inuado.

Irruptio, nis. incursio. pro Pom.6 b, Hostium copiæ non longè absint, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur. In A.231 b, Irruptio armatorum in Trebonij domum. At.125.

Is, ea, id. I. A.191 d, Vt pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur. pro Syl.182 b, Vitæ eius turpitudinem in summis eius periculis insequebantur. de Cl. 191 d, Via laudis quam maiores eius ei tritam reliquissent. de D.138 d, Is cum esset proiectus, inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio. pro Syl.184 b, Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, ut nemo ei se honore anteferret. At.11 d, Venit mihi obuiam puer tuus, is mihi literas abs te reddidit: id est, qui. Ep.222 b, Qu. Pompeius multis & ueteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est, is cũ antea, &c. Ep. I. A.175 d, Nihil turpius, quàm quòd qui magister equitũ tibi fuisse uiderere, is per municipia coloniasq; Galliæ cum caligis & lacerna cucurristi. Ep.68 b, Neq; enim tu is es qui, qui fis ne scias. I. C.102 d, Neq; enim Catilina is es, ut te aut pudor à turpitudine, &c. Epi.64 b, Is enim tu uir es, & eum me esse cupio, ut, &c. Epist.9 d, Ego is sum cui uel maxime concedant omnes, ut, &c. de Orator.111 d, Nam quod dididisti, nos eos esse, qui, &c. Att.93 b, Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. Attic.106 b, Itaq; ego is in illum sum, quem tu me esse uis. Of.54 b, Quod si is esset Panætius, qui, &c. et ibid. Sed cum sit is, qui, &c. de D.119 d, Omnem autem orationem fuisse eam qua aruspicinæ disciplina contineretur. Pro Flac.153 d, Est enim credo is uir iste, ut ciuitatis nomen sua autoritate sustineat. pro Syl.167 b, Non enim una est ratio de fensionis ea, quæ est posita in oratione. In A.189 b, Antonius cum una legione & ea quidem uacillante L. Fratrem expectat. de D.110 d, Plurimis nostris exemplis usus es, & ijs quidem illustribus. Qu. Fr.318 d, Erant loco posita ambulationis uno latere, eo quod est proximũ Balnearis. Or.202 d, Excursio moderata, eaq; rara. de Op.244 d, Multa dixit de eo, quòd ciuis improbus laudatus esset. Attic.38 b, Maximeq; in eo est reprehensus, quod dixerat, &c. Attic.11 b, Per unum seruum, & eum ex ludo gladiatorio. de Orat.148 d, Quorum princeps

Universidad de Deusto
Biblioteca

Socrates fuit,is qui,&c.& ibid.Is qui,&c.uel is,&c.
& b,Ille & eius posteri,ij qui,&c.pro Cle.19 a,Hunc
locum,&c.cum tandem,&c. Qu.Fr.298 a, Ea nostra
ratio est,ut,&c.Qu.Fr.300 b,Atq; is dolor est, quod,
&c.pro Clu.58 a, Mulierem quandam Larino, atq; il-
lam usq; à mari supero Romã proficisci. pro Ceci.287
b,Is enim ille fuit Ebutius:id est, talis, uel ea persona.I.
V.107 b,Non enim præter eundũ est ne id quidem.de N.
21 a,Et id maximè hyberno tempore. At.38 b,Negauit,
&c.neq; id sanè diu,nam,&c. Att.8 b,Et id multis uer
bis. At.26 a,Et id ipsum sine stomacho. Att.11 a,Idq; iu-
dicum uocibus. At.8 b, Atq; id ereptum ex summis oc-
cupationibus. Att.144 a, Qui circum eum illum sunt.
de Or.127 a,Si is qui existimor,&c.i.si ego,&c.

Isara.fl.Ep.152.Planci.

Isaurum.locus.I.A.125.

Isauricus,a.At.82 a,Isauricum forum.

Isis.dea.de N.69.

Isiacus,a.de D.Isiaci coniectores.Ennij.

Isocrateus,a,Or.217 a,Mos Isocrateus.

Isocrates,tis.de Or.199 b, Ille pater eloquentiæ Isocra-
tes.de Orator.117 a,Ecce tibi exortus est Isocrates ma-
gister istorũ omniũ,cuius e ludo tanquam ex equo Tro-
iano innumeri principes exierunt.de Or.214 b,Isocra-
tes uerbis solutis numeros primus adiunxit.

Isoroμία.I.Aequabilis,& Aequabilitas, & Aequilibritas.

Issus.opp.At.79.Ep.23.

Iste,a,ud.pro S.R.26 a,Non isto artificio accusatorio cal
lidior es quàm hic in suo.pro Dom.127 a, Lex quam i-
ste tulerat.Attic.101 b,Iam ne istius quidem rei culpam
sustineo.de Amic.99 b, Eos qui ista subtilius quærunt,
in numero sapientum nõ habent.de Sen.94 b, Et ita ex
uita ista discedo tanquam ex hospitio. de Am. 97, Nec
ab isto officio,quod semper usurpaui,abduci debui.Pa-
ra.116 b,Mihi ista παράλογα.quæ appellantur,uiden-
tur esse uerissima.de L.283 b,Iste igitur sumptus minuit:
id est. Demetrius.Epist.84 a,Armorum ista & uictoriæ
sunt facta, non Cæsaris. Acad. 24 a, A'me istam exce-
ptionem non impetrabunt.& ibi. Omnes istos aculeos,
& 4 a,In ista una disputatione. Acad.30 a, Cum Stoi-
cus syllabatim ista dixerit.Ac.27 b, Isdem enim hic sa-
piens,de quo loquor, oculis, quibus iste uester cœlum,
terram,mare intuebitur.Ac 30 a,34 a,Quanti libertas
ista æstimanda est.de Orat.93 b, Iam uerò ista cõditio-
ne,dum,&c.de Orat.93,Ego uerò,inquit, istis obsequi
studeo.de Sen.81 b, Age ut ista diuina studia omittamus.
de Orat.122 b,Atque ego ex istis sæpe audiui: id est, ex
C.Lælio,& P.Africano.de Cla.189 a, Nec istos excel-
lentes uiros resp.perdidisset.Tus.142 b, Transeat idem
iste sapiens ad remp.tuendam.& ibid. Huic ergo ut di-
xi,&c.id est Epicuro.de Orat.120 a, Meæ totius ora-
tionis & istius ipsius in dicendo facultatis,quam,&c.
& 93 b, Adduxissent huc Græculum aliquem, qui nos
istiusmodi disputationib.delectaret.pro Do.215 b,Hunc
istum ocij & pacis hostem.pro Qu.3 b, Tum iste uir
optimus,&c.Ep.29 a, Iste Ariobarzanem non regem,
sed regis filium appellat.de Or.98 a, Hæc quæ isti for-
sitan puerorum elementa uideantur:id est, Crasso.de N.
25 a,Non erit ista modò amicitia, sed mercatura. & b,
Pecudum greges diliguntur isto modo.de Am. 116 a, I-

sto enim modo pædagogi maximè erunt diligendi.&
Ep. 21 b,Isto anno, de L. 157 a, Et sæpe de isto collocuti
sumus.de Inuen.77 b,Si hoc modo scripsisset, isto uer-
bo usus nõ esset, non isto loco uerbum istud collocasset.
Or.109 b,Non possunt isthæc sic abire.Att.130 b,Si ille
circum isthæc loca commorabitur.Ac.27 b,Iam isthuc
te quoq; impediat.Epi.205 b, Attamen isthæc ipsa,quæ
te emisse scribis,erunt mihi grata.

Isthmus,mi,terra angusta & longa inter duo maria,uel
quale est Peleponnesi Isthmus,ubi etiam Corinthus fuit.
de Fat.141 b.

Istic.de Fi.143 b,istic sum,inquit.& Epist.17 b, Vt ibi ma
lis,ubi,&c.quàm istic,&c.

Istinc.At.115 a,De malis nostris tu prius audis,quàm nos
istinc enim emanant.Ep.17 b, Qui istinc ueniunt,&c.

Istiusmodi.I.V.72 b,Malicioſe necesse est istiusmodi ra-
tioni aliquo consilio obsistere.de Orat.92 b,Adduxisse
huc Græcum aliquem, qui nos istiusmodi disputationi-
bus delectaret.I.iste.

Isthuc,pro istud.pro Qu.10 b, Quo die uadimoniũ istuc
factum esse dicis?& de D.115 b, Qui idem istuc quidem
dicunt, quod est dictum à te.

Ita.sic,perinde,tam. At.106 b,Quod putasti fore,&c.fa-
ctum est ita.& I.A.227 b,Est iudices ita ut dicitur. Att.
100 b,Velim des operã ut inuestiges,sit'ne ita. Brut.96
b,Id si ita est,istic tibi censeo commorandum.pro Rab.
91 a, Quæ cum ita sint,primum,&c. Att.227 b, Quod
cum ita sit,maximè uellem,primum,&c. pro Syl.167
b,Ita inquit,tu enim,&c.Ep.49 a,Ita mihi pulcher hic
dies uisus est,ut uiderer uidere,&c. Attic.72 a,Hoc tibi
ita mando,ut dubitem,an etiam te rogem,ut pugnes ne
intercaletur.de Or.94 b,Ita quicquid est in quo,&c.
I.A.265 b,Ita de unoquoq;,ut quẽq; meritum arbitrun-
tur,existimant. Att.142 a, Ego te(ita incolumi Cæsare
moriar)tanti facio, ut paucos æquè ac te charos habe-
am.pro S.R.28 b,Non ita multis antè annis aiunt quen-
dam,&c.In V.118 b,& de Clar.176 b, Tadius non ita
multum tecum fuit.de Or.107 b,& 140 a,& In A.314
a,Non ita multum spacij est,& de Clar.187 a, Non ita
multi sunt.de Nat.18 b, Quibus homines non ita subito
mouentur.de Clar.168 a, Themistocles non ita sanè tu-
tus.In V.226 a,Simulachra præclara,sed non ita antiq-
qua:id est,non multum antiqua.de Clar.168 a, Ille non
ita pridem abijt. Orat. 199 a, Non ita lato interuallo
mari. Orat.202 a,Rarus incessus nec ita longus,de Or.
115 b, Ac mihi quidem non ita molesti sunt.de Clar.188
a, C.Fimbria non ita se diu iactare potuit. pro Qu.3 a,
Nec ita multo pòst in Galliam proficiscitur.& ibidem:
Cum non ita commodè posset. pro Flacc.156 a, Interim
nec ita longo interuallo ille uenit. Epist.10 b, Non ita
magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram.
de Fin.73 b, Accessione utuntur non ita probabili.Ep.
160 a,Non ita necesse est.pro Qu. 6 a, Nec tamen ita
cleare non ita necesse est.pro Qu. 6 a, Nec tamen ita
multa uerba faciam. Acad.2 a, Hoc tibi nõ ita decorum
est.Epist.53 a, Cum ita latè pateat eius potestas.& 19
b,Ita sunt omnia debilitata iam propè & extincta.& 19
136 a,Hæc ad illũ perferuntur: ita enim ipse mandauit
sic fit,ut putet,&c. & 8 b, Atq; ita,ut nullam,&c.de
D.125 b,Itáne? & In Ver. 84 a, Itáne uerò hoc Brutus

egit,ut Lanuuij esset?de D.85 a,& In A.99 b, Casu in-
quis,itáne uerũ?de D.122 b,Itáne censes? antè coronam
exitisse quàm,&c.Ita tamen si,enim uerò si.I.Enimue
ro:Ita tamen si,enim uerò nisi.

Ita, interdum iurandi formam habet. I. C. 120 b, Nam ita
mihi salua republica uobiscum perfrui liceat, ut ego,
&cætera.

Italia, liæ. regio est quam natura mari supero & infero
& alpibus muniuit, & non sine diuino numine. pro
Arch.186 a, Erat Italia tunc plena Græcarum artium,
studiaq; hæc & in Latio & hic Romæ colebantur. de
Oratore,122 b, Referta quondam Italia Pythagoreo-
rum fuit.contra Rull.79 b, Etenim quantulum interest
utrum in Musicis radices,an in Italiam, altóue deduca-
mus?

Italicus,a.Tusc.247 b, Italicæ mensæ. In Verr.243 b,
Italicum bellum. ad Heren.116 b,de Offic.93,Italici phi
losophi.

Italus,a,um.de Ar.248 a,Itali ac Latini.

Itaque.proinde.de Am.56 a,Itaque ex me quærunt, etc.
& pro Deiot.145 b,bis.Epist.3 b,bis.& 186 a,de Clar.
165 b,Homines mihi ita chari,itáque iucundi,ut,&cæ
& de Fin.92 a.

Item.similiter,etiam,quoq;.de D.111 b,Solis defectiones,
itemq; lunæ prædicuntur,&c.de L.180 b,Placuit Scæ-
uolæ & Coruncano,itemq; cæteris,qui,&c. In A.191
a,D. Brutus, L. Plancus, itemq; cæteri qui, &c. & In
Ver.246 b,Quibus item ut cæteris imperabat,&c. de
Amic.96 a,b,Itaq; ex me quærũt credo, & ex hoc ità
Scæuola.At. 21 a, Græcè item scriptum L. Coßmio ad
te dedi.de Orat.131 a,In re est item ridiculum. Qu. Fr.
224 a,Aiunt nonnulli,Sallustius item,me,&c.I.C.112 a,
Gabinium statim ad me uocaui, deinde item accersitur
Statilius. Acad.11 b,Vt enim de sensibus, item faciũt de
reliquis.i.ità,uel idem.de D.102 b, Romulus augur cum
fratre item augure. At.166 a,Tu meas epistolas cõcerpi
to,ego itẽ tuas.i.uicissim.de Orat.94 b, Nihil est quod
cogat homines,sicut in foro nõ bonos oratores,item in
theatro malos actores perpeti Ter. 74 b, Si ex capite
sit meo natus,item,ut aiunt, Minerum esse ex Ioue.Ep.
80 a,Hoc item tẽpore breuior esse debeo. de Inuen. 42
b,& 50 b,& item,&c.& 51 a, Ac primò sic,&c. &
item postea,&c.Ep.70 b,Te non uenisse miratus sum,
quod itẽ nunc miror.& pro Qu. Ros. 50 a,Quod item
nuper,&c.Ep.21 b, Mea q; item in te singularis beneuo
lentia.& 41 a,De quo item sermone.& 132 a, M. Pla-
nio,qui est item Calenus.166 b,bis.M.Lepidus imp. i-
tem pontifex max.In Verr.245 b,Cur Tauromitanis,
item fœderatis nauem imperasti? Att.39 b, Quare ut
tecũ acrius,te rogo,&c. Of.216 b,Non item in oratio-
ne,ut in uersu extat numerus. I.V. 204 a, Fecisti itẽ uti
prædones solent.de Ora.133 a,Ego item,inquit illis,quæ
&c.I.V.135 b,Item ut uos Romæ cognouistis. de Orat.
119 a,& item de cæteris rebus.Par.241 a,& pro Mur.
140 a,Et item commune periculum.de Leg.171 b Ergo
ut,&c.item,&c. Att.36 a,Spectaculum tibi uni iucun-
dum,cæteris non item.& Epist.255 b,Alijs fortasse non
item.de Nat.38 a,Quod in libero seruant, in libera nõ

item. Ac.7 a, Alterũ uidemus,&c. alterum nõ item,&
Tusc.215 b,Animorum non item.de Fi.62 b,Item cõtra.
Top.126 b,Itemq; quæ,&c.& In V.87 b, Itemq; cum,
&c.& de Or.114 b,Itemq; de rep.

Iter,itineris.At.12 b,Censeo uia Appia iter faciãs,celeri-
ter Brundusium ueniãs.& ibi.Consestimq; cum Qu.fra
tre & liberis nostris iter in Apuliam facere cœpi.&
Epist.244 a,Iter in Ciliciam facere cœpi. Attic.211 b,
Cum illi iter instaret,& subitum & longum.At.284 b,
Tabellarius quem ad Brutum miserã, ex itinere redijt.
& de In.52 a, Venire ex itinere.pro Mil.106 a,Iter ne-
cessarium eo die illi erat Lanuuiũ.& Ep.144 a,Meũq;
iter eò cõtuli.& At.40.b, At. 69 a. Deinde cogitabã
sine ulla mora ista itinera facere.At.75 b,Nunc iter con
ficiebam æstuosa & puluerulenta uia. & 225 b,Trebo
nius itineribus deuijs profectus est in prouinciam. At-
tic.259 b, Veni ad pontem Tyretium, in quo flexus est
ad iter Arpinas.de Orat.135 b, Perge cõficere iter reli-
quum.Quint.Frat.324 b,Patiamur illum ire nostris iti
neribus.Att.126 a,& Ep.24 b, Cohortes quæ ex Pice-
no ad me iter habebant.Att.12 b, Cæsarem iter habere
Capuam.Qu.Fr.310 a, Luceius in Sardiniã iter habet,
pro Sex.Ros.12 b,Cui ne iter quidem ad sepulchrum pa
trium relictum est.Pl. Ep. 150 a, Cum iter ad Mutinam
dirigerem, in itinere de prælio sãcto audiui. Tusculan.
169 a, Prò dij immortales, quàm optabiliter iter illud
ineundũ esse debet.de Or.83 b,Ingredi iter pedibus,in-
gredi iter equo.In Anton.243 b,Iter longum ingressus
sum.de Diuin.86 b,Itaq; persæpe reuertit ex itinere,cũ
iam progressus esset multorum dierum uiam. & I. V.
191 b,In Vat.31 a,b, Cum iter illud Hispaniense pedibus
ferè confici soleat, aut si quis nauigare uelit,&c. pro
Plan.279 a,Iter à Vibone Brundusiũ terra petere con-
tendi.pro Pom.9 b,Testis est Gallia, per quam legioni
bus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione
patefactum est. Ep.245 a, Cum abessem ab Amano iter
unius diei.Ep.174 a,Biduo me Antonius anteceſit. &
133 b,Quatridui iter. & 257 b,Tertio die abs te ad Aly
zìam accesseramus.pro Cec.299 a, Aquæductus, hau-
stus,iter,actus.hic iter,ius est,quo quis ire potest,nõ iu
mentum aut uehiculum agere.

Iteratio,nis.geminatio,repetitio,redintegratio.Or.204
a,Verborum iterationes.& de Or.161 a, & ad Her.33
a,Plurium uerborum iteratio.

Itero,as.gemino,duplico,repeto.de Orat.209 a,Cum aut
duplicentur iterenturq; uerba,aut breuiter co mutata
ponuntur.& ibid.b,Vt quod dixit iteret. de Orat.120
b,Ager non semel aratus, sed nouatus & iteratus. Par.
231 b,Verba sæpius iterata.& 234 a,Verba iterata,du-
plicata.ad Heren.33 a, Iterando redintegrare aliquid.
Aca.22 a,Iterandum eadem & ista mihi.Tus.184 a, Ite-
randum eadem mihi ista,aliter,Iteranda: sed mendo-
sè sic ad At.229 b.

Iterum.rursum.pro Fl.156 b, Iterum iste Romam se re-
tulit.pro Do. 240 b, Bis ame seruatus est, separatim
semel, iterum cum uniuersis. de In. 56 a, Primò quidem
decipi incommodũ est.iterũ stultũ,tertiò turpe.Ep.122
a,Id ut re experiatur,iterũ & sæpius te rogo.pro Sest.
11 a,L. Saturninus iterũ tribunus.de Ar.249 a, P. Afri-
canus iterum cõsul ille maior,&c.& de Diuin.96 a,C.

Flaminius consul iterum. de Diu. 133 b, Nonnunquam etiam iterum ac tertium. pro Fon. 279 d, Semel atque iterum ac sæpius. de Orat. 118 b, Iterum autẽ peccant, cum se iungũt, &c. pro Pom. 9 b, Testis est iterum ac sæpius Italia. pro S.R. 28 d, Iterum ac tertiò nominaui, &c. de Clar. 171 d, Et Liuianæ fabulæ non satis dignæ iterum legantur.

Ithaca, cæ. parua insula Vlyssis patria. de Or. 101 d, & de L. 169 b.

Ithyreus, a, um. In A. 181 b, Ithyrei barbari cum sagittis. & 164 d.

Itidem. vbi. similiter, pariter, item. de D. 83 d, de L. 161 d, Et ea quæ mouent sensus, itidem mouent sensus omniũ. Part. 236 b, Temperantia in rebus incommodis est itidem duplex. bis. & de N. 71 b, Vinctus itidem à filio Saturnus. de Leg. 170 b, Quia nunc itidem ab eodem sunt nobis agenda capienda primordia.

Itio, onis. eundo, itus.)(. Reditio. Attic. 189 d, De obuiam itione faciam ut suades. & 221 b, de Diuinat. 95 d, Sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domum itionem dari.

Ito, as. frequenter eo. Ep. 141 b, Te ad cœnas itare desiisse, moleste fero.

Itus, tus. itio, incessus. Att. 240 b, Quis porrò noster itus, reditus, uultus, incessus inter nos?

Iuba, bæ. crimes è collo equorum & aliarum bestiarum pendẽtes. de Natur. 48 d, Hic equus ille iubam quatiẽs, &c. de Diuin. 95 b, Equus cuius in iuba examen apum consederat. de D. 122 b, Dionysij equus habuit apes in iuba.

Iubatus, a, um. iuba ornatus. ad Her. 39 b, Tanquam iubatus draco.

Iubeo. bes. cogo, uolo, hortor.)(. Veto. Ep. 215 d, Literæ non quæ te aliquid iuberent, sed commendatitiæ. Epist. 332, Sperare nos amici iubent, suadent, hortantur. Attic. 208 b, Et si tuæ literæ rectè sperare iubent, tamen, &c. pro Deiot. 151 d, Iubeo te bene sperare & bono animo esse. Ep. 96 d, Valde iubeo gaudere te. In V. 69 b, Iubeo te sine cura esse. & Att. 188 A Ita porrò te sine cura esse iussit. Att. 96 d, Illum salutaui, postea iussi ualere. & 62 d, Dionysium iube saluere.

Iubere. pro decernere, statuere, & est populi proprium. In Anton. 175 b, Cæsar ostendit se, priusquàm proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum. Attic. 275 d, Quod nec senatus censuit, nec populus iussit, id arroganter nõ præiudico. pro Cecin. 203 b, Si populus iusserit me tuũ seruum esse, putásne id iussum ratum, atq; firmum futurum? contra Rul. 77 b, Quia uos fœdus non iusseritis, ueretur Hyempsal, ut satis firmum sit. pro Fla. 149 d, Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet. pro Corn. 62 b, Populus Romanus legẽ iussit de ciuitate tribuenda. I.V. 141 b, Senatus decreuit, populusq; iussit. de Ora. 90 d, Num apud populum de legibus iubendis atq; uetandis.

Iucundè, suauiter, dulciter. pro Deiot. 147 d, Cum in cõuiuio comiter & iucundè fuissẽs. de Am. 95 b, Is multa narrare de C. Lælio memoriter & iucundè solebat. pro Cæl. 40 d, & 42 b, Tus. 247 b, Iucundè edere uel bibere. de Fin. 57 b, Iucundè uiuere.

Iucunditas, tis. festiuitas, lepor, hilaritas, fructus. de Ora. 87 d, Multa in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos. & Attic. 161 b, Et si nihil unquã tam fuit serendũ, quàm nihil mihi unquam ex plurimis tuis iucundius fuit. de Fin. 67 d, In corpore uoluptas omniũ latinè loquentiũ more punitur, cum percipitur ea, quæ sensum aliquem mouet uoluptas. & ibi. Iuuare in corpore & in animo dicitur, ex eoq; iucundũ. Of. 25 d, Relaxare animũ & dare se iucunditatí. Rul. 81 b, Vrbani quibus istæ agri spes & iucunditas ostenditur. pro Dom. 228 d, Itaq; ille dies tantæ mihi iucunditati fuit, ut, &c. Antequàm. 193 b, Idcirco uitæ eripere cupiunt, uti cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. i. uoluptatis. & 193 d, de Finib. 56 b, Voluptas, quæ cum iucunditate quadam percipitur sensibus. de Or. 157 d, Delectatio iucunditasq;. de Am. 111 b, Tranquillitas & iucunditas animi. pro Mar. 134 d, Ex quo quidem maximus est fructus iucunditasq; sapienti. & pro Mur. 133 b, Fructus iucunditatis. pro Dom. 228 d, Ille dies tantæ mihi iucunditati fuit, ut, &c. Qu. Fr. 311 b, Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc asperst mo iucunditatemq;.

Iucundus, a, um. amœnus, dulcis, suauis. differt à grato iucundus, quòd iucunda, sunt item grata, sed nõ continò grata, sunt etiam iucunda. Nam grata est ægroto medicina, uerùm iniucunda & insuauis: at sitienti, potus & gratus est & iucundus. I. Gratus.)(. Odiosus. In C. 118 b, Est mihi & iucunda in malis, & grata in dolore uestra erga me uoluntas. Qu. Fr. 320 d, Et mihi per gratũ peregrè me uoluntas. Qu. Fr. 320 d, Et mihi per gratũ peregrè iucundũ erit. At. 14 b, Fuit enim mihi sæpe & laudi no strræ gratulatio tua iucũda, & timoris cõsolatio grata. At. 52 d, Ista ueritas etiãsi iucundæ nõ potest, mihi tamẽ grata est. Ep. 51 d, Cuius officia iucundiora scilicet mihi sæpe fuerunt, nunquam gratiora. 72 d, Amor tuus mihi gratus & optatus, dicerẽ iucundus, nisi id uerbum in amne tẽpus perdidissem. I. C. 120 b, Comes alicui charus atq; iucundus. Ante. 192 d, b, Iucundissimus fructus habetis. In C. 221 d, Patriæ solum cùm est omnibus charum, tum uerò dulce atq; iucundum. de Orat. 137 d, Inuchi in homines charos, iudicibusq; iucundos. & 140 d, Sententiæ iucunda est auditu in laudationibus. & 103 d, Sententiæ ad probandum accommodatæ, & uerba ad auditionem iucunda. & 148 d, Scientiæ suauitas, quo nihil est homini iucundius. Tus. 247 d, Nihil uisum est illo puncto iucundius. pro S.R. 26 b, Is nihil aut patri gratius, aut sibi iucundius, aut re uera honestius facere posset. contra Rul. 4 d, Agri iucundi & fertiles. Sal. in Cic. 270 b, Fulia tibi iucũdior atq; obsequẽtior quàm parenti par est. Epist. 57 b, Ille mihi iucundissimus est. pro Pomp. Conspectus uester multo iucundissimus. de Fi. 67 d, & 54 d, Iuuare enim in animo & corpore dicitur, ex eoq; iucundum. I.V. 152 b, Odor suauis & iucundus.

Iudæus, a, um. pro Flac. 160 d, Cum aurum iudæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret, & de Pro. 71 d, Iudæi & Syri nationes natæ seruituti.

Iudaicus, a, um. pro Fl. 160 d, Aurum Iudaicum.

Iudex, cis. arbiter, disceptator, animaduersor, existimator, æstimator. de Fin. 61 d, Attic. 277 d, & pro Qu. 5 b, Flauius noster de cõtrouersia, quam habet cum Dyrrachinis hæreditaria, sumpsit te iudicẽ. de Or. 127 d, Equites Rom.

tes Rom. apud quos tum iudices causa agebatur. pro S. R. 26 d, Fãnius huic quæstioni iudex præfuit. & pro Cl. 33 d, C. Visellius iudex quæstionis. pro S.R. 32 d, L. Cassius ille quẽ populus Rom. uerisimũ & sapientissimũ iudicẽ putabat, identidẽ in causis quærere solebat, cui bono fuisset. & ib. Hunc quæsitorẽ ac iudicẽ fugiebãt, atq; horrebant. & ib. Vel illo ipso acerrimo iudice, uel apud Castianos iudices causam dicere. pro Cec. 294 d, De uiris ipsum habebo iudicẽ Ebuti. pro Clu. 39 d, Sed tũne iudex in C. Fabritium. & 59 b, Iudex in aliquem. & 42 b, Neminem uoluerũt nostri maiores, ne pecuniaria qui dem de re minimus esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. & ib. Prætores urbani qui iurati debẽt optimũ quemq; in selectos iudices referre. pro Mur. 130 b, Vtrum iudicem an arbitrum dici oporteat. I. V. 114 b, Prætor det quem uelit iudicem. & 153 b, De conuentu nullum unquã iudicem nec recuperatorem dedit. & 248 b, Iudex bonus esse nemo potest, qui suspicione certa nõ mouetur. pro R.P. 124 d, Accusaui de pecunijs repetũdis, iudex sedi, prætor quæsiui. pro Syl. 185 d, Vos reiectione interposita repenimi in nos iudices consedistis. pro Dom. 220 d, Qui de quaq; re constituti iudices sunt. & pro R.P. 128 b, Iudex de reo. pro Plan. 260 d, Populus semper dignitatis iniquus iudex est. Of. 60 b, Nec si iudex quidem erit de ipso amico. In A. 156 b, In iudice spectari & fortuna debet & dignitas & ib. Lex promulgata de tertia decuria iudicum: id est, centurionum. pro Planc. 265 b, Sanctissimus & iustissimus iudex. pro Syll. 185 d, Sic nos si acres ac diligentes iudices esse uolumus, animaduersoresq; uitiorũ, magna intelligemus sæpe ex paruis. Ep. 18 d, Iudex in aliquẽ. & 61 b, Vt tu quo que æquum te iudicẽ dolori meo præbeas. Of. 23 d, Abeat. pro Syl. 176 b, Te existimo tibi statuisse quid facerem se & uitiorum & bonorum suorum iudicem præres, & satis idoneum officij iudicem posuisse. de Finib. 92 d, Aequus æstimator & iudex rerum. Orat. 207 b, Iudicem me esse, non doctorem uolo. In Ver. 71 b, Iudex in teger, seuerus, tristis, summa religione. & 180 b, Iudices Cassiani seuerissimi. Tusculan. 150 d, Inexorabiles iudices Minos & Rhadamanthus. & 169 b, Aeacus & Tripolemus.

Iudicatio, onis. disceptatio, propria iudicij quæstio. de In. 46 d, Iudicatio est quæ ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur controuersia. Par. 239 d, Extra ionis autem, & ex firmamenti constitione, & quasi concursu quæstio exoritur quædam, quam disceptationem uoco: in qua quid deueniat in iudicium, & de quo disceptetur, quæri solet. Top. 229 d, Sed quæ ex statu cõtentio efficitur, eam Græci κρινόμενον uocant: mihi placet id, quoniã quidem ad te scribo, qua de re agitur, uocari. de In. 64 d, Quæstio in coniecturali eadem quæ iudicatio. & ad Her. 5 b. I. Crimonemõ, Iudicatio, Iudiciũ.

Iudicatum, ti. res iudicata. de In. 70 b, Iudicatum est de quo iam antè sententia alicuius aut aliquorum constitutum est. 52 b, Iudicatum est res, assensione aut autoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. ad Her. 9 b, Iudicatũ est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. pro Flac. 156 b, Prætor decreuit, ut si iudicatum negaret, in duplum iret. & ibid. Itaq; recuperatores contra istum iudicarunt, cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab eo ductus est. pro Qu. 5 d, Iste postulat ut procurator iudicatum solui satisdatret. pro Quint. 7 b, Si uereatur ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satis accipiat. pro Flac. 156 b, Prætor actionem se daturum negauit, re iudicata stari ostendit placere. pro Syl. 179 d, Rogatio Cæcilia. & ibid. Cæcilius, qui id promulgarit, in quo uidebatur res iudicatas uoluisse rescindere. & ibid. Status reipub. maximè iudicatis rebus continetur.

Iudicatus, ta, tum. In Ant. 233 d, Iudices, quorum res iudicatas irritas fecimus. & contra Rull. 68 d, Rerum iudicatarum infirmationes. pro Dom. 228 b, Rem iudicatam referre. & pro Cluẽt. 41 b, Id maiores nostri nunquam iudicium nominauerunt, neq; perinde ut rem iudicatam obseruauerunt animaduersionem atq; autoritatem censoriam. pro Rabir. Posth. 123 b, Causa iudicata atque damnata.

Iudicatus, tus. iudicatio, iudicium. Attic. 191 b, Approbo maximè quòd de iudicatu meo responsum sit. In Anton. 156 b, Isti ordini iudicatus etiam antè lege Iulia patebat.

Iudicialis, le. iudicij causa, forensis. de Inu. 43 b, Iudiciale genus est, quod positum in iudicio habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & recusationem. Orat. 213 d, Oratio iudicialis & forensis. de Cla. 191 b, Forense, concertatorium, iudiciale genus dicẽdi. At. 21 b, Ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere. pro Arch. 192, Quæ firmè à me & iudiciali consuetudine. ad Heren. 11 d, Hæc causa iudicialis fieri non potest. de D. 120 d, Iudiciales causæ. et I.V. 224 b, Persequi aliquẽ legibus ac iudiciali iure. de Orat. 114 d, Oratio sine iudiciali asperitate. Att. 205 b, Iudiciali asperitate uti caream uidebis.

Iudiciarius, a, um. iudicialis. I.V. 77 d, Vt finis aliquãdo iudiciarię controuersiæ constitueretur. & pro Cl. 32 b, Quæstus iudiciarius. de In. 59 d, & I.P. 99 b, Iudiciaria lex Cæpionis.

Iudicium, cij. legitima contẽtio, disceptatio, quæstio, lis, cognitio, notio, actio, æstimatio, uel existimatio, pœna, sententia, iudices ipsi, & iudiciorum locus. pro Cecinna, 286 d, Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. pro Quinto Roscio, 46 b, Aliud est iudicium, aliud arbitrium. Iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. pro Cecinna, 285 b, In hac causa non de improbitate Ebutij, sed de iure ciuili iudicium fieri uidetur. pro Sext. Rosc. 36 b, Itaq; mandati iudicium constitutum est. pro Quint. Rosc. 50 d, Iudicium damni iniuria constitutum. pro Quint. 2 d, Prætor iudicium prius de probro, quàm de re fieri maluit. & de Opt. 344 b, Iudicium fieri de factis famaq; Demosthenis. & ibid. Hunc igitur in iudicium adduxit Aeschines. & ibid. Si prius exposuero, quæ causa in iudiciũ deducta sit. pro Quint. 7 d, Romæ iudicia fiunt, & in prouincia ius dicitur. pro Quint. 11 b, Accipere iudicium in ea ipsa uerba, quæ aduersarius ediderit. & ibid. Accipere iudiciũ pro aliquo. In V. 122 d, Quod iudicium secundũ Heraclium de compromissis factum erat. & 231 d, Postquam iudicia seuera Romæ fieri desierunt. & 114 b, Qui iudicãt,

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut qui iudicia dant.& 63 b,Iudiciũ dat statim.& 104 a,Dare iudicium in aliquem.& 181 b,Ex formula, & c. pro Flacc.162 b,In Lurgonis libertum iudicium ex edicto dedit.In Verr.65 b,& de Claris Orat.174 b,Vocare aliquem in iudicium. de Claris Orat. 176 b, Vocare aliquem in iudicium capitis. Officior. 64 a, Iudicia in quibus ex fide bona agitur.pro Cæl.37 b,Omnibus negocijs intermissis unum hoc iudicium exercetur.& pro Arch.192 a,Qui iudiciũ exercet:id est,prætor.& 186 a,Prætor iudicium exercens. Quint.Frat.317 a, Scauri iudicium statim exercebitur.pro Cec.296 b,Iuris iudicium cum erit & æquitatis,caue in ista tam frigida ea lumnia delitescas.pro Cluent.18 b, Illa definitio iudiciorum æquorum,quæ à maioribus nostris tradita est, ut sine inuidia culpa plectatur,& sine culpa inuidia ponatur.Sal.in Cic.271 a, Cum legis Planciæ iudicia domi fuerint.pro Clu.36 b, Quid illa tãdem quæstio,aut disceptatio,aut iudiciũ fuit?pro Planc.266 b, Senatus de reiectione, de ambitu fieri uoluit iudiciorum alterorum.pro S.R.20 a,Iudicium inter sicarios hoc primum committitur. & ibid. Vt acria & seuera iudicia fiant. de Pro. 79 a, Censorium iudicium ac notionem & illum morem seuerissimum magistratum de ciuitate esse sublatum.In P.100 b,Tum tu ipse de te sententiam tulisti, tum iudicium pronunciasti.pro Cluent. 40 b, Iudicium à subsellijs in rostra deferre: id est, à iudicibus ad populum. Attic.66 b,Lex Plocia de iudicijs.de Inuent. 69 b,Iudicium purum & iudicium cum exceptione.& ibid. Recuperatorium iudicium. Cæl. Epist.123 b, Legis Scantiniæ iudicium apud Drusium fit. ad Heren. 40 b,In iudicio superari turpissimũ est,superare pulcherrimum.ad Herennium,9 b,Quod genus M.Drusus prætor urbanus,quod cum hærede mandati ageretur,iudicium reddidit, Sextus Iulius non reddidit. Pro Quint. Rosc.52 b, Iniurato in sua lite,aut iurato in alieno iudicio credere.de Inu. 62 b, Probari iudicio alicuius, qui uerissimũ pulchritudinis iudiciũ habeat. de Oratore, 160 a,Iudicium acre & certum.de Inuẽt. 66 b, Facere iudicium de aliquo ex anteacta uita.Epi.182 a, Grauissimum uerò iudicium de mea fide, & de constantia fecisti,cum, & c.pro Marc.138 b, Propter singulare animi mei de tua uirtute iudicium.de Orat.148 a, Animi quodam iudicio abhorrere à re ciuili.de Nat.60 a,Cum suo cuiq; iudicio sit utendum. Attic.121 a, Hæc scripsi sedato animo,nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuũ.& ibid.Cuius cum cognouissem mores, tuo tamen potius stabam iudicio quàm meo.Off.74 a,Nõ enim suo iudicio stetit Regulus,sed iudicium senatus esse uoluit.Attic.193 a, Ego meo iudicio multo stare malo quàm omniũ reliquorũ. Of.1 b,Nos aũt quantũ in utroque profecerimus,aliorũ sit iudiciũ,utrũq; certè secuti sumus.pro Qu.5 b,Secus de se iudicare,quod iudicium est grauissimũ.de Clar.165 a,In quo iuratus iudiciũ meæ dignitatis fecerat.At.228 b, Si bonitas tua respõderit iudicio meo,quod semper habuit de te, gaudebo. & 238 a, Brutus,quod iudiciũ habet de rep.ita cõsecutus est,& c. pro Pl.279 a. Tum herculè me confitear nõ iudiciũ aliquod habuisse de reip.utilitate: id est,nihil respexisse rẽ pub.de D.88 a, Ne reliquorũ seculorũ iudiciũ, quod de ipsis futurũ est,pertimescere.Qu.Fr.298 b,Tibi utẽdũ

est existimationibus ac iudicijs posterorũ. Or.204 b,De cuius meritis tanta senatus iudicia fecit, comprobante populo Rom.quanta de nullo.I.A.159 b, Et populi qui dẽ Romani iudicia & testimonia multa habetis.Br.81 a, Quod scribis, & c. quid ego sentiam,mei iudicij esse statuo nihil,nisi hoc,senatus aut populi Romani iudiciũ esse de his ciuibus,qui, & c. Br.287 a, Si flexerũt aduersus alios iudiciũ suũ, quod tanta firmitate & magnitudine direxit in exturbãdo Antonio.de Nat.104 a,Deposui nõ philosophorum iudicia,sed deliratiũ somniũ. Ep.248 a, Ad meũ sensum & ad illud sinceriũ ac subtile iudiciũ nihil potest esse laudabilius,quàm,& c.de Pet. 205 a, Quasi in singulis causis iudiciũ de omni ingenio futurũ sit. Or.199 a,Athenienſium prudens sinceriusq; iudicium. Ep.112 a,Iudicium limatũ & politũ. Or.199 a, Atticorum aures teretes & religiosæ.de Opt.244 a, Qui teretes aures habent,intelligensq; iudicium. Orat. 210 b, Aures, quarum iudicium est superbissimum. Qu. Fr.298 a,Vir iudicio eruditissimus. Or.203 a, Iudicium electioq; uerborũ. & ibid. Magni igitur iudicij & summæ facultatis esse debebit moderator ille, etc. pro Pomp. 12 a,De quo uos homine,id quod maximè facit autoritate tanta,& tam præclara iudicia fecistis?Epist.74 a, Iudicare iudicium facti alicuius.pro El.164 a, Multa & grauia iudicia de coniuratorum scelere fecistis.pro Dom. 227 b, Senatus cuius est grauissimũ iudicium de iure legum.de Or.95 a, Subire iudicium graue. Or.200 a, Iudicia sunt uaria,ut græcis.de Cl.181 b, Qui iudici opinione diserti sunt habiti,hi intelligentium quoque iudicio fuerunt probatissimi.de Clar.167 b,& 181 a,& 183 a, Gloria,quam nemo quidem meo iudicio est postea consecutus.Tusc.148 a,Meum iudicium semper fuit, omnia nostros inuenisse per se sapientius quàm Græcos.de In. 43 a,Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ studendum est.& pro Sest. 14 a, Hoc meo quidem animo summi in patriã amoris mei signum esse debet. I. meo iudicio.de Orat.113 b,Mea sententia.Item: Optimo meo,quãtum iudicare possum,ut mihi quidem uidetur, ut sentio,sicut mihi uidetur.Regula cognitionis & iudicij.Regula.l.Dialectica.

Iudico,as.iudicium facio,cognosco,discepto,sententiam dico uel fero,litem do,decerno,statuo,constituo,iudicium meum interpono,iudicium iudico,pronuncio,diiudico,iudicio decerno,meum iudicium esse in eadem sententia sum,existimo. pro Fl.156 b, Itaq; recuperatores contra istam rem minimè dubium prima actione iudicauerunt.Atti.253 a, Consulibus lege permissum erat,ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. & Cl.172 a, Iudicare,cognoscere,statuere de aliqua re.& In Ver.132 b,Res ab isto iudicatæ,cognitæq; pro Cecin. 297 a.Iudicare aliquid ex æquo & bono. de Orat. 97 b,Iudicare de aliqua re inter aliquos.& pro Milon.107 a,Iudicare de aliquo. Officior.67 a,Iudicare contra alicuem.pro Quint.Rosc.45 a,Secundum tabulas aliquid litem dare.de Diuinat.104 a,Iudicauit iudicium inclytum inter deas treis aliquis,& c. Quint.Frat.314 b,Vestra culpa hæc acciderunt equites Romani, dissolutè,dissimum iudicatis.pro Sext.Rosc.41 b,Laudabunt omnes,si rectè & ordine iudicatis,pro Fl.184 a, Nefas est publicanum iudicare contra publicanum.de Oratore,124 b, Plura

Plura iudicant homines odio aut amore,& c.quàm ueritate aut præscripto,& c.pro Planc.260 a,Populus nõ delectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum,sed impetu nonnunquam & quadam temeritate. de Orat. 161 a,Omnes tacito quodam sensu, sine ulla arte & ratione, quæ sunt in artibus ac rationibus recta ac prauа dijudicant. & 94 b, In artibus, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, diligenter ac propè fastidiosè iudicamus. & 95 a, Quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus: quoties enim dicimus,toties de nobis iudicatur. pro Marc. 135 b,Serui igitur etiam ijs iudicibus,qui multis pòst se culis de te iudicabunt, & quidem haud scio an incorruptius quàm nos:nam & sine amore,& sine cupiditate, & rursus sine odio,& sine inuidia iudicabunt. Qu. de Pet.208 b,In ijs omnibus generibus quãtum quisq; possit,iudicato atq; perpendito.& Of.50 a,Non enim numero hæc iudicantur, sed pondere. de Diuinat.127 a, Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quæ ratione atq; animo uidere debeant.In Ant.106 a,Cum enim iudicaustis,& c.ipsud etiã statuistis,& c.& ibid.Iudicetur non uerbo,sed re,non modò non consul,sed etiã hostis Antonius.de Orat.119 a,Atq; ego,& c.sic statuo & iudico,neminem,& c.In Ant.237 b, Contrà ac Deiotarus sensit,uictoria belli iudicauit. Epistol. 32 b, Quod egomet multis iam argumẽtis antea iudicaram.In Cat. 120 b,Ego enim de meo sensu iudico.Epist.172 a, Tu eundem à certo sensu & uero iudicas de nobis. de Fin.63 b, Iudicare de aliqua re.Tusc.228 b,Sed in hoc me ipse castigo,quod ex aliorũ & ex nostra fortasse mollicie,non ex ipsa uirtute de uirtutis robore existimo:id est,iudico. de Cl.171 a, Orationes ex quibus existimare de ingenio possimus.de Legib.185 a,Cum magistratus iudicasset:id est,iudicauerit.l. Dialectica.

Iugatus,a,um.iunctus.Tusc.ul.294 a,Omnes uirtutes inter se nexæ & iugatæ sunt.

Iugerum,ri.terræ mensura,quantum uno boum iugo, uno die exarari potest iugum. In Ant.179 b, Medico tria millia iugerum dedisti. Attic.31 a,Qui ager,ut dena iugera sint,non amplius hominum quinq; millia sustinere potest.In V.155 b,Edixerat ut aratores iugera sationum suarum profiterẽtur. At.215 a, Is CC iugera de M. Pillo emit.In An.168 b, & 187 b,Duo millia iugerum agri Leontini Sex.Clodio assignasti.At.197 b,Is parcis b,iugera L.prati facilè irrigabis.

Iugis,ge.perennis. de D.103 a, Qui cum uidisset aquam haustam de iugi puteo,dixit,& c.& de N.31 a,Ex putеis iugibus aquam calidam trahi.de Diu.114 b,Aqua iugis,gis.nux,arbor, & fructus ipse. Tusc. 239 b, Iuglans,dis.nux,arbor, & fructus ipse. Tusc. 239 b, Iuglandem putamina.

Iugulo,as.iugulum ferire,necare.In V.121 b,& pro Cl.31 b,Postquam tam multis eum factis decretisq; iugulasset. At.16 b, Cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. Tusc.250 b.Nec grunnitum audiunt cum iugulatur sus.In An.284 a,et pro Qu.7 b,Qui multos ciues Brundusij iugulare iussit.& 18 a, Iugulare propinquum suum.In A.255 b,Vt facilius reuiuiscat Pompeianorum causa totiens iugulata.

Iugulum,li.pars colli anterior,collum,ceruix. pro Mil. 107 a,Dare iugulum inimico. Att.11 a,Vt aperte iugula sua pro meo capite P.Clodio ostentarint.In C.111 a,Mucrones gladiatorum à iugulis nostris retecimus. pro Sest.22 a,Vt aliquo præsidio caput,ceruices,iugulum,latera tutetur.de Fat.142 a,Socrates iugula concaua non habebat:nam obstructæ illæ partes & obturatæ erant. In Anton.262 b, Cæsar Antonij crudelitatem non solum à iugulis nostris,sed etiam à membris uisceribusq; auertit.

Iugum,gi.instrumentũ quo boues iunguntur,par boum, ingerum,par onus,dominatus,imperiũ.de N.36 b,Nos onera quibusdam bestijs,nos iuga imponimus. & 58 a, Boum ceruices natæ ad iugum. & de In.48 a, Angues ingentes aliter iunctis iugo.I.V.147 a, Multis iugis arare.& 143 a,Qui in singulis iugis arant.Off.94 a, Consules legionibus nostris sub iugũ missis pacem cum Samnitibus fecerant.I.A.231 b,Iugum imperiorũ. Antequàm. 192 b,Omnibus graue est seruitutis iugum.& ibi.Qui à uestro corpore iugum acerbissimũ repulit seruitutis. I.A.154 a, Patriæ liberatores urbe carebant ea,cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant.

Iugum,pro montis uertice.de Or.149 a, Hæc autem ut ex Apẽnino flumimum,sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia.

Iugum,pro libra,signo cœlesti.de D.128 b, L. Tarutius Romam cum esset in iugo lunæ,natam esse dicebat.

Iugurtinus,a.de N.74 b,Iugurtina coniuratio.

Iulianus,a,um. Octa.331 a, Iuliani gladiatores reliquiæ Cæsaris ludi.

Iumentum,ti.ut equus,mulus,boues. pro Cecin.195 a, Si uia sit immunita, lex iubet quà uelis agere iumẽtum. At.129 a,& Tusc.173 a, Quæ arma superabunt,ea Brundusium iumentis deportate.

Iunctio,onis.coniunctio.Tuscu.quæst.163 a,Secretio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Iunctus,a,um. coniunctus, continens, compositus, quod iunctione aliqua tenetur.de D.127 a, Chaldæi notant ea sidera natalitia,quæcunque lunæ iuncta uidentur.& de Fat.147 b,Causa propior,& cum exitu iunctior. Atti. 73 a,Propter propinquitatem totos dies simul eramus iuncti.Or.215 a,& Part.234 b, Verba translata, facta, iuncta.de Or.160 b,Verborum iunctio.

Iungo,gis.coniungo,copulo.de Nat.49 a, Aer mari continuatus & iunctus est.& de In.66 a, Indignatio iuncta cõquestioni.& de Or.156 a,Sapiẽtia iuncta eloquẽtiæ.& de Cla.196 b,Iisdem artibus decus omne uirtutis cũ summa eloquentia laude iunxisti. de D.139 a, Religio,quæ est iuncta cum cognitione naturæ.Tusc.149 b, Prudentiã cum eloquẽtia iungere.de Orat.158 b,Si uerba extrema cum cõsequentib.primis iungetis. de D.137 b,Quæ cum somnijs,naturali cognitione iungũtur.pro Deiot.148 b,Deiotarus cum hominibus nostris consuetudines amicitiasq; iungebat.& ibid.Cũ aliquo rem rationemq; iungere.de Or.130 b,& 147 b,Improbitas scelere iuncta.de Cl.179 a,Laudatio defensione iuncta.At. 89 a,Rheda equis iuncta.Att.145 b, Nunc uideo infinitum bellum iunctũ miserrima fuga.pro S.R.41 a,Iungere se ad aliquem.de Fi.134 a,Sic ad illa,quæ semper habuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lædo, dis. offendo, aliquid mali alicui in ferro, uiolo, iniuriam facio. pro Cec. 289 a, Non minus nos stulticia illius subleuat, quàm lædit improbitas. de Orat. 136 b, Sæpe testis non lædit nisi lacessitus. pro Mur. 145 a, Is iniustè nemínem læsit. pro S. R. 374, Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præsidium. Epist. 6 a, Quos tu reipublicæ causa læseras. I. V. 148 a, Qui alterū nulla priuatim læsi iniuria, in iudicium uocant. Epist. 59 a, Nec absentem me ludibrio læsum iri.

Læna, næ. uestis augur. alis, amiculum. de Clar. 169 b, Cum M. Popilius sacrificium publicū cum læna faceret. bis. l. Amicio.

Læsio, onis. oratorum quoddam ornamentum. de Orator. 162 d.

Læsus, a, um. de Orator. 137 a, Si læsus efferare iracundia. & pro Muren. 134 a, Cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit.

Lætabilis, le. lætādum, lætitia dignum. Tusc. 158 b, Quod ut ita sit, quid habet istares, aut lætabile, aut gloriosum? & 217 a, Cui nihil nimis lætabile ad efferendum uideri potest.

Lætè, hilarè. I. A. 222 a, Is autorem senatus lætè atque insolenter tulit.

Lætans, tis. lætus. pro Cl. 23 a, Cassia lætanti iam animo & spe optima confirmata, nubit Oppianico.

Lætifico, as. lætitiam affero, lætitia officio. de N. 46 b, Accessus solis lætificat terrā, ut cum cœlo hilarata uideatur. & 52 b, Indus nō aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit.

Lætificus, a, um. Tusc. 162 b, Vites lætificæ non intermittunt pampinis pubescere. Poetæ.

Lætitia, tiæ. lætitiæ uoluptas, alacritas, gaudium, hilaritas. Tusc. lib. 4. Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse uideatur. de Orat. 101 a, Percipietis etiam illam ex cognitione uiris lætitiam & uoluptatem, quod, &c. Att. 227 b, Lætitiam apertissimè tulimus omnes. de Ora. 106 a, Itaq; hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. & 115 a, Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. Br. 91 a, Quæ lætitia senatus, quæ alacritas erat. pro Pl. 281 a, Nolite iudi-

ces inimicis meis dare lætitiam. & Att. 227 d, Dare lætitiam alicui. pro Mil. 116 b, Milo maxima lætitia populum Romanum affecit. de Fi. 54 a, Recta et honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiā, id est, uoluptatem. Epi. 23 a, Comitia ista præclara, quæ me lætitia exulerunt. & Att. 224 b, Exultant lætitia in municipijs. Ep. 22 b, Repentè uerò inceßi omnibus lætitijs. In A. 285 b, Lætitiæ risus satis est maximæ præclarißimæq; pugnæ. Attico 230 b, Capere lætitiam oculis. pro Mil. 120 b, Lætitia deinteritu. P. Clodij. I. C. 102 b, Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudijs exultabis? quanta in uoluptate bucchabere? Postquam. 198 a, Incredibili, qua nunc uestro beneficio fruor, lætitiæ uoluptate eariuissem. de D. 120 a, Galli uictores alacritate & quasi lætitia ad certandum excitantur. In Ant. 164 b, Quid ergo? in tanta lætitia ciuitatis, me unum tristem esse oportebat? pro Deiot. 148 b, Aliquis lætitia elatus. L. Gaudium. L. Voluptarius.

Lætor, aris. exulto, triumpho, lætitia efferor, omnibus lætitijs incedo, lætè fero, lætitiam capio, lætitiam apertè ferro. I. V. 260 a, Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. pro S. R. 41 a, Hæc perfecta esse gaudeo, quòd esse ure uideo. Epist. 7 b, Minimè miror te tuis præclaris operibus lætari. ad Br. 91 b, De Cassio lætor, & reipub. gratulor. pro Mar. 136 a, Lætor de hac re. In a. 232 a, Deinde ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit summenter lætatus.

Lætus, a, um. lætanti animo, bono animo, alacri & erecto animo, alacer, hilaris. pro Fon. 280 b, Hi contra gantur læti atq; erecti passim toto foro. & pro Mur. 146 a, Catilina interea alacer atq; lætus. de Fin. 71 b, Ille Catilinarius, qui omnibus lætitijs lætum esse se narrat. pro Sest. 3 a, Aliquem alacrem atq; lætum uolitare. In Verr. 69 b, Lætus atq; alacer. (. Humilis & demissus. Att. 129 b. Læto uultu gratulari. de Orat. 157 a, Lætæ segetes. de N. 57 b, Vberrimi & lætißimi fructus uitium. de Sen. 88 a, Vua quid potest esse tum fructu lætius? tum aspectu pulchrius?

Lævus, a, um. finister. de D. 82 b, Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iußit. & Acad. 21 b, Diana sicut iacit à læua. & 36 b, Læua manus. de Fin. 114 a, b, Læua pars. (. Dextera pars. de Vn. 203 b, Ad lævam. (. Ad dextram. de Diuin. 125 a, A' dextra. (. A' læua.

Lagena, næ. uas uinarium ad ferendum habile. Epist. 106 a, Mater nostra, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ fortasse essent exsiccatæ.

Laguncula, læ. lagena parua. Att. 89 b, In his inuentæ sunt quinq; lagunculæ matronarum.

Lambo, bis. In V. 153 b, Hi canes, quos tribunal meum mordes lambere. & Hor. 29.

Lamentabilis, le. queribundus. de L. 183 a, Sumptuosa funera & lamentabilia. & Tus. 181 b, Lamentabilis uoce deplorans.

Lamentatio, onis. querimonia, questus, lessus. Tusculan. 154 b, Lugubris lamentatio fletusq; mœrens & 215 a, Lamentatio est ægritudo cum eiulatu. I. V. 110 b, & In C. 120 b, Fletus mulierum, & lamentationes fieri solitas pro his rebus. Orator 209 a, Plangore & lamentatione

compleui forum. de In. 62 a, Cum gemitu & lamentatione. Post. 208 a, Illa lamētatio & gemitus urbis. de L. 182 a, Lamentatio funeris.

Lamentor, aris. deploro, lamētationem facio. de Or. 106 b, Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset. In A. 239 b, Lamentari uxorem uidebam. de Orat. 263 a, Matrem ne ut miseram lamentantemq; uideam. In C. 119, Vt nemo ne ad deplorandum quidem reip. nomen atq; ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinqueretur. Tuscu. 164 a, Nam hæc quidem uita mors est, quam lamentari possem, si liberet. & 249 b, Cuius cæcitatem cum mulier cula lamentarētur, Quid agitis, inquit, &c. pro Fon. 284 a, Nolite pati iudices, aras deorum immortalium quotidianis uirginis lamētationibus de uestro iudicio commoueri.

Lamentum, ti. lamētatio. In P. 98 b, & de L. 183 a, In fortibus, lamentis, luctuq; iacuisti. Tusc. 185 b, Si se lamentis muliebriter lachrymisq; dedet. L. Sine.

Lamina, næ. in V. 269 a, Quid cum ignes ardentesq; laminæ, cæteriq; cruciatus admouebātur? de L. 182 a, Ad eam aram lamina inuenta est, & in ea scriptum, Dominatio honoris. Ego lego Lamina honoris.

Lampas, dis. lychnus, lucerna. In V. 131 b, Vidi argēteum Cupidinem cum lampade. de N. 67 b, Ille cui monte Oeo illatæ lampades fuerunt.

Lampsaceni. pop. I. V. 88 b, Lampsaceni officiosi, maximè sedati & quieti.

Lampsacum. In V. 88 b, Oppidū est in Hellespōto Lampsacum in primis clarum & nobile.

Lanens, a, um. de Nat. 76 b, Atque ei laneum pallium iniecit.

Langor, oris. sopor. Off. 25 a, Cauendum est, senectus ne langori desidiæq; se dedat. & 52 b, Ocium & solitudo langore corporis nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in uaria uisa & incerta. Att. 224 b, Videt langorem bonorum. In An. 202 b, Expectatio legatorum quam efferat langoris animis, quis nō uidet? & in Sal. 274 b, Exprobrare langorem & soporem alicui.

Languefacio, cis. langorem affero. de L. 177 b, Incitare languentes, & languefacere excitatos. aliter, Languere facere.

Languens, tis, languidus. Of. 27 a, Sine contentione uox nec languens, nec sonora. Epist. 161 a, Senatus languens & desessus.

Langueo, es, & languesco, scis. flaccesco, languidus fio. Exulto. In P. 97 a, Quanquam languet iuuentus, nec penitet atq; debet, in laudis & gloriæ cupiditate uersatur. de D. 93 a, Cum dormientibus ea pars animi lāguet. de Natur. 3 b, & 14 b, Cùm ocio langueremus, philosophiam nostris hominibus explicandam putaui. Off. 53 a, Tres ocio fiuor, nec solitudinem languere patior. de Ora. 83 a, Facilius est currentem, ut aiunt, incitare, quàm cō modere languentem. & 11 b, Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. Ac. 2 a, Hebescere & languere in ocio. I. A. 153 a, Cumq; languerem de uia, & mihimet displicerem, misi. &c. & 215 a, Consensus populi, si nos languescimus, debilitetur necesse est. & 240 b, Ipsa illa Martia legio lāguescet & molitur. de Sen. 82 b, Orator metuo ne languescat senectute. de Fin. 121 a, Cor-

pore alius languescat. Or. 197 b, Spem insringi, & languescere industriam.

Languidus, languens, debilitatus. de Sen. 82 a, Senectus nō modò làguida atq; iners nō est, sed etiam est operosa & semper agens aliquid & moliens. In A. 218 a, Non etiā languidiores facti sumus. pro Lig. 141 b, Languidiore studio in causa fuistis. Qu. Fr. 303 a, Qui antea, aut alieniores fuerāt & languidiores, nunc horum odio secum bonis coniungunt. de Or. 104 a, Mollis, languidus, eneruatus, omnia ad uoluptatem corporis, dolorēq; refe rens. In C. 106 b, Vino languidus. & ibid. Confectus uino. de Fin. 73 a, Vt tardam & languidam pecudem.

Laniatus, tus. laceratio. Tusc. 171 a, Quid mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?

Lanificia. in Oeconomico, teste Columella 241.

Laniger, a, um. de D. 89 b, Pecus lanigerum eximia pulchritudine. Accij.

Lanio, as. dilanio. de D. 102 a, Quem se torquentem lanians, rostroq; cruentans, &c. Epist. 95 a, Cum homo imbecillus à ualentissima fera laniatur. de D. 121 b, Cum ferus immani laniauit uiscera morsu. & Tusc. 172 a, Laniari à feris.

Lanista, stæ. gladiator magister, qui domi gladiatores habet & instituit, quos deinde locet & uēdat muneraryis. pro S. R. 21 a, & 38 a, Hic nuper se ad lanistam contulit. In P. 85 b, Quo in spectaculo mira reip. æquitas erat, uter eorum perisset tanquam lanista, in eo lucrum fieri putabat. Att. 21 a, Reus tāquam clemens lanista frugalissimum quemq; fecernebat.

Lanius, nij. qui pecora laniat, & uendit carnes. de Of. 30 b, Cætarij, lanij, coqui, sartores.

Lanuuium. ciuitas. Att. 75 a, cont. Rul. 85 b.

Lanuuinus, a. pro Cor. 60.

Lanx, cis. patina, uas cibis ferendis aptum, atque eiusdem quoque formæ appenduntur lances librę, in quas pondera imponūtur. Att. 87 a, Lancibus & splendidissimis canistris nos soles pascere. Acad. 10 b, Etenim necesse est, ut lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere. de Fin. 146 a, & Tuscul. 238 a, Virtutis autem amplitudinem quasi in altera librę lance ponere, terram mihi crede, ea lanx & maria deprimat.

Laodicea, ceæ. urbs, quæ est in Syria ad mare. Epistol. 190 b, 191 a.

Laodicenses. e. Ep. 75 b, Ciuitas Laodicensis.

Laodicenus, na. Ep. 189, Laodiceni amentiores. Cassij.

Lapathus, thi. herba nota. de Fin. 70 a, Non igitur lapathi suauitatē accipenseri Gallonij Lælius anteponebat, sed suauitatem ipsam negligebat.

Lapidatio, onis. lapidum iactus. pro Dom. 215 b, Inde saxis facta lapidatio est. & in V. 222 b, & de Or. 126 b, Fit magna lapidatio.

Lapidator, oris. pro D. 215 b, Percussor, lapidator, &c.

Lapideus, a, um. de D. 121 a, Imber lapideus aut sanguineus. & de N. 28 b, Imbres lapidei. & de L. 179 a, & Epist. 101 b, Ligneum autem quodcunq; uoluerit uno è ligno cauato, itemq; lapideum.

Lapidicina, næ. locus ubi lapides exciduntur. de D. 85 a, & 118 b, In Chiorum lapidicinis saxo diffisso caput extitisse Panisci.

Lapis,

Lapis,dis.saxum,silex.de Orat.126 b, M. Aemilium lapi de percussum esse constabat pro Dom.215 b, A' quibus ille se lapidib.appetitu & percussum esse dixit.de Ora. 106 b, Lapides meherculè omnes fiere coegisset. in P. 87 a, Prætereq; duos de lapide emptos Trib. pleb. pro Mil.109 b,Lapides iacere.

Lapithæ,arum.populi.In Pisonem.74 a, Conuiuium Lapitharum.

Lapsio,onis.lapsus.Tusc.215 a.

Lapsus,a,um.delapsus.pro Pomp.11 b, Omnes Pompeiũ sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cœlo delapsum intuentur.In A.226 a, Cassius lapsis paucis pòst diebus consequebatur.

Lapsus,psus.prolapsio cursus,lapsio.de Diuin.101 a,Si lacus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset. de Nat.46 b,Volucrum lapsus atq; cantus. de D. 84 a, Stellæ errantes certo lapsu spacioq; feruntur.de Sen.88 a,Vitis serpens multiplici lapsu & erratico.de Or.139 b,Sunt populares multi uarijq; lapsus.Acad.47 b,Cõtinere temeritatem à lapsu.

Laqueatus,a, um. laquearibus seu lacunaribus ornatũ. In V.103 a,& de Leg.169 a,Templum undique tectum, & pulcherrimè laqueatum.Tuscul.166 b,Tecta cælata & laqueata.

Laqueus,quei,uinculum.I.V.208 a,Homini iam collum in laqueum inserèti subueniſti.pro Mil.109 b, & de Finib.121 a,Cum illam beluam iudicij laqueos declinantẽ, iam irretitam tenerem.de Orat.88 b,Stoici disputationum suarum laqueis te irretitum tenerent.& Tusculan. 243 a,Laquei Stoicorum.pro Cl.49 b,Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorum sibi propositos esse oportere, de Fato,141 b, Ad Chrysippi laqueos reuertamur.pro Cec.301 a, Aequitatẽ rei uerbi laqueo capi non oportet.

Lar,laris.focus,domus tota,penates,dij patrij,uel domesticij.Epi.15 a, Crassus penè à meis laribus in prouinciam est profectus. In V.155 a, Relinquere larem familiarem suum.& 177 b,Redire ad suum larem familiarem. pro Quin.16 a,& Attic.253 b,Alicui manus allatas esse ante suos lares familiares. de Vn. 201 b, Dij quos Græci ἑστιοὺχους appellant,nostri opinor lares,si modò hoc recte conuersum uideri potest.de Leg. 173 a, Lucos in agris habento,& larium sedem.de N. 72 a, Aedes larium & malæ fortunæ.

Largè.largiter,liberaliter,prolixè,copiosè.pro Murena, 26 a,Quod dandũ est amicitiæ,largè dabitur à me, etc. & pro S.R.22 a,Largè effuseq; donare.& in Ver.194 b,& 213 b,Largè liberaliterq; de N. 64 b,Munificè & largè dare aliquid.& 50 a,Largè & copiosè parare cõuiuium.In V.108 a, Largissimè mihi copia facta est eius rei.Qu.de Pet.211 b,Largè ac honorificè promittere aliquid.de N.50 a,Pastum animantibus largè & copiosè natura comparauit.

Largifluus,a, um. de Oratore,157 a, Largifluus imber. Pacuuij.

Largior,iris.dono,largitionem facio,gratificor.Epistol. 38 b, Cùm natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.& Off.9 b,Quidam eripiũt alijs, quod alijs largiantur.de Ar.256 b,Vtrisq; horum secunda fortuna regnum est largita,aduersa mortem.de Sen.94 b,

Si quis deus mihi largiatur ut ex hac ætate repuerascã, valde recusem.pro Quint.2 a, Cui summam copiam facultatemq; dicendi natura largita est.de Or.90 b,Duo illa relinquamus,id largiamur inertiæ nostræ.Epist.67 b,Amoriq; nostro plusculum etiam quàm concedit ueritas largiare.ad Heren.25 b, Triptolemus cùm omnibus semen largiretur.In Ant.168 b,Quam facultatem multi multitudo istius uiciorũ largitur.pro Qu.R.49 b,Largitus est Fannius Roscio.

Largitas,tis.liberalitas.de Cl.166 a, Vt augere etiam possimus largitatem tui muneris. de N.57 b, Terra fruges maxima largitate fundit.

Largiter,largè.Antequàm.195 b, Itaq; ut ego in concitio, quæ ex re familiari fit, fontem ipsum liberalitatis exhaurit.contra Rul.68 a,Largitio quæ uerbis ostenta ri potest, reuera fieri nullo pacto potest. & pro Mur. 125 a,Largitio facta.de Or.118 a, Liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atq; largitione seiungere.pro Corn. 61 a,Nunquam intermissa est à maioribus nostris largitio & cõmunicatio ciuitatis.Of.44 b, Largitio fundi non habet.Prouerbium.pro Pl.266 b,Quam quisq; rem bum turpi largitione corrumperet.Of.44 a,& Epa.2 a, Philippus largitionẽ corruptelam dixit esse.pro Mur. 134 a,Aequitatis largitio:id est,administratio.

Largitor.oris.corruptor.Offic.13 b,Existunt in republica plerunq; largitores & factiosi,qui,&c.pro Pl.266 b,Cuiusq; tribus largitor esset.In C.120 a,Homo largitor & prodigus.

Largus,a,um.Of.44 b,Omnino duo sunt genera largorum,quorũ alteri prodigi,alteri liberales:prodigi,qui,&c.liberales autem,&c.de N.35 b,Cum solet terras larga luce compleuerit.

Larinas,tis.pro Cl.21 b,Larinas mulier.

Larinum,ni.opp.pro Cl.22 a.

Larissæus,a.Ep.214 b,Hagessaretus Larissæus.

Lasciuia,uiæ.petulãtia.de D.85 b,Achiui ita ab illio pro fecti sunt,ut profectione læti piscium lasciuiam imitentur.de Fin.78 b,Hilaritas,lasciuia,risus.

Lassitudo,nis.defatigatio.de In.63 b, Postquam illos ut ex lassitudine dormire sensit.Epist.119 a, Quantam sumus iam defatigati,sed nulla lassitudo impedire officium debet.

Latè.amplè,laxè.pro Cor.57 a,Cn. Pompeij latè longeq; diffusa laus.& pro Sest.23 a,Numerus huius generis latè uarieq; diffusus est.& de Nat.12 b,Latè longeq; pererrari.de Leg.162 b,Res latè longeq; diffusa.pro Mar. 135 b,Vagabitur nomen tuum longe atq; latè.Orat.207 a,Fusè latèq; dicere.pro Pomp.10 a,Bellum tam latè diffusum atq; dispersum.cõtra Rull.80 b, Syllanus ager latissimè continuatus.Off.18 b,& pro Mur.143 a,Hoc latissimè patet,ad multosq; pertinet.de Orat.105 a, Hæc latè patet,& ad multos pertinet.Of.66 a,Hoc latissimè manat.Of.20 a,Decorum quàm late fusum sit,apparet.pro Cl.54 a,Venenum latius potest additũ in aliqua parte panis.de In.58 a,Hoc maiorem quandam uim habet,& latius patet,quàm hic exponitur.

Latebra,bræ.recessus.pro Marcello,134 b, Cum in animis

mis hominũ tantæ latebræ sint,tanti recessus.& de Finib.87 b,Latebram haberes.pro Sest.4 b,Cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset.de Leg.191 a, Non fuit latebra danda populo in qua.&c. Off. 73 b, Videam,ne quæratur latebra periurio.de D.117 b, Sed temirificam in latebram coniecisti.pro Rabir.95 a,Cũ ignauiæ ratio te in fugam atq; latebras impelleret. pro Cæl.50 b,Balneæ,in quibus nõ intelligo,quæ latebra togatis hominibus esse posit.& 48 b,Nõ possum omnes latebras suspicionũ peragrare dicendo. de Diuin.231 b, Adhibuit etiam latebram obscuritatis.pro Pom.5 a,Mithridates ita regnat, ut sc Cappadociæ latebris occulta se absconditam maleuolentiam.

Latebrosus,a.in Vat.31 b,Via latebrosa.

Latens,tis.obscurus,inuolutus.de Cle.78 a,Rem latẽtem explicare definiendo.

Latenter, clam. Top.226 a, Cum enim nihil sine causa fiat,hoc ipsum est fortunæ,euentus obscurè causa,quæ latenter efficitur.

Lateo,es.latesco,delitesco,clàm sum.In C.100 b,Nihil agis,nihil assequeris,nihil moliris, quod mihi latère uelit in tempore.contra Rul.89 a,Non paruum sub hoc uerbo furtum latet.pro S.R.38 a, Ibi scelus quoque latè re inter tot flagitia putatote.Or.220 b,Veritas in occulto latet. pro Rab.93 a, Aliquem inclusum atque abditum latère in occulto.contra Rul.74 a,Occultè latère, absconditum esse,furtim,&c. Qu.Fr.291 a, Nõ latère in tenebris,neq; esse abditũ,sed in oculis clarissimæ pro uinciæ esse positum.pro Cluen.31 a, Omnia quæ in diuturna obscuritate latuerũt,sic aperiam,ut ea cernere oculis uideamini.& Orat.202 b,Cætera in eo latent.pro Pom.10 a,Qui locus tam fuit abditus ut latere?Ac.47 a,Latère in occulto.pro Quint.13 b, Qui fraudationis causa latuerit.In Ant.242 b,Quoniam sub nomine patris bellum lateret.pro Planc.266 a,Sed eum dolorẽ hic tulit paulò apertius,cũ nimius ille sensus in alijs fortasse latuit.de Legib.159 b,Tractanda iura populorum,in quibus ne nostri quidem populi latebunt,quæ uocantur una ciuilia.

Later,ris.terra cocta,& in lapidem durata. de D. 129 a, Num hæc in latere aut cæmento, ex quibus urbs effecta est,uidere potuit?

Laterium.Ciceronis uilla. Att.59.

Laterna,næ.instrumentum in quo lumen latet. At. 57 a, Pauci in uestibulo pannosi sine laterna.

Laternarius,rij.qui laternam præfert.In P.85 b,Piso Catilinæ laternarius.

Latesco,scis.in Arat.Hic equus à capite & longa ceruice latescit.

Latex,cis.humor seu liquor omnis,ut aqua,uinũ,& alia. de D.121 b,Nos circum latices gelidos,&c.

Latialis Iupiter.pro Mil.118 a.

Latibulum.li.latebra.pro R.P. 129 b, Tum cum etiam feræ latibulis se tegũt.In Vat.29 b, Repentè enim te tanquam serpens è latibulis intulisti. & Off.3 a, Animantes omnes quærũt pastum,latibula,etc.pro Fl.152 b,Deinde ædificiis est cautio,nõ solum latibulis occultorum locorum,sed etiam &c. At. 189 b, Volo emere aliquod latibulum,perfugium doloris mei.

Latina uia.pro Cluen.52 b.

Latinæ,arum.feriæ Ioui Latiali sacræ.pro Pl.263 b,Quibus è municipijs uix iam qui carnem latinis petant,inueniuntur.Qu.Fr.309 b,Dies erant duo, qui post latinas erant religiosi.de D.84 a, Cum tumulos Albano in mõte niuales Lustrati & læto mactasti lacte latinas.& ibi. Quod fermè dirum in tempus cecidere latinæ.At 2 b, Autam tuam scito mortuam esse, quòd uerita sit ne latinæ in officio non manerent, & in montem Albanum hostias non adducerent.

Latinè.In A.212 a,Gladiatorem appellaui,ut appellãt ij, qui planè & latinè loquuntur.de Or.96 b,Purè & latinè loqui.Item:Planè & dilucidè,ornatè & ad rerũ dignitatem,aptè & quasi decorè.de Opt.243 a,Purè & emendatè loqui, quod est latinè. de Oratore,145 a, Oratio Catuli, quæ est pura, sic ut latinè loqui penè solus uideatur.de Orator.97 a, Cùm ea quæ uerterem græcè,latinè redderem.In Ver.200 a,Latinè loqui,non accusatorie.de Clar.174 a, Is perbene latinè loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri. & 183 b, Curio latinè nõ pessimè loquebatur.& ibi de latinè loquẽdo. de Orat.146 a,Vt latinè loquamur,uerba efferamus ea,quæ nemo iurè reprehendat.& ibid.b, Nostri minus studẽt literis,quàm latinè tamen:de Clar.177 a,Non tam præclarum est scire latinè,quàm turpe nescire.& In A.197 a,Num latinè scit?

Latinensis,e.pro Pom.14 b, Qu. Cælius Latinienſis. de Rep.248 a, Ager Latinienſis.

Latinitas,tis. sermo latinus,ius Latij.ad Heren.27 b,Latinitas est,quæ sermonem purum conseruat ab omni uitio remotum.Vitia in sermone,quo minus is latinus sit, duo possunt esse,solœcismus & barbarismus.Attic.103 a,Cæcilius non bonus autor latinitatis.& 227 a, Multa illis Cæsar,neque me inuito,sed latinitas erat non ferenda.

Latinus,na,num.de Clar. Orat.176 b, Incorrupta latini sermonis integritas.Orat.211 a, Consuetudo latini sermonis.de Finib.51 a,Sed ita sentio,& sæpe disserui, latinam linguam non modò non inopem, ut uulgò putarem,sed locupletiorem etiam quàm græcam.de Ar.248 a,Itali ac Latini.

Latio,onis.At.52 a,Mihi in animo est.legum lationem expectare.& pro Mur.125 a,Latio legis.pro Dom. An si in ipsa latione tua capta iam urbe lapides iacti,si manus collata non est,&c.

Latito,as.lateo.pro Qu.10 a,Si latitare ac diutius ludificare uideatur. & pro Cluent.25 a, Extrahitur domo latitans Oppianicus.pro Domo,229 b,Iube adesse,latitat omnino.

Latitudo.nis.de N.12 b, In hac immẽsitate latitudinum, longitudinum,altitudinum. Acad.29 a, Lineamentum sine ulla latitudine.contra Rull.79 b, Qui latitudinem possessionum tueri non possunt.& de N.58 a,Latitudo humerorum. de Or.117 a, Oris prauitas, & latitudo uerborum.

Latium,tij.regio Italiæ,in qua Saturnus Iouis armà fugiens latuit.pro Ar.186 a, Studiaq; hæc & in Latio, & hic Romæ colebãtur.Ep 134 a,Mirificè capior facetijs his,maximè nostratibus,præsertim cum eas uideam primùm oblitas Latio,tum cum in urbem nostrã est infusa

Universidad de Deusto
Biblioteca

fusa peregrinitas, nunc uerò etiam bracchatis & transalpinis nationibus.

Latmus,mi.mons Cariæ.Tusc.168 a.

Latona,æ.de Latona,Diana,& Apolline.I.V.35 b.

Lator,oris.de N.78 a,Ferret ne ulla ciuitas latorē istiusmodi legis? & I.C.120 a,Lator legis Semproniæ.& pro Mur.124 b,& I.A.253 b,M.Cicero legis ambitus lator. de L.191 a,Itaq; isti rationi neq; lator quisquam est inuentus,neq; autor unquam bonus.& pro Do.223 a,Suffragij lator in ista tua proscriptione.

Latro,as.latrare, proprium est canum cum impetum faciunt:sed homines quoq; latrare dicuntur,cum irati clamitant.de Orat.129 a,Hic frater meus à Philippo interrogatus quid latraret,furem se uidere respōdit.et 153 a, I.Clepsidra.pro S.R.27 b,Canes qui & latrare & mordere possunt. de Clar. 169 b, Latrant enim iam quidem oratores,non loquuntur.

Latro,onis.prædo,ficarius,grassator,excursor,qui in cæde atq; ex cæde uiuit,qui maleficio & scelere pascitur, archipatra,Spartacus. Off.41 a, Quin etiam latronum leges esse dicuntur,quibus pareant.I.A.172 a,Erat ei iuuendū latronum ritu,ut tātum haberet, quantū rapere potuisset.I.A.194 a,Excursor & latro.Offic.41 a,Bargulus Illyricus latro,& Viriatus Lusitanus.

Latrocinium,nij.excursio.pro Deiot.147 b,Tueri fines suos ab excursionibus hostiū & latrocinijs. Quin. Frat.294 b,Multa oppidorum furta & latrocinia esse depulsa. Epist. 22 b, Quapropter latrocinia tardissimè omnia perferuntur.

Latrocinor,aris.prædor.de N. 18 b, Tot millia latrocinantur morte proposita.In Cat.107 b, Tamen latrocinantem se interfici mallet,quàm exulem uiuere. Offic. 41 a,Qui unà latrocinantur.& pro Milone,104 b, Impunè latrocinari.

Latrūculus,li.de Pro.72 a,Res in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis gesta.

Latumiæ,arum.de Latumijs Syracusanis.In Verrē,268, & 249 b,Carcer ille,quæ latumiæ uocantur,alias,lautumiæ.

Latus,a,um.amplus,laxus.)(. Angustus.In Ver.228 a,Vna uia lata perpetua, multæq; transuersæ Syracusis. I. V.224 a,Insula est,Melita,satis lato ab Sicilia mari,periculosoq; disiuncta.Tusc.239 b,Fossa lata.Acad.23 a, Lata.)(.Angusta.

Latus,eris.In Ver.257 b,Eum uident sedere ad latus prætoris.I.V.189 b, Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur.& In Ver.255 b,A latere,à tergo magnam partem urbis relinquere. pro Cluent. 54 a,Is ex equo cecidit,& latius offendit uehementer.de Orat.145 a,Crassius lateris dolore consumptus.& ibid.Latus ei dicenti condoluisse.In Cat.104 b,Non enim iam inter latera nostra sica illa uersabitur. de Sen.82 b,Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus est.In Vat.31 b,Vt nemo per tuū latus(quod soles dicere)saucietur.de Sen.80 a,Cum legem Voconiam magna uoce & bonis lateribus suasissem.Orat.204 a,de Amic.95 b,Vt quoad possem à senis latere nūquam discederem. Of.59 b,Equus æneus,in cuius lateribus fores essent.de Orat.163 b, Inflexio latere.de Le.170 a, Fibrenus diuisus nequaliter in duas partes, latera hæc alluit:id est,latera insulæ. In Arat. Huic

spatio ductum simili latus extat utrunq;. de Som.129 b, Terra angustata uerticibus,laterib.latior. Qu.Frat.318 a, Erant loco posita ambulationis uno latere, eo quòd est proximum balneārijs.

Lauatio,onis.balneum.Ep.128 a,Et antè te certiorem faciam,ut lauatio parata sit.

Laudabilis,le.laudandus,probatus,prædicabilis, præcandus,gloriandus,præ se ferēdus,qui laudē habet.Of. 4 a,Honestum quod uerè dicimus, etiā si à nullo laudetur,laudabile esse natura.de Cl Or.195 b,Quorū oratines sunt in primis in Asiatico genere laudabiles.de Cl. 196 b,Vix singulis ætatib.bini oratores laudabiles fuerunt.Or.203 a,Et si est eo laudabilior poeta. Par.118 a, Voluptas nec meliorem efficit, nec laudabiliorē uirum. Offic.43 a,Quorum etsi laudabilior est definitio,tamen etiam accusatio probata sæpe est.ad Her.17 b,Laudabile est,quod conficit honestam & præsentem, & consequentem commemorationem.

Laudabiliter,rectè,laudatè,honestè.Tusc.230 b.

Laudābus,a,um.laudabilis.de Or.85 b,Philosophia laudandarum omnium artium procreatrix.

Laudatè.laudabiliter,cum laude. Antequam.193 a,Laudatè & honestè uiuere.

Laudatio,onis.præconium,commendatio,funebris oratio.Epist.248 a,Quem ego currum,aut quam lauream cum tua laudatione conferrē? & 14 b,Recordare enim quibus laudationem ex ultimis terris miseris. pro Cel. 38 a, Itaq; nunc lectissimos uiros cum legatione ad hoc iudicium,& cum grauissima atq; ornatissima laudatione miserunt.& pro Flac.152 b, Idem laudationē quam nos ab Athenienſibus Flacco datam proferebamus,falsam esse dicebat.& pro Fon.276 b,Vt sua religio, laudatio,autoritas aliquid apud uestros animos momēti habuisse uideatur.de Fat.148 a,Laudationes.)(. Vituperationes.pro Mil.108 a,Cadauer P. Clodij spoliatum exquijs,pōpa,laudatione,&c.de Or.112 b,& 140 a,de Cl.170 a,Laudatio,quæ est oratio in demonstratiuo genere. At.226 a,Cæsar in foro combustus est, laudatusq; miserabiliter. Ora.211 a,In populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in prælijs interfecti, quæ sic probata est,ut eam quotānis, ut scis, illo die recitari necesse sit.& 217 a,In eo genere, quod appellamus ἐπιδεικτικὸν, placet omnia dici ut ea sit Theopompeoq; more,ut,&c.Et id genus quod ad declamationem est comparatum,remotumq; à iudicijs.

Laudator,oris.testis innocentiæ alicuius,suasor. Att.91 b, Aim tandem Attice laudator integritatis & elegantiæ nostræ,&c.Postquam,201 a, Qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresq; fuerunt. I. An. 210 b, Ego ille pacis semper laudator,semper autor. pro Sest. 7 b,Epicurei autores & laudatores uoluptatis.pro Sest. 277 a, Quis est ex eo numero, qui uobis autor placeat? eo nos iā laudatore & teste utemur. pro Cor.63 a,Excitabo laudatores. & de Arusp. 254 a, Laudare rem. In Verrem,247 a,& 233 a,Decem laudatores dari solitos in iudicijs.

Laudatrix.Tusc.160 b,Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laudatus,a,um.spectatus,probatus, bellicis laudibus abundans. Offic.16 a.)(.Nulla illustri laude celebratus. pro

Mur.127 b, Ep.248 a, Lætus sum laudari me (inquit Hector,opinor apud Næuium) abs te pater laudato uiro.ea est enim profectò iucunda laus, quæ ab ijs proficiscitur,qui ipsi in laude uixerūt.& 69 a,Placet mihi Hector ille Næuianus, qui nō tantum laudari se lætatur,sed addit etiā à laudato uiro.Br.91 b, Res omnium consensione laudata.Ep.37 a,Laudatus sua sponte, non alterius testimonio.de Op.243 b,Quod oēs laudes habet,id est optimum.pro Fl.163 b,164 a, Tu illo absente autore laudato,tantum te crimen probaturum putastis?

Laudo,as.commendo,laudem tribuo uel contribuo,laudem impertio uel impertior,multum tribuo,laudi do,in laude pono,orno,eximia laude orno,alicuius nomē or no,uerbis amplissimis orno,maximis laudibus orno,laudibus amplissimis effero,in cœlū tollo,in cœlum laudibus effero uel extollo,in cœlū fero, nobilito, laudes alicuius celebro,laudem alicuius celebro,laudem alicuius carmine celebro,gloria aliquē & prædicatiōe effero,in aliquem omnes laudes congero,uerbis effero, probo,laudes de aliquo habeo, in magna gloria & laude pono,famam alicuius celebro,alicuius nomē illustro, uirtutē alicuius prædico, dignitatē utriusq; pari atq; in eadem laude pono,oratione funebrē habeo,alicuius fācti egregij splendorē uerbis dignitatemq; retinere, de se ipso gloriosius prædicare, de laude alicuius prædicare, fit in æterna gloria Marius. Off.13 a,Ea nescio quomodo pleniore ore laudamus.Item: Virtutem nemo unquā Deo acceptā retulit, nimirūm rectè:propter uirtutē enim uere laudamur,& in uirtute gloriamur.Ep.69 a,et 248 a,Placet enim Hector ille mihi Næuianus, qui nō tantū laudari se lætatur, sed addit etiam à laudato uiro. Attic. 34 a, Bibulus in cœlo est, nec quare scio:sed ita laudatur, quasi unus homo nobis cūctando restituit rem. Or. 199 a,Nunc tantū quisq; laudāt, quantū se posse sperat imitari. Q.Fr.297 a,Nō patiar te cū exceptione laudari.de Sen.77 b, Philosophia nunquā satis dignè laudari potest.pro S.R.24 a,Hunc pro dignitate laudare nemo satis commodè potest. At.192 b,Laudantur exquisitissimis uerbis leges.de L.184 a, Tu uerò illū nec nimis laudāre unquam,nec nimis sæpe laudaueris. & ibid. a,b, Laudemus igitur prius legem ipsam ueris & proprijs generis sui laudibus. de Arus.256 a, Hæc eius concio in qua Pompeium ornat,an potius deformat?certè laudat. contra Rul.67 a,Vt in omnibus meis factis atq; cōsilijs uestrum de me factum consiliumq; laudetur.pro Sest.19 b,Pōpeius approbauit ac laudauit sententiam Cottæ. de Orat.111 b, Laudare bonos ornatè, uituperare improbos asperè.de Orat.137 a,Laudare & efferre aliquem. de Clar.192 a,Plato in cœlum effert laudibus Protagoram.& 194 a,Causa pro Sexto Roscio tantum commēdationis habuit,ut,&c.pro Cl.47 a,Ornare aliquē summis laudibus.& ibid. De autoritate alicuius detrahere. Attic.46 b,Laudare legem ut promulgata est.& 61 b, Salaminij nos in cœlum decretis suis sustulerunt. Acad. 16 a,Cum tantis laudibus philosophiam extuleris. Atti. 62 b,in cœlum ferre aliquid. Attic.156 b,Hæc tu uerbis ad cœlum extulisti.de Orat.120 a,Facultas,quam modò Crassus in cœlum uerbis extulit. de Nat.13 a, Laudare præsentem.& pro Cecin.299 b,& de Ar.254 b, Laudare reū.de Sen.83 a,Laudare seipsum. Nestor apud Homerum sæpissimè de uirtutibus suis prædicans, nec erat ei uerendum ne uera de se narrans nimis uideretur aut insolens, aut loquax.& ibidem,Nihil necesse est de me ipso dicere mihi,quanquam est quidē senile, ætatiq; nostræ cōceditur.pro Quint. Fr.327 b, Serrani domestici filij funus perluctuosum fuit, ad IIII. Calendas Decembris laudauit pater scripto meo.pro Mur.142 a, Quem cùm supremo eius die maximus laudaret, gratias egit dijs immortalibus.

Laudare.pro citare,producere testes.de Or.149 a,Tamē autores certissimos laudare possum,& socerū meū Scæuolam & Q.Metellum,&c.& 160 b, Vt autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. de Claris orat. 168 b, Te rerum Romanarum autorem laudare possum religiosissimum.

Lauernum. locus. Attic. 106, de Fato. Macrobio teste. 183.

Lauo,as.& lauo,uis.de Ora.131 b,Illud egregium Sextij & ex tempore:Manus laua,inquit,& cœna.pro Deio. 147 b,Quæ igitur causa excogitari potest, cur te lautum uoluerit,cœnatū noluerit occidere.pro. S. R.29 a, Si qua ex sanguine paterno macula cōcepta est, lauā nō potest.aliter,elui.

Laurea,reæ.corona laurea.Epist.248 a, Quem ego currum aut quam lauream cum laudatione tua conferremus? de Pro.76 a,In Capitolium inuehi cum insigni illa laurea.& 75 a,An laurea illa magnis periculis parta amittet longo interuallo uiriditatem?In Pis.92 a,Quid confecto formidolosissimo bello coronam illā lauream decerni uolebas à senatu? Offi.16 a,Cedant arma togæ, cōcedat laurea linguæ.In P.95 a, Cedant arma togæ,concedat laurea laudi.

Laureatus,a,um.de D.93 a,C. Marius cum fascibus laureatis.& Attic. 108 a, Lictores laureati. & pro Mur. 145 a,Qui imaginem parentis sui laureatam in sua gratulatione conspexit.

Laureola,læ.Atti. 79 a,Laureolā in mustaceo quærere. Ep.23 a,Velles enim,ais,tantummodo,ut haberem negocij,quod esset ad laureolam satis.

Laurus.arbor,hìc autē lauream significat.Ep.26 b, Sed incurrit hæc nostra laurus in uoculas maleuolorum.

Laus,dis.præconium,commendatio,gloria,splendor, decus.de Or.94 b,Fingendus est nobis detractis omnibus uitijs orator,atq; omni laude cumulatus.de Clar.169 a, Breuitas in uniuersa eloquentia laudē nō habet.& ibid. Breuitas laus est in aliqua pars dicendi.& 147 b, Quorum neuter summi oratoris habuit laudem. I. V.196 a, Neq; ego hoc in tua laude pono.de Or.160 a,Rectè hoc in orationis laude ponetur.de Cl.177 a,Latinè loqui est in magna laude ponendum.pro Mur.128 b, Quam pari atq; in eadē laude pono pro Flac.151 b, In re domestica cōtinentiæ laus quærenda est,in publica dignitatis. pro Arch.190 b,Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloria ducitur.Offic.42 b, Ex quā ætate qui exercentur,laude affici solent.pro Pl.278 a,Tu id in me reprehēdis,quod Q.Metello laudi datū est,hodieq; & semper erit maximæ gloriæ. Tusc.148 b,Si Fabio laudi datū esset quòd pingeret. At.283 a, Quanquā ei ego uerborum laudem tribui,eamq; modicā.de Or.93 a,& pro Q.48 a,Tribuere magnam laudem eloquentiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuipiam. Ep. 61 b, Ego dolori tuo nõ solum ignosco, sed
summã etiam laudem tribuo. pro Sest. 27 a, Neq; eos in
laude positos uidemus, qui, &c. pro Arch. 189 b, Populi
Romani laus est, urbẽ illam esse seruatam, &c. Ep. 29 b,
Qui si dignum se maioribus suis præbuerit, ut spero, &
opto, tua laus ex aliqua parte fuerit. At. 217 b, Laudes,
quas ab eo de nobis haberi audio. Epist. 133 a, Efferre ali
quẽ summis laudib. ad cœlũ. & 25 b, Ornare res alicuius
diuinib. laudib. & 248 a, Vixisse in laude. de Or. 140 a,
Vera laus uni uirtuti debetur. de Opt. 243 b, Quod om
nes laudes habet, id est optimum. de Ora. 864, In quibus
summi dicendi laus à nostris hominibus cõcessa est. Of.
14 b, Quibus autẽ nulla talis sit causa, his nõ modò nõ
laudi, uerùm etiam uitio dandum puto. pro Mur. 126 b,
Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quòd omnia laus
occupauit. pro Mur. 127 b, Auus tuus nulla illustri laude
celebratus fuit. Offi. 16 a, Vir belli is laudibus abundãs
Cn. Pompeius. de Ora. 86 b, Vir omni laude cumulatus.
Br. 91 b, Res, quæ ne laude quidẽ satis idoneæ affici pos
sit. l. V. 75 a. & 80 a, Esse in laude & in gratia cum ali
quo. pro Arch. 188 a, Ista doctrina quam tu laudibus ef
fers. Qu. Fr. 309 a, Ornare aliquem ueris laudibus. Att.
89 a, Is laudes nostras in astra sustulit. Atti. 36 a, Esse in
cœlo.)(. Ex astris cadere uel decidere. de N. 3 b, Hoc mã
gni interest ad decus & laudem ciuitatis.

Lautius. aduer. eleganter. de L. 169 b, Hanc uides uillam
lautius ædificatam.

Lautitia, tiæ. mundicia, elegantia. Epist. 136 b, Fama ad te
de mea noua lautitia ueniet. & 158 b, Lautitia, mundi
cia, elegantia.

Lautus, a, um. elegans, splendidus, dines, delicatus, mollis.
Epistol. 136 b, Cœna magnifica & lauta. & 102 a, Valde
iam lautus es. In P. 94 a, Nihil apud hunc lautum, nihil
elegans, nihil exquisitum, ne magnopere quidem quic
quam præter libidines sumptuosum. de Or. 98 a, In ora
toris uerò instrumento tam lautam supellectilem non
uideram. Att. 222 a, Libertis minus lautis seruisq; nihil
defuit: nam lautiores eleganter accepti. de Off. 43 b, Sed
illa ratio lautior ac splẽdidior, &c. & pro Fl. 163 b, Pa
trimonium satis lautum diffi pare. pro R. P. 128 b, Lautũ
& copiosum patrimonium. I. V. 79 a, Homo lautus &
urbanus. pro Deio. 147 b, Cur te lautum uoluit, cœna
tum noluit occidere? l. Lauo.

Laxamentum, ti. remissio, relaxatio. pro Clu. 36 a, Non
modò causæ, sed ne legi quidem quicquã per Trib. pleb.
laxamenti datum est. Epist. 195 a, Ego tamen nactus in
nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi
munusculum, &c.

Laxè. amplè. pro Domo, 136 a, Iste habitare laxè & ma
gnificè uoluit. Att. lib. 13, Laxius proferre diem.

Laxitas, tis. amplitudo. Off. 28 a, In domo clari hominis,
&c. adhibenda est cura laxitatis. & pro Dom. 236 b,
Vt facilè omnium domos laxitate superaret.

Laxo, as. dilato, tardius ac remissius facio, soluo. Atti. 66
b, Vt forũ laxaremus, & usq; ad atriũ libertatis explı
caremus. At. 89 b, Tantum abest, ut ex eo quo astricti su
mus, laxari aliquid uelim. Or. 107 b, Quanto facilius nõ
modò laxare modos, sed totos mutare possimus? de Cla.
195 a, Laxare iudicũ animos, & à seueritate paulisper
ad hilaritatem risumq; traducere. de Orat. 164 b, Ali

quando ab hac cõtentione disputationis animos nostros
curamq; laxemus. Epist. 70 b, Rogando, ut istis te mole
stijs laxes. Tusc. 157 b, Cum laxati curis sumus. de Som.
128 a, Animi corpore laxati illum incolunt locum. de
Sen. 78 b, Qui se à libidinum uinculis laxatos esse nos
molestè ferrent.

Laxus, a. um. amplus. de Am. 1048, Commodissimum est,
quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas uel ad
ducas cum uelis, uel remittas. At 87 b, Ego diem statuo
satis laxam, id est, tempus satis longum.

Lebadia. urbs. de Diu. 96.

Lectissimè. Orator. 219 b, Sententijs uerbisq; lectissimè
dicere.

Lectica, cæ. lecticula. I. V. 241 a, Verres lectica octophoro
fer batur. Quin. Fr. 312 b, & 310 a, & Attic. 89 a, de D.
124 b, Lectica operta ater fácere. In Ant. 180 b, At ste o
perta lectica latus est per oppidum. & 171 b, Inter quos
aperta lectica Mima portabatur. & 176 a, Caput in ad
uersam lecticam inferens, petebat, &c.

Lecticarius, rij. qui lectica fert. Epist. 36 a, Cosctus sum
eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq; lectica
rijs eum in urbem referre. & pro S. R. 41 b.

Lecticula, læ. de Diu. 92 a. Ep. 95, Sulpitij.

Lectio, nis. euolutio. Att. 7 a, Quotus enim quisq; est, qui
epistolam pauló grauiorem ferre possit, nisi eam per le
ctionem releuarit. Ac. 2 a, Lucullus delectabatur mirifi
cè lectione librorum, de quibus audiebat. Tusc. 176 b, Le
ctionem sine ulla delectatione negligo. Epi. 75 a, Ratio
nes confectæ, ad quas nihil adhibui præter lectionem.

Lectio. pro electione. I. A. 179 b, Vt hos iudices legere au
direi, quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ
dedecus.

Lectito, as. de Clar. 175 b, Lectitauisse Platonem studiosũ
audiuisse etiam Demosthenes dicitur.

Lectiuncula, læ. Ep. 94 b.

Lector, oris. anagnostes. recitator, autor. Epist. 68 a, Ni
hil est aptius ad delectationem lectoris, quam tempera
uarietas & fortunæ uicissitudines. de Or. 129 a, Brutus
duos lectores excitauit, & alteri Crassi orationem le
gendam dedit, alteri de Lege Seruilia.

Lectulus, li. Quint. Fr. 228 a, Qui à ducenda uxore fo
abhorret, ut quicquam libero lectulo neget esse iucun
dius. I C. 99 a, Qui me in meo lectulo interficeret. Ita
Pomponius surrexit è lectulo. de Finib. 85 a, Philosophi
in suis lectulis plerunque moriuntur. Lectuli Punicani.
l. Punicanus.

Lectus, cti. lectulus, cubile. de Or. 109 b, Cum etiã tum in
lecto Crassus esset, & apud eum Sulpitius sederet. Epist.
141 a, Is dixit mihi te in lecto esse, quòd ex pedibus la
borares. pro Cluen. 20 b, Lectus ille genialis, quæ filiæ tu
benti strauerat. In Catil. 118 a, Lectus ad quietem datus.
In Cat. 122 a, Nemo inuentus est, qui non cubile & lectu
lum suum saluum esse uelit. de Diuin. 135 a, Deos immor
tales concursare omnium mortalium, non modò lectos
uerùm etiam grabatos. de Diu. 136 a, Quidam somnia
uit, ouum pendere è fastigio lecti sui cubicularis. & Tusc.
239 b, Lectus cubicularis. in An. 173 a, Lectus sternitur
conchyliato peristromate. In An. 170 b, In medio foro
lectos sternere. & 213 b, Lecti erati. & 145 b, De le
ctis triclinio rum. pro Cæ. 52 a, Alia subselliorum ratio,
alia

alia lectorum. de L. 182 a, Vt uni plures lecti sternerentur. At. 76 b, Scito nos præter quatuor lectos & tectũ
nihil accipere. Tus. 240 a, Collocari iussit hominem in
aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo.

Lectus, a, um. de Or. 156 b, Lectis & illustribus uerbis u
tendũ. de In. 53 a, Et tu uxorẽ lectissimã habere uis. & i
bid. Vt neq; uir melior, neq; fœmina lectior in terris sit.
I. V. 59 b, Frater tuus lectissimus & ornatissimus adolescens. pro S. R. 38 b, Paruuli ex tot elegantissimis familijs
lecti. I. V. 225 a, Lectissimi flores.

Lecythus, thi. λήκυθος, ὁ. ampulla, arcula, pyxis pigmen
torũ, qua utuntur pictores, ad colorãdaquæ uolũt. transı
latum uerò à propria significatione, orationis splendo
rem & ornatum, & quasi colorem quẽdam significat.
Att. lib. 1. pag. 9 a, Quid multa? totum hunc locũ, quem
in Aristocratia ego uarie meis orationibus, quarũ tu A
ristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti
illas λήκυθος) ualde grauiter pertexui.

Legata, tæ. dicitur ut legatus. Att. 234 b, Huc Cerelia mis
sa ab istis ad me est legata.

Legataria, prouincia quæ alicui legata est. Att. 241.

Legatio, onis. legati munus & legati ipsi, legatio libera
quæ honoris causa, & titulo tenus alicui deferebatur,
qui alioqui negocia sua haberet in prouincia. Legatio
notiua, quæ uoti prætextu susciebatur, erat tamen &
ipsa libera. de Arusp. 151 b, Ius legationis cùm hominum
præsidio munitum, tum etiam diuino iure est uallatum.
& ibid. Oratores contra ius fasq; interfecti. In Ant. 199
b, Legatio ultrò missa, timoris signum est. & 231, Renũ
ciare legationem. Epistol 196 a, b, Negociorum suorum
causa legatus est in Africam legatione libera. Attic. 242
a, Habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus
lege Iulia, bella est autem huius iuris quinquennij licen
tia. & 241 b, Legatio uotiua. & 33 b, & 64 a, Legatio li
beram causa uoti. In An. 154 a, Cum haberem ius legatio
nis liberum. Qu. Fr. 311 a, Illud autẽ quod cupit Clodius,
esse legatio aliqua, si minus per senatum, per populum li
berã, contra Rul. 62 a, Hæreditatum obeundarum causa,
quibus uos legationem dedistis. pro Flac. 155 b, Qui hãc
ipsam legationem quã habet, non accepit à suis ciuibus,
sed usq; Tymulo petiuit. Or. 207 b, Oratio Demosthenis
contra Aeschinem falsæ legationis. & de Op. 244 b,
Aeschines legationem emendatius est. Acad. 26, Obire
legationem. l. Consilior.

Legatum, ti. Att. 103 a, Hortensij legata.

Legatus, ti. Orator, qui defert mãdata alterius, autor. de
Or. 122 a, Cum Athenienses ad senatum legatos de suis
rebus maximis mitterent. Postq se. 26 a, Viæ multitudi
ne legatorum undiq; missorum celebrabantur. In Vat.
36 a, Legati nuncij pacis & belli, curatores, interpretes
belli consilij, autores ministri muneris prouincialis. et
ibid. Legati ex senatus autoritate legebantur. de Ar. 251
b, Theodosius legatus ad senatũ à ciuitate libera missus.
In Ant. 199 a, Quamuis seuera mandatis legata dederi
mus. de L. 187 b, Quid turpius, quàm legatus sine man
datis sine ullo reipub. munere. pro Pom. 10 b, Cretenses
ad Pompeium legatos deprecatores q; miserunt. de Clar.
194 a, Molo legatus ad senatũ de Rhodiorum præmijs
uenerat. In An. 218 b, Legati senatus faciem secum asse
runt, autoritatem reipub. & ibid. Cum ad Antiochum le

gatus missus esset. pro Fl. 159 a, Aspiciant hunc florẽ le
gatorum laudatorumq; Flacci. Epist. 2 a, Hæmonius re
gis legatus. pro Dom. 139 a, Legatus regius. de Leg. 185
b, Rei suæ ergò ne quis legatus esto. Ep. 2 b, Crassus tres
legatos decernit. pro S. R. 22 b, & 36 b, Capito qui in de
cem legatis erat. Ep. 198 a, Quos senatus non ad pacem
deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi
legatorũ nuncio paruisset. de Som. 127 a, Cum obieris le
gatus Aegyptum & Syriam. pro Mur. 128 a, b, Murena
legatus L. Lucullo imperatori fuit, qui in legatione du
xit exercitum, signa contulit, manum cõseruit. pro Sest.
10 a, Legare sibi aliquem legatum. pro Cluen. 38 a, Qui
M. Aemilio clarissimo uiro legati & præfecti & tribu
ni militares fuerunt. Att. 133 a, Omnes aut cum imperio
sunt, aut legati sunt eorum. Attic. 188 b, C. Caluisius duos
legatos Vticæ reliquerat. I. P. 98 a, Cùm hyberna legato
præfectoq; tradidisses, euertisti miseras ciuitates. Epist.
243 b, Quinq; cohortes sine legato, sine tribuno mili
tũ, denicq; etiam sine cæturione ullo apud Philomalũ cõ
federunt. I. V. 87 a, Legatus quæstorius.

Legio, onis. aciei Romanæ nomen. Att. 129 b, Ex quibus
duabus legionibus non amplius xiij. cohortes contrahe
re potui. & Epist. 164 b, Vigesima octaua legio. At. 257
b, Legionẽ suis signis ducere. pro Fl. 162 a, Cur cũ tribu
nus militũ Flaccus esset, in illius legiõe miles fuisti. pro
Cluen. 49 a, Tribuni militum legionibus quatuor pri
mis. In Ant. 156 b, & Att. 257 b, Legio Alaudarum. In
Ant. 184 b, Legio Martia. Par. 124 b, Ergo hoc propo
sito nunquam eris dines, antequam tibi ex tuis possessio
nibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones, &
magna equitum & peditum auxilia possis. Cæsar, 190,
& 161 a, Non. Ian. naues soluit impositis, ut suprà demõ
stratũ est, legionibus septem. At suprà demonstratum
erat, XV. millia legionariorum militum nauibus trans
portari posse. Quod argumentum est, legionem cõsta
re solitam ex II. millibus militum, et CXLII. sæpe tamẽ
pedites habet 6100. equites 726. quin & maior quo
que interdũ reperitur. Legio Romana cõstabat ex Tria
rijs, principibus, hastatis, & uelitibus. Hi ordines, exce
ptis uelitibus, singuli diuidebantur in decem centurias.
In triarijs erat primum pilum, secundum pilum, item cæ
teri usque ad decimũ. In principibus primus princeps,
secundus, & cæteri. In hastatis, primus hastatus, secun
dus, & alij eodem modo. quæ nomina etiam cum centu
rionibus communicabantur.

Legionarius, a, um. Epistol, 165 a, Militem non modò le
gionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quòquam
misi. Pollionis.

Legislator, oris. lator legis, legis scriptor, qui legem ui
uendi singulis & populis dat, qui leges fert, qui iura sta
tuit, qui iura ciuibus præscribit. I. C. 120 a, Lator legis
Semproniane. & pro Mar. 124 b, M. Cicero legis ambi
tus lator. pro Dom. 222 b, 223 a, Legum scriptor peritus
& callidus. de Or. 101 a, Lycurgus, Draco, Solon. de L.
172 a, Charondas, Zaleucus.

Legitimè. iustè, uerè. pro Cec. 296 a, Qui legitimè pro
curator dicitur. Of. 3 b, Iustè & legitimè imperare. pro
D. 228 b, In illa adoptione legitimè factum est nihil.

Legitimus, a, um. iustus, uerus.)(Extraordinarius, nul
lum habens ius. Of. 73 b, Cum iusto et legitimo hoste res

Universidad de Deusto
Biblioteca

ɛrebatur.I.A.236 d, Expedito nobis homine opus eſt, qui imperium legitimum habeat. Tuſ.166 d, Iuſta uxor. I.A.157 b, Cedo illa legitima, quæ conſules populum iu re rogauerunt. Of.13 b, Nec uinci ſe ullo publico ac legitimo iure patiũtur. pro Dom.200 a, Iure Quiritum legitimo tutelarum & hæreditatũ relicto. de In.78 d, Si legitimũ ſcriptum proferetur, id eſt, aut lex ipſa, aut ex lege aliquid. de In.70 b, Iam iura legitima ex legibus cognoſcere oportebit. pro Cæc.293 b, De iure et legitimis hominũ cõtrouerſijs loquimur. Or.207 b, Legitima & ciuiles cõtrouerſiæ. & pro Ar.185 b, Legitima quæſtio. de Op.244 b, In theatro qui locus eſt concionis legitimæ. de Cl.171 b, Illa oratorũ propria & quaſi legitima opera. de Fat.140 b, Prima illa, quæ quotidiana, & quaſi legitima nobis de pace dicta ſunt. pro Mil.106 b, Iter ſolenne legitimum, neceſſariũ eo die Miloni erat Lanuuium. In V.134 b, Dies is erat legitimus comitijs habendis. Epiſt.98 b, In literis meis ad Cæſarem legitima quædam eſt acceſſio commendationis tuæ. In V.247 d, In iudicijs qui decem laudatores dare nõ poteſt, honeſtius eſt ei nullum dare, quàm illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non explere.

Lego, as. aliquem legatum uel oratorem mitto. I. Ver.127 b, Centuripini Andronem legarunt ad Apronium. et Attic.156 d, Qui eſſent ad Coſs. de pace legati. Epiſtol.37 d, b, Nec eram tam deſipiens, ut priuatæ rei cauſa legari putarem, qui, &c. de Clar.169 d, C. Fabricius ad Pyrrhũ de captiuis recuperandis miſſus orator. Atti.243 d, Dolabella me ſibi legauit. Epiſt.84 d, Cæſar Caſſium ſibi legauit. Att.63 d, Mæſius defendebatur à nobis, ſed de legatione renocatus. nam eum Cæſari legarat Appius. & 55 d, Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus, ut, &c. et 155 b, Me legatum iri non arbitror. pro Pomp.14 b, Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. Epi.196 b, Negociorũ ſuorũ cauſa, legatus eſt in Africã legatione libera. pro Se.10 b, Iſti quos legatos tute tibi legaſti.

Legare, teſtamento, uel codicillis aliquid uel alicui relinquere. Topic.222 d, & pro Cluen.24 b, Legare aliquid alicui à filio, uel à ſecũdo hærede. pro Cec.287 d, Vſum fructum omnium bonorũ ſuorum Cæſenniæ legat. Octa.331 d, Rempubl. teſtamento legatam ſibi obtinuit. Atti.219 b, 220 b, Cluuium autem à Tito Hordeonio legare, & Terentiæ H.S.LIII. utilia, & ſepulchro multisq; nihil à nobis.

Lego, gis. ἀναγινώσκω. recito, cognoſco, uoluo, euoluo, uerſo, uoluto, peruoluto, uolutor, uerſor, lectionẽ ad aliquem librum adhibeo.)(. Reijcio. I.V.258 b, Quam orationem nemo eſt in Sicilia quin habeat, quin legat. & Epi.82 d, Liber tuus & lectus eſt, & legitur à me diligẽter. de Or.89 d, Plato, cuius tum Athenis diligentius legi cũ Carneade Gorgiã. & 97 b, Eam rem, quam legas, uerbis alijs quàm maximè fieri poſſit, lectis pronũciare. & ibid. Omniũ bonarũ artiũ ſcriptores & doctores legẽdi & peruolutãdi. At.186 b, Non aſſequor ut ſcribã, quod æquo animo legas. de Cl.81 b, Antimachus poeta conuocatis auditoribus legebat eis magnum illud uolumen, &c. et de Or.129 d, Orationẽ alicui legendã dare. Ep.95 d, Dummodo is tibi quiduis potius quàm orationes meas legerit. de Sen.81 d, Nec ſepulchra legens uereor, quod aiũt, ne perdam memoriam. de Nat.50 b, Legi

ſcriptum eſſe, quem quãdam, &c. Top.221 d, Eos libros per te ipſe legas. Or.206 d, Quoniam hũc tu oratorem diligentiſſimè cognouiſti, nec eum dimittis è manibus. contra Rul.68 b, Hoc animo ad legẽdam legem, cognoſcendamq; uenimus, ut, &c. Aliquem in bonis autoribus eſſe uolutatum. l. Voluto.

Legere. pro eligere. Or.212 b, Verba legenda ſunt potiſſimùm bene ſonantia. pro Cæl.45 d, Hinc licet conditionum quotidie legas. I. A.197 b, Vt hos iudices legeret, quorũ lectione duplex imprimeretur reipub. dedecus. pro Mil.105 b, Ex quibus cũ optimos uiros legeret, non potuit legere nõ ſtudioſos mei. Ep.204 b, & pro Do. 219 b, Legere aliquem in ſenatum. Ep.91 b, Cũ qui aruſpicinã facerent, in ſenatu Romæ legerentur. de Fin.115 a, Introduci uirtus nullo modo poteſt, niſi omnia quæ leget, quæq; reijciet, unam referantur ad ſummam.

Legere. pro colligere. de Or.133 b, Nudum nuces legere. pro Lig.182 d, Homini mortuo ne oſſa legito.

Leguleius, leij. qui album tantum & formulas quaſdam ſori ſecutus, non orator. ſed formularius, ut Quintilianus dicit, uel ut Cic. tum leguleius. i. facilior eligens, tum præco actionum & cãtor formularũ euadebat. de Or. 105 b, Leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum.

Legumen, nis. quod legitur è terra, ut piſa, cicera, fabæ. de N.57 b, Terra fœta frugib. et uario leguminũ genere.

Λελυθότως. l. Obſcure.

Λήμματα. l. Sumptio.

Lemniſcatus, a, um. inſignitus, nobilis. pro S.R.35 d, Palma lemniſcata.

Lemnius, a. de Fin.84 b, Saxum Lemnium.

Lemnus. inſula. ad Her.41 d, At.80, de N.24, de Fat.47.

Lena, næ. conciliatrix. de Nat.16 b, Non uides quam blanda conciliatrix, & quaſi ſui ſit lena naturæ

Lenio, lenis. placo, mitigo, flecto. pro Mar.136 d, Qui nõ fortuna inflammaret odium ſuum, ſed boniate leniret. Attic.90 d, Sæpe etiam leniui iratum. I.A.182 b, Cæſar muneribus multitudinem imperitam lenierat. At.190 d, Me ſcriptio & literæ non leniunt, ſed obturbãt. de N.65 Incommoda ſapientes commodorum compenſatione leniunt. Quint. Fratr.295 b, Perfice ut lætitia prouinciæ deſiderium noſtrum leniatur. Epiſtol.256 d, Omne deſ derum literis mittendis accipiendiſq; leniam. I.A.159 d, Populus Romanus deſiderium liberatoris ſui perpetuo plauſus & clamore leniunt. de D.108 b, Liber de ægritudine lenienda. Quin. Frat.326 d, Quorum tamen nihil eſt eiuſmodi, ut ego me multa conſolatione leniam. Epi. 61 b, Hominis importunißimi contumeliæ tuis ergà me officijs leniuntur.

Lenis, ne. facilis, mitis, indulgẽs, clemẽs.)(. Acer, ſeuerus, aſper. Ep.61, Sin aliquid impertiuit tibi ſui cõmodi, lenis à te & facilis exiſtimari debeo, qui nihil tecum de his ipſis rebus expoſtulẽ. Pro S.R.44 b, Romani quondam in hoſtes leniſſimi & mitißimi. & ad Bru.91 b, Lenis in aliquem. Ep.71 d, Leniſſimis uerbis utens, re grauiter accuſas. Att.100 d, Auſter leniſſimus & mitis. de Or.117 b, Tractu orationis leni & æquabili. aliter, lenit. l. Lenitas. de N.55 b, Vox lenis.)(. Vox aſpera. & de Fi.72 b, Lene.)(. Aſperũ. de Or.125 b, Oratio placida, ſummiſſa, lenis.)(. Fortis, acris, uehemens.

Lenitas

Lenitas, tis. lenitudo, quaſi quædam mollicia ſiue lenitudo. l.C.105 b, Non eſt iam lenitati locus, ſeueritatem res ipſa flagitat. Par.236 b, Lenitas eſt iuſtitia in moderatione animatueriẽdi. Par.237 d, Lenitatem mollicia animi imitatur. Attic.73 b, Nunc lenitate dulces ſumus. de Or.89 b, Mẽtes ad lenitatẽ, miſericordiamq; reuocare. pro Syl.270 d, Qua mollicia ſum animi ac lenitate. Ep. 202 b, Dare ſe ad lenitatem. pro R.92 d, Libertas lenitate legum munita. pro Mur.134 d, Qua in ſorte ſapiens prætor beneuolentiã adiungit lenitate audiendi. de Or. 107 b, Neq; minus hæc tamen tua grauiſſimi ſermonis lenitas, quàm illa ſumma uis & contẽtio probatur. de Or. 214 d, Genus orationis ſuſum atq; fractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens. Orat.201 b, Lenitas et æquabilitas orationis, & purum quoddam & cãdidum genus dicendi. de Or.125 d, Lenitas uocis.

Leniter. molliter, quodãmodo molli brachio. de Som.127 b, Hic leniter arridens Scipio, Quæſo, inquit, &c. pro Cæl.42 b, Oratio ſenſim ac leniter accendit animos. de Orat.352 d, Agere uerſum leniter & remiſſe. Off. 27 d, Preſſe & leniter loqui. de Cl.179 d, Leniter dicere.)(. Aſſtere dicere. de Or.107 d, Tu qui multo dicis remiſſius & lenius quàm ſolebas. Epi.61 d, Sedens ijs aſſenſi, qui mihi lenißimè ſentire uidebantur.

Lenitudo, nis. lenitas. I.V 231 b, Verebar ne illorum nimia lenitudine oppugnarer. Tuſ.237 b, Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Quin. Fr.27 b, Nam illud nõ ſolum eſt grauitatis, ſed interdum etiam lenitudinis. alij leguntj, lentitudinis.

Leno, onis. miniſter libidinis, miniſter improbißimæ cupiditatis. Poſt.206 b, Leno impurißimus. pro Q.R.48, Ballio ille improbißimus & periurißimus leno.

Lenocinium, nij. pro Mur.142 d, Vtrum lenocinijs, inquit, à grege delicatæ iuuentutis petebas? an, &c. Poſt. 206 d, Qui egeſtatem domeſtico lenocinio ſuſtẽtauit. de N.55 b, Perſpicuum eſt enim, quò corporum lenocinia proceſſerint. pro Seſt.26 b, Qui ſe uiciorum illecebris & cupiditatum lenocinijs dediderunt,

Lenocinor, aris. I.V.62 d, Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet quàm poteſt.

Lentè, remiſſe. de Orat.125 b, Lentè ferre aliquid. & 137 d, Lentè reſpõdere alicui. Para.117 d, Sed hæc obſcuriora uideri poſſunt, cum ſine appoſitione exemplorum lẽtius diſputantur. Att.21 d, Quem librum tibi ego non eſſem auſus mittere, niſi eum lentè & faſtidioſe probauiſſem: id eſt, diu.

Lentiſcus, ſci. de D.83 d, Iã uerò ſemper uiridis ſemper que grauata Lentiſcus triplici ſolita grãdeſcere fœtu, Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.

Lentitudo, nis. nimia lenitudo & tarditas. Tuſcu.218 d, Stoici eam quam nos lenitatem dicimus, uitioſo lentitudinis nomine appellant. Quint. Frat.297 b, Nam illud non ſolum eſt grauitatis, ſed interdum etiam lentitudinis. l. Lenitudo.

Lentulitas. tis. Epiſtol.36 d, Vllam Appietatem aut Lentulitatem ualere apud me exiſtimas, quàm ornamenta uirtutis?

Lentulus, la. reſtrictius. Att.165 d, An exiſtimas illum in iſto genere lentulum aut reſtrictum.

Lentus, a, um. tardus, frigidus, remiſſus. I.C.109 d, Hos e-

go non tam milites acres, quàm inficiatores lentos eſſe arbitror. de Cl.189 b, Lentus in diẽdo ac penè frigidus. Att.8 b, Teneri Syllani lentum negocium. de Ora.134 b, Vir patiens ac lentus.

Leo, onis. Off.9 d, Fraus quaſi uulpeculæ, uis leonis uidetur. & de Fin.133 b.

Leon. ontis. nomen proprium. Tuſc.129 b.

Leonaticum, de N.69 b, Leonaticum, delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur.

Leontini. pop. I.V.141 d.

Leontinum. urbs. I.V.155 b.

Leontinus campus. I.A.168 b, & in Verrem ſæpe.

Leocorion. l. Leonaticum.

Lepidè. uenuſtè, feſtiuè. Orat.210 b, l. Lexis. & de Orat.158 b.

Lepidus, a, um. uenuſtus, feſtiuus. In Cat.106 d, Puer lepidus ac delicatus. ad Heren.31 d, Lepida & concinna exornatio.

Lepor, ôris. iucunditas, feſtiuitas, hilaritas, humanitas, urbanitas. I.V.265 d, Homo affluens omni lepõre ac uenuſtate. Tuſ.239 d, Specimen humanitatis, ſalis, ſuauitatis, lepõris. de Orat.86, Lepos quidam facetiæq; & eruditio libero digna. & Ep.95 b, & 134 b, Multa erat in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos. I.V.87 d, & de Or.117 b, Alter lepõrem quendam & ſalem eſt cõſecutus. de Cl.176 b, Facetiarũ & urbanitatis oratorius non ſcurrilis lepos. & de Or.98 d, Facetiarum quidam lepos. Or.205 b, Genus dicendi in quo omnes uerborũ, omnes ſententiarum lepõres. pro Flac.158 d, Sermonis lepor. ad Her.32 d, Lepos & feſtiuitas orationis.

Lepreon. opp. Att.90.

Leptis, ptis. I.V.267.

Lepus, poris. l. Pulpamentum. In Arat. Leuipes lepus.

Lepuſculus. animal. de N.18 b, Nec unquam egreſſus ex inſula, in qua lepuſculos uulpeculasq; ſæpe uidiſſes.

Lepuſculus, la, lum. I.V.219 b, ὑποκοριστικῶς, à lepido.

Lerna, æ. palus Argiua, in qua hydra excetræ fuit. Tuſcul.179 b, Hæc dextra lernam tetram maclata excetra placauit.

Lesbiacus, a, um. à Lesbo inſula. Tuſc.164 b.

Lesbos, inſ. Att.143.

Leſſus, ſi, uel Leſſum, ſi. quid ſit, hiſce uerbis declarat Cicero de L.182 d, Mulieres genas ne raduntο, neue leſſum funeris ergò habento. Hoc ueteres interpretes, Sex. Aelius, L. Aelius non ſatis intelligere ſe dixerunt, ſed ſuſpicari, ueſtimenti aliquod genus funebris: Lælius leſſum quaſi lugubrẽ eiulationem, ut uox ipſa ſignificat, quod eo magis iudico uerũ eſſe, quia lex Solonis id ipſum uetat. Tuſcul.187 d, Ingemiſcere nonnunquam uiro conceſſum eſt, idq; rarò: Eiulatus ne mulieri quidem cõceſſus eſt: hic nimirum eſt fletus, quem XII tabulæ in funeribus adhiberi uetuerunt.

Letum, ti. mors. Att.164 b, Vide quàm turpi leto pereamus. de D.92 d, Eodem ſibi leto, quo iſte interiſſet, eſſe pereundum. de L.174 d, Hos leto dato diuos habento.

Leuamen, nis. leuamentum. Att.196 d, Quod ſi eſſet aliquod leuamen, id eſſet in te uno.

Leuamentum, ti, alleuamẽtum, leuamen. Att.201 d, Scio illam rem tibi fore leuamẽto. & de Fin.137 b, Leuamẽtum doloris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leuasso. de Senect. 77 a, Si quid ego adiuto curamúe leuasso. Ennij.

Leuatio, nis. eleuatio, leuamen, leuamentum, fomentum. Att. 200 b, Si me leuari uis, hæc est summa leuatio. Epi. 82 a, Quotidianus congressus & sermo magnæ mihi leuationis est. Tusc. 174 b, Quæ leuationem habeant ægritudinũ. de N. 3 b, Reperire leuationem malis. At. 196 a, Nec tamẽ à Bruto leuationẽ ullam expecto. de Fin. 123 a, Vestri leuationem uiciorum fieri negant.

Leucadia, diæ. tragœdia. Tusc. 225 a,

Leucas, dis. mons seu promontorium. Tusc. 218 b, Qui modum igitur uicio quærit, similiter facit, ut si posse putet, eum qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se, cum uelit.

Leucate, tes. locus. At. 27.

Leucopetra, træ. Attic. 255 a, Leucopetra Tarẽtinorum. & In Ant. 154 a, Leucopetra, quod est promõtorium agri Rhegini.

Leucothea, thææ. de N. 67, Leucothea, quæ fuit Ino, & eius Palæmon filius. Tusc. 154 a, Leucothea Græcè, Latinè Matuta.

Leuctra, orum. urbs. Tuscul. 172 b, Priusq; Bœotia Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria. & Offic. 13 a.

Leuctricus, a, um. l. Leuctra.

Leuidensa, sæ. uestis genus, raro cõtextu, crasso (ut Cicero ipse dicit, filo. sunt qui Leuidense epitheton esse muneris dicant, ut sit munusculum leuidense: hoc est, tenue & leue. sed prior lectio doctis magis probatur. Epi. 132 a, Sed ego hospiti ueteri & amico munusculum mittere uolui, leuidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera.

Leuiculus, a, um. ὑποκοριστικὸν à leui. Tusc. 248 a, Leuiculus sanè noster Demosthenes.

Leuipes. lepus. In Arat.

Leuis, ue. cuius partes omnes in rectum directæ sunt quodammodo, ita ut nihil habeat asperitatis, politus.)(. Asper, scaber. de N. 14 b, Democriti corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, &c. Part. 233 a, Loci plani an montuosi, leues an asperi. de Vn. 198 b, Deus mundum leuem fecit, & undiq; æquabilem. Leuis, cum opponitur graui & põderoso, siue propriè siue trãslatè. pro S. R. 37 a, Hoc minimè uidetur graue ijs, qui mimimè ipsi leues sunt. pro Quint. R. 45 b, Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicẽ graue & sanctum esse ducetur. & de Orat. 96 b, In artificio & opera quã tenui adhibere multam diligentiam. pro Plan. 272 b, Alia quædam inania & leuia conquiris. de Diuin. 113 b, Leuis armatura. Tuscul. 169 a, Quod enim leuius huic leuitati nomen imponemus? contra Rul. 75 a, Autoritas tenuis, persona leuis.

Leuitas, tis. politura, ut Plinius dit.)(. Asperitas. de Orat. 152 a, In ipso tactu est modus & mollitudinis & leuitatis. de Vn. 198 a, Omni aũt totam figuram mundi leuitate circundedit. & 203 b, Speculorum leuitas.

Leuitas, cum contraria est grauitati, siue proprię, siue trãslatè. de N. 40 a, Hæc plena sunt futilitatis summæq; leuitatis. In A. 211 a, Quid est inconstantia, mobilitate, leuitate turpius? pro Fl. 151 a, Homines leuitate Græci, crudelitate barbari. de D. 108 a, Leuitate, uanitate, malitia

excluſa diuinationem probo. de N. 34 a, Cuius opinionis leuitas confutata est. Off. 34 b, Vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre leuitatis est. de Fin. 61 b, Amatorijs leuitatib. dediti. pro Qu. R. 49 a, AEgritudo criminis: id est, leuitas.

Leuiter. quodãmodo molli bráchio, tenuiter, leniter, mediocriter. Attic. 22 b, Off. 17 a, Medici leuiter ægrotantes leuiter curant. & Attic. 111 a, Cum leuiter lippirem, has literas dedi. de N. 55 a, Genæ oculis subiectæ leuiterq; eminentes. pro S. R. 32 a, Non omnia dicam, & leuiter unumquodq; tangam. de Diuin. 87 a, Bacillum incurvum & leuiter à summo inflexum. Orat. 198 b, Alij florẽtes & leuiter ornati. de Orat. 145 a, & pro Mur. 138 b, Homo leuiter eruditus. de In. 81 a, Quæcunq; in re quamuis leuiter probabili. de Inuẽt. 81 b, Leuiter sanctius. At. 7 b, Leuiter dissidere inter se. pro Cæl. 49 a, Leuiter ferre aliquid. & de Pro. 79 a, Leuissimè feram. de Arus. 255 a, & Epist. 47 b, Id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam pro Syl. 172 b, Leuiter dicere aliquid: id est, quasi summissa uoce. pro Sest. 28 a, Patria quam (ut leuissimè dicam) certè texeram. In Cat. 114 b, Tamen ut leuissimè dicam, dimicandum nobis fuisset. pro Mur. 145 a, Is nemini, ut leuissimè dicam, odio fuit. Ep. 41 a, Cum tu omnibus ornamentis redundares, illi (ut leuissimè dicam) multa deessent.

Leuo, as. alleuo, releuo, eleuo, subleuo, minuo, lenio, leuationem facio uel affero, laborẽ detrabo, leuationi sum. Attic. 16 a, Tu qui sæpissimè curam & angorem animi mei sermone & consilio leuasti tuo. At. 175 a, Nominibus me leuant literæ tuæ. & 139 b, Epistola tua me ægritudine leuauit. Attic. 59 a, Epistola tua solicitũ me de Quinto ualde leuauit. de Orat. 110 b, Aues leuandi laboris sui causa passim uolitare. In A. 223 a, Vt me leuaret tuus adiutus leuari potest. Attic. 203 a, Vt me leuaret tuus aduentus, sic discessus afflixit. pro S. R. 19 b, Leuare calamitatẽ innocentium. Postquam. 209 b, Atti 193 b, Nam mihi, ut omnia contingant quæ uolo, leuari nõ possunt. & 282 a, Quem cum à me dimittens grauiter ferrem, hoc leuabor uno, quod, &c. Quint. Frat. 328 a, Illum neque ursi, neque leuani. Attic. 76 b, Leuantur tamen miseræ ciuitates, quòd nullus sit sumptus in nos, neque in legatos nostros. Epistol. 37 b, & 44 b, Vt leuarem miserijs perditas ciuitates. Orat 206 b, Quem laborem nobis leuauit Attici nostri labor. Epistol. 47 b, Hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent. & ibid. Si mihi unius mensis labor detractus esset. de Sen. 84 a, Et corpora quidem de fatigatione & exercitatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. I. V. 338 a, Hæc facta sunt, ut homines nobiles supplicio aut exilio leuarẽtur. de Orat. 133 b, Leuare aliquem ignominia. de Amic. 110 b, Tales igitur amicitiæ sunt remissione ipsa leuandæ. de Amic. 109 b, Nonnulli etiam cõtemnendos se arbitrabantur, qui hac opinione nõ modò uerbis, sed etiam opere leuandi sunt. pro Quint. 9 b, Reiecticia necessitudinis nomine leuatur. I. C. 108 b, Nunquam ego hoc optabo inuidiæ meæ leuandæ causa. & 120 b, Nõ quis huius supplicio leuando se iactare possit. pro Cor. 63 a, Gaditani populum Romanum in cartate annonæ frumento suppeditato leuarunt. pro Mil. 115 a, Leuare annonam. In V. 170 b, Leuare atque ab se amouere aliquem

aliquam sustinionem. At. 90, Liberare aut leuare se ære alieno. de N. 61 b, Perspicuitas argumentatione leuatur. Acad. 18 a, Autoritas leuatur incõstantia. de In. 72 b, Crimination leuari: id est, leuiorem fieri.

Lex, gis. rogatio, priuilegium, scitum, ius, iussum populi, principis decretum, iudicis sententia. de Leg. 164 b, Disciplina, conditio, certa uiuẽdi disciplina, iuris æqua descriptio. de Leg. 159 b, Lex est ratio insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetq; contraria. I. A. 236 b, Lex est recta, & à numine deorum tracta ratio, imperãs honesta, prohibens contraria. de L. 164 a, Lex est recta ratio imperandi atq; prohibẽdi. de Leg. 162 a, Lex est recta ratio in iubendo & uetãdo. de Leg. 172 a, Lex est iustorum iniustorumq; distinctio, ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressa natura, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt, & defendunt ac tuentur bonos. pro Mil. 503 a, & Ora. 212 b, Est enim iudices hæc non scripta, sed nata lex: quã non didicimus, accepimus, legimus: uerum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. de L. 159 b, Lex est naturæ uis, mens & ratio prudentis, iuris atq; iniuriæ regula. de L. 159 b, Lex quæ scripto sancit quod uult, aut iubendo, aut uetãdo, ut quod uniuersum mundũ regit, imperandi prohibendiq; sapientia. de Leg. 171 a, Lex uera atq; princeps, apta ad iubendum & ad uetandum ratio est summi Iouis. de Legib. 171 a, Lex illa, quam dij humano generi dederunt, est ratio mentis, sapientis ab iubendum, & ad uetandũ idonea. & ibidem: Lex populavis. de Finib. 208 a, Deus, cuius ad naturam apta ratio uera illa & summa lex à philosophis dicitur. de Leg. 171 b, Illa diuina mens summa lex est, eadem cum in homine est perfecta, est in mẽte sapientis. de Leg. 184 b, Cum legem dico, nihil aliud intelligi uolo, quam imperiũ, sine quo nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. & ibidem: Omnia iussis supremæ legis obtemperãt. Of. 41 b, Leges cum omnibus semper una atque eadem uoce loquuntur. de Legib. 177 b, Verè dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. de Orat. 106 b, Legibus & præmia proposita sunt uirtutibus, & supplicia uitijs. de N. 9 a, Lex naturalis recta imperans, prohibensq; contraria. Offic. 56 a, Hoc exigit naturæ oratio, quæ est lex diuina & humana. & 57 a, Vna continemur omnes & eadem lege naturæ. & 59 a, Lex naturæ quæ utilitatem hominum conseruat & continet. Tusc. 134 b, Consensio omnium gentium lex naturæ putanda est. Ora. 212 a, Est enim iudices hæc non scripta, sed nata lex. de Leg. 185 b, Salus populi suprema lex esto. I. A. 237 a, Natura, naturæ ratio, lex naturæ, lex naturalis, lex scripta. de In. 80 b, Omnis lex aut iubet aliquid, aut permittit, aut uetat, aut de genere omni, aut de parte quadam, aut communiter in plures res, aut in aliquam certam rem scripta est. & ibidem: Leges duas pent inter se, hinc ἀντινομίαι. de Legib. 164 a, Stultißimi est, existimare omnia iusta esse, quæ scita sint in populorum institutis aut legibus. pro Cluen. 48 a, Indi-

gnum est in ea ciuitate quæ legibus teneatur, discedi à legibus. hoc enim uinculum est huius dignitatis quã fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis. & ibid. multa pulchra de legibus.

Promulgare. rogare, ferre, sancire, describere, constituere, instituere, iubere, uetare, imponere, statuere, abrogare, condere, componere, scisscere, edicere leges, scita, iussa, iura. pro Fla. 149 a, Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet summota cõcione, distributis partibus tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, auditis autoribus, re multos dies promulgata & cognita iuberi uetariq; uoluerunt. Post. 206 b, Legem Trib. pleb. tulit, ne auspicijs obtemperaretur, ne obnunciare cõcilio aut comitijs, ne legi intercedere liceret, ut lex Aelia & Fusia ne ualerent. I. A. 147 a, Ego leges pernicioſas rogaui. & I. C. 103 a, Leges quæ de ciuium reorum supplicio rogatæ sunt. de Leg. 171 b, Cõdere leges, sancire scita. & ibidem: Describere iussa populis, componere & sancire leges. pro Planc. 268 a, Leges quas senatus de ambitu sanciuit. pro Dom. 229 b, & ibidem: Quod Gracchus de Popilio tulit. pro Dom. 229 b, Vbi enim tuleras, ut mihi aqua & ignis interdiceretur. & 227 a, De me retulisti, legem promulgasti, tulisti. & Epistol. 203 b, Promulgare legem de aliqua re. Attic. 52 a, Cum ut absentis ratio haberetur ferebamus. & pro Cecin. 304 b, Sylla tulit de ciuitate. In Ant. 228 a, De quibus confirmandis & faciendis legem comitijs centuriatis ex autoritate nostra laturus est. pro Dom. 223 a, Scribere leges. & 222 b, Hanc legem Clodius scripsit. & pro Flac. 171 b, pro Planc. 266 b, Scisscere legem de aliqua re. pro Corn. 62 b, & 59 a, Populus Romanus legem iussit de ciuitate tribuenda. Item innumerabiles aliæ leges de iure ciuili latæ. de Dom. 118 a, Aera legem de cælo tacta. & In Cat. 115 a, Cum & legum æra fulminis tactu liquefacta sunt. In Ant. 289 b, Antonius falsas leges in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauit. & Attic. 227 a, Antonius fixit legem à dictatore comitijs latam. pro Mil. 118 b, Incidebantur iam domi leges, quæ nos nostris seruis addiceremus. In Ant. 156, Quæ illæ in æs incidit, in quo populi iussa perpetuasq; leges esse uoluit, pro nihilo habebuntur. & ibidem b, Ea lege omnes iudiciariæ lege Cæsaris dissoluuntur. pro Mil. 103 a, Silent leges inter arma. de L. 174 a, Optimæ reipublicæ leges dare consentaneas. & 167 a, Omnibus populis leges damus. & 167 b, Dare legem uiuendi, & disciplinam populis. Offic. 74 a, Ferre rogationem. & ibid. Accipere legem uel rogationem, accepta lex est, & rogatione accepta. de Amic. 114 a, Itaque lex populi, suffragijs populi repudiata est. & In Ant. 195 b, Hanc legem populus Romanus non accepit. In Ant. 206 a, Per uim & contra auspicia imponere leges reipublicæ. & 206 b, Conditiones ferre, leges imponere senatui. & 212 a, Antonius leges ciuitatis per uim imposuit. & Acad. 7 b, Imponere grauem legem alicui. Quint. Frat. 304 a, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. In A. 195 b, Legem antè factam uidimus, quam futuram quisquam est suspicatus. I. P. 86 a, Hanc legem non dicam animi hominum, sed facti ulli ferre possunt? I. P. 85 b, Lex iniusta per seruos, incisa per uim, imposita per latrociniũ. pro Se. 15 b, Omnes leges, quæ de iure

Universidad de Deusto
Biblioteca

& de tempore legum rogandarum, una rogatione dele uit. pro Sest. 15 b, Vt rogata lege legẽ ferret prouinciæ commutandæ. pro Sest. 11 a, Is in legem per uim latam iurare noluit. pro Sest. 17 a, Quasi ille non in alteras quoque leges, quas iniustè rogatas putaret, iam antè iurarit. & 6 a, Clodius constrictus legum sacrarum catenis. Offic. 59 a, Perrumpere leges. l. C. 101 a, Deuincere & perfringere leges. pro Corn. 58 b, Ea lex, quam habemus, &c. pro Syll. 179 a, Lex ferri cœpta, nunquam posita est in senatu. contra Rull. 76 b, Nulla res parta bello, nondum legibus datis uenire debet. & 78 a, Legum datio. pro Cecin. 299 a, Ciuili ac publica lege ius teneri. de Clar. 189 b, Is bene iuris publici leges & instituta cognouerat. de Orator. 88 a, Carbo ignarus legum, rudis in iure ciuili. de Orat 107 b, Imponere nimis duras leges alicui. contra Rull. 76 a, In posterum hæc lex imperatoribus uestris constituetur. de Orator. 92 a, Instituere ciuitates, scribere leges. & ibidem de legibus instituendis aut uetandis. pro Cecin. 291 b, Vel tenuissimarum rerum iura statuere. Attic. 216 a, Nam ista lex perferretur. & Quint. Frat. 327 b, Perferre legem per uim. de Clar. 172 b, M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit. Attic. 276 b, Nec quo minus id posset alicui, ulla lex sanxit. de Orator. 99 a, Agere lege in hæreditatem paternam. pro Dom. 218 a, An licuit tibi de pernicie ciuis indemnati ferre non legem, sed nefarium priuilegium? Offi. 41 a, Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. pro Muren. 125 a, Legem de ambitu ita tuli, ut eam quam mihimetipsi iam pridem tulerim de ciuium periculis defendendis, non abrogarem. 144 a, Alteri nostri imperij præsidio disciplinam suam, legesq; conseruant. Quint. Frat. 291 b, Aliquem negligere eas leges, quibus est astrictus. pro Marc. 138 a, Iniquam legem & miseram conditionem institui periculis hominum. pro Mur. 126 b, Illos lex magis quædam accusatoria, quàm uera maledicendi facultas de uita L. Murenæ aliquid dicere coegit. de Am. 103 b, Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. de Legib. 156 b, Alias in historia leges obseruandas esse, alias in poemate. Orator. 216 b, In uersibus certa quædam & definita lex est, quam sequi oportet. de Orator. 160 b, Hanc igitur ad legem formanda nobis oratio est. & ibidem a, Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio est. id est, normam. Attic. 92 a, Pontinus enim ex pacto & conuentu (nam ea lege exierat) iam à me discesserat. Epistol. 71 b, Homines ea lege natos esse, ut omnibus telis fortunæ proposita sit uita nostra. & ibidem: Nec est recusandum quo minus ea, qua nati sumus, conditione uiuamus.

Leges uariæ, earumq; latores. Quint. Frat. 296 b, Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negocij, & liberationem molestiæ. Quint. Frat. 309 a, Lex quæ de ijs ferretur, ut qui non discessissent, ea postea quæ est de ui, tenerentur. pro Flac. 148 b, Lege hac recenti & noua certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. In Verr. 75 a, Lex Acilia de pecunijs repetundis. In Ant. 156 b, Lex Aurelia, quam M. Aurelius Cotta prætor tulit, ut senatores, equites, tribuni ærarij simul

iudicarent. l. Ascon. Pædianum. Pro Muren. 141 a, Lex Fabia, quæ est de numero sectatorum. & pro Rab. 92 a, De seruis alienis contra legem Fabiam retentis. pro Cluen. 49 b, Gracchus tulit legem, ne quis iudicio circumueniretur. 56 b, Ante Gracchum Sempronia dicebatur. contra Rull. 70 b, Licinia & Ebutia lex, ne quis fert de aliqua curatione ac potestate, ei aut suis propinquis ea potestas curatioue mandetur. & 88 a, L. Flaccus interrex de Sylla legem tulit, ut omnia quæcunque ille fecisset, essent rata. & ibidem: Valeria lege & Cornelijs legibus eripitur cum datur. de Finibus, 794, Lex Voconia. Aderant multi amplissimi uiri, quorum nemo censuit, plus filiæ dandum, quàm posset ad eam lege Voconia peruenire. & de Senect. 80 a, Lex Portia. pro Rab. 92 a, De ciuibus Romanis contra legem Portiam uerberatis aut necatis. & ibidem: C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuium Romanorum iniussu notho iudicaretur. & In Catil. 120 a, Lex Sempronia. pro Muren. 124 b, M. Cicero legis ambitus lator. & 140 a, Lex Calphurnia ambitus. pro Muren. 133 b, Lex L. Othonis, quæ ad ludos pertinet, est omnium grauissima. Attic. 66 b, Lex Plotia de iudicijs. pro Milone, 108 b, & de Clar. 193 b, Lex Varia de iudicijs. 133 a, Lex Gabinia de syngrapha & de uersura. de Natur. deor. 75 a, Lex Lectoria. Item: Iudicium publicum rei priuatæ, lege Lectoria. & ibid. Iudicium de dolo malo C. Aquilius protulit. de Cla. 176 a, Lex Aquilia de iusticia. de Orat. 106 b, Leges Manlianæ uenalium uendẽdorum. et 118 b, Lex Apuleia de maiestate. & 127 a, l. Maiestas. de Orat. 135 a, Lex Thoria de ijs quorum pecore agri publici depascebãtur. de Sẽ. 79 a, & de Ora. 135 a. Lex Cincia de donis & muneribus. de Cla. 169 b, Lex Menia, ut consules etiam ex plebe creari possent. & ibi. C. Flaminius legem tulit de agro Gallico & Piceno uiritim diuidendo. de Cla. 170 a, Lex Licinia & Mutia, ut in suæ cuiusq; ciuitatis ius redigerentur ciues. de Cla. 174 a, Legem de pecunijs repetundis L. Piso Trib. pl. tulit. At. 221 a, Lex Põpeia. de Cla. 195 b, Lege Pompeia ternæ horæ ad dicendũ datæ. de Cla. 184 a, Lex Sempronia frumentaria. Atti. 276 b, Lex Domitia facta est de dotijs. C. Marius cũ esset absens, lege Domitia sacerdotijs. pro S. R. 274 a, augur. & ibid. Lex Iulia de sacerdotijs. pro S. R. 274 a, Lex Memmia contra eos qui sine causa & temerè alios quem accusant. In pandectis tamen lib. 48. lib. 1. ad senatusconsultum Turpilianum, lege Rhemnia, non Memmia legitur. pro S. R. 294 a, Lex quæ de proscriptione est, siue Valeria est, siue Cornelia. Qu. Frat. 314 b, Lex Papia, ne diebus comitialibus senatus haberetur. pro Cluent. 128 b, Lex Cornelia, qua reo licebat optare, clàm an palàm de se sententiam ferri uellet. Qu. Frat. 431 b, Lex Gabinia, qua ex cal. Feb. usq; ad cal. Martias legatis sortiri natus quotidie dari cogebatur. de Le. 165 b, 167 a, & de Cl. 176 a, & Orator. 206 a, Lex Manilia, ut singuli ex tribus fines regerent. de L. 191 a, & de Am. 104 a, & de Clar. 173 a, Leges Tabellariæ quatuor, quarum prima de magistratibus mandandis, ea est Gabinia, & de Cassia de populi iudicio: Carbonis est tertia, de iubendis legibus ac uetandis: Cælij quarta, qui etiam perduellionis iudicio tabellam dedit. de L. 191 b, Lex Maria pontes fecit angustos. pro R. P. 224 a, Lex Iulia

lia iubet persequi ab ijs, ad quos ea pecunia, quam is coeperit, qui damnatus sit, peruenerit. Idem est in lege Cornelia & Seruilia. In Vat. 34 b, Vatinius legem tulit de alternis consilijs reijciẽdis. pro Plan. 66 b, Lex Licinia quæ est de sodalitijs. & ibidem: Plancius primus sciuit legem de publicanis. de Arus. 255 a, Leges Iuliæ cõtra auaritiã latæ. de Arus. 251 a, Lex naturæ. Hoc si minus iure ciuili perscriptum est, lege tamen naturæ & communi iure gentium sancitum est. de Leg. 173 a, Vt in ueteribus his sacratisq; legibus. pro Cæl. 52 b, Quintus Catulus legem tulit de ui. de Arus. 247 a, Lex de ui, quæ est in eos qui uniuersam rempublicam oppugnant. pro Dom. 239 a, Lex Papyria uetat ædes iniussu plebis consecrari. pro Dom. 221 b, Lex Cæcilia & Didia. pro Dom. 223 b, Lex Licinia, ne quis ipse sibi curationem ferret. pro Dom. 234 a, & In A. 195 b, Lex Cæcilia & Didia, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus, aut quod nolit accipere, aut quod uelit repudiare. pro Arch. 186 b, Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, si tũ cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & si L X. diebus apud prætorem essent professi. pro Arch. 187 b, Lex Papia. pro Cornel. 59 a, Lex Iulia qua ciuitas est socijs & Latinis data. pro Syll. 179 a, Rogatio Cæcilia, qua res iudicatæ rescindebantur. Offic. 64 a, Lex Plectoria, qua uindicabantur hi, qui adolescentes circumscribebant. In A. 203 b, Leges annales. & 235 b, Lex Hircia Pompeianos omnes dignitate priuabat. In Ant. 156 a, Et quid est, quod tam propric dici possit atrocius, quàm lex: Quare acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur: quære Syllæ, Corneliæ. In Ant. 174 a, Lex de alea Licinius lege ea qua est de alea condemnatus. I. P. 99 b, Lex Iudiciaria. & I. A. 169 a, Lex Roscia de fedendo ad spectacula. I. P. 90 a, Lex Iulia de repetundis. & ibidem, Lex Cornelia maiestatis. de Pro. 78 b, Lex Helia & Fusia de auspicijs, &c. Cum lex feratur de cœlo seruari, obnunciari, intercedi licere. Att. 28 a, Lex Iunia, lex Licinia, lex Cælia, lex Didia. de Pro 78 b, & 79 a, Leges Iuliæ. & 71 b, Leges Sacratæ, quas tulit plebs Romana cum in montem Sacrum secessit. & 69 b, Lex Censoria, qua publicani tegebantur, ut publicani possent. & pro Corn. 67 b, Lex Sempronia, de successione peregrinorum. pro Corn. 59 a, C. Furius tulit legẽ de mulierum hæreditatibus. de Legib. 177 b, Plato negat mutari posse musicas leges, sine mutatione legum publicarum. Lex Aelia, 2 ad Attic. Lex Curiata, in Rul. Lex de collegijs, 3 ad Atticum. Lex de proscriptione Valeria aut Cornelia. pro R. Amer. Lex de sepulchris, 12 ad Attic. Lex de tempestate, de Inuent. Lex de ueneno, pro Cl. Lex frumentaria, Tuscul. quæst. libro 3. Lex Hieronica, 4 in Verr. Lex iudiciaria, in Pison. Lex non iusta, quam interrex tulit, ut Dictator quẽ uellet ciuium indicta causa, impunè posset occidere, 1 de Legib. Lex nummaria, 3 in Verr. Lex Papyria uetat ædes iniussu plebis consecrari, pro Dom. sua. Lex Roscia frumentaria, 2 ad Attic. Lex Rupilia, 4 in Verr. & Lex Scatinia, 8 Famil. Lex sumptuaria Cæsaris neglecta, eo absente, 13 ad Att. 7 Famil. Lex suprema Consulibus salus populi esto, 3 de Legibus. Lex Terentia, 5 Verr. &

Lex testamentaria, 2 de Inuent. & Lex Viaria & alimẽtaria, C. Curionis, 8 Famil. in Epist. Cælij. Lex naturæ, Consensio omnium gentium, Tuscul. quæst. lib. 1. Lex repetundarum L. Pisonis, Brut. Lex Rhodiorũ, de rostratis nauibus publicandis, 2 de Inuentione. Lex Solonis nõ probanda, 10 ad Atti. Lex duodecim tabularum inquit: Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neue urito, 2 de Leg. Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex XII. Tab. permiserat: quod quũ impetrasset, causa caderet, 1 de Orator. Leges duodecim tabularum, 2 de Legibus. Legis Curiatæ usus, 1 Famil. Leges communes, 2 ad Heren. Leges Seiæ & Apuleiæ & Liuiæ, nullæ, quæ non uersiculo Senatus puncto temporis sublatæ sunt, 2 de Legibus. Leges Cretum, itemq; Lycurgi laboribus eruduntur iuuentutem, uenando, currendo, esuriẽdo, sitiẽdo, algendo, æstuando, Tuscul. quæst. lib. 2. Leges Cretensium siue Iupiter, siue Minos sanxit de Ioue quidem sententia, ut poetæ ferunt, Tuscul. quæst. lib. 2. Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent, Of. Leges Lycurgi, Solonis, Charondæ, XII. tabularum, de Legib. lib. 1.

Lexis, xis. uerbum. de Orat. 158 b, Quàm lepidè lexeis compostæ ut tesserulæ omnes, &c. & Orat. 210 b, lege Emblema.

Libamentum, ti libatio. de L. 175 b, Vt sacrificiorum libamenta seruentur.

Libatio, onis. libamentum, quicquid dijs consecratur & offertur. de Arus. 248 b, Libationes epulæq; ludorum.

Libella, læ. as, & numus argenteus esse uales. I. V. 113 b, Quis Volcatio si sua sponte uenisset, unam libellam dedisset? pro Qu. R. 46 b, Nisi planum facit H. S. LIII. ad libellam sibi deberi. Att. 100 b, Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio intellige hæredem.

Libellus, li. commentariolum, uel tabulæ, seu codex: item paruus liber, literæ seu codicilli. Attic. 262 a, Atticus libellum composuit, eum mihi dedit, ut darem Cæsari: Cæsar autem rescripsit, æquum eum postulare. pro Quint. 9 a, De quo libelli in celeberimis locis proponũtur, huic ne perire quidem tacitè conceditur. 4 b, & 11 a, Libellos Sex. Alphenus procurator P. Qu. deiecit. pro Cluẽ. 59 a, Non illi in libellis laudationum decreta miserunt, sed, &c. In Ant. 156 a, An in chirographis & libellis acta Cæsaris firma erunt? & ibidem: Memoriæ causa referre aliquid in libellum. Attic. 85 a, Habeo libellum in quo est, Salaminij pecuniam debent M. Scaptio. pro Arch. 190 b, Cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset. de Orator. 92 b, & pro Arch. 190 b, Scripsi illud in quodam libello, qui me imprudente & inuito excidit. Epistol. 173 a, Libelli pro literis: Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. In Verr. 145 b, Recita mihi hunc primum libellum, deinde illum alterum Canuleij. Hoc quoque loco, libellus pro literis positus uidetur.

Libens, tis. lubens. Attic. 9 a, Res nostræ, quæ tam libenti senatu laudabantur à Crasso. contra Rull. 75 b, Quam dignitatem, & si libente illo, tamen absente illo per uos consecutus sum. de Ar. 245 b, Non modò patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. Attic. 25 a, Animo gaudenti ac libenti. & I. V. 71 a, Animo libentissimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

simo facere aliquid.Ep.227 b,Vt libẽtißimis Græcis nu
tu,quod uelis,cõsequare.pro Mil.109 a, Cum totius Ita
liæ cõcursus fácti illius gloriam libens agnouisset.Att.15
b,Vt frequentißimo & libentißimo uterentur.& 55 a,
Redemptores statim sunt demoliti, libentißimis omni-
bus.& 64 a,Neq; patronis suis tam libentibus quàm ac
cusatoribus.Qu.Fr.311 b, In quibus me perlubente Ser
uius allisus est.In Ver.173 b,Inuitus.)(.Lubens.

Libenter,libenti animo,magna uoluntate,studiosè,ardẽ
ti studio,me perlubente,sedulò,æquo animo,non inui-
tus,non repugnanter,non grauatè,ne recusans quidem,
non modò non repugnans, omnes sine ulla recusatione
summo etiam studio nomina dant.I.A.211 b,Epist.13 b,
Qui & summa uoluntate ceſſerit,& egregia animi ala
critate abfuerit.Epist. 6 a,Quorum alterum mihi face
re necesse est,si uolo,&c.alterum facio libenter,ut quo
niã,&c.I.V.60 b,Libẽter studioseq; audire.de Cl. 172
a,Libenter uti priscis uerbis.

Liber,a,um.non impeditus, expeditus, liberatus, ſolutus,
nullare implicatus, dominationi nullius parens, inge-
nuus,qui sui iuris est ac mãcipij,qui in sua potestate est,
qui suo iure libertateq; utitur,qui se defendit, qui ius su
um retinet,qui nemini mãcipatus est,ucuuus,purus, in
teger.)(.Seruus,impeditus,implicatus.Ac.26 b, Sic in-
ducto & constituto probabili, & eo quidẽ expedito,so
luto,libero,nulla re implicato.& 3 a,Hoc autem liberio
res & solutiores sumus,quòd integra nobis est iudican
di potestas.Epist.85 a,b,Solutum esse existimatur alteri
malè dicere,tamen,& c.impeditum seipsum laudare,ne,
& c. solum uerò liberum alterum laudare,de quo, & c.
Ac.31 a,Liber igitur à tali irrisione Socrates.Attic.7 b,
Sum enim & ab obseruando homine peruerso liber,&
ad dignitatem in rep.retinendam contra illius uolunta
tem solutus.de N.25 b,Epicurus homo ad scribẽdi licen
tiam liber.& 37 a, Sphæræ stellarum inerrantium ab
æthereaconiũctione secretæ ac liberæ.contra Rul.65 b,
Cõsul solutus à cupiditatibus,liber à delictis.pro Cl.48
a,Dixi Habito statim de eo qui coisset,quo quis condẽ-
naretur,eum esse liberum.I.V.204 b,Vacuus,expers,so
lutus ac liber ab omni sumptu & munere.Of.14 a,Si ab
omni animi perturbatione liber sis.de Aruſp.245 b, Ve-
stræ domus multo maxima ex parte sunt liberæ religio
ne,& ibid.Mea domus ab ista religionis suspicione va-
cua atq; pura est,& ibi. Mea domus iudicijs omnibus li
berata est.pro R.P.124 b,Qua lege totus ordo solutus
ac liber est.I.V.240 a Suppliciũ,à libero spiritu & cõ
muni luce seclusum.& 146 a,Soluto liberoq; animo es
se.pro Syl.28 b,Deos testor,integro me animo ac libe
ro P.Syllæ causam defendere.de O.90 b,Poeta numeris
astrictior,uerborum licentia liberior.& 156 b, Verba
inusitata quæ sunt poetarum licẽtiæ liberiora quàm no
stræ.pro Dom 214 b, At enim liberum senatus iudiciũ
propter metum non fuit.In C.101 a,Tibi direptio socio
rum impunita fuit ac libera.Or.204 a,Cum hæc duo ei
liberiora fuerint.de D.123 b,Tum igitur esset hospitiũ,
si modò ei esset liberum se ostendisse.de D.139 b,Iudiciũ
audientium relinquere integrum ac liberum.de Or.114
b,Illa pars quæstionum uaga,libera,latè patẽs.de N.68
b,Qui est de libera matre,liber est.pro Cec.303 b, Nõ
potest iure Quiritum liber esse,is qui in numero Quiri

tium non sit.Par.122 a,Nisi sapientem liberum esse ne-
minem.de Fin.196 a, Liber, nec dominationi cuius-
quam parens.de Cl.186 b,Ingenuo liberoq; fastidio.

Liber,liberi.Bacchus.l.Bacchus.de Natur.38,Hunc dico,
Liberum Semele natum,non eum quem maiores nostri
conſecrauerunt.de Natur.38 a,b,Liber Cereris filius &
frater Liberæ.de Orat.158 a,Liber pro uino,Ceres pro
frugibus.

Liber,bri.cortex,opus,opusculum,libellus, commẽtarij,
monumenta,uolumen,scripta,chartæ, σύνταγμα.* 352
b,de N.50 a,Trunci obduncturi libro, aut cortice, quo
sint à frigoribus & à caloribus tutiores.Offic.76 a,His
tres libri inter Cratippi commentarios erunt recipiẽdi.
& ibid.His uoluminibus ad te profecta uox mea est.de
Se.77 a, Confectio huius libri mihi iucunda fuit.& 88
b,Liber,quem de rebus rusticis scripsi.de Or.129 a,Bru
ti libelli tres de iure ciuili.Att.143 a,& 129 a,Demetrij
librum de concordia tibi remisi.& 125 b,Demetrij liber
περὶ ὁμονοίας.& Offi.36 a,Est Dicæarchi liber de inæ
ritu hominum,qui,&c.Epist.82 a,Liber tuus & lectus
est.& legitur à me diligenter.Qu.Fr.314 b,Sed utros
eius habueris libros(duo enim sunt corpora) an utro-
nescio.de D.81 a,Chrysippus,qui totam de diuinatione
duobus libris explicauit sententiam,uno præterea de a-
raculis,un ode somnijs, quem subsequens unum librum
Babylonis Diogenes edidit.Qu.Fra.325 a, Sermo in no
uem & dies & libros distributus de optimo ciue, fuit
texebatur opus luculenter.pro Dom.241 b,Omnia di-
ter ac uos in monumentis habetis pronunciauit.Off.2.
a,Ea quæ essent,dictum est in superiore libro. ad Hor.
6 b,Quoniam satis huius uoluminis magnitudo erat,
in altero libro exponemus,&c.Ep.86 a,Peto à te ne li
ber exeat,aut ita corrigas,ne mihi noceat.et 85 a,Si lib.
exisset.& 135 b,Sic audio Cæsarem cũ uolumina iam cõ
fecerit ἀποφθεγμάτων,solere,&c.et 242 a, Κύρου ἀνα-
βάσεως,quam contrueram legendo,totam in hoc impe-
rio explicaui.Atti.143 b,Nos autem in libris habemus,
non modò,&c.de Fat.140 a,Quod in alijs libris fecì,
qui sunt de Natura deorũ,itemq; in ijs quos de Diuina-
tione edidi.de Or. 92 b, Scripsi etiam illud in quodam
libello,qui me imprudente & inuito excidit,& pervе-
nit in manus hominum.de D.84 b, Tum quis non artis
scripta ac monumenta uolutans, Voces tristificas char-
tis promebat Hetruscis?Atti.74 b,Libros pernolutare.
& 145 a,Euoluere.de Cl.193 a,Voluendi sunt libri Cato
nis.Top.221 a,& Tus.153 b,Libros edere,& libros euol
uere.de Diu.lib.2, initio statim librorum Ciceronis ge-
nera enumeratio.

Libera,ræ.Proserpina Cereris filia.de Nat.38 a,b, & In
Ver.225 a.

Liberalia,orũ.Liberi i.Bacchi sacra,sacriue dies & fe-
sti Bacchanalia.Epist.198 a, Liberalibus literas accepi
tuas.& Att.226 a,Liberalia tu accusas?

Liberalis,le.benignus,largus,munificus,beneficus,pro-
lixus,clemens,ingenuus)(.Auarus,sordidus,illiberalis,
auidus.de Or.87 b,Quid tam porrò regium, tam libe-
rale,tam munificum,quàm,&c.pro Deiot.147 b,Large
gus,beneficus,liberalis.pro Quint.Rosc.48 b,Rosci
semper liberalißimus munificentißimusq; fuit.& Philip
a, b, Liberalis auidum fraudasse dicitur.pro Flac. 149
a,Lar-

a,Largum & liberale uiaticum. de Of.43 b,Gratificã
di liberalis uoluntas. Antequàm.192 b,Est enim liberale
officium serere beneficiũ,ut metere possis fructum. pro
Cæl.48 b,Huic tanto facinori tua mens liberalis cõscit
esse non debuit.pro Flac.154 b, In causa liberali : id est,
in qua de libertate agitur. Ac.2 a,Omnis liberalis & di
gna homine nobili doctrina. Epist.49 a, Omnis ars &
doctrina liberalis. de Oratore,154 b, Liberales doctri-
ne atque ingenuæ.de In.50 b, Artium liberalium magi-
stri.Offic.30 a,De artificijs & quæstibus,qui liberales,
qui sordidi.

Liberalitas,tis benignitas,beneficẽtia,largitas, bonitas,
benefica uoluntas gratificandi,liberalis uoluntas,uolun
tas benemerendi de aliquo,clementia.de Orat.118 a,Ra-
rò illud datur, ut possis liberalitatem & benignitatem
ab ambitu largitione seiungere.Offic.a, Iusticiæ est con
iuncta beneficẽtia,quam eandem uel benignitatem ap-
pellare licet.& Part.236 b,Liberalitas in usu pecuniæ.
pro Flac.162 a,Maximas audio tibi pro tua eximia libe
ralitate maximisq; beneficijs in tuos uenisse hereditа-
tes, Att.274 b, Ne tua liberalitas dissolutior uideatur.
& 275 b, Vnum hoc grato animo liberaliq; profectum,
cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desiderat.
pro Qu.R.49 a,Qui tantas pecunias propter magni-
ficentiam liberalitatis repudiauit.Epist.14 b,Comme-
moranda quædam & diuina Cæsaris liberalitas. & 6
b,Virum tibi tua præstanti in eum liberalitate deuin-
cium,&c.Offic.46 b,Posse l.liberalitate uti,non spoliã-
tem se patrimonio, nimirũ est pecuniæ fructus maxi-
mus.de Clar.173 a,Homo nõ liberalitate ut alij,sed tri-
tia & seueritate popularis.

Liberaliter. largè,prolixè. de Orat. 96 a,Homo inge-
nuus liberaliterq; educatus.I.V.194 b, Qua in re sena-
tus optime ac benignißimè cũ oratoribus egisset, largè li
beraliterq; æstimasset, in ea,&c. Qu.Fr.211 a,Vitto li-
beraliter quàm solebã.I.V.192 b,Benignè ac liberaliter.
alius quàm soleb.I.V.192 b,Benignè ac liberaliter.
de Am.112 a,Liberaliter uiuere.

Liberatio,onis.absolutio,uacuitas.pro Lig.137 a, Cum à
re non solum liberationem culpæ, sed etiam errati ue-
niam impetrauissent. In P.98 a, Reorum acerbißimæ
damnationes.)(.Libidinosißimæ liberationes. Qu.Fra.
296 b,& de Finibus,56 b,Liberatio & uacuitas omnis
molestiæ.

Liberator,oris.iudex libertatis.At.227 a,Romæ nostri
liberatores tuti esse non possunt.In A.153 b,Patriæ libe
ratores urbe carebant ea,cuius à ceruicibus iugum ser-
uile deiecerant.

Liberatus,a,um.liber.pro S.R.42 b,Culpa liberatus,cri
mine solutus.& c.de Leg.173 b,Templa liberata & ce-
sita habento.

Liberè.solutè.I.V.144 a,Non uereor ne magis accusato
rie quàm liberè dicere uidear. Orat.204 a, Vt ingredi
liberè,nõ licenter errare uideatur. At.65 a,Constanter
& liberè me gessi.pro Qu.6 a,& pro S.R.22 a,Quem
tu respirare liberè non sinis. de D.129 a,Animus som-
no relaxatus solutè mouetur & liberè. Antequàm.195
b,Liberè loqui in iudicio. pro Pl.265 b, Asperius, in-
quit,locutus est,imò fortasse liberius.

Liberi,orum.filij.Att.118 b,Vagamur egentes cum coniu
gibus & liberis.& 258 a,Is ex C.Fabij filia liberos ha-

buit.I.V.260 a,Idq; postremò in parentes suos liberi o-
rabant.Top.228 b,I.V.284 a,Suscipere liberos. Of.26
a,& Epist.140,Liberis dare operam re honestum est,
nomine obscœnum.Tusc.203 a,Orbitates quoq; libero
rum prædicantur.pro Cl.24 a,Fratris autem liberos ui
ta priuauit,cum de uno tantum filio loquatur.

Libero,as.uindico,libertatẽ do,in libertatem uindico,ex
periculo,uel ex impijs manibus, uel à morte eripio,ser
uitutem repello,hostem à ceruicibus repello.à ceruici-
bus ciuitatis iugum seruile deijcio,condemnatum resti-
tuo uel in integrum restituo, recupero,expedio,soluto,
absoluto,laxo,relaxo.de Or.100 a, Si quis apud nos ser
uisset ex populo fœderato,sesq; liberasset. Antequàm.
319 b,Arcem urbis ab incendio & flamma liberaui.Qu.
Fr.119 b,Teq; item ab eo uindico & libero.I.V.240 a,
Cæteri ex his incommodis pecunia se liberarũt. pro Fl.
164 b,M.Aquilium patres nostri multis auaritiæ crimi
nibus testimonijsq; conuictum,quia cum fugitiuis fortì
ter bellum gesserat,iudicio liberauerunt.contra Rul.89
a,Eodem capite obligata omnia liberantur.pro Cl.30 a,
Iudices hunc quem tam bis condemnatum acceperãt,li
berarent?I.V.123 b,Qui Sopatrũ eodem illo crimine li
berarant. At.15 b,Te à quartana liberatum gaudeo.&
de Or.159 a,Nam quæ uinxit modis & forma,& rela-
xat & liberat immutatione ordinis.At.211 a,Ego libra-
rios tuos culpa libero.de Vn.198 a, Deus motũ cœli ab
omni erratiõe liberauit. At.86 b,Næ tu me solicitudine
magna liberaris.Tus.148 a, Cum defensionum laborib.
senatorijsq; muneribus,aut omnino,aut magna ex par-
te essem aliquando liberatus.de N.2 b,Vt omni me inui
dia liberem.& 27 b,Cum cauea liberati pulli pascerentur.
At.232 b,Liberare se magno ære alieno.& 90 a,Li
berare aut leuare se ære alieno.pro Mar.133 a,Si aliqua
culpa tenemur erroris humani, à scelere certe liberati
sumus.Epist.3 a, Prorsus eum libero omni suspicione cu
piditatis.pro Domo,234 a,Homines soluti & cura libe
rati.de Diu.128 a,Quorum linguæ sic inhærẽt ut loquẽ
non possint,hæ scalpello resectæ liberantur.

Liberta,tæ.In V.63 b.

Libertas,tis.licentia.)(.Seruitus.Ac.8 b, Vereor ne lar-
giar ei qui contradicturus est, maiorem libertatem ac li
centiam.& 30 a,Quanti ista libertas æstimanda est? I.
V.148 b, Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam
licentiam libertatemq; uiuendi.de Or.104 a, Virtus ta
men ius suum & impunitam omnium rerum libertatem
tenere debet.& pro R.P.126 a,Perdere libertatem.pro
Pl.266 a,Quæ fuit olim præconi in ridẽdo, nũc equiti
Romano non est concessa libertas.Att.230 a,Dare liber
tatem alicui.pro Rab.97 b,Dare libertatem seruo.pro
Pl.262 a, Tabella dat eam libertatẽ populo,ut quod ue
lint faciant.pro Sest.18 b,Eos uoluntatem semper ean-
dem,libertatem eandem non semper habuisse.Of.14 a,
Libertatis proprium est,sic uiuere ut uelis.de Or.121 b,
Me tamen ista oscitans sapientia in libertatem uindica-
bit.& de N.12 b,Solutus & in libertatẽ uindicatus.At.
144 a,De libertate retinenda,qua nihil est dulcius,tibi
assentior.pro Fl.149 b,Græcia hoc uno malo concidit,
libertate immoderata,& licẽtia concionum.pro Dom.
217 b,Quòd idem in posterum de extraordinarijs po-
testatibus libertatem ademisses.& 228 b, Nemo ciuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roman. aut ciuitatẽ aut libertatem potest amittere, nisi ipse autor sit facti. At. 90 b. Αὐτονομία. i. libertas suis legibus uiuendi. & 285 a, Accipere libertatẽ ab aliquo. Att. 286 a, Ciuitas quæ ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere potuit. Offic. 37 b, Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quàm retentæ. In An. 209 a, Aliæ nationes seruitutẽ pati possunt, populi Romani est propria libertas. Par. 122 a, Libertas est potestas uiuendi ut uelis. de Leg. 191 b, Libertatem largior populo, ut & autoritate ualeant, & utãtur bonis. & 192 a, Habeat sanè populus tabellam, quasi uindicem libertatis. pro Dom. 235 a, Libertas & templum Castoris. hîc libertas pro dea ponitur.

Libertina, næ. pro Sect. 28.

Libertinus, ni. qui iusta seruitute manumissus est, sicq; appellatur, ut ab ingenuo distinguatur. pro Sest. 23 a, Sunt etiã libertini optimates. de Orat. 88 a, Tyberius Gracchus libertinos in urbanas tribus trãstulit. I. A. 186 b, Ipse ex libertini filia suscepit liberos. pro Cor. 50 a, & I. A. 161, Cn. Publicius libertinus homo.

Libertus, i. idẽ qui libertinus. Sed libertus ad patronum, libertinus ad ingenuum refertur. Ep. 213 b, Peto à te, ut Ammoniũ libertũ in patroni eius negocio tueare. Qu. Fr. 299 b, Species tam gratiosi liberti aut serui dignitatem non habet. & pro Sest. 20 a, Serui & liberti. pro Mil. 119 a, Seruos nostros libertos suos fecisset.

Longitudo, inis. diuturnitas, longinquitas proceritas. I. V. 141 a, Noctis longitudo stupris & flagitijs contereba tur. de N. 12, Immensitas latitudinum, longitudinum, altitudinum. de L. 190 a, Tempus uerò largiuntur longitudo dieꝰ. I. A. 221 a, Non eum lõgitudo itineris retardauit. de In. 48 b, Rerum longitudo & obscuritas orationis. Or. 213 b, Longitudinum & breuitatum in sonis iudicium. & 218 b, Longitudo ambitus.) (. Breuitas. Par. 235 a, Longitudinem. I. A. 221 a, Longitudo uiarum.

Longiusculus, a, um. paulò longior. pro Ar. 190 a, Epigramma in aliquem alternis uersibus longiusculis.

Longulus, a, um. satis longus. Attic. 259 b, Longulum sanè iter.

Longus, a, um. longinquus, diuturnus, procerus, produ ctus, temporibus productus, lõginquitate productus.) (. Præcisus, breuis. Att. 258 b, Mihi ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quæq; optima uidetur. At. 187 b, Quotidie tamen horæ quibus expectabã, longæ uidebantur. & 95 a, Cupiam longiorem epistolã facere. & 280, Ille dialogus, quem ais longum esse. In Verr. 134 a, Mẽsis XLV dies longus. de Orat. 160 a, Syllaba producta atq; longa. Attic. 190 b, Tempus nimium longum.) (. Exiguum. In Ver. 108 a, De omnibus longũ est dicere. pro Cl. 15 a, Iam ut, &c. & quibus, & c. longa est mihi dicere, præsertim ad alia properãti. In V. 232 b, & de Orat. 119 a, b, Longum est & non necessarium commemorare quæ, &c. pro Ra. 92 a, An de Tubulario incenso longa oratio est exprimẽdaꝰan de ciuibus necatis plura dicenda sunt? & ibid. Nam quid ego ad id longam orationem comparem? & 91 b, Ne plura de pudicitia dicerẽ. & ibid. Nisi fortè de locis religiosis plurib. uerbis tibi respondendum putas. de N. 8 a, Iam de Platonis inconstantia longum est dicere. et 21 b, Possum de alijs dicere, sed nolo esse longus, ita conclusã tamen, & c. In C. 112 b, Cethego nimium id longum uidebatur. Ac ne longum sit Quirites, iussimus. pro Sest. 5 a, Longum est dicere, sed hoc breue dicam. de Leg. 160 a, Non faciã lõgius, huc enim pertinet, & c. de Fin. 128 a, Non opus est exemplis hoc facere longius. de Orat. 161 a, Contractione breuius fieri, aut productione longius. de Clar. 190 a, Verbum in longius ductum. In Verr. 208 b, Nihil ei longius uidebatur, quàm dum illud uideret argentum. Epistol. 181 a, Tum ille nihil sibi fuisse longius, quàm ut me uideret. pro R. P. 128 a, Nec mihi longius est quicquam, quàm uidere hominum uultus. Tusc. 219 a, Nec longius quicquam uobis, quàm dextræ gladium dum accommodet alter. de Leg. 174 b, Ac ne longum fiat, uidete. de Le. 158 b, In longum sermonẽ me uocas. At. 111 a, Si scriberem ipse, longior epistola fuisset, sed, & c. Qu. Fr. 299 a, Tua quaq; longissima epistola delector, & ipse in scribendo sæpe sum longior. Offic. 7 a, Illa, quæ quasi longo interuallo interiecta uidemus. de Sen. 91 b, Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honesteq; uiuendum.

Loquacitas, tis. ἀκρατολογία ὀδὸς. Attic. 188 a, de Or. 93 a, Qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt. Attic. 110 b, Loquacitati ignoscẽs, quæ, & c. Epist. 81 b, Facit autem nõ loquacitas mea, sed beneuolentia longiores epistolas. de Leg. 157 a, Accij loquacitas habet aliquid argutiarum.

Loquaciter. pro Mur. 129 b, Quid huic tam loquaciter litigioso responderes?

Loquax, cis. multus in loquendo, garrulus. de Sen. 88 b, Senectus est natura loquacior. pro Fl. 156 b, Repẽtè homo loquacissimus obmutuit. pro Mur. 131 a, Orator odiosus in dicendo ac loquax. de Or. 156 a, Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicãdis nimium loquax. de Or. 123 b, Malo in disertam prudentiam quàm stultitiam loquacem. pro Clu. 55 a, Seruus nimium loquax.

Loquentia. l. Falsi loquentia.

Loquor, ris. sermonem habeo, cõmemoro, dico, aio, uerbum facio, uocem mitto, uoces habeo, sermonem conseruo, mihi oratio est cum aliquo. At. 68 a, Ex quo uenit ad ea, quæ fueramus ego & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. de Finib. 91 b, Sæpiusq; ista loquemur inter nos, agemusq; cõmuniter. At. 87 a, Hoc nonnorã tũ cum Democrito tuo locutus sum. & Ep. 3 b, Ita sum cũ illo locutus. Ep. 9 b, & 57 b, Loqui cũ aliquo de aliqua re. At. 131 b, Multũ loqui cũ aliquo. & 132 b, Cum quasi tecum loquor. i. ad te scribens. At. 90 a, Loqui asperius de aliqua re. pro Plan. 265 b, Asperius, inquit, locutus est aliquid aliquãdo. pro Sest. 42 a, Desinat dicere malè aliquẽ locutũ esse, si quis uerè ac liberè locutus sit. Tusc. 150 b, Pugnantia te loqui non uides? & 156 a, Loqui ex ore alterius. Epist. 40 b, Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus. In Ver. 90 a, Cum omnes in eam rationẽ pro suo quisq; sensu ac dolore loqueretur. de Or. 124 a, Poetas omnino quasi alia quadã lingua locutos, nõ co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nor attingere. Att.136 a, Posthumus ad me uenit, nihil nisi classes eloquēs & exercitus, & 148 b. Hic quidem mera scelera loquuntur. & 150 a, Dolabella suis literis merū bellū loquitur. pro Mil.111 b, Res loquitur iudices ipsa quæ, &c. pro Dom.230 b, Vt annales populi Rom. loquuntur. pro Qu.17 b, Is fatetur se nō bellē dicere, nō ad uoluntatem loqui posse. de Amic. Vitium notandū leuium hominū atq; fallacium ad uoluntatē loquentium omnia, nihil ad ueritatem. de Clar.174 a, Is perbene latinē loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri. de Orato. 96 b, Loqui primùm purè & latinè, deinde planè & dilucidè, tū ad rerum dignitatem aptè & quasi decorè. pro Qu.9 b, Si tecum hæc duo uerba fecisses. pro Plac. 263 a, Verbum nemo facit. pro Sest.12 a, Vooem pro me ac pro repub. nemo misit. At.150 b, Cæsarem loqui quid dam ἀυθεντικῶς narrabant. Atti.4 b, Cum Attilio sum locutus. Att.158 a, De ea re nos inter nos locuti sumus. de Cl.177 a, Inquinatè loqui. et ibid. Ipsum latinè loqui est in magna laude ponendum. de Leg.156 a, Dum latinæ loquentur literæ, quercus huic loco non deerit. de L. 191 a, Oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti sumus loquuntur.

Lorica, cæ. corporis contra tela munimētum & armatura, quæ interdū ex laminulis ferreis, interdū ex catenulis constat atq; ex alia materia. I.V.223 a, In hoc fano loricas galeasq; æneas P. Scipio posuerat. pro Mar.136 b, Descendi in campum cum illa lata insigniq; lorica non quæ me tegeret, uerum, &c. pro Fl. 155 a, Mithridates ambulat cum lorica, metuit enim, &c.

Lorum, ri. corrigia. de Ar.249 a, Si puer ille tensam aut lorum omisit. I. A.218 b, & 252 a, Cum eum serui publici loris ceciderunt.

Lubens, tis. libens. de Or.136 a, Me uerò lubente, inquā, Antonius dixerit.

Lubenter. libenter. de Cl.187 b.

Lubentinæ. de N.38, Lubentinæ Veneris templum.

Lubet, bat. libet. de Sen.89 a, Id ipsum tamen ut lubebit, quoniam, &c. & de Cl.168 b, & 184 b.

Lubido, libido. de Rep. lib.1. autore Nonio, Ergo nō pro bares consilio pulso lubidines.

Lubricus, a, um. præceps, periculosus. I.V.263 b, Aetas puerilis maximè lubrica atq; incerta. de N.54 b, Natura oculos fecit lubricos & mobiles. pro Fl. 166 a, Via præceps & lubrica.)(. Plana & stabilis. Ac. 17 b, Ipsa cōsuetudo assentiendi periculosa esse uidetur et lubrica. Of.13 b, Qui locus est sanè lubricus, quòd uix inuenitur qui, &c. pro Pl.259 b, Sed mihi in causa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. pro Cæl.46 a, Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione uix potest. I.P.94 a, Lubricū genus orationis adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps. I.A.204 a, Dominādi cupiditas præceps & lubrica. Or.205 b, Versari in lubrico. Item: Is magnus orator est, minimeq; in lubrico uersabitur. Tusc.218 a, Quia sunt in lubrico, incitataq; semel in procliue labuntur.

Luca, cæ. urbs Hetruriæ. Ep.11 a.

Lucani, pop. Tusc.167 b, I. A.248 b.

Lucanica, cæ. Ep.336 b, Solebam antea delectari oleis & lucanicis tuis.

Luceium castellum. pro Deiot.146, 147.

Lucellum, li. quæsticulus. I.V.163 a, Apronio lucelli aliquid iussit sunt dare. & de D.115 b.

Lucensis, e. Ep.209 a, Princeps Lucensis municipij.

Luceo, es. luxi. splendeo. pro Pomp.11 b, Nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet. & de Somnio, 128 a, Luna de lucēdo nomina quæ luce lucet aliena. & de Nat.37 b, Luna à lucēdo nominata est. de Nat.deor.47 a, Atq; uno mentium ratione dianti sidere lucet. de Clar.orat.196 a, Et ingenij quædā forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. pro Sest. 16 b, Virtus lucet in tenebris, splēdetq; per sese semper. In Ant.251 a, Sed illa ornamenta in uirtute & industria posita lucent. Attic.46 a, Mea officia, quæ parum antea luxerunt. pro Milone, 112 a, Cum res ipsa, tot tam claris argumentis signisq; luceat. Offic.7 a, Aequitas lucet ipsa per se. Offic.11 a, Qui lumen de suo lumine accendit, facit ut nihilominus ipsi luceat cum illi accenderit.

Luceria, æ. ciuitas. I.V.59.

Lucerna, næ. lumē, lychnus. At.106 a, Ἐμαυτὸν ἐκφαίνω ea re aliquid.

Lucifer, ri. de N.36 b, Stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Latinè Lucifer dicitur. de Vn.200 a, Lucifer deinde & sancta Mercurij stella.

Lucifera, ræ. Lucina. de N.39 b, I. Lucina.

Lucifugus, a, um. de F.61 b, Ecce aut alij minuti & angusti, aut omnia semper desperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi dij.

Lucina, næ. lucifera. de Nat.39 b, Apud Græcos Dianam, eamq; Luciferam, apud nos iunonem Lucinam in partu do inuocant.

Lucisco, sci. luscioso, qui manè, & uesperi uitio oculorum parum uidet. Attic. 64 b, Iam enim tibi lucisciterquerentur, &c.

Lucretia, tiæ. de L.171 a, Sextus Tarquinius uim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. de Fin.140 a, Lucretia Lucretium per uim oblatum uoluntaria morte luit.

Lucretius, na. Att.108, Sol Lucretius.

Lucretius, tij. Q. Fr. 313 b, Lucretij poemata lita sunt multis lumināibus ingenij, multæ tamen artis.

Lucrifacio. cis. I.V.187 a, Iam uerò omnem ex ærario petunt lucrifactam uidetis. & pro Fl.163 b, Minus igitur lucrifacit. & Epist.177 a.

Lucrifieri. I.V. Act.5, Quid si ostendo in hac una emptione lucrifieri tritici modios centum.

Lucrinum, lacus. de Or.110.

Lucrinensis. e. At.60.

Lucror, aris. lucrifacio, lucrum facio, quæstum facio, compendium facio, quæro, mereo, quæstum cōsequor, in lucro pono. In Ver.248 a, Ita de quod nautæ nomine accepe rat, lucrabatur. Offi.51 a, Vt locupletes suū perdant, debitores lucrentur alienū. I.V.82 b, Dedecora prætereā tur, lucrētur indicia ueteris in famiæ. Par.119 b, Cum lucrari impunè posset auri pondo decem.

Lucrum, cri. quæstus, compendium. fœneratio, ἐφοδιασμός. Tusc.229 b, Alij emēdi aut uendēdi quæstu & lucro ducuntur. Epi.177 a, Totam istam cantilenam ex hoc pendent lucrum tritici medimna XXXIII. ter & dunt, ut quàm plurimum lucrifaciant. In Ver.163 a, Apronio dent lucrum tritici medimna XXXIII. ter & 166 b, plus lucri nomine eripitur, quàm quatum exarant. In Ver.166 b, Numerāt Valentio lucri HS. XXX millia. In Verr.255 b, Quibus utri ceciderint, lucro futurum est. pro Flac.163 b, Emit igitur aliquid, quod certè multo pluris esset, dat de lucro, nihil detrahit de uno. In Ant.189 a, Reliquas res ad lucrum prædamq; reuocauit. In Verr. 167 a, Facere lucrum ex uectigalibus publicis. Epistol.137 a, De lucro uiuere. pro Flac.154 b, Quiescant igitur, & mē hoc in lucro ponere patiantur. Epistol.106 b, Id ego in lucris pono. Sibi intus cadere l. intus. Attic.213 b, Ἐπίτευγμα magnum nullum fieri potest, ἀπότευγμα uel non magnum molestum fūturum est.

Luctatio, onis. concertatio. de Fat.142 b, Causa, in qua tibi cum Diodoro magna luctatio est. de Fin. 73 b, Nam cum Academicis incerta luctatio est. de Fat.149 a, Sine aduersario nulla luctatio est. & de Leg.177 b, Cursus, pugillatio, luctatio.

Luctificus, a. Tusc.180 a, Luctifica clades.

Luctor, aris. contēdo, altercor. de Or.91 a, Nō luctabor, inquit, tecum Crasse amplius. pro Syl.176 a, Nondū statuo te uirium satis habere, ut ego tecum luctari & contendere debeam. Offi.21 b, Alij uelocitate ad cursum, alij uires ad luctandum ualēt. de Fat.146 a, Luctabitur Olympijs Milo. & ibid. Siue habuerit aduersarium, siue non habuerit, luctabitur.

Luctuosus, a, um. luctu præditus, funestus, quod habet luctum. de Or.128 a, Afflicta & prostrata uirtus maximè luctuosa est. pro Sest.8 b, O diem illum reipubl. luctuosum. In Ver.260 a, Hoc si luctuosum est parenti, redimat precio sepeliendi potestatem, Postquā.209 b, Cuius discessus omnibus honestis luctuosis uisus est. Ep.70 b, Mi serui his temporibus & luctuosis. Q. Fr.327 b, Funus luctuosum. de Or.143 b, & contra Rul.75 b, Luctuosum, acerbum, graue.

Luctus, tu. mœstitia, mœror, squalor, sordes, lachrymæ, fletus, sordes lugubres, desiderium. Tuscul.213 a, Luctus est ægritudo, ex eius q charus fuit, interitu acerbo. pro

Fl.166 a, Orat ne suum luctum patris lachrymis, patris mœrorem suo fletu augeatis. pro Pl.263 a, Quam quidem multitudinem iudices nunc uidetis in squalore & luctu nobis supplicem. Epist. 59 a, In luctu & squalore sum. pro Sest.9 b, Erat in luctu senatus, squalebat ciuitas. de Offic. 71 a, Esse in maximis luctibus. In P.98 b, In sordibus, lamētis, luctuq; iacuisti. Tusc. lib.3, Quàm diu uixit, uixit in luctu. & 83 a, Vt eos, quos luctu afficerat, lugere non sineret. Att. 41 b, Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundē luctū uocem. pro Pl.275 a, Tristis & acerbus luctus. de Leg.183 a, Habet enim luctum concursus hominum. de Or.116 a, Mihi Telamon iratus furere luctu filij uidetur. pro Cl.57 b, Mulier in familiæ luctum & in priuignorum funus nupsit. & 58 a, Speculum sordidum, atq; luctus & tanti squaloris alicuius. pro S.R.22 a, Aliquis miser luctu præditus. pro Mil.105 a, Illius mortem æquo animo nemo ferre potest, luget senatus, mœret equester ordo, tota ciuitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniæ, ægri deniq; tam beneficum, tam salutarent, tam mansuetum ciuem desiderant. Tusc.204 a, Hinc sunt illa uaria & detestabilia genera lugendi, pedores, mulebres lacerationes genarum, pectoris, fœmorum, capitis percussiones. & ibi. Luctus elocutiones complures. Att.43 b, Ne illius squalorem, luctumq; aspicerem. Offic.7 a, Incidere in maximos luctus.

Lucubratio, onis. uigilia, nocturna commentatio. de D. 137 b, Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea uti non solebā. de Natur.20 a, Ista quæ uos dicitis, sunt tota commentitia, uix digna lucubratione aniculārum.

Lucubror, aris. elaboro, excudo, elucubror. Par.116 b, Accipies igitur hoc paruū opusculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Luculentè. copiosè, splendidè. de Cl.117 a, Scripsere alij rem uersibus, & luculentè quidem scripserunt. & Att. 236 a, Off.73 a, Quanquam ab impio rege dicitur, luculentè tamen dicitur.

Luculenter. luculētè. de Fin.67 a, Cū Græcè (ut uideor) luculenter sciam. Off.64 a, Hoc quidem sanè luculētè. Q. Fr.233 a, & 325 a, Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius. Q. Fr.325 a, Sanè texebatur opus luculenter.

Luculentus, a, um. ornatus, elegās, pulcher, amplus. Att. 192 b, Cato uerbis luculentioribus & pluribus rem cōprehenderat. & 253 b, Sunt præterea nauigia luculenta Sexti Bucilani. Ep.100 a, Camino luculento utendū censeo. I. A.243 a, Luculentum matrimonium. At.113 a, Pōpeius scriptor luculentus. de Cl.176 a, Licinius habitus est sanè (ut ita dicam) luculentus patronus. Attic. 166 a, Nunc credo, ut est luculētus autor: id est, exploratus, certus. & 167 b, Dicæarchum rectè amas, luculentus homo est. & 64 a, Etenim est luculenta res. Att.177 b, Seruius de duabus legionibus luculentos autores esse dicebat. & de Cl.173 b, Cælius Antipater scriptor luculentus. I. A. 192 a, Præclara & luculenta reclamatione uestra fictū Martidium comprobauistis. & 212 a, Luculentā tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix.

Lucullanus, a, um. Att.238 a, Lucullanus fundus.

Lucus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucus, luci. nemus sacrum. In V. 225 d, Circa Ennam lacus luciq; sunt plurimi. & de D. 101 d, Lucus Vestæ. & 116 b, de L. 173 a, Lucos in agris habento, & larium sedem. Epist. 105 d, Domus habet lucum, quem si exciderís, multum prospexeris. pro Mil. 118 d, Vos enim Albani tumuli atq; luci, uos inquam, imploro & obtestor.

Ludibrium, brij. irrisio. At. 273 b, Sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Rom. Sal. in Cic. 270 b, Senatus autoritas turpissimo cuiq; ludibrio est. ad Her. 36 d, Ludibrio & despectui cuipiã esse. In V. 256 d, Aliquid ludibrio esse. pro Dom. 239 b, Libertatis signũ posuisti ad ludibrium impudentiæ, magis quàm, &c. In A. 255 b, Ne ludibrio simus inimicis. & Par. 117 d, Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putauit.

Ludibundus, a, um. ludens. I. R. 183 d, Si Vulteium habebis, omnia ludibũdus perficies. ter. Ep. 259 b, Inde austro lenissimo ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

Ludicrus, a, um. iocularis. de N. 12 b, At pueri etiam cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. de Or. 97 d, Quæ agenda sunt in foro tanquam in acie, exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari. & 118 d, Ars ludicra armorum, gladiatori & militi prodest aliquid. Acad. 2 b, Clarorum uirorum ludicros sermones esse non oportet.

Ludifico, as. illudo. pro Q. 10 d, Si quis latitare ac diutius ludificare uideatur.

udification, onis. pro Sest. 10 d, Cõsecuti dies pauci, omnino Ianuario mense, per quos senatum habere liceret, sed tamen acutum nihil nisi de me, cùm omnia mora ludificatione, calumnia senatus autoritas impediretur.

Ludificor, aris. ludifico. pro S. R. 27 d, Is apertè ludificari ac calumniari sciens uidetur.

Ludius, dis. histrio. pro Sest. 25 b, Clodius Ludius nõ solũ spectator, sed actor & acroama. de Ar. Resp. 149, Quũ ille seruorum & ludiorum multitudini Senatum populumq; Rom. uinctum tradidisset.

Ludo, dis. ludo utor, delectationis causa exerceor. de Or. 91 d, Vt qui pila ludunt, nõ utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus dicerint ne palæstram an nesciant. de Or. 103 b, Pila bene & duodecim scripis ludere. & Tus. 239 b, Pila ludere. In A. 171 b, Qui nõ dubitaret uel in foro aleã ludere. Off. 21 d, Ludẽdi autẽ est quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, &c. suppeditant autem & cãpus noster & studia uenandi, honesta exempla ludendi. de Fin. 131 b, Si quando pueris ludentes minamur. Epist. 98 b, Non illo uetere uerbo quod iure lusisti. de Or. 119 d, Disputationem aliquã facetijs ludere. Qu. Fr. 316 d, Domitius in senatu lusit Appium. & de Or. 125 b, Ludere aliquem. Qu. Pr. 313 b, Eumq; lusi iocosè satis. de Or. 89 d, Oratio aut nulla sit necesse est, aut omniũ irrisione ludatur. de D. 119 b, Hoc ciuili bello quàm multa luserũt? Ep. 115 d, Sic multum ac diu ludetur. de Or. 158 b, Verum in me quidem ille lusit ut solet. Par. 116 d, Ego uerò illa ipsa ludens conieci in communes locos.

Ludus, ludi. munus, spectaculũ, scena, iocus. pro Mur. 133 b, Populus ac uulgus imperitorum ludis magnopere delectatur. & ibidem, Elegantia ludorum & scenæ magnificentia. & ibidem, Ludi magnificentissimi. & ibidem, Ego qui trimos ludos fecerã. de Ar. 249 d, Hos ludos secerũt, serui spectauerũt. pro Mur. 133 b, Munus amplissimũ quod petitio præturæ desiderabat, præturare stituit: id est, ludos amplissimos. de Ar. 257 d, Qui munera cõtra leges gladiatoria parant. de Or. 154 b, In maxima illa ludorũ celebritate quinquẽnali. At. 254 d, Commissio ludorũ & confectorum iudorum nuncij. Qu. Fr. 325 d, Quo die ludi committebãtur: id est, VIII. Cal. Nouemb. & de Fin. 91 b, Ludis cõmissis. Q. Fr. 327 b, Is ludos apparat magnificentissimos, sic, inquã, ut nemo simptuosiores stultè bis terq;, uel quia nõ postulat, uel quia munus magnificũ dederat, uel quia potuerat magistrã se non ædilem putare. pro Sest. 25 d, Qui ludos apparatissimos magnificentissimosq; fecit. & In P. 93 b, Paratissimi magnificentissimiq; ludi. pro Arat. 288 d, Celebrare dies festos ludorum. & Ludorum epulare sacrificium. Epularis. de Arusp. 248 b, Libationes epulæq; de Cl. 171 b, & Att. 241 d, Facere ludos Apollini. Att. 34 d, Ludi Apollinares. & I. A. 159 d, Ludi Romani antiquissimi. L. V. 243 d, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. I. P. 81 d, Ludi compitalitij. de D. 91 b, Ludi uotiui. Ep. 95 d, et At. 254 d, Ludi Osci, ludi Græci.

Ludus, pro schola. de N. 15 d, Epicuri pater ludi magister fuit. & In V. 6 d, Magister ludi. Ep. 137 b, Vt Dionysius tyrannus cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicatur ludum aperuisse: sic ego sublatis iudicijs, amisso regno forẽsi, ludum quasi habere cœpi. de Or. 117 b, Isocrates magister istorum omniũ, cuius è ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt. de Clar. 267 b, Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi. pro Dom. 9 d, Is è ludo atque pueritiæ disciplina in militiæ disciplinam profectus. de Or. 118 d, Hæc est enim in ludo causarum ferè forma. Qu. Fr. 325 d, Ducebam mecum Ciceronẽ meum in ludum dicendi, non lusionis.

Ludus gladiatorius, & alij ludi. Attic. 11 b, & I. C. 100 d, Ludus gladiatorius. Attic. 11 d, Ludus talarius. pro Cael. 43 d, Datur enim huic aliquis ludus ætati concessus omnium. & 46 b, Dare aliquid temporis ad ludum ætatis. & 39 d, Vt exercitatione ludoq; campestri uteremur. de Or. 148 d, Ludus pilæ, uel tesserarũ, uel talorũ. Off. 21 d, Nec enim ad ludum & iocum natos esse putamus. In Ver. 107 b, Per ludum & iocum eiertere aliquem. & 273 d, Per ludum & negligentiam ad honores peruenire. In Ant. 193 b, Nullus ei ludus uidetur esse iucundior quàm cruor, quàm cædes, &c. de Orat. 135 d, Omnium externarum rerum oratio, mihi crede, ludus est hominis non belli. de Fin. 54 d, Illa perdiscere ludus est. Off. 30 b, Ad de his, si placet, unguẽtarios, saltatores, totumq; ludorum talarium. In A. 181 d, Heri quartus in circo dies ludorum Romanorum fuit, Antonius ad populum tulit, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur. de L. 174 d, Ludis publicis populares lætitiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto.

Lues, luis. pestis. de Ar. 249 d, Vt eos ludos hac lues impura pollueret.

Lugeõ, es. in luctu sum, squaleo, mœreo. I. A. 244 b, Quis bonus non luget mortem Trebonij? & de Im. 72 d, Illa hostium mortem lugebat. pro Pl. 280 b, & Epist. 51 d, Hos pro me lugere, hos gemere uidebam. In P. 83 d, Summum reipubl. occasum atque interitum lugere uetuit. Si. pro

pro Dom. 218 b, Lugente senatu, mœrentibus bonis omnibus. At. 227 b, Neq; uerò nunc consilium tuum reprehendo, sed fortunam reipub. lugeo. et de Or. 227 d, Luge reſuos. Tus. 166 d, Quid ego nunc lugeam uitam hominum? pro Mur. 145 d, Statua deformata lugensq;. de Cl. 189 b, Omittamus lugere.

Lugubris, bre. funebris. Postquam. 199 b, Fratris mei lacrymæ sordesq; lugubres. de L. 182 d, Lugubris eiulatio. & Tus. 154 b, Lugubris lamentatio. fletusq; mœrẽs. &c.

Lumbus, bi. In A. Et Cepheus conditor ante Lumborum tenus, &c.

Lumen, nis. lux, oculus, fenestra. de D. 97 d, Noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduertit puerum, &c. pro Syl. 74 b, Vos mihi in tantis tenebris clarissimum lumẽ prætulistis. Antequã. 193 b, Vos dij, qui meæ menti lumina prætulistis. de N. 61 b, Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere uoluit. de Clar. 170 b, Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorũ quasi exaggerata altius oratio. de Som. 127 d, Hic tu oculos oportet patriæ lumẽ animi, ingenij, cõsiliq; tui. de Orat. 100 d, Propè cunctis ciuibus lumen ingenij & cõsilij sui porrigere atq; tendere. de Orat. 119 d, Certis dicendi luminibus ornare orationẽ. de Clar. 188 b, Tabulas bene pictas in bono lumine. Tus. 250 d, & pro Dom. 234 b, Democritus luminibus amissis, albã scilicet & atrã discernere nõ poterat. de Or. 99 b, M. Buculeius cũ ædes L. Fusio uenderet, in mancipio lumina uti tũ erant, ita recepit. & ibid. Quod cuicunq; particulæ cœli offeretur, quamuis esset procul, mutata lumina putabat. & pro Dom. 236 b, de N. 45 d, Varietas luminum lunæ. de D. 127 d, Luna solis lumine illustrari putatur. Attic. 117 d, & pro R. P. 127 d, Cæsaris interdicta, si te secũdo lumine hic offendero, respuentur. Offi. 11 d, Qui lumen de suo lumine accendit, facit ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Luminaria. fenestræ, lumina. Atti. 249 b, Octauam partem tuli luminariũ, mediam abstrahere memineris. a-

Luminosus, a, um. illustris, eminẽs, excellens. Or. 208 b, Tũ sunt maximè luminosæ & quasi actuosæ partes duæ.

Luna, næ. de Som. 128, In infimo orbe luna radijs solis accensa cõuertitur. de D. 127 d, Docet enim ratio mathematicorũ, quãta humilitate luna feratur, terrã propè cõtingens. & ibi. Luna solis lumine illustrari putatur. et 110 d, Luna suo lumine an solis utatur. de Nat. 39 b, Luna e lucendo nominata est, eademq; est Lucina. I. Diana. de Som. 228 d, Stellæ, &c. ex quibus erat illa minima, quæ ultima cœlo, citima terris luce lucebat aliena. de Orat. 159 b, Luna accessu suo & recessu solis lumen accipit. de Nat. 36 d, Iã solis annuus cursus spacijs menstruis luna consequitur. & ibid. de luna. de N. 18 b, Solis annua lustrationem, solis incensa radijs menstruo spacio luna complet. In V. 134 b, Siculi suos dies mensesq; consuere uolunt cum solis lunæq; ratione. de N. 46 b, Luna maior quàm dimidia pars terræ. et ibi de luna multa. de 31 d, Habitari ait Xenophanes, in luna. de D. 84 d, Cum claram speciem concreto lumine luna Abdidit, & subito stellanti nocte perempta est. & 100 d, Cum duo uel. de Fi. 86 d, Epicurus lunæ dies singulos uim quandã

habere credidit. de D. 127 d, Cum ortus nascentium luna moderetur. de N. 30 d, Aestus maritimos, fretorumq; angustias ortu aut obitu lunæ cõmoueri. de D. 115 d, Quid de fretis & maritimis æstibus dicam, quorum accessus & recessus lunæ motibus gubernantur. de D. 128 b, Plus terrarum situs quàm lunæ tactus ad nascendum ualere. aliter, tractus. de D. 115 d, Ostrea & conchylia omnia cũ luna crescunt pariterq; decrescunt. & ibidem, Arbores cum luna simul senescentes tempestiuè cædi. Ac. 21 b, Intendit Apollo arcum luna innixus. Luna à sole illuminata, grauiditates & partus afferi. 2 de Nat. deor. Luna in infimo orbe radijs solis accensa conuertitur. In Sõnio Scip. Luna eam lucem, quam accepit à sole, mittit in terras. 2 de Nat. deo. Luna subiecta soli, atq; opposita nostris oculis, eius lumen obscurat. Diuin. lib. 2, & 2 de N. deor. Luna quando lustrato suo cursu solem consecuta est. sit mensis. de Vniuers. Luna ijsdem spacijs uagatur quibus sol. 2 de Nat. deor. Luna, omnium ultima uersatur in terris. de Nat. deor. 2. Luna, terra multarum urbium & montium, secundum Xenophõtem. Ac. quæst. edi. 1. lib. 2. Lunæ cursus terram proximè ambit, de Vniuers. Lunæ cursus menses nominantur, quia mensis spacia conficiunt. 2 de Nat. deor. Lunæ nomimum uarietas tum crescentis, tum senescentis. 2 de Nat. deor. Lunæ ortu aut obitu æstus maritimi, fretorumq; angustiæ commouentur. de Nat. deor. 2. Lunamq; accretione & dimi nutione luminis, quasi fastorum notantem & significãtem dies. Tusc. quæst. lib. 1. Non ante lunam nouã, 10 ad Attic. Infra lunam nihil est nisi mortale & caducũ, præter animos hominum munere deorum datos. Som. Scip. Supra lunã sunt omnia æterna. Som. Scip. In luna deos spargens. de Vniuers.

Lunaris, re. de Som. 129 d, Grauissimo autem sono mouetur hic lunaris atq; infimus cursus.

Luo, is. persoluo. I. Pœna. pro Mil. 103 b, Cum ei qui expectare uelit antè iniustã pœna luẽda sit, quàm iusta repetenda. & pro Syl. 181 b, Luere pœnas reipub. de Senect. 92 b, Qui morte sua luit colleg æ in Cannẽsi ignominiã temeritatẽ. At. 108 b, Acerbum est, parentũ scelera filiorũ pœnis lui. & 43 d, Itaq; mei peccati pœnas luo. I. V. 77 b, Innocentium sanguis istius supplicio luendus est. & 91 b, Sceleratorũ libido innocentiũ sanguine luitur. de Fin. 140 d, Lucretia stuprum per uim oblatum uoluntaria morte luit: id est, expiauit, ulta est.

Lupa, lupæ. meretrix, scortum. pro Mil. 112 d, Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Lupercal, lis. locus. Epist. lib. 7, pag. 104, Velia non est uilior quàm lupercal. Prouerbium.

Lupercalia, orum. Qu. Fr. 314 b, & In A. 177 d, Ad lupercalia C. Cæsari, &c.

Luperci, orum. pro Cæl. 42 b, Fera quædam sodalitas & planè pastoricia. atq; agrestis germanorum lupercorũ, quorum coitio, &c.

Lupinus, ni. ad Her. 5 d, Folliculus lupinus. & I. C. 115 d, Romulus parcus atq; lactens uberib. lupinis inhians.

Lupus, pi. In A. 188 b, O præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum. Att. 216 d, De Varrone loquebamur, lupus in fabula.

Lurco, onis. Attic. 13 d, Lurco Tribunus plebis, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luscus,a,um.uno captus oculo.de Or.131 b,Hic luscus fa miliaris meus C.Sextius.& ibid. Id dixit quod conueni ret in omnes luscos.

Lusio,onis.lusus.Qu.Fr.325 a,Ducebam mecum Cicero nẽ meũ in ludum discendi,nõ lusionis.de Fin.138 a,Pue ri lusionibus uel laborioſis delectãtur.de Sen.89 a,Ha beant igitur alij sibi arma,sibi equos,sibi hastas,sibi cla uam & pilam,sibi nationes & cursus, nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras.de Orat. 91 a,Qui pila ludunt , non utuntur in ipsa lusione pro prio artificio palæstræ.

Lusitania.regio.Epist.165.Pollio.

Lusitani.pop.de Cl.172.

Lusius fluuius.de N. 71, Ideo dictus quòd in eo Iupiter infans lotus sit,authore Pausania in Arcadis.

Lustratio,onis.peragratio.l.A.171 b, Peragratio itine rũ,lustratio municipiorum. Tusc.244 a, & de Nat. 18 b,Non montiuagos atq; syluestres cursus lustrationesq; patiuntur.

Lustro,as.peragro.de Nat.36 b,Mercurij stella anno fe rè uertente signiferũ lustrat orbem.de Nat.58 b,Totam licet animis tanquam oculis lustrare terram. & Epi. 25 a,Lustrare iurisdictionem.de Finib.145 a, Pythagoras Aegyptum lustrauit.& Tusc.218 b, Lustrare ultimas terras.de Som.128 b,Sol cuncta sua luce lustrat & com plet.Off.12 a,& Par.233 a,Cum omni ratione animoq; lustraueris.& de Fi.88 b,Perlustrare aliquid animo. de Vn.200 b,Cum alia maiorem lustrarent orbem. Att.79 a,Ad III. Cal. exercitum lustraui apud Iconium.& l. A. 241 a,& de D.101 b, Cum imperator exercitum lustra ret.& ibi.Cum censor duceret,populum lustraret.& ibid.In lustranda colonia ab eo,qui eam de.

Lustrum,stri.quinquennale spacium,idem quod Olympi as Græcis.de Orat.100 a, Quæritur, qui domini uolun tate census sit,si non conditum lustrum,sit ne liber.Att. 17 b, Sub lustrum censeri germani negotiatoris est. & 66 b,Lustrum iam desperatum est.de Orat.133 b, Lu strum condere,& taurũ immolare.Ep.25 b,Publicanis etiam superioris lustri reliqua sine sociorum ulla quere la conseruaram.At.90 b,Populi aũt nullo gemitu publi canis,quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam supe rioris lustri reddiderunt.

Lustrum,ganea,popina.pro Cæl.49 b, Domus in qua lustra,libidines,luxuries uersetur.Postquam.207 a,Cur in lustris & beluationibus huius saltatoris eximia uir tus tã diu cessauit?pro Sest.7 a, Aliquis emersus ex te nebris lustrorum ac stuprorum.I.A.161 b, Vino lustrif que confectus.

Lusus,a,um.illusus,irrisus.de Fin.64 a,Sed & illum, & cæteros sophistas lusos uidemus à Socrate.

Luteus,a,um.tardus,hebes.I.V.act.5.155 a,Dinde in hoc homo luteus,etiã callidus ac ueterator esse uult. & act. 6.207 a,Tum illos cœpisse prætori dicere:Putasse se,id quod audissent, alicuius precij scyphos esse Pamphili: luteum negocium esse, non dignum quod in suo argen to Verres haberet. Luteum negocium , id est , nullius precij.

Lutulentus,a,um.luto plenus,& impurus. In Piso. 79 b,Pauci ista tua lutulenta uitia noueramus.& 85 a,Lutu lente Cæsoni.pro Quin.R.48 a,Persona illa lutulenta,

impura,inuisa.In Sal.272 a,b,Nihil aliud audet, nisi ut lutulentus sus cum quouis uolutari.

Lutum,ti.terra humore soluta & putris. P.92 a, Hic homulus ex argilla & luto factus.& 93 a,O luti,& fur des.I.V.212 a,Verres in luto totius corporis uestigijs uo lutatus.& 147 a,Vides caudam illam Verris antequam luto demersam esse in litura.

Lux,cis.lumen.de Diu.119 a,Si Deus erat,cur se contra tu turam abdidit,ut patefactus aratro luce aspiceret? pro S.R.28 b,Propter quos hanc suauissimam lucẽ aspexe ris,eos indignissimè luce priuare.I.V.240 a,Lux com munis.pro S.R.40 a,Commoda quibus utimur,lucemq; qua fruimur,spiritumq; quem ducimus,à Deo nobis da ri atque impartiri uidemus.pro Quint.13 b, Communi luce priuari.pro Cl.24 a, Hanc à natura propriam lu cem accipere.de Clar.165 b, Tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatum.& de Arusp.255 b,Lucem non a spicere,id est,latère.In Ver.251 a, Cur piratis lucis usu ram tam diuturnam dedistis?de Arusp.257 b, Eodẽ tem pore suscipimur in lucem , & hoc cœlesti spiritu augu mur.In C.100 a, Potest ne tibi huius uitæ hæc lux,aut huius spiritus cœli esse iucundus?cum,&c.pro Pom.12 b, Qui tãbreui tempore lucem afferre reipub.potuit.de Orat.97 b,Et illa commendatio inclusa in ueritatis lu cem proferẽda est.& 111 b,Historia lux ueritatis.In C. 120 b,Hæc urbs lux orbis terrarum , arx omnium gen tium.I.A.133 b,Lux quædam uidebatur oblata.de D.Sa a,Cum id reliquis,solis uideatur luce clarius.& pro Ca. 42 a,Signa omni luce clariora.pro Cæl.47 b,Sed intur pissimis rebus frequentissima celebritate, & clarissima luce lætatur.Ac.16 b,Proferre in lucem res occultas.ad Her.35 b,Luce noctem,nocte lucem expellas. pro Sex. Rosc.27 b,Si canes luce latrent,opinor iis crura fustiu gantur.I.A.244 b, Quis audeat luci? quis in militari uia?quis bene comitatũ?quis illustrẽ aggredi? pro Sest. 21 b,Lucem palàm occidi.I.P.84 b, Cũ arma in templum Castoris luce & palàm comportabantur. Off.70 b, Lu ce palàm in foro saltare.de Diuin.120 a, Cur ante lucem galli cantant? Qu.F.399 a,Pridie Iduum hæc scripsi an te lucẽ.& Ep.3 b,& 56 a,de Orat.133 a,Si ad te bene an te lucem uenisset. At.56 b , Metellus cum prima luce in campum curreb at.pro Syl.177 a,& Epist. 56 a, Prima luce.pro Mil.129 a,Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij.In Ar . Illæ quæ fulgent luces ex ore coruscãt est,stellæ.pro Deiot.149 a,obscurã familiam è tenebris in lucem euocare . pro Pom.54 , Mithridates in ueris uectigalibus: hoc est,in Asiæ luce uersatur.& Off.42 a,Tanquam in clarissima luce uersetur.In Ar.277 a, Pri mum redij luce,nõ tenebris,deinde,&c. Hem mea lux, meum desiderium,Terentiæ,lib.14. Lux liberalitatis & sapientiæ , pro Ligar . Lux lumenq; uitæ,ratio,Acad. quæst. edit.1.lib.2. Quoties illum lux noctu aliquid de scribere ingressum oppressit, Cat. Lucis aliquid afferre nostris rebus,2 ad Att. Finis huius lucis,2 Tusc. Id est uitæ. Cur inquam ciuibus Romanis , quos piratæ cepe rant, securi statim percussis , ipsis piratis lucis usura ta diuturnam dedistis? Ver. Ante lucem efferri funera iu sit Demetrius, 2 de Legib. 60. Lucem authoris fortasse desiderant sententiæ,de Natur.deor.1. Lucem eripere, & quasi noctem quandã rebus offundere,de Nat.deor.1.

Cum mor-

Cum mortali corpore cremato in lucem animus excesse rit, de Diuin.lib.1. Lucem omnino fugeram,3 ad Attic. Omnes deniq; miseros, qui hac luce careant, Tusculan. quæst.lib.1.id est,qui defuncti sint. Forensi luce carere, de Clar.Orat. Quanta luce ea circumfusa sunt,&c.Acad.q.edit.1.lib.2. Erit uobis luce clarius,iudices,quum eos ipsos produxero qui dederunt,4 Verrin. Tuscul. q. lib.2,Luce ueritatis menti hominis nihil dulcius. Acad. edit.1.lib.2,In luce Asiæ,in oculis prouinciæ, atq; in au ribus omnium gentium esse positam. 1 ad Quint. Frat. Nec uerò ille in luce modo,atque in oculis ciuium ma gnus,sed intus domique præstantior . de Senect. Tu te testa damnabis,orbabisq; luce,propter uim sceleris alienis? Tusculan. Cum prima luce, Offic.3. quod Græci ἀμαυρωμάτων.

Luxuria,riæ.& luxuries,ei.luxus,intemperantia,libido. pro S.R.30 b,In urbe luxuries creatur, ex luxuria auari tia,ex auaritia erumpit audacia.de Or.124 a, Auari tiam si tollere uultis,mater eius est tollenda luxuries.cõ tra Rul.64 a, Luxuries Annibalem Capuæ corrupit. pro Mur.127 b,In quo luxuriam reperire non potes,in eo te umbram luxuriæ reperturum putas?& 142 a, O dit populus Rom.priuatam luxuriam, publicã magnifi centiam diligit.Offic. 21 a, Turpe est diffluere luxuria. I.P.90 a,& ibid.Noua quædã & inaudita luxuries.& ibid.Profundæ libidines.& pro Cæl.46 b, Profusa lu xuries.pro Cor.66 b,Tum luxuriam illius quæ non cri mine aliquo libidinis,sed cõmuni maledicto notabatur. I.V.135 b,In mulierum corruptelis & in eiusmodi luxu ria atq; nequitia. pro Cæl.49 b,& 43 a,Domus in qua lustra,libidines,luxuries,&c.uersantur.pro S.R.24 b, De luxuria se purgauit Erutius , cum dixit , hunc ne in comitio quidem ullo ferè interfuisse.et 19 b, Quod per scelus adeptus sis, id per luxuriam effundere atque con sumere.de Orat.121 a, Quod sumptuosus de luxuria.et 117 b, In summa ubertate inest luxuries quædam , quæ sty'o depascenda est.& 157 a,Luxuriem esse in herbis. in Ver.55 b, & 184 a, Luxuries in flagitijs , crudelitas in supplicijs.ad Herenn. 24 , & 124 , Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Offic. 194 , Hæc libidini potius luxu riæque , quàm liberalitati & beneficentiæ pareat . Of fic.25 a, Luxuria cùm omni ætati turpis , tum senectuti fœdissima est.

Luxuriosè,intemperanter.pro Cæl.40 a, Cum libidino sis luxuriosè uiuere.de Fin.69 a.

Luxuriosus,a,um.afotus,intemperans.de Fin.69 a,Lu xuriosi reprehẽdendi sunt ob eã ipsam causam, quòd ita uiuunt,ut persequatur cuiusq; modi uoluptates. contra Rul.75 b,Aliquis ut in suis rebus,ita in repub. luxurio sus,nihil libidinosi?. Or.204 a,Lætas esse segetes,luxu riosa frumenta.I.A.173 a,Multa & lautà supellex, non illa quidem luxuriosi hominis,sed tamen abundantis.

Luxus,us. intemperantia in edendo & bibendo. I.V.161 a,Nisi forte existimatis eum in uino ac luxu non risis se . qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non posit.

Lycaonia,æ.regio.Ep.246.

Lycaones.pop.de Leg.176,Ep.42.

Lycium,cij.de D.81 b, Cum ambulãdi causa in Lyciũ ue

nissemus:nam id superiori gymnasio nomẽ est &110 a, Tum in bibliotheca,quæ in Lycio est,assedimus.de Or. 93 a,Et longè Academiæ illi ac Lycio tuum hoc subur banum gymnasium antepono.de D.85 a,Inq; Academia umbrifera,nitidoq; Lycio.& Acad.42 a.

Lychnuchus,chi.quicquid lucernã sustinet.nam ut can delabrum candelæ,sic lychnuchus lucernæ fulcrum ap pellatur.Qu.Fr.336 b, Hanc scripsi antè ad lychnuchũ ligneolum,qui mihi erat periucundus, quòd eum te aie bant cum esses Sami,curasse faciendum.

Lychnus,ni.lucerna.pro Cæl.52 a, Lux alia est solis & lychnorum.prouerb.

Lycij,pop.I.V.204,Att.95.

Lycurgeus,a.durus,seuerus,qualis fuit Lycurgus.qui le ges duras Lacedæmonijs tulit.At.8 a,Nosmetipsi qui Ly curgei à principio fuissemus,quotidie demitigamur.

Lycurgus,gi.de Cl.176 a,M.Brutus accusationem facti tauit,ut Athenis Lycurgus.

Lydia,Lydiæ.regio.pro Flac.160 a,Quid dicam de Ly dia?&c.

Lydus,a,um.pro Flac.160 a,Quis unquam Græcus co mœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium nõ Lydus esset?

Lymphatus,a,um.furens,insanus.de Diuinat.97 a,Ele xanima tanquam lymphata ut Bacchi sacris commota. Poetæ.

Lynceus,a,um.perspicax.I.V.155 a,Homo lynceus. ho mo lutens fortè correctius legas.Epistol.126 b,Quis est tam lynceus,qui in tãtis tenebris nihil offendat? nusquã incurrat?

Lyra,ræ.fides.Tusc.149 a,Themistocles cum in epulis re cusasset lyram, habitus est indoctior.

Lyricus,a,um.Orat.215 a, Poetæ, qui λυρικοὶ à Græcis uocantur,quos cùm cantu spoliaueris,nuda pene rema net oratio.

Lysias,siæ.de Orat.105 a, Disertissimus scriptor Lysias. & de Clar.167 b, Lysias subtilis scriptor & elegans. Orat.199 a, Venustissimus ille scriptor & politissimus Lysias.

Lysidicus,ci.I.A.233 b, Lysidicus ipse in Græco uerbo, qui omnia iura dissoluit.

Lysander,Lysandri.uersutissimus Lacedæmoniorũ dux, Offic.22 a.

Lysippus,pi.fictor insignis.Ac.22 b.

M A



Itera M in numeris mille significat.l. Mille in prænominibus Marcum.

M.de Or.131 a , Omnibus in parietibus in scriptas fuisse literas,tria l l l,duo m m, lege literam L.

Macedo,onis.I.A.203 b,Quid Macedo Alexander.

Macedonia,æ.regio.Attic.40,I.P.91 & 92,I.Seminarium.l.Triumphus.

Macedonicus,ca. I. V. 236 a,Signum Macedonicum.I. P.91 a,Imperator Macedonicus.Attic. 257 b, Legiones Macedonicæ.

Macellum,li.locus in quo uenduntur omnia quæ uescen di causa in urbem afferuntur.de Diuin.110 b,Si Epicu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri de uoluptate liber corro ius esset, putarem annonam in macello cariorem fore. de Fin. 75 a, Quæ est ista laus, quæ posit è macello peti?

Macer, cra, crum. tenue. contra Rul. 79 b, Solum exile & macrum.

Maceria, riæ. murus in agro et uilla. Ep. 263 b, Helluo nequissimus sestert. 200 dabat nullo aprico horto, nulla maceria, nulla casa.

Machærophorus, ri. gladiator, machærã ferẽs. Qu. F. 312 b, Hominem portaui ad Baias octophoro machæro phoris centum sequentibus.

Machina, næ. machinatio. In Ver. 105 b, Columnæ machina appositæ deiectæ, eidem lapidibus repositæ sunt. & 106 a, In Pis. 88 b, M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris illigatum in machina uigilando necauerunt. pro Dom. 218 a, Isdem machinis sperant me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. contra Rul. 75 b, Hæc tota lex ad Pompeij opes euertendas tanquam machina comparatur. Brut. 289 a, Omnes adhibebo machinas ad tenendum adolescentem. de N. 74 b, Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ. & ibidẽ: Commoliri dolum & machinam aliquam ad quempiã. Qu. de Pet. 206 a, Quo in magistratu amicam, quã palàm domi habebat, de machinis emit.

Machinatio, onis. de Nat. deor. 45 a, Cùm machinatione quadam aliquid moueri uidemus, ut sphæram, horas. & 50 b, Etiam machinatio quædam atq; solertia. de Orat. 115 a, Iudex tanquam machinatione aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionem est contorquendus.

Machinator, oris. architectus, fabricator. pro Sex. Ros. 40 b, Scio omnium architectum & machinatorem esse Chrysogonum. & contra Rul. 63 b, I. C. 112 a.

Machinor, aris. struo, mollior, excogito, cõsiliũ ineo. de N. 56 a, Ad usum orationis incredibile est quanta opera machinata natura sit. de Or. 159 a, Hæc quidẽ machinati sunt ad uoluptatẽ. de N. 51 b, Quod perpetuitatis causa machinata natura est. & 73 a, Sibijpsi nefariã pestẽ machinari. I. V. 69 a, Cum interea aliud quiddam tãdiu machinaretur. pro Dom. 214 a, Nihil aliud nisi uti ne quid per uim agi posset, machinabere. ad Her. 11 b, & 26 b, Machinari necem uel calamitatem alicui. de Vniu. 197 a, Quæramus igitur causam, quæ eũ impulerit, quæ hæc machinatus sit, ut originem rerum, & molitionem nouam quæreret.

Macies, ei. corporis magna tenuitas et siccitas, gracilitas. contra Rul. 85 a. Homo grandi macie torridus, cõtemptus & abiectus. Item, Crassum libertum ais, tibi de me, macie solicitudineque narrasse. Tusculan. 197 a, Corpus macie extabuit. In Ant. 211 a, Profectus est ad bellum A. Hirtius uir potissimus, at qua imbecillitate? qua macie? sed animi uires corporis imbecillitas non retardauit.

Macrocollum, li. charta, membranula. At. 252 b, Sed tamen idem syntagma misi ad te retractatius, & quidẽ archetypon ipsum crebris locis inculcatum & refectum, hunc tu translatum in macrocollum, lege in Arcano cõuiuio. & 212 a, Impensam facimus in macrocolla.

Mactè. uox hortationem significans. Att. 188 a, Mactè uirtute, mihi quidem gratum, &c. & 220 b, Seruuli aiebãt, eum & agripetas eiectos a Buthrotijs, mactè, Tusc. 156

a, Mactè uirtute, ego enim ipse cum eodem ipso nõnumquam errauerim. At. 97 b, Quæso quid nobis futurum est, mactè scribas. aliter maturè.

Macto, as. interficio. de Aru. 253 b, Clodius diuisores omniũ tribuum domi suæ crudelissima morte mactauit. I. C. 104 a, Tũ tu Iupiter hos æternis supplicijs uiuos mortuosq; mactabis. & 102 b, Nónne hunc summo supplicio mactari imperabis? In Pis. 82 b, Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto mactatus essem. In Ver. 35 b, Quo etiam maiore es malo mactandus. Tusc. 179 b, Mactata excetra. pro Flac. 164 a, & 157 b, Quã potestis P. Lẽtulo mactare uictimã gratiorẽ. I. V. act. 31 b, Infirorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare. I. V. 205 b, Cum uideant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum.

Macula. læ. labes. de Nat. 17 a, Est autem corporis macula næuus. pro Sex. Rosc. 37 a, Legationis ceremoniam polluere, maculasq; afficere. pro Pom. 5 a, Delenda est nobis illa macula Mithridatico bello superiore susceptã. & Att. 282 b, Magna macula per uos delata. pro Sestio 7 a, Quoniã illa repub. macula regni publicati maneret, quam nemo posset eluere. In Sal. 174 b, Inurere aternas maculas alicui, quas reliqua uita eluere non posit. pro Cor. 57 b, Est huius sæculi labes quædam & macula, uirtuti inuidere. pro Dom. 217 b, Omnium libidinum maculis notatissimus. pro Planc. 265 a, Hunc tu uita ista dorem maculis aspergis istis. In Ver. 260 a, Maculas flagitiorum tuorum innocentium sanguine luere arbitrabare. & pro Cluent. 20 a, Macula familiæ: id est turpitudo.

Macula. retis foramen, seu plaga. I. Reticulum. de Somnio, 129 b, In ipsis terræ quasi maculis, ubi habitatur.

Maculo, as. macula afficio, commaculo, inquino, obline, polluo, fœdo, cõtamino, labem infero, maculis aspergo. de Arusp. 250 a, Qui castissimos ludos omni flagitio polluerat, omni dedecore macularet. pro Mil. 118 a, Et ut ne quid per uim agi posset, machinabere. ad Her. 11 b, & 26 b, Machinari necem uel calamitatem alicui. de Vniu. 197 a, Quæramus igitur causam, quæ eũ impulerit, quæ hæc machinatus sit, ut originem rerum, & molitionem nouam quæreret.

Maculosus, a, um. maculis respersus. I. A. 174 a, Pompeij non multa, eaq; maculosa. Attic. 11 a, Maculosi senatores.

Madefio, fis. perfundor, resp. ergor. de D. 94 b, Itaq; uaticinatus est, madefactum iri minus triginta diebus Cretam sanguine. I. A. 259 a, Imbuti sanguine gladij exercituum nostrorum, uel madefacti potius.

Madeo, des. madefio. I. A. 190 a, Natabant pauimenta uino, madebant parietes. Postquam. 206 b, Madens coma, compositus capillus.

Madidus, a, um. perfusus. Qu. Fr. 314 a, Sed ille fascicellus totus aqua madidus mihi redditus est.

Mæna, næ. pisces marinus, quem Theodorus Gaza Aliẽ uertit, itali Mænulã uocãt. de Fin. 83 b, Qui uoluptatem ipsam contemnunt, ijs liceret dicere se Accipenserem Mænæ non anteponere.

Mæotis, tidis. palus Scythica. Tusc. 238 a, A' sole exoriente supra Mæotis paludes, nemo est qui factis me æquiparare queat. Poetæ. cõtra Rullum, 76 a, Cum Mithridates amisso exercitu, etc. Mæotide, & illis paludibus etc.

Mæan-

defendatur.

Meandrus, dri. anfractus. I. P. 90 b, Quos tu meandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexiones q; quæsisti?

Megara, oppidum Siciliæ. I. V. act. 7.

Mage, pro magis. Ep. lib. 7. pro Mur. 131 a, Nõ ex iure manu consertum, sed mage ferro rem repetunt. Ennij.

Magicus, ca, cum. de Or. lib. 1, Magicum carmen.

Magis, plus, præter, plus plusq;. Ep. 91 b, At. 71 a, b, Quotidie magis ac magis suspicor te in Epeirũ profectũ. Ep. 29 a, Sed mihi magis magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti, placet: id est, plus plusq;. I. A. 153 b, Quotidie magis magisq; perditi homines urbi minabantur. Par. 129 b, Nihil huic addi potest, quo magis uirtus sit. pro Mil. 104 b, Non magis erit parricida, si quis cõsularem patrem, quàm si quis humilem necauerit. pro Plan. 271 b, Is magis ædilis fieri non potuisset. pro S. R. 24 b, Annos natus magis quadraginta. Epistol. 26 b, Ita contendit, ut nihil unquam magis. de Orat. 110 b, Magis adeò id facultate quàm alia ulla culpa mea contigit. Epi. 264 a, Expecto tuas literas, teipsum multò magis. de Ora. 111 a, Ac multo etiam magis ad uos. & de Cl. 195 b, Magis etiam, etc. pro Fl. 160 b, Nunc uerò hoc magis, quod, etc. contra Rul. 85 b, Imò uerò etiam hoc magis, quàm etc. quod, &c. I. V. 148 a, Atq; eo magis, si, &c. & 164 b, Et eo magis, quòd, &c. itẽ. Mementote nõ tam illos esse nobis quàm hos pertimescendos: atq; etiam hoc magis sunt timendi, quòd, &c. de Off. 15 a, Capescentibus rẽ pub. nihil minus quàm philosophus, haud scio an magis etiam respicientia adhibenda sit rerum humanarũ. Att. 254 a, Magis est quod gratuler tibi, quàm quod te rogẽ. pro Cæl. 40 a, Cuius in magnis cæteris amicorũ si fuit etiam Cælius, magis est ut ipse molestè ferat errasse se, quàm ut istius amicitiæ crimen reformidet. Atti. 234 a, De Græcia magis ac magis cogito.

Magister, stri. præceptor, doctor, autor. de Nat. 15 b, Epicurus gloriabatur, se magistrũ habuisse nullum. In Ant. 177 a, Quanquam te bonum timor faciebat, non dutur ni magister officij. de Sen. 83 a, Nec ulli bonarũ artium magistri non beati putandi, quamuis cõsenuerint ures. I. A. 162 a, Iam uideo magistro tuo qui te tãta mercede, quanta tam proferam, nihil sapere docuit. de Orat. 106 a, Puerim hoc genere apud magistros exercentur. pro Sect. Rosc. 38 a, Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit. de Cla. 174 a, Gracchus semper habuit exquisitos è Græcia magistros. de Orat. 120 b, Magistri ad quos filios nostros mittimus. de In. 50 b, Artium liberalium magistri, uiuendi præceptores. & Ep. 136 b, Magister cœnandi, discipulus dicẽdi. de Orat. Socrates magister omnium istorum, &c. Orat. 197 b, Plato grauissimus autor & magister intelligendi & dicendi. & 198 a, & de N. 8, Aristoteles à magistro Platone dissentiẽs. de Orat. 155 b, Plato non linguæ solum, uerumetiam animi ac uirtutis magister. & pro Mur. 139 b, Vestri præceptores & uirtutis magistri id est, Stoici. pro Mur. 139 a, Hæc omnia non à natura sunt, sed à magistro: sine magistro, duce natura. I. Mamma. Orat. 207 a, Existimatur alicuius artificij, non magister. pro Rab. P. 124 a, Vtilius est magister optimus. de Or. 97 a, Stylus optimus dicendi effector & magister. & 107 b, Stylus perfector dicendi, ac magister. In Verr. 139 a, Dux & magister ad sa-

ciendum aliquid. de Clar. 192 b, Suasionem legis Seruiliæ sibi magistrum fuisse dicebat. pro Cor. 60 a, Tum uerò ius omne noster iste magister mutãdæ ciuitatis ignorat. de Orat. 126 b, Quamobrem hoc uos doceo, bonus ego uidelicet & eruditus magister. de Arusp. 247 b, Ego habeo autores & magistros colendarũ religionum, maiores nostros. pro Dom. 234 a, Autor & magister publicæ religionis. & 241 b, Præsertim illo magistro qui cogeretur docere antequàm ipsa didicisset. pro Cec. 291 a, Te uti in hac re magistro uolo. In Ver. 62 a, Si ab isto libro quẽ tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit. de Se. 86 b, Summus magister in poculo. Att. 76 a, & I. V. 243 a, Magister scripturæ. I. Scriptura. & 145 b, Magistri, qui tabulas habebant. & 143 b, Quidam qui tum magister erat eius societatis. & At. 176 b, & Epist. 207 b, & 227 a, pro Planc. 265 b, P. Crassius maximarum societatum autor. plurimarum magister. At. 1 b, L. Pontius, quem putabam magistrum fore. si bona uenirent. pro Qu. 9 a, Cui magistri fiunt, domini cõstituuntur, qui qua lege, quas conditione pereat, pronuncient, huic, &c.

Magister equitum. cui imperiũ summum in equites erat, ut dictatori in populũ. At. 151 a, Sylla potuit efficere ab interrege, ut dictator diceretur & magister equitũ. de Leg. 185 b, Isq; aue sinistra dictus populi magister esto. & 186 a, Magister populi equitumq;.

Magisterium, rij. magistri dignitas & officium, cẽsura. de Sen. 96 b, Me uerò & magisteria delectant à maioribus instituta, & is sermo qui à summo adhibetur magistro in poculo. de Prouinc. Cons. Magisterium morum.

Magistra, stræ. de N. 10 a, Legis æternæ uis, quæ quasi dux uitæ & magistra officiorum sit. & de Orat. 111 b, Off. 264 a, Natura magistra & duce. Tusc. 225 a, Philosophia magistra uitæ. pro S. R. 30 b, Vita rustica parsimoniæ & diligentiæ magistra est.

Magistratus, tus. dignitas, honor, potestas, fasces, procuratio negocij & muneris publici, qui cum potestate est, qui potestatem gerit, aliquo honore & dignitate affectus, summis populi beneficijs usus. de Am. 108 a, Vbi eos inueniemus, qui honores magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant? pro Mur. 141 b, Cato negat iudicium hominum in magistratibus mandandis, uoluptatibus corrumpi oportere. & 142 b, Nulla re allici mentes hominum oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate. Offic. 25 a, Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatẽ & decus sustinere, seruare leges, iura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. pro Sest. 15 b, Censura sanctissimus magistratus. In Ver. 231 b, Ad me uenit Heraclius is qui tum magistratum Syracusis habebat. Of. 30 a, Cedere ijs qui magistratũ habebant. pro Planc. 260 b, Tum enim magistratum nõ gerebat, is qui cœperat, si patres autores non erant facti. pro Pl. 262 a, Libertas populi in mandandis magistratibus. & 272 a, Commissi sunt ijs magistratus. At. 279 a, Nemo tribunus plebis, nemo alio magistratu, nemo priuatus autor extitit. At. 276 b, Dum unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. & ibidem: C. Marius factus est augur. pro Font. 281 a, In honoribus petendis, in potestatibus, in imperijs gerendis

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra Rul.72 b, Quibus uos amplissimas potestates de distis. & 48 b, Legum ministri magistratus. & ibi. Legũ interpretes iudices. cõtra Rul.71 a, Lege Curiata magistratũ non dari, cui nullis comitijs ante sit datus. Epi. 40 b, Creare & gerere magistratum, & gerere potestatem. Itẽ, Abire magistratu. Epi. 60 b, Atq; abeuntẽ magistratu concionis habendæ potestate priuauit. & Att. 11 4, Qu. Fr. 394 a, Bene gerere se in potestate. pro Qu. 2 a, Magistratũ æquũ adhuc reperire non potui. I.V. 191 d, Secuti sunt auariores magistratus. Qu.F. 294 a, Quæ in magistratu uitiose decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum. I.A. 179 b, Tum senatus contra te dedit arma consulibus reliquisq; imperijs & potestatibus. I.A. 204 b, Vt ei triennium ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceat. de L. 184 b, Magistratus hæc est uis, ut præsit, præscribatq; recta, et utilia, et cõiuncta cũ legibus: ut enim magistratib. leges, ita populo præsunt magistratus: uereq; dici potest, magistratum legẽ esse loquẽtem, legem aut mutum esse magistratum. de Leg. 190 b, Suffragia in magistratibus mãdandis palàm ferre melius esset. & 193 b, Qui magistratu abierint, apud censores edant, & exponãt quid in magistratu gesserint. In Sallust. 274 b, Accipere magistratũ loco prædæ. Ep. 190 b, Nam quòd huc properent in magistratum uenire, causam non habent.

Magnanimitas, tis. magnitudo animi. Off. 31 a, Quarũ una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitis, quarta moderationis.

Magnanimus, a, um. uir magni animi, uir altus & excelens. Off. 13 a, & 14 a, Vir fortis & magnanimus. pro Font. 281 b, Vir summi consilij & maximi animi. pro Sest. 12 b, Vir fortis & acris animi magniq.

Magnes, tis. de D. 98 b, Vt si magnetẽ lapidem esse dicã, qui ferrum ad se alliciat & trahat: at rationem cur ita sit, afferre nequeam.

Magnes. à Magnesia Thessaliæ regione. de Clar. 149 b, Dionysius Magnes.

Magnificio, cis. Ep. 210 b, Eius libertum Apollonĩũ iam tum equidem cum ille uiueret, & magnificiebã & probabam. Att. 234 a, Facio magnam praxim Dolabellæ: id est, magnificio actionem Dolabellæ.

Magnificè, splendidè. de Cl. 188 a, Amicè & magnificè te laudatum puto. I.V. 182 a, Magnificè laudari ab aliquo. pro Qu. 17 b, & I.V. 89 a, Magnificè ac splendidè ornare conuiuium. de In. 77 a, Vasa magnificè & preciosè lata. I.V. 214 a, Exornat amplè magnificèq; triclinium. pro Dom. 236 a, Iste habitare laxè & magnificè uoluit. I.C. 104 b, Magnificè uicimus. At. 284 b, Iuuat enim magnificè loqui. ad Her. 31 b, Hic qui se magnificè iactat & ostentat. I.A. 223 a, Magnificè enim Sulpitius maiorum contentiam diligebat. Off. 10 a, Hæc præscripta seruantem licet magnificè uiuere.

Magnificentia, tiæ. splẽdor. de In. 82 a, Magnificẽtia est rerum magnarum & excelsarũ, cum animi ampla quadam & splendida propositione, agitatio & administratio. & 26 a, Virtus & magnificentia, in qua grauitas & autoritas est. Orat. 204 b, Si ut in apparatu epularum à magnificentia recedens non se parum solum, sed etiam elegãtem uideri uolet. pro Mur. 142 b, Odit pop. Rom. priuatam luxuriam, publicã magnificẽtiam diligit, contra Rull. 70 b, Hoc uix est liberi populi, uix uestrorum amicorum magnificentiæ. de Leg. 168 b, In hac illa ueri magnificentia, & c. Qu. R. 49 a, Qui tãtas pecunias nõ propter inertiam laboris, sed propter magnificentiã liberalitatis repudiauit. de Leg. 190 b, Luculło obiecta est magnificentia uillæ Tusculanæ. Tus. 240 a, Magnificentia ædium regiarum. & 247 a, Magnificentia & suntuis epularum. Off. 15 a, Capessentibus rempub. & magnificentia, & despicientia adhibenda est rerum humanarum. de Leg. 183 b, Funerum sepulchrorumq; magnificentia. Off. 28 b, Cauendum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificẽtia prodeas. & ibi. L. Lucullus, cuius quàm multi uillarum magnificentia imitati sunt. & 44 b, Theophrastus est magnificentius in laudanda magnificẽtia & apparitione popularium munerum. de Am. 99 b, Qui uirtutẽ uerborum magnificentia metiuntur.

Magnificentissimè. Atti. lib. 2, Iactare se magnificẽtissimè, & 225 b, Nostri autẽ ἀφωσ quod per se ipsos conci potuit, gloriosissimè & magnificẽtissimè consecerut. In Vatin. Cicero post hominum memoriam magnificentissimè consul factus.

Magnificus, a, um. lautus, splendidus, summo splendore præditus, delicatus. I.V. 87 b, Vidi forum adornatum magnifico ornatu. Quin. Frat. 327 b, Ludi magnificentissimi, & munus sumptuosum atq; magnificum. de Orat. 98 a, Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ. Epistol. 136 b, Cœna magnifica & lauta. Tusc. 240 a, Stragulum magnificis operibus pictum. Ep. 195 a, Reliquæ sunt uenationes binæ per dies quinq; magnificæ. de Ora. 117 a, Genus dicendi magnificum atq; præclarum. & 98 a, Cùm præclara quædam et magnifica dilicisse, de Op. 244 a, Ii quos nihil excelsum magnificumq; delectat. & Off. 16 a, Animus excelsus & magnificus. de D. 109 b, Magnificum etiam illud Romanisq; hominibus gloriosum, ut, & c. contra Rul. 82 a, Cætera illa magnifica pop. Roma. uectigalia. de Cl. 189 a, Voce, motu, forma etiam magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis. de Leg. 169 a, Villa magnifica. Attic. 66 b, Illam autem quam locauit, facit magnificentissimã. Of. 45 a, L. Crassus magnificentissima ædilitate functus est. contra Rul. 66 b, Est hoc amplissimũ, sed illud magnificẽtius, quàm & c. de Cl. 175 b, Genus dicendi magnificentius & ornatius. I.P. 80 a, Magnificentius est dicere quemadmodum gesserimus consulatum, quàm quemadmodum cæperimus. Postquam. 204 a, Senatus à quo sæpe magnificentissimis decretis ornatissimus. de Cl. 182 b, Id melius est quod splẽdidius & magnificẽtius. pro Deiot. 147 a, Cui magnificentissima dona usq; ad Numantiã ex Asia mittit. pro D. 242 a, Italiæ magnificentissimus ille motus. I. Va. 30 a, Cicero magnificentissimus post hominum memoriam consul factus.

Magniloquentia, tiæ. Or. 215 b, Dactylus numerus heroxametrorum magniloquentiæ est accommodatior. Epi. 210 a, Homeri magniloquentia.

Magnitudo, nis. amplitudo, grandităs, moles, ubertas. de Fimib. 99 b, Magnitudo maris Aegei. Offic. 31 b, Metiri magnitudinem mundi. I.A. 249 b, Si maria, montes, regionum magnitudines interessent. de Ora. 86 a, Magnitudo & uarietas, multitudoq; causarum. I.V. 240 a, Genus prædadi ad magnitudinem quæstus immẽsum & infinitũ. & ibi. Magnitudo frigorũ. Part. 237 a, Magnitudinem animi superbia imitatur ex animis extollẽdis. & Ep. 84 a, Magnitudinẽ animi tui ne inflectas cuiusquã iniuria. Ep. 21 b, Magnitudo & uis amoris. contra Rull. 85 a, Magnitudo fructuum: id est, abundantia. In Verr. 226 a, Signũ ex ære modica amplitudine. & de Leg. 183 a, Propter amplitudines sepulchrorum. Item, Vtilitatis ubertas: id est, magnitudo. I. Vbertas. pro De. 149 b, Erstio, cõcedatur hæc quoq; acerbitatis & odij magnitudo.

Magnì esse, & id genus. Ep. lib. 15, Magni erunt mihi litteræ tuæ. Att. lib. 10, & Famil. lib. 16, Non possum dissimulare mihi famam quoq;, quamuis sit falsa, magni esse. de Nat. lib. 2, Magni interest ad decus & laudem ciuitatis.

Magno. magno precio.)(Paruo emere uel uendere. pro Qu. R. 50 b, Magno tuam dimidiam partẽ decidisti. contra Rull. 73 a, Ement agros quos uolent, & quàm uolẽt magno. Att. 15 b, De aliquo conducere nimium magno. I.V. 202 b, Quidĩtu istã permagno æstimas. In Ver. act. 5, Magno uendidisti.

Magnopere. nimio opere. Ep. 20 a, Cum has ad te quam primùm literas magnopere perferri uellemus. At. 66 a, Et si quæris, nulla est magnopere commoratio. de In. 62 b, Cum puerorum formas & corpor am magno hic opere miraretur. de Leg. 166 b, Gellius philosophis magnopere autor fuit, ut, & c. At. lib. 13, Magno opere accersitus. Ep. lib. 13, Magnoq; opere abs te peto.

Magnus, a, um. amplus, grandis, non mediocris, non paruus, uberior, bonus, latè patens, immanis, infinitus, uastus, insanus, longè latèq; patens. de Or. 104 a, Quarũ rerum fateor magnam multiplicemq; esse disciplinã. de N. 51 b, Magna dij curant, parua negligũt. de Or. 145 a, Hæc enim ars sine controuersia & magna est, & latè patet, & ad multos pertinet, & summo in honore semper fuit, & charissimi ciues ei studio etiam hodie præsunt. Ep. 86 a, Quanquam id magnũ & amplũ est. Ora. 199 b, Magnũ opus & arduum Brute conamur. cont. Rull. 74 a, Magna mihi res non modò ad statuendũ, sed etiã ad dicendũ uidetur esse. pro Mur. 125 b, Mihi cũ eo & uetus & magna amicitia est. Orat. 201 b, Partes magnæ & graues. de Or. 158 b, Grãdis oratio, pro magna. Ep. 24, Magna eloquẽtia, magna grauitas, magnum stultum, magna cõtẽtio. de In. 43 a, Mulæ & magnæ res. & ibid. Quædam magna & ampla pars. Tusc. 178 a, Experiar equidem. sed magna res est. & 176 a, Quos enumerare magnum est, ita sunt multi. pro Pl. 277 b, Decere mihi ferro magnum fuit, & c. Qu. Fra. 300 b, Nã si te uicinis tuis anteponis, ualde magnum facis. Or. 206 a, Nos magnum fecissemus, si potuissemus, & c. de Nat. 59 b, Nemo uir magnus sine aliquo afflatu diuino unquam fuit. & ibid. Magnis uiris prosperè euenĩut semper omnes res. pro Qu. 17 a, Artes, quib. tu magnus es, tibi concedo. Of. 36 a, Dicæarchus peripateticus magnus & copiosus. pro Mur. 139 b, Neq; disputandi causa ut magna pars, sed, & c. de In. 72 b, Augere aliquid & maius facere. de Cl. 184 b, M. Drusus tuus magnus auunculus. Offic. 66 a, In his magni iudicis est, statuere quid sit æquũ. & de Leg. 192 a, Quorum generum in utroq; magnus nostrer Cato est. de Claris ora. 184 b, Magnus auunculus. Magnus Consul & Consularis, 10. Famil. Magnus locus, 2 de Nat. deor. id est, amplam præbẽs materiam. Nunc rus frumenti magnus, 4. Verrin. Magnus prætextatus illo die fui, 6 ad Attic. Magnus ueterator, 2 ad Qu. Frat. Vir magnus in primis, de Nat. deor. 1. Magna causa, pro Domo sua. Magna Græcia, 2 de Orat. Magna natio, de Arusp. respons. Magna pecunia, 11 ad Attic. Magna pro curatio, pro Deiot. Magna quæstio est, de Nat. deor. 2. Magna res, 12 ad Attic. id est, magni precij. Magnum caput, 2 de Orat. Magnum consilium, 3 Philip. Magnum ingenium L. Luculli, Acad. quæst. edit. 1 lib. 2. Magnum opus in manibus habeo, 1 Acad. Magnum quid & multæ cogitationis atq; ocij, 2 ad Attic. Quid enim uidetur ei magnum, cui æternitas omnis, totiusq; mundi nota sit magnitudo? Tusc. quæst. lib. 4. Magnum est efficere ut quis intelligat quid sit illud uerum & simplex bonum, 1 Acad. hoc est, magni laboris, uel magnæ utilitatis. Magnum est eadem habere monumenta maiorum, ijsdem uti sacris, sepulchra habere communia, Offic. 1. Magnũ est in amicitia, superiorem parem esse inferiori, de Am. Quicquid erit, non modò magnum, sed etiam paruum, scribes, 14 ad Att. Nam si te interioribus uicinis tuis, Cilicensi & Syriaco anteponis, ualde magnum facis, 1 ad Qu. Frat. Magnum atq; honestum te esse, 11 Famil. M. Bruti & Cassij. Magnum annũ dicunt mathematici, quo septem sidera errãtia expletis proprijs cursibus sibimet cõcordant, 2 de Nat. d. Si domum magnam pulchramq; uideris, de Nat. deor. 2 Chrysippus & Stoici cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati sunt, 4. Tus. 9. Fam. ad Att. 16. id est, magna ex parte. Nullã rẽ neq; tam magnam neq; tam paruam putet, quæ, & c. 5 Fam. A magno homine & in primis erudito Panætio tractata, 3 de Le. Stabili & firmo & magno animo uir, 3 de Finibus. Magno timore esse, 5 ad At. Aut omnino, aut magna ex parte essem aliquãdo liberatus, & c. 1 Tusc. Magna uoce cõfiteri, pro Cec. Magni aratores, 5 in Verr. Magni ludi, in Pis. Magni in repub. uiri, 3 de Leg. Magna quæ uidẽtur, in duplici genere sunt, Part. Magnis sæpe rectissimè parua conferuntur, Orat.

Magus, gi. de D. 90 a, Magi, quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis. & 99 a, Et in Persis magi augurantur & diuinant. de Leg. 174 b, Magi Persarum. de N. 10 b, Portenta magorum Aegyptiorum dementia.

Maialis, lis. uerres castratus. Cicero apud Isidorum libro 2, cap. 31, Consulem quærebam, quem in isto maiali inuenire non poteram.

Maiestas, tis. imperium, amplitudo, dignitas. de Orat. 123 b, Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eã minuit, qui, & c. de In. 69 a, Maiestatẽ minuere, est aliquid de repub. cum potestatem non habeas, administrare. de Or. 127 a, Lex Apuleia, qua qui maiestatem minuisset, capitis pœna afficiebatur. pro Rab. 90 b, Vt illud summum auxilium maiestatis atq; imperij de Rep. tollatur. & 94 a, Vt imperium pop. Rom. maiestasq; conseruaretur. & pro Cor. 62 a, Seruare & cõseruare maiestatẽ populi. I.V. 245 b, Minuere maiestatẽ reip. & de Or. 118 b, Maiestas ab aliquo imminuta. de D. 97, Dij nõ cẽsent esse maiestatis suæ, præsignificare hominib. quæ sunt futura. & 98 a, Neq; hoc alienum ducunt maiestate sua. de N. 41 b, Sustinendi muneris propter imbecillitatem diffi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cultas minimè cadit in maiestatem deorum. & Acad.30 a, pro S. R.27 a, Maiestas iudicum. I.P.84 b, Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis. I. A.157 a, Qui maiestatem populo Romano per uim minuerit. de Am.113 b, Quanta illa fuit grauitas? quanta in oratione maiestas?

Maior, ius. Top.122 b, Quod in re maiore ualet, ualeat idè in minore. Qu.Fr.303 b, Quem ego ut fratrè maiorem uerebar. de Leg.174 a, Prorsus maiorem quidem rem nullam scisca aliter, in minoribus, si uoles remittà hoc tibi. Tus.160 b, Qui in aliquo maiore studio & arte uersantur. de D.86 a, Nihil ferè quondam maioris rei nisi auspicatò gerebatur. & 119 a, Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit. Att.124 a, Balbus maior, & Balbus minor. Par.117 b, Africanus maior, & Africanus minor. de Am.96 a, Cato maior. Of.3 b, Quæ cura exuscitat etiã animos, maiores & ad rem gerendam facit. Tusc.187 a, Qui uolunt exclamare maius toto corpore, contentioni uocis asseruiunt. de Orat.87 a, Maiore delectatione, spe uberiore præmijs amplioribus ad perdiscendum cõmoueri. & 93 a, Studio acriore, ocio ac facultate discendi maiore ac maturiore, & labore atque industria superiore.

Maiores, orum. patres, superiores.)(. Posteri nostri, posteriores. In V.65 b, Patres maioresq; nostri. Ora.108 a, Patrum nostrorum ætas. & b, Superiores.)(. Posteriores. I. A.188 b, L. Philippus uir auo, patre, maioribusq; suis dignissimus. Quales eius maiores fuissent, 1 de Fin. Maiores imitandi, at non eorum uitia, Offic.1. Maiores nostri libertis suis non multo secus ac seruis imperabãt, 1 ad Quint. Frat. Maiores quibus in rebus quæstiones interponi uoluerint, 2 ad Heren. Maiorum suorum autoritate satis commendati fidei tuæ, 15 Famil. Maiorũ nostrorum clementia, 5 Famil Quint. Metelli. Ex maiorum dignitate eum honorem à te administrari, 15 Famil. Maiorum exempla nosse debet Senator, 3 de Legibus. Maiorum mos, 13 Fam. Maiorum more, sine fuco ac fallacijs. 1 ad Att. Maiorum nostrorum sepultæ reliquiæ, ad Octau. Maiorum similem aliquando fore populum Romanum, 12 Famil. Maiorum nostrorum hic multa uestigia, 2 de Legibus. Audiui ex maiorib⁹ us natu hoc idẽ fuisse, 1 Offic. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, In Salust.

Maius, iæ. Ar.205 a. Ille diem negabat esse mẽse Maio. & I.A.179 b, Maiæ Calen. At.4.1, Idus.4.1, Nonæ 69.

Maiusculus, a, um. grandior. Epist.131 b, In aliqua maiuscula cura negocioq; uersari.

Mala, læ. maxilla. Orat.163 a, Vt meos malis miser mandarem natos.

Malè. prauè, nequiter, incommodè, uitiosè, improbè. mala ratione. Attic.237 a, O factum male de Alexione. & 261 b, de Orat.137 b, Malè enim se res habet, quæ, &c. de Sen.80 b, Vt Carthagini malè iamdiu cogitandi bellum inferatur. pro Murè.139 a, Errasti aliqua in re, malè dici putat Cato. de Sen.81 b, Malè rem gerere. & I.C. 109 a, Malè gerendo negocio. pro Quin.16 a, Qui cum omnibus creditoribus malè agat. & 9 b, Qui permulta malè agendi causa fraudandiq; fecerunt. de Cl.172 a, Malè mulctatus. Orat.212 a, Malè sonabat ijsdem. Att.

122 a, Non dubito quin me malè oderit. pro S.R.42 a, Aliquem malè locutum esse. Attic.84 b, & pro Cæl.45 b, & At.17 4, Malè audire, & bene audire. ad Her.38 a, Malarationẽ: id est, malè.

Malea, siue Maleæ, Laconiæ promontorium. Epist.53. Sulpitij.

Maledicè. Offic.27 a, Cum de absentibus maledicè contumelioseq; dicitur.

Maledico, cis. maledictis figo, carpo, rodo, uellico, obtrecto, detraho, morbo procacitatis utor, petulantissima lingua aliquem consector, malis onero. de Or.137 a, Si quis alteri maledicit, petulans uidetur. de Nat.20 a, Epicurus Phædoni Socratico turpissimè maledixit. ibi. de maledicẽdo multa. Epist.85 a, Cuius summa criminis hæc est, quòd armatus aduersario maledixi. & 33 a, Si quispiam maledicit. de Orat.133 a, Nam si contrà te dixero, mihi maledicturus es, ut cæteris fecisti. pro Cæl.39 a, Petulãter maledicere alicui. & pro Sest.20 b, Maledicito homini Restino. de Orat.155 b, Pericles, in cuius labris ueteres comici etiam cum illi maledicerent (quod tum Athenis fieri licebat) lepõrem habitasse dixerunt. pro Deio.249 a, Non debebas optimo uiro fugitiui ore maledicere. pro Cæl.38 b, Aliud est maledicere, aliud accusare. pro Cor.67 a, Qui more hominum inuidem, in cõuiuijs rodunt, in circulis uellicant, non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt. Epist.138 b, Malis oneri. In Sal.275 a, Is demum maledicit, qui non potest ab altero uerum audire.

Maledictio, onis pro Cæl.38 a, Maledictio nihil habet proposiți, præter contumeliam.

Maledictum, cti. conuicium, probrum, contumelia.)(. laus. pro Mur.126 b, Saltatorem appellat L. Mur. Catone, maledictum est, si uerè obijcitur, uehementis accusatoris. & ibid. Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quòd omnia laus occupauit. Qu.Fr.380 a, Cùm omnia maledicta uersus etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam dicerẽtur. pro Cl.30 b, In maledicti uel criminis loco ali quid alicui obijcere. pro Fl.147 b, Maledictum omne, non modò crimẽ effugit. pro Fl.156 b, Aliquem probris omnibus maledictisq; uexare. & At.175 b, Omnia in aliquem maledicta conferre. pro Syl.171 b, Verbi inuidia contumeliaq; maledicti. de Nat.20 a, Epicurus omnes figebat maledictis. de Cla.180 a, Aliquis cum aculeo & maledicto facetus. pro Cæl.40 a, A maledictis publicitus ad cõurationis inuidiam oratio est nostra delapsa. Aut tequàm.165 a, Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in eos scelerate loquar factis? pro D.232 a, Extinctum iam est illud maledictum crudelitatis. I.A. 256 a, Quem ego iniustum uerissimis maledictorum notis tradam hominũ memoriæ sempiternæ. in Vat.30 a, Cum tu mihi Cornelij defensionem in maledicto obijciebas amputaris. I.P.86 a, Maledicti & cõtumeliæ, &c. pro Plan.265 b, Nec ulla alia coniecta sunt maledicta in eius uita. & 266 a, Maledicta in aliquem aspere & ferociter & liberè dicta. Br.287 a, Tantumq; is tribuit huic indulgentiæ, ut se maledictis non abstineat.

Maledicus, ci. obtrectator, mordax, petulans, procax. habens aculeos, perfringo, momus. pro Flac.160 b, In tam suspiciosa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. & pro Cælio.45 b, Ai fuit

At fuit fama, quotus quisque eam effugere potest in tam maledica ciuitate? ad Heren.8 a, & de Finibus.61 b, Homo natura maleuolus & maledicus. pro Muren.126 b, Maledicus conuiciator. Attic.17 a, Publicanus maledicus. pro Flac.148 b, Qui maledicentissima ciuitate omne crimen effugit.

Malefacio, cis. malè mereor, perniciose mereor. Epi.177 b, Oij isti Segulcio malefaciant. Att.145 a, Quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino malè.

Malefactum, cti. Offic.46 a, Beneficia malè locata malefacta arbitror. de In.75 b, Deinde aduersarius malefacta augebit.

Maleficiosè, malitiosè, nefariè. pro Cæc.288 b, Cùm hoc nouæ litis genus tam malificiosè intenderet.

Maleficium, cij. malefactũ. pro Cæl.53 a, Beneficij memoria nihil prosuit, nocuit opinio maleficij cogitati. pro Pl.268 b, Noli maleficium putare esse gratiam. pro Cæl.48 b, Perficiendi & occultandi maleficij spes. I.A. 197 b, Conscientia maleficiorum. pro S.R.20 a, Supplicia pro maleficijs suis metuere. & b, Maleficia manifesta. pro Cæc.304 a, Maleficiũ exilio multatũ. & 286 a, Punire maleficium. ad Her.7 b, Qui indicet aut factum esse maleficium, aut à quo factũ sit. de In.61 a, Non facti dictum est ne à barbaris quidè hoc maleficium. pro S. R. 28 b, Committere maleficium, & admittere maleficiũ.

Maleficus, a, um. reus, malè meritus. ad Heren.17 a, 1. V. 265 a, In maleficorum sceleratorumq; custodias tu tantum numerum ciuium Rom. includere ausus es? Tus.239 b, Vir maleficus natura, & iniustus. de Leg. Quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur.

Malemeritus, a, um. Postq.203 a, Malemeritis referre quod debeas. ad Her.17 a, Vlcisci malemeritos oportet.

Maleolens, tis. de Or.132 a, At in maleolentem uideo me à te circumueniri.

Malepacatus ager, locus. Attic.79 b.

Maleprecor, ris. execror. I.P.86 b, Vtrum tandem bono uiro & sapienti optabilius putas, sic exire à patria, ut omnes sui ciues salutẽ, incolumitatẽ, reditũ precentur, quod mihi accidit: an quod tibi proficiscenti euenit ut omnes execrarentur, maleprecarentur, unam tibi illam etiam & perpetuam esse uellent?

Malefentiens, tis. I.P.81 a, An potest ulla esse excusatio, non dicam malesentienti, sed, &c.

Malemateriatus. ex malâ materia factus. Of.62 b, Aedes malemateriatæ.

Maleuestitus, a. I.P.92 b, Ipse cũ hominibus quindecim maleuestitis ad portã Cœlimontanã sitiès peruenerim.

Maleuolentia, tiæ. mala gratia. I.P.80 a, Tus.213 a, Maleuolentia est uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Qu.Fr.298 b, Posteriorum erit uerius iudicium obtrectatiõe et maleuolẽtia: liberatũ. Ep.16 a, Noui amicitiæ, tũ mihi amicissimũ, tũ nulla in cæteros maleuolentia suffusum. pro Pl.263 b, Vicinitas nõ infusca maleuolẽtia. pro Cor.58 a, Deprecãdæ maleuolẽtiæ causa. Ep.2 a, Senatus religionis calumniam nõ religione, sed maleuolẽtia et illius regiæ largitionis inuidia cõprobat.

Maleuolus, a, um. in aliquem mal. uolentia suffusus. Ep.29 a, Ille si omnib. est maleuolus, minus offendor in me. ad Her.8 a, Homo natura maleuolus & maledicus. pro

Cor.66 b, Vt maleuolorum, iniquorum, inuidorum animos frãgeremus. pro R.P.129 a, Tum subinuisum apud maleuolos Postumi nomẽ. pro Qu.R.50 b, Quontam tam natura maleuolus es. Qu.F.308 a, Cato auditus est magno silẽtio maleuolorũ. Ep.42 b, Sed ne summorum quidè hominũ maleuolis de me sermonib. crederet. Att. 101 a, Cato in me turpiter fuit maleuolus. pro Deio. 150 a, Ex urbanis maleuolorũ sermũculis hæc collecta sunt.

Malitia, tiæ. fraus, calliditas. de Nat.75 a, Malitia est uersuta & fallax nocendi ratio. Tus.216 a, Virtuti contraria est uitiositas. sic enim malo, quàm malitiam appellari, quam Græci κακίαν uocãt. nam malitia certi cuiusdam uitij nomen est, uitiositas omnium. pro Qu.R.52 b, Perfidia & malitia per quam insidiæ tenduntur alicui. pro Qu.10 a, Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid. pro Cl.32 a, Ad omnem malitiam & fraudem mentem suam uersare hæc secum cogitãs cœpit. I.V.135 b, Hæc uerò eius erat ars & malitia miranda. pro Qu.R.48 a, Supercilia illa rasa olere malitiam, & clamare calliditatem uidentur. pro Cæc.285 a, Id malitia est ità usitata. de D.198 a, Leuitate, uanitate, malitia exclusa uanitatem probo. & 114 a, Testes aut casu ueri, aut malitia falsi fictiq; esse possunt. de Fin.118 a, & 121 b, Fraus, improbitas, malitia, culpa, turpitudo, Epistol.138 a, Tamen à malitia non discedis. ad Her.18 a, & de In.75 b, 76 a, Vtile putamus ab omnibus unicã malitiã atq; nequitiam cognosci. Off.66 a, Malitia quæ uult uideri se esse prudentiam, sed ab ea distat plurimum. Par.236 b, & Attic.211 b, Prudentiam malitia imitatur. & 249 a, Cohæredes aquis finere opprimi, malitia est. Offic.13 a, Mihi imposuisset aliquid, ni tua malitia affuisset. Off. 34, Insidijs & malitia laudè est adeptus. Itẽ, Hi sæpe uersutos homines & callidos admirantes, eorum malitiam sapientiam iudicant. Offi. 43 b, Omnis opinio ad eam speciem traducenda, ut honestis consilijs iustisq; facilis, non fraude & malitia se intelligant ea quæ uelim cõsequi posse. Lege Versutiloquus, & Vitium.

Malitiosè, callidè, subdolè, uersutè. I.V.135 a, Nihil sanè uafrè nec malitiosè facere conatus est. Or.215 b, & pro S.R.36 b, Etiãsi in eligendo fecit malitiosè. ad Her. 2 a, Clodiũ nihil arbitror malitiosè, quanquã sceleste quidè egerit. Of.64 a, Dolosè aut malitiosè agere aliquid.

Malitiosus, a, um. uersutus, callidus, astutus, fallax, tectus, obscurus, ueterator.)(. Apertus, simplex, ingenuus, iustus, bonus. Offi.63 a, & 7 b, Existunt etiã iniuriæ sæpe calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. de Repub. libro 3, Non sunt in disputando uafri, non ueteratores, non malitiosi. pro Qu. 10 b, Num malitiosum negas fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi.

Malleolus. li. furculus est uitis præsertim, utrinq; capitatus. de Sen.88 a, Malleoli, plantæ, sarmenta, &c.

Malleoli sunt præterea manipuli spartei pice contecti. I.C.103 b, Malleolos ad incendendam urbem facesq; cõparare. pro Mil.113 b, Domus scutis referta, plena omnium malleolorum ad urbis incendia comparatorum.

Malo, uis. magis uolo. Attic.193 a, & de Cl.181 a, Meo iudicio multo stare malo quàm aliorum. Attic.122 b, Malo me cum Pompeio uinci quàm cum istis uincere. & 211 a, Scripta nostra nusquam malo esse, quàm apud te.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tuſ.170 d,Næ ego haud paulo hũc animũ malim,quàm omnium fortunas.de Fin.98 a,Quis nõ multis partibus maluiſſ At.84 b,Noli putare me quicquã maluiſſe quàm ut mandatis tuis ſatisfacerem.& 112 a,Cato ipſe iam ſeruire quàm pugnare mauult. de D.113 a, Euanuiſſe mauultis,&c.pro Qu.2 a,Prætor iudicium prius de probro,quàm de re maluit fieri.pro Pla.271 b,Ego illi omnia malo. Att.33 a, In hac re malo uniuerſæ Græciæ & negotiatoribus.At.229 a,Tamen arbitror malle te quietam ſenectutem potius agere,quàm ſolicitam. Orat.221 a,Nequire pro non quire, malle pro magis uelle, nolle pro nõ uelle. Att.86 b,Multo enim malo hunc à Pontidia,quàm illũ à Seruilia.& 246 b, Domi enim manere ſi rectè poſſum,multo malim.

Malua,uæ.herba molliens aluũ.Epiſtol.207 a, Beta & malua.

Maluginenſis,e.de Or.133 a, M. Scipio Maluginenſis.

Malum,li.pomum.l.Paſtus.

Malum, li. damnum, incommodum,detrimẽtum,peſtis in malis.de Orat.106 b, Quàm ſit bellum cauere malum, omnes etiam nullo docente ſcimus.I.A.182 a, Seruilius eſt poſtremum malorũ omnium.I.V.193 b,Minima malorum eligenda.Offic.72 b,Minima de malis. l.Calamitoſe.Tuſ.164 b,Mortem non eſſe in malis. Oct. 330 b, In duobus malis cum fugiendum maius ſit,minus eſt eligendum.Attic.lib.8, Malorum Ilias. Prou. Attic. 107 b, Quod horum malorum,quorum aliquod certè ſubeundum eſt,minimum putes.I.A.200 b, Omne malum naſcens facilè opprimitur,inueteratum ſit plerunq; robuſtius.pro Dom.215 b,Medicina,quæ & illud natiuũ malum,& hoc delectũ ſanare poſſet.pro Pl.266 a,Libertas malis oppreſſa ciuilibus,tam extollere caput, & ali quando recreata ſe erigere incipit.In A.169 a, Cum tã ta mala florentiſſimæ familiæ ſeduxi, uel potius ſuſtuli. & de D.115 a,Semina malorum.de Am.97 a,Nihil mali accidiſſe Scipioni puto. Atti.82 b,Commemorat quid etiam mali C.Iulius fecerit,cum,&c.I.A.153 b,Cum ſperaret in urbe infinitum malum.Ep.138 b,Malis onerari. Att.100 b,Virum bonum oportet eſſe,ne malum habeat.de Finib.79 b,Habere malum.de Leg.164 a, Sed quod metuat ne emanet,id eſt,ne malum habeat.Tuſc.152 a,Infinitum quoddam & ſempiternum malum habe remus in uita.& 166 a,Qui nihil mali habeat.ad Her. 32 b,Victoria,quæ plus calamitatis, quàm boni dederit. ex Aſco.85 a,Dare malum altè Metellus Coſſ. de L.187 d,Magnũ dicis malũ,nã.& 188 b,Sed eſt iniqua in omni re accuſanda prætermiſsisbonis,malorũ enumeratio.

Malum,uox per interrogationẽ inter alia interiecta uerba,indignationem ſignificat. Offic.44 a, Quæ te(malum inquit)ratio in iſtam ſpem induxit?ut,&c. I.A.155 b,Quæ nam(malum)eſt iſta uoluntaria ſeruitus?& 228 a,Quæ(malum)eſt iſta ratio? I.V.117 a,Quæ(malum) iſta ſuit amentia?& pro Qu.R.54 a,Quæ(malum)ſtultitia fuit?

Malus,a,um.de Am.97 a,Of.59 b, Philoſophi quidam minimè mali illi quidem, ſed nõ ſatis acuti. I.P.95 a,Ariſtarchus,qui notam apponebat ad malũ uerſum.& ibidem:Malus poeta.de Nat.75 a, Iudicium de dolo malo, & de fide mala.

Malus, li.quam nauis arborem uocant.I. V.253 b,Cleones malum erigi,uela fieri,ancoras præcidi imperat.de Sen.80 b,Cũ alij malos ſcandant,alij per foros current. de Orat.159 b,In nauigio antennæ,uela,mali.in ar. A prora ad malum,à malo ad puppim.

Mamers,tis.oppidum Siciliæ,nunc Meſſana, unde Meſſanenſes & Mamertini idem.l.V.268 b.

Mamertina ciuitas.I.V.111.& ſæpiſſime in eundem.

Mamma,mæ.de Nat.524 a, Quæ multiplices fœtus procreant,ijs mammarum data eſt multitudo.& ibi. Quæ paulo antè nata ſunt.ſine magiſtro, duce natura mammas appetunt.de D.126 a,Puer lactens, in gremio matris ſedens, mammam appetens.de Finib.94 a, Virismammæ atq; barba.

Manceps,pis.qui conducit uel emit aliquid publicum. I. V.604,Mancipes à ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt.& 187 a,Cum frumentum ex decumis Romã mancipes aduexiſſent.& ib.b,Mancipibus dedi.et 240 b, Quid ageret, cœpit cogitare,ſi opus pupillo relimeretur.ſi res abiret ab eo mãcipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe.pro Dom.223 a, Poſtremò ne in prædæ quidem ſocietate mancipem aut prædonẽ ſecum reperire potuiſti.pro S.R. 21 b , Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus.At.186 b, Delegatio in mancipe annua.

Mancipatus,a,um.ſubiectus,aſtrictus.de Sen.84 a,Senectus honeſta eſt,ſi ſe ipſa defendit.ſi ſuis ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt.

Mancipi, res omnis quæ abalienari poteſt. Top.223 a, Abalienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu,aut in iure ceſsio,inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.

Mancipium,pij.res mancipi,ſeruus.Epi.107 b,Sũ enim χρῆσα μὴ τινὸς, κτῆσαι ἢ Attici noſtri:ergo fructus eſt tuus,mãcipium illius.& 109 b,Attici proprium eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem uſu & fructu. Top.324 b,Finge mancipio aliquẽ dediſſe id quod mancipio dari non poteſt,num idcirco id eius factum eſt qui accepit?aut num is qui mãcipio dedit, ob eam rem ſolare obligauit?et 229 b,Sic tibi nos ad id quod quaſi mancipio dare debuimus,ornamenta quædam uoluimus imponere debita accederet:id eſt,quaſi iure emptionis & uenditionis.de Ar.247 a, Multæ ſunt domus iure mancipij ſine re nexi.pro Ce.229 a, Cũ omnia tua iure mancipij ſint, ea poſsis ne retinere.Attic.1 b, Res quas cum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. item, Lex mancipij.Quicquid in mancipio uitij fuerit, uenditor ſi ſciret, nec emptori dixerit,id præſtato.de Or.99 b, Cum Marius ædes Auratæ uendidiſſet,neq; ſeruire quandam earum ædium partem ex mancipij lege dixiſſet,defendebatur quicquid fuiſſet incõmodi in mãcipio:id ſi uenditor ſciſset neq; declaraſſet,præſtare oportere.& Of.63 a,Ades Sergio ſeruiebant,ſed in mancipio Marius nõ dixerat.pro Mur.124 b, In ijs rebus repetendis quæ mancipij ſunt,is periculũ iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit.Att.285 a, Brut. Arma quærenda putauimus, ut eſſet ſui iuris ac mãcipij reſp.de Or.99 a,Nexorii ac mancipiorũ iura. I.V.63 b,Mãcipia pro ſeruis ſumpho niacis.At.125 a,Conculcari miſerã Italiã uidebis à mancipijs utriuſq; ex omni genere collectis.pro Pl.272 a, In mãcipijs paradis.At.66 b,Nulla ſtes prædæ niſi ex mãcipijs

pijs:id eſt,ex hoſtib.captis.At.195 b, 196 a, Mancipiũ uel mancupium.Of.70 b,In Mancipio uendendo ea uitia dicẽda ſunt,quæ niſi dixeris,redhibeatur mancipiũ iure ciuili.& 66 a,In mancipiorum uenditione uenditorum fraus omnis excluditur.At.68 a,Sunt aliquot ſatisdationes ſecundum mancipia.& 221 a,Veſtorius ad me ſcripſit, ut iuberẽ mancipio dari ſeruo ſuo pro mea parte Hetereium cuidam ſundum Brinnianum,ut ipſe ei Puteolis rectè mãcipio dare poſſet.At.249 b,Quod Cærelliæ uelle uideris mãcipio dare ad eam ſummã quæ ſub præcone fuit maxima,id opinor eſſe CCCLXXX.

Mancipo,as.abalieno,in alterius poteſtatem,quaſi mancipium aliquid trado,ſubijcio.I.A.170 a,Tum iſte uenditum atque mancipatum tribunatum conſilijs ueſtris oppoſuit.de Fin.53 b,Cum L.Torquatus illam ſeueritatem in eo filio adhibuit,quem in adoptionem D. Syllano mancipauerat.

Mancus,a,um.curtus,debilis. pro Rab.94 b, Quintus Scæuola mancus ac membris omnibus captus ac debilis. Offic.314,Cognitio naturæ manca quodammodo atque imperfecta ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur.de Fin. 96 b,Qui mancam ſine putauerunt ſine aliqua acceſſione uirtutem.pro Mil.196 a, Occurrebat mancam ac debilem prætuam ſuam futuram conſule Milone.

Mandatum,ti.res mandata. Att.84 b , Noli putare me quicquã maluiſſe,quàm ut mandatis tuis ſatisfacerẽ.& 68 b,Reliquum eſt,ut mandata noſtra exhaurias.& 10 a,Tu mandata effice,quæ recepiſti. Qu.F.315 a,Tua mãdata perſequar diligẽter.I.A.176 b,A nobis id certè mãdatum nou habebas.& Att 347 a,A Dolabella mandata habeo.I.C.112 b, Habere mandatum uel mandata & literas ab aliquo ad aliquem.Ep.46 b,De omnib.rebus. Att.10 a,& I.A.206 b,Dare mãdata alicui de magnis rebus.Ep.44 a, & 176 a, Dare mandata alicui ad aliquem.pro S.R.34 a,Qui mandat uel qui mandatum recipit.I.A.118 b,Accipere mãdata ab aliquo.Epiſt. 31 a, Omnib.ei de rebus quas agi,quas curari à me uoles,mãdata des uelim.& 96 a,Mandatum tuum curabo diligẽter.Att.152 a, Agere mandata alicuius.At.115 a,Afferre mandata ad aliquem,ut,&c.I.A. 199 b, Quãuis ſeuera legatis mandata dederimus.pro Syl.179 b, Et id mandato Sylle.Qu.Metellus dixit,Syllam nolle,&c. pro Pl. 295 b,* Idem poſtea præ mandatis requiſitus.pro S. R. 36 b,Itaq; mãdati iudicium conſtitutum eſt,non minus turpe quàm furti.& ibi.In mandatis operæ noſtræ uiceria fides amicorum ſupponitur.l.Mandatis.At. 70 a, Gratiſſima eſt mihi tua cura de illo meo primo & maximo mãdato.I.A.222 a,b,Exequi mãdata.& ibi.Conſtituere mãdata. Att.71 a, Mandaui omnia quæ tu ut polliceris,exhauries.130 b,Ego Vetuſtileo ad te mandata deferam.Qu.Fr.315 a,Facies ſcilicet ut mea mandata digeras, perſequare,conficias.& 321 a,Vibulius de mea manſione mandata Cæſaris ad Pompeium pertulit.

Mandatus,a,um.pro S.R. 39 b,Si quis rem mandatam malitioſius geſsiſſet,ſui quæſtus aut cõmodi gratia, aut negligentius,eum maiores noſtri ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant.

Mando,as.mandata mando,mandatum uel mandata do, negocium do,impono,præſcribo,committo,trado, mito. Ac.49 a,Sed tibi nihil mando nominatim, me totum

tuo amori fideiq; commendo.et 69 a,Hortenſius ad me uenit,cui deposceti mea mandata cætera uniuerſa mandaui.illud probè,ne pateretur,quantũ eſſet in ipſo,prorogari nobis prouincias.pro S.R.37 b, Non hanc ei rẽ Sextus Roſcius mandauit,ſed ipſe à decurionibus publicè T.Roſcio mandatus eſt.Ep.32 a,Mandaui filio,quæ illum uellem loqui tecum.Ep.33,Diligenter mandare aliquid alicui per literas.& At.88 b,de Or.106 b,Mãdari aliquid procuratori de agricultura.pro S.R.37 a,Qui mandat,uel qui mandatum recipit.Offic.72 a,Exponere mandata.pro Mur.142 a,Mandare magiſtratum alicui exiſtimabant.& In Verr.242 b, Mihi magiſtratum populus Romanus mandauit.& pro Planc.260 a,Populis mandandis magiſtratibus non inanis eſt dignitatis index.contra Rull.69 b Populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat.In Verr.219 a,Populus Romanus hominibus nouis honores mandat.pro Pom.4 a,Auctoritatis tantum in me eſt,quantum uos honoribus mandandũ eſſe uoluiſtis.de Nat.3 b,Mandare aliquid literis. & Epiſtol.210 b,Mandare literis res geſtas alicuius.Epiſtol.99 a,Cum mihi ſæpe oſtenderis te accuratiſsimè noſtrorum temporum conſilia atq; euentus literis mandaturum.I.V.163 b,Quorum renunciatio, legibus illorum,& literis publicis mandata eſt.Acad. 1 b,Literis cõſignamus,quæ monumẽtis mandare uolumus.de Cl.267 a,Athenis primùm monumentis & literis oratio eſt cœpta mandari.de Orat.106 a,Mandare literis ſermonem aliquorum.& 142 b,Inſtituenti mihi ſermonem referre, mandare huic tertio libro, quem, &c. pro Seſt. 24 a,Hæc monumentis annalium mandatur.& Ac.36 b, Mandare monumentis.de D.122 b,SimiæDodonææ improbitatem hiſtorijs græcis mandatam eſſe demiror.de Orat.113 a,Mandare literis res omnes ſingulorum annorum.& Orat.210 a,De artificio dicendi literis tam multa mandare.pro Ar.189 b, Mandare uerſibus æternum laborem alicuius præconium.Offic.33 a Mandare ſcriptis actiones ſuas.pro Dom.228 b,Mandare factum alicuius immortalitati. de Dom.116 a, Alicuius loquentis uerba excipere,literisq; mandare.de Ora.148 b,Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit. Cuſtodire literis.l.Cuſtodio.Tuſc.230 a, Conſecrari literis alicuius.I.C.101 a,Præcipuè quæſo diligenter quæ dicam,& ea penitùs animis ueſtris mentibuſq; mandate. Epiſt.90 a,Quare mihi crede,& memoriæ manda, me, &c.pro Qu.4 a,Quæſo ut eum diem memoriæ mandetis.& 6 a,Mandare aliquid memoriæ.de Ora.116 a,& pro Mil.116 a,I.C.120 b,Cæſar nõ dubitat P. Lentulum æternis tenebris uinculiſq; mandare.& 101 b, Vitã ſuã fugæ ſolitudiniq; mandare.de N.56 b, Mandare aliquæ cõdita uetuſtati.pro Syl.178 a,Dimittere aliquem à ſe, & mandare in ultimas terras.pro Qu.9 a,Is non modò ex numero uiuorum exturbatur,ſed etiã,ſi fieri poteſt, infra mortuos mandatur. Atti.1 b, Præterea typos tibi mando,quos in tectorio atrioli poſsit includere. Attic. 98 b, Age hoc malum quod mihi commune eſt cum omnibus,nihil tibi mando,ut de eo cogites.I.A.187 b,Sententiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui.& Am.46 a,Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandaui.

Mando, dis,di,manſum.conficio.de Natura. 53 a, Dentibus manditur,extenuatur, & mollitur cibus.& 50 a,

Anima-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animalia alia fugunt, alia uorant, alia mandunt. de Ar. 258 d, Scylla eminentibus canibus & ieiunis naues ipsas mandens. de Orat. 163 b, & Tusc. 226 d, Impius hortatur me frater, ut meos malis miser manderem natos. l. Mansus.

Manè. diluculo, primo diluculo, prima luce, cum prima luce. I. V. 128 b. Manè Cal. Decemb. Sthenium citari iubet. Att. 206 d, Hodie manè Dolabella, multus sermo ad multum diem. & 214 b, Cras manè putat. & 226 b, Bene manè hæc scripsi. Att. 60 d, Quarum alteras multo manè mihi dedit. & 177 b, Eo die manè. I. C. 115 b, Hodierno die manè, etc. & I. V. 90 d, Postridie manè. & 116 b, Ep. 2 b, Nam hæc Idibus manè scripsi. I. C. 99 d, Exclusi eos quos tu manè saltatũ miseras. Offic. 74 b, Is prima luce Pomponij domum uenit. Att. 78 b, Saturnalibus manè se mihi Pindennissæ dediderunt. & 215 d, V. Calendarũ manè accepi à Demea literas pridie datas. & 233 b, VIII. Iduum literas dederam bene manè.

Manens, tis. Stans.)(. Mouens. Tusc. 215 d, Vitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem mouẽtes. Ep. 84 d, b, Rerum hoc natura, & c. nec manens nec mutata ratio feret, & c.

Maneo, es. remaneo, cõmoror, resto, sto, sum, hæreo. Att. 146 d, Si Lepidus & Volcatius remanent, manendũ puto. & 121 d, Id si est, in Italia fortasse manebitur. Off. 72 d, In patria manere, esse domi suæ. & pro D. 214 d, Scio me domi mansisse. Am. 193 b, Liceat manere, si non illũ Tullium, & c. at certè reliquias Tullij liceat in hac urbe remanere. Attic. 36 b, Vellem Romæ mansisses. I. A. 167 b, Tu nunquam in hac urbe mansisses. Attic. 111 d, Eo die Capua discessi, & mansi Calibus. & 135 d, Attic. 76 b, Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunque. de D. 93 d, Cum in uilla manerem. Epistol. 127 d, Adhuc Romæ maneo, hæc ego susp icans. Epist. 96 b, Si manerem in Italia, uerebare ne officio de essem: si proficiscerer ad bellum, periculum te meum cõmouebat. Epistol. 56 b, Manere in uita. Ipsum quòd maneam in uita, peccare me existimo.)(. Excedere è uita. Epistol. 61 b, Ego te mihi semper amicum esse uolui, maneo in uoluntate, & quoad uoles tu, permanebo. & ibi. Velim tuam pristinam erga me uoluntatem conserues. Attic. 2 b, Manere in officio. pro D. 226 b, Manere in fide. I. V. 69 d, Manere in conditione atq; pacto. Attic. 135 d, Manere in sententia. pro Sest. 16 d, 15 in pristina mente mansit. Epist. 200 d, Societas inter nos semper manebit. Epist. 167 d, Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. de Fin. 82 b, Aliquid stabile & firmum alicui permanere. Epist. 57 d, Si ius uetus & mos antiquus maneret. de Pro. 78 b, Legem Heliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam. pro Qu. 6 d, Non patiar istam manere suspicionem, nos rem iudicari nolle. I. V. 228 b, Parietes quorum ornatus tot secula manserat, nudos deformatosq; reliquit. Attic. 229 b, Mihi cum eo nulla contentio iam manet. Att. 112 d, Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum. Att. 152 b, In eo mansimus, ne ad urbem. pro Cl. 55 d, Seruiui tormentorum adducti in ueritate manserunt. de D. 81 d, Cum omnes Socratici manerent in antiquorum philosophorum sententia. In V. 152 b, Manere in amicitia fideq; pop. Rom. Att. 68 d, Si integra in senatu nostra causa ad Calen. Ian. manserit. de

Nat. 8 d, Nihil semper suo statu manet. de Somn. 119 d, Nam terra immobilis manens, ima sede semper hæret. Offic. 41 b, Is tam diu laudabitur, dum memoria rerum Rom. manebit. Postquam. 202 d, Quod uiro forti animi non potest, id mihi manet & permanebit. de Fin. 85 d, Summus dolor plures dies manere potest. Epist. 11 b, Ea mihi conditio maneat, qua profectus sum. Att. 101 b, Manere in prouincia ex senatus cõsulto. At. 120 b, hæc ne manere si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum: & ut nunc est, mansuræ uidentur. & 258 d, Eodem die uulgò loquebantur, Antonium mansurum esse Cassilini: & ibi constituerem ut pridie Idus aut Aquini manerem, aut in arcano. Offic. 38 b, Itaq; parietes urbis modò stãt & manent, ijsq; ipsi iam extrema scelera meuentes. In Pis. 92 b, Nummus interea mihi Cæsar neglecto triumpho domi manet & manebit. I. A. 154 d, Cum intempesta nox esset, mansi in uilla P. Valerij. I. A. 162 b, Clodij fatum te, sicut C. Curionem, manet. Offic. 61 b, Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile. de L. 356 d, Multa diutius commemoratione manent, quàm natura stare potuerunt. de Vniuer. 203 d, Atque is quidem constãter in suo manebat statu. pro R. P. 126 b, Quamobrè illud maneat ac fixum sit, quod neque moueri neque mutari potest.

Manes, nium. inferorum animæ, dij manes. de L. 174 d, Deorum manium iura sancta esto, hos leto dato, dijnos habento, sumptum in ullos luctumq; minuunto. I. P. 52 b, A'me quidem pœnas expetistis, quibus coniuratorum manes mortuorum expiaretis. In Vat. 31 b, Inferorũ animis elicere, & puerorum extis deos manes mactare. I. V. 259 d, A' dijs manibus uenire: id est, ab inferis. Par. 228 b, Aequitas tripartita est: una ad superos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinet.

Mæniæ. l. Insania.

Manica, cæ. I. A. 236 b, Antonius solet accipere manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. Lege ibidem cõmentarios nostros.

Manicatus, a, um. I. C. 109 b, Manicatæ & talares & tunicæ.

Manifestè. manifestò, palàm, perspicuè, clarè, non obscurè. I. C. 111 b, Vt totares à uobis manifestè deprehendatur. & 114 b, Hæc in rempub. coniuratio manifestè inuentâ atq; deprehensa est. pro Pl. 160 b, Aliquid manifestè deprehensum.

Manifestò. de Cl. 190 b, Manifestò cõperisse aliquid, & manu tenere. & pro Cæl. 26 d, Orat. 204 d, Facilius manifestò compertum atq; deprehensum. Item: Aliquid manifestò deprehẽsum apparere. de In. 76 b, Manifestò teneri in re turpi.

Manifestus, a, um, clarus, perspicuus, apertus, non obscurus, insignis, illustris, palàm, promptus, propositus, uulgatus, testatus, contestatus, de quo constat, de quo liquet, solis luce clarius, quod in promptu est, quod patet & notũ est omnibus, quod tenetur, res loquitur ipsa, res certa & maioribus quasi theatris proposita, ante omnium oculos positum, quod ante oculos est, in medio positum. I. V. 145 b, Hoc quidem cerè manifestum erat & 74 b, Res notæ, testatæ, manifestæ. et 278 d, Res tam nota ac manifesta omnibus. I. C. 113 d, Scelus manifestum atq; deprehensum. pro S. R. 34 d, Quæ ita aperta et manifesta sunt, ut, etc. de Ar. 252 d, Manifestum periurium. & ibid. Maximè illustre atq; insigne periurium. Epist. 12 b, Libonis & Hipsei non obscura concursatio. pro S. R. 25 b, Apertum tuum scelus ante omnium oculos ponere. pro Cl. 21 b, Cùm manifestò uenenum deprehendisset, et res nõ coniecturâ, sed oculis ac manibus teneretur. pro Do. 215 d, Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia atq; ante oculos proposito periculo. pro Clu. 24 b, Res clara atq; omnium sermone celebrata. de In. 66 d, Nam is ante celauit, nunc manifestò tenetur. l. V. 60 d, Manifestum & in medio positũ et apertum. de N. 73 b.

Manipularis, re. qui de manipulo, id est, parua quadam militum manu est. At. 244 b, Doleo quòd non Pompeium tanquam unus manipularis secutus sum. l. A. 156 d, Addo etiã iudices, manipulares ex legione Alaudarum.

Manlianum, ni. uilla Q. Ciceronis. ad Q. Fr. lib. 3.

Manlianus, a, um. tyrannicus, crudelis, qualis fuit Manlius quidam Romæ. de Finibus: Vide ne Manliana sint ista uestra, aut maiora etiam, si imperes quod facere nõ possum. de Orat. 106 b, Manlianæ leges uenalium uendendorum.

Mano, as. fluo, redundo, fundo, disseminor, dispergor, labor, dissipor, serpo, percrebesco. de N. 36 d, Multaq; à luna manant & fluunt, quibus animantes alantur, et augescant, & pubescant. de Fat. 144 d, Aeternis causis natura necessitate manantibus, uerum est id quod, & c. & 119 d, A' capite quod uelimus arcessere, & unde omnia manãt uidere. pro Pl. 271 d, Aliquid sine capite manare, & eius autorem non exiare. et ibid. Maledicto nihil latius dispãtur. I. A. 133 b, Cum serperet in urbe infinitum malum, idq; manaret in dies latius. Tusc. 242 b, Manare & fundi per omnes partes. de Som. 129 b, Homines qui terram incolunt interruptos ita esse, ut nihil interiectum nomẽ usq; ad Pythagoræ manauit ætatem. I. C. 119 b, Latius opinione disseminatum est hoc malum: manauit non solùm per Italiam, sed etiam transcendit alpes, & obscurè serpens occupauit multas prouincias. pro Cl. 32 b, Manarat sermo in consilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices esse uersatam. Off. 12 b, Genera quatuor ex quibus honestas officiũq; manaret. et 31 d, Omnia honestas manat à partibus quatuor. de N. 10 d, Qui per maria manat, is est Neptunus. de Natur. 10 d, Quæ natura fluunt atq; manant, ut aqua & terra. Off. 66 d, Fidei bonæ nomen manat latissimè. In C. 106 b, Quæ resecanda erunt, nõ patiar ad perniciem ciuitatis manare. de Diu. 96 d, Herculis simulachrum multo sudore manauit. In A. 261 d, Cum hoc triduo tristis à Mutina fama manaret. Parad. 120 d, Peccata ex uitijs manant, et de Leg. 168 b, Nisi ea fuerint, unde illa manant. de Or. 148 b, Ab Aristippo Cyrenaica philosophia manauit. Off. 50 d, Contagiones malorum quæ à Lacedæmonijs profecta manarunt latius.

Mansio, onis. est, cum quis manet nec discedit. Att. 133 d, & 32 d, Nam ita mansionem illam deplorat, ut quemCautior certè est mansio, honestior putatur traiectio.

uis mouere possit. Ep. 49 b, Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat. de Fin. 202 b, Mansio in uita.)(. Excessus è uita. Attic. 137 d, Mansio Formijs. Q. Fr. 319 b, Quòd tibi mea promissio mansionis tua grata est, ex parte gaudeo.

Mansuefacio, cis. cõdocefacio, domo. Tusc. 161 d, A' quibus mansuefacti & exculti ad elegantiora desluximus.

Mansuetè. leniter, humanè. pro Mar. 122 d, Mansuetè facere aliquid. & ad Her. 2 d.

Mansuetudo, nis. lenitas, facilitas. Off. 35 b, Quas res et mansuetudo animi consecuta & uerecundia est. Off. 39 b, Mansuetudo morum ac facilitas. de Or. 125 d, Facilitas, liberalitas, mansuetudo, pietas. de Or. 117 d, Genus orationis uehemens & atrox.)(. Lenitatis & mansuetudinis. At. 77 d, Incredibilis uidetur & nostra mansuetudo et abstinentia. Q. Fr. 294 b, Omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis.

Mansuetus, a, um. mitis, lenis, facilis. I. A. 188 d, Quæro cur tam subitò mansuetus in senatu fuerit: cum in ædilis tam fuisset ferus. pro Mil. 105 d, Mansuetus ciuis. de Or. 157 d, In meis moribus erga meos necessarios declarandis, mansuetißimus uisus sum. de In. 42 b, Mansuetus, mitis.)(. Ferus, immanis.

Mansus, a, um. confectus, emollitus. de Or. 123 b, Omnia minima mansa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inserere.

Mantiq. l. Diuinatio.

Mantinea ciuitas. Ep. 68 d.

Manteis, tes. de D. 100 d, Athenienses omnibus semper publicis consilijs diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes uocant, adhibuerunt.

Manubiæ, arum. præda, spolia'ue ex hostibus capta. pro Arch. 191 d, Fuluius Martis manubias musis consecrauit. & de Or. 143 b, Rostra imperatorijs manubijs ornat. pro Domo, 136 d, Tu M. Fuluij domum monumentum tuarum manubiarum esse uoluisti. contra Rul. 78 d, et 63 d, bis. Præda, manubiæ, aurum coronarium. I. V. 190 d, Quæ ex præda aut manubijs est abs te donatio constituta. I. V. 107 b, Quæ manubias sibi tãtas ex L. Metelli manubijs fecit. Epist. 13 b, Non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat.

Manubrium, brij. capulus. I. V. 214 d, Trulla excauata cum manubrio aureo.

Manuconsertum. Ep. lib. 7, 100 b, de Or. li. 1. pro Mur. 129 b, 131 d, Ex iure manuconsertum. L. Consertus.

Manufactus, a. um.)(. Naturalis. Off. 35 b, Portus manufacti. pro Mar. 132 b, Nihil est opere aut manufactum, quod non aliquando consumat uetustas. de Finibus, 105 b, Quid autem est aut in natura, quæ, & c. aut in operibus manufactis, & c.

Manumissio, onis. libertatis datio. pro Cæl. 52 d, Scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio.

Manumitto. tis. libertatem do. pro Milon. 112 d, & Q. Fr. 299 b, Milo seruos manumisit. pro Cæl. 52 d, & Ep. 231 b, Adsunt serui de cognatorũ sententia manumissi. pro Mil. 112 d, Manu uerò cur miserit, si quæris, nescis, & c.

Manus, nus. dextra, litera, chirographum. de N. 56 d, Natura dedit homini manus multarum artium ministras. & ibid. Manus apta ad eliciendos sonos neruorum & tibiarum admotione digitorum. de Orat. 132 b, Ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus laua, inquit, & cœna. I. V. 284 d, Iste unumquodq; uas in manus sumere & laudare, mirari. pro Cæl. 51 a, Cum Licinius pyxidem teneret in manu. de Ar. 147 b, Cuius ab aula mater manibus esset accepta. Att. 7 a, P. Clodius per manus seruulæ seruatus fuit & eductus. de Pro. 77 a, Per manus hanc prouinciam tradit ei, cui minimè uos uelitis. pro Pl. 265 a, Procul apparet, nõ excutitur, non in manus sumitur. cõtra Rul. 169 a, Itaq; hæc animo legem sumpsi in manus, ut, etc. I. C. 100 b, Iam tibi extorta est ista de manibus. I. V. 69 a, Quã spem nunc habent in manibus, breuiter exponam. & Ep. 147 b, Cum ea spe, quam in manib. habeo. Att. 107 a, Habeamus in manibus Antonij concionem. I. V. 69 b, Libelli nominum uestrorum erãt in manibus omnium. At. 254 a, Scripta tua, quæ in manibus habebã. Or. 206 a, Quoniam Demosthenem totũ cognouisti, nec eum dimittis è manibus. Acad. 39 b, Deponere aliquid de manibus. et Qu. Fr. 194 a, Ponere aliquid de manibus. At. 212 a, Libros, quos Bruto mittimus, in manibus habent librarij. et Ac. 39 a, Sed habeo opus magnum in manibus, quod, &c. Ep. 12 a, Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebãt, sic fouebant, sic osculabantur, ut, etc. Or. 209 a, Puerum infantem in manibus perorantes tenuimus, de N. 63 a, Quæstio, quæ nunc in manibus est. At. 61 b, Libri quos in manibus habeo. Item: Libri oratorij diu multumq; in manibus fuerunt. Tus. 132 a, Philosophi quamcunq; rem habẽt in manibus, in eam quæ conueniunt, congerunt omnia. At. 220 a, Omisi ea, quæ in manib. habebam, quod iusseras edolaui. Qu. F. 321 b, Multos dies epistolam hanc in manibus habui propter commorationẽ tabellariorum. de Cl. 175 b, Sed ecce in manibus uir præstantissimo ingenio: id est, C. Gracchus. & ibi Manus extrema non accesit operibus eius. cont. Rull. 69 a, Itaq; hoc animo legem sumpsi in manus, ut, &c. et Tus. 176 b, Sumere aliquid in manus. de Or. 144 a, Qui hos libros in manus sument. de Clar. 176 b, Nunquam enim libelli illi in manus inciderunt. & Off. 58 b, Nihil de ijs quæ in manus meas uenerũt. Itẽ: Quicunq; calamus in manus meas uenit, eo sic utor tanquã bono. de Or. 92 b, Libellus, qui me imprudente et inuito excidit & peruenit in manus hominum. de Or. 127 a, Causa illa mihi tum est elapsa de manibus. pro Cæl. 51 b, Fugit aliquis è manibus, emittere aliquem de manibus. et 51 a, Amittere aliquem de manibus. & in Ver. 154 b, Amittere rem de manibus. Attic. 92 a, Res est in manibus, tute longè abes. I. V. 160 b, Hæc ciuitas tam procul à manib. tuis atq; à conspectu tuo remota. Or. 199 a, Demosthenes negat in ipso positas esse fortunas Græciæ in hoc in eum, huc an illuc manum porrexerit. & de Fin. 102 a, Porrigere digitum. de Fin. 149 b, Qui se fatentur uirtutis causa, nisi ea uoluptatem acciret, ne manum quidem uersuros fuisse I. V. 241 b, Itaq; erant exitus eiusmodi, ut alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur, alius iãquam occisus relinqueretur. I. V. 204 b. In quem scyphum de manu iacere conatus est. I. V. 241 b, Nonnunquam etiam res ad manus atq; ad pugnam ueniebat. pro Cluent. 46 a, Cum tribunus plebis populo concitato, rem pene ad manus reuocauisset. At. 22 b. Simuli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. Attic. 37 a, Ad extremum autem manus dedisse: id

est, uinci se passum esse. & 252 d, Sapienter igitur quod manus dedisti. de Ora. 164 a, Quem seruum sibi ille habuit ad manum. pro Qu. R. 53 a, Ipsa mihi uerità manũ iniecit, & paulisper consistere coegit. pro Font. 276 b, Conferre ferrum ac manus cum aliquo. Att. 115 a, Conferre manum cum hoste. et 41 b, Afferre manus sibipsi. (. Abstinere manus à seipso. Off. 330 b, Ego seruatum sibi manus afferre coegi. I. V. 85 b, Afferre manus sacrilegas alicui fano. At. 46 a, Afferre manus suis uilicis. bus. ad Her. 33 a, Inferre manus alicui. I. C. 101 b, Inferre uim & manus alicui. Tusc. 224 b, Cui in manu fit, quem esse dementem uelit. Ep. 233 b, Verùm hæc non sunt in nostra manu. Epist. 115 a, b, Quàm uelis eum obligare, in tua manu est. Ep. 157 a, Vocunij sub manu sunt, per quorum loca mihi fideliter patet iter. Ep. 98 b, Totum hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuam. ijsdem & uictoria & fide præstantem. Acad. 16 b, Horum tensius uehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus tolleret. Top. 222 b, Cum mulier uiro in manum conuenit pro Qu. 98 a, Manus Sexti Nœuij in propinquorum proscriptionibus erat in extrema ipsius manu. Tu censeo, etc. Qu. Fr. 122 b, Hæc inter cœnã Tyroni dictaui, ne mireris alia manu esse. Epist. 178 b, Quæ superioribus literis meã manu scripsi. I. C. 112 a, Introductus Statilius cognouit manum & signum suum. I. V. 181 a, Epistola Timarchidis manu scripta. At. 179 a, Hæc ad te meã manu. At. 38 b, & Qu. Fr. 302 b, Manus & multitudo idem. Epist. 244 a, Multitudo manu tenere rem possunt: philosophi, quatenus ratione & intelligentia. de Amic. 115 a, Virtus Scipionis non mihi soli uersatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui. sed etiam, &c. et 114 a, Sed affluistis, & est in manibus oratio. de Senect. 84 b, Septimus mihi Originum liber in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo. & 81 b, Tum dicitur eam fabulam quam in manibus habebat, & proximè scripserat, inditibus recitasse, de Inuent. 81 b, Tendere manus ad aliquem. & Attic. 37 b, Epistola manu mea scripta. & 63 a, Epistola librarij manu est. ad Attic. 75 a, Antequàm aliquo loco consedero, neq; longas à me, neq; semper mea manu literas expectabis. & 78 a, Stamus animis: & quæ consilijs, ut uidemur, bonis utimur. sperauimus etiam magnu. Ad Attic. 100 a, Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ: manum non amabam, quia indicabat te non uidere. & 131 b, Lippitudinis meæ signium tibi fecit librarij manus. Attic. 210 a, Hæc in manibus habere & legere te nollem. & 247 b, Hanc putaui in mea manu scribendam. & 259 a, Is Romam cum manu magna. Attic. 260 b, Noli putare pigritia facere me, quòd non meã manu scribam. et 261 a, Oppius me hortatur, ut manum uetteranorum complecterer. et 278 b, Victoria excidit manibus. Qu. F. 223 a, Occupationẽ meorum signifi tibi fit librarij

brarij manus. Off. 5 b, Is manus uiolenter uideatur afferre socio. Off. 45 b, Quod præsens tanquam in manu datur, commodius est. & I. A. 241 a, Quorum epistolas in manu teneo. de Sen. 49 b, Est in manibus eius uiri laudatio, quam cum legimus, &c. Qu. de Pet. 212 a, Sæpe fit ut agantur ea quæ non putaris: illa quæ credideris in manibus esse, ut aliquæ de causa non agantur. Tusc. 163 b, Cum penè in manu iam mortiferum illud poculũ teneret. & I. A. 162 a, Literæ, &c. sunt enim librarij manu. & Am. 114 a, Atq; ad extremum dat manus, uincì se patitur. de Vn. 198 a, Itaq; nec ei manus affixit, quia nec capiendum quicquam erat, nec repellendum.

Manus, pro multitudine. At. 1 b, Illam manum tu mihi cura, ut præstes Pompeij nostri amicitiam. Qu. F. 311, Manus ad Quirinalia paratur. Item: Sed magna manus ex Piceno ex Gallia expectatur, ut etiam Catonis rogationibus de Milone & Lentulo resistamus. I. multitudo.

Manuprecium, cij. dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quàm manus atq; operis ducitur. I. V. 106 a, Et manuprecij machinæ. Sic & legit et interpretatur Asconius, non maius precius, ut ferè in omnibus codicibus legebatur. I. P. Prouincia tibi ista manuprecium fuerit, non euersæ per te, sed perditæ ciuitatis.

Manu tenere. in manu habere, prehendere, exploratum habere, certum comperi. Offic. 65 b. I. manus. & de Cl. 190 b, Cum in dicia mortis se comperisse manifestò, & manu tenere diceret.

Marathon, onis. opp. et campus in Græcia. Off. 134 a, Rhetorum campus de Marathone.

Marathonius, a, Tusc. 219 b, Taurus Marathonius. At. 144, Pugna Marathonia.

Marcellea, orum. dies M. Marcello à Syracusanis conseratus. I. V. 119 a, & 139 b.

Mare, ris. altum, salum, profundum, Neptunia prata, pela gus, pontus, ponti gurges. Tuscul. 242 a, Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria fusti neantur. pro Clu. 46 a, b, Vt mare quod sua natura tranquillum sit, uectorum ui agitari atq; turbari solet, sic, etc. Aca. 26 b, Mare Fauonio nascente purpureum uidetur. & ibi pulchra de mari multa. Tus. 164 a, Tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio. In P. 92 a, Cum mare uastiss. mũ hyeme transibas. de N. 20 b, Belluæ quæ in mari rubro Indiã ue gignuntur. pro Pla. 262 a, Illæ undæ comitiorum ut mari profundum et immensum sic efferuescunt quodã quasi æstu, ut ad alios accedant, ab alijs recedant. Ep. 65 b, Terra mariq; conquirere aliquem. At. 136 b, Mare inferum: id est, Tyrrhenum uel Thuscum: mare superum, id est, Adriatũ uel Ionium. de Or. 149 a, Superum mare Ionium. (. Inferum mare Thuscum scopulosum et infestum. At. 120 b, Infero mare nobis incerto cursu hyeme maxima nauigandum est. At. 133 b, Iter ad mare superum. I. Infestus.

Margarita, tæ. quam Plinius unionem uocat, uulgus pertam. I. V. 200 a, Nego ullam gemmam aut magaritam fuisse, quin abstulerit. Or. 204 a, Ornatus insignis quasi margarita.

Marianus, a, um. contra Rull. 88 a, Marianus tribunus plebis. de Leg. lib. 1, Mariana quercus.

Marinus, a, um. maritimus. de N. 34 a, Astra, quæ maris terrenisq; humoribus aluntur. de Diuinat. 115 a, Ma

rini æstus, & maritimi æstus. I. Maritimus.

Maritimus, a, um. marinus. (. Mediterraneus. de N. 52 b, Aestus maritimi multum accedentes & recedentes. I. V. 146 a, Insula, quæ undiq; exitus maritimos habet. pro Pl. 180 a, Maritimus cursus. Part. 233 a, Loci maritimi. (. A mari remoti. Tusc. 236 a, Quòd multas naues in omnem eram maritimam dimisisset. de Nat. li. 1, Maritimus Triton. Att. lib. 3, Maritimum hospitium. de N. lib. 2, Maritimæ nuptiæ. I. V. Act. 7, Homines maritimi. Epist. lib. 2, In maritimis sum.

Maritus, i. uir. pro Rab. 91 b, Chariorẽ huic sororis maritum quàm filium fuisse. I. C. 102 b, Vigilare ad insidiandum somno maritorum. de In. 53 a, Et tu ut maritus sis quàm optimæ mulieris, & hæc quæ optimo utro nupta sit. pro Plan. 265 a, Maritum appellas, ut uerba etiam fingas, non solum crimina.

Marmor, oris. pro Dom. 235 b, Eius simulacrum è marmore in sepulchro positum fuit. de D. 118 b, In omni marmore necesse est inesse uel Praxitelia capita. pro Ar. 190 a, Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus è marmore, at is laudibus, &c. Sic enim locus hic haud dubiè corruptus antea, restituendus suæ integritati mihi uidetur.

Marmoratus, a. um. pro Arch. 190 a, Et marmoratis laudibus, &c. Corruptus uidetur locus hic. lege Marmor, & Ex.

Marmoreus, a, um. I. V. 200 a, Signum marmoreum, æburneum, æneum. pro Dom. 225 b, Columnæ marmoreæ, &c. Parad. 118 a, Tecta marmorea. & 125 b, Sola marmorea.

Marrucini, pop. pro Clu. 59. & I. A. 213.

Mars, tis. mauors. I. A. 192 a, Legio Martia, quæ mihi uidetur diuinitùs ab eo deo traxisse nomen, à quo populum Romanum generatum accepimus. de Nat. 36 b, Iouis proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις, quæ Martis stella dicitur, eaq; I I I & X X mensibus, sex, ut opinor, diebus minus, eundẽ lustrat orbem. de Som. 128 b, Tum rutilus horribilis terris ille fulgor, quem Martem dicitis. de Nat. 49 b, Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit. pro Ar. 191 a, Fuluius Martis manubias musis consecrauit. de Or. 158 a, Martem belli esse communẽ. Ep. 81 a, Cum omnis belli Mars communis et incerti semper exitus præliorum sint. pro Sest. 5 a, Nimium communẽ Martem belliq; casum metuens. pro Cor. 62 a, Qui ueterem illam speciem fœderis Martiani semper omni sanctiorem Marte duxerunt. aliter, Maiestate. pro Marcell. 133 b, Quos amisimus ciues, eos Martis uis perculit, non ira uictoriæ. pro Mil. 112 a, Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemq; cõmunem. Off. 58 b, Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed (ut dicitur) Marte nostro. & I. A. 178 b, Rex ipse sua sponte nullis commentarijs Cæsaris, suo Marte res suas recuperauit. & 228 b, Incertos exitus esse belli Martemq; communem.

Marsi, Marsorum. populi. pro Dom. 236 b, Is in Marsis natus est.

Marsicus, a. um. contra Rull. 84 a, Marsicum bellum.

Martialis, le. de Ar. 246 a, L. Lentulus flamen Martialis. & I. A. 192 a, Martiales quidam Larini appellantur ministri publici Martis, atq; ei deo ueteribus institu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis religionibus Larinatium consecrati. pro Cl. 26 d, Vt Venerei in Sicilia.

Martianus, a, um. ut Martianum fœdus. pro Cor. 63 a.

Martij fratres. uates. de D. 99 a.

Martius, a, um. pro Rabir. 92 b, Campus Martius. & I. A. 192 d, Legio Martia. Calendis Martijs prouinciæ decernebantur. lege Gallid. At. 234 a, Idibus Martijs.

Mas. maris. de N. 20 d, Et deos mares et fœminas esse dicitis. & Par. 233 d, de Nat. 51 b, In mari & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. & 20 d, Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt. de Ar. 257 d, Sacra maribus non inuisa solum, sed etiam inaudita. de D. 88 d, & 121 d, Anguis mas, & anguis fœmina. de L. 175 b, Hostia mas, & hostia fœmina. de L. 181 b, Porcus fœmina.

Masicum, ci, mons. contra Rull. 79 b, In Masici radices deducamini.

Masilia, liæ. urbs. pro Fl. 159 b, Neq; uerò te Masilia prætereo, quæ, &c. pro Fon. 276 b, Vrbs Masilia. l. Triumphus.

Masilienſis, Masilienſe. pro Fon. 276 b, Ciuitas Masilienſium.

Maſtaneſoſi regnum. pro Sest. 31.

Maſtruca, cæ. Sardorum ueſtis. pro Scau. Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum maſtruca mutauit?

Maſtrucatus, a. um. ut togatus. de Pro. 72 d, Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis geſta.

Mattellio, onis. uaſis genus ad aquam hauriendam. Par. 123 d, Mattellio Corinthius.

Mater, matris. parens, educatrix. de Nat. 68 b, Hecate, quæ matre Aſteria eſt, ſorore Latonæ. de D. 126 d, lupiter puer, qui lacteus cum Iunone in gremio Fortunæ ſedens, mammam appetens caſtiſſimè colligitur à matribus. de L. 168 b, Sapientia mater omnium bonarum artium. de Or. 124 a, Luxuries auaritiæ mater. Mater magna. de Ar. reſp. Saßia mater. pro Clu. Mater omnium perturbationum, intemperantia. Aca. li. 2, Matris terræ operimento corpus in ſepultura obducitur. de L. li. 1, Vt quaſi matris terræ ſinus & gremium mortuo tribueretur. ibidem.

Matercula, læ. dimin. à matre. pro Fl. 163, Matercula ſuæ feſtiuus filius.

Materfamiliâs, matris familiâs. eſt quæ in mariti familiam, & bonorum partem uenit. eſt etium notæ autoritatis fœmina. ut Vlp. Iuriſconſultus dicit: quæ eadem eſt matrona. pro Cælio, 44 d, Si matrẽ familiâs ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat nominamus. Top. 22 d, Vxoris duæ formæ ſunt: una matrum familiâs, altera earum quæ tantummodo uxores habentur.

Materia, riæ. & materies, ei. ſylua, hypotheſis, argumentum, facultas, campus, ſeges. de In. 83 b, Vri poſſe ligneã materiam neceſſe eſt. & Top. 225 b, Vt materiæ, ferramenta. & c. de Or. 125 b, Nulla materia niſi admoto igni ignem concipere poteſt. de Nat. 78 b, Materiam rerum ex qua & in quo omnia ſunt, totam eſſe flexibilem & commutabilem. & ibid. de materia. Acad. 29 b, & 30 d, Plato ex materia in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum cenſet. de Leg. 160 b, Perpetuis curſibus, conuerſionibusq; cœleſtibus extitiſſe materiam quandam ſerendi generis humani. Acad. 44 d, & iterum, 43 b, Sed ſubiectam putant omnibus ſine ulla ſpecie atq; carentem omni illa qualitate, etc. materiam quandam ex qua omnia expreſſa atq; effecta, quæ tota omnia accipere poſſit, omnibus modis mutare atq; etiã ex omni parte, eoq; etiam interire non in nihilum, ſed in ſuas partes. I. V. 245 d, Mamertini materies non habẽt. et 306 d, Nam illò non ſaxum, non materies aduecta eſt. pro Mil. 115 b, Repentè limtribus in eam inſulam materiam, cæmenta atq; arma conuexit. de Or. 116 b, Facilius ſicuti in uitibus reuocantur ea, quæ ſe nimium profuderunt, quàm ſi nihil ualet materies, noua ſarmenta cultura excitantur. de In. 50 d, Veruntamen non incommodum ut detur, quandam ſyluam atq; materiam uniuerſam, antè permiſtam & confuſam, exponere omnium argumentationum. de In. 43 b, Materia artis eſt, in qua omnis ars & ea facultas quæ conficitur ex arte, uerſatur: ut ſi medicinæ materiam dicamus morbos & uulnera, quòd in his omnis medicina uerſetur. de Or. 101 b, Hæc tanquam aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debent. & Or. 216 b, Eſt enim in utroq; & materia et tractatio. materia in uerbis, tractatio in collocatione uerborum. de Orat. 130 b, & 131 a, Eſt enim deformitatis & corporis uitiorum ſatis bella materies ad iocandum. de Or. 133 d, Materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis. Offic. 4 d, Quocirca huic quaſi materia quam tractet & in qua uerſetur, ſubiecta eſt ueritas. de Ora. 89 d, Si ornatelocutus eſt Phyſicus ille Democritus, materies illa fuit. Phyſici, ornatus uerò uerborum oratoris putandus eſt. Part. 237 d, Eſt etiam quaſi quædam materies ſubiecta honeſtati. de Fin. 103 d, Eſtq; illa ſubiecta quaſi materia ſapientiæ. Or. 215 d, In uerbis ineſt materia quædam, in numeris expolitio. de Ora. 121 b, Materies orationis cuiuſq; generis. Par. 233 d, Materia ad argumentum ſubiecta. de Or. 85 b, Penè infinita uis et materia artium illarum. & pro Cec. 300 d, Materia æquitatis. pro Milone 8 b, Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem atq; materiam ſuæ gloriæ? l. A. 253 d, Aut ſuſpitioni crimen, aut inuidiæ materiam dediſſe uidebimur. Qu. Fr. 299 b, Hoc ſic habeto, materiam omnem ſermonum eorum, qui de te detrahere uelint, Statiũ dediſſe. de Cl. 168 d, Illa mors uulgaris nullam præbebat materiam ad ornatũ. de Or. 140 d, Opes ſuperbiæ ac libidini facultatem ac materiã dare. Ep. 34 b, Sed tamen probabilem materiam nactus ſermonis, conabantur, &c. Qu. F. 306 d, Lupus egit causam agri Campani ſatis accurate, materiã rei non ignoras. pro S. R. 33 d, Etenim in ſingulis eiuſmodi materiis eſt, ut ſingulos dies poſſis conſumere. pro D. 235 d, Nõne id agendum nobis fuit, ut materiam ſubtraheremus furori tuo? pro D. 225 b, Prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. Epiſt. 67 b, Quòd ſi te adducemus ut hoc ſuſcipias, erit materies digna facultate & copia tua. Attic. 29 b, Quòd me ut ſcribam aliquid, hortaris, creſcit mihi quidem materies, ut dicis, ſed, &c. l. A. 168 b, Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. In Sal. 273 d, Vnus enim ſatis es materiæ habens, &c. l. V. 184 d, Fac enim ſuiſſe in iſto C. Lælij, M. Catonis materiam atq; imaginem, quid ex eo boni ſperari poteſt.

Materiatus, a, um. quod ex materia conſtat. pro Clu. 20 d, Aedes malè materiatæ & ruinoſæ. de Off. 62.

Materis, ris. Gallorum telum, & haſta militaris. ad Her. 34 d, Aut idem Gallos ſignificans dicat: nec tam facilè ex Italia materis tranſalpina depulſa eſt. Loco materis, prius legebatur, armatura: ſed præterquàm quòd uetera quædam exemplaria materis habent, docti ſatis intelligunt denominationem hanc à communi inſtrumenti nomine fieri non poſſe, quæ à proprio (ut eodem loco de Macedonum telis oſtẽditur) facienda eſt. Eſſe autem materim proprium Gallorum telum, docet Nonius ex Siſenna, autore uetuſto.

Maternus, materna, um. pro Cl. 20 d, Nomen maternum, amantius indulgentiuſq; pro S. R. Maternus paternuſq; ſanguis.

Matertera, ræ. matris ſoror. de Or. 108 b, C. Aculeo, quo cum erat noſtra matertera. de D. 101 b, Puellam de ſtatua petiiſſe à matertera, ut ſibi cõcederet pauliſper, ut in eius ſella requieſceret.

Mathematicus, a, um. de Or. 85 b, Ii, qui mathematici uocantur, magna in obſcuritate rerum & recondita in arte & multiplici ſubtilitq; uerſantur. de Diuin. 110 b, Quæ in Geometria deſcribũtur, etc. mathematicorum ſunt, non ariolorum. de Fin. 149 d, In ſummo apud illos honore Geometria fuit, itaq; nihil mathematicis illiberale, ſtriue. & ibid. At nos metiendi ratiocinandiq; utilitate huius artis terminauimus modum. & 63 b, Mathematica à falſis initijs proficiũt, uera eſſe non poſſunt. & 67 d, Nec de re artificioſa loquitur, ut mathematici. & 126 d, Mathematici, Poetæ, Muſici, Medici deniq;, &c. Tuſc. 221 d, Mathematicorum mos eſt, non philoſophorum, nam Geometræ cum aliquid docere uolunt, ſi quid ad eam rem pertinet, eorum quæ antè docuerũt, id ſumunt pro conceſſo & probato: illud modò explicant, de quo antè nihil ſcriptum eſt. Acad. 29 d, de Geometricis & ratio mathematicorum, quanta humilitate feratur. de Nat. 33 b, Eruditus puluis mathematicorum.

Matricida, matricidæ. qui matrẽ occidit. parricida. Qu. Fr. 306 d, Zeuxis, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi & inè intimè commendari. de Aruſp. 152 b, Sonium matricidarum.

Matricidium, matricidij. de In. libro 1, Oreſtes ſi accuſetur matricidij.

Matrimus, a, um. cuius mater uiuit. de Ar. 249 d, Si puer ille patrimus & matrimus terram non tenuit.

Matrimonium, nij. maris & fœminæ legitima coniugatio. pro Cl. 54 b, Ius matrimonij caſtum et legitimum. damnatione uiri ſublatum putabat. de D. 101 b, Collocare aliquam in matrimonium. I. V. 126 b, & 185 b, & At. 276 b, & de L. 191 b, Habere aliquam in matrimonio. pro Cec. 289 b, Is habuit in matrimonio Cæſoniam. pro Cl. 22 d, & 43 d, Is Saßiam in matrimonium ducere cupiuit. pro Cel. 44 d, Te modò Qu. Metelli matrimonium tenuiſſe ſcis. pro Cl. 24 b, Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt, erant enim non matrimonij dignitate, ſed ſceleris ſocietate coniunctæ. In Ant. 169 d, Curio te à meretricio quæſtu abduxit, et tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo collocauit.

Matrona, næ. materfamiliâs. pro Cel. 44 d, Si matremfamiliâs ſecus quàm matronarum dignitas poſtulat, nominamus. de Nat. 69 d, Natio dea, quæ partim matrorum tuetur à naſcentibus. de Aruſp. 249 d, Quòd matrona nulla adijt. Epiſtol. 99 d, Matronæ opulentæ optimates.

Maturationes. feſtinationes, properationes. ad Heren. 16 b.

Maturè. citò, ſuo tempore, celeriter. I. C. 103 d, Tam maturè. & pro Mur. 128 b, & Ep. 31 b, & 258 d, Vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. Qu. Frat. 320 d, Balbum ais maturè Romam bene comitatum eſſe uenturum. I. A. 205 d, Quæ ſine mora, matureq; decreta facilius, etc. I. V. 222 b, Cuſtodes maturè ſentiunt. In V. 160 d, Eo celerius de iſto tranſigamus, quo maturius ad Apronium ueniamus. de Or. 194 b, Qui omnium maturiſſimè ad publicas cauſas acceſſerim. pro Cecin. 286 d, Hæc res maturiſſimè iudicanda eſt.

Matureſco, ſcis. perficior, abſoluor. de Nat. 39 b, Partus matureſcunt aut ſeptem aut nouem lunæ menſibus.

Maturitas, tis. tempeſtiuitas, tẽpus maturum. de Or. 116 b, Non poteſt in eo eſſe ſuccus diurnus, quòd nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutus. & Tuſc. 162 d, Maturitas frugum. Qu. Fr. 32 d, Sed eius rei maturitas nondũ uenit, & tamen iam appropinquat. de Nat. 49 b, Luna à ſole illuminat grauiditates, & partus affert, maturitatesq; gignendi. Item: Commutationes temporum quadripartitæ ad maturitatẽ frugum aptæ. de N. 21 d, Temporum mutationes, maturitates, uicißitudinesq; cognouiſſent. Attic. 20 b, Inducendi ſenatuſconſulti maturitas nondum eſt. Epiſt. 49 d, Hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, crẽdo maturitate ætatis ad prudentiam. et 92 d, Etſi abeſt maturitas ætatis. de Sen. 92 d, Sic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas. et 83 b, Maturitas ſenectutis. & 78 d, Maturitas tempeſtiua. de Diuin. 83 b, Hæc arbor arandi maturitatem ad ſignum floris accommodat. de Clar. 195 d, Sed uidebatur illud in me iam eſſe perfectum, & habere maturitatem quandam ſuam. pro Cæl. 53 b, Quæ ſtudia in adoleſcentia tanquam in herbis ſignificant, quæ uirtuti maturitas, & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ. I. C. 103 b, Sed neſcio quo pacto omnium ſcelerum ac ueteris furoris & auaritiæ maturitas in noſtri conſulatus tẽpus erupit. de Cl. 165 b, Cum oratio noſtra caneſceret, et haberet ſuam quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem. & 179 d, Vt dicendi latinè prima maturitas in qua ætate extitiſſet, poſſet notari. Epiſt. 134 d, Vt res ipſa maturitatem tibi animaduertendi omnium conceſſu daret. Or. 296 b, Adoleſcẽs non tam re & maturitate, quàm ſpe & expectatione laudatus.

Maturo, ás. maturitatem affero, accelero, propero. de Sen. 88 d, Vua primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. de Nat. 2 d, Omnia quæ terra gignat, maturata pubeſcunt. Att. 278 b, Quod ut faceres, idq; maturares, magnopere deſiderabat reſpublica. pro Clu. 54 d, Maturare mortem alicui. Ep. 28 d, Succeſſor tuus non poteſt ita maturare ullo modo, ut tu me in Aſia poſis conuenire. Att. 54 d, Te expecto & oro ut matures uenire.

Maturatus. a. um. coctus, tempeſtiuus, ſuo tempore extingui. de Cla. 191 b, Ipſe Thucydides ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet, ac mitior. Att. 208 d, Videsquàm maturum ſit. de D. 122 d, Edidit hæc Calchas, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam matura uidetis.Ep.128 d, Mihi uerò bene maturum uidetur fore.& 149 b, Sed ne maturum quidem etiamnum fuit:id est, tempus. de D. 88 d, Maturam mortem oppetere.de Or.93 d, Ocium ac facultas discendi maior ac maturior.ad Her.29 b, Vt uirtutes in ætate maturissima uelint comparare.de Sen. 93 d, Satietas uitæ tempus maturum mortis affert. I. A. 209 d, Venit tempus Quir.serius omnino quàm dignum pop. Romano fuit, sed tamen ita maturum, ut differri iam hora non posit. & Qu.Fr.209 d,Ego tibi spem maturæ decessionis affe rebam.Att.240 d,Componendum argumentum est & scribendi expectandum tempus maturius. de Sen. 92 d, Poma ex arboribus si cruda sunt,ui auelluntur: si matura & cocta,decidunt.

Matuta,Cadmi filia.Tusc 154 d,de N.69 d.

Matutinus,a,um.Att. 16 d, Cum bene completa domus est tempore matutino.Epist. 94 b, Matutina tempora lectiunculis consumo. At.103 b, Hodie expectabam tuas literas matutinas aut postmeridianas.& 36 b,& 186 d, Vespertinis temporibus.). Matutinis temporibus. ad Brut.90 b, Matutina salutatio.de D. 83 d, Et matutinis acredula uocibus instat.

Mauors,tis.Mars.de N.39 b,& 72 d, Mauors quia magna uertit.

Mauri.pop.Ep.162.Gælbæ.

Mauritania,niæ.pro Syl.177 b,Rex Mauritaniæ. & in Vat.31 b,Venisti ad fretum per Mauritaniam.

Maxilla,læ.mala.Or.211 d,Literam è maxillis & taxillis consuetudo elegans latini sermonis euellet.

Maximè.summè,nec minimè,præsertim in primis, potissimùm,præcipuè,immortaliter. Offic.10 b, Vt quisq; maximè opis indigeat,ita ei potissimùm opitulari.I. A. 220 d,Maximè equidem uellem,ut, &c. secundo autem loco,&c.Ep.60 b,Tam sum amicus reipublicæ, quàm qui maximè.Ep.64, Et eos maximè qui te maximè debuerunt & plurimum potuerunt iuuare. pro D. 222 b, Intuemini paulisper animis iuuentutem,& maximè eos qui,&c.Att.154 d, Ego consilijs tuis usus sum maximè quòd & grauitatem in congressu nostro tenui,et ad urbem,&c.158 d, Maximè, quod,&c.et 127 b, Quod cum ita sit,maximè uellem primùm,&c.Ep.11 b, Quod ego cum audissem ex alijs, maximè ex meo fratre cognoui. de Or.97 d, Dicere quàm maximè ad ueritatem accommodatè.Or.207 b, Cognoscat etiam res gestas,maximè scilicet nostræ ciuitatis.& 106 b, An ego poetis & maximè tragicis concederem,ut,&c.At.109 b,Scribe aliquid,& maximè si,&c.et 177 b,Eo maximè quòd,etc. de N.59 b,Quæ ratio poetas,maximeq; Homerum impulit,&c. Att. 38 b, Maximeq; in eo est reprehensus, quod dixerat,&c.de N. 314, Et id maximè hyeme. & Att.109 d.Maximeq; quod sit,&c.de Fin.114 d,Maximè quòd is locus id temporis uacuus esset. Par. 240 d, Quæ uel maximè prosunt.de Nat.58 b,Hoc mihi uidetur uel maximè confirmare,etc. Qu.F.311 b,Domus celebratur ut cum maximè.de Sen. 84 b, Causarum illustrium,quascunq; defendi,nunc quàm maximè conficio orationes.ad Heren.27 b, Hoc maximè admodum mihi accommodatum est.

Maximopere.summopere.Ep.31 d, A te maximopere peto & quæso,&c.

Maximus,a,um.amplissimus,summus,immanis,intereà bilis,ingens,singularis,unicus,diuinus,immortalis,maximè rarus,magnas opes habens.de N.393,Quint.Frat. 320 d, Respondi epistolæ maximæ, nunc audi de minuscula.de Fi.83 d,Maximum malum,maximus dolor. Ep. 222 b,Multa illius in me officia,multa in illum mea quoque,& quod maximum est,summus inter nos amor & mutuus.et de Am.102 b,Summi puerorum amores.I. A. 192 d,Cui pro diuinis & immortalib.meritis d.uini immortalesq; honores debentur.& ibi. Is Senatus singulares exquirit honores.pro Mil.119 b,Singularis,diuina, & incredibilis fides. Qu.F.320 d,Omnia minima maxima ad Cæsarem mitti sciebam. I. A. 223 d, Admirabilis quædam & incredibilis ac penè diuina alicuius scientia. & pro Marcell.231 d,Tanta, tam inusitata, inauditaq; clementia.

Mecum,tecum,secum.Orat.211 d,b.Ex eo mecum & tecum,non cum me & cum te, ut esset simile illius nobiscum & uobiscum. Postquam.211 d, Multa mecum ipse reputaui.de L.169 d,et de In.42 d, Sæpe mecum ipse cogito,etc.pro Qu.9 b, Si tecum hæc duo uerba fecisset, etc.pro Cæl.46 b,Vosmet uobiscum recordamini.Tusc. 197 d,Quamobrem omnes cum secundæ res sint,maximè meditari secum oportet, quo pacto aduersam eorum nam ferant.Off.29 d, Si quis cum causam sit actutus,in itinere secum ipse meditetur,aut si quid aliud attente cogitet,non reprehendatur. Att. 147 b, Legi tuas literas, quibus mecum agebas,ut,&c.de Sen. 87 d, Nunc tamquam emeritis stipendijs ambitionis, mecum sum, mecumq; (ut dicitur)uiuo.l.Nobiscum & Secum.

Medea,deæ.de N.69 d, Medea duobus auis Sole et Oceano,Aeeta patre,matre Idya procreata est. pro Po. 84, Ex Ponto Medea illa quondà profugisse dicitur, quam prædicant in fuga fratris sui membra in ijs locis, quæ se parens persequeretur, dispauisse, ut eorum collectio dispersa mœrorq; patris celeritatem persequendi retardaret.

Medeor,ris sano,curo,medicinam affero,medicinam adhibeo,curationem adhibeo,remedium adhibeo,remedium facio,medicinam facio,occurro.pro S.R.59 b, Intelligo me errare,qui cum capiti mederi debeam,rectiùs curem.de Or.115 d, Medici qui morbis,qui uulneribus,qui oculis mederentur.et 98 b,Laboranibus succurrere,ægris mederi,afflictos excitare.I.V.225 b, Cum morbo alicui mederi uis,consuetudo ualentis & naturæ corporis cognoscenda est.Qu.F.296 d, Mederi inconsultè modis hominum. contra Rul. 65 b, Huic malo pro se quisq; nostrùm mederi,atq; hoc omnes sanare uelle debemus.pro S.R.26 d, Hi medentur reipublicæ qui exercant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis.pro Sest.9 b,Vt afflictæ reipublicæ quantum possit mederi tur. I. V. 227 d, Medemini religioni sociorum iudices, conseruate uestram autoritatem.Att. 206 b, Si quid est enim offensionis,hæc res mederi potest.Ep.187 b,Sume enim permulta,quibus est medendum.Tusc.202 d, Nec ille liber medetur uulneribus,sed cicatricibus.Epist.308 b,Dies etiam stultis mederi solet.de D.109 d, Consolatio mihi aliquantum medetur.Epist.236 b,Facere meam cinam alicui.At.278 d,Velim facilius quàm tunc mihi, nunc tibi facilius tute medeare.

Medi.

Medi.pop.de Off.41.

Mediastinus,mediastini.mancipium uilissimum.lege Exercitus.

Medicamen,nis. medicamentum.In Pisonem,82 d, Cum diceres te uinolentis quibusdam medicaminibus solere curari.

Medicamentum,ti.medicamè,medicina,remediũ.Of. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. & ibid. Si eo medicamento sanus factus fuerit.de Clar.184 d,Cn. Octauius multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus.de Na.52 b,Terræ plenæ medicamentorum salutarium.& Attic.137 b, Medicamenta,quæ parantur.de Inuent.49 d,Vt uulneri præstò medicamentum sit. pro Cl.24 d, Mulier partum fibijpsi medicamentis abegit.Ora. 204 d, Fucata medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. de Fi. 69 d, Medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant. In Verrem,181 b, Panchrestum medicamentum.pro Cluent. 70 d,& 28 d,Id huic ærumnosissimo non uenenum, sed multorum medicamentum laborum fuisset.

Medicina,næ.medicamentum, remedium, ualetudinis curatio,ars medendi. Att. 261 b, Desperatis uetat Hippocrates adhibere medicinam.& 193 d, Fortis ægroti est, accipere medicinam. de Orat.125 d,b, Medicus diligens ægro adhibet medicinam. de Diu.85 d, Aegro à medico petere medicinam.pro Clu.55 b, Exercere medicinam. de Or.193 b,His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur.de D. 85 d, An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt.Epist. 236 b, Facere medicinam alicui. pro Q. 24, Si aduersarij falsum crimen quasi uenenatum aliquod telum iecerint, medicinæ faciedæ locus non erit. Epist.236 b, Ita sum leuatus,ut Deus mihi aliquis medicinam feciße uideatur. Attic. 16 b, Quanquam animus est præsens, tamen uoluntas ipsa medicinã efficit. I.V. 66 d, Nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur. I.C.108 d, Deinde singulis medicinam consilij atq; orationis meæ, si quam potero, afferã. Tusc. 214 d, Medicina quæ sanaret cupiditatem.de Am. 97 d, Sed nõ egeo medicina, me ipse consolor.& Ep.71 b,Petere medicinam à literis. Off.30 b, Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut nõ mediocris utilitas queritur:ut medicina,architectura,&c. Quia non omnes conualescunt,iccirco ars nulla medicina est,de Natura deor.2. Medicina sit erranti confessio,ad Oct.Medicina in multas partes discerpta. 3 de Orat. Medicina imbecillior est, quàm morbus, 10 ad Attic. Medicina non minus esset probanda, quæ sanaret uitiosas partes Reipublicæ,quàm quæ execaret,2 ad Atticum. Est enim tamen illa quidem medicina, sed tamen magna,quam affert longinquitas & dies,Tusc.qu.lib. 3. Medicina animi curam desiderata, tam culta, tam grata & probata, quàm corporis, Tuscul.quæst.lib 3. Medicina calamita tis,Tusc.q.lib.3.Medicina Consularis,Post red.in Senat. Medicina doloris, Ac.q.ed.2.lib.1. Medicina periculorum,pro Sest. Medicina temporis, 5 Famil. Id est, quam diuturnitas affert mœrori. Quoniam ut medicina ualetudinis,nauigationis gubernatio, sic uiuendi ars est prudentia,5 de Finibus. Medicinæ utilitas deorum immortalium inuentioni est consecrata,Tuscul. quæst.lib.5.Ni

mirum Apollini & Aesculapio.Vt magnitudinis medicinæ doloris magnitudo concederet,Tusc.qu.lib.4. Ad medicinam reipublicæ accedere,2 ad Qu.Fra.Deinde singulis medicinã consilij atq; orationis meæ,si quam potero,afferam, 2 in Cati. Et medicinam quandam laboris afferret,de Finib.lib.5.Medicinam perpetuam ab aliqua re petere, 5 Famil. Medicinam quærere, 2 ad Att. Hac una medicina,pro Sest.Id est, hac una ratione. Medicina sublata tollitur omnis autoritas somniorum,Diuin.lib. 2.

Medicus,ci.pro Clu. 29 d, In morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus quæritur.de Diuin. 110 d, Ad ægros non uates, sed medicos solemus adducere. de Diuin. 82 b, Mirari licet quæ sint à medicis animaduersa herbarum genera, quæ radicum,&c.pro Cl.25 b, Ad quam cum adduxisset medicum illum suum,mulier exclamabat se ab eo nullo modo uelle curari,quo curante, suos omnes perdidisset. de Fat.146 d, Siue medicum adhibueris siue non,conualesces.de Or.225 d,b,Medicus diligens ægro adhibet medicinam. de Ar.251 b, Qui medicis suis nõ ad salutẽ, sed ad necem utitur.de Orator. 112 d, Si medicus de morbis diserte dixerit. & 90 d, Asclepiades quo nos medico et amico usi sumus,eloquentia uincebat cæteros medicos. de Orat. 154 b, Hippocrates ille Cous.de D.143 d, Aesculapius & Serapis.Epistol.258 d,De medico & tu bene existimari scribis,& ego sic audio,sed planè curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit,cum καινοτόμαχος esses.& 250 b,Curio misi,ut medico honos haberetur. Vt si medicus grauitatem morbi,gubernator uim tempestatis accuset,3 de Nat. deorũ. Medicus Pansæ de morte eius insimulatus, ad Brut. in epist. Brutus. Iam hoc quoq; propè iniquissimè cõparatum est, quòd in morbis corporis ut quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus quæritur,&c pro Cluen. Medico puto aliquid dandum esse,quò sit studiosior,16 Famil. Medico salus proposita est,8 ad At Medico mercedis quantum poscet,promitti iubeto,16 Famil. Medicum summum tantus improuisò morbus oppresserit, 15 ad Attic. Mali medici in alijs scientiam profitentur ipsi se curare non possunt,4 Fam.Seruij Sulpit.Medici quoque sæpe falluntur,3 de Na. Medici quanquam sæpe intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt illo morbo eos esse morituros,Diuin.lib.2.Medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt,Diuin. lib.2. Medici,causa morbi inuenta,curationẽ esse inuentam putant,Tusc.quæst.lib.3.Medici nihil præter artificium præstant, pro Cluent.Medici curationes,19 Famil. Medici solius salutis,aliptæ etiam uirium & coloris rationem habent, 1 Famil. Medicorum ingenijs nuper, id est paucis antè seculis,reperta, 2 de Natu d.Medicorum præcepta dici uerè non possunt,si quæ inscij imperitiq; pro salutaribus mortifera conscripserint, de Leg.Medicos cogere,4 Famil.Ser.Sulpitij.

Medietas,tis.media pars,medium.de Vniuers.199 d,Partes rursus interuallis ita locabat, ut singulis essent binæ media : uix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant:sed quasi id dixerim,ita intelligatur.At.249 b,Octauam partem tuli luminarium,mediam abstrahere memineris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Medimnum, ni. mensuræ genus, senos modios capiens. I.V.159 a, Tritici septem millia medimnûm. & ibi. Medimna D C C. et 171 b, Medimna X X X V I: id est, modij C C X V I.

Mediocris, cre. nonnullus, modicus. Tuscul. 105 a, Omne malum etiam mediocre magnum est. de Ora. 119 b, Hæc sunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximæ. & ibid. Hoc tamen prudentiæ est penè mediocris. de Or. 85 b, Permultos excellētes in quoq; genere uidebis nō mediocrium artium, sed penè maximarū. de Cl. 176 b, L. Cotta in mediocriū oratorū numero dicendi non ita multum laude processit. et 175 a, Is fuit mediocris in dicēdo. de Or. 116 a, Pariæ aut mediocres res. Ac. 5 b, Quidā è philosophis, & hi quidem non mediocres. Ep. 67 a, Non enim fuit aut mediocre aut obscurū. & 65 a, Maxima, minima, mediocria. Or. 206 a, Modica temperatè dicere. Or. 215 b, Incitatus, temperatus, tardus de Cl. 173 b, Fannius in mediocribus oratoribus habitus est.

Mediocritas, tis. modus, nec nimium, nec parum. de Cl. 177 b, Omnis uirtus est, ut uetus Academia dixit, mediocritas. pro Mu. 239 a, Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. Tuscul. 195 a, Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatē illam tenebit, quæ est inter nimium et parum, quæ placet Peripateticis. & Aca. 34 a, Peripatetici mediocritatem perturbationum mihi non sanè probant. Att. 282 a, Est scilicet utriusq; rei modus, et quædā in utroq; genere mediocritas. de Orat. 94 b, Mediocritatem in dicendo C. Cælio honori fuisse. item: Villarum magnificentiā, quarum quidem certus est adhibendus modus, ad mediocritatem q; reuocandus. pro D. 234 a, Modum quendam esse religionis, nimium esse superstitioſum non oportere. Of. 45 b, In his autem ipsis mediocritas regula optima est. In A. 160 b, Non uideo quid in hac mea mediocritate ingenij despicere posit Antonius. ad He. 21 a, Mediocritas uultus.)(. Hilaritas)(. Tristicia.

Mediocriter, modicè. Tusc. 195 a, Corpus etiamsi medio criter ægrum est, sanum non est. de Or. 90 b, Neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuisse. ad Her. 25 a, Quiuis mediocriter literatus.

Mediolanensis, se. I.P. 93 a, Mediolanensis præco.

Meditatio, onis. commentatio, exercitatio de Cl. 177 a, Nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum uidebatur. de Or. 119 a, Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atq; expeditos habere debetis. de D. 128 b, Multi naturæ uicium meditatione atq; exercitatione sustulerūt, ut Demosthenes. pro Cl. 35 a, Anni sunt octo cùm ista causa in ista meditatione uersatur. Tusc. 197 b, Stulta est meditatio futuri mali. I.A. 221 a, Seruius in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris obijt. Tusculan. 183 a, & 184 a, Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo ualet. Item Tusc. De exercitatione, & consuetudine & commentatione dixi, ἀπαγεσίς nunc, &c.

Meditatus, a, um. cogitatus, præparatus, cōmentatus.)(. Ex tempore. Off. 6 a, Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferūtur. de Ar. 244 a, Nihil feci non diu consideratum, & multò antè meditatum. pro Qu. 7 a, Cum paratus meditatusq; uenisses. I. A. 176 b, Attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. de Or. 119 a, Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet, ad omnem usum, &c. Tusc. 197 a, Sint semper omnia homini humana meditata. de Or. 131 b, Ea quia meditata sunt minus uidentur. & 107 b, Accuratæ & meditatæ commentationes. I. A. 225 a, Quod uerbum, non ibi exeidit, ut sæpe fit, ea fu, sed scriptum, meditatum, cogitatum, attulisti.

Mediterraneus, a, um.)(. Maritimus. de N. 18 b, Ita fit, ut mediterranei mare esse nō credāt. I.V. 199 b, Enna mediterranea est maximè. I.V. 199 b, Ab hac insula hæc ita mediterranea est maximè. I.V. 199 b, Ab hac insula hæc ita cera tanquam mediterraneis exigebantur. & 249 b, Homines maximè mediterranei.)(. Homines maritimi.

Meditor, aris, attentè cogito, commentor, exerceo. Epi. 20 a, Tu tamen ea para, meditare, cogita, quæ, &c. & 8 a, Hæc multo antè meditere, huc te pares, &c. Attic. 73 b, Sed ego hāc σύγκρισιν in unum annum meditatus sum. Meditare aduersus Brutum causam meam. & 125 b, Vides quam causam mediter. pro Muren. 134 b, Meditari accusationem. de Nat. 60 a, Ego cum te disputante quid contradicerem, mecum ipse meditabar. I.P. 92 a, Meditare quibus uerbis incensam illius cupiditatem cōprimas. pro Fl. 148 a, Græcus testis non iusiurandi, sed laudandi uerba meditatur. At. 152 b, Ex eius nūcio meditabar quo modo cum illo loquar. contra Rul. 68 b, Is designatus adulto uultu, &c. esse meditabatur. I. V. 77 b, & 112 a, Nos qui meditari ad dicendum paratiq; uenimus. de Cla. 193 a, Nullum patior esse diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum. de Cl. 172 a, Non in agendo solum, sed in meditando etiam fuit uehemens. de Or. 108 a, Demosthenes perfecit meditādo, ut nemo planius eo loqua retur. de Orator. 97 a, Quæ in foro agenda sunt, exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari. & 96 a, Quid Crassus ageret meditādi aut discendi causa. de Arusp. 257 a, Veruntamen, nocturnis uigilijs iustitum illud conceptum ac meditatum est. I.C. 202 b, Ad huius uitæ studium meditati illi sunt, qui fruuntur laboresq; ut cere humi etc. Ep. 18 b, Aut ne ad eam meditere impetum te offendam. & 9 a, Hæc ad te ob eam causam mea mē scribo, ut tam de tua quoq; ratione mediter. & I.V. 78 a, Meditetur de ducibus hostium, &c. I. A. 182 b, Cæsar nō multos annos regnare est meditatus. & 190 b, Iā accedunt consules multos iā menses de populi Romani libertate commentati atq; meditati. de Orat. 87 b, Agant uerò ne semper fōrum, subsellia, rostra, curiamq; meditentur. Offic. 29 a, Vt si quis cum causam sit acturus, secum ipse meditetur, aut si quid aliud attente cogitet, non reprehendatur.

Medius, a, um. intermedius, interiectus, inter aliquos interiectus, interiectus medius, dimidiatus. de Ora. 106 b, Nam uersus æquè prima, & media & extrema pars attenditur. Orat. 208 b, Quod & inter media argumenta faciendum est. & 218 b, Oratio uel oriens, uel media, uel cadens. de Pro. 78 a, Tempus proximū, medium, ultimum pro Cl. 57 a, Ne in extrema quidem, aut media, aut aliqua deniq; parte quæstionis uerbum fecit ullum pro Deiot. 223 a, Cum tu furens per medium fōrum populariis subtares. Qu. F. 309 a, Dixi pro Bestia in fōro medio. de Or. 87 a, Qui in uinea media dicitur cōstitisse. de Or. 86 b, In testamentorum formulis: hoc est, in medio inter extima uersari. pro Cl. 23 a, Mulier in media potione exclamauit, &c. & Tusc. 156 b, Terra in medio mundo sita. de Som. 129 a, Medius mundi locus. et Tusc. 156 b, Vt illæ superiores in medium locum mūdi grauitate ferantur. de N. 49 a, Mare, mediū terræ locum expetens. & ibid. Id medium, infimum in sphæra est. Or. 216 a, Est tertius ac medius inter illos. de Opt. 243 a, Alij eis interiecti et tā quā medij. Ac. 45 b, Iis ipsis alia interiecta & media numerabat. & ibi. Neutra autē in medijs relinquebat. Att. 164 a, Nam qui se mediū esse uult, in patria manet: qui profiscitur, aliquid de alterutra parte iudicare uidetur. et 154 b, Lex Solonis, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset. de Or. 159 a, Itaq; tum graues sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus. In Vat. 32 a, Ex quibus partim tecū sentiebat, partim medium quendam cursum tenebat. Of. 52 a, Qui dam ad medium ianuæ sedentes. de Fi. 51 b, Primum uenit in mediū Epicuri ratio. I.V. 254 b, & 144 a, & de In. 67 b, Venire in medium, & procedere in medium. I. V. 71 b, & de Fi. 80 b, & Ep. 242 b, & de Or. 118 a, Proferre aliquid in mediū. pro Ch. 34 a, Itaq; iudices incēsi suspicione, rem in mediū uocare cœperunt. pro S. R. 21 b, De medio tollere: id est, interficere. & ad He. 11, Tollere aliquē de medio. pro S. R. 37 a, Recede de medio, per alium transigā. et 22 a, et I.V. 144 a, Remouere aliquid de medio. I.V. 129 b, Tabulæ fuit in medio. et 60 a, Quæ in medio posita sunt.)(. Obscura. de Or. 86 a, Dicēdi ratio in medio posita. Tusc. 246 b, Obscenas uoluptates saeles, cōmunes in medio sitas esse dicūt. I.V. 82 a, Proponere aliquid in medio. prō Cæl. 47 b, Neminē nominā in medio relinquā. I.V. 268 b, et de N. 4 b, Quā in medio sententias philosophorū. Orat. 212 a, Verba sumpta de medio. pro D. 24 a, Hæc nō sunt quæsita ex occulto aliquo genere literarū, sed sumpta de medio, et reb palam per magistratus actis. de In. 63 a, Atq; hic qui de ipse, et sese ipsum nobis & eos qui ante se fuerant, in medio posuit, ut cæteros & seipsum per se cognoscere. Fuisse. de Or. 159 a, Cùm uerba iacentia sustulimus è medio. & Of. 3 b, Cōmunes utilitates in mediū afferre. Of. 59 a, Hoc quidē deliberantium genus pellatur è medio. I. a. 200 b, Alteri uicti sunt, alteri sunt è medijs. C. Cæsar partib. & 215 a, Inter bellum & pacem medium nihil est, quare necesse est tumultum, si belli non sit, pacis esse. I.A. 226 b, Qui duorum fratrum ætatib. medius interiectus, uicijs cum utroq; certabat. de Vn. 197 a, Vnū interiectum medium, & seipsum, & ea quib. esset inter positum, colligaret. I. Tollo.

Mediusfidius. iurandi formula, seu aduerb. ut mehercu les, & id genus alia. Att. 133 b, Quòd Lentulum uoluisti hic remanere, mihi gratissimū mediusfidius fecisti. pro Syl. 183 a, Si mediusfidius iudices, &c. Ep. 77 a, Vnū me mediusfidius tecum diem libentius posuerim, &c. At. 57 b, Medulla, le. pingue illud aureum, ossium media replens. Tusc. 233 b, Metrodorus omne bonum in uisceribus, medullisq; condidit. Epi. 253 a, Neq; enim solum te, qui mihi heres in medullis. de Cl. 199 b, Suadæ medulla. I. Suadæ medullas. Tusc. 214 a, Cū hic feruor tanquā in uenis medullis. Tusc. 214 a, Cū hic feruor tanquā in uenis medullisq; insederit. & ib. Permanat in uenas, & hæret in uisceribus illud malū. In A. 159 b, Qui in medullis populi Rom. ac uisceribus hærebant.

Megalensia, orū. de Ar. 248 b, Ludi quos in palatio nostri maiores ante templū in ipso matris magnæ conspectu Megalensib. fieri celebrariq; uoluerunt. & Epi. 14 a, Scripsi hæc ipsis Megalensibus.

Megalesia, orum. de Ar. 248 b, et 249 b, Tota hoc ædile seruorum Megalesia fuerunt.

Megabocchus: id est, Pompeius. At. 27 a.

Megara, ræ. urbs. de Diuinat. 92, Epi. 50, Sulpitij. ad Heren. 3.

Megareus, a, um. Acad. 32 b, Euclides Megareus.

Megaricus, a, um. de Fa. 142 b, Stilpo Megaricus philosophus. de Or. lib. 3. & Aca. lib. 2, Megarici philosophi à Menedemo Eretrio, Eretriaci appellati. Iidem etiā Eleatici dicti à Parmenide & Zenone. ibi. Megarici quorum fuit nobilis disciplina. de Fato, & Acadē. 32 b, Ab Euclide Megareo, Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum & simile, & idem, & semper.

Megaris, idis. locus nō longè à Syracusis. I.V. 248. de Diuin. 139.

Megarensis, e. I.V. 238.

Mehercule, & mehercules. L. Hercules.

Migrare, transgredi, transilire, transire, non seruare, infringere. Off. 7 a, Quæ pertinent & ad ueritatem, & ad fidem, ea migrare interdum, & non seruare, si turpe sit. de Fin. 104 b, Qui ius cōseruat, iustus: qui migrat, iniustus est. de Leg. 186 a, Quod quis earum rerum migrauerit, graūit, noxiæ pœna par esto: id est, migrauerit.

Mihi. de Or. 99 a, Tu mihi cum in circulo decipiare alter Sarij stipulatiuncula, ego tibi ullam causam maiorum committendam putem? in Verr. 93 a, Tu mihi, cum in prouincia tam malè te gesseris, hic tibi persuadebis? pro res futurum? Tusc. 206 b, Hic mihi afferunt medicorum tes, quæ, & c. de Or. 116 b, Sit enim mihi tinctus literis & c. de Arusp. 249 b, Is mihi etiam generis sui memorem facit. in Pis. 79 b, Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum. in V. 107 b, Is mihi etiam queritur. & 113 b, Tu mihi ita defendas? in Ant. 157 b, Quas tu mihi intercessiones inquis? pro Mur. 127 a, Tu mihi id arripis, quod, & c. in Cat. 103 a, Tongillum mihi eduxit, quem, & c. pro Clu. 41 a, Quid mihi damnatos ambitus colligitis? de Som. Scip. 128 b, Nouem tibi orbibus connexa sunt omnia.

Miles, tis. pro Pomp. 9 a, Pompeius extrema puerilia militaris fuit summi Imperatoris. pro Cor. 64 b, C. Marius, Africani discipulus ac miles. pro Clu. 44 a, Miles, qui in cum non tenuit, qui hostium impetum uitauit? pertimuit. Ep. 32 a, Sic intellexeram, permultos à te milites esse dimissos. pro Cec. 296 b, Tanquam si arma militis infixa unda sint. pro Cec. 304 a, Iam populus cum omni ueneficium iudicat non esse cum liberum, qui ut liber sit, adire periculum

culū noluit. I. A. 238 b, Tyrones milites.)(. Veterani milites. Ep. 165 a, Miles legionarius, & miles auxiliarius. pro Fla. 147 b, Fortissimus miles. in A. 213 b, Qui uicinos suos cohortatus est, ut milites fierēt. et 215 a, Vt milites fiant sine ui, sine tumultus studio, & uoluntate. pro Deio. 149 a, Hic adolescēs meo in Cicilia miles, in Græcia cōmilito fuit. p Mur. 131 a, Horridus miles amatur.

Milesius, a, um. pro Cluen. 24 a, Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, & c.

Miletus, ti. urbs. in Ver. 94 a.

Militaris, re. bellicus, castrensis. pro Cæl. 39 b, Eadē erat si mereri stipēdia cœperamus, castrensis ratio et militaris. pro Mu. 129 a, b, Rei militaris uirtus præstat cæteris omnibus. de Diu. 124 a, b, Rem bellicam administrare. pro Mur. 129 a, Omnia latent in tutela ac præsidio bellicæ uirtutis. Off. 13 a, Status uidemus ornatu ferè militari. pro Fl. *. Cū per leges militares effugere liceret iniquitatem tribuni. pro Pomp. 9 a, Scientia rei militaris, & de Or. 95 b, Rem militarem discere. et pro Mur. 126 b, Militaris labor. Ep. 142 a, Pyrrhi & Cineæ libri de re militari. pro Cl. 38 a, Tribuni militaris. et in Cat. 107 b, Signa militaria.

Militia, tiæ. res militaris, bellum. pro Pom. 9 a, Pompeius ad patris exercitū atq; in militiæ disciplinā profectus est. de Or. 155 a, Illi & domi et militiæ fidem suam præstabant. Tusc. q. æst. 239 a, Quorum uirtus fuerat domi militiæq; cognita. Off. 8 b, Secundo aliquem obligare militiæ sacramento, quia priore amisso iure pugnare cum hostibus non posit. Of. 71 b, Vlysses simulatione insaniæ militiam subterfugere uoluit. pro Mu. Militia urbana.

Milito, as. mereo, stipendia mereor, stipēdia in bello mereo. Off. 8 a, Pompilius Imperator tenebat prouinciā, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat.

Mille. in V. 193 b, Qui mille modiū dedisset, HS. VIII. milia dare coactus est. At. 111 b, Scutorum in ludo M. fuerunt. Al. 66 b, Septa cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur. pro R. P. 127 b, Mille talentum ac cessionem esse factam. ad He. 23 a, Imagines mille uerbo rū. Ep. 149 a, Mille equites uia breuiore præmisi. pro Cl. 36 a, Quadraginta istorum accesio milliū quid uatei? pro Sest. 9 a, Edixitq;, ut ab urbe abesset mille passus. pro Q. 14 b, Septingenta millia passuū. in V. 186 a, Sexaginta millia modium tritici. pro Cluen. 31 b, Sexaginta millia nummūm. de N. 20 b, Sexcēta millia mūdorum. In Ver. 119 b, Hæreditas HS. quingentorū millium. Of. 48 b, Non esse in ciuitate duo millia hominum, qui rem haberent. pro R. P. 127 b, Vndecim millia talentum ad Gabiniū peruenerūt. pro D. 224 b, Quid illa tot for tissimorum utrorū millia. pro Cl. 33 a, & 35 a, HS. quadraginta millia nummūm in singulos iudices distribu- V. 165 a, Coguntur dare tritici modios MMMDC. & 166 a, Tritici modios quinq; millia. pro R. P. 128 a, Quibus supcilijs renuētes huic decē milliū crimini. pro Cl. 22 a, Is filio XL. millia legauit. pro Clu. 32 a, Sestertia sexcēta quadraginta millia. pro R. P. 125 b, Quid uociferabare decē millia talēta Gabinio esse promissa. Epi. 162 a, Nam ei obuiam processeram millia passus centū. in V. 136 a, Hæc denaria XXXIX. millia. in A. 208 a,

Quis unquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummūm ferret expēsum? I. A. 260 b, Si quis mille aut duo millia occidisset. pro Mil. 111 a, Quo in fundo facilè mille hominum uersaretur. Of. 70 b, An emat denario quod sit mille denariūm?

Millesimus, a, um. de Fa. 142 b, & At. 24 b, Neq; necesse fuit Cypsellū regnare Corinthi, quanquā id millesimo antè anno Apollinis oraculo editum esset. & Attic. 187 a, Millesima pars.

Milliare. ris. milliarium. Att. 84 a, Accepi literas tuas ad quintum milliare Laodiceæ.

Milliarium, rij. milliare, milliū, mille passus. de Cla. 169 a, Cū plebs propè ripam Anienis ad III. milliarium consedisset. Att. 152 a, Postea audiui à tertio milliario tū eū isse, & c. At. 223 b, Si quidē etiam uos duos tales ad quintum milliarium.

Millies. At. 225 b, Mori millies præstitit, quàm hæc patiet 108 b, Potius mori millies, quam istiusmodi quicquā cogitare. pro Rab. 93 a, Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quàm, & c.

Millium, lij. milliarium. Att. 40 b, Rogatio confecta est, ut mihi ultra quadraginta millia liceat esse. pro Cecin. 290 a, Is nō ausus est dicere quot millia fundus suus ab esset ab urbe. nā cum dixisset minus abesse LIII. populus cū risu acclamauit, ipsa esse. Cæs. 120 a, Quod oppidum à Corsinio septē millium interuallo abest. pro Clu. 23 a, Thennum abest à Larino octodecim millia passuum. Attic. 256 b, Erat enim Brutus citra Veliam millia passuum III. in Ant. 206, Dū ne exercitum propius urbē Romam CC. Mil. admoueret. & ibidem: Iterum CC. Mil. in Ant. 215 b, Ne propius urbem millia passuum ducenta exercitus admouerit.

Milonianus, a, um. Or. 212 a, In Milonian. a, & c.

Miluinus, a, um. Qu. Fr. 300 b, Licinius plagiarius cum suo pullo miluino.

Miluius. L. Muluius.

Miluus, ui. auis rapax, pullis gallinarum insidens. de Na. 51 a, Miluo est quoddam bellum naturale cum coruo.

Milyades. populi. in Ver. 95.

Mima, mæ. in Ver. 166 a, in Ant. 171, 172, 173.

Mimicus, a, um. obscœnus. de Or. 131 a, Vitandum est utrumq; oratori, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. in Pis. 191 a, Responsione mimica me lacessiuit.

Mimula, læ. pro Pl. 265 a, Raptam esse mimulam. in Anton. 172 a, Venisti Brundusiū in sinum quidem & complexum tuæ mimulæ.

Mimus, mi. qui dicta factaq; aliorum, & gestus quadam cum lasciuia & obscœnitate imitatur. quod si quis idipsum uersibus faciat, et is poeta mimus erit, & uersus quoq; mimi dicentur. de Orator. 131 a, Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas. de Ora. 133 a, Tutor mimus uetus, oppidò ridiculus. pro Cæl. 51 b, Mimi ergo est etiam exitus nō fabulæ, in quo cùm clausula nō inuenitur, fugit aliquis è manib. dein scabella concrepant, aulæum tollitur. in Ant. 233 a, Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. in An. 173 a, Persona de mimo modò egens, repentè diues. in Ver. 163 a, Tertia Isidori Mimi filia. in Ant. 164 a, Vxor mima. in Ant. 179 b, Mimos dico, & mimas in agro Campano collocatos.

Mina, næ. libra æris est, & pondo apud Romanos. nã hæc tria idẽ sunt. Continet autem mina drachmas centum. ualet hodie aureis nũmis decem. Off. 44 b, Si emere aquæ sextariũ mina cogetur, hoc primo auditu omnib. incredibile uideretur. Aca. 24 b, Si rectè conclusit, teneo. si uitiose, minã Diogeni reddet, ab eo enim Dialectica didicerat: hæc enim erat merces Dialecticorum. Tusc. 246 d, Quos cũ tristiores uidisset, XXX. minas accepit, ne aspernari regis liberalitatẽ uideretur, nam allata fuerãt ei talẽta L. de Le. 173 b, A Platone funerũ sumptus præfinitur ex censib. à minis quinq; ad minã.

Minaciter. minis, asperè. de Orat. 92 b, Aduersarios minaciter terrere possumus. & Epi. 169 d, Minaciter agere. In Ant. 198 b, Num putatis dixisse eum minacius quàm facturum esse?

Minæ, arum. minatio, cõminatio, terror, terrores, terror uerborũ.)(. Blanditiæ. At. 33 b, Minæ quæ mihi proponũtur, modicè me tangunt. de Ora. 106 b, Virtutem instituendo ac persuadendo, nõ minis & ui ac metu tradi. pro Fon. 281 d, Alicuius minis ac terrore cõmoueri. et pro Mu. 134 b, Accusandi terrores ac minæ. pro Q. 80 d, Minas iactare, pericula intẽdere, formidines opponere. cõt. Rul. 74 d, Terrorem damnationis et minas quãti uolet æstimabit. de Ar. 243 b, Is se curia repentè proripuit cum quibusdã fractis iã atq; inanibus minis, & cum illius Pisoniani temporis terroribus. pro Font. 280 b, Hi contrà uagantur erecti paßim toto foro cum quibusdam minis & barbaro atq; immani terrore. pro Cl. 22 b, Clamore & minis aliquem insequi.

Minatio, onis. cõminatio. de Or. 135 b, Execrationes, admirationes, minationes.

Minax, cis. horrificus. Epi. 260 d, Cæsar minaces & acerbas literas ad senatum misit. pro Font. 281 d, Inducioma rus iste minax atq; arrogans. Att. li. 9, Sermones minaces. de Diu. lib. 2, Minacia somnia.

Minerua, uæ. Pallas. de Na. 39 b, Minerua autẽ dicta quæ uel minuit uel minuatur. et 71 b, Mineruæ plures. de N. 76 d, Minerua quam principẽ & inuentricem belli ferunt. & 70 b, Ex Vulcano & Minerua Apollo natus. pro D. 131 b, Minerua soror Iouis. Antequã. 196 b, Tritonia omnipotens, Gorgona, Pallas, Minerua. de Na. 21 b, Minerua galeata. pro Do. 242 b, Minerua custos urbis. de L. 178 b, Nos illam custodem urbis ex nostra domo in ipsius patris domum detulimus. Para. 116 b, Non enim est tale, ut in arce poni iußit, quasi illa Minerua Phidiæ. Sal. in Ci. 271 b, Quẽ Minerua omnes artes edocuit. Epi. 198 d, et 30 b, Causam tuã egi nõ inuita Minerua. etenim eo ipso die Senatus decreuit, ut Minerua nostra custos urbis, quã turbo deiecerat, restitueretur. de Am. 99 d, Agamus igitur pingui Minerua, ut aiunt. Of. 22 b, Nihil decet inuita (ut aiunt) Minerua: id est, aduersante et repugnante natura. Ep. 138 d, Et si sus Mineruã. Aca. 42 b, Nam & si nõ sus Mineruã (ut aiunt) tamen ineptè quisq; Mineruam docet. At. 140 b, Hic ego uellẽ habere Homeri illã Mineruã simulatã Mentoris. de Cl. 188 b, Mineræ signũ ex ebore pulcherrimũ Phidiæ.

Minianus Iupiter. Famil. lib. 9.

Miniatulus, a, um. Att. 260 b, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Miniatus, ta, tum, ruber. hinc Miniatulus. Attic. 274 b, His literis scriptis me ad συγγραφεις dedi, quæ quidẽ uereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint.

Minimè, minimum, minimè omnium.)(. Quippe. Orat. 219 d, De Cl. 183 a, Sed mihi placebat Pomponius maximè, uel dicã minimè displicebat. de Fi. 49 b, Sic isti curiosi, quos offendit noster minimè nobis iucundus labor. At. 14 b, Te alia minimè reprehendenda ratio ad bonestum otiũ duxit. de Cl. 193 a, Minimè uulgare genus dicendi. de Or. 94 d, Hoc ego præsente ineptus esse minimè uellem. Off. 59 b, Philosophi quidã minimè malè illi quidem, sed nõ satis acuti. pro Sex. R. 37 d, Hoc minimè uidetur graue ijs, qui minimè ipsi leues sunt. I. V. 229 b, Vidi uos in hoc non minimè cum testes diceret, commoueri. de Or. 138 b, Est id in totam orationem confundendum, nec minimè in extremam.

Minimum.)(. Plurimum. Or. 205 b, Hoc in genere neruorum est uel minimum, suauitatis autem uel plurimũ. Att. 228 d, Nosq; cùm multæ literæ, tum non minimum Idus quoq; Martiæ consolẽtur. de In. 47 b, Habere plurimum splendoris.)(. Habere minimum splendoris. Ep. 22 d, Non præmijs quæ apud me minimum ualent.

Minimifacere. de Finibus, 73 b, Virtus uoluptatem minimifacit.

Minimus, ma, mum. tantulus, tenuißimus. Qu. Fr. 320 d, Omnia minima maxima ad Cæsarem mitti sciebam. de Or. 98 b, Aliquẽ in minimis tenuißimisq; reb. ubi. At. 39 d, Ne minima quidẽ dubitatio, &c. & I. V. 122 b, Ne tenuißima quidem dubitatio. Of. 72 b, Primùm minima de malis. Epi. 54 b, At erat tuæ uirtutis in minimis tuas res ponere, de rep. uehementius laborare. de Fin. 323 b, Ne illud quidẽ physici est, credere aliquid esse minimũ. Ac. 44 d, Nihil in rerũ natura minimũ quod diuidi ne queat. Of. 53 b, Ex malis eligere minima oportet. de Fa. 144 b, Quũ declinat atomus interuallo minimo, id appellat ἐλάχιστον. I. Epicurus. de Fa. 149 b, Curatomi minimo declinãt interuallo? maiore non curãt declinã uno minimo, non declinant duobus aut tribus: de Le. 167 d, Hæc ne minimum quidẽ utrum adsit an absit interest.

Minister, stri. administer. administrator, satelles, comes, famulus, seruus. de Or. 107 d, Itaq; illi diserti ssimi hominum ministros habẽt in causis iuris peritos. de Or. 101 b, Infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudicijs, oratorib. pro Cluent. 48 b, Legum minister magistratus. Epi. 12 b, Consules serui ac ministri seditionum. & 21 b, Minister consiliorum. in V. 152 d, Minister ac satelles cupiditatum. de Orat. 9 d, Omnes artes ministræ ac comites oratoris. pro Cæl. 48 b, Huic tãto seruitori tua domus popularis ministra esse nõ debuit. Tusculi 164 d, Res familiaris ministra et famula corporis. de Fi. 72 b, Tu uirtutes uoluptatũ satellites et ministras esse uoluisti. item: Martiales quidam Larini appellantur ministri publici. pro Clu. 26 d, Martis atq; ei Deo consecrati. Qu. F. 291 b, Prætor omnes ministros imperij sui, socijs & ciuib. & reipub. præstare uidetur & sed testis tuæ. Offic. 44 d, Vt Macedones non teregem suum, sed ministrum & præbitorem putent. de Vn. 205 b, Quibus utitur ministris Deus.

Ministra, stræ. de Nat. deor. 56 d, Manus multarum artium ministræ. Tusc. 164 d, Res familiaris ministra & famula

famula corporis. pro Cælio, 48, Domus ministra.

Ministrator, oris. minister de Orat. 137 d, Ministratores petis, non aduersarium. & pro Fl. 157 b, Hic mihi Mæandrius, quasi ministrator aderat, subijciens, &c.

Ministratrix, ministra. de Ora. li. 1, Vt omnes comites & ministratrices esse diceres. aliter ministras.

Ministro, as. seruio. I. P. 94 d, Mẽsa extructa multa carne subrancida, serui sordidati ministrant. Epist. 263 d, Acastiũ retinere, quo commodius tibi ministretur. in Verrem, 170 b, Cum in eis conuiuijs symphonia caneret, maximèq; poculis ministraretur. de Finib. 69 b, & 79 d, Adsint etiam formosi pueri qui ministrent. & Tusc. 161 b, Ministrare alicui. & de Nat. 23 b, Ministrare pocula alicui. I. P. 84 d, 1 Ipse solus bibiturus, quæ eodem de solio ministrentur. I. P. 85 d, Cum ardentes faces furijs Clodianis penè ipse consul ministrabas.

Ministror, aris. Tusc. 170 b, Istis quæso ista horribilia minitare purpuratis tuis. in Catil. 104 b, Vrbi ferrum flammamq; minitari. I. V. 268 b, Is Verri nimis atrociter minitabatur. de Or. 163 b, & I. A. 207 d, Minitari mortem alicui. At. 34 b, P. mihi minitatur. I. A. 238 b, Qui huic urbi ferro igniq; minitantur. & 237 b, Qui patriæ igni ferroq; minitatur. Tusc. lib. 5, Minitanti Philippo. in Verrẽ Act. 7, Verri nimis atrociter minitantem.

Minor, aris. minitor, minas iacto, terreo, clamore & minis aliquẽ insequor, uerbis terreo, terrorẽ infero alicui, denunciatione periculi terreo, periculum capitis alicui ostento, uim denuncio, periculũ iudicij cuipiam intẽdo, periculum uel iudicium alicui denuncio, belli & nastitatis metum infero, terrorem injicio, terrorem iacto et oppono, merum cædis injicio. (. Bene promitto. I. V. 234 d, Nisi uehementius homini minatus essem, tabularũ potestas mihi facta non esset. et Ep. 61 d, Me appellabat, minabatur. pro Cecin. 290 d, Cum Ebutius Cecinnæ cruentum minitaretur. Tusc. 176 b, Cum ei Lysimachus rex dentes minarentur. præcipitaturos alicunde. pro Pla. 276 b, Cùm mea domus ardore suo deflagrationẽ urbi minaretur. de Di. 116 d, Quæ autem inconstantia deorum est, ut primis mentem extis, bene promittant secundis? Ep. 169 d, Nulla minantis auctoritas apud liberos est. I. V. 123 b, Grauiùs minari cuipiam. pro Plan. 277 d, Terrere aliquem denunciatione periculi. I. A. 250 b, Hostis teterrimus omnibus bonis crucès ac tormenta minatur.

Minor, nus. Top. 22 b, Quod in re minore ualet, ualeat in maiore. de L. 180 b, Eaq; pecunia non minor esset facta cum superiore exactione, quàm hæredibus omnib. esset relicta. Ep. 139 d, b, Papyrij fierunt patricij minorũ gentium. At. 6 b, Cæciliũ propinqui minore centesimis num mum mouere non possunt.

Minotaurus, ri. Ep. 198 d, Cum magna offensione Minotauri: id est, Caluisij & Tauri.

Minturnæ, arum. locus. At. 68. & cont. Rul. 73.

Minturnensis, e. At. 79. post Red. 202. I. P. 88.

Minuo, is. diminuo, detrabo, derogo, delibo, exhaurio, extenuo, leuo, eleuo, debilito, remitto, decessionem de summa facio. Ep. 36 b, Vt sumptus egentißimarum ciuitatũ minuerem sine ulla imminutione dignitatis tuæ. de Leg. 124 d, Minuere sumptũ, & extenuare sumptũ. pro Mar. 124 d, Nonnullorũ amicorum studia minui solere in eos qui prouincias contemnant. I. C. 122 d, Ne quid de summa dignitate reip. minueretur. pro D. 220 b, Vt ne quid aut de dignitate generũ, aut de sacrorũ religione minuatur. cont. Rul. 63 d, Minuetur huius pecuniæ uiuidia. pro Fl. 152 d, Minuis, inquit. gloriã Pompeij, imò tu augeo molestiam. At. 177 d, Si putares, meam molestiam minui posse. de Fat. 140 d, Nec ea quæ nũc tractio, minuunt sed augent potius illam facultatem. de In. 68 d, Quæstio est, ma testatem'ne minuerit. Ocl. 329 b, Minuere uectigalia.

Minus. pro eo quod non est, uel parum. de Ora. 94 d, Nõ intelligo quamobrem, non si minus illa subtili definitione, at hac uulgari opinione ars esse uideatur. I. V. 249 b, Maximè si minus necari, aut custodiri oportebat. de Di. 85 d, At nõnunquã ea quæ prædicta sunt, minus eueniũt. Epist. 30 b, Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus. Ep. 95 b, Vt aliquid ad te scriberẽ huiusmodi, quo minus te præermisisse ludos pœniteret. et ib. Quod si assecutus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen consolabor, quod, etc. pro Ar. 190 d, Cupere debemus, quo minus manuum nostrarũ tela peruenerint, eodem gloriã fam mq; penetrare. de N. 60 b, Itaq; cogito ea, quæ minus intellexi, requirere. & ibi. Quærens ex te ea quæ parũ accepi.

Minus.)(. Plus. Ep. 70 d, Præstitimus enim patriæ non minus certè, quã debuimus: plus profectò, quàm est animo cuiusquã, aut cõsilio hominis postulatũ. pro Qu. R. 49 b, Is locabat se minus HS. CCC. I. V. 137 d, & 107 d, Minus XXX. diebus totam triennij prætura rescidisse. Item: Minus tribus medimnis in iugerum nemo dedit. de Di. 94 d, Madefactũ tri minus XXX. diebus Græciam sanguine. pro Cec. 290 d, Cum si uno minus damnarent, condemnari reus non posset. & ibi. Dixit minus abesse LIII. de N. 36 b, Quatuor et uiginti mensibus, sex (ut opinor) diebus minus. At. 124 d, Multo minus mouent minæ. & ibi. Minus multa dederũt illi reipub. pignora. de Or. 112 d, Non si qui, &c. eo minus, &c. At. 24 b, Id prope dimidio minoris constabit illo loco. I. V. 181 b, Decumas XXX. mod. minoris quã potuit, uẽdidisse. At. 222 b, Ille gandẽs affirmat, minus dieb. XX. tumultũ Gallicũ. Ille gandẽs affirmat, minus dieb. XX. tumultũ Gallicũ.

Minusculus, a, um. At. 228 d, Minusculam ullam utique Quinto traditurus sum. Qu. F. 320 d, Rescripsi epistolæ maximæ, nunc audi de minuscula.

Minutatim. gradatim, perexiguè, κλίμακος. Ac. 13 d, Cũ aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. & 22 d, Minutatim & gradatim interrogare. Qu. de Pet. 210 d, Minutatim ex communibus proprij euadunt. At. 253 b, Xenonem perexiguè & κλίμακος præbere.

Minutè, exiliter, anguste, ieiunè, tenuiter, subtiliter. Orat. 208 d, Grandia minutè dicere. & Aca. 11 d, & de Fi. 108 d, Hæc autem uniuersa concidunt etiam minutius.

Minutia, uia. A. 138.

Minutia, porticus. in Ant. 176 b.

Minutus, a, um. angustus. paruus.)(. Grandis. Partit. 253 d, Nihil nimis enucleandum, minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit. de Orat. 133 d, Genus sermonis exile, aridum, concisum, minutũ, & fractum. de Clar. 191 b, Or. 200 b, Concisus numeris minutis Thrasymachus. & 220 d, Minutos numeros sequi. de Di. 88 b, Chrysippus multa & minuta somnia collegit, sed exemplis grandioribus decuit uti. Aca. 30 b, Minutorum opusculorum fabricator. de Clar. 188 d, Orator præstat minutis

Universidad de Deusto
Biblioteca

minutis imperatoribus.de Diuin.93 b, Qui ut rationem non redderet, tamẽ hos minutos philosophos uinceret. & de Finib. 61 a, Ecce autem alij minuti & angusti. & de Orator.153 b, Minutæ & angustæ concertationes. de Orat.158 b, & Orat. 205 d, Vt cum grandem orationem pro magna, minutum animũ pro paruo dicimus. Amic. 116 d, Cato minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit.

Mirabilis, le. admirabilis, mirificus, mirandus. Par. 122 b, Nec hoc est tam re, quàm dictu inopinatum atq; mirabile. pro Li. 138 b, Hæc non modò mirabilia sunt, sed prodigijs similia. de Orat. 161 d, Mirabile est cum plurimum in faciendo interfit inter doctum & rudem, quàm non multum differat in iudicando. de Diuin. 117 d, Mirabile est, quomodo, &c. & 122 d, Atq; hæc ostẽtorum genera mirabile nihil habent. Or. 200 b, Quò magis sunt Herodotus Thucydidesq; mirabiles, qui, &c. Top. 226 b, Mirabilis copia dicendi. de Ora. 126 d, Ac ne fortè hoc magnum & mirabile uideatur, &c.

Mirabilitas, tis. admiratio. de Offic. lib. 2, Ergo & hæc animi despicientia mirabilitatem magnam facit.

Mirabiliter, admirabiliter, mirandum in modũ, mirè, mirificè, quod mirandum sit. Ep. 57 b, & 130 d, Omnes mirabiliter de te & loquuntur & sentiunt. At. 39 b, Mirabiliter enim morosus est. de Or. 92 b, Qui mirabilius et magnificentius augere posset atq; ornare quæ uellet.

Miracula, orum. prodigia, portenta. de Na. 5 b, Portenta & miracula non differentium philosophorum, sed, etc.

Mirandus, a, um. mirabilis, admirabilis, habẽs aliquid admirationis.)(. Nihil mirabile habens. I.V. 249 b, Opus ingens, in mirandam altitudinem depressum. & Ep. 40 b, Quæ minimè mihi mirãda acciderunt. Att. 140 d, Mirandum enim in modum Cn. noster Syllani regni similitudinem concupiuit. de N. 72 d, In enodandis nominibus quod mirandum sit laboratis.

Miratio, onis. admiratio. de Diu. 118 b, Causarum ignoratio in re noua mirationem facit.

Mirè, mirabiliter. ad Atticum, 259 d, Puero municipia mirè fauent.

Mirificè, mirè, mirabiliter. de N. 13 b, Te ab eo mirificè diligi intelligebã. de L. 169 a, Hi de omnibus rebus mirificè congruunt. & Acad. 2 d, Mirificè delectari aliqua re. Attic. 33 b, Tantum doleo, ac mirificè quidem. & 77 d, Nam omnes mirificè συμφιλοδοξοῦσι gloriæ meæ.

Mirificus, a, um. mirus, mirabilis. de Diu. 117 b, Sed te mirificam in latebram coniecisti. Att. 9 d, Cato conuicium Pisoni mirificum fecit. & 10 b, Spectator pugnarum mirificarum. Ep. 43 b, Mirificam q; cœpi uoluptatem. Att. 228 d, Agere mirificas gratias alicui. At. 77 d, Lepta noster mirificus.

Mirmillo, onis. gladiator. Philip. 5 & 6, Etiam'ne ab hoc mirmillone Asiatico Senatus mandata, &c. audiuntur? Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator. I.A. 189 b, L. Frater qui mirmillo Mylasis depugnarat. I. A. 198 d.

Miror, aris. admiror, demiror, mihi mirũ uel mirabile uel admirandum uidetur, stupesco, obstupesco. de Inu. 62 b, Cum puerorum formas magno hic opere miraretur. At. 158 b, & Epi. 189 b, Mirari satis hominis negligentiam non queo. de Ar. 154 b, Atq; ego hunc non miror, quid

enim faciat? at illos homines sapientissimos miror, &c. Offic. 45 d, In his infinitis simpulis nihil hominem magnopere mirantur. de Or. 113 b, Id meherculè, inquit Catulus admirans, illud iam mirari desino, quod multo magis antè mirabar, hunc cum hæc nesciret, in dicẽdo posse tantũ. At. 165 d, & 169 b, Soleo mirari de nescio queis HS. XX. de Di. 119 a, Cato mirari se dicebat quòd non rideret aruspex aruspicem cum uidisset. de Clar. 172 d, Quod mirari non possum in eis qui nihil scripserint. At. 130 d, Miror quid causæ fuerit, quare cõsilium mutaris. & ibi. Miror te ad me nihil scribere. pro S.R. 18 b, Miror quid sit, quod, &c. Off. 44 b, Miror quid in mentẽ uenerit Theophrasto, in eo libro, etc. de Di. 82 b, Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera. de Am. 106 b, Quanquã miror in illa superbia si quenquam amicũ habere potuit. de N. 20 b, Equidem satis mirari nõ possum, unde, &c. Or. 197 b, Miror quid hæc ad te pertineant. in Vat. 135 d, Sed ne miremini quæ ratione, &c. de Ora. 89 b, Enimuero, inquit Crassus, mirari satis non queo etiã te, etc. in V. 55 d, Si quis fortè miratur, me, &c. is si cognoscet, &c. putabit, etc. de Or. 86 b, Quum obrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentiæ paucitatis. & At. 244 b, Sed tamen ne miraretur, cum idem iterũ facerem, hoc causæ sumpsi, quòd ex ipso coram antea nihil potuissem cognoscere. et 264 b, Non dubito quin mirêre, atq; etiam stomachêre.

Mirus, a, um. Ep. 24 d, Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile meorum. & ibid. De paucitate agitur, &c. sed mira paucitas est. de Or. 125 d, Hoc igitur mirũ quidam ualet. Or. 204 d, Sales qui in dicendo mirũ quam ualent. aliter nimium. Epi. 162 d, Minimè mirum tibi debet uideri, me, &c. de Ora. 103 d, Per mihi mirum usum est, te, etc. pro Rab. 95 b, Mihi mirum uidetur, unde, etc. de Ar. 545 d, Nec mirum si hoc uobis ridiculũ uidetur, &c. pro S.R. 26 b, Nec mirum, qui, &c. quippe qui, etc. pro S.R. 22 d, Neq; enim mirum si aliquid non animaduertat. in Ver. 135 d, Nec mirum omnibus, &c. de Orat. lib. 2, Mirum ni cantem.

Misanthropos. L. Timon.

Misceo, sces. permisceo, turbo, perturbo, cõfundo, tempero, pocula ministro. de Le. 188 d, Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. contra Rul. 84 b, Qui imperijs rempublicam miscerent. in Cat. 119 d, Noua quædam misceri & concitari mala. Parad. 231 b, Maximeq; mouet ea quæ animi motum aliquem mouet ordinatio. pro S.R. 33 b, In tenebris ruebãt, omniaq; miscebãt. de Arusp. 254 b, Miscere & turbare omnia. Tus. 226 d, Manus mihi miscendum malum. Or. 216 d, & ibi. Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram misceri oporteat, dicendum est. Orat. 216 d, In perpetua oratione bi sunt inter se miscendi et temperandi pedes. Of. 76 b, Aliquid ex dissimilibus rebus miscere et temperari. in Ant. 155 d, Parentalia cum supplicationibus misceri. de Diuinat. 93 b, Vt cum matre corpus misceretur. de Diuin. 126 d, Sortes quæ pueri mathi miscentur atq; ducuntur. de Natu. 16 d, Ruhor mixtus candore. de Natu. 31 d, Aer multo calore admistus est. & ibid. Aquæ admistum esse calorem. de Fin. 67 b, Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens.

Miselius, li. Attic. libro 1, Meum Ciceronem cui nihil misello

sello relinquo, &c. tuere quoad poteris. Ep. li. 14, Illius miselle & matrimonio & famæ seruiendum est.

Misenus, uel Misenum, ni. promontorium, & portus Italiæ, ad Caietam, à Miseno tubicine Aeneæ ibi sepulto appellatus. pro Pomp. 10 d, I.A. 169 b, de Or. 114 d.

Miser, a, um. calamitosus, ærumnosus, infelix, afflictus, pro stratus, iacens, qui in miseria est. Par. 234 b, Nihil tam miserabile, quàm ex beato miser. pro Planc. 277 d, Ego miseris & laborantibus nihil negare possum. Attic. 275 d, Miserorũ fortunam insectari. Par. 118 b, Aerumnosus, infelix, miser. & pro Quint. 17 b, Miser atque infelix. pro S.R. 31 d, Res misera & calamitosa. I.C. 120 b, Hæc mihi uidentur misera atq; miseranda. pro Cl. 19 d, Spero locum hunc eius fortunæ miseræ multum q; iactatæ portum futurum. pro Flac. 161 d, Cur unus tu Apollonienses habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam. in Ant. 232 d, Qui magnos dolores perferunt, hos non miseros, sed laboriosos solemus dicere. At. 725 d, Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius.

Miserabilis, le. Miserandus. Par. 234 b, Nihil tam miserabile, quàm ex beato miser. de Or. 126 b, Non solum miserabilis, sed etiam irridẽda fuisset oratio mea. I.A. 174 d, Auctionis miserabilis aspectus. pro Dom. 125 d, Cum eius squalor inauditus omnibus mortalibus miserabilis uidebatur. de Or. 126 d, & Or. 202 d, Vox ad miserabilem sonum inflexa. de Fin. 78 b, Casus miserabilis.

Miserabiliter. miserandum in modum. Tus. 169 d, Nõ miserabiliter uir clarus emoritur. At. 226 d, At Cæsar in foro combustus, laudatusq; miserabiliter. At. lib. 10, M. Cæli quidem epistolam scriptam miserabiliter, &c.

Miserandus, a, um. miserabilis. de Or. 98 b, Aliquem ita labi, ut alijs miserandus, alijs irridendus esse uideatur. de Or. 134 b, Oratio tua omnib. miseranda uisa est. in Cat. 110 b, Hæc mihi uidentur misera atq; miserãda. de Pro. 70 d, Miserandum in modum necari.

Miseratio, onis. commiseratio, misericordia. Orat. 209 d, Miseratione mens iudicum permouenda est. in Ant. 177 b, Tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio, Rutil. 234 b, Odia incitantur, & miseratio nascitur. de Ora. 126 b, Non fuit hæc sine meis lachrymis, non sine dolore magno miseratio. de Clar. 171 b, Miserationi bus, & communibus locis uti. Epi. 68 d, Quem enim non strum moriens Epaminundas non cum quadam miseratione delectat.

Miserè. de Fi. 100 b, Ad beatè miserèue uiuẽdum. Att. 113 b, Ego quod sciremus utrum turpe pace nobis, an miserè bello esset utendum, in Formiano esse uolui, &c.

Misereor, eris. me miseret, misericordiã alicui tribuo uel impartior, misericordia alicuius me tenet, alicuius supplicio misericordia commoueor. Tus. 213 d, I.V. 90 b, Aliquid te queso in lices, et aliquando miseremini sociorũ. At. 57 b, Qui misereri mei debent, non desinunt inuidere. et ad Her. 40 b, Miserere nostri. ad Her. 5 d, Et tamen postulat ut sui misereantur. de In. 52 d, Vt maioribus assurgatur, ut supplicium misereatur. Ep. 112 d, Vsq; eò, ut ego misererer eius fœturi. et Ep. 85 d, Et miserere temporis. & At. 286 b, Miserebor uestri. Ep. 54 b, Nec eam minus diligere debes, sed miserari potius.

Miseret, bat. de Diuin. 94 b, & I.A. 177 b, Mea mater tui

me miseret, mei piget. pro Lig. 138 b, Caue te fratrũ pro fratris salute obsecrantium misereat. pro Mil. 119 b, Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant.

Miseria, riæ. calamitas, ærumna. de Fin. 147 d, Vbi est uirtus, ibi esse miseria & ærumna non potest. Par. 119 d, & Tus. 196 b, Te miseriæ, te ærumnæ premunt omnes. Antequàm. 196 b, In meis miserijs & calamitatib. aliquam ferte opẽ. de Diu. 126 b, Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt. I.A. 165 d, Quorũ si utrumuis persuasissem, in has miserias nunquam incidisse mus. de Fi. 100 d, Item qui processit aliquantum ad uirtutis aditum, nihilominus in miseria est.

Misericordia, diæ. miseratio, clementia.)(. Inuidia, inuidẽtia. Tus. 212 b, & 213 d, Misericordia est ægritudo ex miseria alterius inuidia laborantis. & 194 b, Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secũdis. pro Rab. P. 130 d, Nam in eum cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæsita est. pro Planc. 259 b, Peto à uobis, ut ei uestram misericordiam me deprecante tribuatis. pro Mil. 119 b, Oro uos, ut misericordiam tribuatis fortissimo uiro. pro Qu. 18 d, Quintius Sex. Næuium obsecrauit, ut aliquãdo misericordiam caperet aliquam, si non propinquitatis at ætatis suæ. Postquam. 198 d, Vt aliquando uos memoria mei misericordia desideriũq; teneret. I.A. 176 b, At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abijciebas. pro Rab. 91 b, Obsecro adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in reipublicæ salute sapientiam. Attic. 280 d, Impartiri misericordiã alicui. pro Mil. 119 b, Implorare & exposcere misericordiam. pro Pomp. 8 b, Afflictæ regum fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad misericordiam. de Or. 126 b, Nõ prius sum conatus misericordiam alijs cõmouere, quàm misericordia sum ipse captus. οἶκτος δὲ ἔλεος λαβὼν ἀπαντᾷ. pro Clu. 22 b, Omnes odio Oppianici & illius adolescentis misericordia commouentur. & Epi. 28 b, Misericordia commoueri At. 165 d, Nihil est filio meo tractabilius, cuius misericordia languidiora adhuc consilia cepi. At. 109 b, Et sic frangor sæpe misericordia puerorũ. Posth. 280 d, & pro Lig. Vir clementia & misericordia singulari. de Ora. 89 b, Mentes ad lenitatem misericordiamq; reuocare. pro Mu. 145 d, Misericordiam spoliatio consulatus magnã habere debet. pro Rab. 95 b, Qui hominis seditiosi imagine desideria imperatorum miseri cordia cõmoueret. I.C. 100 b, Vt misericordia permotus esse uidear. Tus. 213 d, Nemo proditoris supplicio misericordia commouetur. pro Mur. 139 b, Misericordia cõmotus ne sis, sed tamen est laus aliqua humanitatis. Qu. Fr. 301 b, Misericordia moueo. de Ora. 194 d, Concitare misericordiam populo. de Orat 134 b, Oratores in epilogo misericordiam mouent. pro S.R. 42 b, Prædia mea tu possides, ego aliena misericordia uiuo. pro Mil. 119 b, Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant. pro Deio. 151 d, Non debeo tentare, quo'nam modo dicendo misericordiam tuam commouere possim: ipsa enim occurrere solet supplicibus, nulla oratione euocata.

Misericors, dis. clemens, cuius animus alieno incommodo commouetur. pro Sest. 42 b, Vir bonus, fortis & misericors.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fericors. pro Cec. 290 d, Testis qui in re misericordem se præbuit, & in testimonio religiosum. pro Lig. 139 b, Cum etiam bi quib. ipse ignouisti, nolmt te in alios esse misericordem. de In. 61 b, Animus auditoris mitis & misericors. ad Her. 10 b, Supplex, mansuetus, misericors. Postquam. 207 b, Aliquem semper misericordem fuisse.

Miseror, aris. commiseror.)(. Inuideo. pro Muren. 137 d, Non queo satis huius euētum fortunamq; miserari. pro Mu. 145 d, Quare quid inuidendum Murenæ sit in hoc præclaro consulatu, non uideo: qua miseranda sunt, uos perspicere potestis.

Μισογυνεία. l. Mulierositas.

Missio, onis. Att. 3 b, De literarum missione sine causa abste accusor. in Ant. 209 b, Non sine causa legatorū istam missionem semper timui. Missio, pro dimissione. Tusc. 173 b, Silenus à Mida captus hoc ei muneris p̄ sua missione dedisse dicitur. in V. 256 d, Missio remigum. Epist. 69 d, Missio ludorum.

Missus, ūs. missio. At. 124 d, VII. Calen. uesperi Balbus minor ad me uenit, occulta uia currēs ad Lentul. cos. missu Cæsaris cum literis, cum mandatis, &c.

Missus, a, um. Att. 151 d, Duo præfecti fabrum Pompeij, qui in meam potestatem uenerunt, & à me missi sunt. et ibi. Et eum statim missum feci. Attic. 130 b, Aequum est me à te impetrare, ut cohortes, quæ ex Piceno uenerūt, missum facias. Off. 74 b, Iurauitq; se illum interfecturum, nisi sibi iusiurandū dedisset, se patrem missum esse facturum. in Anton. 205 d, Easq; legiones bello confecto missas fieri placet. pro Fl. 156 b, Qui eum iudicatum nō faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est. postea missus, &c. Epist. 118 d, Quibus de causis missi fieri debeant. & ad Heren. 2 d, Si eum missum fecerimus. I. V. 256 d, Dicebat quisq; quos missos sciret esse. Attic. 134 b, Remotis siue omnino missis lictoribus. pro Sen. 26 d, Qui uoluptatibus ducuntur, missos faciant honores. in Verr. 170 d, Hos agros missos facio. pro S.R. 40 b, Sed hæc missa faciam, quæ iam facta sunt. Ora. 219 d, Missos faciant patronos, ipsi prodeant.

Mitificatus, concoctus, mitigatus. de Di. 120 d, In omne corpus diuiso, & mitificato cibo, gallos cantus edere. Legitur etiam modificato.

Mithridates, rex Ponti. pro Pomp. 5 d.

Mithridaticus, a, um. pro Pompeio, 5 b, Mithridaticum bellum.

Mitigatio, onis. del. mitio, excusatio. ad Herennium, 35 b, Licētia si nimium uidebitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

Mitigatus, a. um. placatus. Ep. 78 d, Is magna signa dedit animi erga te mitigati.

Mitigo, as. mitiorem facio, lenio, placo, sedo. flecto. Epi. 17 b, Eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges. & 81 b, Me ipsum longinquitas temporis mitigauit. de Orat. 144 d, Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur. de Le. 177 d, Qui ex agresti uita exculti ad humanitatem mitigati sumus. Attic. 45 b, Dolores mitigantur uetustate. de Ora. 130 b, Risus tristiciam mitigat & relaxat. de Or. 102 d, Populum excitatum in bonos mitigare. de Or. 137 d, Inuidiam extenuando mitigare. pro Corn. 67 d, & Epi. 78 d, Quanquam istorum animos, qui ipsi Cornelio inuident, nō est difficillimum

mitigare. & de Inuent. 47 b, Animus erga aliquem mitigatus. Ora. 209 d, Irasci.)(. Mitigari. pro Mur. 139 b, Ac te iam usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. pro Cæl. 33 b, Iam ætas omnia, iam res, iam dies mitigabit. de Na. 59 b, Materia autem, &c. ad mitigandum cibū utimur. Q. Fr. 294 d, Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

Mitis, mite. lenis, mansuetus. At. 68 d, Nihil tam uidi mite, nihil tam placatū, quantum erat frater meus in sororē tuam. pro Mu. 138 b, Accessit his tot doctrina non mole rata, nec mitis, sed paulo asperior ac durior. & de Sene. 82 b, Compta oratio ac mitis. de Cl. 191 b, Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset ac mitior. de Inu. 61 b, Animus auditoris mitis & misericors. Tuscul. 186 b, Patientia dolorem mitiorem facit. de Inu. 42 b, Mitis & mansuetus.)(. Ferus & immanis. in Cat. 120 d, Homo mitissimus atq; lenissimus. At. 100 d, Auster lenissimus & mitis.

Mitra, træ. redimiculum, muliebre capitis ornamentū quod. de Ar. 254 d, P. Claudius à comitatu mitra, &c. factus est popularis.

Mitrella, læ. alias Mitella. pro R.P. 126 b, Deliciarum causa quosdam cum mitrella sæpe uidemus.

Mitto, tis. allego, iacio, missum facio. Attic. 71 d, Quotidie uel potius in singulos dies breuiores literas ad te mitto. Attic. 94 b, Velim obuias mihi literas quàm argutissimas de omnibus rebus crebrò mittas. Ad Atticum, 116 b, Cæsaris literarū exemplum tibi misi, rogaras enim. At. 139 b, Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse. de Pro. 74 d, Mittere literas ad aliquem de suis reb. & Attic. 196 b, Itaq; misi librum ad Muscam. de Senect. 77 b, Hunc uerò librum de Senectute ad te misimus. Epi. 151 d, Paulo pòst idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, & quas publicè. Epist. 151 d, Exteris quas mihi misisti. &c. Ep. 17 b, Quod rogas ut mea tibi scripta mittam, &c. de Natur. 46 d, Luna eam lucē quam à sole accepit, mittit in terras. de Cl. 169 d, Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis missus orator. in A. 155 d, Cumq; langueremus de uia, misi pro amicitia qui hoc diceret, &c. Or. 205 d, Iacere ac mittere ridicula. pro Cl. 35 d, Mittere in consilium. Att. 84 d, Mittere sanguinem. pro Sest. 12 d, Vocem proreptumque misit. pro Flac. 147 d, Vox de quæstura nulla missa est. in Pis. 89 b, Mitto de amissa maxima parte exercitus. de Cl. 170 d, At quem uirum dij boni! mitto cinū, amisenatorem, &c. quis illo grauior? Att. 115 d, b, Mitto illā fugam, &c. cætera per occupationem. pro Muren. 132 d, Mitto prælia, prætereo, &c. pro Mi. 116 d, Vota enim ferceratis, ut in eos se potius mitteret, quā in uestras possessiones. Att. 24 b, Feci sti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me misisti. & 101 d, Mitto alia, quæ audio multa, mitto furta, etc. et 125 b, Memini librū afferri à Demetrio Magnete, ad te missū scio. περὶ ὑψους eum uelim mihi mittas. & 129 d, Demetrij Magnetis librum quem ad te misit de concordia, uelim mihi mittas. & 220 b, Laudationem Portiæ tibi misi correctam, &c. Ep. 22 d, Quid tu me hoc tibi mandasse existimas, mihi gladiatorū compositiones, ut uadimonia dilata, & Chresti cōpilationem mitteres? Ep. 259 b, Curio misit medico honos haberetur, & tibi daret quod opus esset,

me cui

me cui iussisset curaturum. Mittere, pro scribere. l. Compilatio. Att. 284 b, Particulam literarum tuarum, quas misisti Octauio, legi missam ab Attico mihi.

Mitylene, nes. siue Mitylenæ, arum. urbs in Lesbo. contra Rull. 74 d, Quid Mitylenæ, quæ certè uestræ Quirites belli lege ac victoriæ iure factæ sunt: urbs & natura & situ & descriptione ædificiorum et pulchritudine in primis nobilis, agri iucundi & fertiles, &c. & Tusc. 164. de D. 95.

Mitylenæi. At. 73 b, Dicrota Mitylenæorum. & 106.

Mixtus, a, um. uel mistus, a, um. concretus, confusus. de Vn. 202 d, Voluptate & molestia mixtus amor. et de N. 164, Ille fusus & candore mixtus rubor. Off. 43 d, Sic est in oratione mista modestiæ grauitas. I. C. 208 b, 109 d, Quartum genus sanè uarium & mixtum & turbulentum. Tusc. 237 d, Si ea mixta ex dissimilibus erunt.

Mnemonica, corum. præcepta de memoria. ad Her. 21 & 23 b.

Mnemosyne, nes. de Nat. 70 d, Secundæ Musæ, Ioue ter tio & Mnemosyne procreatæ nouem.

Mobilis, mobile. uolaticus, uolubilis, argutus, quod modò huc, modò illuc transfertur.)(. Constans, stabilis. de N. 54 b, Natura oculos fecit lubricos & mobiles. de N. 32 d, Mundi feruor ille purior, perlucidior, mobiliorq;. & ibi. Ardor mobilissimus. pro Qu. R. 53 d, Constans.)(. Mobilis. pro Dom. 243 d, Caduca semper et mobilia hæc esse duxi. Ep. 59 d, Tetamen mobili in me meosq; animo esse non sperabam. & 61 d, Nec in te animo fui mobili, sed ita stabili, ut, &c.

Mobilitas, tis. motus, inconstantia. de Nat. 34 d, Sidera animalia sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse. de Or. 95 d, Linguæ mobilitas, celeritas uerborū. Item, Quid est inconstantia, mobilitate, leuitate turpius?

Mobiliter. de Nat. 30 d, Cum eor animantis euulsum, ita mobiliter palpitaret. & de D. 35 d, Animus mobiliter agitatus.

Moderatè. modestè, modicè. contra Rull. 46 d, Qui copiam rerum moderatè ferre non possunt. de Or. 112 b, Si amiserit, moderatius tulisse. et Ep. 78, Omnia humana placatè & moderatè feramus. pro Syl. 168 b, Autogenus Isocrates moderatius temperauit. Off. 36 b, Iis quibus cum congregamur, uti moderatè & scienter. de Fimib. 49 d, Qui moderatius id uolunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant.

Moderatio, onis. temperātia, temperatio, mediocritas, modus. de N. 44 b, Conflagrare terras necesse sit à tantis aydoribus, moderatione & temperatione sublata. 77 d, Mundi diuina in homines moderatio, de Diu. 128 d, Hoc temperatio lunæ cœliq; moderatio efficit. pro Cæl. 46 b, Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioq; teneatur, parcat iuuentus pudicitiæ suæ, &c. Off. 71 b, Altera in confirmatione & moderatione continentiæ & temperantiæ cernitur. de Or. 111 b, Languētis populi incitatio et effrenati moderatio. pro Sest. 19 b, Quæ etiam collegæ eius moderatio de me? de Or. 130 b, Adhibenda est etiam in iocando moderatio. pro Fl. 152 b, Tempestatum moderatio atq; conuersio. Orat. 202 b, Tum oculorum est quædam magna moderatio. contra Rul. 66 d, Quare adhibebitur à me certa ratio

moderatioq; dicēdi. de Or. 107 b, Histrio adstrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. & 132 b, Temporis igitur ratio & ipsius dicacitatis, et temperantia, & raritas dictorum distinguet oratorem à scurra. pro Dom. 243 d, Etenim ad nostrum usum propemodum iam est definita moderatio rei familiaris. de Orat. 140 d, Bonitas & moderatio.)(. Superbia ac libido. Of. 20 d, Ordo & constantia & moderatio dictorum omnium atq; factorum. Off. 4 b, Ordo autē & constantia & moderatio, etc. de Sen. 77 d, Noui enim moderationem & grauitatē animi tui. & Ep. 133 d, Tua moderatio et grauitas. At. 183 d, Moderatione paulò minus temperatus. Off. 19 b, Vt in eo moderatio & temperantia appareat cū specie quadam liberali. In An. 162 b, Si meā in dicendo moderationem modestiamq; cognoscitis.

Moderator, oris. rector, gubernator. de Orat. 44 d, Rector & moderator, & tanquam architectus tanti operis. Ora. 203 d, Moderator ille & quasi temperator huius uarietatis. Par. 230 b, Disceptator: id est, rei sententiæq; moderator. Or. 207 d, Eloquens sit personarum temporumq; moderator. Tusc. 162 d, Sol moderator & dux temporum. de Som. 128 b, Sol dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum. de L. 172 b, Dominos esse omnium rerum & moderatores deos. Ep. 20 b, Ventorum moderator quidam, & quasi gubernator. Epist. 16 b, Tu eris omnium moderator consiliorum meorum.

Moderatrix, cis. de N. 78 b, Diuina prouidentia fictrix et moderatrix materiæ. pro Fl. 158 d, Curia moderatrix officij. & de In. 43 d, & Tusc. 236 b, Temperantia est moderatrix omnium commotionū. In A. 204 d, Cæsar rempub. sibi iudicem constituit, & moderatricem omnium factorum. Or. 199 d, Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia.

Moderatus, a, um. temperatus, æquabilis, cōstans. de Or. 123 d, Ego istā studia nō improbo, moderata modò sint. I. A. 168 d, Id magno argumento sit, me in utroq; fuisse moderatum. pro Mur. 138 b, Doctrina non moderata, nec mitis, sed paulo asperior ac durior, quàm, etc. de D. 83 b, Qui moderato cultu atq; victu quieti se tradiderit. pro Mur. 139 d, Nostri illi moderati et temperati homines, &c. et ibi. Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. Par. 120 b, Vita quæ omni gestu moderatior, omni uersu aptior esse debet. pro Mur. 127 d, Conuiuium moderatum atq; honestum. de Claris Or. 165 b, Ocium moderatum & honestum. Orat. 202 d, Excursio moderata eaq; rara. Et moderata ingressio. l. Temperatus. Ep. 199 b, Temperati moderatiq; mores. pro Cor. 56 b, & Acad. 45 d, Vir castus, moderatus, sanctus. pro Font. 280 b, Cupidus.)(. Moderatus. de Orat. 152 d, Vinguentum moderatum. In An. 189 d, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. de Or. 111 b, Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri potest. & Quint. Fr. 294 d, Vir natura ipsa moderatus.

Modero, as. de L. 147 d, Populares lætitiam in cantu et fidibus & tibijs moderanto.

Moderor, aris. modero, modū adhibeo, tempero, gubernо, certa ratione guberno, metior, moderationem adhibeo. de Or. 86 b, Actio uocis conformatione moderāda est. Tus. 248 b, Tibicines, ijsq; qui fidib. utūtur, suo non

Universidad de Deusto
Biblioteca

multitudinis arbitrio cantus numerosq; moderantur. de Or.131 b, Tempus igitur dicendi prudentia & grauitate moderabimur. Epist.21 d, Te hortor ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. de N.79 a, Deus cœlum uersans, terram tuens, maria moderans. Ac.30 b, Mens, quæ omnia moderetur, moueat, regat. de D.127 a, Cum ortus nascentium luna moderetur. de Or.104 b, Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem tradidit. In V.199 a, Venti et tempestates res rusticas moderantur. de Nat.1 a, Quæstio ad moderandam religionem necessaria. de In.51 b, Moderari nauim ex scapha. Par.216 b, Regere, gubernare, moderari. pro Cor.67 b, Sententiam aliquam tanquam nauigium aliquod ex repub. tempestate moderari. pro Fl.148 b, Noster testis se ipse sustentat, omnia uerba moderatur. pro Syl.182 a, Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusq;. de Ar.245 a, Atq; hoc si moderetur & cogitet, si contetus sit, etc. de Or.115 a, Iudex est omni ratione ad tepus, ad causam oratione moderandus. Or.202 a, Trunco magis toto se ipse moderans. pro Cæl.38 b, Tecũ agã leuius, quòd pudor tuus moderatur orationi meæ. pro Fl.162 b, Lurco moderatus est in testimonio dicendo religioni suæ. Or.201 b, Causæ, quibus totis moderatur oratio. At.80 b, Quinto togam puram iubebo dari, cui Deiotarus moderatur. de Orat. Oratio sine uinculis sibi ipsa moderatur. Par.231 a, Auditorũ aures moderantur oratori prudenti. In V.169 b, Sentio iudices moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamq; uestram satietatẽ. Tusc.242 a, Causæ, quibus ratio moderatur. de Fin.81 b, Moderari cõsilia sua officio. Ep.114. b, Nã si hoc more moderari possemus, ut, etc. Sall. in Cic.270 b, Cicero ita moderatur in hoc ordine quasi unus, &c. de Orat. 94 d, Quanquã moderabor ipse, ne, etc. Qu. Fr.297 b, Moderari uerò animo & orationi, cum sis iratus, non mediocris ingenij est. Off.28 b, Quæ pertinẽt ad liberalẽ speciẽ et dignitatẽ, moderãda sunt. I.A.261 b, Sententia suã nõ semper utilitate reip. sed cum spe, tũ meitu moderari.

Modestè. *moderatè. In Sal.275 a, At in prætura modestè se gessit & abstinenter. et de Leg.184 b, Modestè parêre. contra Rul. 94 d, In ea uestri isti satellites modestè insolentiam suam continebunt.*

Modestia, *stiæ. moderatio, pudor, frugalitas. Offic. 4 a, Omnium quæ fiunt, quæq; dicuntur, ordo & motus, in quo inest modestia & temperantia. ad Her.16 b, Modestia est, in animo continẽs moderatio cupiditatum. Off. 28 b, Modestia, quo in uerbo modus inest. de In. 82 b, Modestia est, per quam pudor honestus clarum & stabilem comparat autoritatem. At.104 b, Tyronem propter humanitatem & modestiã malo saluum, quàm propter usum meum. Ep.180 b, Vitæ modestia non parum ualet contra falsos rumores. In P.81 a, Seueritas cẽsoria magistra pudoris & modestiæ. de D.94 b, Virginalis modestia. ad Her.17 a, Modestia.)(. Inertia & dissoluta negligentia. Off.10 a, Qui uirtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, iustitia. Off.28 b, Modestia sic definitur à Stoicis, ut sit sciẽtia earum rerũ quæ agentur aut dicentur, loco suo collocãdarum. Off.29 a, Modestia est scientia opportunitatis, idoneorum ad agendum temporum. Of.43 a, Si inest in oratione mixta modestiæ grauitas, nil admirabilius fieri potest. I.A.262 b, Si meam in dicendo moderationem modestiamq; cognoscitis.*

Modestus, *a, um. commodus, sui cognoscens.)(. Immodestus. Ep.299 a, Homo frugi & modestus. & Att.214 d, & 227 d, Modestus & frugi uir. Ep.208 a, Nam & modestum hominem cognosces & prudentem. Att.150 d, Pulsus est modestior Rex, & probior, et integrior. pro Mur.136 b, Adolescentia modestissima. pro Pl.264 d, Adolescentis modestissimi pudor. cõtra Rull.82 b, Plebs optima, & modestissimi mores.*

Modicè. *moderatè, mediocriter. Att.33 d, Mimæ, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt, pro Syl.182 d, Quanquam à me de ea timidè modicèq; dicetur. de Or. 96 d, Modicè & scienter uti aliqua re. de Cla.155 d, & I.A.232 d, & de Fin.58 b, Modicè ferre aliquod malum. Part.236 d, Genere breuiter modicèq; laudato. Ep.49 a, Sed quoniam is fortasse arbitraretur, me hanc rempublicam non putare, si perpetuò facerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum.*

Morosus, a, um. difficilis, inhumanus, importunus. Epist. 102 d, Morosi sunt, qui amant. Or.206 d, Vsq; eo difficiles et morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. At.7 b, & de Or.132 d, Genus cauillandi morosum. At.39 d, Mirabiliter enim morosus est, aliter, moratus. de Se.90 b, At sunt morosi, anxij, iracundi, et difficiles senes. At.134 b, Stomachosa et submorosa ridicula. et ib. Homo morosus. & Q.F.309 b, In defendendo moroso homini cumulatissimè satisfecimus.

Mors, tis, interitus, occasus, fatum, lethum, necessitas, exitus, funus, discessus, supremus alicuius dies, discessus è uita, excessus è uita, extremus uitæ dies, extremus spiritus, excessus, fatũ mortis, fatũ extremũ, fatũ supremũ, dissolutio naturæ. Tusc. 152 d, Sunt qui discessum animi à corpore putant esse mortem, sunt qui nullũ censeant fieri discessum, sed unà animũ & corpus occidere, animumq; cum corpore extingui. Tusc.169 b, Mortem esse migrationem in eas oras, quas qui è uita excesserunt, incolunt. Tusc. 154 d, Mortem non interitum esse omnia tollentem atq; delentem, sed quandam quasi migrationẽ cõmutationemq; uitæ. & 168 d, Somnus est imaginem mortis. pro Sest.13 b, Cum sit omnib. definita mors, go optandum est, ut uita quæ necessitati debetur, patriæ potius donata, quàm reseruata naturæ uideatur. et pro Pl. 278 b, Si me uis aliqua morbi, aut natura ipsa consumpsisset, tamen, & c. pro Mil.121 d, Mortem, naturæ finẽ esse, non pœnam. pro Quin. 9 d, Mors honesta sæpe uitam turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honestæ locũ relinquit. I.C.118 b, Nec enim turpis mors forti uiro potest accidere, neq; immatura consulari, nec misera sapienti. de Le.162 d, & de Fin.135 b, Mors fugitur quasi dissolutio naturæ. Ep.93 b, Omniũ rerũ mors est extremum. I.A.163 b, Mortẽ omnib. natura proposuit. Of.16 b, Mors seruituti turpitudiniq; anteponenda est. Antequã. 196 d, Neq; enim mors miseranda est, quæ ob remp. capitur. I.C. 123 d, Mors, quam illi mihi minitantur, omnibus est parata. & de Senect. 91 d, Omni ætati mors est communis. Tusc.168 d, Mors propter incertos casus quotidie imminet, & propter uitæ breuitatẽ num quam longè potest abesse. de Fin.161 d, Mors quæ quasi saxum Tantalo semper impendet. I.C.119 d, Mortẽ à dijs immortalibus non esse supplicij causa constitutam, sed aut necessitatem naturæ, aut laborũ aut miseriarum finem esse: itaq; eam sapientes nũquam inuiti, fortes etiã sæpe libenter appetiuerunt. Ep.180 d, Nunquã honesta mors fugienda, sæpe etiam appetẽda est. I.A.219 b, Turpis fuga mortis, omni est morte peior. de Fi.83 d, Præclaræ mortes sunt imperatoriæ. Ep. 56 d, Et cui inimici propter dignitatẽ pepercerãt, inuctus est amicus, qui ei mortem afferret. pro S.R.24 b, Qui mortem obtulerit parẽti. Ep.56 d, Vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. pro Cl.53 b, Homines inimicos suos morte affici uolũt. de Cl.173 b, Carbo mortem uoluntaria se à seueritate iudicũ uindicauit. I. A.203 b, Alexander tertio & trigesimo anno mortẽ obijt. Græchi immaturus interitus. I. immaturus. I. V. 179 b, Cõscire mortẽ sibijpsi. & ibid. Dyrrhachinum bellũ oppetisse. Tusc. 173 b, Mortes oppetitæ. & pro Sest.21 d, Morte obita. Tusc.169 d, Mitti ad mortẽ. et 170 d, Duci ad mortẽ. de Fi.102 b, Excessus è uitâ.)(. Mãsio in uita. Tusc.263 b, Supremus uitæ dies. & 174 d, Supremus ille dies. de Fi.85 b, In extremo spiritu. et Tusc.167 b, Post extremũ spiritũ. Off.47 b, Patrocinio uero se usus aut clientes appellari moris instar putant. pro Dom.232 b, Vidi prætextatos inimicos nõdum morte complorata arbitria petentes funeris. pro Cec.287 d, Sicut is in morte sua testamento declarauit. de Se. 91 d, De morte. de Finib.86 d, Mors dissolutio. Acad.40 b, Occasus. Qu.Fra. 305 b, Lachrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt. I.A.221 b, Et huic & multis alijs mors ob rempub. habita honori fuit. & 245 b, Mors necessitatem habeat fatiuam aut ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. I. A.264 d, O fortunata mors, quæ natura debita pro patria est potissimùm reddita. de Am.97 b, Moriendi sensum celeritas ablstulit.

Morsus, sus. Of.30 b, A bestijs ictus, morsus, impetitus. et de Finib.83 b, Viperinus morsus. Tusc.186 b, Acer morsus doloris. & 212 d, Vt ægritudo quasi morsum aliquẽ doloris efficiat. Off. 37 b, Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quàm retẽtæ. At. 190 b, Recordationes quasi morsu quodam dolorem efficiunt. de Diuin. 85 b, Quid aristolochia ad morsus serpentum posit. et 82 b, Herbæ ad morsus bestiarũ. Tusc.243 b, Certare pugnis, calcibus, unguib. morsu. de Fat.149 b, Philoctetes ulceratus serpentis morsu. de Se.88 d, Et contra auium minorum morsum, munitur uallo aristarum. de Diu.121 b, Cui ferus immani laceravit uiscera morsu.

Mortalis, le. dissolubilis, quod habet naturam & conditionẽ ut mori possit. de Na.65 b, Omne animal mortale et dissolubile est. & de Vn. 201 d, Homines mortali cõditione esse generatos. et I.A.264 d, Ita pro mortali cõditione uitæ immortalitatẽ estis cõsecuti. de Se.93 b, Animum dũ in corpore mortali est, uiuere. & ibidẽ, Animum non esse mortalem. & de Na.90 d, Corpus mortale. de Le.168 b, Quod in ijs mortale & caducum, quod diuinum æternumq; sit. de Som. 128 b, & Or. 206 b, In fra autẽ nihil est iam, nisi mortale & caducũ. de N.64 d, Pluto scit mundum mortalem. de D.116 d, Natura omnium interitus atq; obitus conficit. pro D.133 d, Quod & senatus, & populus Rõ. & omnes mortales iudicarunt. I.P.100 d, Omnes mortales omnium generũ, & ætatum, & c. de N.77 b, Atq; hoc quidem omnes mortales, sic habẽt, & c. & de Fi.65 d, Omnes mortales qui ubiq; sunt. I.V.147 d, Vt omnes mortales uidere possint, & c. pro S. R.34 b, Vt ab omnib. mortalibus audacia tua cognoscereturr. pro D. 225 d, Cũ eius mœror inauditus omnibus mortalibus miserabilis uideretur. de Ar.257 d, Quis sit unus omnium mortalium sine ulla dubitatione deterrimus. Para.118 b, Quo beatius esse mortali nihil potest. Antequã. 197 b, Miserrimi mortalis casum subduit. I.V.130 d, Nemo omnium mortalium. & 272 b, et 55 d, Defendo multos mortales. pro S. R.20 d, Quæ sit omniũ mortalium expectatio, uides. Off.24 b, Fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare uidetur. pro Ra.P.127 b, Nec me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.

Mortalitas, tis. mortalis uitæ conditio, naturæ cõmunis fragilitas. de Nat. 7 d, Omne quod ortum est, mortalitas consequitur. Of.130 d, Supra mortalitatem tuam timuisti omnia tributa. pro Marcel.134 b, Casus humanos & incertos euentus ualetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimesco.

Mortifer, a, um. mortem afferẽs, perniciosus, pestifer. de Di. 94 d, Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. Tusc.163 b, Mortiferum poculum. pro Sest.12 b, Plaga insanabilis illa mortifera. & in Va.33 d, Plaga mortifera. pro Syl.181 d, Accepit P. Sylla uehemens & mortiferũ uulnus. de D.121 d, Emissio maris anguis erat mortifera Corneliæ. Acad.30 d, Cur Deus mortifera tã multa terra mariq; disperserit. de Le.272 d, Præcepta, quæ imperiti pro salutaribus mortifera conscripserunt.

Mortuus, a, um. morte deletus, sensu ac uita carẽs, qui iã nusquã est, qui ex hac uita migrauit, qui è uita excessit, consumptus.)(. Viuus. Att.195 b, Amo illum mortuum, tutor sum liberis. de Leg.182 d, Homini mortuo ne ossa legito. de Or.106 b, Si causam ageres militis, patrẽ eius dicendo à mortuis excitares. pro Quin. 9 d, Is non modò ex numero uiuorum exturbatur, sed etiã si fieri potest, infra mortuos mandatur. & Postquã. 200 d, Infra omnes mortuos mandatus esset. pro Milõ. 16 d, Inferre mortuum in domum alicuius. I.P.98 b, Cum tu quod tibi succederetur, exãguis & mortuus cõcidisti. pro Ra. 96 b, Qui sensu & uita carent. de Se.82 b, Athletæ senis lacerti mortui sunt. In Sal.272 b, Qui iã decesserũt, omniq; odio carẽt et inuidia. de Cl.168 d, Themistocles ueneno poto mortuus concidit. Qu. F.303 d, Quædam effigies spirantis mortui. pro Mil. 119 b, Excitare aliquem à mortuis.

Mos, moris. consuetudo, institutũ, disciplina, usus, ritus, modus. de Orat. 91 b, Hic enim est mos patrius Academiæ, aduersari semper omnib. in disputando. de Cl.271 d, Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. I.V.249 d, Cum omnes ut mos est, ut fieri solet, cõcurrerent. & 241 d, Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur. Acad.39 d, Vt mos admicorum est. I.V.89 b, Tum ille negauit moris esse Græcorum, ut in conuiuio uirorum accumberent mulieres. Ep.194 b, Sed quia mos est ita faciendi, rogo. Of.47 d, Quod in patrijs est morib. multorum causas gratuitò defendere. contra Rul.66 d, Est hoc in more positũ institutoq; maiorum, ut ij qui, & c. Attic.209 b, Quæ autem his temporibus scripsi, Aristotelicum morẽ habẽt. Off. 26 d, Nostro quidem more cum parentibus pueres filij non lauantur. Off. 30 d, Quæ more aguntur institutisq; ciuilibus. & pro Mu.124 d, More institutoq; maiorum, & c. pro Ce.285 d, Causam more institutoq; omnium defendi. & pro Quin.11 b, Ita tamen more & instituto per Tribunum. Of.30 d, Contra morem cõsuetudinemq; ciuilem aliquid facere. pro Cl.37 b, Nõ mos consuetudoq; seruata. pro Ce.283 d, Vis moribus facta.)(. Vis contra ius moremq; facta. & ibi. Recedere consuetudine. & 288 b, Vt de fundo Cecinna moribus dedùceretur: id est, more & consuetudine. & 290 d, Vt moribus deductio fieret. de Ora. 96 d, Et nostro more aliquando, non Rhetorico loquamur. contra Rul.71 d, Iã hoc inauditum & planè nouo more uti, etc. de Cl.176 b, Non antiquo illo more, sed hoc nostro eruditus. pro Cec.291 b, Prætor quemadmodum more et exemplo opitulari possit, nõ habebit. I. V.122 d, Hoc iniecto metu iudicibus nullo more, nullo exemplo, ecquã rem putatis esse?

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse: &c. At.159 d, Pompeius Syllano more exemplo; uincet. Or.199 d, Inclinata ululantiq; uoce Asiatico more canere. & 217 d, Placet dici omnia Isocrateo Theopõpeo; more. de Vn. 195 a, Multa sunt à nobis in Academicis, Carneadeo more & modo disputata. de Di. 98 b, Cæteros umbrarũ uagari modo. de Am. 102 d, Quidã pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt. Or. 150 a, Aristotelico more, & hoc Archesilæ modo disputare. pro Cæl. 44 d, Agere illo austero more & modo. pro Mur. 141 a, Hoc ab eius amicis more & modo factum est. I.V. 110 b, & pro Mu. 129 d, Humano modo, usitato more. Ep. 114 b, Nam si hoc more moderari possemus, ut, &c. Att. 223 b, Nostro more, ne patiamur intermitti literas. pro Fla. 148 b, Quæ accusatorio iure & more sunt facta. Ep. 182 b, Et si more magis hoc quidem scribo, quàm quo te admonendũ putẽ. pro Cæl. 45 b, More meretricio uiuere. & de In. 42 a, More bestiarum uagari. pro Q.R. 54 d, Nisi fortè tu peruerso more id facis. & Tusc. 154 b, Vitioso more effici quidpiam. de Or. 93 b, Non grauabor breuiter meo more quid quaq; de re sentiam dicere. de Fi. 66 a, Suo more loqui. & ib. Voluptas in corpore, omnium latinè loquentium more ponitur. de Or. 80 d, Dicendi ratio in medio posita, communi quodã in usu atq; hominũ more & sermone uersatur. de Se. 78 d, Gigantum more bellare cum dijs. I.V. 98 d, Fit sermo inter eos et inuitatio, ut græco more biberetur. Epi. 16 b, More Aristotelico scribere. de Orat. 109 b, Ad Græcorũ consuetudinem disputare. Tusc. 230 b, Ad eam consuetudinẽ disputauimus. Or. 201 d, Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem, &c. Hor. 42 In morem Saliũ. & pro Ar. 192 d, Iudiciali consuetudine. Of. 13 d, Apud Platonem est, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate uincendi. pro Fl. 149 d, O morem præclarum & disciplinam, quam à maiorib. accepimus. de Inu. 82 b, Perducere aliquid in morem. de Or. 116 d, Qui hoc primus in mores nostros induxit. & 151 b, Græcorũ prudentiam posse ad nostrũ morem usumq; transferri. Tusc. 230 d, Quem morẽ cum Carneades tenuisset, &c. de Fi. 64 d, Retinere morem, et reuocare morem. Ep. 75 d, Mos antiquus manet. Par. 235 a, Ius in natura sit, an in more. de Inuent. 50 b, Apud quos, quo more, cuius arbitratu sit educatus. Aca. 45 b, Virtus naturæ uel more perficta. Gerere morem alicui, & placere alicui. Att. 32 d, Vtriq; à me mos gestus est. Epi. 29 d, Sed tibi morem geßi. pro Quint. 2 d, Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. de Or. 93 b, Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse. pro Fl. 159 d, Lacedæmonij, qui soli iam tot annos unis moribus & nunquam mutatis legibus uiuunt. Epist. 199 b, Temperati moderatiq; mores. Att. 262 d, Tua singularis humanitas, suauissimiq; mores. & Epi. d, Mores perditi. At. 86 b, Dionysius mihi quidem in moribus est, pueri autem aiunt eum furenter irasci. de Finib. 127 d, Aristoteles & eius filius Nicomachus, cuius accuratè scripti de moribus libri, dicuntur esse Aristot. & 207 d, Philosophiæ pars, qua mores cõformari putantur. pro Sex. R. 24 b, Mores feros immanemq; naturam alicuius ostendere. Qu. F. 303 b, Desidero filiã, effigiem moris, sermonis, animi mei. de Or. 125 d, Mores oratoris effingit oratio. & ib. Exprimere oratione mores alicuius iustos, imte-

gros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum. pro S. R. 36 b, Totam uitam, naturam, mores; alicuius cognoscere. pro Cor. 63 d, Cæsar inueteratam quandã barbariem ex Gaditanorum morib. disciplinaq; deleuit. Off. 24 d, Plerũq; parentum præceptis imbuti, ad eorũ consuetudinem moremq; deducimur. et 60 b, Præclarum à maiorib. accepimus morem rogandi iudicis, si ea teneremus, quæ salua fide facere posßit. I.P. 86 d, Lex contra omnes leges nullo scripta more. I.A. 173 b, Quid unquã domus illa uiderat, nisi pudicum? nisi ex optimo more & sanctißima disciplina? & Para. 122 b, Suis quisq; fingitur moribus. de L. 174 d, Tamen hæc erant ferẽda more maiorum, qui tum, ut lex ualebat. pro Deio. 149 d, Imitari potius aui mores disciplinãq; debebas. de L. 178 d, Oraculum editum est, eas potißimum religiones tenendas esse, quæ essent in more maiorum.

Motio, onis. commotio, motus. de Fa. 149 d, Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, uolubilitatem autem non dedit. de Na. 36 d, Ex dißparib. motionibus magnum annũ confici. & de Vn. 200 d, Orbiũ motio transuersa. Aca. 45 d, Animi motiones atq; rationes. Tusc. 153 d.

Mosheſtia, æ. urbs, quam Græci μόψου ἐφίαν uocant. l. Mopsuhestia.

Motus, tus. motio, momentum, agitatio, pulsus, impulsus, cursus, lapsus. de Vn. 18 d, Deus motum dedit cœlo, eum qui figuratus sit aptißimus. de So. 128 d, Orbes qui uersantur retrò contrario motu atq; cœlum. & ibi. Inanimatũ est animal est, id motu cietur interiore. ibid. Inanimatũ est omne quod impulsu agitatur externo. de Di. 110 d, Sol, luna, quem motum habeat. de Nat. 30 b, Omne quod est calidũ & igneũ, cietur, & agitatur motu suo. de Na. 65 d, Natura omnia ciens motibus mutationibusq; suis. & Aca. 30 d, Tantum motum mutationemq; moliri. & de D. 128 d, In maximis motibus mutationibusq; cœli. Tusc. 202 d, Eo enim erant uultu, oratione, omni reliquo motu & statu, ut eos Argiuos diceres. de Nat. 32 d, Motus principiũ ab animis esse ductũ. de D. 95 b, Pars animi quæ sensum, quæ motũ, quæ appetitũ habet. de Off. 26 b, Motus animi turbati, quos Græci πάθη uocãt. de Cl. 172 b, Cum omnis motus animi tanquã uentus hominẽ defecerat. de Vn. 202 b, Ira, & mẽs et reliqui motus animi. de Diuinat. 135 d, Nunquam animus agitatione & motu uacuus esse potest. de Diuin. 133 b, Maiores enim quàm ulli insani efficerent motus somniantes. I.C. 110 d, Is omnes motus Catilinæ conatusq; prohibuit. de Na. 32 d, Motus principiũ ab animis esse ductum. Post. 200 d, Nullus in eorũ reditu motus municipiorũ factus est. de Ora. 127 d, Si quis motus populi factus est. pro Do. 242 d, Totius Italiæ magnificẽtiß. ille motus municipiorũq; concursus. pro Fl. 151 d, Motus quidam temerarius græculæ concionis. I.C. 105 d, Qui nullũ reip. motũ afferre poterant. de Fin. 66 d, Res quæ dulcem motum afferunt sensibus. & ibi. Tum esse in motu uoluptatem. & 67 b, Sic enim appellat hanc dulcem in motu, illam nihil dolendi in stabilitate. pro Fla. 264 d, Videtis in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione uersamur. Off. 26 d, Nã palæstrici motus pe sunt odiosiores. de Na. 86 d, Omnes animi rũ motus pernoscẽdi. de Or. 94 d, Animi atq; ingenij celeres qui

dam motus esse debent, qui, etc. Or. 109 d, Motus cogitationis celeriter agitatus. Tusc. 157 b, Momentum, pro motu. de Vn. 203 b, Vt sex motibus ueheretur antè et pone; nam & ad dextram et ad læuam, & sursum et deorsum. de Fat. 144 b, Itaq; tertius quidam motus oritur ex tra pondus & plagam, cum declinat atomus interuallo minimo. & 145 d, Esse quendam motum animi uoluntarium. de Senect. 93 b, Cum animus semper agitetur, nec principium habeat motus, quia ipse se mouet, nec finẽ quidem habebit motus. de Or. 102 b, Animorum motus aut iudicibus, aut populo dicendo miscere atq; agitare. & ibi. Vbi philosophi quidam omnino motus negant in animis ullos esse debere. Off. 26 b, Elaborandum est, ne animi motus à natura recedat. et ibi. Motus animorum duplices sunt: alteri cogitationis, alteri appetitus. Off. 27 b, Vt perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes.

Mouẽns, tis. quod est in motu.)(. Stans, manens. de Fin. 71 d, Summum bonum puer utra uoluptate dijudicabit? stante an mouente?

Moueo, es. cieo, agito, pello, impello, excito, motũ facio, motum affero, momentũ habeo, digitũ profero. de Nat. 32 d, Ex se & sua sponte moueri.)(. Agitari pulsu externo. de Nat. 37 b, Vt nosmetipsi, qui animis mouemur & sensibus. de Nat. 78 b, Hominum membra nulla contentione mentis ipsa ac uoluptate mouentur. de Diu. 126 b, Signiferi orbis unamquamq; partem, aliam alio modo mouere atq; immutare cœlum, perinde ut quæq; stellæ in his finitimisq; partibus sint quoq; tempore. de Fat. 145 d, Atomos per inane moueri grauitate et pondere. Acad. 25 b, Moueri mente ac sensibus. Orat. 220 b, Orator nõ approbationes solùm, sed admirationes, plausus, clamores mouere debet. Off. 20 d, Pulchritudo corporis mouet oculos, & delectat. et ibidem: Decorum mouet approbationem eorum quibus cum uiuitur. de Diu. 96 b, Cum signifer primi hastati signum non posset mouere loco, & pro Cecin. 292 d, Si ne quidem locò motus fuerit. ad At. 252 b, Multa me mouent in discessu, in primis quod, &c. At. 152 d, Neq; illud me mouet, &c. Epist. 84 d, Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis esse uideatur, illa me causa mouet. Att. 172 b, Quæ me causæ mouerint, quàm acerbæ, quàm nouæ, non queo scribere. de Or. 125 b, In commouendis iudicibus, ijs ipsis sensibus ad quos illos adducere uolo, permoueor. Att. 133 d, Nec me consules mouent, qui ipsi pluma aut folio faciliùs mouentur. in Ver. 209 d, Mouere castra ex aliquo loco. et uasa colligere. Ep. 77 b, Ne te moueas istinc tam infirma ualetudine. Att. 134 b, Postquam ille Canusio mouerat. & 60 d, Ego me de Cumano moui ante diem, etc. Qu. Fr. 308, Itaq; magnæ mihi res moueri uidebantur. Part. 240 d, Quæ quidem uel maximè suspicionem mouent. de Or. 132 b, Sed admirationem magis quàm risum mouet. At. 30 d, Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli. Ep. 54 d, Nõ est porrò tuum, uno sensu oculorum moueri. de Leg. 179 d, Eam petitionem comparasti, quæ & risus & querelas moueret. de Or. 104 b, Qui patris clarißimi recordatione et memoriã fletum populo moueret. de Fin. 100 d, Quia cogitationes comprehensionesq; rerum, e quibus efficiuntur artes, appetitiones mouent. Epist. 157 b, Quæ animum

meum repentè mouerunt. pro Deio. 145 b, Mouebar animo, & de salute populi Rom. extimescebam. pro Mur. 130 b, Mouere stomachum alicui.

Mouere, pellere, eijcere. I.A. 170 d, Mouere aliquem de sententia. pro Clu. 42 b, Mouere aliquem senatu. & ibi. d, Ex senatu eijci à censore. de Orat. 134 d, Mouere aliquem tribu. de Off. 67 d, Vt ueros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat. de Off. 50 d, Quinquaginta annorum possessiones mouere non nimis æquum putabat. contra Rull. 77 d, Sed moueri possessionibus amicissimis sedibus ac dijs penatibus negant oportere. Qu. Fr. 308 d, Vrgere illi ut loco nos mouerent.

Mox, quàm mox, statim. At. 157 b, Præteriit utilem meam Curio, iußitq; mihi nunciari, mox se uenturum. I.C. 98 d, Nox nulla intercesßit, mox interfectus est. de In. 73 d, Non necesse est expectare, quin mox iudicium fiat. de Fi. 108 d, De summo bono mox, ut dixi, uidebimus. de Diu. 90 d, Discedo parùper à somnijs, ad quæ mox reuertar.

Mucro, onis. in Cat. 111 d, Iidem gladios in rempub. districtos retudimus, mucronesq; eorum à iugulis nostris reiecimus. in Ant. 259 b, Et dubitare, utrum mucrones nostrorum militum in ciue, an in hoste figantur. pro Clu. 43 d, Censorius stylus, cuius mucronem multis remedijs maiores nostri retuderunt. de Leg. 288 d, Clodius mucronem tribunitium exacuit in nos. pro Cec. 301 d, Hic est mucro defensionis tuæ.

Muginor, aris. cunctor, moror, & fortè quod alij boni autores dicunt, Musso: id est, taceo, & dißimulo. At. 259 d, De Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quicquam rescribis, cepi consilium domesticum.

Mugio, gis. mugiunt boues dum clamant. ad Her. 33 b, Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Mugitus, tus. boum à sono ficta uox, ut etiam mugire. de Diu. 87 b, Terræ mugitus. Translatio est.

Mula, læ. de Diu. 118 b, Mulæ partus à te prolatus est, res mirabilis propterea, quia non sæpe fit. & 88 d.

Mulceo, ces, mulsi, mulsum. permulceo, lenio. in Arat. Vt res nulla feras posßit mulcere procellas. et ibid. Hæc angẽs anima uitali flamine mulcet. et ibi. Huic ceruix dextra mulcetur Aquari.

Mulciber, bri. Vulcanus. Tusc. 180 d, Iouisq; nomen Mulcibri adsciuit manus. Poetæ.

Mulcta, ctæ. uel multa, pœna. pro Cec. 304 d, Nostri ciues sæpe in colonias profecti sunt aut sua uoluntate, aut legis mulctã, quam sufferre non poterant. in V. 113 d, In cuius testamẽto quodam loco si commissum quid esset, mulcta erat Veneri. de Or. 176 d, L. Casilenus ab L. Sabellio mulctã lege Aquilia de iustitia petiuit. de Opt. 244 b, Aeschines à Ctesiphonte multam petijt. & In V. 107 b, bis. Petere mulctã ab aliquo. Item, Crassus cõsul Pon. Max. Flacco collegæ Flaminì Martiali mulctam dixit, si à sacris discessißet, quam mulctam populus Romanus remisit. pro Rab. 92 d, Illud quod est in eadem mulctæ irrogatione perscriptum. I.A. 155 d, Quis unquam tanto damnõ senatorẽ coegit? aut quid est ultrà pignus aut mulctam? pro Mil. 108 b, Irrogare mulctam alicui. Ep. 75 b, Vt mulcta tam grauis T. Mario depelleretur.

Mulctatio, onis. direptio. pro Rab. 93 d, Misera mulctatio bonorum, miserum exilium.

Mulcto, as. afficio, punio. pro Cornel. 65 b, Populus Ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditanus hunc mulcta & pœna mulctauit. de Ord. 1014, Vitia hominum atq; fraudes damnis, ignominijs, uinculis, uerberibus, exilijs, morte mulctantur. Postquam: 211 b, Quod si mihi æternam esse propositam erumnam arbitrarer, morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore mulctassem. pro Lig. 139 a, Sylla quos oderat, morte mulctabat. pro Clu. 23 a, Hunc leges exilio, natura, morte mulctauit. Antequàm. 196 a, Si exilio mulctabunt corpus. Tusc. 170 a, Ego uerò illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctauerit, quam sine mutuatione & sine uersura possem dissoluere. Tusc. 248 b, At mulctantur bonis exules. Tusc. 258 b, Qui animos nostros quasi capite damnatos morte mulctant. in C. 103 a, Persæpe priuati perniciosos ciues morte mulctarunt. In Ver. 79 a, & in Cat. 103 a, Multos crudelissimè per uim morte esse mulctatos. de Pro. 76 b, Si illũ, ut erat meritus, morte mulctassem. pro Sest. 16 a, Maiores nostri Antiochũ Asia mulctarunt. pro Fon. 276 b, Galli à senatu agris urbibusq; mulctati sunt. & cont. Rull. 73 a, Mulctare liberos populos agris. pro Cecin. 304 a, In nulla lege nostra reperietur, maleficium ullum exilio esse mulctatum. de Cl. 172 a, Addebat etiam scriptores illos mulctatos exisse cum Galba: id est, malè acceptos: aut affectos. in Verrem, 222 a, Qui primò cum obsistere conarentur, malè mulctati clauis ac fustibus repelluntur. pro Milone, 108 b, Qua in turba C. Vibannius ita est mulctatus, ut uitam amiserit. pro R. P. 122 a, Cum ab ipsa fortuna crudelissimè uideat huius cõsilia esse mulctata. de Pro. 76 b, Mulctari imperatorem diminutione prouinciæ, contumelio sum est. Ep. 85 a, Stultitia mulctatur fama. In Ver. 112 b, & 116 a, Hæredem iussum esse facere, &c. nisi fecerit, Veneri Ericinæ esse mulctatum.

Mulgeo, ges. In Arat. Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis. Aliter, mulcens.

Muliebris, bre. mulieris, mollis. Offic. 26 a, Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatẽ uirilem. pro Mil. 106 b, Muliebri et delicato ancillarum puerorumq; comitatu. de Inuen. 62 a, Excellens muliebris formæ pulchritudo. Off. 12 b, Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem, illaq; uirgo uiri. ex Ennio. de Orat. 146 b, Vox muliebris. pro Cæl. 52 a, Et muliebre bellum. Tusc. 178 a, Eneruata muliebrisq; sententia. in Ant. 169 a, Virilis toga. (. Muliebris stola.

Muliebriter, effœminatè. Tusc. ul. q. 185 b, Si se lamentis muliebriter lachrymisq; dedet, uinciatur. & 187 a, Ne quid seruiliter muliebriter ue faciamus.

Mulier, ris. fœmina. pro Mur. 130 a, Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse uoluerunt. pro Cec. 298 b, Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. de Leg. 175 b, Vt sentiant omnes mulieres, in natura fœminarum Deum castitatem patri. 2 de Leg. Mulieres genas ne radunto, ne ue lessum funeris ergò habento. uerba legis XII. tab. Tusc. lib. 5, Mulieres in India, cum est cuiusq; earum uir mortuus, in certamen, iudicium q; ueniunt, quam plurimùm ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptæ. quæ est uictrix, ea læta prosequentibus suis, unà cum uiro in rogum imponitur: illa uicta mœsta discedit. 2 de Legib. Mulierum famam ut multorum oculis lux clara custodiat, diligentissimè sanciendum est. 2 de Leg. Mulierum

nocturna sacrificia ne sunto, præter olla quæ pro populo ritè fient, ne ue initianto, nisi ut assolet Cereri Græco sacro. 3 de Or. Mulieres in sermone incorruptam antiquitatem facilius, quàm uiri conseruant. 14 Famil. Sed rursus illud me mouet, quòd uideo omnes bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secum habere.

Mulierarius, a, um. pro Cæl. 51 b, Mulieraria manus: id est, multitudo à muliere in insidijs collocata.

Muliercula, læ. in Cat. 109 b, Non suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? 4 Fam. In unius mulierculæ animula si iactura facta sit. Ser. Sulpitij. Tusc. 5, Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ. de Am. Et eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm uiri: & inopes, quàm opulenti: & calamitosi, quàm ij qui putantur beati. 6 Ver. Quæ forsitan nobis parua esse uideantur, sed magnum et acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim, quum eripiuntur è manibus ea, quibus ad res diuinas uti consueuerunt: id est, matronis pauperibus. 2 Off. 1 Tusc. Bene etiam colligit hæc pueris, & mulierculis, & seruis, &c.

Mulierositas, tis. cupiditas fœmineæ uoluptatis, seu uiri in mulieres amor. Tusc. 214 a, Vt mulierositas, ut ita appellem eam, quæ Græcis φιλογυνία dicitur. (. Odium mulierum, quale in μισογυνέᾳ est.

Mulierosus, a, um. mulierum appetẽs. de Fat. 142 a, Stilphonem scribunt & ebriosum & mulierosum fuisse.

Mulio, nis. qui mulos agit. Epist. 154 a, Ventidius mulio. Planci.

Mulionius, a, um. quod mulionis est. pro Sest. 21 a, Mulionia penula.

Mullulus, mullus piscis. Par. 123 a, Aliquem summis populi beneficijs usum barbatulos mullulos exceptantem de piscina, & pertractantem.

Mullus, li. Att. 22 b, Nostri autem principes digito se coluum putãt attingere, si multi barbati in piscinis sunt, qui ad manum accedant.

Mulsum, si. potio ex uino melleq; confecta. de Ora. 135 a, Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & qui illud sitiens bibat. de Or. 135 a, Suadebat Cranius, ut mulsum sitiens bibat. de Or. 135 a, Suadebat Cranius, ut mulsum frigidum biberet. at ille, Perdam, inquit, uocẽ. pro Cluent. 53 a, Dare uenenum in mulso.

Multifariam, multis locis. de Or. 124 a, Atrum multifariam defossum. de Leg. 163 b, Iudicia quæ quondam multifariam, bodie multifariam nulla sunt.

Multiformis, me. uarius, diuersus. (. Vniusmodi. Acad. 44 a, Principes qualitates sunt uniusmodi et simplices, ex his autem ortæ uariæ sunt, & quasi multiformes.

Multijuges. gum. multæ et uariæ, multiplices, plures. ad At. 225 a, Literas multijuges accepi uno tempore à Vestorij liberto.

Multimodis: id est, multis modis. de Ora. 163 a, Multimodis sum circumuentus, morbo, exilio, atq; inopia, &c. Poetæ.

Multiplex, cis. uarius, copiosus. de Senect. 80 a, Vitiis serpens, multiplici lapsu & erratico. pro Fl. 147 a, Prætoriæ iurisdictio res uaria, & multiplex ad suspiciones & simultates. de Am. 108 a, Multiplex et tortuosum ingenium. de Nat. 53 b, Aluus multiplex & tortuosa. pro Cæl. 40 a, Varia multiplexq; natura. de Orat. 104 a, Magna multiplexq;

multiplexq; disciplina. de Nat. d. 52 a, Quæ multiplices fœtus procreant, his mammarum data est multitudo. Or. 198 a, Multiplices uariiq; sermones. de Cl. 175 a, Genus orationis uagum, fusum, & multiplex. Acad. 42 a, Plato, qui uarius, & multiplex, et copiosus fuit. ad Her. 41 a, Anceps & multiplex uerborum potestas in ambiguis. Tusc. 230 a, Multiplex ratio disputandi. de Clar. 192 a, Corona multiplex. de Sen. 88 a, Vitis serpens multiplici lapsu & erratico. At. 90 a, Sed est magnum illud quidem, uerùtamen multiplex pueri ingenium, etc. de Or. 85 b, Recondita in arte, multipliciq; uersantur.

Multiplicabilis, le. multiplex. Tusc. 179 b, Hæc interemit tortu multiplicabili draconem. Poetæ.

Multiplicatus, a, um. auctus. Qu. Fr. 302 b, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus. Off. 78 a, Clarissimi uiri filius in domum multiplicatam non repulsam solùm, sed ignominiam et calamitatem retulit. Ep. 148 a, Auctio exercitus, auxilijsq; multiplicatis.

Multitudo, inis. frequentia, celebritas, turba, cœtus, concilium, concio, conuentus, caterua, chorus, natio, populus, uulgus, corona, uis, numerus, copia, copiæ, manus, colluuies. in Ver. 69 b, Cum maxima frequẽtia à multitudine domũ reducebatur. Off. 13 a, Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non est habendus. Off. 24 a, Alij multitudinis iudicio feruntur, quæq; maiori parti pulcherrima uidentur, ea maximè exoptant. de Cl. 122 b, Ego quanta manus est coniurato rum hominum, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse uideo. pro Pla. 260 a, Populus semper iniquus dignitatis iudex est. pro Plan. 260 b, Populus nõ delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam, & quadã temeritate. et ibi. Non est enim consilium in uulgo, non ratio, non discrimen, &c. & de Som. 130 a, Neq; sermonib. udgi dederis te, &c. de Diu. 125 a, Nihil est tam ualde uulgare, quàm nihil sapere. de Am. 113 b, Concio ex imperitissimis constat. pro Dom. 231 a, Multitudo hominum congregata ex seruis conductis. pro Cec. 291 a, Qui manum fecerit, copias parauit, multitudinem hominum coegerit. de Or. 86 a, Magnitudo & uarietas, multitudoq; causarum, &c. Antequàm. 198 b, Magnitudo multitudoq; uestrorum beneficiorum. de Fin. 81 b, Sed tamen non grauissimũ est testimonium multitudinis. Tusc. 175 b, Philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinẽ consultò fugiens. de Fin. 75 a, Et si quando turpe nõ sit, tamen non est non turpe, cũ à multitudine laudetur. Tusc. 188 b, Itaq; & fama multitudinis iudicio mouentur, ut id honestum putent, quod à plerisq; laudetur: te autẽ etsi in oculis sis multitudinis, tamẽ eius iudicio stare nolim, nec quod illa putat, idem te putare pulcherrimum. in Ver. 141 a, Quanta multitudo, quãta uis hominum. pro Arch. 186 b, In tanto hominum cõuentu ac frequẽtia. et in Ver. 69 b, In tanto conuentu. In Ver. 130 a, et de Nat. 12 b, Multitudo, copia, numerus, uis, ut ex magna copia uel numero. & in Ver. 144 a, Infinita uis atomorum. in Ant. 161 a, Frequentia uestrum incredibilis, concioq; Quirites. de Ar. 248 b, Vis innumerabilis collecta seruorũ. de Pro. 75 a, Numerus, & multitudo, idem. Att. 38 b, Manus iuuẽtutis ducerius, etc. At. 247 a, b, Nã tantæ multitudinis, quantum caput urbs nostra, concursus est ad me factus.

Multò, longè, multis, uel omnibus partibus. de Fin. 98 a, Non paulò, haud paulò, impendiò, longo interuallo, cũ animum quadam infinita laude anteponerent corpori. de Fin. 100 a, de Orat. 85 b, Multo pauciores oratores, quàm poetæ boni reperiuntur. Att. 126 a, Ea cognoui commodiora esse multo, quam ut, &c. At. 193 a, Meo quidem iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum. ad Her. 38 a, Expolitio adiuuat & exornat orationem, sed multo maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem. de Orat. 113 b, Illud iam mirari desino, quod multo magis antè mirabar. hunc, &c. de Senect. 84 a, Nec uerò corpori solùm subuenicndum est, sed etiam mẽti atq; animo multo magis. pro Mil. 119 b, Atq; haud scio, an multo etiam sit aduuandus magis, etenim, &c. Att. 124 a, Multo minus mouebant minæ. Off. 32 a, Sic homines ac multo etiam magis natura congregati, &c. & de Or. 121 a, Ac multo etiam. Postquam. 204 b, Non multo post dissessum meum. in Cat. 100 a, Aut non post multo commissa. de N. 44 b, Sol multis partibus maior quàm terra. pro Flac. 156 a, Interim neq; ita longo interuallo ille uenit: id est, neq; ita multo post. pro Arch. 186 b, Interim satis longo interuallo uenit Heraclean. pro Mil. 108 b, Hæc eadem longo interuallo conuersa est in me. Tusc. 170 a, Haud paulo doctior.

Multùm, uidè, bene, sanè, sanequàm, ita, nõ parùm, non paulùm, nescio quid. pro Quin. 12 a, M. Iunius in hac causa multùm & sæpe uersatus. de Leg. 190 b, Res multùm ac sæpe quæsita. Att. 131 b, Multùm mecum municipales homines loquũtur. in V. 259 a, Longè omnes multumq; superare. de Diu. 108 b, Quærenti mihi, multumq; & diu cogitanti, quid nam re possem, &c. At. 207 b, Liber mihi sanè probatus. Ep. Sane grandis, uel bene grandis. de Or. 97 a, Diu multumq; scriptitare. & Att. 61 b, Libri diu ac multùm in manibus fuerunt.

Multus, a, um. grandis, multiplex, creber, nimius. de Nat. 54 a, Venæ crebræ, multæq; toto corpore intextæ sunt. & 53 b, Per uenas admodum multas. de Or. 104 a, Multæ, copiosæ, uariæq; rationes. & 128 b, Multa, & uaria, & copiosa ratione. & de Inuen. 43 a, Multæ et magnæ res. Ep. 36 b, Cũ tu tam multis uerbis ad me scripsisses. de Nat. deor. 44 b, Hi tanti ignes tamq; multi. de Or. 88 a, Hæc tanta tamq; multa. pro Syl. 181 a, Hæc diu, multũ, et multo labore quæsita, una eripuit hora. de Arusp. 258 b, Cum quibusdam multis metuẽdisq; rebus. de Sen. 89 b, Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. in V. 140 a, Non minus multas statuas posuit, quàm abstulit. & Epist. 102 a, Minus multa. de Clar. 190 a, M. Calidius, qui non fuit orator unus è multis, potius inter multos prope singularis fuit. & ibi. 196 b, Turba patronorum, & numerari in uulgo patronorum. & ibid. Vt numerarer in multis. Off. 22 a, Vt unus de multis esse uideatur. & de Finib. 78 b, Tenuis I. Virginius unusq; de multis. Epist. 58 b, Nimium multa. & de Finib. 77 a, Et satis mult i. ad Here. 1 a, Ne parum multa fecisse uiderentur. & de Orat. 135 b, Nimis multa in genera diuidere. Ep. 23 a, Tuum nomen multum est in illis locis. Att. 206 a, Multus sermo ad multum diem. Quin. Fr. 310 b, Multa nocte ueni ad Pompeium. de Leg. 157 a, Accius in orationibus multus, & ineptus ad multam inobedientiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ac.5 b, Antipatrumq; qui multus in eo fuisset, reprehẽdebant. de Or.110 d, Qui in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur. de Nat.49 b, Nolo hac in re multus uideri. Of.44 b, Theophrastus est multus in laudãda magnificentia. de Or.141 b, Ne in re nota & peruulgata multus & insolens fim. pro Plan.276 b, Sed hoc frequẽter in me congessisti, saneq; in eo creber fuisti. de Or.118 d, Nonnulli dum operã suam multi existimari uolunt, uolitãt, etc. in Ver.240 d, Statuite quãti hoc putetis et quàm multo redemisse. de Or.162 b, Frequẽtes, pauci, singuli. de Inuen.62 a, Multi, plures, cõplures, frequentes. et in V.67 b, Multa, cõplura, frequentia.

Muluius, siue Moluius, quẽ Miluiũ corrupte qdã uocãt, põs est Tiberis in uia Flaminia, ad secundũ ab urbe lapidẽ. in Cat.111 b, Occultè ad pontẽ Muluiũ peruenerunt.

Mulus, li. de Nat.58 d, Longum est mulorum persequi utilitates & asinorũ. & Top.223 b, Mulus clitellarius. Ep.259 b, Equum & mulũ Brũdusij reliqui. Ep.138 d, Potes mulo isto Romam peruehi. At.246 b, Petij ab eo de mulis uectur æ itineris, &c. cont. Rull.72 b, Deinde ornat eum mulis, tabernaculis, centurijs, supellectili.

Mundanus, a, um. Tusc.249 a, Socrates quidẽ cum rogaretur, cuiatem se esse diceret? mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur.

Munditia, æ. lautitia, elegantia. Off.26 b, Adhibenda est præterea munditia non odiosa, nec exquisita nimis. Or.204 d, Elegantia modò & munditia remanebit. Ep.138 b, Lautitia, munditia, elegantia.

Mundus, a, um. lautus, elegans. Qu.Fr.309 a, Tuam domum in carinis mundi habitatores Camiæ conduxerũt. de Fin.69 b, Vir mundus & elegans. L. Asotus.

Mundus, di. uniuersitas mũdi, siue uniuersitatis corpus, natura, rerum natura, quod in natura rerum omne est, uniuersa natura, hoc templum, orbis terrarum, in omni cœlo atq; terra, ille cœlũ ac terras regens. Liber de Vniuersitate (ut uulgò uocatur) totus est ex Timæo Platonis expressus. quare de mundo pulcherrima cõtinet. de Nat.57 a, Est enim mundus quasi communis deorũ atq; hominũ domus, aut urbs utrorũq;. & ibi. Mundus deorum & hominũ causa factus est. et 100 b, Vniuersus hic mundus unitas communis deorum atq; hominum existimanda est. de Fin.103 b, Mundum aũt hunc censent regi numine deorũ, & esse quasi communẽ urbem & ciuitatem hominum & deorum. de Diu.127 b, Cœlum ipsum quod extremũ atq; ultimum mundi est. de Leg.172 b, In cœlo & mundo inesse mentem & rationem. Aca.14 b, Democritus ait innumerabiles esse mundos. de N.16 d, et 20 b, Sexcenta millia mundorum. de Nat.52 b, Mente & consilio omnia in hoc mũdo administrari. de Nat.30 a, Mundum esse deum animãtem, compotem rationis. de Som.127 b, Deus cuius hoc templum est omne quod conspicis. de Nat.7 a, Anaximandri opinio est, innumerabiles esse mundos. et 6 d, Plato dixit mundum fore sempiternum. de Vniuers.201 d, Hunc uarietate distinctũ bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. de Or.159 b, Status huius totius mũdi atq; naturæ. de Diu.129 b, Epicurus quod in natura rerũ omne esse dicimus, infinitũ esse dixit. de Am.100 b, Quæ in rerũ natura toto; mundo constant, quæq; mouentur. Par.119 a, Qui omnem orbem terrarũ unam urbem esse dicunt. de Leg.

184 b, Sine quo nec hominũ uniuersum genus stare, nec rerũ natura omnis, nec ipse mũdus potest. de Am.111 b, Si quis è cœlo naturam mundi, pulchritudinemq; siderũ perspiceret. de Leg.160 d, Omnẽ naturam deorum numine regi. de Vn.202 b, Animus uniuersæ naturæ. Of.31 b, Metiri mundi magnitudinem. de Leg.174 b, Mundus hic omnis templum est deorũ, et domus. Item, Omne cœlũ siue mũdus, siue quo alio uocabulo g; udet. hoc á nobis nuncupatus sit. de Vn.196 b, Hunc mundum animal esse, idq; intelligens, & diuina prouidẽtia constitutum.

Mundus, di. muliebris ornatus & uirilis. In Oeconomico, teste Columella 241.

Munero, as. muneror. pro Deiot.146 b. Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat.

Muneror, aris. largior. Att.100 b, Alexion me opiparè muneratus est. de In.62 b, Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo natura muneratur.

Munia, orum. munera, onera. pro Mur.141 b, Hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. & pro Sest.26 b, Qui suis ceruicibus tanta munia sustinent, hi sunt optimatum principes.

Municeps, ipis. ciuis, popularis, qui è municipio est. At.277 b, C. Nasennius municeps Suessanus. & de Cl.187 d, M. Pontidius municeps noster. et in V.168 d, P. Cassius Cossanus municeps. & 168 b, Clamabat se municipem Cossanũ esse. At.153 b, Ego Ciceroni meo Arpini potissimum togam puram dedi, idq; municipibus meis fuit gratum. pro Cl.58 a, Nõ illi uos de unius municipis fortunis arbitrantur sententiã laturos: sed, etc. de Leg.170 d, Ego & Catoni & omnibus municipibus duas esse censeo patrias. Ep.225 a, Lucius tribulis & municeps & familiaris meus. & Ep.208 b, Mei municipes Arpinates.

Municipalis, le. ex municipio. pro Syl.171 b, Est enim ipse á materno genere municipalis. & At.109 d, Ex dolore municipali. pro Sest.13 d, et Qu. de Pet.209 b, Sunt municipales rusticiq; Romani. et in An.171 b, Homines municipales et rustici. de Leg.191 b, Municipalis res quuntur, multum rusticani.

Municipium, pij. conuẽtus, præfectura, colonia. Ep.208 b, Nõ dubito quin scias nõ solũ cuius municipij sim, sed uetã quã diligẽter soleã meos municipes Arpinates tueri. pro S.R.20 b, Roscius municeps Amerinus fuit, genere & nobilitate sui municipij facilè primus. pro Sest.9 b, Nullũ erat municipiũ Italiæ, nulla colonia, nulla præfectura, quæ nõ, etc. de Fi.107 b, Stoici totũ hũc mundũ municipiũ suũ esse existimabãt. in A.186 b, Omnes qui sumus è municipijs pro Pl.292 b, Tu es ex municipio antiquissimo Tusculano, hic est è præfectura Atinati nõ tã priscæ. In C.109 b, Vrbes coloniarũ ac municipiorum. cont. Rul.83 a, Calenũ municipiũ cõplebunt. pro S.R.25 a, Municipiũ rusticanũ. in P.90 b, Neq; enim regio fuit ulla, neq; præfectura aut colonia, ex qua non, &c.

Munificè. liberaliter, largè prolixè. de Nat.75 b, Munificè et largè dare aliquid. de Fin.140 b, Societatem hominum munificè & æquè tuens iusticia dicitur.

Munificus, a, um. liberalis, largus. Offic.46 b, Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. de Orat.87 b, Quid porrò tam liberale ac munificum, &c. pro Qu.48 b, Roscius liberalissimus munificentissimusq; fuit.

Munio, nis. paro, adorno, firmo, confirmo, obuallo. pro Mur.135 b, Hæc omnia tibi accusandi uiam muniebant, adipiscendi obstruebant. de Pro.69 b, Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum, non turribus, sed trophæis munita. Attic.66 b, Aditus insulæ muniti sunt mirificis molibus. pro Pomp.10 b, Atq; hæc tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsidijs classibusq; muniuit. pro Syl.182 d, Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. in Cat.98 b, Illam coloniam meis præsidijs, custodijs, uigilijsq; muniui. cont. Rull.62 b, Italiam præsidijs confirmare. in Cat.99 d, Domum meam præsidijs maiorib. muniui atque firmaui. pro Sest.20 d, Qui se præsidio munierit. et ibi. Vt à suis munitus tutò in foro esset. At.39 b, Nos firmissima hominum beneuolentiã muniti sumus. Ep.58 b, Nouarum me necessitudinum fidelitate contra ueterum inimicorum perfidiam muniendum putaui. de Fin.82 b, Tueri & munire beneuolentia multorũ. pro Rab.91 d, Intereludere omnes seditionum uias, munire præsidia reip, de Nat.55 d, Munitæq; sunt palpebræ tanquã uallo pilorum. Epist.173 b, Munio me ad hæc tempora. de Sen.88 d, Et contra auium minorum morsum munitur uallo aristarum. de Am.102 d, Qui uirtute & sapientia sic munitus est, ut nullo egeat. de Prouin.76 d, Alpib. Italiam munierat antè natura, nõ sine aliquo diuino numine. pro Fon.277 b, ter. Munire uiam. Tus.155 a, Munire sibi uiam in cœlũ. de Or.127 b, Qui primum tibi munisti ad te audiendum uiam. At.15 b, Munire sibi tutam uiam ad retinendas opes. Att.141 d, Hæc noua sit ratio uincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus.

Munio, onis. genus carminis. de Or.107 d, Hoc nos si facere uelimus, antè condemnentur ij, quorum causas reciperimus, quàm toties, quoties perscribitur pæanem aut munitionem citarimus. aliter, cantarimus.

Munitio, onis. pro Fon.277 b, Obiectum est etiam. quæstum M. Fonteium ex uiarum munitione fecisse, ut aut cogeret munire, aut id quod munitum esset ne impro baret. I. Ver.228 a, Fons, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum á mari disiunctus esset. In P.88 d, Munitio Thessalonicæ. & I. A.250 d, Antonius Mutinam operibus munitionibusq; sepsit. de Or.138 d.

Munito, as. munio. pro S.R.42 d, Nunc quam uiam munitet, quod iter affectet, uidetis.

Munitus, a, um. septus, uallatus, stipatus, armatus. pro Sest.23 d, Qui stipatus semper sicarijs, septus armatis, munitus iudicibus fuit. Par.118 b, Regulus tot uirtutum præsidio munitus, tantoq; comitatu uirtutis septus. Off.35 b, Effectumq; est, ut esset uita munitior, atq; ut, &c. pro Mur.137 b, Cuius ingenio paterni omnes amici muniores esse debebant. Qu. de Pet.208 b, Partis ac fundatis amicitijs fretum ac munitum esse oportet. de Diu.89 b, Is sapientia munitũ pectus gerit. pro Fl.165 b, Aliquis bonorum omnium præsidio nõ modò munitus, sed etiam ornatus. de Ar.247 d, Domus tot senatusconsultis munita atq; septa. et ibid. Domus publico omni præcepto & diuino, et humano iure munita. de Fin.59 b, Septum ac munitus contra hostes. Ep.23 b, Castella munita, oppida munitissima. et At.41 d, Castellum natura muni-

tum. pro Pom.16 b, Nulla domus nostris magistratibus satis clausa atq; munita fuit. & pro Rab.92 d, Libertas leuitate legum munita. pro Mur.29 d, Illud dico, nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum uiam. pro Fl.159 b, Græcia Asiæ oram maritimam cinxit urbibus, non ut munitam colonijs illam gentem, sed ut obsessam teneret. in Ver.67 d, Nihil tam munitũ quod non expugnari possit. con. Rull.83 b, Vrbs natura ac loco munita, saccincta portibus, armata muris. pro Ar.189 b, Pontus & regijs quondam opib. & ipsa natura regionis uallatus. in Ver.243 b, Tutus, clausus, septus, munitus cõtra aliquem. Qu.Fr.308 b, Pompeius dixit munitiorem se ad custodiendam uitam suam fore, quàm Aphricanus.

Munus, eris. donium, officiũ, ludi, opus. in Ant.182 b, Cæsar muneribus, congiarijs, epulis multitudinem imperitam lenierat. & Qu.Fr.327 b, et Or.200 d, Munus magnificum dare. * Mittit homini munera satis largè hæc ad usum domesticum uini et olei, quod uisum erat, etiam tritici quod satis esset. de Ar.244 b, Aliquem quasi diuino munere donatum reipub. uideri. Ep.231 d, Sed ego hospitii ueteri et amico munusculũ mittere uolui leuidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse manera. de Vn.204 d, Philosophia data est nobis deorum concessa atq; munere. de Diu.109 b, Quod enim munus afferre reip. maius melius ue possumus, quàm si, &c. Postquam.204 d, Deorum beneficio et deorum munere. Off.76 b, Munera perinde sunt, ut accipiuntur. Acad.40 d, Dare munus alicui. ad He.6 a, Largiri munus alicui. pro Syll.177 b, Quasi uerò tempus dandi muneris non ualde appropinquaret. et ibi. Posset alia familia Fausti munus præbere. de Or.153 b, Meq; ad meum munus pensumq; reuocabo. de Clar.170 d, 15 functus est omni ciuium munere. de Cl.174 b, Rullius magnũ munus de iure respondendi sustinebat. de Som.128 d, Ne munus assignatum à deo de fugisse uideamini. Of.35 d, Inuectio certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerẽtur. pro Cl.23 a, Mater auduit sibi non solùm filium, sed etiã exequiarum munus ereptũ. de Diu.109 b, Tantũ huic studio relinquendum, quantum uacabit á publico officio & munere. & ibid. Tum pristinis orbati muneribus hæc studia renouare cœpimus. de Di.139 b, Sine oculis nõ potest extare officium & munus oculorum. Tus.193 b, Oculus conturbatus non est probè affectus ad suum munus fungẽdum. & ibi. Ad exequendum munus suum. in Ant.221 d, Non quòd ei cura defuerit in tãto officio tamtoq; munere. de Am.100 d, Valetudo opportuna est, ut dolore careas, et muneribus fungare corporis. At.94 b, Paucos dies habebam reliquos annui muneris. Acad.30 b, Dare alicui immunitatem munerum. de Or.112 d, Videamus quid ei negocij demus, cuiq; eum muneri uelimus esse præpositum. de Or.108 d, Oratoris proprium officiũ ac munus. pro Font.279 b, Alicui muneri atq; officio præesse. de Ora.101 d, Honoribus ac reipub. muneribus perfunctus senex. de Or.114 d, Videtis' ne quantum munus sit oratoris historia. Or.94 b, Magnum quiddã est onus ac munus profiteri, &c. in V.89 b, Munus hoc meum non est, cum meæ partes sunt hospitum recipiendorũ, id libẽter facio. de Nat.d.5 b, Qui ministri tanti muneris fuerunt. Par.241 b, & 242 d, Quo expositio, munus promissione confecero. Aca.30 b, Dare alicui immunitatem mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerum. Off. 53 d, Nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat. de Pro. 76 d, Susceptũ reipub. munus explere. de Or. 140 d, Singularum uirtutum certa quædam sunt officia ac munera. Ep. 69 b, Hoc quicquid est oneris ac muneris. Ep. 151 d, Sustimere munus consulare. Ep. 59 b, Tanti ac tam præclari muneris societas. Ep. 90 b, Munus officij ac studij erga aliquem. At. 1 b, In omni munere candidatorio fungendo. Tus. 139 b, Munus animi est ratione uti. pro Mil. 105 b, Principum munus est, resistere leuitati multitudinis, etc. de Fin. 114 d, Officium munusq; sapientis, etc. Ep. 190 d, Tuum est hoc munus, tuæ partes. Tus. 235 b, Tenere suum munus. Ep. 116 b, Deferre munus alicui. de Orat. 88 b, Tu qui tuo magis studio, quàm proprio munere aliquo disertorum ius à nobis ciuile didicisti. Qu. Fr. 293 b, Parui refert abs te ipso ius dici æquabiliter & diligẽter, nisi idem ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem cõcesseris. Qu. Fr. 299 d, In extrema parte muneris ac negocij tui diligentissimus sis. Off. 44 b, Theophrastus est multus in laudanda magnificentia popularium munerum. Off. 48 b, Sin aliqua necessitas huius muneris alicui reipub. obuenerit, danda, &c. de Sen. 82 b, Aliquem ad omne officij munus instruere. de Sen. 83 b, Masinissa senex omnia regis officia & munera exequitur. de Sen. 84 d, Quidam senes nullum officij aut omnino uitæ munus exequi possunt. de Sen. 93 d, Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. de Amic. 109 d, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. Par. 116 b, Quoniam illud maiorum uigiliarum munus in tuo nomine apparuit. de Leg. 157 d, Mihi uideris eorũ studijs, qui literis delectantur, debere hoc munus. de Leg. 158 d, Qui consulentibus respondet, senectutis grato atq; honesto fungitur munere. de Leg. 158 b, Qui ei muneri præfuerunt. de Leg. 159 b, Cuius muneris colẽdi efficiendiq; causa nati sumus. et 170 d, b, Tanquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem, &c. Fungor aliquo munere. Colo & efficio aliquod munus.

Munusculum, li. Off. 66 b, Alieni facinoris munusculum non repudiarunt. Ep. 216 b, Munusculum leuidense.

Muræna, næ. piscis. Parad. 123 d, Mullorum & muræn arum copia.

Murgentinus, a. ager. in Ver. 157 d.

Muria. riæ. aqua multo sale condita, quam Plin. salsuginem etiam uocat. de Fin. 99 b, Stilla muriæ.

Murmur, ris. mugitus, fremitus. de Orator. 157 b, Murmur maris. in Arat. Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.

Murmuro, as. de Aruspic. 247 b, Vidi hestermo die quendam murmurantem, qui, &c. Tus. 250 b, Fremitus murmurantis maris. ad Her. 33 b, Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Murus, ri. mœnia, propugnaculum. de Nat. 79 d, Muri urbis, quos uos sanctos esse dicitis. pro Pomp. 14 b, Insula Delos parua, sine muro nihil timet. Off. 3 d, Aries murũ percussit. At. 25 d, et 26 d, De muro imperaui Philotimo ne impediret. de Fin. 111 d, Si Annibal ad portas uenisset, murumq; iaculo traiecisset. in V. 235 b, Ad omneis meos impetus quasi murus quidã boni nomẽ imperatoris opponitur. in C. 123 b, Dum memoria consulatus mei uestris erit infixa mentibus, firmissimo me muro septum esse arbitrabor. in Pis. 81 d, Lex Aelia & Fusia propugnacula muriq; tranquillitatis & ocij.

Mus, ris. de Nat. 29 d, Non posis adduci, ut muribus deorum, & mustellis ædificatam putes. de Diu. 100 b, Clypeos à muribus esse derosos. de Diu. 120 b, Mures diem & noctem aliquid rodentes. Att. lib. 4, Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt. Itaq; non solum inquilini, sed mures migrauerunt.

Murum, pro murium. 2 de N. teste Charisio, Nec enim homines murum aut formicarum causa frumentũ condũt.

Musa, æ. de Nat. 70 d, Musæ primæ quatuor natæ Ioue, Thelxiope, Mneme, Aœde, Melete: secundæ ex Ioue & Mnemosyne, nouẽ: tertiæ ex Ioue et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent poetæ appellare. pro Ar. 191 d, In qua urbe Imperatores propè armati poetarum nomẽ et Musarum delubra coluerũt. Or. 202 b, Xenophontis uoce Musas quasi locutas ferũt. Ep. 16 d, Ab oratorib. distũ go me ferè, referoq; ad mansuetiores Musas. Tus. 241 d, Quis est enim qui cum Musis, id est, cum humanitate et cum doctrina habeat aliquod commercium, qui, &c. de N. 68 b, Orpheus & Rhesus matre Musa nati. pro Ar. 189 b, Nemo est tam auersus à Musis, qui non mandari uersibus æternũ suorũ laborũ præconium facilè patiatur. Or. 198 d, Forenses causæ agrestioribus Musis relictæ. At. 25 d, Interea quidem cũ Musis nos delectabimus. At. 25 b, Cum omnibus Musis rationem habere cogito.

Musca, scæ. de Cl. 184 d, Hodie te istic muscæ comedisset. & de Orat. 131 b, Puer abige muscas.

Muscosus, a, um. humore sordidus, squalidus, obsoletus. Quint. Frat. 319 d, Iam ἀπροσωπηγήτως nihil altius, nihil muscosius.

Musculus, li. exiguus mus. de Diu. 115 b, Musculorum incuscula bruma dicuntur augeri.

Musica, cæ. cantus, symphonia. de Orat. 100 b, Vt in musicis numeri & uoces & modi. de Or. 155 d, Musicam Damon & Aristoxenus tractauerunt. de Nat. 30 b, tãe sicon & Aristoxenus tractauerunt. de Nat. 30 b, licet censeres in platanis inesse musicam. de Nat. 190 b, Leges musicæ, & 177 b, Cantus musicorum.

Musicus, ci. de Orator. 100 b, Vt in musicis numeri et uoces & modi. & 85 b, Quis musicis penitùs se dedidit, quin, etc. Tus. 240 b, Musicorum uerò per studiosum decepimus: id est, Dionysium. Off. 29 b, Vt in fidibus musicorũ aures uel minima sentiunt. de Diu. 110 d, Qui fidibus aut tibijs uti uolunt, earũ tractationem non ab arrudibus accipiunt, sed à musicis. in Pis. 84 d, Hic autem spicibus accipiunt, sed à musicis. in Pis. 84 d, Hic autem non tam cõcinnus helluo, nec tam musicus, iacebat, &c. Tusc. 177 b, Si absurdè canat is, qui se haberi uelit musicum. Tusc. 149 d, Ergo in Græcia musici floruerunt. de Fin. 90 b, Geometræ, musici, grammatici. item: Timotheus musicus. Steph. in uoce Mileti.

Musicus, ca. cum. de Leg. 177 b, Plato negat mutari posse musicas leges, sine mutatione legum publicarum.

Mustaceum, cei. cibi genus, ex farina, caseo, aniso, cimino, adipe, musto, et de uirga lauri abrasa aliquid suppositis foliis lauri cum coquitur, ut Cato docet. Att. 79 b, Laureolam in mustaceo quærere. Bibulum hoc prouerbio notat, qui sine labore, in re friuola, præclaram quæreret gloriam.

Mustella,

Mustella, læ. de Nat. 29 d, Non posis adduci ut domum muribus & mustellis ædificatam putes.

Mustum, sti. de Cl. 192 b, Noua ista quasi de musto ac lacu fruida oratio.

Mutabilis, le. habens mutationem. de N. 65 b, Omne corpus mutabile est. & de Vn. 199 b, Materia mutabilis. de Vn. 201 d, Sidera quæ uaga & mutabili ratione labuntur. pro Mil. 109 b, Mollis, tener, flexibilis.

Mutabilitas, tis. Tus. quæst. 226 d, Inconstantia mutabilitasq; mentis.

Mutatio, onis. permutatio, motus, conuersio, status, cõuersio, inclinatio temporũ. in Ar. 240 b, Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij. pro Qu. 2 b, Fit magna mutatio loci, non ingenij. Epist. 8 b, Atq; ita ut nullam mutationem unquam habitura res esse uideatur. de Na. 46 b, Luna uarias mutationes lucis habet. de Nat. 65 d, Natura omnia ciens, & agitans motibus & mutationibus suis. Academ. 30 d, Vt nulla uis tantos queat motus mutationemq; moliri. de Natur. deor. 36 b, Mutationes quatuor temporum. & 65 b, Mutationes elementorum inter se. pro Cluent. 28 b, & Offic. 24 b, Crebra coloris mutatio. Offic. 24 b, Morum facienda mutatio est. de Diuin. 105 b, Extorum fieri mutatio potest. Offic. 5 b, Mutatio officiorum dando, accipiendo. Att. 125 d, b, Nemo doctus unquam mutationem consilij, inconstantiam dixit esse. Off. 24 b, Eam mutationem si tempora adiuuabunt, facilius commodiusq; faciemus. in Ant. 159 d, Vnde igitur subitò tanta ista mutatio?

Mutatus, a, um. Epi. 77 d, Alij mutati uoluntate sint. & 84 d, b, Rerum hoc natura, & c. nec manens nec mutata ratio feret.

Mutia, orum. festus dies, Qu. Mutio ob bene administratã Asiam, consecratus. in Ver. 119 d.

Muticensis, ager in Sicilia. in V. Act. 5. pag. 169 b.

Muticatus, ta. diminutus. in Ant. 189 b, Antonius in Galliam mutilatum ducit exercitum.

Mutilus, a, um. diminutus, mutilatus. Ora. 214 d, Animus mutila sentit quædam, et quasi decurtata. Or. 199 b, Mutila quædam & hiantia loqui.

Murina, næ. urbs. in Ant. 199 d, Antonius circunsedit Mutinam, firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam. At. 278.

Mutinensis, e. Attic. 276 d, Mutinensis fuga.

Muto, as. mutationem facio, permuto, uerto, inuerto, conuerto, immuto, commuto, uario. Postquã. 206 b, Vos uestem mutandam censuistis, cunctiq; mutastis. & Qu. Fr. 308 d, pro Corn. 60 d, Neq; mutare ciuitatem quisquam inuitus potest, neq; si uelit mutare, non potest. et 61 d, Ne quis inuitus ciuitate mutetur. pro Corn. 68 b, Illum ciuitate mutatum esse fateor. de Or. 159 d, Idq; ad omnem rationem mutatur & uertitur. de Pro. 74 d, Pro fidẽ reb. gestis mentes uestras uoluntatemq; mutastis. pro Do. 217 b, Cui quidem cum Ciliciam dedisses, mutasti pactionem. pro S. R. 35 b, Versa & mutata in peiorem partem sunt omnia. Or. at. 202 d, Ergo ille princeps uariabit, mutabit, &c. At. 116 d, & Ep. 49 d, Philotimi literis lectis mutaui consilium de mulieribus. pro Mur. 135 d, b, Mutare sententiam. de Cla. 194 b, Mutare consuetudinem dicendi. pro Cl. 24 d, Mutare testamentum. Para. 121 d, Mutare solum. & pro Do. 229 d, Quò uertendi, hoc est mutandi soli causa, uenerant. de Or. 158 d, Proprium proprio commutare. Ora. 205 d, Ennius pro Afris immutat Africam. & ibidẽ: Summutantur uerba pro uerbis. Att. 235 b, Consilia in horas commutari uides. b, Mutari, non constare sibi, discedere à sese. de Fin. 85 b, Probitas gratuita, non mutata uoluptatibus. aliter mutuatam, aliter imitatam.

Mutuatio, onis. de Or. 157 d, Translationes quasi mutuationes sunt, cum quod non habeas, aliunde sumas. Item, Mulctari ea pœna, quæ sine mutuatione et sine uersura posit dissolui. pro Fl. 156 d, Cum multos minutis mutuationibus fraudauisset, &c.

Mutuè. mutuò, uicissim. Epi. 60 d, Tu ipse uelim iudices, satis ne uideatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum proximè Romã uenisti, mutuè respondisse. et 63 b, Officijs non mutuè respondetur. hæc Cic. filius.

Mutuò. mutuum. Epi. 153 d, Fac ualeas, meq; mutuò diligas. Ep. 63 b, Officijs mutuò respondere. Epist. 167 d, Et si omni tẽpore suuma studia officij mutuò inter nos certatim extiterũt. Ep. 149 d, Te ut diligas me, si mutuò me facturum scis, rogo. Ep. 60 d, Satis ne uideatur his omnibus rebus tuis aduentus mutuò respondisse. Ora. 204 d, Verbum aut translatum, aut factum aliunde ut mutuò, aut factum ab ipso.

Mutuor, aris. quod non habeo, aliũde sumo, mutuum aliquid sumo, utendum accipio. Attic. 245 b, Cum abundare debeam, cogor mutuari. Quin. Frat. 236 b, Tu quicquam ab alio mutuaris? Att. 103 b, Age à Cælio mutuabimur. de Na. 44 d, Mutuemur hoc quoq; uerbum. Or. 217 b, Aut noua uerba facere, aut à simili mutuari. de Orat. 107 b, Cætera uerò à familiari meo Longo mutuabor. de Ora. 89 b, Quæ sunt oratori cum illis cõmunia, non mutuor ab illis. Att. 112 b, Sed eum uideo in sumptũ ab alijs mutuatum. Tusc. 184 b, A uiris uirtus nomẽ est mutuata. de Fat. 140 b, Orator subtilitatẽ ab Academia mutuatur, & ei uicissim reddit ubertatem orationis, et ornamenta dicendi.

Mutus, a, um. elinguis, tacitus. (. Loquens, eloquens. Post quam. 203 d, Mutum forum, elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis. Qu. F. 442 b, Qui mutis pecudibus præsunt. de Fi. 63 b, Si mutæ etiam bestiæ loquerentur. de Leg. 184 b, Lex est mutus magistratus. in Cat. 113 d, Imago aui tui clarissimi uiri, quæ te à tanto scelere etiã muta reuocare debuit. in Ver. 271 d, Omnia muta atq; inanima commouerentur. & de Nat. 94, Res inanimatæ atq; mutæ. Att. 123 d, Nullum fuit tẽpus post has fugas et formidines, quod magis debuerit mutũ esse à literis, propterea quòd, &c. ad Heren. 40 b, Cum res muta aut informis sit eloquens & formata. & Tusc. q. 242 d, Muti uel loquentis origo. Or. 209 b, Muta quædam eloquentia inducere. in Cat. 116 b, Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. de Or. 123 d, Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. pro Fl. 174 d, Muta est huius temporis accusatio. pro Dom. 240 d, Is mutam in delicto personam nomenq; præbuit. pro Dom. 218 d, Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. in A. 186 b, Satius est mutum esse, quàm quod nemo intelligat dicere.

Mutuum. mutuò. pro Flac. 156 d, Pecuniam sumpsit mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum à S. Schola aliter mutuam. Ep. 200 d, Tibi ex S.C. imperandum, mutuumq; sumendum censeo. Mutuum in amicitia. l. Mutuus.

Mutuus, a, um. pariter atque æqualiter respondens, par. At. 262 a, Tua uoluntas erga me, meaq; erga te par atq; mutua. pro S.R. 37 a, Idcirco amicitiæ comparantur, ut commodum mutuis officijs gubernetur. de Am. 99 a, In amici mutua beneuolētia cōquiescere. Ep. 60 a, Mutuū in amicitia est, cum par uoluntas accipitur & redditur. & 145 a, Tuus erga me mutuus amor. Ep. 59 b, Tribuere alicui mutuam uoluntatem. Ep. 204 a, Pro pari inter nos et mutua beneuolentia. Ep. 227 a, Multa & magna inter nos officia, paria & mutua intercedūt. Ep. 178 a, Cum Appio summa mihi necessitudo est, multis eius officijs et meis mutuis constituta. Of. 12 a, Beneficia mutua & grata esse debēt. in Sal. 273 a, Non enim sperasti mutuam me tibi gratiam relaturum, ut uicißim tuos cōpellarē. de Am. 195 b, Remuneratio beneuolentiæ, uicißitudo studiorum uel officiorum. At. 205 a, Ille mihi HS. quatuordecim non reddit, quæ dedi eius filio mutua. 171 b, Dare pecuniā mutuā alicui. cōt. Rul. 82 b, Dare frumentum mutuū alicui. in Ver. 81 b, Sumere pecunias mutuas. in A. 229 b, & Br. 93 a, Sumere pecunias mutuas ab aliquo. pro Fl. 148 a, Damihi testimonium mutuum.

Mycenensis, se. de Finibus, 68 a, Mycenenses Attica pubes. Poetæ.

Mylasa, ōrum. urbs. in Ant. 198 d, & 207.

Mylasēis, uel Mylasij. pop. Ep. 214 b.

Myndus, di. opp. in Ver. 94 d.

Myndenses. Ep. 37 a, Myndensium testimonium.

Myoparo, onis. nauis piratica. l. V. 190 a, In portu piratici myoparo nauigauit. & 250 b, & 94 a, L. Infestus.

Myrina, næ. urbs Lemni. Ep. 76 b.

Myron, onis. fictor, qui Herculem ex ære fecit. in V. 220 b, & de Or. 145 a.

Μυροθήκιον, arcula, uel pyxis, in qua unguēta pigmentaq; temperantur, & asseruantur. l. Arcula.

Mysia, siæ. regio. Orat. 199 a, Curia, Phrygia, Mysia.

Mysius, a. At. 293. & 300 a.

Mysterium, rij. initia sacra, res occulta. Tusc. 154 a, Reminiscere quoniā es initiatus, quæ tradantur mysterijs. de Le. 167 a, Mysteria, quæ appellantur initia, &c. & de Or. 149 b, Quod mysteria non referrent, &c. de N. 384 a, Quod quale sit, ex mysterijs intelligi potest. de Or. 148 b, Hoc taciturnitatē tanquā mysteriū teneas. pro Mu. 129 b, Id enunciatis uestris mysterijs totum est contemptum. Ac. 15 b, Quæ sunt tandem ista mysteria? cur celatis? Tusc. 221 a, Ne heiorū aperiamus mysteria. de Orat. 102 a, Quid si petimus ab Antonio ut ea nobis explicet, & illa dicendi mysteria enunciet? At. 67 a, Epistolæ nostræ tantū habent mysteriorū, ut eas ne librarijs quidē ferè committamus. Att. 83 b, Velim adscribas certū quo die mysteria futura sint. & 89 a, Faciesq; me, in quem diem incidant mysteria, certiorem.

Mysus, a, um. pro Flacco, 160 a, Mysorum ultimus. prouerbium.

Mystagogus, gi. rex sacrorum, & magister. in Ver. 230 b, Itaq; iudices ij qui hospites ad ea quæ uisenda sunt, ducere solent, & unumquidq; ostendere, quos illi Mystagogos uocant, &c.

Nā Litera significabat in iudicijs non liquere, unde ampliatio nascebatur.

Næ, prosēcio, ualde. in Ant. 161 d, Næ tu si id feciſſes, melius fuit tuæ cōsuluiſſes. At. 57 b, Medius fidius næ tu emisti locū præclarum. Tusc. 164 a, Næ illæ medius fidius uir sapiens lætus morietur. de N. 26 a, Næ ego incautus, qui cum Academico & eodē rhetore congredi conatus sum. in Ver. 219 a, Næ ista præclara nobilitas desinat q̄rī, populū Rom. hominib. nouis honores mandare. Ac. 86 b, Næ tu me solicitudine magna liberaris. & de Cl. 187 b, Næ ego uelim, &c. Epist. 95 a, Næ tu haud paulò plus delectatiōis habuisti quā quisquā nostrum. Ep. 106 a, Scilicet ista quidē summa, næ ego multa libentius emerim diuersoriū Tarracinæ, næ, &c. Tusc. 161 b, Næ ista gloriosa sapiētia nō magno æstimanda est, si quidē non multum differt ab insania. Aca. 29 b, Quòd si geometri differt ab insania. Aca. 29 b, Quòd si geometri multum differt ab insania. Aca. 29 b, Quòd si geometri sophorum. I. C. 105 b, Næ illi uehementer errarant, &c.

Nænia, niæ. de Le. 182 b, Honorator̄ uirorum laudes in concione memorantur, easq; ad cantus & ad tibicinem prosequuntur, cui nomen Næniæ, quo uocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant.

Næuius, poeta comicus. de Cl. 170 a.

Næuus, ui. de Na. 17 a, Næuus in articulo pueri delectat Alceum. est autem corporis macula næuus. de Cl. 194 b, Totum aliquem nō næuo aliquo aut crepundijs, sed corpore omni uelle cognoscere.

Nam, nāque, autem, enim, etenim, atqui, quoniam, si quidem, quippe, namrum, scilicet, uidelicet, sanè. Ep. 205 b, Cum eo mihi summa necessitudo est. magno enim beneficio meo affectus cumulatissimè mihi gratiā retulit: nā nec in honoribus meis unquam defuit. nec in laboribus, I. C. 116 b, Quamobrem Quirites celebratote, &c. nā multi, &c. erepti enim, &c. de In. 43 b, Nam Hermagoras quidē nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur intelligere uidetur. Ep. 232 b, Nā quid ego de Ciceronis dicam? qui, &c. de Or. 121 b, Nam herculē inquit, Antonius, si. &c. & I. V. 123 b, Nam herculē inquit, &c. et ibi. Nam sperauerā, inquit arator, me ad denarium peruenturum. At. 49 a, Nam quòd purgas eos, &c. 135 b, Nam quod negas, etc. pro Cæl. 32 a, Ex quibus requiram quonam modo latuerint. At. 177 a, Quōmam rationē allaturus es huius rei? de Di. 89 b, Cuius nā modi est Tarquinij somnium? Att. 273 b, Quinq; cohortibus quid senam factur̄ arbitratur. Part. 234 a, Equónam modo. & 232 a, Nunquid nam restat? Tusc. 246 b, Offecerat uidelicet apricāti: id est, nam offecerat apricanti, uel offecerat scilicet apricanti. ut illud, Nunquam uidelicet staticens biberat. I. A. 217 a, Nam quòd me tecum iracundē agere dixisti, non est ita, uehementer, &c.

Nāciscor, eris. nactus sum, inuenio, adipiscor, cōsequor, assequor, mihi obuenit. de Nat. 51 a, Alter alterius ubicunque nactus est, oua frangit. & Tusc. 164 a, Cato sic abijt è uita, ut causam moriēdi se nactum esse gauderet. Orat. 199 b, Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse se cuperet. de Fin. 51 b, Quoniā nacti te, inquit, sumus. At. 315 a, Cuius rei nonnullā cōsuetudinē nactus sum, &c. pro Mil. 116 a, Quo nam modo imperiū ferre potuisſetis, si id ille nactus esset? de Som. 131 a, Ne uim ullam nanciscatur, quæ à primo impulsu moueatur. Ep. 173 b, Si quid firmitatis nactus sit Antonius. Epist. 194 b, Nactus plusculum laxamenti. & cum plus ocij nactus ero. de Nat. 77 a, Potestas quam ille per scelus erat nactus. & b, Nacti aliquid fortuiti boni. de Nat. 58 b, Iam uerò immanes belluas manciscimur uenando. Ep. 205 b, Tamē matorē spem impetrandi nactus sum. postea quā, &c. Se. Vitis ut se erigat clauiculis, quasi manibus, quic quid est nacta complectitur. in Ver. 97 a, Sortem est nactus urbanæ prouinciæ.

Nanque. si quidem. pro R. P. 132 a, de Or. 93 b, Tum ille, nāque quod tu non poteris, nemo poterit. de Ora. 91 a, Nāq; illud quare Scæuola negasti? Ep. 152 b, Nāq; assiduus internunciis, &c.

Nar, fluuius. At. 62, In Nar desiuit Velimus lacus.

Narbonensis, e. pro Fon. 276 b.

Narbo, onis. pro Fon. 276 b, Est in prouincia Galliæ Narbo Martius colonia nostrorum ciuium, specula populi Rom. in Ant. 167 d, At. 198 d.

Naris, ris. nares sunt nasi foramina. de Na. 54 b, Nares eo quòd odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. & 53 a, Os adiunctis narib. spiritu augetur. et 55 a, Nares semper patent. Tusc. 199 b, Fasciculum ad nares admouere. ad Her. 41 a, Emungere se cubito. de Diu. 83 a, Naribus humiferum duxēre ex aere succum.

Narnienſis, tribus. cont. Rul. 81 b.

Narona, næ. urbs, Ep. 231 b, & 51, Vatinij.

Narratio, nis. rerum gestarū, aut ut gestarum expositio. de Fi. 48 a, de Or. 116 a, Deinde rem narrare, ita ut narratio uerisimilis sit, ut aperta, ut breuis. & 139 a, Narratio obscura totam obcæcat orationem. Or. 208 a, Narrationes credibiles, nec historico, sed propè quotidiano sermone explicatæ dilucidè. Orat. 208 a, Rem breuiter exponere, & probabiliter & apertè. & 217 b, Si ex ponenda narratio est. Par. 232 b, Narratio est rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentū cōstitu endæ fidei. de Or. 139 a, Omnis oratiōis reliquæ fons est narratio. 2 ad Her. Narratio accusatoria in coniecturali causa quid habere debeat. 1 de Inuent. Aperta narratio poterit esse, ut si quod q; primū gestum erit, ita primum exponetur, &c. 1 ad Her. Narratio quo breuior, eo dilucidior. Partit. Narratio in suasione rara. 2 de Ora. Deinde rem narrare, ita ut narratio uerisimilis sit, ut aperta, ut breuis. 1 ad Heren. Verisimilis narratio erit, si ut mos, ut opinio, ut natura postulat, dicemus. 2 ad Heren. Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicionis. Part. Narratio præteritarum aut præsentium rerum est. 3 ad Her. Narrationis dispositio. 1 ad Her. Genus narrationis, quod in personis positū est, debet habere sermonis festiuitatem, animorū dissimilitudinē, grauitatem, lenitatem, &c. 1 ad He. Narrationis in negociorum expositione positæ partes tres. 1 de Inu. Narrationis uirtutes tres. In Or. Exponere narrationē. At. li. 6, In multis nominib. in Trophoniana Charonis narratiōe Græcos in eo reprehendit, quòd, &c. 1 de Or. Quando utendū sit, aut non sit narratione: id est, consilij. 1 de In. & 1 ad He. Narrationum tria sunt genera. Vnum genus est, in quo ipsa causa, & omnis ratio controuersiæ continetur. Alterū, in quo digressio aliqua extra causam aut criminationis, &c. aut amplificationis causa interponitur. Tertiū genus est remotū à ciuilibus causis, quod delectationis causa non inutili cum exercitatione dicitur et scribitur. de Narratione uide ad Heren. 1 b, & 3 a, de In. 48 a.

Narrator, oris. de Or. 113 a, Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. de Or. 129 a, Imitator & narrator facetus.

Narro, ras. rē gestam expono. narrationem expono, rem demonstro, dico. Ep. 31 a, Iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. Attic. 45 a, Crassi libertum ais, tibi de mea solicitudine maciēq; narrasse. ad Her. 20 b, Narrare de aliqua re. de Orat. 131 a, Vt mores eius de quo narres exprimātur. Att. 216 a, Othonē quòd speras posse uinci, sanè bene narras. At. 247 b, et 246 a, Narro tibi, Quintus exultat lætitia. Att. 26 b, Narra mihi reges Armenij patritios salutare nō solēt? At. 29 a, Nā tibi planè relegatus mihi uidetur postea quàm in Formiano sum. & 146 a, Narro tibi, hæc loca uenusta sunt. et 290 b, Malè narras de Nepotis filio.

Narthecium, cij. myrothecium. de Fi. 69 a, Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. Ac. li. 2, Nonius. l. Puteo, & Vnguentum.

Narus, gnarus. Or. 212 a, Noti erant, et nari, et nari, quibus cū In præponi oporteret, dulcius uisum est.) (Agnoti, ignaui, ignari dicere, quàm ut ueritas postulabat.

Nari, orum. opp. At. 40 a, Datū V I. Id. April. Naris Luc. aliter Naryci Locr. à Naryx.

Nasica. l. Corculum.

Nascor, eris. ortus, in uitam uenio uel introco uel ingredior, gigno, ortum habeo, in lucē edor uel suscipior, alicuius satu edor, in lucem edor, patris satu matrisq; conceptu omnes generamur & edimur, proficiscor, patefio, procedo. de Fi. 107 a, Omnes nati sumus ad societatem & cōmunitatē generis humani. Tusc. 150 a, Quoniā etiā mortui miseri sunt, in miseriam nascitur sempiternam. de Fi. 81 a, Sed ipsum à se oritur & sua sponte nascitur. cont. Rul. 84 a, Antè extingui atq; opprimi quā planè exortū ac natum esset. pro S.R. 25 b, Si tibi fortuna nō dedit ut patre certo nascerere. Or. 197 a, Cætera nascuntur & occidunt. Top. 224 a, Filius natus in decē mensib. de Cl. 167 a, Thucydides qui non nascentib. Athenis, sed iā adultis fuit. pro Qu. 164, Ex quo hæc omnia nata & profecta sunt. de Fi. 118 a, Timiditas ex rebus nascitur. de Cl. 168 b, Nec in impeditis, & regū dominatione deuinctis nasci cupiditas dicendi solet. Of. 36 a, Nulla tā detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. cōt. Rul. 64 a, Homines in ueteri dignitate fortunaq; nati. in Cat. 311 a, Nascēdi incerta conditio, & sine sensu nascimur. de L. 159 a, Cuius causa nati & in lucē editi sumus. At. 2 a, Filiolo auctus sum. Maior natu, & minor natu. l. Natu.

Nassa, sæ. uas uimineum ad capiendos pisces. Ad Att. 247 b, Ex hac nassa exire constitui non ad fugam, sed ad spē mortis melioris.

Nasturtium, tij. herba acri & odore & sapore, quam Græci cardamum uocant. Tusc. q. 274 b, Persas negat Xenophon ad panem adhibere quicquam præter nasturtium. & de Fin. 84 a.

Nasus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nasus, nasi. de Fi.55 d, Nasus ita locatus, ut quasi murus oculis interiectus esse uideatur. 4 d Her.40 d, Emungere se cubito.

Natalis, le. Attic.283 d, Cum is dies casu Bruti natalis esset. Attic.137 d, Natali die tuo scripsisti epistolam, &c. Attic.104 b, Ita ad urbem 111 l. Non. natali die meo. pro Fl. 165 b, Hunc ego diem uerè natalem huius urbis, aut certè salutarem appellare possum. & de Diuin.at.129 d, Natalis dies urbis. At.49 d, Agere diem natalem suum, uel alicuius. de Fi.85 d, de Fin.b.86 d, Agere diem suum natalem quotannis. & ibi. Vt & sui & Metrodori memoria colatur. & ibid. Colere diem natalem. de Diuin. 126 b, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusq; uitæ ex natali die minimè credendum est. pro Sest.26 d, De natali die Ciceronis. in Cat.111 d, Non minus iucundi atq; illustres nobis sunt ij dies, quibus conseruamur, quam ij qu bus nascimur.

Natalitius, a, um. dies natalis. de Diuin. 126 b, Qui hæc Chaldæorũ natalitia prædicta defendũt. & 127 d, Chaldæi notant sidera natalitia. l. A.163 d, Hodie nõ descẽdit Antonius. curè dat natalitia in hortis.

Natatio, onis. de Se.89 d, Natatio & cursus.

Natio, onis. gens. genus, terra. de Prouin.75 b, Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum prælijs feliciβimè decertauit. pro Font.281 d, Exteræ nationes et gentes. pro Cl.32 b, Is se Ligurem non fecit, ne nationis magis suæ quàm generis uti cognomine uideretur: id est, Pacetus natione Ligur. de N.78 b, & 79 d, Deum nõ curare singulos homines, nec ciuitates, nec nationes et gentes. de Or.110 d, Erudita illa Græcorum natio. de In.50 d, Atq; hominum genus in natione constituitur, graius an barbarus. de Ar. & pro Sest.23 b, Deteriores cauete, quarũ quidè est magna natio pro Mur. 140 b, Tota natio cãdidatorum. & pro Sest.23 d, Natio optimatum. Qu.Fr.295 d, Immanes ac barbaræ nationes. & in Pis 91 d, Nemo tibi obuiã uenit, ne de officiosiβima quidem natione candidatorum.

Natio, dea. de Nat. d. 68 b, & 69 b, Natio dea, quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus Natio nomina ta est.

Natiuus, a, um. germanus, quod nobiscũ nascitur. de Nat. 74 d, Anaximandri opinio est, natiuos esse deos, longis interuallis, orientes occidentesq;. Part. 231 d, Simplicia uerba partim natiua, partim reperta sunt. de Natur.46 d, Belluæ ad saxa natiuis testis inhærentes. pro D.215 d, Medicina, quæ & illud natiuum malum & hoc delectũ sanare posset. de Aruβ.248 d, Huius gentis ac terræ domesticus natiuusq; sensus.

Nato, as. no. pro Cæl. 45 d, Quò omnis iuuentus natandi causa uenit. & de In.81 b, & Ep.100 d, Naufragus quidam natans, & c. de N.72 a, In quo quidem magis tu mihi natare uisus es, quàm ipse Neptunus. in An.180 d, Natabant pauimenta uino.

Natrix, cis. serpentis genus. Ac.30 d, Cur Deus tãtam uim natricum & uiperarum feceritꝰ cur mortifera tam multa paßim disperseritꝰ

Natu, maior natu, ætate antecedens. Ac.16 d, Aliquos annis minor natu. & de Cla.186 b, Qu. Pompeius biennio quàm nos fortaße maior. pro Clu.404, Ex his omnib. natu minimus Quin. Saturius. & de Or.113 b, Minimus natu horum omnium Timæus. de Cl.173 b, Tum ego ui diui equidem ista de maioribus. in Verr.262 d, Grandes natu matres. & 91 b, Grandis natu parens. de Cl.171 b, & Tuβc 148 b, Minor natu. de In.52 b, Qui βint maior natu quàm Plautus. de Se.79 d, Non admodum grandis natu, sed tamen ætate proiectior.

Natura, ræ. communis hominum parens, uis, ingenium, quam noui philosophi & indiserti substantiã & essentiam uocarunt. de Na.42 d, Namq; alij naturam censent esse uim quandam sine ratione cientem motus in corporib. necessarios. alij autẽ, uim participem rationis atq; ordinis tanquã uia progredientem, declarantemq; quid cuiusq; rei causa efficiat, quid sequatur. cuius solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex cõsequi possit imitando. & ibi deinceps multa de natura. & 37 d, Omnis natura artificiosa est. & ibi rursus de natura multa. Parad.118 d, Cum tibi siue deus siue mater (ut ita dicam) rerum omnium natura, dederit animũ. Tuβ.174 b, Natura parens omnium. & 235 b, Natura communis parẽs. et de Fin.130 d, Omnium est natura cõmunis. & de Nat.104, Communis rerum natura uniuersa atq; omnia cõtinens. de N.52 d, Prouida solersq; natura. in V.243 d, Quæ iucunda uidẽtur esse, non modò his extraordinarijs cupiditatibus, sed etiã ipsi naturæ ac necessitati denegare. de Nat.31 b, Natura ignis, & ea ipsa tota fruida est, et ceteris naturis uitalem imperfit calorem. de Fi.130 d, Naturas esse diuersas, ut aliud equo sit natura, aliud homini, aliud homini, et 126 b, Theophrastus persecutus est stirpium naturas, omniũ ferè rerum, etc. Att.275 d, Occultæ hominũ uoluntates, multiplicesq; naturæ. de Fin.59 b, Vis & natura iusticiæ. & 62 d, Vis uerborum & natura orationis. de N.d.6 d, Omnes natura numini diuinitura parent. Tuβc 9.156 b, Quinta illa non nominata magis quàm non intellecta natura. de Diuin.128 d, Eodem ictu poris punctio nati dißimiles & naturas, & utitas, & casus habẽt. de Diuin.82 b, Est enim uis & natura quædã, quæ futura prænũciat, quorum uim atq; naturam rationunquam explicuit. de Som.131 d, Hæc est natura propria animæ atq; uis, ut ipsa à seipsa moueatur. de Or.161 d, In omni genere magna quædã est uis incredibilisq; naturæ. pro Syl.182 d, Tormentum gubernat dolor, & moderatur natura cuiusq; tum animi tum corporis. & ibi. Vita ipsa ex ui sua naturaq; facilè perspicitur. de Cl.190 d, Gestus natura ita uenustus, ut ars etiam quæ non erat, & è disciplina motus quidã uideretur accedere. et 191 d, Atq; hic à magistris parum institutus, naturã habuit admirabilem ad dicendum: industriã nõ sum experitus, studiũ certè fuit. pro Ar.188 b, Sæpius ad laudẽ atq; uirtutẽ naturã sine doctrina, quàm sine natura ualuisse doctrinam. & ibi. Aliquem sine doctrina naturæ habitu esse moderatũ. & ibid. Cum ad naturã eximiam & illustrẽ accesserit ratio quædã confirmatioq; doctrinæ, tum illud nescio quid præclarũ ac singulare solet existere. Tuβ.152 b, & 162 d, Quinta quædã natura ab Aristotele inducta. & inibi de natura, quã subtiliam uocant. præclara quædam. de Som.131 d, Vel concidat omne cælum, omnisq; natura, consistat necesse est, animus. Offic.22 b, Nihil contra naturã unuersam est contendendum. de Or.92 b, Id si est difficile nobis, sit tamen in repositum atq; natura. & ibid. Nil decet inuita (ut aiunt) Minerua: id est, aduersante & repugnante natura. de Or.94 d, Naturã atq; ingeniũ ad dicẽdum uim afferre maximã. de Or.129 d, Natura fingit homines, ac creat imitatores ac narratores facetos. Or.212 d, Hoc nõ natura fit, sed quodam instituto. de Cl.190 b, Siue quod natura nõ esset ita factus. pro Sest.26 d, Natura improbus.) (A natura bene institutus. pro Marc.Victoria, quæ natura insolens est. cont. Rul.85 d, Aliquid ingenerari à stirpe generis ac seminis: id est, ab ipsa natura. de Fin.140 b, Cum sic hominis natura generata sit, ut, etc. Tuβ.168 d, Natura sic se habet, ut, &c. Tuβc.176 d, Quod natura fert. de Or.101 d, Cuius rei tanta est uis, tanta natura, ut, &c. de Or.123 d, Acie mentis rerum omnium uim naturamq; uidere. de Or.123 b, Argumẽta, aut ex sua sumi ui atq; natura, aut assumi foris. de Or.125 b, Medico et consuetudo ualentis, & natura corporis cognoscẽda est. in V.240 b, Natura loci ac cœli Syracusanũ. Qu.F.317 b, Quos tu situs, quasi naturas rerum & locorum habes? Epi.7 b, Ea est natura & ratio prouinciæ tuæ, &c. pro Cl.32 b, Vitia quæ ab natura habeas, studio atq; artificio quodam malitiæ condire. pro Rab. 95 b, Atqui uidemus hæc in rerũ natura tria fuiße, ut aut, &c. aut, &c. aut, &c. & pro S.R. 30 d, Aliquid ex rerũ natura suβtuliße. de In.82 d, Natura ius est: id est, ius naturale est. Ita natura cõparatũ est. l. Cõparo. Ita nati sumus, ut, &c. l. Natus. de Or.159 d, Itaq; incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata. de Fat.145 b, Motus enim uolũtarius eã naturã in se ipse cõtinet, ut sit in nostra potestate, nobisq; pareat, nec id sine causa. eius enim rei causa ipsa natura est. de Senect.78 d, Naturã optimã ducem tanquã deum sequimur, etq; paremus. de L.182 b, Natura quæ normam legis est. pro Mu.132 d, Sed tamẽ ea uicisti, quæ & naturam, & conditionẽ, ut uinci possent, habebant. Offic.32 Naturã iuris fons est. de N.2, Natura est igitur quæ continet mundum omnem, eumq; tueatur. 2 de Nat. Natura, qua nihil potest esse callidius. Acad.ed.1.lib.2, Naturã in profundo ueritatẽ, ut ait Democritus, penitius abstrusit. Tuβc.lib.5, Aperta enim res est, & quotidie nos ipsa naturã admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm uilibus. Tuβ.3, Natura affert dolorẽ. de Di.li.1, Natura paruis momentis multa aut affingit, aut mutat, aut detrahit. de Am. Natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid, tanquam adminiculum annititur. de Fin.lib.1, Natura, iuxta Epicurum, ascisцit & reprobat id est, uoluptatem & dolorem. Tuβ.q.lib.2, Omnia quæ natura aspernatur, in malis sunt: quæ ascisцit, in bonis. de Fin.lib.5, Natura in pueris ut in speculis cernitur. Offic.1, Natura, ui rationis, hominem conciliat hominis & ad orationis & ad uitæ societatem, &c. Tuβc.lib.4, Continet diu sedationẽ animi humana in conspectu posita natura. 10 ad Attic. Natura corrupit Hortensij filium, nõ patris culpa. Cat. Natura commorãdi nobis diuersorium dedit, non habitandi. Tuβ.lib.3, Natura parua nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusq; deprauatis sic restinguimus, ut nusquã naturæ lumẽ appareat. de N.d.1, Quæ nobis natura infirmationẽ deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos æternos & beatos haberemus. Tuβ. lib.1, Natura dedit usuram uitæ, tanquã pecuniæ, nulla præstituta die. Off.3, Natura recta & conuenientia & constãtia desiderat, aspernaturq; contraria. 2 de L. Natura in his ipsis rebus quæ ad quietam animi delectationem quæruntur, dominatur. Tuβc.lib.5, Vereor enim ne natura quũ corpora nobis infirma dediβet, ijsq; et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adiunxiße, animos quoq; dederit & corporũ dolorib. congruentes, et separatim suis angorib. & moleβtijs implicatos. 2 de In. Natura simplici in genere nihil ex omni parte perfectũ expoliuit. 3 de Or. Fabricata est hoc incredibiliter natura, 2 de Or. Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura. 1 de Fin. Ad maiora enim quædã nos natura genuit et conformauit. Tuβ.li.5, Natura quic quid genuit, nõ modò animal, sed etiã quod ita esset ortum è terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quodq; genere perfectũ esse uoluit. Tuβ.li.3, Quòd si natura tales nos genuiβet, ut eã ipsam intueri & perspicere, eadẽq; optima duce cursum uitæ cõficere possemus, haud erat sanè, quòd quiβquã rationem ac doctrinã requireret. de Fin.lib.1, Natura ipsa diuitias, quibus contẽta est, et parabiles & terminatas habet. Ca. Natura, sicut aliarũ omnium rerũ, sic uiuendi modũ habet. Tuβ.lib.2, Natura nihil habet præstãti?, mihi quod magis expetat, quã honeβtatem, quàm laudẽ, quã dignitatẽ, quàm decus. de N.1, Natura ipsa deorum notionem in animis hominũ impreβit. de Fin.li.2, Natura cupiditatem ingenuit hominibus ueri inueniendi. 3 ad Her. Natura nihil extremũ inuenit. Læl. Natura mutari non potest. 6 Fã. Tũ uetat in eo uim timere, quò nos iam natura ipsa penè perduxerit. 1 de Leg. Natura per se longius progreditur, quæ nullo docente perfecta ab ijs, quorũ ex prima & inchoata intelligẽtia genera cognouit, confirmat ipsa per se rationem, & perficit. de Cl. Admirabilis ad dicendũ natura. de N.d.1, Quæ autẽ animans natura, nihil curans. 2 de Leg. Natura antiquiβima, et rerum omniũ princeps, ad quã leges hominũ diriguntur. 2 de N.d. Natura non artificiosa solùm, sed planè artifex ab eodem Zenone dicitur. consultrix et prouida utilitatum opportunitatiũq; omnium. 3 de Nat.d. Natura maximè cedens & diβipabilis. Acad. ed. 2. lib. 1, Natura cohærens & continuata cum omnibus suis partibus. de Natu.de.1, Natura, quàm blanda conciliatrix, & quasi sui lena. Tuβc.lib.5 de Fin. lib.2, Natura paruo cultu contenta est. de Fi. lib.4, Natura deprauata. Tuβ. lib.1, Natura diuina. de Vniuerβ. Natura duplex generis humani. 6 Fã. Ex natura rerum est, et is temporum cursus. 5 de Fin. Quum sic hominis natura generata sit, ut, etc. Tuβ.lib.4, Nec tam fuit hominũ generi infensa atq; inimica natura, ut corporibus tot res salutares, animis nullam inuenerit. Tuβ.lib.5, Natura semper est inuicta. Tuβ.li.1, Nulla melior in hominũ genere natura, quã eorũ, qui se natos ad homines iuuãdos, tutandos, cõseruandos arbitrantur. Tuβ.li.4, Natura de animis hoc merita melius, quòd corporum additamenta adhibentur extrinsecus, animorũ salus inclusa in his ipsis est. 1 ad Qu.Fr. Natura moderata, natura uitiβima. 13 ad Att. Natura noscenda est, non facultas. de Fi. lib.5, Omnis natura cõseruatrix sui est. de Fin.lib.4, Omnis natura diligens sui est. de Finib. 5, Omnis natura propositũ habet quasi finẽ & extremũ, se ut custodiat quã in optimo sui generis statu. de Am.99 d, Natura optima rectè uiuẽdi dux. de N.2, Prouida solersq; natura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ac.ed.2.lib.1, Natura sentiens est secundum Academicos. Tusc. lib.1, Natura terrena, mortalis & caduca. ad Alienum, li.13, Huic ego tantùmodo aditum ad tuã cognitionem patefacio & munio: cognitum per teipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia hospitio; iudicabis. de Nat. deor.2, Mundus melior, quàm ulla natura. 7 Verr. Cœli & loci alicuius natura. 2 de Orat. Naturæ causæ, quam alij constitutionem uocant. de Nat. deor.2, Hominis natura perfecta non est. 1 de Leg. Natura iuris ab hominis repetenda natura. 1 de Fin. Vis & natura iusticiæ. de Leg. Agr. Carthaginenses fraudulenti & mendaces non genere, sed natura loci, quòd propter portus suos, multis & uarijs mercatorum sermonib. ad studiũ fullendi, studio quæstus uocabantur. 15 Fam. Natura illius montis. Acad.q.ed.2.lib.1, Natura mundi sempiterna secundum Academicos. de Nat. d. 1, Natura omnium de dijs consentit. 13 ad Attic. Rerum natura non uideatur ferre. Diuin. lib.2, Natura rerum uno consensu iuncta & continens, ut Physicis placet. Acad.q.ed.1.lib.2, Quod rerum natura non patitur. 6 Fam. Natura atque ratio temporum ciuilium. 1 ad Qu. Fr. Natura uniuscuiusq; multis simulationem inuolucris tegitur. Læl. Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius, quàm natura. 1 ad Quint. Fr. Naturæ acerbitas. 1 ad Attic. Naturæ agilitas, ut ita dicam, & mollities. 3 de Nat. deor. Naturæ ista sunt Balbe, naturæ non artificiose ambulantis, &c. sed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus suis. de N. d. 1, Naturæ uniuersæ animus & mens. 2 de Orat. In naturæ bonis Crassus se uinci æquo animo ferebat: in ijs uerò quæ sibi homines parare possẽt, pati non poterat. de Vniuer. Naturæ intelligentis sapiẽtisq; causas primas conquirere. 2 de Nat. d. Naturæ fabrica incredibilis. pro Marcel. Naturæ communis fragilitas. Acad.q.ed.2.lib.1, Naturæ inuestigatio. 2 de Inuent. Naturæ iura à uulgari intelligentia sunt remotiora. 11 Philip. Naturæ lex. 2 Fam. Naturæ liberalitas. 2 de Nat.d. Naturæ nomine omnia Epicurus appellat. 1 de Inuent. Naturæ partes quibus in rebus uersantur. 2 de Leg. Naturæ patria una, altera ciuitatis. Acad.q.ed.2.lib.13, Naturæ perfectio, uirtus. ad Lent.lib.1, Habui non temporum solum rationem eorum, sed etiam naturæ: id est, morum meorum. 2 de Nat. d. Naturæ solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex cõsequi potest imitãdo. Tusc. lib.1, Naturæ specimen ex optima quaq; natura capiendum. de Nat. d. 1, Naturæ speculator, uenatorq; physicus. Cat. Naturæ uia una est, eaq; simplex. Acad.q.ed.2. lib.1, Naturæ sentientis uim, animum mundi esse dicunt Academici. Acad.q.ed.1.lib.2, Naturæ accommodatum. 1 ad Quin. Fr. Naturæ tuæ ea adhibita doctrina est, quæ uel uitiosissimam naturam excolere posset. de Fin.lib.2, Naturæ obsisti non potest. Acad. q.ed. 2. lib. 1, Naturæ parẽre. 2 de Le. Naturæ rerum omnium rem ullam præstare cum nefas sit dicere, rationem esse in ea confitendum est. Cat. Quid enim est aliud gigantum modo bellare cum dijs, nisi repugnare naturæ? pro Cl. Vos autem de eo, in quem iudices nõ estis, &c. de eo qui & naturæ & legib. satisfecit, quẽ leges exilio, natura, morte multauit. ad Brut. Naturæ seruire. pro Marc. Naturæ quod debetur soluere. Acad. q.ed.1.lib.2, Naturam accusa. 2 de Le. **Ad naturam iura nostra accõmodari gaudeo.** Acad.

quæst. ed. 1. lib.2, Ad naturam accommodatum. 7 Fam. Ad rerum naturam delabi. 4 ad Att. Quæ ad naturam maximè uita est. 2 de Na. Naturam alij esse censent, summam quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios, &c. de Na. deor.1, Naturam excellentem atq; præstantem piè sanctéq; colimus. 2 de Nat. d. Naturam quasi cognatione continuatam conspirare. 1 de Inuent. Naturam definire difficile. Acad.q.ed.2, lib.1. Naturam sentientem dicunt Academici esse mentem, sapientiãq; perfectam. ad Lent. lib.1, Eam esse naturam & religionem prouinciæ tuæ, ut illius reditum uel adiuuando confirmares, uel negligendo impedires. 2 de Nat. d. Naturam eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere necesse est. Acad.q.ed.1.lib.2, Naturam rerum omnium euoluere. 1 Philip. Naturã alicuius ferre. 3 de Nat. d. Naturam patibilem habet omne animal. 2 de Diuin. Párere quædam matrona cupiens, dubitans esset ne prægnans, uisa est in quiete obsignatam habere naturam: retulit. negauit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. 1 de Nat.d. Naturam illam quæ imagines fundat, ac mittat in deorum numero. Tusc.li.1, Naturam ipsam de immortalitate animorũ tacitam iudicare, maximũ argumentũ est, quòd omnib. curæ sunt, & maximè quidẽ, quæ post mortem futura sint. 1 de Le. Naturã ducem nactus non est quisquã hominũ, qui ad uirtutem peruenire non posit. Aca.ed.2. lib.1, Naturam in duas species partiebantur Academici, in materiã & formam. de Amicit. Si quis in cœlum ascendisset, naturamq; mundi & pulchritudinem siderum perspexisset, si solitarius esset, insuauem illam admirationem ei fore. Tusc.q.lib.4, Qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profitebatur. 1 Philip. Præter naturam & Fatum. Tusc.q.lib. 4, An quicquam potest esse secundum naturam, quod sit repugnante ratione? Cat. Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Offic.3, Secundum naturam uiuere. Off.1, Naturam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus. de Nat.2, Neq; naturam significat: est enim plena rationis. Acad.q.ed. 2. lib.1, A` natura corporis experte nihil quicquam effici posse arbitrabatur Zeno. 1 de Legib. A` natura dati hominibus igniculi, à corruptela malæ consuetudinis extinguuntur, exoriunturq; & confirmantur uitia contraria. de Vn. A` natura datum homini uiuẽdi curriculum. Off. 1, Maior pars cò ferè deferri solet, quò à natura ipsa deducitur. Diuin. lib.1, A` natura deorum hausimus animos et de libatos habemus. 1 de Legibus: A` natura repetenda iuris stirps. 11 Famil. Sim etenim impudens, si plus postulem, quàm homini à natura rerum tribui potest. Tusc.q.lib 1, Tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognouerant. Tusc. q.lib.1, Quæ natura, non literis assecuti sumus. de Am. Si aliquem nacti sumus cuius eam mortibus & natura congruamus. de Na.d.1, De natura deorum quæstio perdifficilis & perobscura. 2 de Nat.d. De natura uariæ opiniones. Tusc.q.lib.4, Qui aut natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij sunt eiusmodi constituti, quasi mala ualetudine animi, sanabiles tamen. 1 de Leg. Natura diuisa sunt honesta & turpia. de Fin.lib.1, Magistra ac ducem natura. 1 de Leg. Natura duce errari nullo pacto potest. Tusc. q.lib. 1, Atque hæc ita sentimus natura duce, nulla

nulla ratione, nullaq; doctrina. de Nat. 1, Natura mundum effectus, nihil opus fuit fabrica. de Prouin. Consul. Si ex rerũ natura non possem euellere. Hoc est delere, tollere. de Amic. Quòd si exemeris ex rerum natura benuolentiæ coniunctionem, nec domus ulla, nec urbs stare poterit. in Orat. Quid uerò hoc elegantius quod non fit naturæ? de Nat. d. 1, Ea quæ natura fluerent atq; manarent. 1 de Leg. In natura est bonũ ipsum, non in opinionibus: nam ni ita esset, beati quoq; opinione essent. de Nat.deor.2, In omni fusum est natura calidum illud atq; igneum. 1 de Leg. In natura, non in opinione, sita arboris aut equi uirtus. 2 de Nat. Nostris manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur. Acad. edit. 2. li. 1, In natura ratio perfecta, iuxta Academicos. 1 de Fin. In rerum natura duo quærẽda sunt: unum, quæ materia sit, ex qua quæq; res efficiatur: alterum, quæ uis sit quæ quicq; efficiat. de Fin. lib.2, In natura rerum tria sunt: unum, cum in uoluptate summus: alterum, cum in dolore: tertium, cum nec in uoluptate, nec in dolore. Tusc. lib.3, In natura tria sunt: unum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere, nec dolere. Tus. lib.1, Natura inest in mẽtibus nostris insatiabilis quædã cupiditas ueri uidendi. pro Syll. Hoc natura est insitum, ut quem timueris, qui cum de uita, fortunisq; contenderis, cuius ex insidijs euaseris, hunc semper oderis. 1 de Orat. Natura non est interdictum singulis hominibus artes plures nosse. Acad.ed.1, lib.2, Natura lenissimus homo. Tusc. q. lib. 1, Optima natura esse. 13 Fam. Pro natura tua. Acad. edit. 2. lib.1, Natura sentiente nihil ualentius, à quo intereat. 13 Fam. Natura tributum est id optimo cuiq;, ut laudem uelit consequi. Br. 1, Voluntates hominum occultæ, multiplices q; naturæ. de Nat.2, Naturæ primæ et inchoatæ. 2 ad Quint. Fra. Naturæ rerum & locorum. de Nat. d. 1, Quatuor naturas, ex quibus omnia constare uult Empedocles, diuinas esse censet. de Nat. d. 1, Naturis, quæ sine animis sunt, locus est proprius. 2 de Nat.d. A` superis externisq; naturis alitur terra. al. æternis.

Naturalis, le. physicus, innatus, insitus, naturæ cõiunctus uel copulatus, à natura profectus uel ortus. secundũ naturam, cuius causas natura continet, quod quidem ferè à natura est. de Cl. 166 b, Eisq; libris ad memoriam rerũ naturalium comprehendendam impulsi sumus. et Part. 235 b, In obscuris naturalibusq; quæstionibus. et de Fin. 52 b, Motus naturalis. in Ant. 186 d, Pater naturalis. de Clar. 182 b, Omnium causarum unum est naturale principium. de Fat. 141 b, Nostrarum uoluntatum & appetitionum non sunt causæ naturales & antecedentes, nihil enim esset in nostra potestate. de Di. 82 d, Hæc enim duo genera diuinandi naturalia sunt. pro Cæl. 36 b, Nisi ipse se cum domestica disciplina, tum etiã naturali quodã bono defenderet. de Di. 103 d, Artificiosa præsensio. X. Naturalis diuinatio, quæ Physica disputandi subtilitate referenda est ad naturam deorum. de Cl. 167 b, Naturalis, non fucatus nitor. Off. 11 d, Naturalis quædam solertia. de Or. 94 b, Vt homines adolescentes, si quid naturale fortè non habeant, deterreantur. de Fin. 55 d, Natura insita in animis nostris notio. de Somn. 129 b, Sed quæ naturæ principia sunt societatis humanæ, retinenda atq; insita in animis nostris notio. de Somn. 129 b, Sed quæ naturæ principia sunt societatis humanæ, retinendum altius uidetur: id est, naturalia principia. de

Nat. 6 d, Physiologia: id est, naturæ ratio. de Cl. 176 d, Facilè cerneres naturale quoddam stirpis bonum degenerauisse uitio deprauatæ uoluntatis.

Naturaliter. à natura, secundum naturam, naturæ ipsius habitu, natura, ablatiui casu. de Sen. 82 b, Quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet. Off. 39 b, Honestum per se nobis placet, animosq; nostros natura et specie sua commouet. & ibidem: Eos à natura ipsa diligere cogimur. de Amic. 115 d, Ita ratio comparata est uitæ naturæq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. pro Plan. 265 b, Hoc ualeret inquam in communi consensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ.

Natus, ta, tum. editus, procreatus, factus, alicuius satu uel partu editus. de Na. 68 b, Orpheus et Rhesus matre Musa nati. & 60 a, Circe è Persi de Oceani filia nata. Tusc. 196 d, Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus. Postquam. 98 b, A` parentibus paruus sum procreatus, à uobis natus sum consularis. de Fin. 139 b, Natus, susceptus, et institutus ad laudẽ. de Or. 93 d, Cum te unum ex omnibus ad dicendum maximè natum aptumq; cognoui. et 92 a, Ita nati sumus, ut rem gestam exponere, & de omnibus rebus loqui sine arte posimus. in Ver. 135 b, Reperiebam hunc ad istius flagitiosas libidines natum atq; aptum fuisse & factum. d. Fac. de Finib. 73 a, Equus natus ad cursum, canis natus ad indagandum. Epist. 57 d, Natus ad agẽdum semper aliquid dignum uiro. de Ar. 244 d, Scipio natus mihi uidetur ad interitũ exitiumq; Carthaginis. & ibid. T. Annius ad hanc pestem funditus delendam natus esse uideatur. pro Sest. 22 b, Vir ad dignitatem & gloriam natus. pro Cæl. 50 a, Ille uir, qui se natum huic imperio. pro Corn. 55 a, L. Crassus homo natus ad dicendi singularem quandam facultatem. in Ant. 241 d, Cæsar deorum beneficio natus ad hæc tempora. in Ant. 238 b, Aliquis ad facinus prædamq; natus. Orat. 105 b, At hic noster ad hoc unum est natus, in hoc solo se exercuit. Part. 23 a, Genus hominum est ad honestatem natum. de Clar. 186 b, Cn. Pompeius uir ad omnia summa natus. de Nat. d. 58 a, Boum ceruices natæ ad iugum. de Prouin. 71 d, Syri natio nata seruituti. pro Cæl. 50 a, Ille uir qui se natũ huic imperio putauit. in Pison. 88 a, Ille gurges atq; helluo natus abdomini suo, non laudi atq; gloriæ. de Clar. 191 d, Multitudo et forum, cui nata eloquentia est. pro Mur. 143 b, Tuum est Cato qui nõ tibi, sed patriæ natus es, ridere, &c. Off. 5 a, Non nobis solum nati sumus, sed, &c. de Ora. 134 b, Græci nati in literis. Antequàm. 196 d, Non magis me mea causa puto esse natum quàm reipub. procreatum. de Or. 94 b, Quidam sunt ita habiles, &c. ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse uideantur. Att. 106 b, Animaduerteram posse pro re nata te non incommodè ad me in Albanum uenire. Att. 111 b, In his locis pro re nata non incõmodè possunt esse. Att. 224 d, Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. In Ver. 169 b, Eques Rom. propè annos LXXXX. natus. de Orat. 149 b, & de Cla. 185 d, Annos natus unum & uiginti. pro Clu. 40 b, Cum annos ad quinquaginta natus esset. pro Cec. 295 d, Isq; iam annos uiginti habebat. de Leg. 161 b, Homines ad iusticiam esse natos.

Natus, ti. procreatus, filius. de Amic. 101 d, Ea charitas, quæ est inter natos & parentes. de Finibus, 141 b, A`

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo satu quò à procreatoribus nati diliguntur. de Fi. 77 b, Neq; porrò ex eo natus, &c.

Nauale, lis. armamentarium: id est, locus in quo naues naualiaq; opera omnia fiunt, & seruantur. Muri, naualia, portus, aquarum ductus. Off. 45 b.

Naualis, le. de Or. 90 a, Si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de naualium opere dicendum. de Sen. 79 b, Pedestres naules ue pugnæ. pro Mur. 132 a, Pugna naualis ad tenendum. pro Pomp. 14 a, Disciplina naualis. & 9 b, Nauale bellum. Att. lib. 10.

Nauarchus, chi. magister & gubernator nauis, nauicularius. in Ver. 248 a, Sumptum omnem in classem nauarcho suo quæq; ciuitas dabat. & 190 a, Nauarchis imperare. Item: Forum Syracusanum, nauarchorum sanguine redundauit.

Nauci. iuglandis putamen, res' ue nihili. de D. 108 a, Non habeo deniq; nauci Marsum augurem.

Naufragium, gij. iactura quæ fit in mari naui fracta, calamitas. Ep. 259 b, Interea, qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt: id est, nauim fregerunt. & de Diu. 85 b, Tot clarissimorum ducum regumq; naufragium. de In. 42 b, Maxima ac miserrima naufragia fiebât. pro Rab. 95 b, Nec tuas unquã rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titij nauem afflictam, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum uideres. Att. 67 b, Hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat. Of. 70 a, Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebit' ne eam sapiens, si poterit? pro S. R. 43 a, Quem tu è patrimonio tanquam è naufragio nudum eiecisti. pro Dom. 141 a, Quod in naufragio reip. tenebris offusis, demerso populo, &c. Epist. 10 b, Naufragium rei familiaris. pro Sest. 5 b, In quo naufragio reipub. colligendo & reficiendo, saluti communi omnia reperientur P. Sestij consilia esse uersata. in Pis. 88 b, Vt tu naufragio expulsus penderes, etc. in Ant. 243 a, Qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Antoniana saxa proiectus est. At. 2, Naufragia externa inuieri. Philip. 11. Naufragia ex latrocinijs.

Naufragus, a, um. qui naufragium fecit, eiectus. de In. 81 a, Naufragus quidam natans. & de Fat. 140 b, Vt in illo naufrago. & in Cat. 103 b, & 109 b. pro Syll. 175 a, Aliquis patrimonio naufragus. In Pis. 88 b, Martiũ Aphricã expulsum, naufragum q; uidit. Of. 60 a, Duo naufragi in una tabula.

Nauicula, læ. Postquam. 202 b, Marius cum parua nauicula traiecit in Aphricam. & Aca. 37 a, Nos ad nauiculas nostras ascendimus.

Nauicularia, riæ. in V. 245 a, Nauicullariam facere.

Nauicularius, rij. nauiculator. Ep. 260 a, Nauiges cum honesto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius moueatur. At. 136 b, Ego nautas illum non putabam habiturum, ille confidebat: & eo magis, quòd audita nauicularij hominis liberalitas esset. in Ver. 136 a, Vt aratores, ut mercatores, ut nauicularij.

Nauiculator, oris, nauicularius. pro Pom. 5 b, Mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis.

Nauigans, tis. uector. Offic. 70 a, bis.

Nauigatio, onis. cursus, cursus maritimus. de N. 76 b, Videtis' ne inquit, amici quàm bona à dijs nauigatio sacrilegis detur? et Qu. Fr. 312 a, Aiebant te prima nauigatio

ne transmissurum. Qu. Fr. 310 a, Primam nauigationem ne omiseris. et de Se. 92 a, Aliquando in portum ex longa nauigatione uenire. Ep. lib. 13, Nauigationum cursus.

Nauigium, gij. nauis. de Nat. 56 b, Arborum consectio magnos usus affert ad nauigia facienda. de Or. 159 b, In nauigio latera, carinæ, prora, puppis, antennæ, uela, mali. Aca. 25 a, Nauigare probo nautico, bono gubernatore. pro Cor. 67 b, Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium ex reipub. tempestate moderari. Attic. 243 a, Prorsus dissolutum offendi nauigium, uel potius dissipatum. Acad. lib. 4, Proficisci probo nauigo, bono gubernatore, ac tranquillitate. Att. 16, Nauigia minuta. ibid. Nauigia luculenta.

Nauigiolum, li. Epist. 192 a, Nos uix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemur. Lentuli.

Nauigo, as. nauem ago, naui & in naui uehor. de Nat. 76 b, Dionysius nauigabat Syracusas, isq; cum secundissimè cursum teneret, Videtis' ne, inquit, &c. Ep. 259 a, Rogate ne nauiges, nisi exploratè. Att. 120 b, Infero mari nota bis incerto cursu hyeme maxima nauigandũ est. At. 165 b, Recordor enim cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ naui gans quàm fuerim solicitus. pro Do. 218 a, Cum ipse Archipirata cũ grege prædonum plenissimis uelis nauigaret. de Fin. 88 a, Cum Xerxes maria ambulauisset, terramq; nauigasset, &c. At. 255 a, Magis commodè quàm strenuè nauigaui, remis enim magnam partem. pro Fl. 152 b, Reliquũ est ut quæratur, utrum nostra ista classis cursu & remis, an sumptu tantùm & literis nauigauit. Nauis, uis. nauigium. in V. 244 b, Nauem maximam triremis instar palàm ædificauit. Ep. 55 b, Dum ab Epidauro Piræum naui aduectus essem. Ep. 199 a, Conscede nauiculam, & quidem ad puppim, una nauis est iam bonorum omnium, quam quidè nos damus operã, ut rectam teneamus, utinam prospero cursu. et Aca. 37 a, Ascendere ad nauim. de Nat. 78 a, Quæ suuitq; num etiam in ijs nauibus Diagoram uehi crederent. de Or. 97 b, Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum, intermisso impetu pulsuq; remorum. Att. 129 a, Vt omnes copiæ nauibus Dyrrachium transportarentur. de In. 54 a, Eadem nauigij ratio est, nã nauis optimè cursum cõficit ea, quæ sciẽtissimo gubernatore utitur. pro Plan. 279 a, Videt nauem secundis uentis cursum tenentẽ suum. Ep. 199 a, Tenere nauim rectã. in Pis. 83 b, Qui maximis turbinib. actuariam reipub. nauẽ gubernassem, saluamq; in portu collocassem. Off. 70 a, Quoad peruentum sit eò, quò sumpta nauis est, non domini est nauis, sed nauigantium. in Vat. 81 a, Mercatores è naui egredientes terrere, conscendentes morari de Or. 99 a, Euertere nauẽ in portu. de Fin. 123 a, Euertere nauem palearum. de In. 54 a, Nauis optimè conficit cursum. de Diu. 92 a, Nauem conscendere. & 94 b, Conscensio in nauẽ. in Ver. 263 a, Nauis instructa & ornata. At. 259 b, Δολιχὸν πλοῖον ὁρμαίνειν. Att. 210 a, Cum ad uillam nostram nauis appelleretur. et 255 a, E' Pompeiano naui aduectus sim in Luculli nostri hospitium, egressus autem è naui, accepi tuas literas.

Nauita, tæ. nauta. Tusc. 180 a, Noctem parentes, timidi adnectunt nauitæ: id est, nauem. Poetæ.

Nauitas, tis. industria. Epist. 159 b, Ista opera tua, nauitas, animus in rempub.

Nauiter,

Nauiter, strenuè. Epist. 67 b, Qui semel uerecundiæ finem transierit, eum bene & nauiter oportet esse impudentem.

Nauo, as. do, præsto, exhibeo. de Orat. 111 a, Equidem iam mihi uideor nauasse operam, quòd huc uenerim. & At. 277 b, Tibi omnes nauare operam & studium uolunt. Qu. de Pet. 207 b, Qui etiamsi suffragãdi studia non nauant, tamen afferunt petitori aliquid, &c. Ep. 40 b, Vt cum hic tibi satisfecerimus, istic quoq; nostrã in te bene uolentiam nauare possimus. Attic. 240 a, Quàm uellem Bruto studium tuũ nauare potuisses. Ep. 250 b, At petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata, sed tamẽ nauare operã uolebam. Ep. 250 a, Vtinam potuissem pro tuis amplissimis erga me studijs atq; beneficijs tibi operam meam studiumq; nauare. Ep. 127 a, Etsi minus in curia atq; in foro, ac in literis et libris, ut doctissimi ueteres fecerũt, nauare reipub. & de moribus ac legibus scribere. Ep. 79 b, Nemo est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit nauare aliquid et efficere. At. 147 a, Vtinã aliquod in hac miseria reip. παράπηγμα opus efficere et nauarè mihi liceat. pro Cæl. 52 a, Sed si me audiant, nauent aliam operã, aliam imeant gratiã. pro Do. 243 b, Nauare operam reipub. ei sese uenditare. & Ep. 159 b, Nauare operam reipub. de Clar. 191 a, Qui nauarat miles operam imperatori.

Naupactum. urbs Macedoniæ. alij Neopactũ. in P. 99.

Nauſea, æ. stomachi fastidium, uomẽdiq; cupiditas. At. 226 a, Tua ἀναγνώσεως nausea abijt. et Ep. 240 a, Festina re te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger. Att. 74 b, Nauigauimus sine timore & nausea.

Nauſeo, as. stomachi fastidio laboro, abhorreo. Ep. 198 b, Quem ego ructantem & nauseantem conieci, &c. et 107 b, Vidit me nauseantem. At. 81 a, Epistola quam dedisti nauseans Buthroto. de Na. 18 a, Quàm bellum erat cõsueri potius nescire quod nescires, quàm ista effutientem nauseare. in Ant. 176 b, Sudat, pallet, quidlibet, modò ne nauseet, faciat.

Nauſeola, læ. nausea. At. 225 a, Nauseolam tibi tum causam ocij dedisse, facilè patiebar.

Nauta, tæ. nauiculator, nauicularius, remex. Attic. 136 b, Ego nautas eũ non putabam habiturũ, ille cõfidebat: & eo magis, quòd audita nauicularij hominis liberalitas esset. Ep. 259 b, Nautæ solẽt festinare quæstus sui causa. in Arat. Hoc signum ueniens poterunt prænoscere nautæ.

Nauticus, a, um. de Nat. 57 a, Nauticarum rerum scientia. & Att. 216 a, Inhibere uerbum est totum nauticum. pro Pomp. 14 b, Cum eum uobis maiores uestri exuuijs nauticis, & classium spolijs ornatum reliquissent.

Nauus, a, um. strenuus, industrius. in Ver. 158 b, Homo nauus & industrius. & 174 a, & 184 a, Nauus et pudens & probus filius. & pro Pomp. 7 a.

Nẽ, ut ne, quo ne, quo minus, an, ut. Epist. 52 b, Itaq; neq; tu multum interfuisti rebus gerendis, & ego id semper egi, ne interessem. Ep. 4 a, Quæ ne spes eum fallat, uehementer te rogo. pro Pla. 264 b, Vitia meherculè res hæc Cn. Planci i tegere potuerunt, ne tu in ea uita de qua diim V. 234 b, Ecce aũt noua turba, ne tamen istũ sine amieis planè nudum puteris ac desertum. in Ver. 219 a. Iudicium de pecunijs repetũdis ne fit hoc tempore. de In. 77

a, Meretrix coronã auream ne habeto. de Or. 161 a, Illud ne quis admiretur, quo'nã modo hæc, etc. Tusc. 192 b, Ne ægrotus sim, inquit, sed si fuerim, sensus adsit. in Ver. 207 a, Quid uis nobis dare, isti' ne auferantur abs te. At. 137 b, Ille annus qui me, ne dicã grauius, afflixerat. Ep. 133 a, Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur unà. Tusc. 164 b, Tantũ abest ab eo ut malum mors sit, ut uerear ne homini, &c. Off. 14 b, His idẽ fuit propositum quod regib. ut ne qua re egerẽt. in Pis. 83 a, Cõsul edicit, ut senatus senatusq; cõsulto ne obtemperet. pro Do. 222 a, Proscribere uelitis, ut M. Tullius in ciuitate ne sit. Ep. 223 b, Da operã ut socrus adolescentis rea ne fiat. Ep. 4 a, Nõ tã ut te impediret, quàm ne quis Alexandriã uellet ire. & ibi. Satis prouisum est, ut ne quid saluis auspicijs agere possint. Ep. 96 a, Quo ne pluris emerent. Ep. 197 a, Te hortor, ut ne cui, etc. Ep. 208 b, Da operam ut ne quid tuorũ mihi sit ignotũ. & Att. 44 a, Vt prorsus ne quid ignorẽ. pro Cec. 303 b, Vt ne lõgius abeam. Qu. Fr. 323 a, Operæ datur, ut iudicia ne fiant. de Fin. 63 a, b, Sunt qui dicunt fœdus quoddam esse sapientũ, ut ne minus amicos quidẽ quàm seipsos diligãt. At. 68 a, Vt hoc nostrũ desiderium ne plus sit annuũ. in Ver. 101 a, Impetrant ut ne iurẽt. Ep. 9 a, Neq; (ut ego arbitror) errarẽt, ne aduersarij quidẽ eius. si, etc. de In. 61 a, Non facilitatiẽ est, ne à barbaris quidem id malefitiũ. Ep. 143 a, Me uerò nihil istorũ ne inuenem quidẽ mouit unquam, ne nũc senem. et in Ver. 107 b, Nõ enim prætereundũ est, ne id quidem. Qu. F. 312 a, Non prætermittã, ne illud quidem, Furium, etc. Ep. 83 a, Ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te ut hortarer, ut, &c. in Ver. 200 a, Nihil in ædibus cuiusquã, ne in oppidis quidẽ, nihil in locis communibus, ne in fanis quidẽ, de Ora. 260 a, Vt nihil sit, ne spiritu quidẽ minimo lõgius, aut breuius. Tusc. 231 b, Nulla ne minima quidem aura, &c. Or. 207 b, Cùm illa cognoueris, nolo ignores, ne hæc quidem humana. de Na. 15 b, Ne tu quidem Vellei. de Cla. 189 b, Ne Titus quidẽ Posthumius cõtemnendus in dicendo fuit. pro Sest. 18 b, Ne istius quidẽ laudis sum cupidus. de Or. 116 a, Ne hæc quidem reprehẽdo, sunt enim, &c. in Cat. 116 a, Ne dici quidẽ opus est, quanta calamitate reipub. & Tusc. 151 a, An tu dialecticis ne imbutus quidem es. de Nat. 62 a, Nec habere ne spei quidẽ extremũ. pro Mil 116 b, Nõ potest dici satis, ne cogitari quidem, quantũ, &c. At. 177 a, Ne si uelim quidem, id facilè possim. Ep. 38 a, An mihi de te nihil esse dictũ putas? ne hoc quidem, quod cum, etc. Ep. 34 b, Quod ne nunc quidẽ desphero. Or. 202 a, & 201 b, Et quoniã cœpi, &c. ne nũc quidem solùm de orationis modo dicã, sed etiam de actionis. in Cat. 106 a, Nemo nõ modò Romæ, sed ullo in angulo totius Italiæ fuit, quem, &c. At. 131 b, Ii qui inter se ne noti sunt. At. 32 a, Ego illud ne quidem cõtemnam. pro Cec. 297 a, Si ne quidem tuorũ quisquã loco motus erit. pro Qu. 14 b, Tamẽ ne uereris, ut posis, &c. pro Sex. Ros. 25 a, Tamen ne hæc uita relegatio appellabitur? Acad. 33 a, Et hìc metuo, ne uix sibi constet. Ep. 78 b, Tamen uereor ne cõsolatio ulla posit uera reperiri. et ibi. Non uereor ne cum miserũ esse nefas sit dicere: id est, non dubito, quin. pro Flac. 159 b, Tamen ne isti testes habebuntur? pro Dom. 223 a, Tamen ne arbitraris id te posse obtinere? in P. 79 b, Iam' ne uides bellua'iam' ne sentis? Epist. 33 a, Nónne maius, etc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Offic.72 a,Is sententiam ne diceret recusauit. Att. 85 a, Quot uis præfecturas sume,dum ne negocieris.et 251 b, Si quid eiusmodi acciderit,ne quid tibi sit fama mea potius.et 278 b,Nullas adhuc à te literas habebamus, ne famam quidem,quæ declararet, te cognita senatus autoritate,in Italiam adducere exercitum.& Quin.Fr.317 b, Cum à me literas librarij manu acceperis,ne paulũ ocij me habuisse iudicato.Epist.131 a,Ne quidem .de Sen. 83 b,Ne ille quidem magno desiderio tenebitur uirium.Parad.118 b,Huic nihil est quod exploratum habeat, permansurum sibi quidem ne unum diem.de Leg.182 a, Ne sumptuosa aspersione longè coronæ nec acerræ prætereantur.Offic.15 b, Tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus & disciplinæ conferendi sunt.

Ne.pro an,utrum.l.An.Tusc.170 b,Nihil mea interest,humi'ne,an sublime putrescam.de Diuin.99 b,Fiat,nec'ne fiat,id quæritur.de Nat.deor.60 a, Tibi permitto, respondere'ne malis,an audire,& c.ad At.260,Tamen uide, si forte in Tusculano rectè esse possim, ne id melius sit an hoc,& c.Epist.253 a, Doceas tu me oportebit, in mea'ne potestate sit spectrum tuũ.Qu.Fr.303 a, Tu'ne id ueritus es?

Neapolis,lis.in Ver.228 a, Vrbs quæ,quia postrema ædificata est,Neapolis nominatur.

Neapolitanus,a,um.Ep.218 a,Tusc.166 b.

Nebulo,onis.planus,qui mendacijs et dolis nebulã quandam & tenebras offundit,nugator.in Ant.174 b,Hærebat nebulo,quò se uerteret non habebat.At.6 b, Nebulonem illum ex istis locis amoue.pro Sex.Ros.39 b,Nos ab isto nebulone facete cludimur.& At.248 a, Quẽ tu illo certiorem nebulonem.At.89 a,Hoc ego ex P.Vedio magno nebulone audiui.At.93 b, Hnius nebulonis operatione,si Brutus moueri potest,licebit eũ solus ames.

Nebulosus,a,um,turbulentus,caliginosus. Tusc.161 a, Nebulosum & caliginosum cœlum.

Nec,non.de Leg.183 a,Magistratus nec obedientem et noxium ciuem coercento.de Nat.67 a, Nec uerò possum, etc.3 de Leg.Senatorij qui nec aderit,aut causa,aut culpa esto.3 de Nat.Nec agellos singulorum, nec uiticulas dij persequuntur.1 Acad.Etsi nec bona,nec mala essent, tamen,etc.Curio,lib.7, Propter tuas res ita contractas, ut quemadmodum scribis,nec caput,nec pedes: equidẽ uellem uti pedes haberent,ut aliquando redires.de Am. Nec enim illa prima uera est, ut quemadmodum in se quisq; sic in amicum sit animatus.de Am.Nec enim melior uir fuit Africano quisquam, nec clarior. de Nat. 1, Nec habet,nec exhibet cuiquam negociũ, quod est immortale Epicuri dictũ.pro Quin. Quo mortuo nec ita multo pòst in Galliam proficiscitur.de Am. Ab his qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt,longè dissentimus:nec mirũ. nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt. de Nat.1, Nec opinatum patrocinium à uobis susceptum.ad Sulp.li.13,Ei nec opinanti uoluntatem tuam tantam per literas detulisse. ad Catonem,lib.15,Præsentibus insidijs nec opinantem liberaui, neq; solùm ei saluti fui,sed etiam curaui, ut cum authoritate regnaret.pro Syll.Nec opinãte Fausto, quẽ is neq; scieret,neq; uellet, familia est comparata. 1 Tusc. Nónne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens,nec opinãtes assecuta est senectus? ad Cat,

lib.15, Plerosq; nec opinantes oppressimus. 3 de Finib Quod quum accidisset,ut alter alterum nec opinãtò uideremus,surrexit statim.2 de Leg. Patrum delubra esse in urbibus censeo:nec sequor magos Persarum,& c.

Necdum,nondum.At.92 b, Necdum ego tamen Quintum conueneram.Tusc,205 a, Philosophi summi, necdum tamen sapientiam consecuti.

Necessariè,necessariò.de In.51 b, Aut probabiliter ostendens,aut necessariè demonstrans.

Necessariò,necessariè,ex necessitate,necessitate,necessarijs & maximis causis.Oct.329 a,& Tusc.210 b,Fecissem neq; tam libenter quàm necessariò.Ep.77 a, & 88 a,Cum plerisq; eorum,quibus cum uiuo necessariò.

Necessarius,a, um. opus habens aliquam necessitatem, fatalis.de Inuen.lib.2,Necessarium est,quod imperatur. uoluntariũ,quod permittitur.de Nat.d.56 b,Nos è iernæ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariã,omnia uera in præteritis necessaria sunt, quia sunt immutabilia.de Fat.143 a,& ibid. Si quid primum in connexo est,necessarium est,sit etiam quod consequitur necessarium.Top.225 b, Necessaria conclusio.de In. 32 a,Necessariã consecutio.de Fat.149 a,Neq; eam cum uersam ad assentiendum necessariam esse concedet.de Vniuers.202 b, Commonstrauitq; leges fatales ac necessarias. Acad.24 a, Si alterutrum concessero necessarium esse,necesse erit cras Hermachum uiuere.pro Qu.Ros. 47 a,Ill. superior fuit oratio necessaria,hæc erit uoluntaria.Postquam.203 a, Non tam necessarium est maleficium referre quod debeas, quàm ut benemeritos commeritis referre quod debeas, quàm ut benemeritos commeritis referre quod debeas, tibi enim nota sunt,las.de Di.106 a,Quæ prætermitto,tibi enim nota sunt, mihi ad commemorandum non necessaria. Orat.203 a, Hoc tamẽ ipsum ad id quod propositum est,non est necessarium. Off.3 a,Omnia quæ sunt ad uiuendum necessaria inquirere. & 5 b, Expetũtur diuitiæ ad usus uitæ necessarios.Ep.20 a, Non dubitaui id à te petere, quod mihi esset maximè necessarium.item:Interest inter causas fortuitò antegressas,& inter causas cohibentes insas fortuitò antegressas,& inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem.de Amic.100 a,Non aqua, non igni,non aere,ut aiunt, pluribus locis utimur quàm amicitia.de Leg.192 b, Est senatori necessariũ nosse rempublicam.de Am.110 a,Nec eos habere necessarios opportet, quos ineunte ætate dileximus.In An.228 a, Cum illum necessarium et fatalem penè casum non tulerimus,At. 273 a, Multa eius iudicia,sed ad scribendum non necessaria.

Necessarius,rij.coniunctus, qui aliqua necessitudine alt cui adiunctus est,nõ alienus,qui aliquem aliqua necessitudine attingit.Ep.209 a,M. Cæsius homo mihi maxime necessarius.Ep.216 b,In necessarijs, qui tibi à patre relicti sunt,ego tibi sum uel coniunctissimus. At. 277 a, Noli pati à necessarijs tuis, necessario meo iniuria fieri.At.142 b,Cum utriq; sis maximè necessarius. et ibid. a,Per te,qui utriq; es cõiunctus.pro Syll.167 a,L. Torquatus meus familiaris ac necessarius.Ep.179 b, Vicio mihi dant, quòd mortẽ hominis necessarij grauiter ferro.pro Mur.141 a, Virgo Vestalis huius propinqua & necessaria.et Ep.229 b, Cerelia necessaria mea.pro Cluent.29 a,Necessarius & coniunctus,& c.non alienus.

Necesse est,necessum est,necessariũ est,necessitas est,oportet,opus est,nõ potest abesse quin,etc. Si ita res coget,necessitas cogit.Part. Or.Necesse autem id est, fine quo

quo salui liberi ue esse non possumus.Aca.24 a,Si alterutrum cõcessero necessarium esse,necesse erit cras Hermachum uiuere.Ep.6 a, Alterũ mihi,ut te plurimum diligam,facere necesse est.de Fat.143 b,De homine enim dicitur cui necesse est mori.& 144 a, Necesse est mori Scipioni.in Ant.172 b,Tãtum uini ex die exhauseras,ut tibi necesse esset uomere postridie.pro Do.234 a,Quid tibi necesse fuit homo fanatice sacrificiũ illud inuisere? de Or.112 b,113 a, Nam et testimoniũ sæpe dicẽdum est, ut mihi necesse fuit in S.Titium.pro Syl.171 a,At hic etiam,quod tibi necesse minimè fuit, facetus esse uoluisti.pro Syl.176 a,Mihi hoc necesse fuit facere. Ep. 17 a, Legem curiatã consuli ferre opus esse, sibi necesse non esse.de Or.116 a,Sunt quidem hæc concinnè distributa, sed tamen id quod neceße fuit hominibus expertibus ueritatis,nõ peritè.pro Mur.126 a,Mihi necesse puto etiã aduersarijs prodesse.Par.234 a, Nõ habebimus necesse semper concludere.Opt.244 a, In quibus uerbum pro uerbo nõ necesse habui reddere.At.152 a, Plancio et Oppio scripsi equidẽ quoniã rogaras, sed si tibi uidebitur, nõ necesse habueris reddere. Att.155 b,Eo minus habeo necesse scribere,aut etiã cogitare quid sim facturus.pro Qu.2 b,His de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ, etc.pro Cæl.46 b,Ex quibus neminem mihi necesse nominare,uosmet uobiscũ recordamini.de Diuin.110 b,Si necesse sit,& c.sed nihil opus est,& c.de Finib.85 b,Nã id quidẽ est interdum necessum.de Or.89 a, Oratio aut nulla sit necesse est,aut omniũ irrisione ludatur.de Pet. 211 a,Nam comitas tibi necesse est.de In.83 b, Vri posse flamma ligneam materiam necesse est.& ibidẽ:Corpus mortale aliquo tempore intertre necesse est.

Necessitas,tis.necessitudo,fatum,uis, tempus, usus uitæ necessarius.Top.225 b, Causa in qua insit efficiendi necessitas.& de Nat.12 b, Fatalis necessitas rerum futurarum.Postquã.202 a,Quasi aliqua fatali necessitate mihi cũ fortuna belligerandũ fuit.pro Sest.13 a, Vitã necessitati debetur.Ep.54 a,Tempori cedere:id est,necessitati parere,semper sapientis est habitum.in Ant.205 a,Faci lius apparabitis ea,quæ tempus & necessitas flagitat.de In.54 a,Annuæ commutationes quadam ex necessitate, semper eodem modo fiunt.Ep.54 b,Vt etiã si natura tales non sint,necessitate esse cogãtur.Off.48 b,Si aliqua necessitas huius muneris alicui reipub. obuenerit,danda erit opera,& c.& ibid.Necessitati parendum esse.Orat. 216 b,Numeri in quibus necessitati parere coginur.& Or.219 b,Qui seruiendũ necessitati putet.de Off. 45 a, Venia necessitati datur.de Fat.145 b, Nec ob eam causam fatum erat,aut necessitas timenda.& 144 a,Aeternis causis naturæ necessitate manantibus uerum est, id quod,etc.de Di.112 a,Mathematici ea prædicũt,quæ nãturæ necessitas perfectura est.de Nat.65 a,Nullũ est cor pus,quod effugiat ferendi patiendiq; necessitatẽ.in Cat. 119 b,Mors aut necessitas naturæ,aut laborum aut miseriarum finis est.Off.4 a,Reliquis tribus uirtutib.necessitates propositæ sunt ad eas res parandas, quibus actio uitæ continetur. Att.57 b,Ego mihi necessitatem imponere nolui huius nouæ cõiunctionis.pro Syl.173 b,Mihi de me iam multa dicendi necessitas quædam imposita est ab illo.Or.219 b, Nobis in dicendo atq; in scribendo necessitatis excusatio non probatur.pro Qu.9 a,& de Fi.

nib.35 b,Aliquẽ ui ac necessitate coactum & inuitũ aliquid facere.pro Ciu.21 b,Vi & necessitate coactus feci. et de Nat.5 b,Necessitate astrictus,& c.pro Sext.Rosc. 34 b, Quæ te necessitas tantã premebat.& 39 a, Non dicam plurã quàm necessitas ipsa coget.pro Cl.29 a, Itaq; ille inopiã & necessitate coactus confugit,etc.in Ant.215 a, Sed mihi necessitatẽ attulit paulò plura dicendi sententia eius.de Di.112 a,Ea quæ habent aliquã necessitatem: id est,quæ sunt necessaria.de D.103 a,Sed uigilates animi uitæ necessitatibus seruiunt.pro Sex.R.29 a, Magnã uim,magnam necessitatem,magnam posßidet religionẽ paternus maternusq; sanguis.pro Syll.167 a,Necessitatẽ familiaritatemq; uiolare.pro Cl.31 b,Is sibi nihil non modò ad cupiditates suas,sed ne ad necessitatem quidem reliquit.in An.245 b,Mors necessitatem habet fati. pro Mil.10 a,Miloni necessitas fuit exeũdi. Off.25 b, Ipsiq; necessitati dant operam ut quàm occultissimè pareant. Off.32 a,Nec uerum est quod dicitur à quibusdam,propter necessitatem uitæ: idcirco istam esse cum hominibus communitatem & societatem.

Necessitudo,nis.necessitas,cõiunctio.de In.83 b,Necessitudo est,cui nulla ui obsisti potest.ibi. Necessitudo mutari,& leniri nõ potest.et 69 b,An necessitudine, quod alio modo agi non possit.de Inuen.83 b,Necessitudo simplex et absoluta.)(.Cum adiũctione.I.V.64. b, Sic enim à maiorib.nostris accepimus,prætorẽ quæstori suo parentis loco esse oportere: nullã neq; iustiorem,neq; grauiorem causam necessitudinis possereperiri quàm coniunctionem sortis,quàm prouinciæ,quàm officij, quàm publicã muneris societatẽ.et pro Plan.264 b. Necessitudo cõtubernij.Ep.207 b, Cõiunctio quæsturæ liberorũ necessitudini proxima est.Ep.212 a, Cũ Lisone est mihi hospitiũ uetus,quã ego necessitudinem sanctè colendam puto:sed ea causa etiã cum alijs compluribus,familiaritas tanta nullo cũ hospite.in V.233 b,Coniungere necessitudinem cum aliquo.pro Deio.151 a, Summam necessitudinem magna eius officia in me et in meos effecerũt. pro Sest.11 b, Cũ quo mihi erant omnes amicitiæ necessitudines.pro Plan.267 a,Illæ tribus,in quib.magnas necessitudines habet Plancius.pro Mur.125 b, Familiaritatis necessitudinisq; oblitus,& c.pro Clu.59 b, Atq; etiã notis nomina necessitudinũ mutauit,uxor generi,nouerca filij.i.affinitatum. Off.12 b,Non ijdem erũt necessitudinũ gradus,qui & temporũ.Ep.215 b,Summa necessitudine & summa cõiunctione adductus.pro Cl.41 b,et in Ver.61 b,Mihi cum eo summa utriusq; officijs constituta necessitudo est. Att.204 b, Mihi summo beneficio meo cũ fratribus illis necessitudo est.de Am.109 b, Qui in amicitiæ coniunctionisq; necessitudine sunt superiores,exæquare se cũ inferioribus debent. in Ant. 248 a, Sed hanc mihi dispationẽ pro paterna necessitudine et coniunctione deposco.pro Qu.7 a,Pro fraterna illa necessitudine.Ep.146 b, Pro plurimis nostris necessitudinibus. Or.215 a,Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliquo. At.262 a,Paterna,magna, et uetus,& iusta necessitudo. Att.276 b, Iampridem hoc ex nostra necessitudine, quæ ad summã beneuolentiã peruenit,sublatũ esse debet.ad Her.36 b, Quos natura aut uoluntas necessitudine aut beneuolentia cõiunxit,distrahuntur.Ep.208 b, Bonos uiros ad necessitudinem tuam

Universidad de Deusto
Biblioteca

adiunxeris.Ep.211 b,Vt Lysonem recipias in necessitudinem tuam.Ep.30 4,& 29 b, Magni enim uidebatur interesse ad eam necessitudinem,quam nobis sors tribuisset,consuetudinem quoq; accedere.pro Lig.140 b,Hæc ego noui propter omnes necessitudines, quæ mihi sunt cum illo:domi una eruditi,militiæ conturbernales, post affines, in omni deniq; uita familiares. Quint. de Pet. 209 4,Qui aliqua necessitudine alicui est adiunctus.

Nενῦιæ,æs.mortuorum negocia,& res,& umbræ, et funerum tota ratio.Tusc.155 b,Animos enim per seipsos uiuentes non poterant mẽte complecti: formam aliquam, figuramq; quærebant.Inde Homeri iota νενῦιæ. At.146 4,& 153 4,Pro turpi & flagitioso Cæsaris comitatu.

Nec ne.Att.195 b,Sit missum nec ne, scio dictum quidem tibi.et Tus.181 4, Doleam nec ne doleam nihil interesse.

Nec non.in Cat.118 b, Nec non meam mẽtem domum sæpe reuocat exanimata uxor.& Off.22 b,Nec non Xenocratem,& c.& Parad.117 4, Nec non sæpe laudabo. & de Fin.78 b, Nec non,& c.

Neco,as.necem affero.pro Sext.Ros.19 b, Solon nullum supplicium constituit in eum qui parentem necauisset. Parad.120 b,Nihil igitur interest patrem quis necet,an seruum. Attic.85 b,Scaptium inclusum in curia senatum obsederat,ut fame senatores quinq; necarentur.et Qu. Frat.308 4,Necare aliquem fame.pro Pom.5 4, Necari ac trucidari.de Fin.81 b,Quo minus ambo una necaremini.de Nat.76 b, Zenonem Eleaten in tormentis necatum.pro Pomp.5 b, Aliquem uinculis & uerberibus atq; omni supplicio excruciatum necare.de Inuen.80 b, Quinq; tyrannos,magistratus necato.

Necromantia,tiæ.psychomãtia,diuinatio unde animæ excitantur,ut de occultis respondeant.Tusc.155 b, Inde ea quæ meus amicus Appius νεκρομαντικὰ facit.

Nectar,aris.deorum immortalium potio.de Nat.23 b, At Poetæ quidem nectar,ambrosiam,epulas comparant.l. Ambrosia,& Iuuentas.

Necto,ctis.connecto, colligo.de Leg.166 b, Videtis ne quanta series rerum sit:atq; ut ex alio alia nectantur:et Aca.6 b,de Fin.105 b,Quid non sic ex alio nectitur, ut non si unam literam moueris,labent omnia.de Diu.106 b,Cum causa causæ nexa rem ex se gignit. Topic.255 b, Ex hoc genere causarum fatum à Stoicis nectitur.

Nec uerò.Offic.3 b,Nec uerò illa parua uis naturæ est,& de Nat.67 4.

Ne dicam.de Nat.d.13 4, Doleo te in tam leues, ne dicam, in tam ineptas sententias incidisse.de Am.111 b, Pleriq; peruerse, ne dicam impudenter, uolunt.in Ant. 241 4, Gallia Bruti nutum ipsum, ne dicam imperiũ sequitur. pro Deiot.144 4,Crudelis Castor est,ne dicam sceleratum et impium.pro Pom.230 b,Abfui simul cum repub. ne dicam maxima cum dignitate.

Nedum,non modò,quo minus.At.67 4, Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem ferre committamus,nedum cuilibet.pro Do.241 4,Tamen in scelere religio non ualeret,nedũ ualeat id quod, &c.con.Rull.85 b, Homo priuatus uix facilè sese continet, &c.nedum isti non conquisituri sint aliquid sceleris,etc.Itẽ:Imò uerò etiam hoc magis,etc.Ep.143 4,Me uerò nihil istorum ne iuuenem quidem mouit unquam, nedum senem.aliter,ne nunc.Ep.259 4, Vix in ipsis te-

clis frigus uitatur,nedum in mari, et uia sit facile abesse ab iniuria temporis.de In.56 4,Et non permitterem, ut illud faceret,& c.nedum nunc istud pati:at,cum,etc.pro Clu.37 b,Optimis temporibus non potuerunt,& c.nedum his temporibus,& c.

Nefandus,a,um.nefarius,detestabilis.de Aru.253 b,Nefandum scelus.pro Domo:Institutum nefandum. ad Br. Arma nefanda.

Nefariè,sceleratè.pro S.R.23 4,Pater occisus nefariè,& in Cat.104 b,Pestem patriæ nefariè moliri.in V. 69 b, Libidinosè,nefariè,crudeliter.

Nefarius,a,um. pro Syll. 172 4, Horum ego uoluntates consceleratas & nefarias sanare non potui. de Or.103 b, Qui animorum motus in iudicum mentibus concitent,scelus eos nefarium facere.pro Sext.R.24 b, Scelestum et nefarium facinus.Ep.4 b, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio.in Ver. Act.3, Latrocinium nefarium.de Off.lib.2, Habendum est religioni nocentem aliquando & nefarium,impiumq; defendere.

Nefas,non licet,fas non est,scelus.Epist.256 4,Tibi licet, mihi nefas est obliuiscitin V.217 4, Illi uerò dicebant id sibi nefas esse.de Nat.70 b, Mercurius quem Aegyptij nefas habent nominare.pro Fl.148 4,Cælius putabat ne fas esse, publicanum iudicare contra publicanum. pro Mil.103 4,Si sceleratos interfici nefas esset.At.8 4,& 7 b,Idq; ab ijs nefas est decretum.de Se.79 b, Nefas dictu est,miseram fuisse talem senectutem. de In. 79 4, Nefas est legi non obtemperare.pro Mil.115 b,Is cui nihil unquam nefas fuit,nec in facinore,nec in libidine.

Nefastus,a,um.nefarius, impius, religiosus, infelix. de Leg.173 b, Quæ augur iniusta,nefasta, uitiosa, dira ne dixerit,irrita infectaq; sunto.

Negans,tis.Top.224 4,b, Sunt etiam ualde cõtraria alia quæ appellantur negantia,ἀποφατικὰ Græcè, contraria aientibus:ut si hoc est,illud non est.

Negantia,tiæ.Top.225 b, Deinde addũt coniunctionum negantiam,sic: Non si hoc est,& illud: hoc autem non igitur illud.

Negatio,onis.inficiatio,negantia.pro Syll.174 b,Cum is qui de omnibus scierit,de Sylla se scire negarit, eandem uim esse negationis huius,quam si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset.de In. 51 b, Desperatum est id quod ab aliquare per oppositionem negationis separatur hoc modo,sapere et non sapere.de Fat.143 b, Quid est quod non possit isto modo transferri ad coniunctionum negationem.Part.239 4, Negatio inficiatioq; facit.

Neglectio,onis.neglectus.pro Mur.126 4,Amicorum neglectio,improbitatem coarguit.

Neglectus,a,um.contemptus.Postquam. 207 4, Homo inhumanus,neglectus,& c .et de Finib.104 4, Abiectus & neglectus uir.

Negligens,tis.indormiens alicui rei agendæ,qui in agendo quidpiam indormit.de Cl.186 4,Nam M. Glabrionẽ socors ipsius negligens;q; natura tardauerat.At.115 4,Improuidi & negligentes duces.in Ver. 169 b, Sit aliquis sociorum atq; amicorum negligentior.Ep.203 4, Is non te in me illiberalem, sed me in te negligentem putabit. in Ver.184 b, Verres negligens & dissolutus.

Negligenter,indiligenter,oscitanter.Orat.204 4, Minuta non negligenter tractanda sunt. pro Sext. Ros.

464,& pro Pla.261 b,Negligenter.)(.Diligenter.Or. 200 4, Multa apud alium negligentius. pro Cec. 299 4, Negligentius adseruare aliquid.

Negligentia,tiæ.indiligẽtia,incuria,pigritia. Or. 204 4,Quædam etiam negligentia est diligens.& ibi. Non ingrata negligentia.ad Heren.30 b, Diligentia comparat diuitias, negligẽtia corrumpit animum. pro Sex. Rosc. 28 4, Negligentia alicuius in faciendo aliquid.de Arusp.248 4, Nihil cuiusquam aut negligentia contemptum,aut scelere esse pollutum.de Ora.118 4, Quarum rerũ negligentia plerasq; causas uidemus amitti:id est, neglectione.Off.6 b,Negligentia,pigritia,inertia.Of. 26 b,Fugere agrestem et inhumanam negligentiã. Am. 112 4,Cum multis in rebus negligentia plectimur,tũ maxime in amicis & diligendis & colendis.

Negligo,gis.pòst mitto,nõ curo,curare omitto,desero, prætermitto,omitto,leuiter fero,dissimulandum puto, excludo.pro Cl.44 b, Hoc prætermitti à censorib. & negligi non posse uidebatur. At. 286 b,Libertate contentum negligere humana.in An. 187 4,Antonius diem edicti obire neglexit. & 154 4, De Theopompo summo homine negleximus.in Va.29 b,Num Heliam? num Fusiam legem neglexerit?

Nego,as,denego,inficior, recuso,abnuo,dissimulo, causæ nihil dico quin.i.nõ nego.)(.Fateor,dico,aio.de Cl.171 4,Tu q à Mæuio uel sumpsisti multa si fateris,uel si negas surripuisti. de Aru.246 b, Nego unquã post sacra constituta tam frequens collegium iudicasse.& 247 4, Nego esse ullam domum,& c.pro Mi.102 b, Negant in tueri lucem fas esse ei, qui à se hominem occisum fatetur.At.121 b,Præcisè negare alicui.Top.224 b,Negantia contraria aientibus.de Na.60 4, De hac re non magnopere pugno. pro Clu. 31 b,Is eum desperare uetuit.

Negocialis,le.ut negocialis constitutio.de In.li.1,45 4, Hæc ergo constitutio quam generalẽ nominamus,partes nobis duas uidetur habere, iuridicialem & negocialẽ.Negocialis est,in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate sit, consideratur:cui diligentiæ apud nos præsides est, quæ in ipso negocio iuris ciuilis habet implicitam controuersiam.

Negociatio, onis. mercatura.Epi.228 4,In reliquijs uenteris negociationis colligendis.

Negociator,oris.mercator.Qu. F.291 4,Improbus negociator,paulo cupidior publicanus. Att.17 b, Sub lucrum censeri, germani negociatoris est.

Negociolum,li.Qu.F.325 4,Etenim erit aliquid negocioli. At.lib.16,De negociolo Torquati.

Negocior, aris. negociũ gero, mercaturam exerceo uel facio.I.V.80 4,Tum ciues Romani,qui Lampsaci negociabantur, concurrunt. & pro Pom.7 4,Homines industrij, qui in Asia negociãtur.& pro Deiot.148 b,Equites Romani, qui in Asia negociati sunt. & pro Fl. 160 4,Negociaris in libera ciuitate.et ibi.Quousq; negociabere. Att.82 b,Negaui me cuiquam negocianti dare.

Negocios̃us,a,um.plenus negocij.de N.d.12 b,pro Mu. 128 4, Prouincia negociosa & molesta.

Negocium,cij.res,munus,opus,labor.de N.12 4,Næ ille est implicatus molestis operosisq; negocijs. pro Syl. 178 4, Cuius æs alienũ negocij gerẽdi studio contractũ

est. et pro Qu.12 b,Locuples et sui negocij bene gerẽs. Qu.F. 299 b,In extrema parte et conclusione muneris ac negocij tui diligẽtissimus sis.Of.25 b,et 6 b,Peregrini officiũ est, nihil præter negociũ suum agere.de Ora. 110 b,Quando ages negocium publicum? quando amicorum? quando tuũ?de Or.134 4,Aliquando tibi tuum negocium agere licebit.At.104 4,Cum negociũ nostrũ aut cõfecerimus aut deposuerimus. pro Fl.162 4,Nõ debuit cũ prætor esset,suum negociũ agere.de Diu.129 b, O acutos homines, quã paucis uerbis negociũ cõfectũ putãt.At.215 b, Expedire & cõficere negociũ. pro Q. 13 b,Trãsigere susceptũ negociũ.in V.181 4,Procurare negociũ alterius in decumis. et At.141 b,Procurare negocia alterius. pro D.223 b,Eidem,inquit,utraq; de re negociũ dedi.de Or.112 4, Videamus quid ei negocij demus, cuiq; eũ muneri uelimus esse præpositũ. de Aru. 247 4,& Ep. 179 4,Negociũ magistratibus est datum anno superiore, ut curarẽt,ut sine ui mihi ædificare liceret.At.219 4,& 248 4,Dare negocium alicui,ut aliquid agat uel faciat.in Ca.120 4,Nescio an amplius mihi negocij cõtrahatur.pro Q.11 4,Qui ad negociũ suũ relicto procuratore proficiscitur.pro S.R.38 b,Rei familiaris negocio seruorũ diligẽtia cognoscitur.pro Pl. 273 4, Quid dicã de occupatis meis tẽporib. cui fuerit negocium nunquã ociosum. pro Cæl.49 4,In negocio, quod actum esse dicitur, nullũ uestigiũ est sermonis.de Di.116 b, Deus nihil habens nec sui,nec alieni negocij. de Or.117 b, Causæ in quibus plusculum est negocij.& ibid. Nihil est negocij causam hanc defendere. & Tusc. Ep.118 4,Mihi cum illa est negociũ. Brut. 90 b,Ego hic cũ homine furioso satis habeo negocij.et At.60 4,Puer quo ego regendo habeo negocij satis.de Nat.18 4,Habere negocium et exhibere negociũ alteri. pro Cl.51 b,Si cui fortè ea lege negociũ facesseretur. Ep. 23 b,Tãtis opib. tãtoq; negocio oppidũ oppugnabã. in V.233 4,Cũ audissem ei negociũ facessitũ. & Epi. 40 4,Qui tibi negociũ facesserent. Epi. 163 4, Aliquid recuperari nullo negocio posse.Ep.63 4,Plurimũq; in eo negocij habui, ut,& c.Ep.161 4, Nunc cũ his tantũ negocij est,ut,& c. de Orat. 125 b,Sin est integer iudex,plus est operis.Ep. 208 b,Suscipere,administrare, et conficere negocium. Ep.5 b,Interesse negocijs et præesse negocijs.pro Cl.50 4,Qui prædia, qui negocia, quires pecuniarias habẽt in agro Larinati.Ep.3 b,Qui in ꝓuincia magna negocia et ampla & expedita habet. At.72 b,Versari in negocio. de Fi. 121 b, Gerere negocia.Epi.34 b,Et gerere aliquid negocij.pro Qu.R.50 b,Tu tuum negociũ gessisti bene. in V.211 b,Dare negociũ alicui,et dare prouinciam alicui.& At.213 b, Ponere operã alicui.Ep.118 b, Imponere negocium alicui. Ep.153 b,Cõficere negociũ ex sententia.pro R.P.123 4,Mittere in negociũ, et dare partes alicui. Ep.96 4,Agere negociũ alicuius diligenter. Off. 72 b,Deũ nihil habere ipsum negocij,nihil exhibere alteri. Am.112 4,Qui suum negociũ gerunt ocio se. At. 11 b,Datur negociũ magistratibus. At.74 4,Negocium magnum est nauigare,atq; id mense Quintil.et 74 b, Nostra negocia,amabo te,explica. et 75 b,Est incredibile,quàm me negocij tædeat. & 77 b,Satis enim negocij habeo in sanandis uulneribus, quæ prouinciæ sunt impositæ. At.169 4,Cato qui Siciliam tenere nullo

Universidad de Deusto
Biblioteca

negocio potuit. et 195 b, Nolo enim negocij. Qu. P. habere quicquam. Para. 123 a, b, Vt eum ne in similia quidem dignum maiore aliquo negocio putet. pro Mi. 110 b, Non enim uideo cur non agam negocium meum. Att. 206 a, Velim des negocium alicui qui quærat, &c. & 229 a, Id nullo negocio facere potes. in A. 164 b, Quid nã homines putarent, si tum occisus esset, cùm illũ gladio stricto insecutus es? negociũq; transegisses, nisi, etc.

Nemea, eæ. Locus est ubi Hercules leonem interfecit. de Fat. 141 b.

Nemeæus, leo. Tus. 210 b.

Nemo, inis. ne quis, omnis nõ, nemo omniũ, quis omniũ. Ep. 5 b, Neminẽ ex consularib. amicum tibi esse uideo præter Lucullum. pro Qu. 13 b, Nemo ex tot creditoribus alijs, etc. 14 a, Nemo de ijs qui peritissimi sunt, huic anteponendus est. de Or. 101 a, et Ep. 6 b, Nemo de consularibus. de Le. 188 b, Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit? de Na. 45 a, Nemo homo. et 25 a, Nemo nec homo nec deus. et ad He. 29 a, Nemo rex. Tusc. 154 b, Nemo omnium tam est immanis, qui, &c. & de Or. 119 b, Nemo omniũ tot ac tãta habuit, &c. in V. 130 a, Nemo omniũ mortaliũ, &c. Or. 213 a, Quis omniũ doctior Aristotele. pro Fõ. 276 a, Nemo Gallorũ, &c. I. V. 111 b, Fortasse non nemo uestrũm audiuit. pro D. 235 a, Ciuis est nemo in tanto populo, qui, &c. Tusc. 248 a, Nemo de nobis unus excellat. in Cat. 220 a, Video de illis abesse nõ neminẽ, etc. pro Mu. 144 a, Hostis est in urbe, &c. nõ nemo etiã in illo sacrario. Item, In ipsa, inquã, curia nõ nemo hostis est. pro Do. 231 a, Cũ me in iudiciũ populi nemo omniũ uocarit. de Diu. 89 a, Excipi de antiquis præter Xenophanẽ neminẽ. Tus. 370 b, Vtrũ sit melius, dij immortales sciũt, hominem quidem scire arbitror neminem. de Cl. 175 b, Gracchus eloquentia nescio an habuisset parẽ neminẽ. Epi. 35 b, Colligit tibi quod haud scio an nemini, ut, &c. Ep. 85 a, Me quotidie Cæsar magis amplectitur: familiares quidẽ eius sicuti neminẽ. At. 119 a, Respub. te mihi ita cõmẽdauit, ut charior ẽ habeã neminẽ. de Ora. 95 b, Roscius dicebat se reperire discipulũ quẽ quidẽ probaret, potuisse neminem. ad He. 25 b, Vnus nemo potuit, &c. pro D. 228 b, Quod oẽs non negent: id est, nemo. At. 119 a, Facio pluris omnium hominũ nemi nem. et 147 b, Magis idoneum quàm ego sum, reperies neminem. Off. 53 b, Quod cùm omnibus est faciendum, tum haud scio an nemini potius quàm tibi.

Nempe, nimirũ, quippe, opinor. pro Fl. 163 b, Si dat tam tam pecuniam Flacco, nèpe idcirco dat, ne rata sit emptio. in An. 156 a, Cn. Pompeij cõsulatus in quibus actis consistit? nempe in legibus. in An. 193 a, A quo defenderit? nempe ab hoste. & in Pis. 99 a, Quibus autem hostibus? nempe his qui, &c. in V. 272 b, A quo tempore futurum est? nempe eo, cum, &c. et pro Cl. 30 a, Quo crimine, nèpe quod, &c. pro D. 220 a, Quod est pontifices ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui, &c. de N. 79 a, Iidẽ etiã uota suscipi dicitis oportere, nempe singuli uouent. Aca. 29 a, Non me, inquit, dico scire, optimè, nempe ista quæ, &c. de Cl. 166 a, Nempe eum dicis qui, &c. in Ver. 130 a, Nempe ita dicitis propter decumas. Par. Nempe igitur ea restãt, quæ, &c. Tusc. 230 b, Nempe negas, &c. Ep. 18 b, Nempe studium meũ nõ de

fuit declarandorũ munerum tuo nomine. Att. 151 b, Scimus nempe, hæremus nihilominus. pro Qu. 15 a, Nèpe, si, &c. & ibid. Opinor si, &c. Part. 232 b, Nempe ea sequuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent. Att. 284 a, Quod aũt tibi cũ Antonio priuatũ odium? nempe quia postulabat hæc. in An. 186 b, At auus huius nobilis, Tuditanus, nempe ille qui, &c. in Ant. 244 b, Sed effigi in fidias, nempe in Antonij congressum ueniendũ est. pro Mil. 104 a, Quid ergo tulit? nempe ut quæreretur.

Nemus, oris. de Di. 104 a, Multos nemora & syluæ cõmouent. et de Ar. 249 a, Agros & nemora peragrare. At. 240 a, L. Cæsar ueniam ad se rogat in nemus.

Neopactum. l. Naupactum.

Neoptolemus. mi. i. Pyrrhus. de Am. 110 a, l. Nummus.

Nepa, pæ. scorpius. de Na. d. 47 b, Atq; oculos urget pedibus pectusq; nepa. in Arat. Hæc caput atq; oculos torquere ad terga nepa. de Finib. 134 b, Nepæ aculeis uti. al. uesp.

Nepos, otis. qui ex filio uel filia natus est, qui dissipat ac dissipat patrimonium. pro Deiot. 144 a, Qui nepos aũt in discrimen capitis adduxerit. Tus. 166 a, Metellũ multi filij, filiæ, nepotes, neptes in rogum imposuerũt. de Cl. 189 a, Ex filia nepos. et Tus. 165 b, Quererem ex eo cuius suorum similis fuisset Africani? patris nepos. pro Qu. 6 a, Perditus ac profusus nepos. et de Aru. 257 b. cõt. Rul. 75 b, Aliquis ut in suis rebus, ita in republ. luxuriosus nepos. cont. Rul. 61 a, Esse nepotẽ in patrimonio. in Ver. 189 b, Numulis corrogatis de nepotum bonis.

Neptis, ptis. Tus. 166 a, l. Nepos.

Neptunius, a, um. in Arat. Neptunia prata secantes, & Neptunia pistrix. & ad Her. 27 a, Neptuniæ lacunæ.

Neptunus, ni. de Nat. 1, Neptuni cærulei oculi. & lib. 3, Neptunũ esse animum cum intelligentia per mare pergentem. & lib. 1, 10 a, Neptunũ esse æremq; qui per maria manaret, disputat Chrysippus. de Nat. 39 a, Datũ est igitur Neptuno altero Iouis, ut uolunt, fratri maritimũ omne regnum, nomenq; productum, ut Portunus à portu, sic Neptunus à nando. Item de Na. deor. 75 b, de Off. 7 a, & 71 a.

Nequam, nihili, improbus, impurus. (. Frugi. pro Cæl. 36 a, Homo nequã atq; improbus. & pro Sex. Ros. 40 a, Serui nequã & improbi. in Ver. 101 a, Verres tã nequam. & ibidem, Ius tam nequam esse Verrinum. Epi. 177 b, Homo nequissimus omnium qui sunt, qui fuerũt, qui futuri sunt. Epi. 183 b, Homo perditus, multoq; nequior quàm ille ipse quem tu nequissimum occisum esse dixisti. de Prouin. 71 b, Ne Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur. & in Pison. 30 a, Nisi nequior quàm Gabinius extitisset. in Pis. 94 a, Nihil isto fœdere esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. et Tus. quæst. 198 b, Nihil nequius aut turpius effœminato uiro. Att. 6 b, Homo sanè nequam. Att. 20 a, Cum accusator homines nequissimos reijceret, reus fregalissimum quenquam secerneret. & 98 a, Nunquã uidi hominem nequiorem in Ant. 210 a, Nequam est homo ille atq; confidens.

Nequa. in Ver. Act. 1, Nequa deductio fieret.

Nequando. de Am. 107 b, Vt nequando amare incipe-
remus eum, quem aliquãdo odisse possemus. ad He. 2 b, quiter, eundem hunc tam perperam fecisse non est mi-
Nequaquam, minimè omnium, nullo pacto, nulla ex parte. de Fi. 81 d, Nequaquam ista amicitia est. & de In. 56 b, Nequaquam tantum inter eos interesset. & Epi. 246 b, Nequaquã paribus rebus. de Inuent. 63 a, Vt nequaquam cum illius cõmodo fuerit comparanda. de N. 72 b, Nequaquam istuc istãc ibit. et pro Sext. Ros. 19 a, Nequaquam similiter, &c.

Neque, nec. de Or. 94 a, Nullæ enim lites neq; cõtrouersiæ sunt, quæ, &c. At. 128 a, Nam certè neq; tũ peccauisti, cum, &c. neq; cum, &c. 8 Fam. in Epist. Cælij: Neq; absolutus, neq; damnatus. pro Cl. Neq; dum rem perfectã arbitraretur. Att. 14, Neq; dum Roma es profectus. ad Qu. Fr. lib. 3, Sed eius rei maturitas neq; dum uenit, & tamẽ iam appropinquat. 5 Ver. Neq; enim hoc possum negare. de Am. Neq; enim sunt isti audiendi, qui uirtutem duram et quasi ferreã esse quandam uolunt. 5 Fam. Neq; expectare tẽporis medicinã, quam repræsentare ratione possumus. 1 de Fi. Neq; feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictũ puto. de Am. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscuriũ: cõcedantq; ut hi boni uiri fuerint. neq; id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse concedi. de N. d. 2, Neq; ira, neq; gratia teneri. pro R. Com. 5, Ad arbitrium hoc animo adimus, ut neq; nihil, neq; tantum quantũ postulauimus, consequamur. 15 Fam. Neq; non uerè. 2 Philip. Ergo ut te catamitum, neq; opinatò quum ostendisses, præter spem multer aspiceret, &c. 1 Off. Nulla enim uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neque domesticis in reb. neq; si tecũ agas quid, neq; si cũ altero cõtrahas, uacare officio potest, &c. de Am. Neq; quicquã unquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit: neq; solũ colèt inter se ac diligent, sed etiam uerebũtur. de Na. 1, Ea facie, neq; solùm facie, sed etiam ornatu nouimus. 11 Fam. in epist. D. Bruti, Neque tamen non te cautum esse uolo.

Nequeo, quis. non queo, non possum, nõ habeo quemadmodum, mihi liberum non est. de Or. 137 a, Quidã quæ sanare nequeunt, exulcerant. Or. 218 b, Nec tamen hæc ita astricta sunt, ut ea cum uelimus laxare, nequeamus. Aca. 44 a, Nihil in rerum natura est minimũ, quod diuidi nequeat. de Di. 128 b, Demosthenes rho literã dicere nequibat. de Se. 84 b, Quæ si exequi nequirẽ, tamen, etc. de Som. 119 a, Sicut solẽ intueri nequitis aduersum. pro Mi. 116 b, Nequeo uetera illa iudicare, &c. Or. 211 a, Nequire, pro non quire. At. 17 b, Atq; hoc loco illud non queo prætirere.

Nequicquam, frustrà, nihil. pro Q. 14 b, Et serò & nequicquam pudet. & Antequã. 194 a, Att. 285 b, Catonem nequicquam periit ille, si, &c. Tus. 203 b, Quæ genera humano angorem nequicquam afferunt. Tus. 194 a, Nequitia ab eo quod nequicquam est in tali homine. Tusc. 164 a, Secernere autem à corpore animum, nequicquam aliud est, quàm emori discere.

Ne quidem. pro Deio. 150 b, Deiotarus nunquam succum bet inimicis, ne fortunæ quidem. l. Ne.

Ne quis. de Op. 244 b, Cum esset lex Athenis, ne quis plebiscitum faceret, ut quisquam, &c.

Obscœnus, a, um. turpis, in obscœnis. Offic. 25 b, Quod facere non turpe est modò occultè, id dicere obscœnum est. Tus. 249 b, Illud Antipatri est qdem paulò obscœnius, sed non absurda sententia est. Of. 21 d, Genus iocãdi, illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnũ. de N. 23 d, Delicatæ & obscœnæ uoluptates. Epi. 140 d, At hodie penis est in obscœnis. Qu. F. 311 d, 61 d, Maledicta, uersus etiã obscœnissimi in Clodium & Clodiã dicerẽtur. Ep. 140 d, Quid, quod uulgò dicitur, Cum nos te uolumus cõuenire, nũ obscœnum est? Memini in senatu disertũ consularẽ ita eloqui: Hanc culpam matorẽ, an illam dicam? potuit obscœnius? & multa de obscœnis in eadem Epistola.

Obscuratio, onis. obscuritas. de Fi. 112 b, In quibus propter earum exiguitatem obscuratio sequitur. & ibid. Quibus rebus obscuratio magna est. l. Exiguitas.

Obscurè, ἀλληγόρως, elãm.)(. Apertè, palam. l. C. 119 d, Hoc malum obscurè serpit. & 99 d, Non agam obscurè. de Fin. 67 d, Heraclitus de natura nimis obscurè memorauit. pro Mil. 109 b, Palam.)(. Obscurè. pro Qu. 9 d, Huic ne perire quidem tacite obscurèq; conceditur? pro Cl. 28 b, & Para. 124 b, Obscurè ferre aliquid.

Obscuritas, tis. obscuratio, tenebræ, caligo, ænigma. de Or. 147 d, Vt oratio, quæ lumen rebus abhibere debet, ea obscuritatẽ & tenebras afferat. de Fi. 67 d, Satis ne igitur uideor uim uerborum tenere? an sum etiam nunc græcè loqui uel latinè docendus? & tamẽ uide, ne si ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cum græce, ut uideor, luculèter sciam. sit aliqua culpa ejus qui ita loquatur, ut non intelligatur, quod duobus modis siue reprehẽsione fit: si aut de industria facias, aut Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, qua de natura nimis obscurè memorauit: aut cũ rerum obscuritas, nõ uerborum facit, ut nõ intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis. Ac. 3 d, Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatib. maximáq; est & in ipsis rebus obscuritas, et in iudicijs nostris infirmitas. de D. 87 b, Causa latet obscuritate inuoluta naturæ. de D. 131 b, Adhibuit etiã latebrã obscuritatis, ut ijdem uersus aliàs in aliam rem accommodari posse uiderentur. & 135 b, Iã uerò quò pertinẽt obscuritates et ænigmata somnio rũ? intelligi enim à nobis dij uelle debebant ea, quæ nostra causa nos monebant. de Orat. 90 b, Philosophia in tres partes distributa est, in naturæ obscuritatẽ, in disserendi subtilitatem, in uitã atq; mores. Top. 221 d, Sed à libris te obscuritas reiecit. pro Cl. 32 b, In ea obscuritate & dubitatione omniũ, Canutio placuit iudices pronũciare. contra Rul. 73 d, Duæ sunt huius obscuritatis causæ: una pudoris, & c. altera sceleris, & c. pro Pl. 267 b, In tenebris quàm in luce causam uersari mauis. Epi. 83 b, Sed habeo alia signa quæ obseruẽ, quæ etsi nõ sunt certiora illis, minus tamen habent uel obscuritatis, uel erroris. Offic. 41 d, Ita ut nullum obscurum potest nec dictum eius esse, nec factum. pro Mar. 135 b, Erat autem obscuritas quædam, & c.

Obscuro, as. lucem eripio, noctem uel tenebras rebus offundo, tenebras affero, obscuritatẽ affero, tenebras obduco, obcæco, inobscuro, officio, obstruo, perstringo. de N. 45 d, Aetneorum ignium tenebræ finitimas regiones obscurauerunt. de Fi. 138 b, Minora maioribus obscurantur. de Fin. 99 b, Lumen lucernæ obscuratur & offunditur luce solis. l. C. 98 b, Nox tenebris obscurat omnia. Att. 35 d, Quæ scribam, ἀσαφῆ opinor obscurabo. pro Cluent. 18 d, Nihil nec subterfugere reticendo, nec obscurare dicendo. de Orator. 117 b, Omnis eorum memoria sensim obscurata est & euanuit. & de Orator. 163 b, Obscurari atq; pene obrui. & de Fin. 99 b, Obscurari & obrui, atque interire. de Finibus, 112 b, Obscurari quædam, nec apparere, quia ualde parua sunt. pro Mar. 135 b, Tuas laudes obscuratura nulla unquam est obliuio.

Obscurus, a, um. habens obscuritatẽ, tenebricosus, caliginosus, tortuosus, inuolutus, à natura inuolutus, latẽs, opertus, flexiloquus, spissus, cæcus.)(. Apertus, perlucidus, illustris. de In. 82 d, Res apertæ obscuriores fiũt oratione. de D. 104 b, Quia erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. de D. 132 d, Chrysippus totum uolumen impleuit oraculis, partim flexiloquis et obscuris, ut interpres egeat interprete, & sors ipsa referẽda sit ad sortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum referenda sint. de Na. 79 d, Non ut deorum naturã tollerem, sed ut intelligeretis, quàm esset obscura, et quàm difficiles explicatus haberet. de Orator. 99 b, Ius applicationis obscurum sanè et ignotum, patefactum est in iudicio, atque illustratum à patrono. contra Rul. 73 d, Cur hoc tam est obscurũ atque cæcum. Att. 120 d, Dolor apertus.)(. Hebes. Partit. 233 d, Obscurus.)(. Rerum multitudine nobilitatus. pro Mur. 127 b, Tua nobilitas hominibus literalis est notior, populo uerò obscurior. contra Rul. 68 b, De Thucydide, & tione Rulli obscura. Orator. 199 b, De Thucydide, & eius oratione obscurissima. l. A. 187 b, Ego autem, qui intelligeret, quid dicere uellet, adhuc neminem reperi. & ibidem: Satius est mutum esse, quàm quod nemo intelligat, dicere. de M. Antonio. de Cla. 191 d, Oratio nimia religione attenuata, à multitudine deuoratur. Accad. 2 b, Cognitio multis obstructa difficultatibus. Att. 216 d, Διὰ σημείων scribere: id est, per notas & signa. de Cl. 170 b, Philisti Syracusij & Thucydidis concisæ sententiæ, interdũ etiã non satis apertæ cùm breuitate, tum nimio acumine. Offic. 22 b, Sermone eo debemus uti, qui notus est nobis, ne ut quidã Græca uerba inculcantes, iure optimo irrideamur. de D. 135 b, Euphorion poeta nimis obscurus.)(. Homerus. & ibid. Heraclitus ualde obscurus.)(. Democritus. & ibid. Mea causa me mones? & quod non intelligam, quid igitur me mones? & de Orat. 134 b, l. Circuitio. de Fi. 67 d, & Ac. 9 b, & de Orat. 114 d, & de N. 15 b, 16 d, & de Or. 111 d, & 146 d, de oratione obscura.

Obsecratio, onis. preces, deprecatio, obtestatio. de In. 47 d, & de Or. 162 d, Si prece & obsecuratione humili ac supplici utemur. pro Fon. 284 d, Obsecratio, deprecatio. & de Ar. 258 b, Constituendæ nobis sunt procurationes & obsecratio, & c.

Obsecro, as. amabo te. pro Dom. 219 b, Idem pro salute mea populum Romanum obsecrauit. Postquam Deniq;

Deniq; ipse pro meo uos salute non rogauit solum, uerumetiam obsecrauit. de Orat. 116 b, Non solum hortabor ut elaboret, & c. sed etiam obsecrabo. & pro Qu. 18 d, Næuũ obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, ut, & c. In Verr. 117 d, Cum multis lachrymis eũ oraret atq; obsecraret Heraclius, imperare non potuit. Epi. 55 d, Cum mihi C. Marcellus non solum consilium daret, sed præcipuus quoq; me obsecraret, & c. Ep. 166 b, Ego uos P. C. oro atq; obsecro, ut, & c. pro Quin. 18 d, Itaq; te hoc obsecro, ut, & c. de Fi. 68 b, Obsecro, inquit Torquate, hæc dicit Epicurus. Attic. 4, 1 d, Obsecro mi Pomponi, non uides, & c. Att. 190 b, Obsecro Pyliæ salutem. Ep. 233 d, Quid, obsecro te, me miserum, quid futurum est? Item: Sed obsecro te, ita uenusta habeantur ista, non ut umcula uirorum sint, sed ut oblectamenta puerorum. Att. 124 d, Sed obsecro te, quid hoc miserius, quàm, & c. Att. 44 d, Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. At. 88 b, Deinde me obsecras amantissimè, ne obliuiscar uigilare, & ut animaduertam quæ fiant. ad Att. 170 b, Vt facias, te obtestor atq; obsecro. At. 208 d, Attica mea obsecro te, quid agit? quæ me ualde angit.

Obsecũdo, as. pro Pom. 13 d, Is cui ciues assenserint, socij obtemperauerint, hostes obedierint, uenti tempestatesq; obsecundarint.

Obsepio, pis. sepio, intercludo. pro Muren. 135 b, Hæc omnia tibi accusandi uiam muniebãt, accusandi obsepiebant.

Obsequens. tis. obediẽs. Ep. 148 b, Filius obsequens patri. & Sal. 270 d, Filia tibi iucundior atq; obsequẽtior, quàm parenti par est.

Obsequium, quij. indulgẽtia, patiẽtia. de Am. 113 d, Obsequium amicos, ueritas odium parit. Attic. 98 b, Itaq; effeci omni obsequio, ut neutri illorũ quisquã esset me charior. l. P. 80 d, Ego Antoniũ collegam patientia atque obsequio meo mitigaui. pro Cæl. 40 d, Cõprehendere multos amicitia, tueri obsequio. At. 95 b, Mulieres ualde intelligo delectari obsequio et comitate adolescẽtis. Epi. 152 b, Abuti obsequio alicuius ad omnes res. de L. 168 d, Cũ animus cognitis uirtutibus à corporis obsequio indulgẽtiáq; discesserit. At. 157 d, Omne meũ obsequium in illum fuit cũ multa seueritate. At. 156 d, Ea uerò non sunt ab obsequio nostro. de Le. 164 b, Obsequia in homines.

Obsequor. ris. morẽ gero, indulgeo, satisfacio, morigeror, gratificor, placeo. Or. 220 b, Tum tibi rogãti obsequi uellem. scribendi impudentiam suscepi. de Or. 93 b, Ego uerò, inquit, tibi obsequi studeo. Tus. 240 d, Cum huic obsecutus sis, illi est repugnandum. Epi. 15 b, In nauigando tempestati obsequi, artis est. de Fi. 68 d, Obsequar igitur uoluntati tuæ. pro Qu. 17 d, Vt uestræ naturæ bonitatiq; obsequamini. Or. 211 b, Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. de Or. 58 d, Sed tamen etiam in his asperitatibus rerum obsequar studijs nostris. pro Cluentio, 49 b, Obsequor tibi de te, uel de aliqua re.

Obsero, ris. occludo, obsigno. de Legibus, 183 d, Quod cum proximi fecerant, obducta; terra erat, frugibus obserebatur.

Obseruans, tis. studiosus, cupidus, diligens. Epist. 203 d, Aulus Fusius, obseruantissimus nostri. Ep. 235 b, Quem spero tui fore obseruantem. Attic. 262 d, Cognouit te me ita cupidum, ut paucos æquè amantes atq; obseruantes me habere existimem.

Obseruantia, tiæ. reuerẽtia, ueneratio. de In. 70 b, Obseruantia est, per quam ætate, aut sapiẽtia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedẽtes reuereamur et colimus. & 82 b, Cultu quodam & honore dignatur. Epist. 199 b, Sex. Aufidius obseruãtia qua me colit, accedit ad proximos. pro Mur. 141 d, & pro Pla. 268 d, Nulla est pœna, quæ posit obseruãtiam tenuiorum ab hoc uetere instituto officiorũ excludere. pro Cor. 68 d, Officia illius obseruantiamq; dilexit. pro Q. 10 b, Amicos obseruãtia, rem parsimonia retinere. Att. 207 d, Ne magnum onus obseruantiæ tibi imponerẽ. in Ep. 64 b, Mea tibi obseruantia nunquam defuit.

Obseruatio, onis. animaduersio. de Cl. 167 b, Verùm id natura magis aut casu, quàm ratione aliqua aut obseruatione fiebat. & Or. 214 b, Versus inuẽtus est terminatione auriũ & obseruatione prudentũ. de D. 138 b, Obseruatio diuturna notãdis reb. fecit artem. & ib. Quæ astris præsentiũtur, hæc notata sunt obseruatione diuturna. & ibi. Neq; obseruatione inueniri potuit scientia. de D. 84 d, Chaldæi diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici futura possent. Off. 51 b, Valetudo conseruatur notitia sui corporis, & obseruatione rerũ, quæ res aut prodesse solent, aut obesse. Off. 8 b, Apud antiquos summa erat obseruatio in bello mouendo.

Obseruito, as. studiosè obseruo. de D. 101 d, Neq; solùm deorum uoces Pythagorici obseruitauerunt, sed etiam hominum, quæ uocant omnia.

Obseruo, as. animaduerto, noto, speculor, aucupor, quasi insidior. seruo, pertracto, in speculis sum. Ep. 83 b, Sed habeo alia signa, quæ obseruem, quæ etsi nõ sunt certiora illis, minus tamen habẽt uel obscuritatis uel erroris. de Diu. 80 d, Chaldæi motus stellarum obseruauerunt, quibus notatis, quid cuiq; significaretur, memoriæ prodiderunt. & 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immẽso, & significatione euentus animaduersa ac notata. de D. 118 d, Etsi causæ non reperiuntur istarum rerum, res tamẽ ipsæ obseruari animaduertiq; possũt. de D. 130 b, Quomodo hæc infinita obseruando notare possumus? Or. 124 d, Sũt enim quidam oratorij numeri in oratione obseruandi ratione quadam. de Or. 93 d, Et persæpe me, quæ soleres in dicẽdo obseruare, docuisti. & 94 d, Quæ obseruata sunt in usu tractatione dicendi. de Or. 97 d, Quæ sua sponte homines eloquentes fecerunt, ea quosdam obseruasse atq; collegisse. de Cl. 191 d, Is nimiũ inquirens in sese atq; ipse sese obseruans, metuensq; ne uitiosum colligeret, etiam uerum sanguinẽ deprauabat. Ora. 217 b, Non enim id agit ut insidietur & obseruet, sed iam fauet, processumq; uult. pro S. R. 22 d, Multi occupationem eius obseruant, tempusq; aucupantur. Ep. 175 d, Itaq; ei præcepi, ut tẽpus obseruaret epistolæ tibi reddendæ. pro S. R. 33 b, Nihil mali est, canes ibi quã plurimos esse, ubi permulti obseruãdi, multáq; seruãda sunt. Para. 123 b, Obseruare oẽs motus alicuius. de N. 50 b, Vt in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ autem ex inopinato obseruãt, & si quid incidit, arripiũt. de Am.

Universidad de Deusto
Biblioteca

107 d, Nēc obseruāt strictē amicitia, ne plus reddat quā acceperit. At. 50 b, Cū semper ita habitum obseruatūq; sit. pro Qu. 16 d, Quid tu id quemadmodum obseruas? In V. 136 b, Metellum eum censum obseruari iußit, qui Sex. Peduceo prætore habitus esset. Or. 215 b, Quod ne accidat, obseruari nō potest: id est, caueri. pro Do. 227 d, Obseruare leges. pro Cl. 41 b, Maiores nostri nunquā perinde ut rem iudicatā, obseruauerūt animaduersionem censoriam. Off. 41 d, Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruēt. ad Her. 29 d, Quid in uirisidem ne obseruabant? minimē. Epist. 215 d, Ago gratias, q, meas obseruationes tam diligenter obseruas. At. 114 b, Illud ἀνεθνησιόδευον, sic enim putatur, obseruo, μάθε λίπλου præsertim in te, quē, etc. de Di. 101 b, Obseruare & seruare idē. Q. de Pet. 213 b, Fac ut abs te custodiri atq; obseruari sciāt. At. 130 d, Scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarē, & si secundū mare ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me uenturū. At. 221 b, Magis mihi isti seruiunt, si obseruare seruire est.

Obseruare. colere, uenerari. Ep. 48 d, et 87 b, Colere & obseruare aliquē. de Am. 101 b, Omnes ferè familiarissimi eius, quasi deūncti meis magnis ueteribus officijs, me diligēter obseruāt & colūt. & de Am. 101 b, Coli et obseruari ab aliquo. Epi. 65 d, Qui me sicut alterū parentē & obseruat & diligit. pro Pl. 267 d, Tribus officijs ab aliquo obseruatas non largitione. pro Pl. 268 d, Neq; hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruēt tribules suos, ne diligāt. Ep. 139 d, Peroffici oſe et peramanter obseruare aliquē. Epi. 65 d, Obseruare & diligere aliquem sicut alterum parentem. At. 34 d, Cæciliū colimus & obseruamus. & I. V. 345 b, Vehemēterq; illum ordinem obseruo.

Obses, dis. pignus, fiducia. pro Pom. 10 b, Pōpeius eis spē editionis non ademit, obsides imperauit. & I. V. 175 d, Tantum quōd oratorib. Metellus obsides non dedit. Epist. 245 b, A nobis multos obsides habet pop. Ro. ītē: Ab his Pindenisso capto obsides accepti. pro Clu. 35 d, Stalenus hanc condemnationē dederat obsidē Bulbo. et 57 b, Nuptiæ quarum illa obsides filios ab eo accepit. I. A. 159 b, Reip. tuus paruus filius in Capitoliū à te missus obses fuit. Antequā. 197 d, Cum præcipuum nobis obsidem sui animi uestram reliquerit libertatē. I. C. 118 b, Paruus filius qui mihi uidetur amplecti rempub. tanquam obsidem consulatus mei.

Obsessio, onis. obsidio. pro D. 223 b, Obsessio templorū, occupatio fori, oppressio curiæ. & pro Corn. 56 d, Obsessio militaris uiæ.

Obsessor, oris. oppressor. pro Dom. 215 b, Depopulator fori, obsessor patriæ.

Obsessus, a, um. circumsessus, cinctus, oppressus. I. C. 122 b, Patria obsessa facibus & telis impiæ cōiurationis. & pro S. R. 23 d, Domus obsessa. pro Fl. 159 b, Græcia Asiæ oram maritimam cinxit urbibus, non ut munitam colonijs illam gentem, sed ut obsessam teneret.

Obsideo, es. circumsideo, obsessum teneo, occupo, fossa et uallo septum teneo, oppugno. I. A. 212 d, Qui Mutinam & consulem designatum obsederit. & ibidē, Antonius armis obsedit, aut exclusit senatū. & pro D. 231 d, Qui impelluntur ut obsideant senatum. Postquā. 204 b, Cum ui, ferro, metu obsessi teneremini. de Arusp. 44 b, Obsidere, oppugnare, labefactare aliquā urbem. pro Font. 280 d, Ab his gentibus obsessum Capitolium est. de Aruſp. respons. 255 b, Is obsessus est domi. pro Pomp. 7 b, Vrbē Azicenorum obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, & oppugnatam uehementissimē. quam L. Lucullus summis obsidionis periculis liberauit. I. V. 265 b, Qui sinus quosdā obsedisse maritimos dicūtur. et ib. Aut promontoria tenuisse. et I. A. 205 b, Or. 217 b, Cum is qui audit ab oratore, iam obsessus est ac tenetur. cōtra Rul. 81 d, Totam Italiam suis præsidijs obsidere & occupare cogitat. pro Fl. 158 d, Cum curia speculatur, atq; obsidet nostra. I. A. 153 d, Dictatura quæ uim tā regiæ potestatis obsederat. et 177 d, Cū omnes aditus armati obsiderēt. I. C. 101 b, Iacēre humi ad obsidendū stumati obsiderēt. I. C. 101 b, Iacere humi ad obsidendū stumatis obsessurus est senatum.

Obsidio, onis. obsessio. Att. 129 d, Domitiū periculo obsidiōis liberare cupio. et pro Fo. 283 b, Colonia quæ per hunc obsidione liberata est. pro Muren. 128 b, Vrbes partim obsidione cepit. I. A. 236 b, Antonius solet accipere manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. Epist. 63 d, & pro Pomp. 7 b, Qui ex obsidione fœneratores exemerit.

Obsignator, oris. Att. 191 d, Obsignatores testamentorum. & 264 d, Nobis testib. & obsignatoribus. pro Cl. 57 d, Literarum obsignator. At. lib. 14, Adhibere obsignatorem.

Obsigno, as. signo, consigno. (. Resigno. p Fl. 150 b, Lex tabulas iudicum signis obsignari iubet. de Orat. 99 d, Cum obsignas tabulas clientis tui, quibus id sit scriptum quo ille capiatur. de Orat. 131 b, Furacem seruum solum esse, cui domi nihil nec obsignatū sit, nec cōclusum. At. 262 b, Decretū quod obsignatum est ab amplißimis uiris. & 264 d, Decretum quod ego obsignaui cū multis amplißimis uiris. pro Quin. 12 d, Eius rei conditionis, tabellas obsignauerūt uiri boni cōplures. I. V. 232 b, Literas obsignādas publico signo curaui. & 256 b, Obsignate nō mmus multis signis, quàm è lege oporteat. In Ver. 68 d, Quæ cognoui egomet apud istum in ædibus, cum obsignandi causa uenissem. pro Fl. 154 d, Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat certa illa Asiatica, qua utūtur omnes in publicis et priuatis literis. et ibi. Nostra igitur laudatio cōsignata certa est. At. 122 d, & 64 b, Obsignata iā epistola superiore, quam, &c. & 250 b, Signata iā epistola Formiani, &c. Tusc. 254 b, Agere cum aliquo tabellis obsignatis. de D. 238 d, Quædā matrona uisa est in quiete obsignatam habere naturā, retulit, negauit eam, quoniam obsignata fuisset, cōcipere potuisse, at alter prægnantem esse dixit. nam inane obsignari nihil solere. et Ep. 266 b, Obsignare lagenas inanes. de Inuēt. 81 d, Tabulæ obsignantur. At. 78 b, Obsignatam iā epistolā meam, quam te puto perlegisse. At. 97 d, Admiratus sum, ut uidi epistolā obsignatam, breuitatem eius. & 100 b, Curij testamentum, Ciceronum signis obsignatum.

Obsisto, stis. resisto, repugno, occurro, interpono. In V. 222 d, Qui primò cū obsistere & defendere conarētur, repulsi sunt. I. V. 236 d, Restitisti uidelicet, ne ex Italia transire in Siciliā possent. & pro Fl. 165 d, Græcis, Lydis obsistēt Rhodij, & c. I. C. 114 b, Cōsilijs Catilinæ occurri atq; obsliti. & 186 d, Nisi Pansa obstitisset. de Fi. 110 d, Qua facilè posset re pugnari obsistiq; fortunæ. et Tus. 181 d, Obsistere dolori. Att. 2 d, Ambitionem meam putabis obstitisse. de Fi. 96, Obsistere uisis, assensuq; stimere. & Ac. 276 d, Obsistere opinionibus, repugnare uisis. Quint. Frat. 300 d, Obsistere sermoni alicuius. Offic. 5 b, Qui autem non defendit, nec obsistit iniuriæ, tam est in uitio, quàm si, & c. Offic. 37 d, Multorū odijs nullæ opes possunt obsistere. Off. 40 d, Vitia quibus alij facilè possunt obsistere. de Sen. 92 d, Audaciter obsistere alicui.

Obsitus, a, um. obsoletus, horridus, squalidus. Tus. 158 b, Læti obsita, obsita tenebris loca. Poetæ.

Obsoleo, les. I. A. 180 d, In homine enim turpißimo obsolebant dignitatis insignia. al. Obsolescebant.

Obsolesco, scis. tenebris uetustatis opprimor. Ac. 41 d, Hæc inclusa habebam, & ne obsolescerēt, renouabā cū licebat, legēdo, & de In. 51 d, Res quæ propter uetustatem obsoluerunt. & 42 b, Hoc uerò à pleriſq; eorum desertum obsoleuisse. pro Sest. 16 d, Virtus splendet per sese semper, nec alienis unquam sordib. obsolescit. pro Cæl. 49 d, Chartæ quoq; quæ illam pristinam seueritatem continebant, obsoluerunt. contra Rul. 64 b, Vereāt quod amissis alijs remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat. pro Pōpeio, 13 b, Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis quàm uerbis refutata. pro Qu. 10 b, Cuius splēdor omnis in moribus obsoleuit. de Orat. 55 d, Quæ sanè nunc obsoleuerunt.

Obsoletius. I. V. 107 d, Obsoletius uestitus.

Obsoletus, a, um. insolēs, antiquus, inusitatus, sordidus. In V. 87 d, Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt. & 259 d, & de Or. 156 b, Abiecta & obsoleta uerba fugienda sunt. & At. 19 d, Barbara quædā et obsoleta. pro Q. 10 b, Hæc uulgaria & obsoleta sunt. de Ora. 145 d, Vereor ne paulò obsoletior sit oratio. Off. 75 b, Cyrenaicis obsoletis floret Epicurus. pro Fon. 282 b, Studijs militaribus apud iuuentutem obsoletis. contra Rul. 68 b, Vestitus obsoletior, corpus incultū & horridum. I. P. 98 b, Atq; inde obsoletus Thessalonicam uenisti. & ad Her. 35 d, Numitor obsoletus. de Repu. lib. 3. teste Augustino de Ciuit. Dei, libro 2. capite 21, Oblitione obsoletos mores uidemus.

Obsonium, nij. uel opsoniū. pulmētum: id est, quicquid ad panem uinumq; adijcitur in cibum, ut caseus, carnes, ouū, pisces, & id genus alia. Ep. 138 b.

Obsono, as. Tus. 247 d, Socratem ferūt, cum usq; ad ueſperum cōimentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret: respōdisse se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem: id est, obsonij loco, sibi famem comparare.

Obstinatio, nis. peruicacia, pertinacia, nimia perseuerantia. de Pro. 77 b, Quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui.

Obstinatus, a, um. pertinax, pugnax. In V. 79 b, Hūc in iudicando nimium sui iuris sententiæq; cognosco. Off. 69 b, Qui nimis perfractè aliquid defendit. Offic. 6 d, Qui negat aliquid, & in eo perstat. Attic. 6 d, Illius uoluntas obstinatior. pro Lig. 141 d, Quem de suscepta causa propositaq; sententia nulla uis, nullum periculum posset depellere.

Obstipus, a, um. de Na. 47 d, Obstipum caput, & tereticeruice reflexum.

Obstita, torum. ostenta quæ obstant dicta fuisse puto. de L. 173 b, Fulgura atq; obstita pianto.

Obsto, as. obsisto, officio, impedio. Acad. 6 d, Maxima est in sensib. ueritas, si omnia remouentur, quæ obstant & impediunt. Orat. 201 b, & pro Quint. 7 d, Aut aliquid afferet, quod oppositū probabilius sit quàm illud quod obstabit. pro S. R. 37 d, Officere & obstare cōmodis alicuius. de D. 109 d, Nisi quæ causa grauior obstiterit. Item: Quid autem obstat, quo minus sit beatus, si nō sit bipes? Item: Obstiti uidelicet ne, etc. l. Obsisto. pro S. R. 19 b, Cui pecuniæ uita Sex. Roscij obstare atq; officere uidetur. pro Mil. 120 b, Miloni facinoris suspicio, non facti crimen obstat.

Obstrepo, is. obloquor. de Ora. 147 d, Ipsi sibi in dicendo obstrepere uidētur. & Ep. 62 d, Quæres fecit, ut tibi literis obstrepere non auderem. pro Mar. 132 d, Sed tamen eiusmodi res nescio quomodo ineptiā dum leguntur, obstrepi clamore militum uidentur.

Obstrictus, a, um. obligatus, deuinctus. pro Cæl. 54 b, Hunc addictum, deditum, obstrictum uobis habetis. pro Pl. 159 d, Obstrictus memoria beneficij sempiterna. I. P. 85 b, Aliquem fœdere obstrictum teneri.

Obstringo, gis. deuincio, obligo. At. 86 d, Cùm sex libris tanquam prædibus me ipsum obstrinxerim. pro Cl. 57 b, Quæ illum donis multi bribus, & spe hæreditatis obstrinxit. Epi. 172 b, Omneis iam amicos meos are alieno obstrinxi. Ep. 212 d, Te ita existimare uolo, quibuscunq; rebus Atticum obstrinxeris, ijsdem tibi obligatū fore. in V. 227 d, Tanta religione obstricta tota prouincia est, tāta superstitio mētes Siculorum occupauit, ut, & c. & At. 201 d, Ego me magna uoti religiōe obstrictū puto. de Or. 133 b, Mēmius religione ciuitatem obstrinxit. & In An. 176 d, Obstrinxit populū Ro. religione. In V. 242 b, Me omniū officiorū obstringi religiōe arbitror. I. V. 77 b, Qui in tot scelerib. se obstrinxerit. et 216 d, Qui tanto scelere se obstrictum esse non sentit. et Off. 68 b, Qui se obstrinxerit. In A. 237 d, Qui nefario patriæ parricidio se obstrinxerit. pro Syl. 168 d, Si defendes eū, quē obstrictū esse patriæ suspicere. pro Cæl. 47 d, Si hic obstrictus uoluptatib. teneretur. pro D. 237 d, Qui tibi erat magis obstrictus beneficio recenti. pro Pl. 274 b, Maximis beneficij uinculis obstrictus. (. Liber et solutus. pro Cl. 60 b, Quem uobis in perpetuum obstringite. de In. 79 d, An legibus obstrictos in tantis molestijs esse, æquum est.

Obstructio, nis. intercluſio. pro Sest. 7 b, Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta, ita ut curiosis oculis perspici non possit.

Obstructus, a, um. clausus, septus. L. Obstruo.

Obstruo, is. obsepio, obturo, oppilo. de Cl. Or. 166 d, Ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est. Ac. 2 b, Est. n. omnis cognitio multis obstructa difficulta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cultatibus.pro Syl. 182 a, Munite communem arcẽ bonorum, obstruite perfugia improborum. pro Do. 236 a, b, Primò se luminibus eius esse obstructurum minabatur. de Cl. 170 b, Sic Catonis luminib. obstruxit hæc posteriorum, quasi exaggerato altius oratio. I. A. Sic autẽ officiẽs signis mons obstruet altus. de Fa. 142 a, Zopyrus stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd iugula concaua nõ haberet, obstructas eas partes, & obcuratas esse. de Sen. 91 b, Qui iter pœnis uel corporib. suis obstruere uoluerunt.

Obstupefactus, ta. stupefactus. I. C. 107 b, Si Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligentia in exilium abierit. pro Deiot. 150 a, Homines admiratione obstupefacti. de D. 93 a, Cùm ea pars animi sit immoderato obstupefacta potu atq; pastu.

Obstupesco, scis. stupeo, stupesco. de D. 119 a, Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem maiorẽ cum admiratione edidit. At. 82 a, Ob hæc beneficia, quib. illi obstupescũt, nullos honores mihi decerni sino. I. C. 113 b, Sic enim obstupuerant, sic terram intuebãtur, ut, etc. de D. 122 a, & Ep. 112 b, Quid nam torpẽtes subitò obstupuistis Archiui? pro Ma. 135 b, Obstupescent posteri imperia & prouincias tuas.

Obsum, es. fr. audi sum. de Or. 95 a, Pudor qui non modò nõ obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. ad Her. 31 b, Quid illis adiumẽto futurum esset, aut offuturum nobis.

Obsurdesco, scis. sensum audiẽdi amitto. de Som. 129 a, Hoc sonitu completæ aures obsurdescunt. & de Amic. 112 b, Obsurdescimus tamen, nec ea quæ monemur, audimus.

Obtego, gis. cõtego, obduco. pro Sest. 20 a, Frater meus in comitio iacuit, seq; seruorũ libertorumq; corporibus obtexit. & in Vat. 31 a, Vt adolescentiæ turpitudo obscuritate ac sordibus tuis obtegatur. pro Cæl. 46 b, Quæ uitia multis postea uirtutib. obtecta adolescentiæ excusatione defendi possunt. de Le. 181 a, Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur. At. 16 a, Fingere, dissimulare, & obtegere.

Obtemperatio, onis. obedientia. de Leg. 164 b, Iustitia est obtemperatio legibus, &c.

Obtempero, as. obedio, pareo. pro Qu. 2 b, Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius innocentes possit opprimere. pro Cec. 295 a, Si serui ad uerba nobis obediant, non ad id quod ex uerbis intelligi potest, obtemperent. Ep. 21 b, Te audi, tibi obtempera. & Tusc. 177 a, Obtemperat ipse sibi. At. 43 b, Sed tamẽ quod me uos sperare uultis, uobis obtemperabo.

Obtendo, dis. obduco. Q. F. 292 b, Vniuscuiusq; natura tegitur, & quasi uelis quibusdam obtenditur.

Obtento, as. tento. At. 145 a, Spes quædam me obtentabat, fore, &c.

Obtero, ris. contundo. Antequã. 195 a, Qui nouam rationem suscitant, ueteres maiorum obterunt laudes. de Di. 86 a, Aperteq; artẽ obterere extispicum. Ep. 65 b, Prosternere & obterere obtrectationes maleuolorũ. In V. 235 b, Laudem imperatoriã criminibus auaritiæ obteri. pro Cæl. 288 b, Ita calumniam obtriuit ac contudit.

Obtestatio, onis. imploratio, obsecratio, deprecatio. Ep. 120 b, Mei officij est, me meminisse, qua obtestatione

ne decedẽs mihi ne paterer fieri, mãdaris. pro D. 238 a, Sanctiones sacrãdæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione & cõsecratione legis, aut pœna, cũ, &c. pro D. 238 a, Quid ergo tua obtestatio tibicinis ueluit? pro Cl. 24 b, Mulier obtestatione uiri domo exire non debuit.

Obtestor, aris. testor, appello, imploro. In V. 274 b, Deos omnes imploro atque obtestor. et pro Mur. 144 b, Vestrã fidẽ obtestor, misericordiam imploro. pro Flac. 149 b, Quem enim alium appellem? quẽ obtester? quẽ implorem? pro Pl. 281 a, Mecum uos simul miserrimus obtestatur parens, & pro uno filio duo patres deprecamur: nolite iudices per uos, per fortunas uestras, per liberos inimicis meis dare lætitiam. pro Mil. 119 b, Oro obtestorq; uos, ut misericordiam huic tribuatis. Antequã. 193 a, Iure igitur uos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. At. 280 b, Oro atq; obsecro te mi Cicero necessitudinẽ nostrã, tuãq; in me benuolẽtiã obtestãs, obliuiscaris, etc. Ep. 40 a, Obtestãs omnes deos, etc. pro Fl. 165 b, Cũ ego te Flacce cœlũ nocẽtẽq; cõtestans flens flentẽ obtestabar, cũ tuæ fidei spectatissimæ salutem ciuium commendabam. pro Qu. 17 a, Te obsecro obtestorq; per senectutem & solitudinẽ meã, nihil aliud nisi ut, &c. At. 170 b, & pro Sest. 28 b, Idq; ut facias te obtestor, atq; obsecro. et pro Sy. 184 b, Id sibi ne eripiatis uos obtestatur. pro Sest. 12 b, De quo te patria obtestor, me fugisse. et pro Cæl. 54 a, Quare obtestor oroq; uos iudices, ut, etc. Antequã. 197 a, Nũc ego uos obtestor, ut uelitis, &c. et 204 a, Si uobis parũ cumulatè gratias egero, quæso obtestorq; uos, ne, &c. At. 514, Oro obtestorq; te ut Qu. F. ames. pro Mil. 218 a, Vos enim Albani tumuli atq; luci, uos inquã imploro & obtestor, uestræ tũ aræ, uestræ religiones inuocãtur.

Obtineo, es. teneo, adipiscor, uinco. pro Qu. 5 b, Nemo adhuc præter te fuit, ubi nostrũ ius cõtra illos obtinere mus. & In V. 89 a, & pro Cec. 291 a, Tenere ius suum. In V. 265 b, Verres totã insulã obtinebat, Cyclops Aetnã solã tenuisse dicitur. Att. 117 a, Põpeius malas causas semper obtinuit, in optima cõcidit. & pro Qu. R. 46 b, Totã litẽ aut obtinere, aut amittere. Ora. 203 a, & In V. 112 b, Hoc ad obtinendas causas ualet plurimum. pro Q. 13 b, Hoc cogitẽt, ita se graues esse, ut si ueritatẽ uolent retinere, grauitatem possint obtinere. & ib. Nõ ad obtinendũ mendacium, sed ad uerum probandũ autoritas adiuuat. Q. F. 297 a, Necessitudinẽ, quæ est nobis cũ publicanis, obtinere & conseruare possumus. pro Syl. 170 a, Quorũ alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatem obtinebat. pro Do. 230 b, Calamitas mihi maledicti locũ aut criminis obtinebit? I. A. 169 b, Suam quisq; domum tum obtinebat. In Sal. 275 a, Sallustio Africã interiorẽ obtinente. Ep. 12 b, Obtinere prouinciam cum imperio. de Or. 88 b, Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant. pro Qu. 1 b, Qu. Hortẽsius q hoc iudicio partes accusatoris obtinet. de Or. 164 a, Ad actiõis usus maximã sine dubio partẽ uox obtinet. de N. 35 b, Sol q astrorũ obtinet principatũ. Ep. 58 a, Obtinere pristinã dignitatẽ suã. Epi. 57 a, Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem. Ep. 52 b, Nihil tibi deesse arbitror ad tuas fortunas obtinẽdas. & 9 b, Omnia quæ uoles, tu obtinebis. Ep. 5 a, A nobis agẽtur omnia, ut neq; si quid obtineri poterit, nõ con-

tendamus, neq; si non obtinuerimus, etc. Phil. 2, Testamentum irritum fecit, quod etiam infimis ciuib. semper obtentum est. pro Cor. 67 b, Quæ uolebamus & contendimus, obtenta non sunt. Of. 99 a, Regnum quod à Tantalo proditum iure obtinebatur. At. 156 b, Hi sunt qui nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putarunt licentiam cupiditatum suarum. Quin. Fr. 318 a, Nunc hoc uel honestatem testudinis, uel ualde bonum æstuum locum obtinebit. Offic. 41 b, Filij eius mortui numerum obtinent iure cæsorum. In An. 174 a, Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? pro Lig. 239 a, Hæc tanta leuitas, quantam tu per te, per te, inquam, obtines.

Obtingo, gis. obuenio. In Vat. 31 a, Cum tibi aquaria prouincia sorte obtigisset. Offic. 5 a, Quod cuiq; obtigit, id quisq; teneat. Att. 20 a, Quã mihi obtigisse dicis παράκαιρον, nunquam deseram. Epist. 29 b, Cum optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. In C. 118 b, Deinde si quid obtigerit, æquo animo paratoq; moriar. de D. 101 b, Cum ei obtigisset ut bellum gereret cum rege Perse. & 126 a, Talia cuiq; exta esse, qualis cuiq; obtigerit hostia.

Obtorpesco, scis. uel obtorpeo, torpeo, obstupesco. pro Dom. 204 b, Miror ei non & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse. et Tusc. 205 a, Sed iam subiectus miserijs obtorpui.

Obtortus, a. um. In V. 204 b, Quem obtorta gula in carcerem abripi iussit. et pro Cl. 29 b, Aliquem obtorto collo ad subsellia reducere.

Obtrectatio, onis. calumnia, reprehensio, uituperatio. de Cl. 178 b, Obtrectatio inuidiæ, quæ solet lucerã reprosq; pro Fon. 279 b, Aliqui & ciuilib. studijs atq; obtrectatione domestica inimici. Tusc. 212 b, Obtrectatio autem est ea quam intelligi zeloտypiam uolo, ægritudo ex eo, quòd alter quoq; potiatur eo, quod ille ipse concupierit. Ep. 154 a, Hæc res habet obtrectationẽ. & Ep. 7 b, Maleuolentissimæ obtrectationes. de In. 45 b, Inuidia et obtrectatione impediri. Qu. Fr. 298 b, Posterorũ erit uerius iudiciũ obtrectatione et maleuolentia liberatum.

Obtrectator, oris. inuidus, maledicus, iniquus, calumniator. pro Fl. Sed si fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut uirtutis hostis, aut laudis inuidus extitisset. de Cl. Non aduersarium aut obtrectatorem laudum, sed socium potius et consortem glorioſi laboris amittere. pro Plan. 271 a, Nonnulli nostri iniqui, multi communes obtrectatores atq; omnium inuidi multa finxerunt. Epist. 4 a, A tuis inuidis & obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. & 165 b, Verebar ne obtrectatores mei, &c. pro Font. 279 b, Cum studiorum suorum obtrectatorem sustulissent. pro Flac. 160 b, In tam suspiciosa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. de Ar. 255 b, Obtrectatores eorum atque aduersarij. Qu. Fr. 305 b, Quid sperem potentissimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, pluribus inuidis?

Obtrecto, as. aduersor, maledico, uitupero, calumnior. Tusc. 221 b, Obtrectare uero, aut illa uiciosa æmulatione quæ rivalitati similis est æmulari, quid habet utilitatis? cum sit æmulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat: obtrectantis autẽ, angi bono alieno, quod id etiam

alius habeat. Item: Non tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio, me à te amari. In An. 335 a, Hanc tibi consuetudinem pleriſq; in rebus bonis obtrectandi, si quis detraxerit, qui tibi uelit obtrectare non relinquetur. & Acad. 5 a, Arcesilas Zenoni obtrectans. pro Pom. 8 a, Qui huic obtrectant legi atq; causæ. At. 53 a, Si obtrectabitur, utar autoritate senatus. Tusc. 218 b, Ipsam illud æmulari & obtrectare non esse inutile, cum aut se non idẽ uideat consecutum quod alium, aut alium idem quod se. pro Pom. 14 b, Quo mihi etiam indiginus uidetur obtrectatum esse adhuc.

Obtritus, ti. contusus. de Or. 141 a, Quos quum humare uellẽt sui, neq; posẽt obtritos internoscere, Simonides dicitur, etc. demonstrator unusquisq; sepeliendi fuisse.

Obtrudo, dis. detrudo, deturbo. In V. 218 b, Qui non modò obtrusit aliqua ex parte monimenta Scipionis, sed funditus sustulit & delcuit.

Obtrusus, sa. l. Obrusus. de Clar. 188 b, Adhibenda est quàm obtrusa ratio, quæ mutari non potest. l. Obrusa.

Obtrunco, as. occido. de N. 73 a, Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit.

Obtundo, dis retundo, perstringo, onero. Tuscul. 165 a, Multa enim è corpore existunt, quæ acuant mentem, multaq; quæ obtundant. At. 118 a, Ego si somnum possem capere, tam longis te epistolis non obtunderem. de Or. 151 b, Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. In Ver. 225 b, Non obtundam diutius aures uestras. & 183 a, Obtuderunt eius aures, te socium prætoris fuisse. Tusc. 198 a, Nihil est enim quod tam obtundat eleuetq; ægritudinem. Ep. 79 b, Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio. Or. 135 a, Cum patronus uocem in dicendo obtudisset.

Obturbo, as. perturbo. Attic. 190 a, Me literæ non leniunt, sed obturbant. & 191 a, Philippus obturbauit mihi solitudinem.

Obturatus, ta. obstructus, intercluſus, oppilatus. de Fat. 142 a. l. Iugulum.

Obtusus, a, um. retusus. Antequàm. 194 b, Aequi auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed uacuæ præbebuntur. et ad Her. 19 a, Si aures auditorum obtusæ uidebuntur. de Sen. 94 b, Animum qui plus cernat & longius uidere se ad meliora proficisci: illum autem cuius obtusior sit acies, non uidere. de Nat. l. 1, Totum aut etiam aut non, negauit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius?

Obtutus, tus. aspectus. de D. 133 b, Quodam obtutu oculorum duo lucernæ lumina pro uno uideri. de N. 61 b, Cum idem obtutus esset amborum oculorum. de Orat. 144 a, Qui uultum eius obtutumq; oculorum in cogitando probè nosset. de Vn. 199 b, Animus oculorum effugit obtutum. & Off. 29 b, Oculorum obtutus. et pro Pl. 263 a, Oculorum coniectus. de N. 47 a, Figere obtutum aliquò. Att. 242 b, Fortibus oculis spectare aliquem. de N. 47 a, Obtutum in cauda maioris figere dicas.

Obuallatus, ta. munitus, circumuallatus. contra Rul. 65 b, Quem locum nobilitas firmatum et omni ratione obuallatum tenet.

Obuenio, nis. obtingo. In Ver. 112 a, Verri sorte prouincia obuenit. & 112 b, Quòd hæreditas ei obuenisset. & ad Her. 31 b, Sin aliqua necessitas huius muneris alicui

reipub.obuenerit,danda erit opera,ut,etc. Off.48 b,Id igitur obuenit uicium, quod tu futurum esse præuideras.In A.188 a, In fortitione prouinciarum, quæ cuiq; apta erat,ea cuiq; obuenit.

Obuersatio,onis.obambulatio.pro Muren.135 b, Etenim obuersationes, testificationes, &c. animaduertebant,&c.

Obuersor,aris.uersor.pro Sest.4 a,Sed mihi obuersatur ante oculos reip.dignitas.& pro D.242 b,Respub. obuersatur ante oculos exterminatoris sui.Tusc.186 a, Obuersentur species honestæ animo.Aca.35 a, Nónne ipsa ueritas,& grauis & recta ratio mihi obuersetur?

Obuerto,tis.conuerto. In Arat. Obuertunt nauem magno cum ponderе nautæ.Tusculan.119 a,Quem spectabant,cuius ob os Graij ora obuertebant. Idem 9 Famil. Epistol.ultima.

Obuiam procedo,egredior:id est,occurro. In A.175 b, Cæsari ex Hispania redeúti obuiam longissimè processisti.In V.122 a, Epicrates longè mihi obuiam cum suis omnibus processit.pro Mur.140 a, Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti.et ibi. Deinde ipse accusator cum bene magna caterua obuiam uenit. & Ep.27 a,Cum in Cumanum mihi obuiam uenisti.pro Mu.140 a, Si mercede conducti obuiam candidatis issent. In A.271 a,et Ep.35 b,Ex oppido prodire obuiam alicui. pro Sest.18 b, Huic ad urbem uenienti tota obuiam ciuitas processerat.At.187,et 42 a,Tyronē Dolabellæ obuiam misi.Ep.35 b, Illi obuiam misimus Athenas. pro Pl.279 b,Cum ipsa penè insula mihi sese obuiam ferre uellet. In P.90 b,Cùm mihi ipsa Roma prope conuulsa sedib.suis ad complectendum conseruatorem suum procedere uisa est.At.180 a, De obuiam itione ita faciam, ut suades. Ep.239 a,Properare obuiam alicui.At.21 a,Prodire obuiam alicui.Obuiam,pro contra.At.65 b,Huic obuiam Cato & Seruilius præit apertè:id est,contra hunc, etc. Antequàm.194 a,Malorum conatibus obuiam ire. At. * Obuiam mihi fit tabellarius qui me offendit.pro Mil.106 b,Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo.

Obuius,a,um.occurrens.pro Mil.110 b,Quippe si ille ei obuius futurus non erat.pro Cec.296 b,Si autem ingredienti cum armata multitudine obuius fuerit,&c. pro Cor.65 b, Nam & Mamertinos & quosdam Vticenses ciuitate donauit. Att. 94 b, Tu autem fac ut tuæ literæ mihi uolent obuiæ.

Obuoluo,uis.obnubo,obduco.Ora.203 b,Pictor ille uidit, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. In Ver.250 a, Alij capitibus obuolutis è carcere ad palum rapiebantur.de In.82 a, Os autem obuolutum est follículo,& præligatum.

Obuolutus,a,um.inuolutus.de D.94 b,Obuoluta sanguine fax.& ad Heren.4 b,Obuolutus & obligatus corio.I.V. Act. 7, Capitibus obuolutis è carcere ad palum atq; ad necem rapiebantur.

Occæco,as.obcæco,cæco.de Ora.157 a, Noctis & nimbum occæcat nigror.de D.85 b,& de Fin.55 b, Occæcati cupiditate non prouident.

Occallesco,scis.percallesco,obduresco.At.33 b,Sed iam prorsus occallui.

Occasio,onis.locus,tempus,opportunitas,facultas,ansa,

campus,causa,diuerticulum,tempestas, tempus oblatũ. I.V.83 a,Simul ac primùm et occasio uisa est,prouinciã deseruit.et Ep.198 a, Ego tamen ut primùm occasio data est,feci,&c.de Cl.191 a, Qui occasione aliqua etiam inuitis suis ciuibus adeptus est imperium.I.V.121 a, Ille amplam occasionem nactus,&c.de In.51 a,Occasio est pars temporis,habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut nõ faciendi opportunitatẽ.et,In occasione ad sphacium temporis faciendi quædam opportunitas intelligitur adiuncta. Off. 29 a,Tempus actionis opportunum, Græcè εὐκαιρία,Latine appellatur occasio. cõtra Rull. 66 b,Qui aliqua occasione consules facti sunt.&, Vester honos ad alienæ petitionis occasionẽ interceptus. At.275 b,Antonius ab alio relictum regni instrumẽtum occasionem regnãdi habuit.pro Pom.4 b,Occasionem sibi ad Asiam occupandam oblatam esse putant.Ep.145 b,Hæ gentes malæ nostra suam putant occasionem.Ep. 147 b, Habere occasionẽ ad agendum aliquid. de Leg. 156 b,Teneo quam optabam occasionẽ,neq; remittam. & Qu.de Pet.209 a,Hoc tẽpus tibi oblatũ noli prætermittere.de Ar.256 b,Captare occasionẽ.In A.166 a, Alijs consiliũ,alijs animus,alijs occasio defuit.I. A.212 b, Qui familiarẽ iugulárat, quid hic occasione data faciet inimico?ad Her.37 a, Occasio cõmoda,idonea. At. 114 b, Illum ne data quidẽ occasione repulimus.pro Ce. 287 b,Amittere occasionẽ. Att.242 b, Amissa occasio. pro Mil.106 b,Obire locũ & tẽpus facinoris. pro Syl. 167 a,Facilè patior oblatũ mihi tẽpus,in quo,&c. et I. A.189 b,Non tẽpore oblato uteminí & ibi. Nullũ erit tẽpus hoc amisso.At.263 b, Facilè patior datũ tempus, in quo,&c.& Part.242 a, Diuerticula peccatis dare. Gaudeo mihi causam oblatam,&c.et,Arripere causam ad agendum aliquid.I.Oblatus.pro Mil.192 a,Nunc locus uobis datus est,ubi posßitis,etc.pro Cl.33 b,L.Quintius oblatam sibi facultatem putauit,ut posset,&c. pro Lig.141 a, Qui uos tantæ laudis occasione prius uerit. pro Mil.109 a,b, Quæ tum nõ modò occasio,sed etiam causa illius opprimẽdi fuit?pro Mil.109 a, Quẽ si interficere uoluisset,quãtæ quoties occasiones,quàm præclaræ fuerunt.Att.78 a,Si fuerit occasio,manu.fin minus, locis nos defendemus.Att.279 b, Antistius se acerrimũ propugnatorem communis libertatis præstitisset,si occasioni potuisset occurrere.pro Fl.152 b, Casus est enim in capiendo,locus,euentus,occasio.In A.182 b,Certatim posthac mihi crede ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur.In A.190 a,Hanc igitur occasionem oblatam tenete per deos immortales.

Occasus,sus.obitus,interitus,obliteſco.)(.Ortus, exortus.de Nat.35 b, Sol ab ortu ad occasum commeans.& ad Her.23 a,Occasus solis.)(.Exortus.de In.54 a, Obtus signorũ.)(.Ortus.In P.86 b, Qui dies post obitum occasumq; nostrũ reip.primus illuxit.In C.115 a,Totius urbis atq; imperij occasus appropinquat.pro Syl.173 a, Cũ ad occasum interitumq; reip.Catilina in castris dux esset cõstitutus.In P.83 a, Senatus reip.occasum atq; interitum luget.Top.223 b,Senectus est occasus uitæ.

Occatio,onis.agricolarum uerbum fuit,cùm iacto semine crate solum æquabant,seminaq; occultabant.de Sen. 87 a,Terra semẽ occatum cohibet,ex quo occatio,quæ id efficit,nominata est.

Occatus,

Occatus,ta,tum.id est,crate occultatus, & depressus. l. Occatio.

Occentare,ab occino,nis.id est,contra aliquem canere, carmen'ue condere.de Rep.lib.4..teste Augusti.de Ciuit. Dei,lib.2.cap.9,Si quis occentauisset,siue carmen condidisset,quod infamiam faceret.

Occidens,tis.occasus,obiens. Tusc. lib.1. Occidens sol. de N.49 a, Qui terras ab oriente ad occidentem colunt.de Som.129 b, In orientis aut obeuntis solis partib. pro Domo sua,85 b,Propè iam occidente sole.

Occidio,onis.l. Occisio.

Occido,dis,cado,morior,condor.de N.30 b, Refrigerato autem & extincto calore occidimus ipsi,& extinguimur.pro Cæl.54 b, Nolite hunc naturæ ipsa occidentem uelle maturius extingui uulnere uestro, quàm suo fato.Tusc.172 a,Cum suis se laudibus uita occidens consolari potest.de Diu.91 b,Eudemus prælians ad Syracusas occidit.de D.116 a,Ex nihilo oriri.)(.In nihilum occidere.pro Mil.121 a,Vt beneficia quæ in me contulistis, in huius exitio occasura esse iubeatis.de Diu.85 b,Propè iam occidente sole.In Ver.94 b, Occisius,id est mortuus.Acad.30 a,Hic ornatus nunquam dilapsus occidet. Ep.45 b,Aliquid opis occidenti reip.tulissemus. Tusc. 172 a,Vita occidens.Quin.Fr.305 b, Sin planè occidimus(me miserum)ego omnibus meis exitio fuero, quibus antè dedecori non eram.

Occido,dis.interficio,interimo,cædo,neco,macto,iugulo,trucido,perimo, uitam eripio, de medio tollo, luce communi priuo, uitam aufero, necem affero, mortem affero,cædẽ facio,uita priuo,morte mulcto, morte afficio,mortem conscisco,uitã adimo,uitam mihi exhaurio,alicuius cædẽ efficio, interitum affero, alicuius rei interitũ atq; obitum cõficio,uita expello,occisione occido,conficio,opprimo,uitã patris uiolare, ui interire.)(.Morbo extingui,mortẽ hostibus obtuli,qui mortem obtulerit parenti,mortẽ oblatam esse patri à filio,cædẽ & occisionẽ facere.pro S.R.35 a, Nullus modus est hominis occidendi,quo ille nõ aliquot occiderit.pro S. R. 21 a, Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius.de Fin. 78 b,L. Virginius Virginiã filiã manu sua occidit.pro Do.232 a, Rempub. condere meo discessu, quã omniũ interitu occidere malui.pro Mil.103 b,Cædẽ,qua P.Clodius occisus est, contra remp.esse factã. In A.265 a, Cum Pansa hostiũ copias occisione occiderit. Occisio,onis.cædes.pro Cec. 293 a, Tu uim negabis esse factam,si cædes & occisio facta non erit?& I.C.112 b, & ad Her.35 a,Cum cædem infinitam ciuium fecissent. In A.265 a, Cum Pansa hostium copias occisione occiderit.Ep.244 b, Cognoui magnum equitatum eorum à coborte prætoria occisum.aliter,occidione.

Occisus,a,um.cæsus,occisione occisus.l.C.102 b,Vigilare ad insidiandum bonis occisorum.& Ep.244 b, Occisione occisus.

Occludo,dis.claudo.de Orat.131 b,Furax seruus, cui nihil domi est nec obsignatum,nec occlusum. Acad. 36 b, Occludi tabernas iubes.I.C.122 a, Quæstus occlusis tabernis minui solet.

Occo,as.l. Occatio.

Occulo,lis.occulto. Att. 76 a, Appij uulnera non refrigescunt,sed apparent,nec occuli possunt.Tusc.182 b,Mulieres

in urbib.mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. de Or.124 b,Puncta argumentorum plerunq; occulere.

Occultatio,nis.Att.149 b, Sed ibi occultatio nulla est. de N.51,& de Fin.lib.2, Occultatione proposita.

Occultator,oris.pro Mil.111 a,Ille latronum occultator & receptor locus.

Occultatius.pro Deiot.Et occultatius ornari, et efficere cautius.

Occultè.abditè,ex occulto,ex insidijs,circuitione.)(.Reté,apertè.contra Rul.61 a, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.et 74 a, Occultè latêre,reconditum esse.de N.16 a, Nec consultò dicis occultè,ut Heraclitus.In Ver.145 a, Conditum esse & abditè latêre.In C.211 a, Occultè peruenire aliquò. pro Cl.27 a, Cum multi boni uiri ex occulto interuenissent. Attic.149 b.

Occulto,as.tego,obtego,contego,supprimo,inuoluo, tenebris obscuro, ab oculis remoueo, dissimulo, obscurè fero,obscuritate & sordibus obtego.Off.25 b,Quæ natura occultauit,eadem omnes ab oculis remouent. & I. V.92 b,Causam huius tanti terroris occultas.de N.36 a, Stellæ quæ tum occultantur,tum rursus aperiuntur.pro Sest.14 a,Occultari,delitescere.)(.Emergere,aperiri. l. Aperio.Item, Marius senile corpus paludibus occultauit demersum.Post.207 b, Frontis tibi integumento ad occultanda tanta uitia diutius uti non licebit.pro S.R.32 a, Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur.Acad.39 a,Intemperantis est scribere, quod occultari uelis.& 81 a,Intus ueritas occultatur.146 b,Inuentus est uix in hortis suis occultans.de Orat.99 a,Quoniam sententia atq; opinionis meæ uoluistis esse participes,nihil occultabo.pro Pomp.5 a,Mithridates itare gnat,ut se neq; Cappadociæ latebris occultare uelit.Of. 21 b,Sed si quis est paulò erectior,quamuis uoluptate capiatur,occultet,& dissimulet appetitum uoluptatis propter uerecundiam.

Occultus,a,um.latens,abditus,absconditus,reconditus, à natura inuolutus,abstrusus,tectus, obscurus, tacitus, penetralis,clandestinus,furtiuus. pro S. R. 35 b, Paulò occultior atq; tectior uestra ista cupiditas esset.Ep.178 a,Si quid erit occultius,& ut scribis,reconditum. Aca. 41 b,Res occultæ & ab ipsa natura inuolutæ. et de Fin. 55 a,Occulta quædã et quasi inuolutà aperiri.)(.Prompta & aperta indicari.de Fin.139 a,Res occultas & latentes indagare.In V.84 a,Occultum,intestinum & domesticum malum.de N.11 b,Res occultæ et penitùs abditæ.pro Cæl.49 b,Seruí quib. occulta credantur. pro Cl.17 a, Cum multi boni uiri ex occulto interuenissent. & 34 a,Qui tum propè in occulto stetissent.pro Rab. 95 a,Inclusum atq; abditum latêre in occulto.Or.220 a, Veritas in occulto latet.

Occumbo,bis.obeo,oppeto.Tusc.170 b,Vt esset qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.

Occupatio,onis.obsessio.Att.37 b, Ex eo colligere potes,quãta occupatione distinear.et 17 b,Summæ atq; incredibiles occupationes meæ.de N.12 a, Deus nullis occupationibus est implicatus.Ep.161 a,Ipse erã maximis occupationibus impeditus.Ep.95 b,Propter molestissimas occupationes meas,quib. si me laxaro (nã ut planè exoluam non postulo)docebo,&c.Ep.201 a,Nam antea

Universidad de Deusto
Biblioteca

distimebar maximis occupationib.et Or.200 a,In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ.At.4.9 a,Expedire se ab omni occupatione.de Ora.55 b,Occupatio ambitionis.& 36 b,In tanta occupatione urbis ac uitæ. & 207 a, Multo minus ad iuris ciuilis perdiscendi occupationem descendendum est.Acad.2 a, Bellum in quo magna rei militaris occupatio esse solet. At.262 a,Cum sorore ages attentius,si occupatione ista relaxaris.de Clar.194 a,A' negocijs nullus dies mihi uacuus est.de Cl.190 a,Nullum tempus illi unquam uacat, aut à forensi dictione, aut à scribendo. pro Dom. 213 b, Obsessio templorũ,occupatio fori,oppressio curiæ.Att. 8 b, Ita distimebar ut uix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim,atq; id ereptum summis occupationibus.

Occupatio,in ornamentis rhetoricis.ad Her.32 b,Occupatio est,cum dicimus nos præterire,aut non scire, aut nolle dicere id quod tum maximè dicimus,& c.

Occupatio,aliud ornamẽti genus, παρ' ὑπόνοιαν Græcè dicitur,cũ quod obijci nobis potest,antè occupamus ipsi, idq; diluimus.de Or.162 a, Antè occupatio. Or. 209 b, Vt antè occupet,quod putat opponi.

Occupatus,a,um.distentus,districtus,impeditus,implicatus.aliquo maiori negocio detineri.de N.79 a,Videtis ergo diuinam prouidentiam non esse tam occupatam quàm putatis:sed sic esse distentam, cœlum uersantem, terram tuentem,maria moderantem.pro Cæl.47 a,Amores nunquam hunc occupatum impeditumq; tenuerunt.Ep.201 a,Quamuis occupatus sis, ocij tamen plus habes.& pro Mur.144 b, Occupatus in faciendo aliquid.Ep.114 a,Comitiorum dies occupatiorem me habebãt.pro Plan.273 a, Et quid dicam de occupatis meis temporibus:cui fuerit negocium quidẽ nunquam ociosum.de Or.105 b,Suspenso animo et occupato, Crassum tibi respondisse uideo.et de In.49 a,Habere animũ occupatũ in aliqua re.pro Fon.283 b, Quæ pro uobis tot annos in dijs immortalibus placandis occupata est.pro S.R.33 b,Dũ in alijs rebus erat occupatus,qui summam rerũ administrabat.pro Mur.130 b, Homo uehementer occupatus.At.159 a,Sũ occupatus de Q.Fratre:id est, Q.Fratre mihi exhibẽte negocium.de L.156 b,Nec occupata opera,nec impedito animo res tanta suscipi potest.Att.276 a, In Dolabella opprimendo occupati esse debemus.de L.157 a,Nullum mihi tribuitur uacuũ tempus & liberum.Q.Fr.317 a,Nunquam à causis & iudicijs districtior fui.& ibi.Ne paulum ocij habeo. Q. Fr.325 b,Incredibile est mi frater, quàm egeam tempore.& 327 a, Etsi distentus cùm opere, tum animo sum multo magis pro Syl.172 a,Mihi ne ad ea quidem, quæ pro salute omnium gessi,recordanda & cogitanda quicquam relinquitur temporis.pro S.R. 22 a, Tot tantisq; negocijs aliquem districtum esse, ut respirare liberè nõ possit.Aca.41 a,Cum me reip.non solum cura, sed quædam etiam procuratio multis officijs implicatum et constrictum tenebat.

Occupo,as.obsideo,teneo,usurpo.possideo,præsidijs interclusum teneo.præsidijs deuincio.cõtra Rul.81 a,Rullus totam Italiam suis præsidijs obsidere et occupare cogitat.At.131 a, Cæsar magnam Italiæ partem occupauit. de Cla.192 a, Locus in subsellijs occupetur,compleatur tribunal.I.A.197 b,Qui regibus exactis regnũ occupa-

ye uoluerunt.et Off.70 a,Occupare tyrannidem.et ad Br.285 a,Alterius locum occupare.pro Mur.126 b, Maledicto nihil in hisce rebus loci est,quod omnia laus occupauit.de Or.100 b, Si hoc alius quispiam me impedito occuparit.Orat. 209 b, Vt antè occupet quòd putas opponi.pro Fon.278 a,Magnitudine rei occupare animos eorum qui audiunt.pro Q.Fr.297 b, Antè occupetur animus ab iracũdia,quàm prouideri ratio potuit ne occuparetur.I.V.227 a,Tanta superstitio mentes Siculorum occupauit,ut,etc. Or.205 a,Ne odij locum risus occupet.de Ora.97 b, Verba cuiusq; rei propria & ornatissima atq; optima occupasse Ennium. pro Fl.157 a,& 158 b,Pecuniã grandi fœnore adolescentulo occupauisti:id est,ut ego opinor,cõmodauisti.Off.12 a,Qui in patria funditùs delenda occupati sunt et fuerãt.Tusc. 233 b,Occupauit,ingt,te fortuna,atq; cepi,omnesq; aditus tuos intercluſi,ut ad me aspirare non posses.

Occurro,ris.obuius sum,obuiam procedo,respõdeo,obsisto,obijcior,in mentẽ uenio. At.379 b,Scripsi ad eum ut mihi Heracleam occurreret.et pro Mil.111 a,Cur nõ antè occurrit,ne in uilla resideret?I.A.154 b, Non quo me ad tẽpus occursurum putarem,sed,& c. Att.124 a, Occurrens ad Lentulum.de D.93 b,Tum ei uisa quietis occurrẽt tranquilla atq; uacua.& ibi. Tum ei uisa obijciuntur à ratione uacua.de Or.120 b,Loci certi,qui ad causam explicandam statim occurrant. de Or.97 a, Omnes loci artis inquirentibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantib.ostendunt se & occurrunt.& 122 a, Nihil te effugiet,atq; omne quod erit in re occurret atque incidet.et 160 b,Ipsi pedes occurrẽt orationi, ipsi, inquam,se offerent,& respondebunt non uocati.de Cl. 167 a,Mihi occurrunt Attice, & quasi lucent Athenæ tuæ.At.248 b,Permulta mihi de uestro itinere cogitanti in utrãq; partem occurrunt.de Fi.116 b, Qui quocunq; in mentẽ ueniat, aut quodcunq; occurrat se sequi dicẽt.pro Cl.30 b,Sed ego occurrã expectationi uestræ iudices etiã,& c.I.V.224 b, Sentio iudices occurrẽdum esse satietati auriũ. Ac.12 a, Occurretur enim sicut occursum est.et Ep.153 a, Bruti erit officium occurrere ei, & c.Ep.173 a,Maleuolẽtiæ hominũ in me,si poteris,occurres.At.286 b,Futura quoq; nisi antè sit occursum explores,ne se insinuẽt.de Fat.147 b,Chrysippus illi ratio ni sic occurrit,si,etc. Or.214 b,Varietas occurrit satietati.I.C.114 b,Consilijs Catilinæ occurri atq; obstiti.de N.73 b,Huic locosic soletis occurrere.Aca.7 b,Si quid officij sui sit,nõ occurrit animo.& de Or.118 a, Statim occurrit animo quæ sit causa ambigui. Ora 207 a, Hæc tenẽda sunt oratori,sepe enim occurrunt.de Fi.101 b,Id mihi occurrit ut indifferẽs dicerẽ. At.209 b,Mihi quæ dã occurrũt,sed ea corã. Off.14 a, Occurritur aũt nobis & quidẽ à doctis et eruditis quærẽtibus satis,ne,etc. I.A.263 b, Quorũ de honore utinã mihi plura in mentẽ uenirent.duo certè non præteribo,quæ maximè occurrunt.pro Lig.138 a,Nec quid tibi de alio audiẽti, de me ipso occurrat,reformido.pro Deiot.151 a,Misericordia tua occurrere solet supplicibus nulla oratione euocata.

Occursatio,onis.obuiam itio,studium illud occurrendi, salutandi, prensandiq; eos à quibus honorum suffragia expectamus.pro Pl.265 a, Facilis est illa occursatio & blãditia popularis.pro Mil.220 a,Vestras occursationes, studia,

studia,sermones secum ablaturum esse dicit.

Oceanus,ni.de Vn.201 b, Oceanus & Salacia Cœli satu Terræq; conceptu generati & editi.de N.lib.3, Oceanus Persеidis pater.Fa.li.7,In Oceano natare.prouerb. Tusc.lib.1.Oceani freta.de Nat.lib.2, Oceani humoribus lustrat sol igneus. de Som.129 b, Terra parua quædam insula est,circumfusa illo mari,quod Atlanticum, quod magnum,quod Oceanum appellatis.In V.194 b,Locus intra Oceanum nullus est,quò nõ nostrorum hominum libido peruaserit. pro Pom.10 b,Nulla intra Oceani ostium prædonum nauis est.de Nat. lib.3, Oceani feruor constantissimus.

Ocellus,li.oculus.Att.255 a, Cur ocellos Italiæ,uillulas meas non uideo?

Octauianus,a,um.de D.80 b,Octauianum bellum.et de Nat.28 b.

Octauianus, ni. Cæsar, qui ab alijs nonnullis Octauius dictus est.Ep.145 b,Et tibi & Octauiano scripsi,& c.et 198 b,Cæsar Octauianus.At.329 a, Cicero Octauiano S.

Octauus,a,um.l.Luminaria.

Octies.de Som.127,Septenos octies solis anfractus.

Octingenti.pro Pl.270 b, Quẽ magistratum iam octingenti ferè sunt consecuti. Acad. 4,Mille & octingenta stadia.

Octingentesimus,a,um.de Sen.78 a.

Octogesimus,a,um.de Sen.78 a,& 83 a.

Octogies.I.P.98 a,Sestertium centies & octogies.

Octoginta.de Sen.91 b, Qui octoginta regnauit annos. de Cl.185 b,Ille octoginta annos natus.In V.174 a,Octoginta tres.centum octoginta octo.

Octonus,na.I.V.192 b,Tu mihi octonos H S.dato, & c.

Octophorum,ri.lectica,quæ ab octo seruis gestatur.At. 312 b, Memini enim cum hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro Anitiano machærophoris centum sequentibus,miros risus nos edere.

Octuplus,a,um.de Vn.119 a, Octupla pars. I. V.153,In octuplum iudicium dare.ibid.Cedo mihi unum ex triennio prætura tua,qui octupli damnatus sit.

Oculus,li.lumina.Tus.239 b,Dentes candiduli,oculi uenusti,color suauis.Item:Oculi tãquam speculatores altissimũ locum obtinent,ex quo plurima circumspiciẽtes fungãtur suo munere.& ib. Natura oculos mẽbranis tenuissimis uestiuit ac sepsit.et ibi. de fabrica oculorũ mirabili.de Fin.75 b,Oculorum,inquit Plato, est in nobis sensus acerrimus. de N. 61 b, Duo lumina ab animo ad oculos perforata.de Or.163 b,Oculi sunt, quorũ tum intentione,tũ remissione,tum coniectu,tum hilaritate motus animorũ significamus.de D.90 b,Vt eũ quoq; oculum,quo bene uideret,amitteret.& de Ar.252 b, Quòd oculos non perdidisti.pro Do.235 a,Quem satis mirari, quibus oculis aspicere audeas,nõ queo.de Na.63 b,Difficile est mentẽ ab oculis seuocare. At.278 a,In te omniũ coniecti oculi sunt.et pro Cl.28 a,Cõijcere oculos in aliquem.cõtra Rul.71 a,Cum ad omnia uestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent. I. V. 116 a, Adijcere oculum alicui rei et ad aliquam rem.I.A.153 a,Nec uerò usquà discedebam,nec à rep.deijciebã oculos. I. V. 207 a,Oculos de aliquo nusquam deijcere.et 234 b,Cum spumas ageret in ore,ardérent oculi.I.V.249 a,Palàm ante oculos omniũ esse.de Or.106 b,Dicẽdo excitare aliquẽ

à mortuis,statuere ante oculos.cõtra Rul.76 b, Ponitante oculos uobis eũ.& c.contra Rul.77 b,Ante oculos istorum uolitat regis filius.pro S.R.35 b, Apertum suũ scelus ante omnium oculos ponere.& de Or.161 b, Sub ijcere sub aspectum.pro Syl. 180 b, Et uitam illius ante oculos uestros proponite.de N.23 b,Propone ante oculos deum,& c.& pro Sest.3 b,Propone oculis tuis. Ac. 39 b,De rebus ante oculos positis disputãt.et de Or.101 a,Omnia sunt posita ante oculos.I.V.254 b,Ei uersabatur ante oculos similitudo periculi,& c.& pro S. R. 22 a,Multa simul ante oculos uersabantur.et 35 a,Nõ uersatur ante oculos uobis in cæde Glauciæ.pro Do. 215 a, Res erat in opinione dubia, sed in præsentia atq; ante oculos proposita.Q.Fr.291 a,Non latère neq; abditum esse, sed in oculis clarissimæ prouinciæ atq; in auribus omniũ gentium ac nationũ esse positũ.de Or.112 a,Cõstituere aliquẽ in foro,atq; in oculis ciuium. pro Pl. 273 a,Feci ut postea me præsentẽ uiderent,habitaui in oculis.et ib.b,Plancius fuit in oculis.I.V.125 a,Quæ in foro palàm Syracusijs in ore atq; oculis prouinciæ gesta sunt. de N.78 b,Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt.de Or.206 a,Oculis mẽtis uidere aliquid.I.V.249 a,Pascere oculos & exaturare animũ cruciatu alicuius.pro Pl. 273 a,Populus Romanus aures hebetiores,oculos acres & acutos habet.I.V.29 b,Oculi eminentes. de N.17 a, Oculi peruersi.de Vn.201 b, Nullo posito sub oculis simulacro.Att. 91 b, Tu cuius os mihi ante oculos solet uersari.de Am.103 b, Sed loquor de ijs,qui ante oculos sunt quos uidemus.de L.161 a,Oculi hinnis arguuntur,quẽadmodum animo affecti simus loquũtur.pro Mil. 118 a, Aliquando ad eum puniẽdum oculos aperuisti.In oculis esse,uel ferri id est,charum esse,amari. At.90 b,Publicanis in oculis sumus.Tusc.188 b,Esse in oculis multitudinis.de Ar.255 b,Ferebant in oculis hominẽ quidam boni uiri,id est,ualde amabãt,& charum habebant.Q.Fr. 319 b,Balbũ in oculis fero.I.A.207 b,Oderat antè,& c. nunc fert in oculis.Ep.267 a,Te,ut dixi,fero oculis.

Ocyus.citius.)(.Tardius.Att. 152 a, Deferemur ocyus à rep.quàm à re familiari.& pro Q.7 b,An ut ocyus ad tuũ peruenias? Tus.215 b,Ingenioſi in morbũ incidunt tardius,et recreantur ocyus.de Som.11 a,Idq; ocyus faciet,si,& c.& in Arato.

Odeum,dei.locus in ædibus musicis cantibus destinatus. Att.lib.4,Monimentum illud, quod tu tollere laudibus solebas,ut odeum laxaremus,& usq; ad atrium libertatis explicaremus.

Odi,odisti,odit.odio habeo,odium in aliquẽ habeo,inuideo, alienum animum ab aliquo habeo, odium alicuius rei habeo,aliqua res mihi odiosa est. At.222 b, Tamẽ nõ dubito,quin me malè oderit. At.285 b,Seruire & cõtumelijs pati.peius odi malis omnib.alijs.Ep.96 a,Oderã multo peius hunc quàm illum ipsum Clodiũ.I.A.207 b, Oderat antea,& c.nunc fert in oculis.et 159 a, Oderint dum metuant.de Fi.131 a,Et oderit se & simul diliget.de Cl.181 b,Fauet.)(. Odit.pro Clu.54 a,Aliquẽ acerbè et penitus odisse.I.T.255 a,Nec deseram partes quas Pom peius odiuit.ex epistola M.Antonij.I.A.202 a,Lepidus gemitu declarauit quãtum haberet odiũ seruitutis. pro Cl.20 a, Mater in filium hostili odio & crudelitate est. de Amic. 108 b, Apertè uel odisse magis ingenuum est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm fronte occultare sententiam. pro Mil. 108 b, Hoc ciuile odiũ quo omnes improbos odimus. Att. 92 a, Nec enim Appium odimus, & Brutum amamus. & ibid. b, Odit enim prouinciam, & herculè nihil odiosius, nihil molestius. Att. 93 b, Grauius non contemnere & reges odisse superbos. Off. 37 a, Quem metuunt, oderunt: quẽ quisq; odit, perisse expetit.

Odiosè. fastidiosè, molestè. de Cl. 191 a, Ineptè, odiosè, & putidè dicere. & ad Her. 30 b.

Odiosus, a, um. inuidiosus, odio imbutus, molestus, habẽs inuidiam, ardens inuidia. Off 36 a, Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. & de Sen. 77 b, Senectus sic odiosa est plerisq;, ut, &c. pro Mur. 131 a, Orator odiosus in dicendo et loquax. pro Qu. R. 47 a, b, Alterũ est grauius & odiosius. At. 111 b, Non dubito quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ. Or. 199 a, Insolens et odiosum uerbũ. Qu. Fr. 316 a, Res ardet inuidia. Att. 92 b, Odit enim prouinciam, mehercule nihil odiosius, nihil molestius. de Se. 82 a, Senes sunt odiosi omnib. de Se. 87 a, Cupidis taliũ rerũ, odiosum et molestũ est fortasse carere. et 90 b, In fragili corpore odiosa omnis offensio est. de Am. 109 a, Odiosum sanè genus hominũ officia exprobrantiũ. At. 92 b, Huc enim odiosa afferebantur de Curione.

Odium, dij. inuidia, offensa, offensio. Tusc. 213 b, Odium est ira inueterata. & ibi. Discordia ira acerbior, intimo odio & corde concepta. de Or. 127 a, Animos iudicum ad Qu. Cæpionis odium renouabam atq; renocabam. et ibid. In Cæpionis inuidia renouanda. & ibid. b, Struere odium in aliquẽ. et 128 a, Tum excitatur acerbum odiũ. & de In. 60 b, Concitare magnum odium in aliquem. pro Mar. 235 b, Qui & sine amore & sine cupiditate, rursusq; sine odio et sine inuidia iudicabunt. I. A. 177 b, Tantum te cepisse odiũ regni uidebatur. At. 161 a, Cum Cæsar perditæ multitudini in odium acerbissimũ uenerit. de Fi. 81 a, Venire in odium. pro Pom. 16 a, Difficile est dictu quãto in odio simus apud exteras nationes. pro Cæl. 43 b, Magnum odium uideo cum crudelissimo dissidio extitisse. & pro Cor. 62 a, Gens aliqua dissidens à populo Ro. odio quodam atq; dissidio. pro Cor. 67 b, Si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quo semel susceptum sit. I. P. 68 b, In tanto mortaliũ odio, iusto præsertim & debito. pro Cl. 50 a, Pro odio quod habuit in ordinẽ equestrẽ. pro Mur. 135 b, Vt odia occulta ciuiũ, quæ nunc tacitis discordijs cõtinentur, in optimi cuiusq; fortunas erumperent. & contra Rul. 69 a, Odium penitùs insitum. Ep. 187 b, Lepidus magno odio ciuitati est. & pro Mur. 145 a, Is nemini odio fuit. Off. 38 a, Primũ improbantur hi quæstus, qui in odia hominum incurrunt. Postquã. 198 a, Odiũ in aliquẽ conceptum iamdiu cõtinet. Post quam. 203 a, Odium uel precib. mitigari potest, uel utilitate deponi, uel uetustate sedari. de Ar. 244 a, In Clodium uerò non est hodie meum maius odium quã antea fuit. pro Pl. 174 b, Odium barbarorũ immane & crudele in hostẽ. I. Vat. 30 a, Odiũ diuturnũ, quod in bonos iam inueteratũ habebatis, saturare cupiebatis. Att. 35 b, et 166 a, Hæc dominatio in odio est omnibus. I. V. 74 a, Hic magno odio est apud omnes. & 72 a, Incurre in odiũ offensionẽq; populi. de In. 26 a, Habere magnum odiũ in aliquẽ. At. 89 a, In quo (ut audio) magnũ odiũ Põpeij suscepistis. & 222 b, Ego dubitẽ quin summo in odio sim? et 229 a, Accidit ut ne in ipsum quidem Clodiũ meum odiũ insigne fuerit. Am. 95 a, Cũ is capitali odio à Qu. Pompeio dissideret. de In. 60 b, Indignatio est oratio, per quam conficitur ut in aliquem hominem magnũ odium aut in rẽ grauis offensio concitetur.

Odor, oris. I. V. 152 b, Odor Apronij teterrimus, quem, ut aiũt, ne bestiæ quidẽ ferre possũt, uni isti suauis et iucundus uidebatur. Post quam. 207 b, Vnguentorum odor. et I. V. 318 a, Thure & odoribus incensis. Tusc. 199 b, Incẽdere odores. In Ver. 265 b, Proferebant alij purpuram, thus alij atq; odores. de N. 54 a, Nares, eo quòd omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. de N. 51 b, Multæ etiam insectãtes, odoris intolerabili fœditate depellũt. de Or. 252 a, Vnguentũ summa et acerrima suauitate conditũ. pro Cæl. 46 a, Qui nõ odore illo, non tactu, nõ sapore capitur. pro Clu. 32 b, Canutius qui quodã odore suspicionis Stalenũ corruptũ esse senserat. de Sen. 89 b, Suauitates odorum, qui afflantur è floribus.

Odoratio, onis. Tusc. 213 a. Tactionum et odorationum uoluptates.

Odoratus, tus. quem olfactum Plinius uocat. Ac. 6 b, Necesse est de odoratu & gustatu loqui. de N. 58 a. Pomorum iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam & aspectus.

Odoror, aris. & odoro, as. olfacio, odore quodam suspicionis aliquid sentio. I. V. 106 b, Vt canes uenatici optimis odorabantur omnia, & peruestigabant. & 135 b, Acutissimè indagare & odorari omnia solebat. de Ora. 125 b, Odoror quàm sagacissimè possum, quid sentiant iudices, &c. I. P. 97 a, Scelera tua nõ uestigijs odorãtes ingressus tuos, sed totis uolitationib. corporis & cubilib. persecuti sumus. & pro Cl. 35 a, Quid Albana pecunia? uestigijs ne nobis odoranda est? an ad ipsum cubile uobis ducib. uenire possumus? cõtra Rull. 79 a, Hi quos hunc Decemuiratum odorari suspicamini. At. 60 a, Tu uelim Fabium, si quem habes aditum, odorere, & illum conuiuam tuum degustes. Post q. 207 a, Hi uoluptates omnes uestigant, te odorant. At. 61 b, Soles enim tu hæc festiuè odorari. Att. 94 a, Illud præterea μυγιῶν ἀγορὰ ad te scribam, tu sagacius odorabere. & 223 b, Sed quid hæc ad nos, odorare tamen Antonij ἀκάθαρτα. At. 256 b, Odorari diligentius quid nam futurum sit.

Odrilitium. aliter Orichalcum. de Fin. 69 b, Adsint etiã pueri qui ministrent: resplendeat his uestis, argentum, odrilitium, locus ipse, ædificium.

Odyssea, sæ. Homeri opus de nauigatione Vlyssis. de Cla. 171 a, Nam & Odyssea latina est.

Oeconomia, miæ. Att. 84 a, Nec οἰκονομίαν meam instituam, sed ordinem seruabo tuum. I. Dispositio.

Oeconomicus, a, um. Off. 51 b, Xenophontis liber qui Oeconomicus inscribitur. & de Sen. 89 b, Xenophontis liber de tuenda re familiari.

Oedipus, odis. Sophoclis tragœdia. de Fi. 124 b, Memoria Oedipodis.

Oenomaus. Accij tragœdia. Ep. 136.

Oenophorum, ri. uas uinarium. de Finib. 59 b, Vinum diffusum è pleno sit œnophoro, ut ait Lucilius. aliter hirsiphon, pro œnophoro legitur.

Oetæus. mons. de N. 67. Accij.

Offa, offæ. cibus globosus, orbiculatus. de Diuin. 86 a, Ne. cesse est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore cum pascitur. & 123 b, Si auis fame enecta in offam pultis inuadit, hoc tu auspicium putas.

Offendo, dis. Lædo, uiolo, offensionem affero, offensionẽ habeo, iniuriã facio, amitio, inuenio, incurro, offensiunculam aliquam animi factam esse. Ep. 37 a, Hoc uerò ex quo suspicio nata est, me exquisiuisse aliquid, in quo te offenderè, translatitiũ est. et de In. 51 b, An offendi in his censuerint. Ep. 7 b, Eos non tam constantia nostra delectat, quàm splendor offendit. & 10 b, Multis rebus meus offendebatur animus. & 64 a, At. 92 b, Cumulatè publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo. Postquam. 208, Qui cum mea sententia uoluntas eorum esset offensa, publici mei beneficij memoria priuatam offensionẽ obliterauerunt. pro Pl. 260 a, Offendere existimationem alicuius. Ep. 14 a, Quod quenquam maleuolentissimum iure posse offendere. pro Clu. 54 b, Is ex equo cecidit, & latus offendit uehementer. de In. 62 b, Minus in arrogantiam offenderent. Ep. 126 b, Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? pro Cl. 30 b, Postremò cũ qui bis apud iudices offendisset, quàm eum qui bis causam ijs probasset. de Or. 136 b, Multa circumspicienda sunt, ne quid offendas, ne quò irruas. ad Br. 90 b, Aut si quid offensum sit, per te remp. esse recuperãdam. de Orat. 108 a, A quibus nihil, præter uoluptatem queritur in ijs offenditur, simulatq; imminuitur aliquid de uoluptate. de Or. 95 b, Nihil tam ad diuturnitatẽ memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis. de Or. 261 a, Si in his paulum modò offensum est. Ep. 29 b, Qui si dignum se maioribus suis præbuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, tibi nihil offenderit. & 158 b, Si quid esset offensum in his exercitib. & 7 a, Ep. 14 a, Non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti. Ep. 18 b, Aut ne ad eam mediterre imparatũ te offendam. I. V. 134 b, Offendite eum mensem comitialẽ, comitijs iam abhinc XXX. dieb. habitis. Qu. F. 311 b, Nã Pompeius apud illã perditissimã atq; infimã fecem populi propter Milonẽ suboffendit. pro Cl. 39 a, In eodẽ genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehẽdisse, se ad præmia legis uenire oportere. I. A. 212 a, Quod offendit animos maioris partis hominum magis. Offensa, sæ. Attic. 135, Magna in offensa sum apud Pompeium. & Epist. 124 b, Deniq; illud cogita, quod offensæ fuerit in ista cunctatione te prius subisse, &c. Cælij.

Offensio, onis, inuidia, incommodum, detrimentum, quasi quædam calamitas, mala pugna. pro Clu. 19 b, Huic nihil potest offensionis accedere sine acerbissimo incõmodo. Or. 208 a, Principia acuta sententijs, uel ad offensionem aduersarij, uel ad commendationem sui. de Or. 118 a, In quo est illa magna offensio uel negligẽtiæ susceptis rebus, uel perfidiæ receptis. de N. 18 a, Epicurus ne in offensionem Athenienſium caderet, uerbis reliquit deos, re sustulit. I. V. 72 b, Incurrere in odium offensionemq; populi. de Or. 128 a, Tum excitatur, si non tam acerbum odium, attamẽ aut inuidiæ, aut odij nõ dissimilis offensio. pro Mur. 134 a, Sapiens prætor offensionem uitat æquitate decernendi, beneuolentiã adiungit lenitate audiendi. de Pro. 75 a, An reditus in patriam habet aliquam offensionem. Postquã. 208 b, Qui publici mei beneficij memoriam priuatam offensionem obliterarunt. Item, Offensionum definitiones, &c. ut inhospitalitas, mulierũ odium. Tusc. 213 b, Eaq; quæ sunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas uiciosam offensionem atq; fastidiũ. de In. 49 a, Excipere offensionem ex aliquo facto. Epist. 46 a, Effugere offensionem alicuius. Ep. 86 b, Præstabo nihil ex eo te offensionis habiturum. de In. 60 b, Concitare grauem offensionem in aliquã rem. Ep. 60 a, Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa sit. Ep. 7 a, Offensionẽ esse periculosam uideo. Tusc. 215 b, Corporũ offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. de D. 126 a, Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis & sternutamenta erunt obseruanda. pro Pomp. 8 b, Hic in ipso illo malo grauissimaq; belli offensione L. Lucullus iussu coactus abijt. & 9 b, Non offensionibus belli, sed uictorijs. Accipere offensionem in ædilitate. I. Offensiuncula. At. 4 a, Tantũ intelligebam ei esse offensionis, quantum literæ tuæ declarabant. & ibi Deponere offensionẽ, &c. At. 262 a, Offensio nostra, quæ magis ἀμαθίαις meis, quàm ab iniuria tua nata est. At. 212 a, Mihi credas uelim, mihi maiori offensioni esse quàm delectationi possessiunculas meas. de In. 90 b, Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnũ odium, aut in rem grauis offensio concitetur. In A. 219 b, Te rogo ut accipias sine offensione quod dixero. Off. 73 b, Turpitudo in deformitate corporis habet aliquid offensionis. Amic. 112 a, Repentè in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirũpimus. Of. 15 a, Videtur ut labores & molestias tum offensionum, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam timere, & infamiam.

Offensiuncula, læ. pro Pl. 269 b, Vidi M. Pisonem offensiuncula accepta in ista ædilitate summos honores à populo Rom. adeptum. Epist. 202 b, Si qua offensiuncula facta est animi tui peruersitate aliquorum.

Offensum, si. offensio. de Inn. 59 a, Offensum est, quod eorum qui audiunt, uoluntatem lædit.

Offensus, a, um. infensus, læsus. pro Cl. 51 b, Etiam si is inuidiosus, aut multis offensus sit. Att. 15 a, Animus alienatus & offensus. Epist. 154 a, Si hominem mihi offensum non subleuassem. Tusc. 248 b, Exilium propter alienam & offensam populi uoluntatem, malum est. At. 3 b, Si cuius animus in te est offensior. & I. A. 158 b, Amnes illi sunt offensi. de Se. 90 b, In fragili corpore odiosa omnis offensio est. & At. 3 b, Animum eius esse offensiorem arbitrabar. Attic. 241 b, Hircius scribit se uehementer esse offensum à ueteranis.

Offero, fers. polliceor, profiteor, defero. Attic. 21 b, At ni poposcisses, ego me tibi non offerebam. & contra Rull. 68 b, Feci finem offerendi mei. pro S. R. 36 a, Qui obtulerunt hanc prædam Chrysogono. pro Plã 264 a, Vltrò me herculè se mihi etiam offerentes, ultrò pollicentes rogaui. & pro Cæl. 41 b, Vltrò se offerre alicui, & proijcere se. pro Syl. 181 a, Caput meum obtuli pro patriæ periculis. & pro Sest. 3 a, Offerre se in discrimen pro statu ciuitatis. I. P. 83 b, Sed his unum me pro omnium salute obtuli. Qu. F. 302 b, Nostræ causæ nõ uidentur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. & Ep. 93 a, Nihil est cur aduenientibus te offerre gestias. de Or. 160 b, Isti pedes occurrent orationi, ipsi inquam, se offerent & respondebunt non uocati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro S.R.33 d, Os suum nõ modò ostendere, sed etiam offerre. pro Sest.17 b, Offerre uitam suã in diserimen, & offerre se temeritatibus. Tus.155 a, Offerre se ad mortẽ pro patria. pro Sest.13 b, Qua manu uitã sibi exhausit, eadem hostib. mortem obtulit. de Fin.140 d, Stupru per uim oblatum Lucretiæ. pro Mil.119 d, Ne obtulisse nos gratulationi uideamur. pro S.R.37 b, Vir fortis se acriter morti offerẽs. At.137 a, Cur mihi te offers. At.282 b, Romam ut ueni, statim me obtuli Antonij sceleri. Off.17 d, Offerre se periculis sine causa. I.C.117 d, Qui se pro salute uestra obtulerint inuidiæ periculisq; omnibus. pro Syl.177 b, Sed tamen obtulit se ad ferramenta prospiciẽda. At.43 b, Ne me perditum illi afflictumq; offerrẽ. Att.125 b, Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxiliũ eius oblatũ est. At.36 b, Quod sors obtulerit, id acturus uidetur. pro Cl.54 a, Offerre alicui quod ipse sibi optare deberet. pro Syl.175 d, Id iudicium è quo salus oblata est omnibus. pro Sest.28 b, Ego uos in omni fortuna, quæcunq; erit oblata, complectar. de D.138 d, Quæ igitur natura obtulit illam spem Simonidi? de D.97 b, Obijciuntur sæpe formæ, quæ reipsa nullæ sunt, speciem autem offerunt. At.67 d, Offerre se in uita alicui. Att.279 b, Is nobis ultrò pollicitus est et dedit XX.H.S. ex sua pecunia, & quod multo carius est, seipsum obtulit & coniunxit. de L.162 d, Dummodo tabella optimo cuiq; ostendatur, ultroq; offeratur. pro Mil.120 d, Ego, qui pro te toties morti me obtuli pro R.P.126 d, Is in custodia fuit regia, & uita eius oblata pœna est.

Officina, næ, locus fellæ atquæ operis & quæstus quotidiani. In Ver.121 d, Verres instituit officinam Syracusis. Off.30 b, Opifices omnes in sordida arte uersantur, nec uerò quicquam ingenuum potest habere officina. I.P.98 d, Officina armorũ. & ibid. Cum pater armis faciẽdis tuus præesset. & I.A.211 b, Armorum officinas in urbe uidetis. Parad.116 b, Tale tamen est, ut ex eadem officina exisse uideatur. I.A.167 d, Cuius domus quæ stuosissima est falsorum chirographorum officina. pro S.R.41 d, Domus officina nequitiæ, diuersorium fugitiorum omnium. de L.163 d, Philosophi, qui quasi officinas instruxerunt sapientiæ. & Or.200 b, Domus Isocratis officina habita eloquentiæ est. & de Cl.167 b, Domus Isocratis quasi ludus quidam atq; officina dicẽdi. & de Or.113 b, Officina rhetoris clarissima.

Officio, cis. noceo, obsum, obsto, obstruo, obscuro. de In.56 b, Quæ uidebuntur officere huic partitioni, propulsabimus. & Tusc.24.6 b, Offecerat uidelicet apricanti. pro S.R.37 d, Cur meis cõmodis officio simulato officis? pro S.R.129 b, Nec mẽtis quasi luminib. officit altitudo fortunæ. pro S.R.19 b, Cui pecuniæ uita S.R. obstare atque officere uidetur. & 27 d, Officere atq; obstare cõmodis alicuius. Off.65 d, Demoliri ædes quarum altitudo officeret aussicijs. de Or.99 b, Cuicunq; particulæ cœli officeretur, quamuis esset procul, immutata lumina putabat. de Clar.170 b, Horum sententijs concisis officit Theopompus, elatione atq; altitudine orationis suæ. de N.35 b, Vmbra terræ soli officiẽs noctem efficit. In Ora. Sin autem officiens signis mons obstruet altus.

Officioſè. diligenter. Epistol.139 d, Qui me quidem perofficioſè & peramãter obseruant. & Att.211 b, Officio se parere alicui. & 88 b, Sed illa officiosius, quod, &c.

de Am.109 b, Aliquid officioſè aut amicè, aut cum labore aliquo suo factum posse dicere.

Officiosus, a, um. plenus officij, in quo inest liberalis gratificandi uoluntas. (.In officiosus. I.V.88 b, Lampsacenis summè in omnes ciues Rom. officiosi. & pro S.R.18 b, At tanto officiosior quàm cæteri, ne, &c. Ep.225 b, pro Pl.268 b, Quos tu si sodales uocas, officiosam amicitiã nomine inquinas criminoso. pro Mil.103 b, Propter officiosos labores meos nonnulla apud bonos gratia. pro Qu.R.47 b, Vir purus, pudens, humanus, officiosus, liberalis. Ep.178 d, Homo officiosissimus. pro Syl.178 b, Qui singulari extiterit in remp. nostrã officio & fide. At.219 b, Nec diligentiorem, nec officiosiorem facilè legisse Vestorio. Qu.F.101 b, Denocius est in me officiosissimus. I.P.91 d, Officiosissima natio candidatorum.

Officium, cij. partes, munus, munus officij, opus. Offi.2 d, In officio colendo sita uitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. pro Mur.529 b, Stoici mihi uidẽtur fines officiorum paulo longius quàm natura uellet, protulisse. Or.203 b, Oportere perfectionem declarat officij, quo & semper utendum est & omnibus. Att.261 d, b, Nõ dubito quin καθηκον officium sit, sed inscripto plenior de officijs. Attic.263 d, Mihi non est dubium, quid quod Græci καθηκον, nos officium, præclarè cõuenit: aut da melius, dicimus Cos. officium, senatus officium. de In.43 b, Officium est id, quod facere debet orator: finis, cuius causa facere debet. de Fin.102 b, Est autem mediũ officium, quod ita factum est, ut eius facti probabilis ratio reddi possit. & ibid. De officio medio. & 109 b, De officio perfecto & medio. & Of.2 b, pro Qu.4 b, Nullũ est officiũ tam sanctũ atq; solenne, quod non auaritia cõmuere & uiolare soleat. Of.20 d, Nullum officium referẽda gratia magis necessariũ est. Off.25 d, b, Peregrini officium est nihil præter negocium suum agere. & ibid. Est proprium munus magistratus, & c. & ibi. Est igitur adolescentis maiores natu uereri. de Or.96 b, Oratoris officium est, dicere ad persuadendũ accõmodatè. & ib. Oratoris proprium officiũ atq; munus. de Fl.114 d, Officiũ, munus, opus. de Or.140 b, Singularũ uirtutũ certa quædam sunt officia ac munera. de D.91 b, Sine oculis nõ potest extare officium & munus oculorũ. & 130 b, & Ep.153 d, Bruti erit officiũ occurrere ei. de In.70 b, Pietas officium erga parentes conseruare monet. Of.7 d, Contra officium est, maius damnũ anteponi minori. & ibid. Nõ sit contra officium non facere, & c. pro Do.216 b, In hoc officio, quod fuit præcipuè meum. & 203 d, Hæ fuerunt partes meæ præcipuæ. pro Qu.11 d, Qui primus erat officij gradus, à procuratore seruatus est. Epist.72 d, Prætermittere officium erga aliquẽ. Off.6 b, Prætermittẽdæ defensionis deserendiq; officij plures solent esse causæ. de Fin.55 b, Deserere officium. & Ep.61 d, Deseri ab officijs amicorum. Off.6, Ab officio discedere. & ibi, Sunt autem quædam officia aduersus inimicos seruanda. Ep.73 d, & de Fin.109 b, Omnia officia amicitiæ diligenter sanctèq; seruaui. pro Clu.45 d, & Of.73 d, Retinere officium. de In 82 b, Tribuere officium & cultum alicui. Ep.55 b, Vt intelligas homini amicissimo te tribuisse officiũ. & 51 d, Officia, quæ illi tempori tribui potuerũt. & Of.12 b, In officijs tribuendis uidendũ est, & c. & de In.82 b, 3.V.273 b, Persoluere officiũ receptũ alicui. Postquam.

203 b, In officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est. Epi.56 d, b, Quæ officia mea fuerunt, omnia ei præstiti. & 194 d, Filius tuus, cui nos & charitate & amore officiũ tuum præstaturos nõ debes dubitare. Epi.64 d, Cumulatè reddere officiũ iamdiu alicui debitum. At.141 b, Præstare officia urbana alicui. At.46 d, Exequi sua officia & studia. I.V.62 d, Satisfacere officio suo. Ep.37 d, Fũgi officio suo, & declarare officiũ suũ. et 72 b, Fungi officio amici. Of.42 d, Fũgi officio iustitiæ. pro Cl.42 b, Me perfunctum iam esse arbitror. Ep.40 b, Suscipere officia & partes pro dignitate alicuius. I.V.148 d, Declinare ab religione officij in aliquare. At.177 b, Nihil ab illo factũ est, quo minus mea in te officia cõstarent. Ep.45 d, Nullum Officij onus cuiquam reliquũ fecisti. Ep.62 b, Omnia officia à me in te profecta sunt. & ib. Desiderare officia ab aliquo. & 63 b, Desiderare officia alicuius in aliquem. Ep.6 d, Expectare officia ab aliquo. & 84 b, Policeri & deferre officium suum alicui. pro S.R.30 d, Quos natura ipsa retinere in officio non potuit. & ad Her. Cum canes fungantur officijs luporũ. At.80 b, Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur. & Epi.255, Esse in officio. & 62 b, Esse singulari officio in aliquem. pro Fl.157 d, In aliquem multa & magna officia cõferre. Promereri officiũ, & promereri beneficiũ. I. Promereor. Att.2 b, & ad Her.26 b, In officio manere. Epi.39 d, Tueri officiũ. & Ep.96 b, Deesse officio suo. Epi.32 b, Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabũt. pro Pl.263 b, Vel quia huius ipsius in illũ ordinẽ summa officia quæsturæ tribunatusq; cõflabãt. Ep.18 d, Nam tam mihi molestũ fuit accusari absente officium meum, quàm iucundũ requiri. Ep.63 b, Officijs mutuò respondere. pro Mur.14.1 b, Is uoluit ad hoc officiũ necessitudinis esse gratiosus. pro Fon.279 d, Alicui muneri atq; officio præesse. Epi.193 d, In Syriam ad meum officiũ reuerti. de Pro.73 d, Vt cõmune officium cẽsuræ cõmuni animo defenderẽt. Qu.F.193 d, Quæ res ad officiũ imperij tui pertinebũt, de his rebus nihil attingant. Att.113 b, Tua erga me officia plena tui suauissimi studij. Antequã.195 d, Qui neq; tantorum officiorũ impensam egistis in patriã. de Am.97 d, Vsurpare aliquod officium, abduci ab officio, intermittere officiũ. Epi.125 d, Magna eius in me non dico officia, sed merita. & 200 b, Officia uel merita potius. Ep.2 d, Ego omni officio ac pietate erga te cæteris satisfacio omnibus, & c. & ib. Cũ summa testificatione tuorum in se officiorum. Ep.78 b, Sed quoddam nobis officiũ iustum & pium de bitum reip. nostræq; dignitati uidebatur. Att.194 d, Leuatio quædã est, si minus doloris, at officij & debiti. pro Q.10 d, In uita alicuius ratione summi officij desiderare. pro S.R.18 b, Ita fit ut adsint, propterea quòd officiũ sequuntur. pro Sex.Ros.19 d, Vtrumuis saluo officio facere poteris. At.5 b, Magnopere cõsido illum fore in officio. At.90 b, Ac maximæ partes istius officij sunt pueri Ciceronis. & 209 b, Torquato nostra officia grata esse facilè patior, eaq; augere nõ desinam. Att.277 d, Hoc ad meum officium priuatarum rerũ pertinet. Qu F.307 d, Spero Cyrum in officio fore. Offi.21 b, Officijs scientiæ proponenda sunt officia iusticiæ. de Sen.83 b, Massanissa senex omnia regis officia & munera exequitur. & 82 b, Illustrare aliquem ad omne officij munus. de Sen.92 d,

Rectè in senectute uiuitur, quoad minus officij exequi & tueri possis. de Am.109 b, Officia meminisse debet is, in quem collata sunt, nõ cõmemorare qui cõtulit. pro Mil.122 d, Tibi nullum à me amoris, nullũ studij, nullum pietatis officium defuit.

Offirmo, as. de Fin.92 d, Cæteras philosophorum disciplinas non modò nihil adiuuare arbitror, neque offirmare quo meliores simus, sed ipsam deprauare naturam. aliter, affirmare.

Offundo, dis. obijcio, offero. Ac.20 b, Ergo ut illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. de Fin.99 b, Obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ. de N.34 d, Philosophia, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quãdam rebus offunderet. pro S.R.33 d, Tanquam si offusa reip. sempiterna nox esset. Tus.208 d, Si quid tenebrarũ offudit exilium. pro Do.241 d, Quod in naufragio reip. tenebris offusis demerso populo, & c. Tu.219 d, Hic error & hæc indoctorũ animis offusa caligo est. de Vn.103 b, Cum ignis oculorũ, cum eo igne qui est ob os offusus, se confundit & contulit. In Sal.272 b, Tu tuis maioribus uitæ, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras.

Oinæop. s.l. Accomodatus.

Olbia, æ. opp. Sardiniæ. Quint.Frat.110 b, Literas Olbia Datas.

Olbiensis, se. Qu.Fr.309 d, A' te post illã Olbiensem epistolam, nullas literas accepi.

Olea, leæ. pro Cec.289 d, Eius fundi extremã partem oleæ directo ordine definiunt. de D.111 b, & 103 d, Agricola cum florem oleæ uidet, baccã quoq; se uidere putat. de L.156 d, Athenæ sempiternã in arce oleam tenere potuerunt. Epi.136 b, Antea delectabar oleis & lucanicis tuis.

Olearius, a, um. Topic. 222 d, Cella olearia. & de Sen.89 d.

Oleaster, stri. l. V.159 b, Hominem suspẽdi iussit in oleastro quodam.

Oleo, es. redoleo. de Ora.152 d, Vnguentum magis laudatur quod terram, quàm quod crocum olet. At.21 d, Vt mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, uidebantur. de N.15 b, Epicurus nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne è puerilibus quidem disciplinis. de Or.146 b, In qua nihil sonare aut olere peregrinũ posit. & 132 d, At in malè olentẽ, uideo me à te circumueniri pro Qu.R.48 d, Supercilia illa penitùs abrasa olere malitiã & clamitare callidi tatem uidentur. Orat.211 d, Quid illud, non olet unde sit? quod dicitur, & c. 220 b, Malè olere omne cœnum. (.Bene olens. Ac.6 b,

Oleum, lei. I.V.230 d, Aristæus inuẽtor olei. de Sen.84 d, Namq; hæc quoq; nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. At.217 d, Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exarani nescio quid ad te. & 32 b, Ne & opera & oleũ philologiæ nostræ perierit. Epist.95 b, Is fatetur se & operam & oleum perdidisse.

Olfacio, is. odoror. Tus.249 b, Vt ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus. & de D.110 d, Olfacere aliquid. in Rul.63 d, Nullus nummus tam obstrusus est, quẽ non architecti huiusce legis olfecerint.

Olim. quondam, quodam tempore. Att.90 b, Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. & 172 d, Vtinam corã tecũ olim potius, quàm per epistolas. Att.63

Universidad de Deusto
Biblioteca

a, Locus ille animi nostri stomachus ubi habitabat, olim concalluit. Epist. 255 a, Quando ad amorem meum aliquantum olim discedens addidisti. & 78 b, Nec nos arbitror victoriæ præmijs ductos patriâ olim reliqsse, etc. de Ora. 125 a, Sic enim olim loquebantur. pro Cæl. 39 b, Quis clarioribus viris quodam tempore iucundior? At. 154 b, Qui mihi dixit olim, &c.

Olitor, oris. Epi. 263 b, Excita Phædrum, ut hortum ipse conducat, sic olitorem commouebis. & ib. 15, Cum olitore, ut uidetur.

Oliua, uæ. olea, de N. 68 b, Aristæus, qui oliuæ inuentor dicitur. de N. lib. 2, Si ex oliua, modulatè canentes tibiæ nascerentur.

Oliuetum, ti. locus oliuis consitus. de N. 77 b, Vineta, oliueta. & contra Rull. 79 a, Iugera CC. in quibus oliuetũ fieri potest. de N. Quid de uitib⁹ oliuetisq; dicã? de Sẽ. 89 a, Quid de uinearum oliuetorumue specie dicam?

Oliuitas, atis. de Republi. lib. 1. teste Nonio: Non modò integra eximi, sed etiam maior quàm in arbore unquã pependerit. de oliuitate oleas esui optimè condi scribit Cato.

Oluscula, culorum. minuta olera. At. lib. 87 a, Olusculis nos soles pascere.

Olla, læ. Ep. 138 a, Implere ollam denariorum.

Olli, æ, a. pro illi, illæ, illa. de L. sæpe legitur. de Cl. 169 b, Is dictus ollis popularibus olim, qui, &c. ex Ennio.

Olympeni. pop. contra Rull. 61, & 76.

Olympia, piæ. urbs Peloponesi, apud quam Olympia fiebant. Tus. 172 b. & de Or. 154 b, Cum Olympiam uenisset, in maxima illa quinquennali celebritate ludorũ. & de Sen. 83 b, Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo, cum humeris bouem sustineret uiuum.

Olympia, orũ. ludi Olympiaci, maxima illa quinquẽnalis ludorum celebritas. de Cl. 187 a, Pugiles exercitati pugnos & plagas Olympiorũ cupidi ferre possunt. de Or. 243 b, Ab Olympijs coronam petere. At. 246 b, Ad Olympia. de D. 138 a, Cursor ad Olympia proficisci cogitans, uisus est in somnis curru quadrigarum uehi.

Olympiacus, ca, cum. ad Herẽnium, 24 b, Quasi si quis ad Olympiacum uenerit cursum. aliter, ad Olympia cũ uenerit.

Olympias, adis. Alexandri mater. de Natura, lib. 2. de Diuin. lib. 2.

Olympionices, cæ. Tu. 172 b, Rhodius Diagoras Olympionices nobilis. pro Flac. 152 b, Acinas pugil Olympionices, quod est apud Græcos propè maius & gloriosius quàm Romæ triumphasse. de In. 80 a, Olympionicarum præmium capito.

Olympius Iupiter. Tusc. 183. I. V. 228. in Orat.

Olynthus urbs. I. V. 87 a.

Omen, nis. dicitur, dictum aut factum casu exceptum, quo rei cuiuspiam euentus portendi posse uideatur. de D. 101 a, Neq; solum deorum uoces Pythagorei obseruauerũt, sed etiam hominum, quæ uocãt omina, quæ maiores nostri quia ualere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fiustum, felix, fortunatumq; esset. præfabantur, pro Sest. 19 a, Exierunt malis ominibus atque execrationibus duo Vulturij. pro Cl. 20, Nullum auspicijs, funestis ominibus omnium. I. C. 104 a, Hisce ominibus Catilina cũ summa reipub. salute & cũ tua peste

& pernicie proficiscere, &c. contra Rul. 84 b, Neq; te Rulle omina illa M. Bruti, atque auspicia à simili furore deterrent. Ep. 44 b, Neque tristius dicere quicquam debeo ea de re, quam tu ipse optimis ominib. prosequeris. I. P. 86 a, Epistol. 44 b, Ominibus bonis uel tristibus aliquem exeuntem prosequi. de D. 101 b, Tum ille, accipio omen, inquit, mea filia. & ibid. Cæcilia exiuit in quoddã sacellum ominis capiendi causa. de D. 125 b, & pro Mur. 133 b, Prærogatiuum omen comitiorum. de D. 102 b, Sic aquilæ clarum firmauit Iuppiter omen. I. A. 232 b, Atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. & 193 a, Quibus Antonius (ô dij immortales auertite & detesta mini quæso hoc omen) urbem se diuisurum esse promisit. Att. 279 b, Sin aliter fuerit (quod dij omen auertãt) Reipub. uicẽ dolebo. & 280 a, Quod Iupiter omen auertat. & pro Mur. 145 a, de Ar 253 b, Si ciuitas hæc cadet (quod dij omẽ obruant.) I. A. 222 b, Atq; ita locutus est, ut eius oratio omen fati uideretur. & 243 a, Proficiscãtur legati optimis ominibus. L. Cauneas.

Ominor, aris. augur or. de Cl. 196 a, Melius quæso omina re, inquit Brutus. de D. 101 a, Antiqui omnibus reb. agendis quod bonum, faustum, felix, fortunatumq; esset, præfabantur. I. C. 104 a, His ominibus Catilina cum reipub. salute & cum tua peste ac pernicie proficiscere ad impium bellum. de D. 101 b, Rebus diuinis, quæ publice fierẽt, fauere linguis, in imperãdis ferijs, litibus & iurgijs se abstinere. & ibid. Bonis ominibus, qui hostias ducerẽt, eligebãtur. & ibi. Primus miles fiebat bono omine. Of. 48 b, Sin qua necessitas huius muneris alicui reip. ominari uenerit. malo enim alteri quàm nostræ reip. ominari.

Omitto, tis. mitto, prætermitto, relinquo, dimitto, missã facio, prætereo, non exequor, &c. præterquàm quod, & c. de Fin. 56 b, Vt uoluptates omittantur. maiorũ uoluptatum adipiscendarum causa. Qu. F. 304, Primum nauigationem, dummodo idoneæ tempestas sit, ne omiseris. de Som. 127 a, Ades, inquit, animo, timorem omitte. pro Syl. 176 a, Noli id putare omnino à me esse omissum. si quid est tibi remissum atq; concessum. pro Cæl. 49 a, Quod facinus in alienũ hominẽ ill atũ seuerè acciperet, id omisisset curare in hostite? At. 263 b, Omitte Atticã Ciceroni tuo. de Cl. 289 b, Itaque omittamus lugere. pro Qu. 12 b, Vt alia omittam, hoc satis est Alphenus, &c. I. P. 90 b, Omittamus de reditu Gabinij, &c. & pro R. P. 228 a, At de me omittamus, &c. At. 119 a, Omitto illa uetera, quòd ictum in rempub. ille alluit, etc. ille legibus, & c. ille Galliæ, &c. ille, &c. pro Quintio, 154 a, Nulla conditio, mitto æqua, uerum ne, &c. Offi. 60 a, Omisit hic pietatem & humanitatem, ut id quod, &c.

Omnino. utique, usquequaq;, planè, prorsus, funditùs, de Or. 113 b, Theopompus & Ephorus causas ommino nũquam attigerunt. Epist. 63 a, Omnino res tota in mẽsem Ianuarium reiecta erat. Ep. 7 a, Vt ne quis omnino regẽ reduceret. de Or. 114 a, Poetas omnino non conor attingere. Of. 13 a, Omnino fortis animus duabus rebus cernitur. de Am. 11 a, Omnino amicitiæ confirmatis iam ingenijs iudicandæ sunt. de Or. 108 b, Vir omnino omnis eruditionis expers. de N. 20 a, Ista siue beatitas, siue beatitudo, utrũq; omnino durũ. At. 93 b, Et ad ipsum hæc peroscripsi diligentissimè omnino. Epi. 260 a, Cui cũ cupere mederi, cupiditates certorũ hominũ impedimento mihi fuerunt

fuerunt omnino. Ep. 260 b, Nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducẽ ommino. pro Mar. 135 b, Quid enim est omnino ipsum diu? Tusc. 148 a, Cum defensionum laboribus, aut omnino aut magna ex parte essem aliquando liberatus. pro Cor. 64 a, Quæ labore huius aut omnino aut certè facilius consequuntur. Tus. 149 a, Vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. At. 50 b, Vix aut omnino non posse fieri. de In. 44 b, & 45 b, Et tamen quantum & cuiusmodi et omnino quale sit quæritur. de In. 82 b, Vis & iniuria, & omnino omne quod obfuturum est. & 58 a, Hoc genus & cætera necessaria, & omnino omnis argumentatio.

Omnipotens, tis. rerum omnium præpotens. Tus. 225 b, Teq; omnipotens Neptune inuoco. Poetæ.

Omnis, ne. totus, cunctus, uniuersus, quicũq;, quiuis, quis omnium non? summi medij infimi, omnia minima maxima, ioca seria, ut dicitur, communis. de D. 129 b, Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. de Fi. Omne cœlum totamq; cum uniuerso mari terrã mente cõplecti. Ep. 86 a, Si tibi persuaseris, non hoc esse tui muneris, si quid rogatus fueris ut facias, sed totum tuum esse, omne onus perficies. I. P. 81 b, Totum palatium erat ciuitate omni, cuncta Italia refertum. de Or. 117 a, Tota mente atq; omni animo intueri aliquem. Tusc. 187 a, In profundenda uoce omne corpus intenditur. de N. 45 a, Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur. pro Cl. 21 a, Mater sanguinẽ profundere omnẽ cupit. pro S. R. 30 b, Non omnem frugem in omni agro reperire possis. Qu. Fr. 295 a, Omnes quicunq; Romæ ludos faciũt. et de Or. 109 a, Omnia quæcunq; in hominũ disceptationẽ cadere possunt, bene sunt oratori dicenda. de Or. 85 b, Qui non aliqua in re una separatim elaborarunt, sed omnia quæcunq;, &c. comprehenderunt. de Or. 112 a, Non omnia quæcunq; loquimur, ad artẽ sunt reuocãda. pro Syl. 170 a, Eo tempore omni Romæ fui. de Clar. 195 a, Omni huic sermoni propositum est, &c. de Or. 97 b, Subeundus est usus omniũ. Of. 26 a, Et ab omni, quod turpe est, fugiamus. pro Rab. 94 b, Omnes omnium ordinum homines. I. P. 100 a, Omnes mortales omniũ generũ, &c. & 90 b, Omnes omniũ generum, ætatũ, ordinũ, uiri ac mulieres omnis fortunæ ac loci. I. A. 257 b, Omnes te dij, homines summi, medij, infimi, ciues, peregrini, uiri, mulieres, liberi, serui oderũt. pro Arch. 188 b, Nam cæteræ res neq; temporũ sunt, neq; ætatum omnium, neq; locorũ. de D. 127 b, Omnes omniũ interitus, quicũq; gignantur terra. eosdẽ esse. Itẽ: Neq; uerius est à singulis quàm ab omnibus repetere officij præmium. cõtra Rull. 78 a, Decemuiros portitores omnibus omniũ pecunijs cõstituisse. Qu. Fr. 320 a, Omnia minima, maxima, ad te mitti sciebã. At. 102 a, Sic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. de Or. 115 a, Omniũ cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est, etc. de Fi. 66 b, Omnes qui ubique sunt, qui latinè sciunt. Tus. 228 a, Nihil est enim omnium quæ in philosophia tractantur, quod grauius dicatur. & 241 a, Qui est enim omnium, qui, etc. Ep. 196 a, et 353 b, Πάντα περὶ πάντων. Or. 202 a, Plato longè omnium quicunq; scripserunt princeps. & de Ora. 154 b, Gorgias princeps ex omnibus ausus est, &c. At. 245 b, Ex omnibus tuis studijs in me hoc scito mihi gratissimũ esse, etc. de Cl. 190 b, Ex omnibus oratorijs laudibus lon

gè ista est maxima, inflammare, &c. de Or. 93 a, Cum te unũ ex omnib. maximè natũ aptumq; cognossem. et 94 a, Hic est unus homo ex omnibus, quo præsente, &c. de Or. 108 a, Aculeo, quem Crassus dilexit ex omnibus plurimùm. pro S. R. 19 a, Non electus unus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnib. qui minimo periculo possent dicere. de Clar. 186 a, M. Piso maximè ex omnibus Græcis doctrinis eruditus. de Orat. 156 a, Sin quærimus quid unũ excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. & 154 b, Soli ex omnib. aurea statua statuta est. id est, Gorgiæ. In C. 114 b, Ille erat unus timẽdus ex omnibus. de Or. 152 a, Gustatus est sensus ex omnibus maximè uoluptarius. pro Mu. 132 a, Cuius ex omnib. pugnis, illa mihi uidetur acerrima. de Orat. 148 b, Stoici soli ex omnib. philosophis dixerunt, &c. et 110 a, Ex omnibus uerbis Latinis huius uerbi uim uel maximã semper putaui. Att. 253 a, Nec me ulla res magis angit ex omnibus. Ep. 71 b, Etsi unus ex omnib. minimè sum accõmodatus, &c. & 120 b, Si unus ex omnib. exoptandus esset. Tusc. 228 a, De re, quã tu ex omnib. maximè probas. pro Ma. 134 b, Quis omniũ? & c. nemo omnium, &c. I. A. 175 a, Ex omnium omnibus flagitijs nullũ turpius uidi, quàm quod, etc. de Am. 112 a, De amicitia omnes ad unum idẽ sentiũt. At. 102 b, Hic omnia facere omneis, ne armis decernatur. & ibi. omnis, septies usurpatum. de Fin. 86 a, Omnibus mensibus uicesimo die lunæ facere aliquid.

Omniuagus, a, um. de N. 93 b, Diana omniuaga dicitur, non à uenando, sed quòd in septem numeratur tanquam uagantibus.

Ομολογία. L. Conuenientia.

Onager, onagri. asinus ferus, & agrestis. Att. 89 a, Erat præterea Cynocæphalus in essedo, nec deerant onagri.

Onerarius, a, um. de D. 95 a, Et noctu flagrantes onerarias uidebãtis. At. 166 a, Occultè in aliquam onerariam corrependum. In V. Actione 3, Oneraria nauis.

Onero, as. de N. 61 b, Animaduerti te, cũ in foro diceres, quàm plurimis posses argumentis onerare iudicem. & Sall. in Cic. 271 b, Etiam ne aures nostras onerabis tuo odio? Ep. 41 b, Te autem quibus mendacijs homines leuissimi onerarunt.

Otium, tij. tempus, spacium, uacuum tempus, laxamentũ, cessatio libera atq; otiosa, remissio, quies, uacatio ætatis, legatio libera, tranquillitas uitæ, facultas uacui et liberi temporis. de Orat. 85 a, Et quantum mihi uel fraus, &c. uel cause, &c. uel resp. tribuet otij, ad scribendum potissimùm conferam. et At. 20 b, Quod mihi de forensi labore temporis datur, in his studijs conquiesco. & 98 a, Cum non esset temporis mihi ad scribendum satis. de Or. 93 a, Non despero fore aliquem aliquando, qui & studio acriore quàm nos sumus atq; fuimus, & otio ac facultate dicendi maiore ac maturiore existat talis orator, qualem, &c. de Or. 110 b, Otium quod & rarò datur, & nunc peroptatò nobis datũ est. et ib. Otij fructus est non contentio animi, sed relaxatio. Itẽ: Philistus otiũ suum consumpsit in historia scribenda. de Or. 114 a, Horum libros delectationis causa cum est otiũ, lego. & 121 b, Cum se de turba et à subsellijs in otium, ut cogitat, soli tudinẽq; contulerit. pro Sest. 8 b, Otiũ et solitudo langorem afferunt hominib. contra Rul. 84 b, Incertissimum ac desidiosissimum ocium. pro Sest. 23 b, Quod maximè est optabile & bonis et beatis cũ dignitate ocium. contra Rul. 87 a, Istos quibus ocioſi ocium fecissemus, ocio fissimos reddam. & ibi. Vos omni ratione ocium tenere debetis. & ib. Qui propter desidiam in ocio uiuunt. Ac. 24, Vt non multum imperatori sub ipsis pellibus ocij relinquatur. Ep. 35 a, & 22 b, Pluribus uerbis ad te scribã, cum plus ocij nactus ero. de D. 327 a, Plura ad te uacuo animo scribam. Ep. 161 b, Plura scribam, si plus ocij habuero. Ep. 201 a, Quãuis enim occupatus sis, ocij tamen plus habes, aut si ne tu quidẽ uacas, uoli mihi molestiam exhibere. de Or. 98 a, Quoniam tantum habemus ocij, quantum tamdiu nobis non contigit. Part. 229 b, et pro Fl. 147 b, Si tibi est ocium, & si uis. & Off. 33 b, Et magis etiam tum, cum plus erat ocij. Item: Scribendi ocium non erat. I. V. 237 a, Ergo tunc cum bello fugitiuorum tota Italia arderet, Cn. Norbanus summo in ocio fuit. Ac. 2 b, Hebescere & lãguere in ocio. & de N. 3 b, Cùm ocio languerémus. de Or. 104 a, Philosophorum aũt libros reseruet sibi ad huiusce modi Tusculani requiẽ atq; ocium. Ep. 28 b, Si antea audium erit ocium esse in Syria. At. 188 a, Tantum'ne ab re tua est ocij tibi, ut etiam oratorem legas? de Or. 148 a, Homines ocio nimio affluentes. et ibi. Summa facultas uacui et liberi temporis. de Ora. 154 b, Homines abundantes ocio. et ibi. Græci diffluentes ocio. pro Pl. 273 a, M. Cato in principio Originum suarum scripsit, clarorum uirorum atq; magnorũ nõ minus ocij quàm negocij rationem extare oportere. de Cl. 165 b, Ocium moderatum et honestum. (. Inertia atq; desidia. Tus. 248 b, Ocium literatum. & Ep. 130 b, Referre se in ocium. ad Her. 1 a, Etsi negocijs familiaribus impediti uix satis ocium studio suppeditare possimus. & id ipsum quod datur ocij, libentius in philosophia consumere consueuimus: tamen, &c. de In. 42 b, Honesta studia per ocium cõcelebrata ob optimis uiris. de Or. 89 b, Philosophi in angulis ociũ consumũt. I. V. 76 a, Si spacium ad dicendũ nostro cõmodo, uacuosq; dies habuissemus. Q.F. 324 b, Opera quæ non modò tempus, sed etiam animum uacuum ab omni cura desiderat. i summum ocium. de D. 109 b, Tantum huic studio relinquendum, quantum uacabit à publico munere. & At. 199 b, Si uacabis: id est, si ociũ habebis. At. 25 b, ἐπὶ σχολῆς scribe: id est, per ocium. de Fat. 140 a, Itaq; & sæpe alias, & quodam liberiore quàm solebam & magis uacuo ab interuẽtoribus die, cum ille ad me uenisset, primo, etc. de Or. 86 b, Græci non solùm ingenio et doctrina, sed etiam ocio studioq; abundantes. de Or. 121 b, Istam oscitantem & dormitantem sapientiam Scæuolarum, & cæterorum beatorum ocio cõcedamus. de Am. 115 b, In studijs cognoscendi semper aliquid atq; discendi, remoti ab oculis populi omne ocium tempusq; contriuimus. de L. 157 b, Mihi nullum tribuitur uacuũ tempus ac liberum. & ib. Nec occupata opera, nec impedito animo res tãta suscipi potest: id est, sine summo ocio. & ib. Vtrumq; opus est, & curã uacare & negocio. et ibi. Mihi nullum uacuum tempus est concessum.
Otriculana uilla. pro Mil. 113 b, Otriculana trib. in Rul.
Ouans, tis. propè triumphans. Attic. 283 b, Vt ouanti introire Cæsari liceret, decreui. de Ora. 126 a, Imperatorem ornatum à senatu, ouãtem in Capitolium ascendisse. ad Her. 26 b, Quo pacto hostes ouantes irruerunt in ciuitatem. I.A. 260 b, Heri me ouantem et propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulit, domum inde reduxit.
Ouis, uis. pecus. de N. 56 a, Ouiũ uillis consectis atq; contextis homines uestiuntur. I.A. 108 b, et de Am. 188 a, O præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum.
Ouum, oui. ὠὸν. de Nat. 50 a, Anatum oua gallinis sæpe supponimus. et 52 a, Pisces, ut aiũt, ouа cum genuerint, relinquunt. & ibid. Gallinæ ex ouis pullos excludunt. Ac. 5 a, Vides ne ut in prouerbio sit, ouorũ inter se simi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

litudo? & ibi. Hi cum ouum inſpexerant, quæ id gallina peperiſſet, dicere ſolebant. de Diu. 136 a, Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe, ouum, &c. Ep. 138 d, Integram famem ad ouum affero. prouerbium.

PA

PAbulum, li. paſtio. de Diuin. 114. b, Extis declarari hoc duntaxat pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreet, uel ubertatem, uel tenuitatem. de Senect. 87 d, Si uerò habeat aliquid tanquam pabulum ſtudij atq; doctrinæ, nihil eſt otioſa uita iucundius. Acad. 32 d, Eſt enim animorum ingeniorumq; naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioq;. de Ar. 244 d, Quid enim hunc proſequor, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum?

Pacatus, pacata, tum. de Orator. 87 b, Pacatæ et tranquillæ ciuitates. & pro Lig. 137 b, Prouincia pacatiſſima. Antequàm. 167 b, Pompeius terra mariq; hoſtes reddidit pacatos. I. A. 213 b, Huic tali uiro poterit ne pacatus eſſe Antonius?

Pachynus. portus et promontorium in Sicilia. I. V. 253 b.

Pacideianus, ni. L. Aeſerninus.

Pacificatio, onis. compoſitio, ab armis diſceſſio. At. 106 b, Nulla ſpes pacificationis eſt. Item: Itaq; ſapientius feceris, ſi te in iſtam pacificationem non interpones.

Pacificator, oris. qui pacis faciendæ arbiter eſt, & legatus, & deprecator pacificus. At. 7 b, Propoſitumq; eſſe nobis pacificatorem.

Pacificatorius, a, um. I. A. 140 d, Poſteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacificari. ab armis diſcedere, pacem cum aliquo facere uel efficere. Attic. 241 b, Seruius pacificatus eſt cum libraríolo ſuo.

Pacificus, a, um. At. 128 d, Ecquæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia.

Paciſcor, ris, pactus ſum. pago, depaciſcor, ſpondeo, deſpondeo, promitto, cõſtituo, pactum uel pactionem facio, pactionem cum aliquo cõſto, fœdus cum aliquo ferio, cum aliquo pactionem uel fœdus ſancio, pactiones agere. I. V. 155 d, Edictum ne quis frumẽtum de area tolleret antequàm cum Decumano pactus eſſet. In Sal. 275 d, Is ne cauſam diceret, ſeſtertio duodecies cum Cæſare paciſcitur. Att. 28 d, Si quæ de me pacta ſunt ea non ſeruantur, in cœlo ſum. pro Seſt. 15 b, Gabinius Ciliciam ſibi pactus eſt. Of. 7 b, Cum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ. de Orat. 141 b, Dixit ſe dimidium eius ei quod pactus eſſet pro illo carmine daturum. I. C. 102 a, Scio pactam et conſtitutam eſſe cũ Manlio diem. Qu. Fr. 323 b, Paciſci præmium ab aliquo. pro Seſt. 10 d, Pacto iam fœdere prouinciarũ. At. 81 d, Deiotari filium cui pacta eſt Arthabaſdis filia.

Paco, cas. pacificor. Ep. 245 d, Pacare Amanum, & perpetuum hoſtem ex eo monte tollere, agere perrexi.

Pactio, onis. pactum, cõditio, fœdus, promiſsio, deciſio. de In. 71 d, Cum omnes periturí milites eſſent, niſi ad hanc pactionem uenìſſent, utrum ſatius fuerit amittere milites, an ad hanc conditionem uenire? & I. V. 162 b, Att. 125 d, An cenſes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuiſſe. Attic. 145 b, Si res ad pactionem

non uenit, longius bellum puto fore. Att. 75 d, At eo magis quòd in noſtra prouincia confectæ ſunt pactiones publicanorum. & Poſtq. 211 d, Conſul pactionibus eos ſuorum præmiorum obligarat. Poſtq. 200 b, Cum duo conſules empti pactione prouinciarum autores ſe inimicis reip. tradidiſſent. Q. F. 296 b, In pactionibus ſicendis legem ſpectare cenſoriam. pro Qu. R. 51 b, Flauius de tota lite fecit pactionem. pro Qu. R. 52 b, Non enim ex pactione uerborum, quibus iuſiurandũ comprehenditur, ſed ex perfidia per quam inſidiæ tenẽtur alteri, dij immortales hominib. iraſci ſolẽt. pro Fl. 163 d, Quis pactionem fieri coegit? et ibi. Deciſionis arbiter C. Cæcilius fuit. Ep. 227 b, Vt pactiones cum reliquis ciuitatibus conficiat. At. 67 d, Facere pactionem cum aliquo, ſi aliquid fiat. de Pro. 71 d, Facere pactionem cum aliquo de aliqua re. de Ar. 253 b, Clodius nefarias cum multis ſceleru pactiones ſocietatesq; conflauit. de Pro. 72 d, Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud actũ eſt, niſi pactiones pecuniarum cum tyrannis. pro Qu. R. 50 b, Roſcius cum Flauio de ſua parte fecit pactionem.

Pactor, ris. l. V. 246 b, Societatis pactores.

Pactum, cti. pactio, conuentum, conuentus, conditio. de In. 70 b, Pacta præſtant legib. ad Her. 10 d, Pactum præſtat iuri. At. 92 d, Pomptinus enim ex pacto & conuentu, nam ea lege exierat, iam à me diſceſſerat. Offic. 73 b, Regulus non debuit conditiones & pactiones bellicas perturbare periurio. I. V. 69 d, Manere conditione atq; pacto. de Orat. 118 d, Pacta, conuenta, ſtipulationes, pro Cec. 294 b, Pacti et conuẽti formula. de Vn. 97 b, Nullo pacto, nullo modo. et de Inu. 46 d, Alio pacto. et Ep. 163 b, Nulla conditione. de In. 70 b, Pactum eſt quod inter aliquos conuenit. Offic. 70 b, Pacta & promiſſa ſemper ne ſeruanda ſint, quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores ſolent dicere, facta ſunt.

Pactus, a, um. promiſſus. Offic. 73 b, Vt ſi prædonibus pactum pro capite precium non attuleris. Qu. Frat. 323 b, Magna inuidia ſunt conſules propter ſuſpicionem pactorum à candidatis præmiorum.

Pacuuius, uij. poeta tragicus. Orat. 200 d, Omnes apud hunc ornati elaboratiq; ſunt uerſus. & de Orat. 106 d, Teucer Pacuuij.

Pæan, nis. pes in uerſu, aut oratione, & hymnus. Græcè παιὰν, ᾶνος. de Or. 160 d, Pæã eſt duplex, aut ſic, - ∪∪∪, παιὰν - . & ibid. A' ſuperiore pæane. Or. 218 d, Aut ſic, ∪∪∪ - . & ibid. A' ſuperiore pæane. Or. 218 d, Aristoteles pæana, ut optimum probat, à quo diſſentio. de Or. 107 d, Pæanem aut munionem cantare. et Or. 215 b, aliter, Pæon, παιὼν, ῶνος.

Pædagogus, gi. etiam puellarum. At. 197 b, Et pædagogi probitas, & medici aſſiduitas, id me ſuſpicari uetat. Am. 110 d, Iſto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi. ad Her. 27 d, Conturbatus eſt adoleſcens, nec mirum, cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas uerſarentur.

Pæſtanus, a. At. 255, Pæſtanus ſinus.

Pæſtum, ſti. opp. Italiæ. At. 181 b.

Paganus, a, um. pro Dom. 228 d, Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani aut montani, qui non, &c. Pagani & montani conuenticula erant plebis Romanæ.

Pagella, læ. a. Extrema pagella pupugit me. et 179 d, Non imitor ἀκυρολογίαις tuum, altera iam pagella procedit.

Pagina,

Pagina, næ. altera ſolij pars. Orat. 200 b, Etenim ut ſcis quaſi in extrema pagina Phædri his uerbis loquens Socrates, adoleſcens, etc. At. 90 d, Quoniam reſpondi tuæ paginæ poſtremæ prima mea, nũc ad primam reuertar tuam. At. 76 b, Et ſi meam in eo parſimoniã huius pagi næ contractio ſignificat. 242 d, Epiſtolæ prior pagina. At. 216 b, Etenim hæc decantata erat fabula, ſed complere paginam uolui. Q. F. 301 d, Cum hanc paginam tenerẽ. L. Flauius ad me uenit. de Fi. 118 d, Vtrum igitur tibi uideor an totas paginas cõmouere. Ep. 258 d, Varie ſum affectus tuis literis, ualde priore pagina conturbatus, paulum altera recreatus. At. 89 b, Reſpõdebo primùm poſtremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ moleſtiæ fuit.

Paginula, læ. At. 59 b, Longæ paginulæ in codicillorum fãtis futurorum conſulum.

Pago, pagis, pepigi uel pegi, pactũ. paciſcor. pro Qu. R. 49 d, Die pactionem feciſſe, non pepigit. ad Her. 10 d, Ex pacto tuo eſt, ſi quid inter ſe pepigerunt, ſi quid inter quos conuenit. I. P. 87 d, Obtinuiſti prouinciam ijs finibus, quos lex cupiditatis tuæ, nõ quos lex generi tui pepigerat. Off. 70 b, Nec ab eo qui cum pepigerat impetret, ut, etc. de L. 167 b, Requiri placet terminos, quos Socrates pegit, ijs q; parere. ad Her. 10 d, Rem ubi pagunt, oratione pagunt.

Pagus, gi. uilla, curia. Qu. de Pet. 209 d, Collegium omnium pagorum, ui cinitatum.

Pala, læ. annuli pars plana & latior, in qua uel gemma includitur, uel ſignum aliquod inſculpitur. Off. 59 b, Is cũ palam annuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebatur, ipſe autem omnia uidebat.

Palæmon, onis. l. Leucothea.

Palæſtra, træ. gymnaſium. de In. 62 d, Illi ſtatim hominẽ duxerunt in palæſtram, atq; ei pueros oſtenderunt multos magna præditos dignitate. Orator. 198 d, Palæſtra adiuuat hiſtrionem. Or. 215 d, Numerus quaſi quandam palæſtram & extrema lineamenta orationi attulit. Or. 219 d, Motus hic habet palæſtram quandam. de Or. 91 b, Sed palæſtræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ atq; fori. At. 25 d, Palæſtra Palatina. I. V. 115 b, De palæſtra & palæſtritis. ad Her. 38 b, Non enim ut in palæſtra, qui tædas cadentes accipit, celerior eſt in curſu concurſuue quàm ille qui tradit: ita melior imperator nouus qui accipit exercitum, quàm ille qui decedit, propterea quòd defatigatus curſor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit.

Palæſtricè. palæſtritarum more. de Opt. 243 b, Palæſtricè ſaltare in Xyſto.

Palæſtricus, a, um. I. V. 119 b, Nunquam uos prætorem tam palæſtricum uidiſtis. Of. 26 d, Nam palæſtrici mores ſæpe ſunt odioſiores.

Palæſtrita, tæ. l. V. 115 b, Faciemus ut palæſtritæ negẽt ex teſtamento eſſe poſitas.

Palam. manifeſtè, apertè, in conſpectu, in oculis omnium, in ore atq; oculis omnium. (. Clàm, per præſtigia. I. V. 115 d, Quæ in foro palàm Syracuſis in ore atq; oculis omnium geſta ſunt. pro Cæl. 41 b, Palàm in eum tela iaciuntur, clàm ſubminiſtrãtur. Poſt. 206 d, Cuius primũ tempus ætatis palàm fuiſſet ad omnes libidines diuulgatum. I. P. 84 d, b, Cum arma in templũ Caſtoris luce ac palàm comportarẽtur. In Piſonẽ, 98 d, Stipendiũ mili-

tibus numeratũ eſt, menſis palàm propoſitis. I. A. 197 b, M. Antonius palàm ſecum habuit armatos. Itẽ: Non per præſtigias, ſed palàm totũ oppidũ compilauit. Of. 79 b, Luce palàm in foro ſaltare. pro Mil. 106 d, Palàm agere cœpit, apertè dicere, occidendũ Milonem. I. P. 81 b, Mitto enim domeſtica, hæc commemoro, quæ ſunt palàm. pro Fl. 160 d, Quæſitum & prolatum palàm nõ negas. Poſtq. 208 d, Nondũ palàm factum erat concidiſſe rem publicam, cum, etc. Or. 200 d, Non ex inſidijs, ſed apertè ac palàm facere aliquid. et I. V. 69 b, Aperte palamq; dicere aliquid. At. 257 d, Octauius rem gerit palàm. At. 210 b, Credo enim palàm factum eſſe. pro Cl. 22 d, A. Aurius in foro palàm, multis audientib. et clariſſima uoce, nomen Oppianici delaturum eſſe teſtatur. Aca. 4 d, Alterum quidem palàm, alterũ obſcurius. Ep. 2 d, Is palàm ſic egit cauſam tuam, ut, etc. I. V. 249 d, Palàm ante oculos omniũ eſſe. de Pro. 70 b, Hæc audacia, quam ille præſens in oculis ueſtris mẽtibuſq; deficit. At. 210 b, De Parſa etiam, ſi quid certius, credo enim palàm factum eſſe.

Palamedes, dis. Dux Græcus, in bello Troiano indignè proditus. Ad Her. li. 2. & Top.

Palatinus, a, um. At. 25 d, Palæſtra Palatina. pro S. R. 21 b, Ad balneas Palatinas. & pro Domo ſua, Vt etiam Palatinam tuam perderent.

Palatium, tij. mõs Romæ. pro Dom. 233 b, In Palatio atq; in pulcherrimo urbis loco. Antequàm. 196 b, et de Nat. 72 d, Iouis Statoris templum à Romulo in Palatij radice eſt collocatum. pro S. R. 49 d, Alter tibi deſcendit de Palatio & ædibus ſuis. I. C. 97 b, Nihil' ne te nocturnum præſidium Palatij mouet?

Palatus, ti. pars oris interior, ſuperiorq;, in qua ſenſus eſt guſtatus. alij autores palatum genere neutro uſurpant. de Fin. 69 b, Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. de Fin. 71 d, Voluptas, quæ palato percipitur, quæ auríb. de Nat. 35 b, Epicurus dum palato quid ſit optimũ iudicat, cœli palatũ, ut ait Ennius, nõ ſaſpexit.

Palea, læ. Para. 119 d, Auri nauem euertat gubernator an paleæ, in re aliquãtum, in gubernatoris inſcitia nihil intereſt. de Fi. 123 d, Gubernator æquè peccat, ſi palearum nauem euertit, et ſi auri. Item: Itaq; aurũ paleam ue portet, ad bene aut malè gubernandum nihil intereſt.

Palilia, orum. Feriæ XIII. Cal. Septembris, Romæ urbis natali conſecratæ, ut Varro & Ouidius teſtantur. lege Vmalia.

Palinodia. diæ. cõtraria cantio, retractatio. At. 57 b, Sub turpicula mihi uidebatur eſſe palinodia. & 105 d, Mihi autem nulla de eo palinodia detur, propter, etc. At. 28 d, Quarum expecta diuinam παλινῳδίαν.

Palinſeſtum, uel Palimpſeſtum, uel potius Palimpſeſtos, charta ſeu tabula, in qua cum aliquid ſcriptũ eſt, deleri abradiq; cõmodè poteſt, rurſus q; ſcribi. deletitiã Vlpianus Iuriſcõſultus uocat. Ep. 104 d, Nã quod in palinſeſto, laudo equidè parſimoniã, ſed miror qd in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc ſcribere.

Palla, læ. ueſtis genus, præſertim muliebris honeſta. I. A. 186 b, Qui cum palla & cothurnis nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat.

Palladium, dij. Palladis ſignum. pro Mil. 107 b, Exhibe quæſo librariũ illud legũ ueſtrarũ, quod te aiunt ex me dijs armis turbaq; nocturna tanquã Palladiũ ſuſtuliſſe.

Pallas, dis. Antequàm. 196 b, Tritonia armipotens, Gorgona, Pallas, Minerua. I. Gorgona. In Or. Vt nemo cui sancta manu doctissima Pallas, Solertẽ ipsa dedit fabricæ rationibus artẽ. Ep. 30 b, Idq; me puto non inuita Minerua esse facturum: quã quidẽ ego, si fortè de tuis sumpsero, non solùm Pallada, sed etiam Appiada nominabo.

Palleo, les. exalbesco, expallesco. I. A. 176 b, Sudat, pallet quidlibet, modò ne nauseet, faciat, &c. Ad Her. 13 b, Necesse est quoniam pallet, ægrotasse.

Palliatus, a, um. I. A. 197 a, Græcus iudex modò palliatus, modò togatus. pro R. P. 126 b, Is sæpe palliatus fuit, & aliqua habuit non Romani hominis insignia. Q. Fr. 319 d, Deniq; illi palliati, topiariam facere uidentur.

Palliolum, li. Tusc. 202 b, Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. prouerbium. Cæcilij.

Pallium. lij. amiculum. Pallium proprie Græcorum fuit, ut toga Romanorum. I. V. 212 b, Verres cum tunica pulla, & pallio. et 242 d, et 253 b, Iste cum pallio purpureo tunicaq; talari. de Or. 154 b, Hippias gloriatus est, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. pro R. P. 127 d, Consularis homo soccos habuit & pallium. et 126 b, Aut pallium sumendum Alexandriæ, aut omnes fortunæ abijciendæ, si togam retinuisset. de D. 138 d, Amica corpus eius texit suo pallio. de N. 76 b, Dionysius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere, eiq; laneum iniecit pallium.

Pallor, oris. Tusc. 313 d, Ex quo fit, ut terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. & Ac. 13 d, Nihil interesset, qui distingueretur tremor ille & pallor. pro Fla. 148 d, Magno cum tremore & pallore aliquid dicere.

Palma, mæ. manus pars interior. de Fin. 67 b, Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat. & Or. 207 d, Cum autem manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Off. 59 b, Is cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebatur, ipse autem omnia uidebat. In Ara. Hanc dextram Cephei dextro pede pellere palmam Gestit.

Palma. uictoria, laus, principatus alicuius rei. de Orator. 156 d, Si quærimus quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. de Or. 129 b, Miror te non huius rei palmam ut cæterarũ, Crasso detulisse. I. A. 159 b, Nisi fortè Actio tum plaudi, & palmam dari putabatis. de Cl. 180 d, In quadrigis, qui palmã iam primus acceperit. At. 62 b, Ne diutius pendeas, palmam tulit. Antequàm. 197 b, Habeant hanc palmã ex innocentis cruore. de Sen. 80 b, Quam palmam utinam dij immortales tibi Scipio referuent. pro S. R. 21 d, Alter plurimarum palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur. & I. A. 233 d, Sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis. pro S. R. 35 d, Multæ sunt infames palmæ, hæc prima tamen est lemniscata.

Palma. arbor nobilis, quæ contra pondus nititur, & potius in alteram curuatur partem: hinc uictoriæ, fortitudinisq; insigne sumptum est. I. V. 253 d, Palmarum agrestiũ multitudo in Sicilia. de L. 156 d, Vlysses Deli se proceram & teneram palmam uidisse dixit.

Palmaris, re. id est, cui palma uictoriaq; datur. I. A. 208 d, Sed illa statua palmaris, de qua, &c. & de N. 6 d, Sed illa palmaris quidem, scilicet sententia philosophorum.

Palpor, aris. adulor, blandior. Ep. 165 b, Palparer planè necesse erat, si uellem, &c. Pollionis.

Palpebræ, arum. de N. 34 b, Palpebræ, quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem. & 55 d, Munitæq; sunt palpebræ tanquam uallo pilorum. In P. 88 b, M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris uigilando necauerunt.

Palpito, as palpitare, est moueri & exilire, sed motu frequenti & leni. de N. 30 b, Cum cor animantis euulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur ignea celeritatẽ.

Paltos. Syriæ opp. Ep. 189 b, Cassij.

Paludatus, a, um. paludamento ornatus. I. Chlamys. In P. 86 d, Consul proficiscens paludatus in prouinciam. & pro Sest. 29 d, Exierunt duo Vulturij paludati. et Epist. 120 d, Att. 16 b, Crassum minore dignitate aiunt profectum paludatum.

Palus, li lignum in terra infixum, & patibuli genus. I. V. 237 b, Damnati producuntur, & ad palum alligantur.

Palus, paludis. I. A. 295 b, Ille paludes siccare uoluit. contra Rull. 76 d, Mithridates Mæotì & illis paludibus defenditur. & 80 b, Postq. 202 b, Arenam aliquam aut paludes emere.

Pamphylia. regio in minori Asia. In Ver. 149. de Diuin. 80, & Fam. lib. 8.

Pamphylij. pop. in Asia. de D. 85 b.

Pamphylius, a, At. 82 d, Forum Pamphylium.

Pampinus, ni. folium uitis. de Sen. 88 d, et Tusc. 162 b, Vua uestita pampinis, nec modico tempore calet, & nimios solis defendit ardores.

Pan, nis. pastorum deus. Verg. in Buc. Pan curat oues, ouiumq; magistros. de N. 79 b, Ex Mercurio & Penelopa Pana natum ferunt.

Panathenaicus. Isocratis oratio de rebus gestis Athenensium, sic appellata à ludis Quinquatrijs, quæ Panathenæa uocabantur. Or. 200 b, Panathenaico Isocrates ea se consectatum fatetur.

Panchrestus, a, um. optimus, utilissimus. I. V. 181 b, Panchrestum medicamentum.

Pando, dis. aperio. Tusc. 243 d, Alia autẽ diuina illa longè lateq; se pandant, cœlũq; contingãt: id est, bona animi. Tusc. 211 d, Quærebam igitur, utrum panderem uela orationis statim, an, &c. et Tusc. 174 b, Quò utinam passis uelis peruehi liceat. In Ar. Omnis iam pãditur hydra. ebib. Non secum medium pandet Nepa, &c. I. Præpando.

Panegyricus. laudatio, uel suasio, uel concio in conuentu habita. Or. 200 d, Tales suasiones, qualem Isocrates fecit Panegyricum. de Cl. 170 d, Mortuorum laudationes. & ib. Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior.

πανήγυρις, conuentus. At. 8 b, Erat in eo ipso loco illo die nundinarum **πανήγυρις**.

Pango, is. compono, condo. scribo. Ep. 263 b, An pangis aliquid Sophocleum? ac opus appareat. Att. 30 b, Depangendo quod me adhortaris, fieri nihil potest. Att. 19 b, Condere poema. Qu. Fr. 325 b, Nec sanè satis commodeor animo ad ea quæ uis canenda. Att. 16 d, Itaq; **αὐτὰ** quæ tibi uni legamus, pangentur.

πανυπὸρ, quidam inanis metus. pro Cæl. 452 d, Attic. 351 d, De Ventidio **πανυπὸρ** puto. & 223 d, **πανυπὸρ** certè, scripsisses enim.

Panis,

Panis, nis. I. P. 94 d, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propola atq; decupa. pro Cl. 53 d, Oppianicum ueneno esse necatum, quod ei datum sit in pane. & Tusc. 147 d, Cùm Ptolemæo peregranti Aegyptum comitibus non consecutis cibarius in casa panis esset, nihil uisum est illo pane iucundius.

Paniscus, sci. de Na. 68 d, Nymphæ deæ, Panisci & Satyri. de D. 85 d, & 118 b, In Chiorum lapidicinis saxo dissiso caput extitisse Panisci.

Pannosus, a, um. malè uestitus, sordidatus. At. 56 b, Panni pannosi, sine laterna.

Panormitanus. I. V. 132 b.

Panormus. urbs Siciliæ. I. V. 121 b, At. 119.

Panthera, ræ. bestia maculosa, cuius mas, pardus appellatur. de N. 18 b, Leones & pantheras esse. & 51 d, Pantheræ in Barbaria, uenenata carne capiuntur.

Paphlagonia regio. contra Rul. 62.

Paphos. urbs. I. A. 168.

Paphij. pop. Ep. 122.

Par, ris. parilis, æqualis, æquus, similis, communis, iugum, socius alicuius rei. de Inu. 70 b, Par est, quod inter omnes æquale est. Ora. 208 d, Oratio par & æqualis rebus ipsis. de N. 57 d, Vita beata par & similis deorum. Or. 218 d, Iambus par chorei: sed spacio par, nõ syllabis. Par. 230 d, Ex comparatione parium. de Or. 124 d, Ex pari, sic, &c. Top. 222 b, Quod in re pari ualet, ualeat in hac, quæ par est. de L. 188 d, Omnia in sima summis paria fecit. de N. 12 d, Vt omnia omnibus, paribus paria respondeant. **ἰσονομία**. de Or. 160 d, Paria esse debent extrema primis. de Ora. 162 b, Aut quæ paribus paria referũtur. & Ep. 15 d, Par pari referre. prouerbium. de Inu. 62 b, Si par in nobis, atq; in illo scientia fuisset. de Cl. 168 b, Omnia fuisse in Themistocle paria & Coriolano. de Or. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales et pares. et 105 b, Constituere duas artes inter se pares et eiusdẽ socias dignitatis. de Cl. 184 b, Quædã sunt mihi paria cũ illo, quædam superiora. ad Her. 7 d, Si nõ poterit per utiũ cum causa reperire, reperiat dispar. Or. 200 b, Vt uerba uerbis quasi dimensa & paria respondeant. de Am. 109 d, In amicitia superior, par est inferiori. I. A. 159 d, Libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate. de Fin. 66 b, Verbum latinum par græco & idem ualens. Epi. 60 d, Mutuum animus in amicitia est, cũ par uoluntas accipitur, & redditur. Tusc. 148 d, Respondere suis maioribus, & parem esse eisdem. Ep. 66 b, In reliquis rebus tuis pari me studio ergate, & eadem uoluntate esse cognosces. Ep. 204 d, Pro pari inter nos & mutua beneuolẽtia. At. 262 d, Tua uoluntas erga me par atq; mutua. Ac. 9 b, Stellarũ numerus par an impar sit, nescitur. & 224 d, Officia paria & mutua. At. 88 b, Habes ad omnia, nõ ut postulasti **χρῦσεα αὐτὶ χαλκείων**, sed paria parib. respõdeatur. pro Pl. 264 b, Aliquis alicui omni uirtute & laude par. Parad. 117 b, Reges sunt omnes pares inter se præter Superbũ. de Ora. 106 d, Ille cũ disserẽdo par esse nõ posset, &c. & pro Fõ. 281 d, Esse parem alicui belligerando. de Or. 90 b, Poeta oratori multis ornãdi generibus socius, ac penè par. Of. 25 d, Æquo & pari iure cũ cæteris uiuere. de N. 60 d, Neq; enim mihi par ratio cũ Lucilio est ac tecũ fuit. pro Cæl. 55 d, Ingenium minimè

uolũtati par. de D. 81 d, Cratippus, quẽ ego parem summis Peripateticis iudico. pro Plan. 271 b, Honorum gradus summis hominib. & infimis sunt pares, gloriæ dispares. pro Li. 141 d, Mihi omnia paria cum illo sunt. de L. 193 d, Noxiæ pœna par esto. Att. 130 d, Nos difficilia manu, pares aduersarijs esse nõ possumus. At. 130 b, Distracti pares aduersarijs esse non possumus. pro Pom. 14 d, Hi nullo in loco pares iam prædonibus esse poterant. & de Sen. 78 d, Pares cum paribus, ueteri prouerbio, facillimè congregantur. de Ora. 128 d, Inuident autem hominesparibus & inferioribus, sed etiam superiorib. imuidetur. ad Her. 36 b, In æquos & pares fastidiosus. I. P. 81 d, Q. Metellus, cuius paucos pares hæc ciuitas tulit. Post quam. 207 b, Tu es ausus in circo Flaminio productus cum illo tuo pari dicere, te semper misericordem fuisse? Altic. 260 d, Duo pares æquè inter se, de Amic. 98 b, Ex omnibus seculis uix tria aut quatuor nominãtur paria amicorũ. pro Dom. 218 b, Quod enim par amicitiæ fuit unquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Pompeius? pro Dom. 237 d, Atq; hanc rem par illud simile Piso & Gabinius uidit. I. P. 85 b, Vter perisset in eiusmodi pari, lucrũ fieri putabat. de Opt. 244 b, Gladiatorum par nobilissimum. I. A. 229 d, T. Plancus, cæteriq; pares id agunt. In An. 230 b, Ecce tibi geminum in scelere par inusitatum, &c. de Cl. 175 b, Graechus si uixisset, eloquẽtia nescio an habuisset parem neminem. I. V. 118 d, Scyphorum paria complura.

Par est. decet, æquum est. de Diuin. 132 d, Casum prælij omnes timebamus, sed ita ut constantib. hominibus par est, non apertè. pro Mur. 127 d, His rebus fretum ad cõsulatus petitionem aggredi par est. & ib. Paria esse ista cognosces in L. Murena. Att. 143, Dubito quid me facere par sit. de Amic. 111 d, Par est autem, primum ipsum esse bonum, deinde, &c. Epi. 179 b, Quibus tu, ut par erat, restitisti. I. V. 237 d, Statim, ut par fuit, cõprehẽsio sunt. pro Rab. 97 d, Quod ei præmium dari par fuisset? Or. 197 d, Sed par est, omnes omnia experiri. At. 246 b, Tu uerò quicquid erit quod me scire par sit, statim, etc. Of. 50 b, Sic par est agere cum ciuibus. de Le. 171 b, Ex quo intelligi par est, eos qui, &c.

Parabilis, le. paratus, facilis inuentu & paratu. de Finib. 58 b, Ipsa natura diuitias, quibus contenta est, & parabiles & terminatas habet. Tusc. 246 b, Diuitias naturæ parabiles.

Paradoxa. de Fi. 123 d, Hæc paradoxa illi, nos admirabilia dicamus. & Aca. 34 b, Illa mirabilia Stoicorum, quæ **παραδόξα** nominantur. Para. 116 d, Quæ quia sunt admirabilia, contraq; opinionem omnium, ab ipsis etiam **παράδοξα** appellantur.

Paralysis, sis. resolutio neruorũ, ut Cor. Celsus interpretatur. Att. 259 b, Quid est quod audiui de Bruto? Pyliam **παραλῦσαι παραλῦσαι**, te scripsisse aiebat.

Parasitus, ti. omnium mẽsarum assecla. de Am. 114 b, Assentatio parasitorum in comœdijs facetà uidetur. Epi. 14 b, Dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suadeat militi.

Parate. adu. de Cla. 187 d, Is tamen ad dicendum ueniebat magis audacter quàm paratè.

Paratius. aduerbium. de Or. 97 d, Quamobrẽ in istis ipsis exercitationibus, etsi utile est, etiã subitò sæpe dicere, tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,tamẽ illud utilius, sumpto spacio ad cogitandum paratius atq; accuratius dicere.

Paratus,a,um. instructus,armatus,promptus,expeditus, præstò.I.V. 61 a, Quo paratior ad usum forensem prõptiorq; esse possem. & 67 b,Paratus atq; instructus,ad iudicium uenit. pro Qu. 7 a, Cum paratus meditatusq; uenisses.& I.V.112 a,& ad Herẽ. 26 b, Paratior instructiorq; ueniret.de N. 60 a,Spero te,ut soles,bene paratum uenire.& I.A.183 a,Antonius instructus paratusq; uenit.de Or.88 a, Gracchi omnib.uel naturæ uel doctrinæ præsidijs ad dicendum parati.de Or.119 a,Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atq; expeditos habere debetis. Or.198 b, Alij ad permouendos animos instructi & parati.& pro Ce. 288 a,Paratus ad hoc munus.de Cla.178 a,Prõpta & parata in respõdendo celeritas.Tus.220 a,Fortitudo satis est instructa, armata,parata per sese.Item: Nec desiderat iracũdiam aduocatam. de Or.123 b, Vt habeãt paratum quid quaq; de re dicãt. Qu.de Pet.208 a,Iis fac,ut propositũ ac paratum auxilium tuum esse uideatur. de Cla.177 b, Qu.Scæuola in iure paratissimus.& ib.a,Non satis paratus ad cauendũ fui.pro Mil.106 a,Homo ad omne facinus paratissimus.de Am.114 b,Cum alter ad mentiendum paratus est. contra Rul.82 a,Ad uim promptus,ad seditionem paratus,expeditus ad cædem. Of.44 a,Deinde consuetudine beneficẽtiæ parationes erunt, & tãquã exercitationes ad bene de multis promerendum.& ibi. Ad idem semper expectandum paratior.pro Sest.10 b, Consensu bonorum omnium tam parato,tota deniq; Italia ad omnem contentionem expedita.pro Q 24,Si id quod parati sunt facere, mihi nocuerint. Epist.69 b, Paratus cõtra fortunã.Epist. 220 a,Paratus ab exercitu. & 148 a,Paratus ab omni re.& 148 b,et 174 a,Paratus animo. ad Att.105 a, Cum bene parato pugnare.ad At.138 a,Domitius paratus ad nauigandum.ad At.249 a,Ego hunc paratum uideo peditatu,equitatu. de Legib. 183 b, Sed fuit hic uir, & ciuis,& reipub.maximè,tuẽdæq; ciuitatis paratissimus. Paratus.)(Imparatus.pro Mil. 112 a, Imparatum in paratos incidere.

Parcæ, arum. de N.68 b,Parcæ deæ sunt,quas Erebo & Nocte natas ferũt.Item, Parcæ Hesperides,sorores Aetheris & Diei.

Parcè.restrictè.Epi. 16 b, Etenim id feci parcè & molliter.Offi. 21 b,Parcè, continenter,sobriè; uiuere.de Fi. 73 a, Nec cur id tam parcè tamq; restrictè faciant, intelligo.& Epist. 85 a,Scripsi de te parcè & timidè.pro Mu.131 a, Itaq; si satis profecissem,parcius de eius laude dicerem. pro Fla.151 a,Maiores nostri minimo contenti,tenuissimo cultu uiuebant.

Parco, cis. ignosco,cõcedo,remitto, condono,ueniam do, tempero, impunitatem do, impunitũ scelus fero, faceo. pro Quin.9 b, Viri boni malunt commemorare,se cum perdere possent, pepercisse, quàm cũ parcere possent, perdidisse.Epist.56 a,Cui inimici propter dignitatẽ pepercerant, inuentus est amicus,qui ei mortem afferret. pro Mi.119 b,et I.V.90 a,Parcere alicui,& Parcere alicui scelerato : id est,ignoscere. I.A.172 a,Omnes mihi censebant parci oportere. I.V.128 a,Pater flens unumquemque rogabat,ut filio suo parceret. Attic.117 b,Nec sum miratus eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis

membris nõ parcere.pro Cæl.46 b,Pareat iuuẽtus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam.pro Rab.92 a,Hunc nec suæ nec alienæ pudicitiæ pepercisse.de Ora.130 b,Parcendum est maximè charitati hominũ, ne temerè in eos dicas,qui diliguntur.pro Quin.7 a,Parcere auribus alicuius.de Or.158 a,Auribus consuetudinis parcẽdum. de Orat. 129 a,Crassus parcebat aduersarij dignitati,in quo ipse seruabat suam.& Or. 205 a,Parcet & amicitijs & dignitatibus.I.V. 228 a,Itaq; Marcellus ædificijs omnib. pepercit.Ep.207 a, Te rogo ut Albinio parcas, & prædia eius ne attimgas.de Ar.257 b,& pro Cl.53 a, b, Quis minus unquã pepercit hostiũ castris, quàm hic omnibus corporis sui partibus:pro Plan.277 b,Ego fateor, quòd uiderim mihi auxilium nõ deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse.Epist.258 a,Te rogo,sumptui ne parcas ulla in re.Epi.215 a,Sed tamen non parcam operæ.Ep.179 b, Quem cum õbiurgarem,quòd parum ualetudini parceret,tum ille,& c.

Parcus,a,um. paruo contentus,diligens,restrictus,tenax. de Ora.135 b,Cum optimus colonus,parcissimus,frugalissimus esset. pro Cæl. 45 a, Pater parcus & tenax.de Nat.74 b,Postremò à parco patre,quod sumas,quanto dissipas libentius.pro Cor. 65 a,M. Crassus uel nimium parcus in largiẽda ciuitate.& Or.204 a,In transferẽdis uerbis uerecundus & parcus.& ib.b,Nõ parcus solum,sed elegans.ad He.35 a,Homo prodigus & luxuriosus.)(Parcus et diligẽs. de Am.112 a, Quàm paruo cõtentũ tenuis uictus cultusq; delectat.de Cl. 177 b,Crassus erat elegantium parcissimus, Scæuola parcorum elegantissimus.

Paridij.pop.I.V.211.

Parens,tis.pater & mater.Postq.204 a, Parẽtes charissimos habere debemus,quòd ab ijs uitã,patrimoniũ,libertas,ciuitas tradita est.I. V. 260 a,Idq; postremũ parentes suos liberi orabant. & 257 b,Veniunt Syracusas parentes propinquiq; miserorum adolescẽtium.& 264 a, Hæc si tibi tuus parens diceret. pro Syl.182 b,Parens tuus Torquate,& c.Epist.65 a,Me sicut alterum parentem & obseruat & diligit.de In.21 a, Si ad senes,de patrib.aut parentib.cogitent. de Finib.64 a,Socrates,qui philosophiæ parens iure dici potest.de Or. 85 b,Philosophia bonarũ artiũ omnium procreatrix quædam & quasi parens, de Vniu.202 a, Horũ operum ego parens effectorq; sum. Att.143 a,Cum parẽtes nõ alere nefariũ sit,nostri principes antiquissimam & sanctissimam parentem patriam fame necandam putant.& de Leg.168 a,Earum rerum parens est educatrix; sapientia.

Parentium pro parentũ Cicero in genitiuo,rationis memor sæpe dicit: teste Charisio lib.1.

Parentalia,orum.iusta & conuiuia quæ in funere parẽtum & coniunctorum exhibentur.I.A.155 a, An me cẽsetis decreturum fuisse,ut parentalia cum supplicationibus miscerentur.

Parento,as.iusta soluo, funus duco,funus induco.pro Fl. 164 a,Litemus igitur Lentulo,parentemus Cethego.de L. 181 a, Hostia maxima parẽtari pietatis esse adiunctũ putabat.I.A.155 b,Vt cuius sepulchrum nusquam exteat, ibi parẽtetur,ei publicè supplicetur.I.A.254 b,Nõ Dolabella prius imperatori suo, quàm Antonius etiã collegæ parentasset.

Pareo,

Pareo,res.obedio,obtempero, dicto audiẽs sum,in legem iuro.Tus. 235 a,Sapiens parebit,et obediet præcepto illi ueteri,& c.& de Fi. 64,His parendum non est.de N. 5 b,Obedire & parẽre uoluntati architecti.Orat.216 b, Numeri in quibus quasi necessitati parẽre cogimur. Of. 41 a,Latronum leges esse dicuntur,quibus pareãt,quas obseruent. In Anton. 209 b, Non ut pareret, & dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret, leges imponeret.& cæt. Attic.36 a,Timeo ne ille dolori atque iracundiæ pareat.Attic.128 b,Parẽre consilijs alicuius.

Parẽre. pro apparere.pro Quint.R.45 b,Non habere se hoc nomen in codice accepti et expensi relatum,cõstitutum, sed in aduersarijs parẽre contendit.Sic legendũ putat uir singularis diligentiæ Paulus Manutius,cum aliàs patẽre legeretur.Huc fortassis etiam illud ex Philip. 2.pag. 178 a, Vbi est septies millies sestertium, quod in tabulis quæ sunt ad Opis parebat.

Parianus,a.Ep. 223 b,Pariana ciuitas.

Paricida, dæ. primùm,qui parentem occidit:deinde legem Pompeia, qui propinquum quemuis : postremò Numæ Pompilij lege,qui liberum hominem morti sciens dedevit.Patriæ etiam oppressor, aut proditor, paricida iure uocatur:quia patria,parens uniuscuiusq; est. Attic. 277 a, Audiuimus eum uenisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ,custodiriq; ut paricidam.pro Deio,218 b, Quid de me quod tulisse te dicis, paricida,fratricida, sororicida,nonne extra ordinẽ tulistis?Ep. 184 b,Vt nõ modò sicarij, sed etiã paricidæ iudicemini.pro S.R.30 a,& 23 b,Paricidas insui uoluerunt in culeũ uiuos,atq; ita in flumẽ deijci.I.C.103 b,Paricida ciuiũ interfectus. Parad.120 a,Paricidam esse qui patrem necauit.I.A.116 b, Fateor nos pluscuã sicarios,pluscuã homicidas,plus etiam quàm paricidas esse:si quidem est atrocius patriæ parentem quàm suum occidere. l. Clepo,& Patricida.

Paricidium,dij.I.V.60 b, Ciuem Romanũ prope paricidium necari.de Inuen.69 a,Cum uenefici cuiusdam nomen esset delatũ, & quia paricidij causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum.et ibi. Cũ de nece parentis nihil demonstratum sit, indignum facinus esse,ea pœna afficere eum, qua paricidæ afficiuntur.pro Dom. 20 a,Hoc dico esse paricidium. pro Cluen.23 b,Fraternum paricidium. I. A.163 b,Paricidium patriæ.I.A.187 a,Hic de patris et patrui paricidio cogitauit.I.A.137 a, Qui nefario se patriæ paricidio obstrinxit.

Paries,tis, maceria, priuatus murus, quo domus à domo distinguitur.Top.222 a,Paries directus,solidus,uel fornicatus.Ep.58 b, Nihil mihi imtra meos parietes tutum. I.V. 228 b,& de Or.228 b, Interiores tẽpli parietes.& de Or.131 a,In omnibus parietib.esse literas,tria L L L, &c.pro Mi.116 a,Ducere parietem per uestibulum alterius.Par. 121 a,Cum parietes disturbabas.I.V.31 a,Lineæ parietes in adolescentia perfoderis.

Parietinæ,arum.parietum reliquiæ.Epist.202 b,Epicuri parietinam nescio quid.& Tusc.ul.lib.3 b,Aspectæ parietinæ.

Parilia, orum.dies festus,quo urbs Roma condita est.Att. 129 b,& de D.128 b.

Parilis,le.par,similis.In Arat.Consimili specie stellas parilique colore.

Pario,ris.& parior pareris.gigno,procreo,partum edo, acquiro.de Or. 163 b,Mulier grauida expletis iam ferè ad pariendum mensibus.de Or. 133 b,Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram.et Epistol.50 a, Vt ea liberos ex sese pareret. Aca.15 a,Hi cum ouum inspexerant, quæ id gallina peperisset,dicere solebant.de N.1 b,Fruges & reliqua quæ terra pariat.& ibid. Omnia quæ terra gignat. I. C.102 a,Ad hanc te dementiam natura peperit.& Tusc.ul. 228 b, Tu urbes peperisti.ad Heren.25 a,Parere,proferre,gignere.& de Ora.141 b, Ars non totum aliquid parit & procreat.Orat.207 a, Postea dialectici spinosiora multa pepererunt. I.C.118 a,Dũmodo meis laborib. populo Romano dignitas salusq; pariatur.& Ep.146 b, Victoria pax parienda est. pro Syl.170 b, Tum afflicto P.Sylla cõsulatus uobis pariebatur sicuti partus est. Off.39 a,Hæc quibus reb.pariuntur à singulis, eisdem ferè à multitudine.I.A.173 a, Malè parta,malè dilabuntur.

Paris, dis. Oct. 330 a, At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant , qui uastares urbem incendio , Italiam bello.

Pariter.simul,similiter,æqualiter,æquè,uicissim.de D.115 a,Conchilijs omnib.contingit,ut cum luna crescant pariter,pariterq; decrescant.de Ora.143 b,Vt ille qui hæc non uidit,& uixisse cum republica pariter,& cum illa simul extinctus esse uideatur.Tus.153 a,Pariter cum uita sensus amittitur. Off. 42 b,Tua laus pariter cum republica cecidit.Tus.174 a, Animus uoluptatem pariter cum corpore percipit.de Se.87 b,Studia doctrinæ,quæ pariter cum ætate crescũt. Antequàm. 196 b,Ferte opẽ pariter reipublicæ, cunctæq; ciuitati,meisq; fortunis.de Finib.63 a,Nam & lætamur amicorum lætitia æquè ac nostra, & pariter dolemus angoribus. Offi.39 a,Sed ea non pariter omnes egemus. Or.200 b, Vt pariter extrema terminentur. contra Rul. 82 a,Et quem pariter,qui iter faciunt,uestrum esse audiunt. I.V.271 b, Siculi mecũ pariter molestè ferunt. & ad Heren.16 a,Pariter nobiscum.Postquam.212 a,Respublica me secum pariter reportauit. Am. 106 b, Vt nostra in amicos benemolentia, illorũ erga nos beneuolẽtiæ pariter æqualiterq; respõdeat. Par.124 b, Qui domi tuæ uidet pariter atq; accusatorum atq; iudicum consociatos greges.

Parma,mæ.urbs Italiæ.I.C. 260 a, Quæ enim in urbe tam immanis Annibal capta, quàm in Parma subrepta Antonius.

Parmensis.se.I.A.256 b.bis.

Paro,as.apparo,comparo,orno,adorno,instituo,instruo, molior,munio,uiam munio. Ora.208 a, In quo aut concilietur auditor, aut erigatur,aut paret se ad audiendũ. Epi.8 a, Huc te para, hæc cogita.In Sal.273 b, Qui mihi parare putasti inuidiam ex mea re familiari.Epistol. 19 b,Est enim tibi grauis aduersaria constituta,& parata incredibilis quædam expectatio.pro Cec. 296 b, Armatos uere appellamus,qui scutis telisq; parati ornatiq; sunt. I.V.214 a, Instruere & parare conuiuium. At.101 a, Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare.& pro Fl.161 a, Agros sibi usquam parare.

Paro. onis. nauigiũ pirataram.Cicero: Tunc se fluctigero tradit,mandatq; paroni.& alibi,Paroneulis ad litus ludit celerib.Isidorus Etymolog. lib.19. cap.1.

Patro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parochus, chi. publicus curator ministerij, qui peregrinis reipub. nomine munera, atq; alia necessaria procurabat. Att. 205 b, Ariarthe omnino Sestius parochus publicus occupauit, quod quidem facile patior, &c. legitur etiam Parochijs: id est, præbitionibus & munerib. publicis.

Παρονομασία. l. Annominatio.

Pars, tis. membrum. de Inu. 49 b, & 51 b, Genus est, quod plures ampl. ct. tur partes: ut animal. pars est, quæ subest generi: ut equus. de Or. 100 b, Partes sunt, quæ generib ijs ex quibus emanant, subijciuntur. de Or. 94 a, Res aliquas uerbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. de Fi. 97 b, Omnes hæ sunt genere quatuor, partibus plures. de Na. 3 b, Omnes partes philosophiæ, atq; omnia membra tum facillimè noscuntur, cum totæ quæstiones scribendo explicantur. de Or. 140 a, Virtus habet plures partes, quarum, &c. de Or. 116 a, Deinde faciunt quinq; quasi membra eloquentiæ. de Or. 141 b, Traducta ex parte ad genus notatio.

Partes uariè usurpatæ. de Or. 142 b, Quis Antonio permisit, ut partes faceret & utram uellet prior ipse sumeret? Att. 197 b, Is partes fecit in ripa nescio quoternorũ iugerum. pro Quin. Ros. 54 a, Vt socius in societate habet partem, sic cohæres in hæreditate habet partẽ. l. V. 253 a, Quibus illi urbis suæ partẽ ademerunt, ijs tu nostri imperij partem dedisti. pro Cec. 287 a, Mulieres in partem uocatæ sunt. & ibi. Ei partem bonorum matorem legauit. pro Dom. 243 a, Vrbis partes celeberrimæ & maximæ, ut forum, curia, &c.

Pars. pro factione. Off. 28 b, Studiosè plerique, præsertim in hac parte, facta principum imitantur. Attic. 120 b, Quòd plura in ea parte uerba fecerim. de Fimb. 98 a, Quis nõ multis partib. malit, etc. At. 119 b, In hac parte hæc sunt, ut te nũc quæ sunt in altera Ep. 159 b, Si Africanæ legiões celeriter uenerint, securos uos ab hac parte reddam. Epi. 125 b, Vtinam aut non in ista parte Appius, aut non in hac Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc perditã causam imposuit. Att. 140 a, Cum eadẽ metuam ab hac parte, si illinc beneficiũ non sit, rectius putẽ quiduis domi perpeti. I. C. 109 b, Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. ad Brut. 91 b, Vir bonarum in republica partium. I. A. 200 b, Nam nũc quidem partium cõtentionem esse dicitat. quarum partium alteri uicti sunt, alteri sunt è medijs C. Cæsaris partibus. Epist. 163 a, Non licet mihi nullius partis esse, quia utrobique inimicos habeo. pro Quin. 12 b, Erat, inquit, illarũ partium. quid ni, qui, &c. I. A 212 a, Periculum quod offendit animos maioris partis hominum magis. pro Cor. 59 a, Cum magna pars, &c. cont. Rul. 81 a, Omnib. uobis, aut maiori uestrũm parti, contra Rul. 70 b, Qui maiorem partẽ populi suffragijs priuauit. & 69 b, Vt minor pars populi uocaretur. Att. 255 a, Si quidem similes maioris partis oratorum futuri sumus. de Or. 310 a, Scæuolam dicere aiebat, bonã partem sermonis in hũc diem esse dilatam.

Ex parte, maiore, minore, et alia. de D. 113 a, In eo senatu quẽ maiore ex parte cooptasset. pro Cl. 31 b, Hæc enim ille, et aliqua ex parte babebat, et maiore ex parte habere se simulabat. pro D. 220 b, Itaq; populus Romanus breui tẽpore neq; Salios habebit, neq; ex parte dimidia

reliquos sacerdotes. pro Mu. 134 d, Quæstio peculatus ex altera parte lachrymarum, ex altera cathenarum. de Som. 129 b, Extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè sonant. & ibi. & 130 b, Cœli uerticibus ex utraq; parte subnixi. Of. 62 b, Mundus ex quadam parte mortalis, ex altera autem parte, etc. de D. 115 a, Caput ieconis ex omni parte diligentissimè cõsiderant. & ib. Semina malorum in contrarias partes se uertunt. de Ar. 245 b, Vestræ domus multo maximæ ex parte sunt liberæ religione. Of. 27 b, Magna autem ex parte clementi castigatione licet uti. Orat. 207 a, Rhetorica quasi ex altera parte respondet dialecticæ. pro Quin. R. 50 b, Qui ager neq; uillã habuit, neq; ulla ex parte fuit cultus. pro Cec. 292 a, Si ulla ex parte hæc sententia infirmata fuerit. pro Quin. R. 49 b, Is seruus ex qua parte erat Fannij, nõ erat HS. LIII. ex qua parte erat Roscij, amplius erat HS. CCC LIII. de L. 180 b, Si quis de hæredib. exegisset pro sua parte, id quod, &c. Quin. Fra. 329 b, Ex parte gaudeo. Att. 102 a, Etsi ex parte magna tibi assentior. Epist. 71 a, Ex omnibus partib. amor tuus mihi se ostẽdit. Epist. 29 b, & 133 a, & de Fimib. 133 b, Tua laus ex aliqua parte fuerit. Ep. 169 b, Ex magna parte communi consulere. pro Fl. 154 b, Flaccus bellum Cretẽse modo inseruieris. pro Fl. 154 b, Flaccus bellum Cretẽse magna ex parte gessit. Tusc. 148 a, Aut omnino aut magna ex parte liberatus. Tuscul. 229 a, Tibi nos ut antea magna ex parte, sic nũc penitus totos; q; tradidimus. Acca. 10 b, Si magna ex parte quidem ad uerum ipsum, aut quàm proximè accedunt. et 11 a, Si ex omni parte eiusdẽ modi sint. Epist. 146 a, Ex maxima parte. Tuscul. 332 b, Ex maiore parte pleraq; res nominari. & 233 a, Ex maiori parte unamquamq; rem appellari speciarius dicit. Tusc. 245 a, Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Orat. 214 a, Quod ab ijs uerè quadam ex parte, non totum dicitur.

Magnam partem, et alia sine præpositione. de Diuin. 93 a, Cum magnam partem noctis uigilasses. Epist. 134 b, & Tusc. 211 a, Non omnino quidem, sed magnam partem. pro Pon. 178 b, In rebus iudicandis, ad unamquamque rem ponderandam, non minimam partem sapientia iudicis tenet. Or. 215 b, Magnam partem ex iambis nostra constat oratio. In Verrem, 212 a, Maiorem partem diei sedere alicubi. Epist. 119 b, Amabote, hoc cura. Solles libenter, ut ego maiorem partem nihil curare. Offic. 5 b, Maximam autem partem ad iniuriam faciẽdam eggrediuntur nonnulli, ut, &c. Tusc. 211 a, Stoici magnam partem in his partibus occupati sunt. Attic. 225 a, Remis magnam partem: id est, nauigant. Postquam 198 b, Nam mulieres filijq; parui, etc. itinerib. necessarijs, aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Epist. 47 a, Etsi abfui magnam partem consulatus tui. pro S. R. 35 a, Nullam partem noctis requiescere.

In utramque partem, et alia id genus. At. 248 b, Permulta mihi de nostro itinere in utramq; partem occurrunt. de D. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerũt. de Or. 128 b, Omnium rerum in cõtrarias partes facultas ex ijsdẽ suppeditatur locis. Off. 36 b, Magna uis est in fortuna in utrãq; partẽ, uel ad secundas res, uel aduersas. & ibi. Hæc sine hominũ operibus & studijs neutrã in partẽ effici possunt. pro Sest. 74 a, Alter multos planè in omnes partes fefellit. Epist. 55 a, Cum suspicarer multum

tum interesse rei familiaris tuæ, te quamprimùm, idq; in omnes partes ualere. Epist. 66 b, Meq; tibi in omnes partes defendendum putes. Off. 2 b, Præcepta quibus in omnes partes usus uitæ cõfirmari possit. Ep. 202 a, Hoc tua nullam in partem multum interest. Ep. 115 b, In hãc partem tutum erit tibi gratificari: id est, in Appium. At. 251 a, Hæc scripsi in eam partem, ne me motum putares. l. C. 118 a, Moueor his rebus omnib. sed in eam partem, ut salui sint nobiscum omnes. Of. 42 b, Facillimè in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui, &c. Att. 156 a, Accipere aliquid in optimam partem. Epist. 168 a, Quæ profectò in optimam partem accipies. & 36 a, Hoc assequère, ut in quam partem accipias, minus laborem. & At. 117 b, Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, etc. pro Mur. 139 b, Quod dixisti, aut nõ dixisses, aut mitiorem in partem interpretare. I. A. 231 a, Aliquid in beneficij partem numerare. l. V. 237 a, Durum hoc fortasse uideatur, neq; ego ullam in partem disputo. ad Att. 102 b, Nunc in alteram partem magis timendi armorum exitus. pro S. R. 27 a, In eam partem potius peccant, quæ cautior est. Ep. 121 b, In hanc partem errare malo, ut faciam, &c. quàm, etc. Ep. 117 a, Aliquando tamen sæpe re dilata, in eam partem, ut eum decedere post Cal. Martias placeret, senatusconsultum factum. pro S. 31. 181 a, In impiorum partem, atq; in parricidarum numerum aliquem transferre.

Percurro,ris.percucurri,percursum.percẽseo,obeo,stricтim attingo,breuiter decurro.de Or.132 b,& pro Clu. 23 b,Breuiter strictimq; dico.pro Ce.303 d,Id tametsi extra causam est.percurrã tamẽ breui.et de D.128 b, Hæc percurrere oratione facile est.pro Cor.65 a, M. Crassus,à quo hæc,quæ ego nunc percurro,subtilissimè sunt omnia perpolita.de Or.138 b,Si sic cõsistitur aliquãdo, ac nõ ista breuitate percurriur.& 147 b,Partes, quas modò percucurri,uel potius penè præterij. I. V.169 d, Per omnes ciuitates percurrit oratio mea.de Or.101 d, Ea quæ ualde breuiter à te Crasse de ipsa arte percursa sunt.Or.201 d,Orator percurrat omnes locos.de Orat. 124 b,Hæc properãs percurro.ad Her.23 d,Et identidẽ primos quosq; locos imaginũ renouandarũ causa celeriter animo percurramus.pro S.R.32 d,Nõ omnia dicã, & breuiter omnia tangã.& ib. Quod nõ longius prosequar,quàm salus huius postulabit.de Or.103 b,Est boni oratoris multa aurib. accepisse, multa uidisse, multa animo et cogitatione,multa etiam legendo percurrisse.

Percursatio,percursationis.peragratio.In Anton.172 d, Italiæ rursus percursatio.et 179 b,O claram illam percursationem.

Percursio,onis.Tusc.215 b,Propter animi multarum rerum brẽui tempore percursionem.

Percursus,a,um.perceptus.de Or.121 d, Quæstiones omnes animo percursas,& propè decantatas habere.

Percussio,onis.de Or.159 b,Sed sunt insignes eorum numerorum percussiones.et Or.116 b,Non sunt in oratione tanquã tibicini percussionũ modi.et Tus.204 d,Per eussiones capitis.item Off.Si dares hãc uim M. Crasso, ut digitorum percussione posset hæres scriptus esse.

Percussor,oris.interfector.pro S.R.34 d,Ii quos qui leuiore nomine appellant, percussores uocant. & pro Dom.215 b,& In Ant.174 b, Quippe in his ipsis temporibus domi Cæsaris percussor ab isto missus, deprehensus dicebatur esse cum sica.

Percussus,a,um.percutsus.de N.71 d,Is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris.& pro Mur.137 d, Homines percussi Syllani temporis calamitate. Aca.41 d,Percussus grauissimo fortunæ uulnere.& 142 b,Percussus atrociss.literis.de Or.134 b,Cùm Cato percussus esset ab eo qui arcam ferebat.

Percutio,tis.ferio,cædo.perculi.de Nat.77 d,Hunc igitur Iupiter fulmine non percussit.& pro Mil.114 d,Deinde gladio percussus est ab uno de illis.In C.115 d,Turres de cælo esse percussas.pro Do.215 b, A quib. ille se lapidibus appetitum & percussum esse dixit.de Or.126 b,Ni.Aemilium lapide percussum esse constabat pro S. R.34 b,Non quæro quis percusserit,cuius manu sit percussus non laboro.Tus.234 b,Quodcunq; nostros animos probabilitate percussit,id dicimus. pro Mil.117 d,

Qui uos mortuus inani cogitatione percussit.

Perdifficilis,le.(.Perfacilis.pro Pl.259 b,et de Nat.2 d, Perdifficilis & perobscura quæstio.Par.Orator. Quæ perdifficilia sunt,perinde habendà sæpe sunt, ac si effici non possint.

Perdifficiliter.Acad.13 d,Aut si eà quoq; posit, cur illa non posit,quæ perdifficiliter,&c.

Perdignus.Ep.205.

Perdiligens.At.326.

Perdiligenter.de Cl.166.At.li.1.

Perdisco,scis.de Or.106 b,Num igitur,si,&c.Magonis Carthaginensis sunt libri perdiscendi?Ep.102 d,Si maluisses beneuolètiæ quàm litiũ iura perdiscere.& de Fi. 54 d,Illa perdiscere ludus. Q.F.320 d, Mea in illã pueri omnes tanquã dictata perdiscẽt.de Or.121 b,Voluntatẽ discẽdi,simul cum spe perdiscẽdi abijcere.de Or.107 d, Contortas res,et sæpe difficiles necessariò perdiscimus.

Perdiserтè.de Or.90.

Perditè,flagitiosè,nequiter. Att.136 d, Qui hîc potest sè gerere non perditè?

Perditor,oris.pro Pl.278 d, Ergo ego committerem ut perditor reip.nominarer, qui seruator fuissẽm in Vat. 39 d, Etsi ego te perditorem & uexatorem Reip. fero, tu me conseruatorem & custodem feras.

Perditus,a,um.prostigatus.Att.125 d, Nihil fieri potest miserius,nihil perditius,nihil fœdius.con.Rul.77 d, Cõsilia dissoluta & perdita.et Tus.221 d, Adolescẽs perditus & dissolutus.In V.161 b,et 67 b,Tu omnium prostigatissime et perditissime.& pro Rd.95 d, Iudicia perdita & prostigata.pro Dom.236 b, Aliquis scelere & egestate perditus.pro S.R.24 b,Omnia in eo ad perniciẽ prostigata atq; perdita.pro Mu.144 b,Morbo confectus,lachrymis ac mœrore perditus.et Tus.234 d,Perdita ualetudo.Antequàm.195 d,Nemo tam perdita autoritate inuẽtus est,qui,&c.pro Cec.302 b, Exoritur hîc iam obrutis rebus omnibus ac perditis illa defensio,etc.

Perdiu.ualde diu.At.50 d,Per Thessaliam si irẽ in Epeirum,perdiu nihil eram auditurus.De Or.li.1,Boni oratores perdiu.

Perdiuturnus,na.pro Sest.16 d,Bellum perdiuturnum. de Nat.42 b,Natura,aut sempiterna sit necesse est hoc eodem ornatu,quẽ uidemus:aut certè perdiuturna, per manens ad longinquum & immensum penè tempus.

Perdiues.At.85 d,Amici regis duo tres ue perdiuites:sed ij suum tam diligenter tenẽt,quàm ego aut tu.I.V.Mulier est Segestana perdiues & nobilis,Lamia nomine.

Perdo.dis.amitto,deperdo,offensionẽ accipio, iacturam alicuius rei facio,damnum facio,detrimentum facio uel accipio,aliquid damni cõtraho,deseror.Post.quam.302 b,Recuperata uerò sua dignitate se non cõmissurum,ut cùm ea quæ amiserat sibi restituta essent, uirtutẽ animi non haberet,quã nunquam perdidisset.& de Ar. 252 b, Aut quòd oculos non perdidisti.Ep.12 d, Vt mihi stomachũ facerẽt,quem ego sunditùs perdidi.& 71 d, Nisi id uerbum in omne tẽpus perdidissem.et 62 b,Quæ ego si nõ profundere ac perdere uidebor,omnib.meis utribus sustinebo.& 72 d,Minus aũt miseri,qui his temporibus liberos amiserũt,quàm si eosdẽ bona, aut deniq; aliqua rep.perdidissent.ad He.38 d,Vitã amisit,at nõ perdidit. Ep.51 b,M.Cato summa uirtute filium perdidit. & ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Existimabã omnes me, & industriæ meæ fructus, et fortunæ perdidisse. et ibi. Amittere omnia ornamenta. Ep. 336 b, Nunc cum tam æquo animo bona perdas, non eo sis consilio, ut, &c. Ep. 158 a, Ne quid ex amore tuo perdam. pro Mur. 129 d, Quod ius ciuile didicisti, operam perdidisti. de Orator. 95 a, & Parad. 122 a, Perdere operam apud aliquem doctorem. Epi. 95 a, Perdere oleum & operam. de Or. 150 b, Si non potuero, tempus nõ perdam. Orator. 134 a, Perdere uel amittere aliquod oppidum.)(. Recipere uel recuperare. pro Qu. R. 46 b, Perdere causam. & ibidem, Totam litem aut obtinere aut amittere. & de Orator. 98 b, Perdere litem. Att. 174 d, Perdere iudicium bonorum. & pro R. P. 126 a, Perdere libertatem. I. V. 68 b, Classes amissæ ac perditæ. de Sen. 81 a, Perdere memoriam.

Perdere, *prosternere, affligere, profligare.* Pro P. R. 40 a, Iupiter urbes deleuit, fruges perdidit. At. 85 b, Ciuitates funditùs perdidissem. pro S. R. 24 a, Mors Qu. Scæuolæ omnes ciues suos perdidit & afflixit. In C. 104 b, Sine dubio perdidimus hominẽ, magnificè uicimus. de Fi. 39 a, Multi parẽtes, multi amicos, nõnulli patriã, pleriq; seipsos penitùs perdiderũt. Of. 51 a, Si hoc non fuerit, ut locupletes suũ perdant, debitores lucrẽtur aliena.

Perdoceo, *ces. edoceo.* pro Sest. 23 a, Res difficilis ad perdocendum. & pro Cor. 67 a, Aliquis rerum uarietate, atq; usu ipso iam perdoctus.

Perduco, *cis.* pro Cl. 25 b, pro Plan. 280 b, Is Thessalonicam me in quæstoriũ perduxit. Tusc. 210 d, Aiacem quidem ira ad furorem mortemq; perduxit. Att. 257 a, Octauius ueteranos perduxit ad suam sententiam. Epist. 196 a, Dum ad te legiones perducantur, quas audio duci. pro Quin. 4 b, Perducere aliquem ad suas conditiones iniquis rationibus. Ep. 143 b, Quæ si ad tẽpus tuum perducitur, facilis gubernatio est. I. Ver. 123 a, Expositis suis difficultatibus hominem ad HS. LXXXX. perduxit, eamq; ei pecuniam numerat. de Sen. 89 b, Is ad centesimum annum uitam perduxit. Ep. 138 b, Ita usq; ad assum uitulinum opera perducitur. de Am. 110 d, Perducere aliquem ad amplissimos honores. Att. 83 a, Scaptius rogat ut eos ad talenta C C. perducam.

Perductor, *oris.* qui uel inuitum ducit. I. Ver. 82 b, Lenones, aleatores, perductores.

Perduellio, *nis.* crimen imminutæ maiestatis. in P. 80 a, C. Rabirius perduellionis reus. & pro Mil. 108 b, Actionem perduellionis alicui intendere. pro Rab. 92 b, Perduellionis iudicium à M. Tullio Cicerone sublatum. & ibi de perduellione multa. & de L. 191 a, ad Here. 26 a, Nam qui perduellionibus ũditat patriã, non satis supplicij dederit, si, &c.

Perduellis, *lis.* hostis patriæ, qui maiestatem minuit. de Off. 73 b, Nam pirata non ex perduellium numero desinitus, sed cõmunis hostis omnium. Of. 8 b, Equidem animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitiam rei mitigante.

Peredo, *dis.* exedo. Tusc. 196 a, Lachrymæ peredere humore exangues genas. Poeta.

Peregrè. in peregrinatione, foris. In Ant. 200 a, L. quidem frater eius, utpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit.

Peregrinatio, *onis.* Attic. 145 b, Hæc fuga quam tu peregrinationem ὑπονοστίσιν appellas. & Tusc. 249 a, Exilium non multum à perpetua peregrinatione differt. de Fin. 87 b, Turtures cursu & peregrinatione lætantur. In Ant. 179 b, At quàm nobilis est tua illa peregrinatio. de Am. 115 b, Peregrinationes rusticationesq;. Att. 25 a, Curabo ut eius peregrinationis tibi opus extet. & 90 a, In hac autem peregrinatione militiaue nostra sæpe incensum ira uidi, sæpe placatum. At. 252 b, Omne tempus in peregrinatione consumemus.

Peregrinator, *oris.* Ep. 92 a, Non tam sum peregrinator quàm solebam: ædificia mea me delectant.

Peregrinitas, *tis.* mores peregrini, uel peregrinorũ multitudo. Epist. 134 b, Tunc cum in urbem est infusa peregrinitas.

Peregrinor, *aris.* peregrinator uel peregrinus fum. et de Cl. 166 a, Eloquentia peragrauit omnes insulas, atq; ita peregrinata tota Asia est, ut se externis obtineret morib. de Fin. 98 b, Philosophia peregrinari Romæ uidebatur. pro Rab. 96 b, Peregrinari in aliena ciuitate. & de N. 12 b, Longè latèq; peregrinari. Tusc. 250 a, Ille infinitatem omnẽ peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. Ac. 1 b, Tanta uis ingenij peregrinata absuit ab oculis fori. pro Mil. 107 b, An uerò tu solus ignorabis tu hospes in hac urbe uersaris? tuæ peregrinantur aures? neq; in hoc peruagato ciuitatis sermone uersantur?

Peregrinus, *a, um.* aduena, hospes, incola, alienus, externus. Offi. 8 b, Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. contra Rul. 85 a, Non autem iam non hospites, sed peregrini atq; aduenæ nominabamur. & 63 a, Lex, qua peregrinus Roma ejiciuntur. de Ora. 103 b, Orator nulla in re tyro ac rudis, neq; peregrinus atq; hospes esse debet. I. V. 217 b, Nemo neq; ciuis neq; peregrinus. de Am. 99 d, Ciuis.)(. Peregrinus. At. 93 a, Est enim quiddam aduenienter non esse peregrinum atq; hospitem. Offic. 25 b, Peregrini & incolæ officium est, nihil præter negocium suum agere.

Perelegans, *tis.* perpolitus. pro Pl. 271 a, I. Persubtilis. et de Or. 134 a.

Pereleganter. de Cl. 182, Pereleganter dicere.

Pereloquens. de Cl. 187.

Perendie. perendino die. At. 201 b, Scies igitur cras, summum perendie. & 214 b, Vt sphæro perendie. Ep. 263 a, Hodie, cras, perendie.

Perendinus, *a, um.* pro Mur. 130 d, Tot homines tam ingeniosos, per tot annos etiã nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium an perendinum dici oporteret.

Perennis, *ne.* perpetuus, cõtinuus, iugis. continuatus pro Fl. 151 a, Ab hac perenni contestatáq; uirtute maiorum non degenerauerit L. Flaccus. de Pro. 73 b, Mens in rem publicam animus pristinus & perennis. Post quam. 206 a, Si illud de duobus consulibus perenne ac proprium manere potuisset. de Som. 130 b, Sermo nunquam de ullo perennis fuit. de Diu. 122 a, Tarda ac sera nimis, sed fima & laude perenni. de Orator. 160 a, Loquacitas perennis & profluens. de Clar. 196 b, Contine te in tuis perennibus studijs. de N. 374, Stellarum perennes atq; perpetui cursus. & I. V. 225 a, Aquæ perennes. Tusc. 153 a, Continuata motio & perennis. Ep. 10 a, Ille perennis inimicus amicorum suorum. de N. 27 b, Perenne auspicium. Item: Nulla perennia seruantur.

Perennitas.

Perennitas, *tis.* perpetuitas. de N. 45 b, Adde huc sontium gelidas perennitates.

Pereo, *ris.* intereo. Attic. 226 a, Liberalia tu accusas, quid fieri tum potuit? iam pridem perieramus. de Nat. 76 a, Varius summo cruciatu periit. & Epist. 128 a, Scipio & Africanus fœdè perierunt. Quin. Fr. 296 b, Vt & publicanis satisfacias, ac socios perire non sinas. At. 32 a, Ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit; & 176 a, Meo ultio pereo. I. Ant. 196 b, Tantam pecuniam populi Rom. tam breui tempore perire potuisset.

Pereruditus. At. 62.

Perexiguus. de Nat. 42 a, Perexiguum semen. Qu. Fr. li. 1, Ant nulla, aut perexigua pars. I. V. Act. 2, Dies perexigua. Ead. Solicitabar rebus maximis uno atq; eo perexiguo tempore. Tusc. lib. 2, Bona corporis & fortunæ perexigua & perminuta.

Perexiguè. I. Minutatim.

Perexpeditus. de Fin. 97 d, Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita sententia.

Perfacetus. pro Planc. 266, Si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum.

Perfacetè. I. V. 191, Perfacetè dicta.

Perfacilis. de Or. 92, & Or. 208 a.

Perfacilè. aduer. I. V. 107 d.

Perfamiliaris, *re.* de Fin. 147. Famil. lib. 13. de Clar. Orat. Quint. Fr. lib. 2. pro Quin.

Perfectè. absolutè, plenè, cumulatè, ex toto. de D. 85 d, Nunquam perfectè ueritatem casus imitatur. de Or. 95 b, Roscius nihil nisi perfectè, nihil nisi cum summa uenustate faciebat. de Cl. 191 a, Perfectè planeq; eruditus. de Fin. 110 a, Perfectè absolutus. de Cl. 173 b, Oratio neq; nimiis insans, neq; perfectè diserta.

Perfectio, *onis.* expletio, absolutio.)(. Inchoatio, adumbratio. de Or. 95 b, & 160 b, Hanc ego absolutionẽ perfectionemq; in oratore desidero. de Cl. 177 a, In omnib. rebus difficilis optimi perfectio atq; absolutio. Item: Sic ea quæ proficiscuntur à uirtute, susceptione prima non perfectione sunt iudicanda. pro Mar. 134 a, Tantũ abes à perfectione magnorum operum, ut fundamenta, quæ cogas, nondum iecceris. Orat. 206 a, Rei alicuius si non perfectio, at conatus tamen & adumbratio.

Perfector, *oris.* de Or. 207 b, Stylus perfector dicendi, ac magister. At. lib. 8.

Perfectus, *a, um.* absolutus, perfectè absolutus, planus, summus, cõpletus, expletus, cumulatus, elaboratus, perpolitus, maturus, uerus, expletum omnib. suis partibus, quod ut Stoici dicunt, omnes numeros habet, quod omnes habet in se numeros ueritatis, rectè facta quæ Græci appellãt κατορθώματα, omnes numeros uirtutis cõtinent.)(. Inchoatus, imperfectus, adumbratus, conatus. de Or. 62 b, Nihil simplici in genere omni ex parte perfectũ natura expoluit. Or. 197 a, Illud cui nihil addi possit, quod ego summũ & perfectissimũ iudico. de N. 33 a, Quod undiq; aptũ atq; perfectũ expletumq; sit omnib. suis numeris & partib. de Or. 95 b, Quis ad ista summa atq; in omni genere perfecta potest peruenire? de Op. 243 a, Vnũ est genus perfecti, à quo qui absunt, nõ genere differũt, ut ab Accio Terẽtius, sed in eodẽ nõ sunt parres. de Or. 90 a, Orator plenus atq; perfectus is est, qui, &c. & ibi. Perfectus homo in dicẽdo & perpolitus. & 88 a, et 91 a, Statuisti oratorẽ in omni genere sermonis atq; humanitatis esse perfectum. Tusc. 172 a, Nemo parũ diu uixit, qui uirtutis perfectæ perfecto functus est munere. de D. 135 b, Ad hæc nõ mediocri opus est prudẽtia, sed ingenio præstãti & eruditione perfecta, de N. 32 b, et de Cl. 175 b, A primis inchoatisq; naturis ad ultimas perfectasq; procedere. de Cl. 187 b, Præclara inchoata multa, perfecta nõ plane, M. Memmius perfectus literis Græcis. de Cla. 174 b, Rutilius penè perfectus in Stoicis. de D. 139 b, Philosophi qui propè iã absoluti et perfecti uidẽtur. de Fi. 53 a, Homo eruditus in geometria, perfectus. In P. 92 a, Homo ad persuadendũ concinnus, perfectus, politus. de Pro. 74 b, Vt ea quæ per eum affecta sunt, perfecta reip. tribuatur. Or. 213 a, Perfectus cõpletusq; uerborũ ambitus. & de In. 54 a, Perfectus & absolutus. pro Po. 11 a, Summus atq; perfectus imperator. pro Sest. 22 a, Perfecta cumulataq; uirtus. de Fin. 74 b, Expleta & perfecta forma honestatis. & Tusc. 236 a, Hic igitur, &c. fit perfecta mẽs: id est, absoluta ratio. et ibi. Cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atq; cumulatũ est. de Or. 144 a, Vterq; in suo genere perfectus. Tusc. 235 b, Natura in suo quodq; genere perfectum esse uoluit. & ib. Omniaq; in omnibus, quãtum in ipsis est, nulla ui impedicte, perfecta sunt. pro Po. 4 a, Perfectum ingenio, elaboratũ industria. I. V. 214 a, Candelabrũ è gemmis clarissimis, opere mirabili perfectum. & 216 a. de Or. 102 a, Socratẽ illũ solitum aiũt dicere, perfectũ sibi opus esse. si quis, &c. de Cl. 170 b, Nihil est simul & inuentum, & perfectũ. de Cl. 195 a, Iam uidebatur illud in me perfectũ esse. et habere maturitatẽ quandam suam. Ep. 76 a, Videbam Italici belli historiam iam penè à te esse perfectam. & 2 a, Quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesti. de Am. 111 a, Omnia præclara, rara: nec quicquã difficilius est, quàm reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Offic. 10 a, Quoniam nõ uiuitur cum perfectis hominibus, pleneq; sapientibus, &c. & ibid. Homo non perfectus, nec sapiens. & 55 a, Quod perfectum atq; absolutum est, & ut Stoici dicunt, omnes numeros habet. Qu. de Pet. 214 a, Volo enim hoc commentariolũ petitionis haberi omni genere perfectum. de Vn. 197 b, Vt unum opus totum atq; perfectum, ex omnibus totis atq; perfectis absolueretur. Or. 197 b, Quicquid est igitur de quo ratione & uia disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemq; redigendum. & 198 a, Veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequitur. de Fin. 95 a, Continere omnes numeros uirtutis. & 97 a, Expletus omnibus suis partibus. et 114 b, Perfectum et plenũ.)(. Curtum & mancum. Top. 226 b, Perfectum.)(. Inchoatum. de N. 40 b, Plenum.)(. Præcisum.

Perferens, *tis.* de Or. 125 a, Perferens iniuriarum.

Perfero, *fers.* perpetior, tolero, obduro. At. 82 a, Fortasse tibi molestus sum, qui hæc prædicẽ de me, perfer si me amas. de Or. 115 b, Ac mihi quidẽ nõ ita molesti sunt, facilè omnes perpetior ac perfero. pro S. R. 20 b, Id quod suscepi, quoad potero perferã. I. C. 109 b, Pruinas ac nives perferre. Tusc. 178 b, Expectas fortasse dum dicat, patietur, perferet, non succũbet, &c. pro Sest. 28 a, Pertuli crudelitatẽ inimicorũ. & ibi. Pertuli pœnarũ satis. pro Do. 234 b, Perferre impetũ in aliquẽ: id est, in eum irruere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruere. Attic. 18 a, Perferre legem & 89 a, Si Curio legē pertulerit. pro Do. 218 a, Si quæ promulgasti, perferre potuisses. At. 289 b, Tamen existimaui à me quoq; tibi huius molestiæ nuncium perferri oportere. Ep. 181 b, Et Atticus ad me fermonē tuū pertulit. Ep. 11 b, Hæc cū ad me frater pertulisset, collegi ipse me, etc. et 20 a, Cū has ad te quam primū literas perferri magnopere uellemus. et 22 b, In his enim sum locis, quò et propter lōginquitatē, & propter latrocinia tardissimè omnia perferūtur.

Perficio, cis. absoluo, cōficio, transigo, efficio, perago, extrema persequor, absolutionē alicuius rei perficio, perpolio, munus susceptum expleo. de N. 32 b, In natura nec esse est absolui aliquid atq; perfici. de Cl. 206 a, Demosthenes multa perficit, nos multa conamur: ille potest, nos uolumus, &c. & Or. 217 b, Id nos fortasse non perfecimus, conati quidem sumus. de Cl. 196 b, Quorū tamen ipsorum ad ætatem Iuus eloquentiæ perfecta nondum erat. I. V. 227 b, Mitto, inquam, hæc omnia, quæ ab isto per triennium perfecta sunt. de Orat. 88 a, Tametsi ipsam exactionem mente, non lingua perfectā uidemus. At. 101 b, Ac primùm illud, etsi cupidissimè expetitum à me sit, et approbatum à te, ne diutius anno in prouincia essem, tamen nō est nostra contentione perfectum. pro Ar. 191 a, Nam res nostras gestas attigit hic uersibus, & inchoauit, quibus auditis eum ad perficiendum sum hortatus. de Or. 86 a, Athenis summa dicendi laus & inuenta est & perfecta. At. 208 b, Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem. et ibi. Dialogos confeci & absolui. Qu. Fr. 327 a, Institutum poema perficere. & alibi, Instituere & efficere aliquid. & de D. 109 b, Si instituta perfecero. Att. 232 a, Ista nobis ad pridie Calendarū tractanda & perficienda sunt. pro Cl. 21 a, Hoc totū malum à matre constatum et perfectū. & 58 b, Hostiæ cæsæ ad scelus perficiendū. & pro Syl. 181 a, Itaq; eos ad perficiendum scelus furiæ quædā incitarūt. pro Cæl. 48 b, Perficiendi & occultandi maleficij spes. et pro Deio. 147 b, Perficere cogitata. Antequam. 197 b, Antea laude dignissimi ducebantur, qui se perfecerunt: nunc scelerati dicūtur, qui hæc administrarūt. de D. 112 a, Ea enim prædicāt, quæ naturæ necessitas perfectura est. Ep. 86 a, Perficere onus uel munus. cont. Rul. 66 a, Quod si quis, etc. perficiā profectò, id quod, etc. ut, etc. de D. 131 b, Callidè enim qui illa cōposuit, perfecit, ut quodcūq; accidisset, prædictū uideretur. Q. Fr. 308 b, Eo die nihil perfectū est. & 318 b, Omnino sphæro paucis mensib. opus Diphili perfectū fore. de L. 160 b, Ratio cum adoleuit atq; perfecta est, nominatur ritè sapiētia. de Vn. 202 b, Quib. prætermissis cœli absolutio (perfecta non erit.

Perfidelis, le. At. 24.

Perfidia, diæ. fraus, destitutio. Qu. Fr. 308 b, Cato Pompeij in me perfidiam increpauit. de Or. 118 a, In quo illa magna offensio est, uel negligentiæ susceptis rebus, uel perfidiæ receptis. pro S. R. 36 b, Istius fide ac potius perfidia deceptus sum. I. A. 231 a, Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere uiolatæ. Ep. 3 b, In tanta hominum perfidia & iniquitate. At. 128 b, Perfidiæ suspicionem fugere. I. A. 175 b, Vtriusq; uestrūm perfidia in Dolabellam.

Perfidiosè. fallaciter. ad Her. 2 a, Spurcè, superbè, perfidiosè. & 28 b.

Perfidiosus, a, um. perfidus. de N. 76 a, Homo perfidiosissimus C. Marius. & de Or. 136 a, Homo improbus & perfidiosus. & Ep. 41 b, Perfidiosus, insidiosus, fallax.

Perfidus, a, um. perfidiosus. Postquam. 202 b, Perfidus animus. pro Qu. 4 b, Si fide societas colitur, qui socium prodit, perfidiosus est. Of. 64 a, Omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.

Perflabilis, perflabile. per quod flatus penetrare potest, tenue. de Dom. 116 b, Epicurus deos induxit perlucidos & perflabiles.

Perflagitiosus. fa. pro Cæl. 48.

Perfluens. affluens. de Fin. 89 a, Perpetuis uoluptatibus perfluens.

Perfodio, dis. perforo, perfringo. I. V. 31 a, Licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis. et de Fin. 88 a, Atho perfosso.

Perfore. Ep. 33 a, Perfore, accommodatū tibi scio, si, &c.

Perforo, as. perfodio, patefacio. Ep. 94 b, Ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Seianum. Tusc. 158 a, Viæ ad oculos à sede animi perforatæ. & de Nat. 68 b, Duo lumina ab animo ad oculos perforata.

Perfractè. de Off. lib. 3, Perfractè aliquid defendere.

Perfremo. perfremis. de Natur. 44, Perfremunt delphini. Accij.

Perfrico, as. I. V. 160 b, Cum interea Apronius caput atq; os suum unguento perfricaret. In P. 92 b, Scriba caput sinistra manu perfricans, &c. Tusc. 199 a, Quæ tu idem cum os perfricuisti, soles dicere: id est, cum pudorem et uerecundiam deposuisti.

Perfrigidus, da. I. V. 229, Perfrigida dicere.

Perfringo, gis. infringo, effringo, labefacto. de Cla. 168 a, Suauitas, quæ perfundat animos, nō quæ perfringat. & I. V. 243 b. l. Repagulū. et Or. 205 b. l. Irrepo. de Ar. 256 a, Qui omnium obiecta tela semper ui et uirtute perfregit. & de D. 126 a, Itaq; perfracto saxo sortes eruperūt. I. C. 101 a, Deuincere & perfringere leges. et 123 a, Perfringere & labefactare conspirationem bonorum.

Perfruor, ris, perfructus sum. utor, potior. de Cl. 165 b, Fortunati, quibus sapientiæ laude perfrui licuit. I. C. 102 b, Hic qua lætitia perfruēre? quibus gaudijs exultabis? Tusc. 242 b, Omnesq; sapientes ijs gaudijs perfruuntur. Ep. 67 a, Vt suauitate ingenij tui uiui perfruamur. I. C. 120 b, Ita mihi rep. salua uobiscum perfrui liceat. & Ep. 94 b, Perfrui ocio. de L. 167 b, Vita modica et apta uirtute perfrui. Off. 5 b, Expetuntur diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates. I. P. 89 a, Hisce ego rebus pascor, his delector, his perfruor, quod senatus, & cætera.

Perfructus. nō perfruitus. In Hortēsio, autore Prisciano.

Perfuga, gæ. transfuga, qui ad hostes profugit. Oratora, pro S. R. 38 a, Iste qui initiò proditor fuit, deinde perfuga. Of. 69 b, Perfuga à Pyrrho uenit in castra Fabricij.

Perfugio, gis. transfugio. pro Cor. 59 b, Qui hostes ad nostros imperatores perfugissent. & I. P. 98 b, In oppidum Beroam perfugisti.

Perfugium, gij. portus, præsidium, arx. pro Cluen. 194 a, Spero hunc locū eius fortunæ miseræ atq; iactatæ portum ac perfugium futurum. Offic. 12 a, Tota domus quæ spectat in nos solos, neq; aliud potest habere perfugiū. pro

Rab. 91 a, Perfugium & præsidium salutis reipub. pro Syl. 182 a, Munite communem arcem bonorū, obstruite perfugia improborum. pro Arc. 188 b, Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbēt. I. C. 118 a, Domus commune perfugiū. de D. 139 a, Somnus est perfugium omnium laborum & solicitudinum. Ep. 71 b, A' portu & perfugio excludere aliquē. In V. 129 a, Postremò illo desperatissimo perfugio uti posset. Itē, Senectuti uerò celebrandæ quod honestius potest esse perfugium? pro S. R. 43 b, Vnum perfugium, una spes reliqua est. Tusc. 174 b, Portum potius paratum nobis & perfugium putemus.

Perfunctio, onis. de Fin. 59 a, Perfunctio laborum. & de Or. 143 b, Honorum perfunctio.

Perfundo, dis. respergo. In V. 89 b, Aqua feruenti à Rubrio ipso Philodamas perfunditur. & ad Heren. 27 a, Cœpit postquam perfusus est defricari. de Cla. 181 a, b, Multitudo auditēs ducitur oratione, & quasi uoluptate quadam perfunditur. de Fi. 88 b, Cum omnes sensus dulcedine omni perfusi mouerentur. & Tusc. 213 a, Perfundere animā uoluptate. & de N. 23 b, Perfundere aliquē omni uoluptate. & de Fi. 65 a, Perfundi uoluptate uel lucēdate. et de Cl. 168 a, Phaleræus suauis fuit, sed suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Att. 12 b, Dij immortales, qui me horror perfudit? pro S. R. 31 b, Mihi uideris Eruci, una mercede duas res assequi uelle, nos iudicio perfundere, accusare autem eos, à quibus mercedem accepisti.

Perfungor, ris. utor, exantlo. de Se. 93 a, Nam dū sumus in his inclusi compagib. corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. I. A. 183 a, Mihi iam optanda mors est perfuncto rebus ijs, quas adeptus sum, quasq; gessi. & de Cla. 165 b, Actas nostra perfuncta rebus amplissimis. et de Or. 101 b, Senex perfunctus honoribus & reipub. muneribus. pro Mar. 124 b, Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. Epi. 9 a, Cum & honoribus amplissimis, & labori bus maximis perfuncti essemus. Ep. 50 b, Reminiscere illam omnibus bonis perfunctā esse. pro Mu. 136 a, Resp. perfuncta est hoc misero fatali; bello. pro Do. 240 a, Ab Hercule iam perfuncto laboribus sacra didicisse. Epist. 68 a, Cæteris uerò nulla perfunctis propria molestia, &c. pro Cl. 41 b, Aut quod se perfunctos iam esse arbitrantur, cum de reo iudicarunt. pro Dom. 222 b, Equidem iam perfunctus sum, expleui animos inuidorū. Ep. 11 b, Vt mihi tam multa pro se perpesso atq; perfuncto cōcederet. Att. 280 a, Et dignitatē perfunctūris es.

Perga, gæ. urbs. In V. 86, & 216.

Pergamenus, a, um. pro Fl. 160 b, Annos iam XXX. in foro Pergameno uersaris.

Pergamum, mi. urbs in Asia. pro Fl. 161 a, Cur non Pergami? Smyrnæ, &c. & de D. 89 a.

Pergaudere. ad Qu. Fr. 319.

Pergo, gis. eo, iter facio. tendo. petere contendo. pro Pla. 280 a, Qui antequàm de meo aduētu audire potuisset, aliquorum dierum uiam in Macedoniam ad Planciū; perrexi. de Fi. 147 b, In oppidum ad Pompeium perrexi. Tusc. 230 b, Vt ad eas cursim perrectura beata uita uideatur. ad Heren. 40 b, Pergere obuiam alicui. de Le. 158 b, Quin igitur ad illa spacia nostra se-

desq; pergimus? At. 152 a, Brundusium pergere cogito. de D. 106 a, Quibus quærentib. cur non eadem uia perageret, deterreri à Deo dixit. de N. 71 a, Neptunū esse animū cū intelligentia per mare pergentem. de D. 86 a, Conclaue illud ubi erat māsurus, si tre perrexisset, proxima nocte corruit. Ac. 39 a, Itaq; confestim ad eum ire perreximus. ad Heren. 16 a, Nos proficisci ad institutā pergemus. I. Ar. Post hunc ore fero Capricornus uadere pergit. de Or. 135 b, Perge cōficere iter reliquū. At. 174 b, Hæc tu perge, ut facis, mitigare. pro Ce. 296 a, Perge porrò hoc idem interdictum sequi, homines, etc. Q. de Pet. 213 b, Perge tenere istam uiam, quam instituisti. de Or. 87 b, Quamobrem pergite, ut facitis, adolescētes. I. C. 99 a, Perge uerò cœpisti, egredere, etc. At. 140 b, Perge, ut facis, & scribe quantū potes. Ep. 150 b, Perge igitur, ut agis, &c. & de Fi. 123 a, Perge porrò, &c. Offic. 32 a, Sed ad reliqua pergamus. I. V. 158 a, Pergam atque insequar longius. Part. 232 a, Perge igitur ordine quatuor mihi istas partes explicare. & At. 60 b, Perge reliqua. Att. 79 a, Cum graues de Parthis nuncij uenirent, perrexi in Ciciliam. de Cla. 188 b, Sed perge Pōponi de Cæsare, et redde quæ restāt. 279 a, Equidem suasi ut Romam pergeret. Itē: Quanquam dolebam, &c. tamē perrexi, Romāq; perueni. Quin. Fr. 304 a, Rogo te ut Romam protinus pergas & properes.

Pergrandis, de. In Ver. 112, 132, Vas uinarium ex una gēma pergrandi. contra Rul. Pergrande uectigal. I. V. Pergrandis pecunia.

Pergratus, ta. At. 80 b, Vtriq; nostrūm existimo, tū mihi erit pergratum. Attic. 20 b, Per mihi, per inquam, mihi gratum feceris. de Am. 98 b, Pergratum mihi feceris.

Pergratus, ue. pro Sest. 27. & pro Cæl. 31.

Pergrauiter. de Or. 104.

Pergratum. l. Per, in compositione.

Perhibeo, bes. dico, aio, uoco. de D. 11 a, Bene qui consuleret, uatē hūc perhibeto optimū. de N. 47 a, Quē claro perhibēt Opiuchum nomine. et 44 a, Hoc quod me moro, Graij perhibent æthera. & 39 a, Hunc summum habeto diuum, hūc perhibeto Iouem. I. Ar. Cum quibus ut perhibent ausa est cōtendere forma. Ep. 68 b, Nec minus est Spartiates ille Agesilaus perhibēdus: id est, celebrandus. Att. 2 a, Qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facilè communē causam sustinerent. Tusc. 154 a, Ille auditor fuisse perhibetur. pro Lig. 141 a, Prohibiti estis in prouincia uestra pedem ponere, ut perhibetis summa cum iniuria.

Perhonorificè. adu. At. 227, Occ. Auium sui perhonorificè & amicè Cæsarem salutabant.

Perhonorificus, ca. de Pro. 78, & Att. lib. 1, Collega in me perhonorificus.

Perhorresco, scis. exhorresco, pertimesco. pro Sest. 21 a, I. P. 89 a, Nemo ciuis eas, qui hos nō oculos fugiat, aut ibus respuat, animo aspernetur, recordatione dentq; ipsa consulatus uestri perhorrescat. I. A. 253 a, Tu illius diei memoriā non perhorrescis? et de Or. 129 b, Tu imagines ipsas nō perhorrescis? I. C. 120 b, Tum lamentationē matrūfamiliās, tum fugam uirginum ac puerorū perhorresco. pro Q. 13 a, Quorū frequentiā & consessum non modò Quinitius, qui de capite decernit, sed quiuis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui extra periculum sit, perhorrescat. de Fin. 131 b, Et si hoc quidem est in uicio, dissolutionem naturæ tã ualde perhorrescere. I. V. 61 a, Nõ solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. At. 212 b, Sed quid est tandem quod perhorrescas?

Perhospitalis, le. I. V. 200, Domus perhospitalis.

Perhumanus, na. At. 259, Homo perhumanus. Qu. Fr. lib. 2, Sermo perhumanus.

Perhumaniter. Epist. 99.

Pericles, clis. orator Athenien sis. Or. 198 d, Pericles Anaxagoræ Physici auditor. & 199 a, Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, & permiscere Græciã dictus est. de Orat. 155 b, Pericles in cuius labris ueteres comici lepõrẽ habitasse dixerũt. et 111 d, Pericles, Thucydides & Alcibiades eadem ætate fuerũt. & 67 a, De Pericle. & de Cl. 168 b, & 169 b. l. Pitho.

Periclitatio, onis. experictia. de Nat. 58 b, Quarundam herbarum utilitates longinqui temporis usu ac periclitatione percepimus.

Periclitor, aris. periculũ facio, experior, tento, cum periculo experior, periculũ pro aliquo suscipio, periculis me offero. de Or. 97 b, Subeũdus usus omniũ, periclitãdæ uires ingenij, & illa cõmentatio inclusa in ueritatis lucẽ proferenda est. & 156 a, Mihi non est difficile periclitari, &c. de D. 128 b, Babylonij CCCLXX. millia annorũ in periclitandis experiũdisq; pueris qui cunq; nati essent, posuerunt. Ep. 154 a, Itaq; potius periclitari uolui, si possem mea præsentia exercitũ facere meliorem, quàm nimis cautus uideri. I. V. 262 b, Homines in prælijs belli fortunã tentare ac periclitari solent. pro Q. 28 a, Omnia circũspexit Quintius, omnia periclitatus est. de In. 81 a, Periclitari omnium iura, si similitudines accipiantur: id est, periculum subire. I. C. 199 a, Non est sæpius in uno homine salus periclitanda reip. de Am. 108 a, Vt utamur quasi equis tẽperatis, sic amicitijs, aliqua ex parte periclitatis morib. amicorum. & Offi. 66 a, Periclitemur (si placet) in ijs quidem exemplis, in quibus, &c.

Periculosè. cũ periculo. In A. 210 b, Periculosè dico, sed uoro uos, &c. & Epi. 260 a, Periculosè hyeme nauigatur. Att. 119 a, Homo quotãnis periculosè ægrotãs. pro Mil. 103 a, Periculosè facere aliquid.

Periculosus, a, um. lubricus, anceps, præceps, nõ procul à periculo. At. 213 b, Aliter fuissemus in hos inofficiosi, & in nosmetipsos penè periculosi. Epi. 7 a, Offensionẽ esse periculosam uideo. Ep. 7 b, Ratio rei gerẽdæ periculosa tibi uidebitur. Ac. 17 b, Res periculosa et lubrica. & de N. 72 a, Periculosa cõsuetudo. Of. 17 a, Periculosa & anceps curatio. I. A. 244 d, Infestum et periculosum iter. At. 231 a, Dolabella sustulit simulationẽ desiderij, etc. ne periculosa nostris tyrãnoctonis esset. pro Ce. 291 d, Ea sunt & turbulẽta, & temeraria, & periculosa. pro D. 4 b, Bellum graue & periculosum. I. A. 204 a, Dominandi cupiditas præceps et lubrica. I. A. 263 a, Duobus periculosis uulneribus acceptis.

Periculum, li. discrimen, dimicatio. pro S. R. 36 b, Adire periculum capitis. Or. 205 b, Etiã si quando minus succedet. magnum tamẽ periculum nõ adibis: altè enim cadere nõ potes. & ibid. Versari in lubrico: id est, esse in periculo. In C. 117 a, Offerre se periculis pro patria, &

Par. 235 a, Subire periculum pro amico. pro Syl. 169 a, Quibus ipsis periculum tũ cõflari putabatur. Att. 33 b, & pro S. R. 19 b, & pro Qu. 8 a, Periculum uel pericula alicui, uel in aliquem intendere. pro Ce. 301 a, Cui periculum mortis sit iniectum. pro Do. 104 a, Committere se periculo mortis pro Põ. 6 a, In periculum ac discrimẽ uocari. pro Cor. 59 b, In periculum capitis atq; in uitæ discrimen pro aliquo se inferre. de Or. 126 a, In amicorũ periculis aliquid accidere. de N. 59 b, Diij discriminum periculorũq; comites. In V. 259 b, A' securi negat ei esse periculũ. de Cl. 194 a, Qui habitus nõ procul abest à periculo uitæ, si accedat labor, etc. Ep. 58 b, 59 a, Tamẽ hoc tẽpore breuiter cõmonendũ putaui, ne quo periculo te proprio existimares esse in magno omnes, sed tamen in cõmuni sumus. Of. 31 a, Si ei subitò sit allatum periculũ, discrimẽq; patriæ, &c. I. V. 61 b, Facessere periculũ innocenti. I. V. 64 b, Crearе periculũ alicui. Anteq. 196 a, Nemini iniustè periculũ creaui. At. 37 a, Si mihi periculũ procrearetur ab eo, quẽ ipse armassem. pro Mu. 137 a, Qui dum conatus est, etc. in periculum ueni ne amittat, &c. Ep. 267 a, Maximũ ab imperuerso naufragio periculũ est. At. 102 b, Maximo in periculo res est. et 129 a, Domitium periculo obsidionis liberari cupio. Tusc. 251 a, Quæ qui recordetur, aut sanè periculũ est, ne, etc. et 163 a, Ne mouear, &c. periculum nõ est. & de Orat. 102 b, Nullum periculum est, me quid tu, &c. Att. " Summũ erat periculum, ne si nihil impetrarẽt, à senatu alienarẽtur. Meo periculo, tuo, suo, alicuius. I. V. 246 a, Sumptu periculoq; suo armatã nauẽ aliquò mittere. I. V. 148 a, Periculo suo uersari in aliquare. p Sest. 25 a, Quid tu meo periculo gurges patrimonij helluabarẽ? At. 85 b, Brutꝰ scripsit rẽ illã suo periculo esse. pro Fl. 154 b, Iniustè facis, si putas periculo nostro uiuere tuos cõtubernales. pro Sest. 14 a, Ego qui periculo reip. uiuebã. At. 59 a, Quod quidem tibi nummi meo periculo sint. Att. 212 b, Sed etiã atq; etiã dico, tuo periculo fiet. I. A. 242 b, Ita fit, ut meo semper periculo peccet Antonius. de Leg. 188 a, Dux enim suo periculo progredi cogitat. pro Murẽ. 130 b, Quæ consulunt, minimo periculo respondent.

Periculum facere. pro experiri, & periclitari. In V. 72 b, Facere periculum innocẽtiæ alicuius. In Verrẽ, 59 a, Tu uerò qua in re specimẽ cæteris aliquod dedisti, quãdo tute tui periculũ feceristi? de Pro. 76 a, Si quis fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius eius deæ periculum facere nollet. I. P. 93 b, Fac huius odij tanti ac uniuersi periculum, si audes. I. A. 179 a, Qui quotidie periculum fortunæ facit.

Perillustris, stre. At. 79, Perillustres fuimus.

Perimbecillus, la, lum. Att. 169, Quod quidem est natum, perimbecillum est.

Perimo, mis. interimo, deleo. Tusc. 167 b, Nec potest esse miser quisquam sensu perempto. & 174 a, Sin aũt peremit ac delet õmnino, quid melius? de Arusp. 249 a, Si ludi non intermissi, sed perempti atq; sublati sunt. pro Pl. 280 b, Si mihi uis aliqua maior reditum peremisset. de Di. 84 a, Vbi tam teneros uolueres matremq; peremit. pro Sest. 13 b, Si causã publicã mea mors peremisset. de Di. 84 a, Luna, &c. stellanti nocte perempta est. de Vn. 202 a, Nec uos ulla mortis unquam fata periment.

Per

Perincommodè. At. 14 a, Sed accidit perincommodè, quòd eum nusquam uidisti.

Perinde. proinde quasi, similiter, eo loco. de Ora. 140 b, Nõ possum dicere me hæc perinde ut dicã discenda esse didicisse. et 162 b, Sed hæc omnia perinde sunt ut agũtur. Off. 76 b, Habes à patre munus magnum, sed perinde erit ut acceperis. At. 201 a, Bene facis cũ id efficis, mihi crede, perinde ut tu existimare nõ posses. Epi. 122 b, A' te peto, ut meas iniurias perinde doleas, ut me existimas dolere tuas solere. de Cl. 181 b, Hæc perinde accidũt, ut eorũ qui audiũt mẽtes oratione tractantur. I. A. 261 b, Perinde homines, ut quisq; meretur, iudicat. pro Cluẽt. 32 a, Perinde ut opinio est de cuiusq; moribus, ita quid ab eo factum aut nõ factum sit, existimari potest. de D. 126 b, Signiferi orbis unaquæq; pars alia alio modo mouet cœlũ, perinde ut quæq; stellæ in his finitimisq; partib. sunt quoq; tempore. de D. 227 a, Perinde ut cunque temperatus sit aer, ita pueros oriẽtes animari atq; formari. Ac. 9 a, Difficile est de eorũ temeritate, perinde ut causa postulat, dicere. Ep. 134 a, Nõ perinde ut esse absens percipere potuisti. Tusc. 168 b, Omnia ista perinde ut cuiq; data sunt, pro rata parte à uita uel longa uel breuia dicũtur. Ep. 145 b, Si perinde ut mereor, mihi successerit. pro Ce. 296 b, Perinde ualebit, quasi armatissimi fuerint si reperiẽtur, &c. pro Qu. 15 b, Atq; hæc perinde loquor, quasi debueris, etc. Tusc. 204 a, Perinde stultissimũ regẽ in luctu capillũ sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. pro Qu. 8 a, Quod nunquã factum est, perinde quasi factum sit confirmare. Tusc. 160 b, et I. V. 96 a, Metelli sperat sibi quisq; fortunam, perinde quasi certi quicquã sit in rebus humanis. aliter, perinde quasi. Att. 220 b, Quod ego perinde tuebar, ac si usus essẽ. At. 44 b, Perinde habebo, ac si scripsisses nihil esse. & Par. 237 a, Perinde habere aliquid ac si nõ esset. pro Qu. R. 47 a, Perinde ac si, &c. perinde dicemus. Ep. 179 b, Perinde ac si iã uicerint. aliter, Proinde ac si. Tusc. 229 a, Philosophia nõ perinde ac de hominũ est uita merita laudatur. de Fi. 63 b, Viuẽdi artẽ tantam tamq; operosam, & perinde fructuosam relinquerent. ad He. 1 b, Res gestæ aut perinde ut gestæ. pro Mur. 132 b, Perinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit. Verebor, ut hoc quod dicam nõ perinde intelligi auditu possit, atq; ego ipse cogitans sentio.

Perindulgens. de Off. li. 3, Perindulgens in patrem, idẽ acerbè seuerus in filium.

Perinfirmus, ma. de Fin. 75.

Peringeniosus. de Cl. 172.

Periniquus, qua. Ep. 195, Periniquo animo pati. pro Põ, Periniquum et non ferendum.

Perinsignis, gne. notabilis, conspicuus. de Lc. 166 a, Perinsignis corporis prauitas.

Perinuitus, ta. inuitè, inuitò. Ep. 111 a, Tu uellẽ ne ueritus esses, ne perinuitus legerem tuas literas.

Periocha, chæ. argumentũ, cõplexio totius rei breuior. Att. 213 a, Egò ne Tyroni quidẽ dictaui, q totas περιοχὰς perſequi solet, sed Spintheri syllabatim.

Periodus, di. eiusq; partes. Ora. 217 a, Circuitus orationis, quẽ Græci περίοδον, nos tum ambitũ, tum circuitum, tũ comprehensionem, aut continuationem, aut circũscriptionem dicimus. & de Orat. 161 b, Cum illi uete

res circuitũ, & quasi orbem uerborum conficere non possent, terna aut bina, aut nõnulli singula etiam uerba dicebant. de Cl. 179 a, Cõprehensio & ambitus ille uerborum (si sic periodũ appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. Ora. 217 a, Dicendum est, quãtos circuitus facere deceat, deq; eorũ particulis & tanquã incisionib. disserendum est. Or. 218 b, Constat enim ille ambitus, & plena cõprehensio è quatuor ferè partib. quæ membra dicimus. & ib. E' quatuor quasi hexametrorum instar uersuum quod sit, constat ferè plena comprehensio. Or. 219 a, Sequitur comprehensio ex duobus membris, qua non potest esse breuior. Quem quasi nostrum fefellit, ita uos esse dicturos. Or. 217 a, Placet igitur omnia dici illa circũscriptione & ambitu, ut tanquã in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisq; sentẽtijs. Or. 216 b, Solet autẽ quæri, totóne in ambitu uerborum numeri tenendi sint, an in primis partib. atq; in extremis. Or. 216 b, Nõ sunt in oratione tanquã tibicini percussionũ modi, sed cõprehensio & species orationis clausa & terminata est. Or. 215 a, Circuitus incitatior numero ipso fertur, et labitur, quoad perueniat finẽ & insistat. Or. 210 b, Forma concinnitatisq; uerborũ cõficiat orbem suum. de Or. 160 b, Oratio conuersiones habeat absolutas. ad He. 30 a, Continuatio est, densa & cõtinens frequentatio uerborum cum absolutione sententiarum. & ib. Exempla periodorum, quæ in tribus cõmodissimè fieri solent, in sententia, in cõtrario, in conclusione. & 34 a, In continuationib. oportet uerba sicut à poetis in quendam numerũ extruere. I. V. 250 b, Exempla periodorũ. & 261 a, Cui, etc. hæc, etc. et de Fi. 84 a, Cui, etc. et 83 b, Quin, etc. ijs, etc. & Tusc. 235 a, Nã cui, &c. huic, etc. Exẽplum pulcherrimæ periodi. de Amic. Nam cuius aures clausæ sunt ueritati, ut ab amico uerũ audire nequeat, huius salus desperãda est. Exẽplũ periodi figura tantũ. I. V. 274 a, Post Syracusas cõditas, quẽ in portũ nũquã hostis ac cesserat, in eo te prætore primum piratæ nauigauerũt.

Peripateticus, a, um. de Or. 148 a, Ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorũ, alter Academiæ nomen obtinuit. Acad. 42 a, Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabãt inambulantes in Lycio. Tus. 195 a, Peripatetici familiæres nostri, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil grauius. Of. 56 a, Peripatetici, qui quondam ijdem erãt qui Academici. & de Fi. 125 b, Peripatetici & Academici ueteres ijdem. de N. 5 a, Stoici cũ Peripateticis re consentire, uerbis discrepare uidentur. & ib. M. Piso Peripateticus. de Fi. 99 a, Est enim Peripateticorum consuetudo dicẽdi nõ satis acuta, propter ignorationem dialecticæ. Peripatetici ad placãdos animos multa afferũt: spinas partiendi & diffiniendi prætermittunt. Tusc. lib. 4. Peripatetici honesta cõmiscent cõmodis, ut ea inter se magnitudine, & quasi gradibus, nõ genere differãt, de N. Peripatetici libidinis uel cupiditatis genus ad summã utilitatẽ esse dicũt à natura datum: nihil enim quẽquam, nisi quod libeat, præclarè facere posse, Tus. li. 4. Peripatetici omnia, quæ ipsi bona appellãt, pertinere dicũt ad beatè uiuendũ, de Fi. lib. 3. Paripatetici corporis cõmodis cõpleri uitam beatam putant, de Fi. li. 3. Peripatetici imperia seueriora nulla esse putãt sine aliqua acer.

Universidad de Deusto
Biblioteca

acerbitate iracundiæ, Tuſ.queſt.li.4.Peripatetici, perturbationes iſtas, quas Stoici extirpandas putãt, nõ modò naturales eſſe dicũt, ſed etiã utiliter à natura datas, Tuſ.q.li.4.Peripatetici reprehẽderunt præmeditationem rerum futurarum, ſed malè, Tuſ.q.lib.3.Peripatetici plurimũ tribuunt honeſtati, ſed tamen & in corpore, et extra, eſſe quædam bona cenſent, de Fi.lib.2. Peripateticorum diſciplina, quantũ ad dicendum conferat, Bru.Peripateticorum elegans exercitatio, Or.Platonis autem autoritate, qui uarius & multiplex & copioſus fuit, una & conſentiens duobus uocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt Academicorum & Peripateticorũ, qui rebus congruentes, nominibus differebãt, 1 Aca.q. Peripateticorum librorũ duo genera ſunt: unum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabãt: alterum limatius, quod in commentarijs reliquerunt, de Fi.li.5. Peripateticorũ facilè princeps Cratippus, de Vn.Mollis & eneruata Peripateticorũ ratio et oratio, qui perturbari animos neceſſe eſſe aiunt, &c.Tuſ.q.lib.4.Peripateticorum ratio in philoſophia & ratione dicẽdi, Br.Peripateticis nihil eſt uberius, etc.3 Tuſ.q.19. A Peripateticis diſſerendi nõ dialecticè ſolim, ſed etiam oratoriè præcepta ſunt tradita, de Fin.lib.5.

Peripetaſma, tis. periſtroma, aulæum. I.V.205 b, Quid illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es?

Periratus. Epiſt.128.

Periſtroma, tis. peripetaſma, ſtragulum, ſtragula ueſtis. I.A.173 a, Conchyliatis Cn.Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.

Periſtylum, li. locus columnis undiq; clauſus, et ornatus, intra quas columnas, tres aut quatuor porticus patẽt, ea forma, qua uidemus clauſtra, quæ uocant ſacrarum ædium, præſertim monachorum fabricata. pro Do.236 b, Porticus cum conclauibus pauimenta trecentũm pedum ampliſſimum periſtylum.

Peritè. ſciẽter. de Or.116 a, Hæc quidem ſunt concinnè diſtributa, ſed nõ peritè. & pro Cornel.55 a, Peritè dicere de aliquare. de Or.109 a, Scienter & peritè dicere. de Or.89 a, In aliquare ſatis callidè uerſari ac peritè. et I. V.135 b, Peritiſſimè & callidiſſimè facere aliquid.

Peritus, a, um. ſciẽs, gnarus, exercitatus, intelligens, in aliquare artifex. pro Cor.55 a, Si uſus patronorũ in iudicijs ualeret, à peritiſſimis L.Cornelij cauſa defenſa eſt. et pro Fon.283 a, Peritus ad uſum ac diſciplinã belli. de Or.99 a, M.Cato iuris ciuilis omnium peritiſſimus. & 203 a, Iuriſconſultus, qui legum et conſuetudinis ad reſpondendum & ad cauendũ peritus ſit. & 106 a, In eo iure quod ambigitur inter peritiſſimos. de Cl.171 b, Fabius Pictor iuris & literarũ & antiquitatis bene peritus. Epiſt.102 b, Nemimem te iuris peritiorem eſſe conſtat. pro Cl.39 b, Quis P.Oclauio ingenio prudentior? iure peritior? de Cl.173 b, L.Celiusiuris ualde peritus. & 183 a, L.Aelius antiquitatis ſcriptorũq; ueterum literatè peritus. de Ora.94 a, Hæc ab hominibus callidis ac peritis animaduerſa ſunt. pro Fõ.279 b, Sapiens homo ac multarũ rerũ peritus. Of.29 b, Homo doctus, uel etiã uſu peritus. Off. 64 a, Homo peritus defniẽdi. & pro Fõ.283 a, Peritus belli gerendi. I.P. 91 a, Vir fortis, in primis belli ac rei militaris peritus Q.Martius, etc.

Periucundus, da. de Or.101. & 111. Epiſt.lib.2.

Periucundè. pro Cel.42, Euit enim periucundè.

Periurium, rij. perfidia. Of.73 b, Non enim falſum iurare peierare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut uerbis cõcipitur more noſtro, id nõ facere. periurium eſt. Off.73 b, Sed ſi hic ſibi ſumunt, nullã eſſe fidẽ quæ inſidelis data ſit, uideãt ne quæratur latebra periurio. In Verrem, 204 a, Quàm minimum dem illi temporis ad meditandum confirmandumq; periurium. pro Fon.283 b, Sceleratorum hominum periuria. de Aruſp. 252 b, Hoc ſuſpicor de tuorũ iudicum manifeſto periurio dici. Item: In periurio fides iuſiurandũ negligitur. de L.174 a, Periurij pœna diuina, exitium: humana, dedecus.

Periurus, a, um. qui fidem & iuſiurandũ negligit & uiolat, uel relinquit. pro Q.R. 48 a, Improbiſſimus et periurſſimus leno. 52 b, Nihil intereſt inter periurũ et mẽdacem. l. Mendax.

Perlabor, ris. Tuſ.154 a, Indeq; perlapſus ad nos, et uſq; ad Oceanum Hercules.

Perlatè. de Or.110 a, Perlatè patere.

Perlego, gis. de D.81 b, Perlegi, inquit ille, tuũ paulò antè tertium de natura deorum.

Perleuis, ue. contra Rul.82, Perleui momento fortunæ.

Perleuiter. Qu.Fr.309, Perleuiter commotus.

Perlibenter. At.132.

Perliberaliter. At.138, & 245.

Perlitus, a, um. reſperſus. pro S.R.43 b, Perlitus ſanguinis crudelitate.

Perlongus. At. 80 a, Perlonga & nõ ſatis tuta uia. cõt. Rul. Perlongo interuallo.

Perlubens, tis. Qu.F.311 b, Me perlubente, Seruius alliſus eſt.

Perluceo, ces. eluceo. Offi. 39 b, Honeſtum illud maximè quaſi perlucet ex ijs quas commemoraui uirtutibus.

Perlucidus, a, um. perlucens, quod ita tenue ac lucidum eſt, ut per id res reſpici & peruideri poſſint, illuſtre, & ualde clarum. de Na.54 b, Membranæ oculorum perlucidæ. & de D. 107 b, Illuſtris & perlucida ſtella pro Do. 116 b, Deos ipſos induxit Epicurus perlucidos & perflabiles.

Perluctuoſus, a, um. Qu.F.327. L.Funus.

Perluſtro, as. Par.233 a, l. Luſtro.

Permagnus, a, um. I.V.81, Permagno uendere. At.lib.10. 154 b, Per enim magni æſtimo, tibi firmitudinem animi noſtri, et factũ noſtrum probari. Part. Quod enim permagni intereſt, pro neceſſario ſæpe habetur.

Permaneo, es. conſto. de Am.110 a, Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. Epiſt.11 a, In omnibus meis ſententijs de rep. priſtinis permanebã. & 70 b, 71 a, Permanere in incepto. de Le.183 a, Nã & Athenis iã ille mos à Cecrope, ut aiunt, permanſit. Ep. 51 a, In mea erga te uoluntate permaneo. de Fi.82 b, Illud ſtabile & firmum permanſurum eſt. de Ora.210 b, In qua permaneo Catule ſententia. Epiſt. 13 a, Qua in ſententia conſtare ſi uoluiſſent, &c. Atti. 20 a, Permanere in priſtina ſententia.

Permano, as. peruenio, penetro. pro Corn.66 b, Vt alii qui ſermones inuidorum etiam ad ueſtras aures permanarent, & in iudicio ipſo redundarent. pro Do.237 b, Et ſi

Et ſi effluunt multa ex ueſtra diſciplina, quæ ad noſtras aures ſæpe permanãt. de N.1 b, Nec eſt quod ab his ad hominũ uitam permanare poſſit. & de Or.137 b, Vt ad eorũ mentes permouẽdas permanare poſſint. Tuſ.184 b, Concluſiunculæ ad ſenſus non permanantes. de Fi.115 b, Natura omnis appetendarũ rerum ita latè patet, ut à principijs permanet ad fines. pro Cl. 54 a, Venenũ epotũ permanat in uenas, & in omne corpus. pro S.R.29 a, Macula ex paterno ſanguine concepta uſq; eò permanat ad animum, ut, &c.

Permanſio, onis. Epi.15 b, In una ſententia perpetua permanſio. de inu. 82 b, Permanſio perpetua in aliqua re. Att. 181 b, Quoduis enim ſupplicium leuius eſt hac permanſione.

Permediocris, cre. de Or.103 b, Permediocres motus.

Permeo, as. penetro. Ac.30 a, Quòd quædam animalis intelligentia per omnia permeet & tranſeat.

Permetior, tiris. dimetior. Ac.32 a, Vos uerò ſolis magnitudinem quaſi decẽpeda permenſi refertis. de Vni.200 a, Cum eos permẽſus eſt idem, et ſemper ſui ſimilis orbis. & Tuſ.lib.2.

Perminutus. L.Perexiguus.

Permirus, ra. de Or.103 a, In quo per mihi mirum uiſum eſt Scæuola, te hoc illi concedere. Epi.lib.3. de Diu.li.2.

Permiſceo, ſces. cõmiſceo. In Vat.31 b, Ne tuas ſordes cũ clariſſimorum uirorum ſplendore permiſceas. de Orat. 128 a, Et illa excellens opimone fortuna cum laboribus & miſerijs permiſta eſſe uideatur. Ora.215 a, Interualla longa & breuia, quib. implicata et permiſta oratio eſt. pro Pl. 279 a, Ego fructus magna acerbitate permixtos tuli. Or.216 a, Oratio permiſta & tẽperata numeris. In Verrem, 133 b, Non modò illa permiſcunt, ſed etiã in his turbauit. pro Pla.267 b, Omnia potius permiſcuerunt, quàm ei legi cõditioniq; parẽrent. In An. 244 b, Cuius immanitas naturæ, ne uino quidè permixta temperari ſolet. de Vn. 202 b, In qua temperatione animum uniuerſæ naturæ temperans permiſcebat.

Permiſſio, onis. permiſſus, conceſſus. Quint. Fra.319 b, Quòd tibi mea pmiſſio mãſionis tuæ grata eſt, ex parte gaudeo. ad Heren. 9 a, Plus enim ualet ſanctio permiſſione. ad Heren. 33 a, Permiſſio eſt, cum oſtendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere & concedere alicuius uoluntati.

Permiſſus, ſus. permiſſio. de Ar.249 b, Omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum, &c. contra Rul.73 a, Permiſſu legis. et I.V.189 b, Permiſſu tuo. & pro Cornel. 63 b.

Permiſtè. de Inu.49 b, Si genera ipſa rerum ponuntur, neq; permiſtè cum partibus implicantur. & Partit.232 a, l. intercisè.

Permiſtio, onis. admiſtio. de Vn. 202 b, Superioriſq; permiſtionis reliquias ſundens æquabat.

Permiſtus, a, um. admiſtus. de D. 107 a, Ea quæ permiſti cum corpore animi uidere nõ poſſunt. de Vn. 199 a, At que ita permiſtum illud, ex quo hæc ſecuit, iã omne conſumpſerat. Or.216 a, Omnes in oratione eſſe quaſi permiſtos & confuſos pedes.

Permitto, tis. dimitto, cõcedo, poteſtatem facio uel cõcedo. Epiſt.229 a, Neq; nunc diſceſſiſſet à me, niſi ego ei permiſiſſẽ. & 86 b, Quid tibi permittatur cognoui, et

56 a, Vt in quo uellemus gymnaſio eũ ſepeliremus, nobis permiſerunt. de Natu.60 b, Tibi permitto abire nẽ malis an manere. pro Dom. 224 a, Vt omnia tibi permitterent. et de Oratore, 142 b, Quis tibi permiſit, ut &c. In Verrem, 153 b, Permittere licentiam alicui faciendi aliquid. contra Rul. 72 b, Primum permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ. In Ver. 135 a, In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habẽdæ cenſori permittitur. In Verrem, 240 a, Ipſis iudicibus ſine mea argumentatione coniecturam facere permittam, quòd hoc genus prædandi, &c. pro Sy. 175 b, Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adoleſcẽtiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti. pro Syl.170 b, Quo in magiſtratu non inſtituum eſt à me regnum, ſed nõ permiſſum. de In.80 b, Lex aut iubet, aut permittit, aut uetat. & ad Herenniũ, 9 a, Altera lex cogit, altera permittit. In Ver.235 a, Crudelis in an maduertendo, diſſolutus in permittendo. I.C.98 a, Simili ſenatuſcõſulto C. Mario, L. Valerio Coſs. permiſſa eſt reſp. id eſt, ne quid detrimenti caperet. Q.Fr. 311 a, Totum ei negocium permiſi, meq; in eius poteſtate dixi ſore. pro Fon.282 b, Committere fidei, permittere poteſtati. pro Seſt. 19 b, Inimicitias cum aliquo ſuſceptas reip. permittere. Q.F.291 b, Ea poteſtate, quæ tibi ad dignitatem permiſſa ſit, ad quæſtum uti. At.263 a, Coſs. & lege, & S.C. permiſſum erat, ut de aſſis Cæſaris iudicarent. pro S.R.43 b, Roſcij uita erepta de manibus ſectorum, ſententijs iudicũ permitteretur. Q.F. 316 b, Tibi permiſſurus ſum, ut facias quod uis.

Permodeſtus. At.59, Acutus et permodeſtus. In Ca.Timidus & permodeſtus.

Permoleſtus. At.16.

Permoleſtè. I.V. 230.

Permotio, onis. motus, perturbatio. de Ora. 128 b, Quæ permotionis cauſa uehementer, uel conciliationis leuiter aguntur. Aca.34 a, In omni permottione naturalem uolebant eſſe quendam modum. pro D. 110 a, Quæ permotione mentis magis quàm natura ipſa ſentimus.

Permoueo, ues. commoueo, perturbo, perpello. Orator. 206 a, Miſeratione mens iudicum permouenda eſt. de Ora.125 b, In commouendis iudicibus ijs ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere uolo, permoueor. de Diuina.107 b, Quod maximè continget, aut dormientibus, aut mente permotis. pro Cecinna, 249 a, Ex eo loco metu permotus fugit.

Permulceo, ces. permulſi, permulſum. mulceo, declino, mitigo. Or.212 b, Duæ ſunt igitur res, quæ permulceãt aures, ſonus & numerus. & de Ora.138 a. Eum qui audit, permulcere atq; allicere. de Nat. 48 b, Aram. quam flatu permulcet ſpiritus auſtri. de Fi. 71 b, At ille pellit, qui permulcet ſenſum uoluptate. ad Her. 20 a, Nam læduntur arteriæ, ſi antequã leni uoce permulſæ ſunt, acri clamore compleantur. de Sen. 78 a, Præterita enim ætas quãuis longa, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem.

Permultò. adu. de D.134, Permultò clariora.

Permultus, a, um. de Legib.190 b, Permulti imitatores principum exiſtunt. pro Sex.Roſ.33 b, Permulti obſeruandi ſunt.

Permutatio, onis. mutatio. At.75 a, Ego rationem Philogeni

Universidad de Deusto
Biblioteca

logeni permutationis eā quā tecum feci, edidi. Ep. 33 a, b, ibi perpaucos dies, dū pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatiōe debetur, cōmorabor. pro Cæl. 50 b. Quadrantaria permutatio. In P. 90 a, Partim emptiones, &c. partim permutationes ad hūc Tusculanū montem extruendum. pro Sest. 19, Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum. Parad. 126 a, Virtus nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur, &c.

Permutatio. exornatio, est ornatio aliud uerbis, aliud sententia demonstrans. ad Her. 34 b, 35 a.

Permuto, as. muto. I. C. 107 a, Si Catilina sententiā permutauerit, &c. de Ara. 254 a, Id ita perturbatum, itaq; permutatum est, ut, &c. Of. 15 b, Effectumq; ut dādo & accipiendo & permutandis facultatibus nulla re egeremus. Item: At permutata aliquando pecunia est, ductæ merces, &c. Epi. 29 a, At se curasse, ut cum quæstu populi pecunia permutaretur. At. 245 b, Quare uelim cures, ut permutetur Athenis, quod sit in annuū sumptū ei satis. Atti. 194 a, Sed q̄ro quod illi opus erit Athenis permutari, ut possit. At. 195 a, Ipsi permittam de tēpore nummorum, quantū opus erit ut permutetur, tu uidebis. At. 184 b, Scripserat ut XII. HS. permutaret, tantum esse reliquum de argento. At. 251 a, Quæ quo plus permutasti quām ad fructum insularum, etc. Att. 76 a, Vt uerear ne illud quod tecum permutaui, uersura mihi soluendum sit.

Pernego, as. prorsus nego. pro Cæl. 51 b, Atq; à se illam pyxidem traditam pernegaret. I. V. Act. 3, Sæpe appellati pernegauerunt. & Act. 6, Itaq; illo tempore ac primo istius aduentu pernegatur.

Pernecessarius, a. At. 80 b, Te non esse Romæ meo tēpore pernecessariò, submolestè fero. Pro Fl. Cōtēdisse à Lælio paterno amico ac pernecessariò, ut hūc hoc iudicio arcesseret.

Pernicies, ei. exitium, pestis, labes, calamitas. I. C. 99 b, Quāquā uidebam pernicie cū magna calamitate reip. esse cōiunctam. & 104 a, Cū tua peste ac pernicie profiscere. pro S. R. 40 a, Quorū nihil perniciei causa diuino cōsilio factū putamus. aliter, pernicij, apud A. Gellium: & pernici, apud Non. Marcellū. de Or. 111 a, Eadem facultate & fraus hominū ad pernicie, & integritas ad salutē uocatur. I. V. 67 a, Labes atq; pnicies prouinciæ. I. C. 120 a, De pernicie reip. et exitio urbis cogitare. pro Do. 230 b, Cum à patria perniciem depuli. I. V. 67 a, Pernicies patriæ.)(. Salus patriæ.

Pernicioſè. pestiferè. de L. 101 b, Multa perniciosè et pestiferè sciscuntur in populis. de L. 189 b, Ciuis perniciosè popularis. de Le. lib. 3, Quām dissolutè, quām turpiter, quamq; ita pernicioſè.

Pernicioſus, a, um. exitiosus, capitalis, pestifer, infelix. Anteq. 196 a, Quæ omnia nō sunt tā calamitosa, quòd mihi sunt subeūda, quām pernicioſa, quòd in rēp. sunt introducta. Qu. F. 328 a, Exitum iudicij fœdum & pernicioſum leuissimè tuli. pro Do. 236 a, Consilium reip. pernicioſum.

Pernicitas, tis. magna celeritas. Tusc. 237 a, Adde etiam si libet pernicitatem & uelocitatem.

Pernobilis, pernobile. In Ver. 229, Epigramma græcum pernobile.

Pernocto, as. noctē agere, traducere. I. V. 205 a, Senator populi Rom. in uestro oppido iacuit & pernoctauit in publico. & 259 b, Matres miseræ pernoctabāt ad ostiū carceris. pro Do. 229 a, Sedulius propter inopiam tecti in foro pernoctans. pro Ar. 189 a, Hæc studi: pernoctāt nobiscum, peregrinantur, rusticantur. pro Cl. 25 a, Cum is apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur. Tusc. 183 a, Pernoctant uenatores in niue. Tusc. 241 b, Animum cum his habitantem pernoctantemq; curis, etc. Tusc. 247 b, Bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum.

Pernosco, scis. de Or. 86, Mores hominum sunt penitùs oratori pernoscendi. L. Profiteor.

Perobscurus, ra. de N. 1, Perobscura quæstio.

Perodioſus, sa. At. 169, Lippitudo perodioſa. At. lib. 13, de Bruto nostro perodioſum.

Perofficioſè. Epi. 139, Perofficioſè & peramanter obseruare aliquem.

Peropportunus, na. de Or. 130, Peropportunum diuersorium. Epist. lib. 6, Peropportuna uictoria.

Peropportunè. de Ora. 110, Peropportunè cecidit. de N. lib. 1, Peropportunè uenis.

Peroptatò. aduerb. de Ora. 110, Peroptatò ocium nobis datum est.

Peroratio, onis. cōclusio, epilogus. de Or. 116 a, Tum alij conclusionem orationis, & quasi perorationē collocāt. & de Cl. 176 a, Peroratio, qui epilogus dicitur. Or. 208 a, Post omnia perorationem inflammantē restringuentem ue concludere.

Perornatus, per politus. de Cl. 178, Crassus in dicendo et perornatus & breuis.

Peroro, as. cōcludo. de Orator. 116 a, Alij iubent antequā peroretur, ornandi aut augendi causa digredi, deinde concludere ac perorare. de Cl. 181 a, Perorādi locus, ubi plurimū pollet oratio. pro Cæl. 52 b, Dicta est à me causa iudices & perorata. & ad He. 3 b, Perorata narratione. de Le. 184 a, Plato omnē orationem eius de legibus perorauit uno æstiuo die. Ac. 36 b, & 37 a, Quoniā satis multa dixi, est mihi perorandū. & de In. 49 a, Quibus dictis intelligat fore peroratum. de In. 59 a, Idcirco iudices, quia uerā causam habebā, breui peroraui. I. V. 182 a, De qua cum dixero, totū hoc crimen decumanū perorabo. de In. 67 b, et Q. F. 306 a, Quo loco nisi perorata causa & probata, non est utendum. pro Sest. 3 b, A. Q. Hortensio causa P. Sestij est perorata. I. V. 123 a, Res illo die nō peroratur, dimittitur iudiciū. I. V. 34 a, Cum Vectius ad arbitrium tuum perorasset. pro Q. 14 a, Perorare causam contra aliquē. de N. 57 a, Vt aliquādo perorē. At. 72 b, Sed hæc tum laudemus, cū erūt perorata. Of. 67 b, Perorandæ litis. aliter, Orādæ liti. At. 54 b, Odio et stirpitu senatus coactus est aliquādo perorare. et pro Q. 6 a, Quæritur priore patrono causam defendente nunquam perorari potuisse.

Perparuulus. I. V. 222 b, Sigilla perparuula. Ibi. Perparuulum signum.

Perparuus, a, um. de Le. lib. 2, Cur igitur hæc tanta ficmus, cum cætera perparua sint? I. V. Perparua et tenuis ciuitas. pro Deiot. Perparua culpa.

Perpauculus, la. de L. 167, Deduxitq; in Academiā perpauculis passibus.

Perpa-

Perparum, adu. I. V. Act. 5, Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire.

Perpaucus, ca, cum. At. lib. 6, Perpauci offensi. de Le. lib. 1, De quo cùm perpauca dixero, ad ius ciuile ueniam.

Perpaululum. adu. de Or. 122 a, Perpaululum loci.

Perpaulum. de Fin. 52 b, Perpaulum declinare.

Perpauper. At. 93, Ariobarzanes rex perpauper.

Perpello, lis. impello, permoueo. pro Cæl. 45 a, Vultus huius te oculiq; perpulerunt. de Or. 88 a, Cn. Carbo quē tu adolescens perpulisti.

Perpendiculum, li. linea est, plumbeum cylindrū, parium appensum habens, qua à summo ad imum laterum æqualitatem fabri perpendunt. Vitruuius autem lib. 7. sic distinguit: Longitudines, ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. In V. 103 b, Nulla est columna, quæ ad perpendiculū esse posit. de Fat. 144 b, Si grauitate ferūtur ad perpendiculum atomi rectis lineis. Item: Columnas neq; rectas, neq; è regione Diphilus collocarat, aliquando perpendiculo et linea discet uti. Ac. li. 2. apud Nonium, Atqui si id crederemus, non egeremus perpēdiculis, non normis, non regulis. l. Norma, Linea, Regula.

Perpendo, dis. expendo, dirigo. pro Mur. 124 b, M. Cato uitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendens momenta officiorum omniū. de Or. 156 b, Hoc non arte aliqua perpenditur, sed quodā quasi naturali sensu iudicatur. I. V. 196 a, Æquitas æstimationis aratorum commodo & uoluntate perpenditur. pro Mur. 142 a, Hæc omnia ad rationē ciuitatis si dirigas, recta sunt sin perpēdere ad disciplinæ præcepta uelis, reperiuntur prauissima. Am. 114 a, Amicitia quæ tota ueritate perpenditur. Qu. de P. 208 b, In ijs omnibus generib. iudicato & perpendito quantum quisq; possit.

Perperam. prauè, peruersè, præposterè. pro Qu. 5 b, & pro Cec. 298 a, Seu rectè, seu perperam facere cœperūt. de In. 60 b, Res perperam constitutæ. ad Here. 7 a, Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hunc tam perperam sciſſe non est mirandum.

Perpeſsio, onis. perpessus. pro Rab. 93 b, Harum rerum non solùm euentus atq; perpessio, sed etiam expectatio indigna homine libero est. de Fin. 59 a, Dolorum perpessio. & de In. 82 b, Laborum perpessio.

Perpeſsus, sus. de Finibus, 122 b, Dolor difficilis perpessu, &c.

Perpetior, ris. sufferō, perfero. Epist. 50 a, Nisi hoc peius sit, hæc sufferre et perpeti. Item: Vt mihi tam multa pro te perpesso atq; perfuncto cōcederet, ut præstarem, etc. Ep. 27 a, Vt perpessurus sim quiduis, &c. de Ora. 115 a, Ac mihi quidem non ita molesti sunt, facilè omnes perpetior & perfero. cont. Rul. 67 a, Mihi omnia potius perpetienda esse duco, quàm non, &c. de Fin. 78 b, Cassus ille qui nobis miserabilis uidetur audiētibus, illi perpetienti erat uoluntarius. de Fin. 132 a, Cum mendicitatē multi perpetiantur, ut uiuant. de Fin. 59 a, Iidem perpetiuntur dolorem, ut, &c.

Perpetuitas, tis. perennitas, diuturnitas, cōtinuatio. Off. 37 a, Malus custos diuturnitatis metus, contraq; beneuolentia fidelis est, uel ad perpetuitatem. Quin. Fr. 325 b, Magis uoluntatis perpetuitatem, quàm promissorum exitum expecto. Off. 24 a, Vt constare in uitæ perpetui

tate possimus uobismetipsis. de N. 51 b, Quod perpetuitatis causa machinata natura est. Tusc. 234 b, Non ex singulis uocibus philosophi sunt spectandi, sed ex perpetuitate atq; constantia. de Fin. 82 b, Qui autem diffidit perpetuitate bonorum, timeat necesse est. Tusc. 169 b, Perpetuitate consequentis temporis. Tusc. 234 b, Perpetuitas & constantia dictorum. de Or. 160 b, Perpetuitas, & quasi conuersio orationis.)(. Oratio membris intercisa. Or. 197 b, In perpetuitate dicendi. de Or. 129 a, Genus facetiarū quod in perpetuitate sermonis est. de Vn. 202 a, Perpetuitas pro immortalitate.

Perpetuò. in perpetuum. contra Rull. 87 b, Vt eam opinionem perpetuò retineatis. Quin. Fr. 298 b, & de Vn. 201 a, Facies perpetuò, quæ feci sti. Ep. 49 a, Si perpetuò tacerem. & ibi. Statueram in perpetuum tacere. & 170 a, & 40 b, & 88 a, pro Cl. 39 a, Iudex, qui non perpetuò sedisset.

Perpetuo, as. continuo. as. de Orat. 159 a, Si cuiuspiam sit infinitus spiritus, tamē eum perpetuare uerba nolimus. pro Syl. 179 a, Cæcilius iudicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit.

Perpetuus, a, um. perennis, constans, æternus uel sempiternus, uniuersus, continens, contextus. I. C. 117 b, Atq; ut in perpetua pace esse possitis, prouidebo. de Na. 37 a, Stellarum perēnes atq; perpetui cursus. I. C. 122 b, Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. de Nat. 10 a, Legis perpetuæ & æternæ uis. pro Rab. 90 b, Nam me meæ uitæ perpetua consuetudo ad eum defendendum est adhortata. de In. 82 b, Stabilis & perpetua permansio in ratione benè considerata. Qu. de Pet. 209 a, Firma & perpetua amicitia. & Ep. 90 a, Assidua & perpetua cura. Ep. 67 b, Qui omnes à perpetuis suis historijs ea quæ dixi bella separauerūt. & 68 a, A' continentib. tuis scriptis, in quib. perpetuam rerum gestarum historiam complecteris. de Fi. 67 b, Perpetua oratio non rhetorū solum, sed etiā philosophorū est. de Or. 110 a, Valde sum cupidus te in illa longiore & perpetua disputatione audiendi. Qu. F. 308 a, et de Or. 97 b, Cato Pompeiū orationē perpetuā tanquam reum accusauit. de Ora. 129 a, In illo genere perpetuæ festiuitatis. Ac. 36 b, Hortēsius autem uehementer admirans, quod quidā perpetuo Lucullo loquēte ferat, &c. de Or. 121 b, Perpetui & uniuersi generis quæstio. et de Cl. 174 a, Quæstiones perpetuæ. et de Nat. 60 b, Oratio uniuersa id est, perpetua. Post. 210 b, Constans et perpetua defensio salutis meæ. Tusc. 247 a, Ita perpetuas & contextas uoluptates in sapiente fore semper. pro Fl. 165 a, Annui tēporis criminationē omnis ætas L. Flacci et perpetua defendet. At. 83 a, S.C. factū est, ut cētesimæ perpetuo fœnore ducerētur. At. 189 a, b, Perpetuum morbum iurabo. Post. 205 a, Cum resp. non solùm parentibus perpetuis, sed etiam tutoribus annuis esset orbata. I. V. 228 a, Vna uia lata atq; perpetua, multæq; trāsuersæ Syracusis. I. P. 90 b, A' Brundusio usq; Romam agmen perpetuum totius Italiæ uidi. Top. 229 b, Non solùm perpetuæ orationes, sed etiam partes orationis ijsdem locis adiuuantur. At. 12 a, Perpetua oratio.)(. Altercatio. et ibi. Tempus est nos de illa perpetua ītā, non de hac exigua uita cogitare. Of. 41 b, Pecuniæ quæ rendæ non solùm ratio est, sed etiā collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet. I. A. 156 a, Quæ ille in æs in

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidit, in quo populi iussa perpetuaq; leges esse uoluit, pro nihilo habebuntur. I. A. 248 b, Mea perpetua atq; constans uoluntas in rep. de L. 179 b, Perpetua sacra. pro Mil. 111 a, Perpetua alicuius consuetudo in ui inferenda.

In perpetuum. id est, perpetuò. de Am. 101 d, In perpetuum.) (. Ad quoddam tempus. At. 76 b, Euersam in perpetuum prouinciã nos inuenisse scito. de Or. 119 d, Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet. I. Cat. 103 b, Hæc reipub. pestis paulisper reprimi, nõ in perpetuum comprimi potest. contra Rul. 77 d, Res uestras in perpetuum alienari. ad Brutum, 90 b, Eum in perpetuum alienari. ad Brutum, 90 b, Eum in perpetuum modestiorem spero fore.

Perplacet. At. li. 3, Vide legem quam T. Fabio scripsit T. Viselius: ea mihi perplacet.

Perpolio, lis. expolio. l. Polio. l. Politus. Epist. 69 b, Et ea quæ habes instituta perpolies. & de Vn. 203 d, Perpolire, & absoluere aliquid imperfectum. pro Cor. 58 d, Placuit ambobus adhiberi hûc à me quasi perpoliendi quẽdam operis extremum laborem. de Or. 113 d, Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. de Or. 127 d, Hæ duæ partes, quæ minimè præceptis artium sunt perpolitæ.

Perpolitio, onis. expolitio. ad Her. 28 d, Insignita perpolitio uerborum.

Perpolitissimè, de In. 34.

Perpolitus, a, um. expolitus, excultus. pro Sest. 22 b, Vita perpolita humanitate. ad He. 27 b, Omnes partes orationis æqualiter perpolitæ. de Or. 90 d, Homines perfecti in dicendo & perpoliti.

Perpotatio, onis. I. P. 84 d, Intemperatissimæ perpotationes.

Perpoto, as. I. V. 253 b. Perpotare totos dies.

Perpugnax, acis. de Or. 92. in disputando.

Perpurgo, as. pro Mur. 137 d, Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitu criminibus perpurgatus abijs qui ante me dixerunt. & de Dom. 108 b, Perpurgatus est is locus, &c.

Perpusillus. de Ora. 131 b, Perpusillum rogabo. locus ex ambiguo, nam & pusillum hominem significat, & breuiter.

Perquàm. valde. de Ora. 118 b, Quod mihi quidẽ perquã puerile uideri solet. & 123 b, Hoc perquàm optandum nobis. & 127 a, Sic illud perquàm breuiter perstrinxi. & Tus. 185 b, Perquàm flebiliter Vlysses lamentatur in uulnere. pro Plan. 262 d, Hic quã ille dignior perquàm graue est dictu. et Tus. 171 b, Illud uerò perquàm inane.

Perquiro, ris. exquiro, inquiro. de Orat. 153 d, l. V. 208 b, Scribit ad quosdam, ut ea uasa perquirant. de Fi. 136 b, Contemplari & perquirere res occultas. pro Cluen. 55 b, Perquiritur à coactoribus. Qu. de Pet. 209 b, Perquiras etiam, & inuestiges homines ex omni regione, &c. pro Cæ. 48 b, Possum etiam illa ab accusatore perquire re, ubi sit. nam, &c.

Perquisitius, aduerb. exquisitius. de In. 57, Perquisitius & diligentius.

Perrarò. adu. de Or. 85. de Fin. lib. 2.

Perrecunditus, ta. de Or. 96. facultas.

Perridiculus, la. I. V. 112, Perridiculi homines. de Or. lib. 2, Perridicula doctrina.

Perridiculè. de Or. 131.

Perrumpo. pis. disrumpo, perfringo, ui aperio, perseco. Tusc. 157 d, Accedit ut eo facilius animus euadat ex hoc aere, eumq; perrumpat. & ibidem: Ab his perrumpitur & diuiditur crassius hic aer. I. A. 244 b, Sed effugi insidias, perrupi Apenninum, etc. Off. 59 d, Pœnam legum, quas perrumpunt, non uident. Att. 131 d, Exercitum frumum habere oportet, quo confidamus perrumpere non posse.

Persæpe. I. V. 263, & de Leg. lib. 2.

Persa, & Persæ. Regnum non modò Rom. hominis, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile, 10 ad At. Persæ circa circumlitos mortuos condiũt, ut quàm maximè permaneant diuturna corpora, 1 Tus. Persæ ad Delũ appulsi, nihil in ea uiolarunt, 3 in Ver. Vescuntur nasturtio Persæ, ut scribit Xenophon, 2 de Fi. Persarũ à Xenophonte uictus exponitur, quos negat ad panẽ adhibere quicquã præter nasturtium, 5 Tus. Nec Persarum Magos sequor, quibus autorib. Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, 2 de Le. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non antè Magorũ disciplinam, scientiamq; perceperit, 1 de Diuin. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere: his aũt uxoribus ciuitates attribuere, etc. 5 Ver. In Persis augurantur & diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atq; inter se colloquendi, 2 de Diuinat. 99.

Persalsus, sa. de Or. 134.

Persalsè. At. 316, Persalsè & humaniter.

Persalutatio, onis. salutatio. pro Mur. 134. b.

Persaluto, as. saluto. pro Fl. 155 d.

Persapiens, tis. de Prouinc. 78, Magni & sapientis hominis.

Persapienter. pro Mil. 103.

Perscienter. de Cl. 182.

Perscribo, bis. refero, datum alicui refero, in tabulas publicas refero. contra Rull. 83 b, Hoc perscriptum in nomentis ueteribus reperietis. pro Fla. 155 b, Pecuniam in ædem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt. & ibi. Cum Elæco datam referũt. pro Qu. R. 45 d, Reque enim tabulæ condemnantur, eius qui uerum nõ retulit, & eius qui falsum perscribit. & ibi. Ego ne hanc manũ impellere potui, ut falsum perscriberet nomen? & Ep. 142 b, pro Syl. 175 d, Constituti senatores, qui omnia in dicum dicta perscriberent. I. C. 113 b, Et quoniam nondũ est perscriptũ senatusc̃ sultum ex memoria nobis Querites, quid senatus cẽserit exponam. pro Syl. 174 b, Recenti memoria senatus autoritatem huius iudicij monumentis publicis testatus sum. Epi. 3 b, Senatus autoritas perscripta. I. P. 87 d, Iis uerbis ea de me senatus autoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius quàm mihi salus restitutioq; perscripta. de Or. 143 d, Et eundem id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. In Pis. 92 b, Rationes etiam perscriptæ erant ita scitè & litèratè, ut scriba, &c. Att. 47 d, Fac ut omnia ad me explorata perscribas. Epistol. 52 d, Nunc mihi Qu. Frat. mitissimam tuam orationem perscripsit. Epist. 6 b, De meis rebus ad Lelium perscripsi. Epist. 6 b, Vt perscripsi ad te antea. Att. 93 b, Ad ipsum hæc perscripsi omnia.

Perscriptor, oris. I V. 185, Scriba perscriptor fœnerationis.

Perscri-

Perscriptio, onis. Epist. 60 d, Iam illud S. C. quod, &c. ea perscriptione est, ut dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. in Ant. 196 d, Antonius septies millies falsis perscriptionibus donationibusq; uertit. in Rull. 70 b, Legis perscriptio. de Or. 107 d, Si de tabulis & perscriptionibus controuersia est. pro Q. Ros. 45 b, Suarum perscriptionum & literarum aduersaria proferre.

Perscrutor, aris. exquiro, inquiro. pro Fl. 150 d, Itaq; perscrutamini penitùs naturam rationemq; criminum. I. V. 210 b, Inuestigare & perscrutari omnia. Tus. 239 d, Specular & perscrutari omnia. de Inu. 55 b, Desinite literas perscrutari. de In. 78 d, Perscrutari uoluntatẽ alicuius domesticis suspicionib. Off. 38 d, Dionysius præmittebat de stipatoribus suis, qui perscrutarentur areulas muliebres, & ne quod occultaretur telum exquirerent.

Perse. ex se, sua sponte, à natura, natura & specie sua, separatus. de Vn. 198 d, Mundus per se & à se, & patitur & facit omnia. Tus. 24. 6 b, Voluptas per se, quia uoluptas est, semper optãda est. de Diu. 134 b, Siue externus pulsus dormientium animos commouet, siue per se ipsi animi mouẽtur. de D. 133 d, Vtrum cẽsemus animos per semetipsos in somniando moueri, an externa & aduentitia uisione pulsariẽde Fi. 54 d, Si concederetur ista sua sponte et per se esse iucunda, per se esset uirtus et cognitio rerum expetẽda. & 59 d, Nec patiẽtiam laudari suo nomine. pro Pl. 267 b, Nõ enim si, etc. idcirco ista editio per se non acerba est. In An. 225 d, Per se nullo adiuuante confecit. Par. 125 b, Possẽssio uirtutis ipsa suis se uiribus sustinet. (. Possẽssio, quæ quo maior est, eo plus requirit ad se tuendam. I. A. 192 b, Gallia ipsa sua spõte suoq; iudicio excitata. de Fin. 82 d, Amicitia ipsa sua sponte, ui sua ex se & propter se expetenda. in Ant. 198 b, Quæ separatim suo nomine notanda censeo. de Ar. 249 b, Id monstrum sibi ipsum est. Ep 150 d, Et si res ipsa loquebatur: id est, per se nota erat. Off. 39 b, Quod honestum est per se, nobis placet, animosq; omnium natura & specie sua commouet. de Am. 111 d, Naturalis illa amicitia per se & propter se expetenda. & ibi. Per se quisq; charus. de Fi. 72 d, Rectum ipsum quod per se, sua ui, sua natura, sua sit sponte laudabile.

Perseco, as. At. 212 d, Quare da te in sermonem, & perseca, & confice, &c. Aca. 31 d, Ecquid nos rerum naturas persecare, aperire, diuidere possumus?

Persecutio, onis. hoc uerbo Vlpianus extraordinarias iuris actiones putat contineri, ut fideicommissorum, & aliorum quæ non habent iuris ordinarij exequutionem. Or. 210 d, Persecutionum cautionumq; præceptio in iure ciuili.

Persephone, es. id est, Proserpina. de N. 39.

Persequentissimus iniuriarum. de In. 11.

Persequor, ris. sequor, consequor, insequor. Epist. 34 d, Eò discessisti, quò ego ne persequi quidè possem triginta diebus. Ac. 40 d, Siue enim Zenonem sequare, magnũ est, &c. & ibi. Si uerò Academiam ueterem persequamur, &c. At. 116 b, et Ep 152 b, Pompeium persequi Cæsar dicitur. et At. 276 d, Persequi aliquem bello. de Diu. 139 d, Superstitio quocunq; te uerteris persequitur. I. V. 273 d, Horum nos hominum sectã persequimur. pro D. 242 d, Nec institutas ceremonias persequi potuit. Aca. 1

d, Persequi inimicitias. in Ve. 110 b, Iniurias suas per uos ulcisci ac persequi statuerunt. et 65 d, Qui iniurias suas persequi uolunt. pro Do. 223 d, Is mortem eius se persequi uelle dixit. et I. A. 255 b, Persequi mortẽ alicuius. pro Cecin. 291 d, Vt tuas iniurias persequar. i. à te factas. pro Cec. 286 b, & I. V. 58 d, Persequi ius suum. I. V. 154 b, et pro Fla. 156 d, Bona sua repetere ac persequi lite atq; iudicio. Ep. 13 d, Cum pœnas à seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet. pro Q. 7 b, Persequi rẽ suã: id est, petere in iudicio. in Ant. 242 d, Vt uitam inopem & uagam persequamur.

Persequi: complecti, describere, percensere. pro Cæl. 291 d, Persequi tutissima quæq;. de Cla. 175 b, Nunc reliquorũ oratorum ætates & gradus prosequamur. de N. 23 b, & 77 d, Epicurus uoluptates persequitur omnes nominatim. Aca. 41 d, Brutus sic philosophiam latinis literis persequitur, nihil ut, etc. Ep. 147 d, et de Fin. 51 b, Et persequi omnia literis. de D. 111 b, Qui siderũ motus numeris persequuntur. Ep. 147 d, Sed breuiorem me duæ res faciũt. una, quòd publicis literis omnia sum persecutus, altera, &c. de Fin. 140 d, Nec sum copiam quam potui, &c. persecutus. in Ant. 165 b, Longum est persequi cæteros, etc. I. P. 81 b, Persequere connexos his funerib. dies. de Pro. 73 d, & Ep. 32 b, Si idẽ extrema persequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta uidebimus. et 111 b, Persequi extrema. pro D. 242 d, Nec institutas ceremonias persequi potuit. de Ar. 248 d, Vix quisquã arte ulla ordinem rerum ac uicissitudinem persequi potest. Of. 51 b, Has res Xenophon commodissimè persecutus est in eo libro, qui, &c. de D. 90 b, Is diligentissimè res Annibalis persecutus est. de Se. 80 d, Quæ uerò lib. persecutus est Ennius. pro Syl. 175 d, Qui consuetudine & celeritate scribendi facilimè quæ dicerẽtur, persequi possent. pro Ar. 188 d, In ea autẽ persequenda omnes cruciatus corporis parui sunt ducendi. Or. 202 d, Id notandum est ad studium persequẽdæ suauitatis in uocibus. Or. 206 d, In lege Manilia temperata oratione ornãdi copiã persecuti sumus. I. P. 86 d, Tristissimis ominibus aliquẽ exeuntẽ persequi. de Or. 125 d, Persequi aliquid acrius. Ep. 85 d, Persequi uitia alicuius. in Pis. 90 b, Quæ tu diuerticula, quas flexiones, dum omnes solitudines persequeris, quæ fugis! At. 150 b, Persequi pœnas alicuius. Q. F. 315 d, Tua mandata persequar diligenter: id est, exequar. de Se. 80 d, Vt aui reliquias persequare. de Le. 187 b, Qui legatione hæreditates aut syngraphas suas persequuntur.

Perseuerantia, tiæ. assiduitas, constãtia. de Inu. 82 b, Perseuerantia est, in ratione bene consideratâ, stabilis & perpetua permansio. Par. 235 b, Aliud an idem sit, ut pertinacia, & perseuerantia. pro D. 214 d, Nimia perseuerantia. pro Planc. 278 d, Ergo ille cum perseuerantiam sententiæ suæ, non salutem reip. retinuisset, tamẽ, &c. in Ant. 211 b, Retinenda est igitur nobis constantia, gratitas, perseuerantia.

Perseuero, as. persisto, permaneo, persto, pergo tenere eam uiam quã instituì, agere pergo. At. 93 d, Et quod tibi Romæ ostenderam me seruaturum, in eo perseueraui. in An. 222 d, At ille in hac constãtia morbo aduersante perseuerauit, de Pro. 71 d, Statuit ius dicere, & in eo perseuerauit. I. A. 193 b, Vt uos in ista sententia perseueretis. & de L. 189 b, Perseueras tu quidẽ, & in tua ueteres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re sententia permanes. & de N.76 b, Perseuerare in eadem sententia. de In.62 b, Perseuerare in uitijs. pro Qu.4 a, Quod turpissimè suscepisses, perseuerare et trãsigere non potuisti. At.254 d, Et ad urbem ut non accederem, perseueraui. pro Qu.5 b, Dolabella iniuriam facere fortissimè perseuerat. pro Quin.12 a, Si inimicissimè contendere perseueret. I.V.220 d, Quod cum omnib. displiceret, nõ est ab isto perseueratum. Ep.145 a, Id quod antè cœperam, agere perrexi. Ep.108 d, Quare mi Cicero perseuera constanter nos defendere. Attic.125 b, Quod quæris, quid Cæsar ad me scripserit, quod sæpe gratissimum sibi esse, quod quierim, oratq; in eo ut perseuerem. et I.A.240 a, Cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore. Amic.100 b, Cum Pylades Orestem se esse diceret, Orestes autem se esse perseueraret: id est, constanter asseueraret.

Perseus, sei. de Nat.84 d, Ad pedes Andromedæ, Perseus describitur.

Persicus, a, um. de Se.89 b, Cyri purpura, ornatusq; Persicus multo auro multisq; gemmis. de D.90 a, Dionysius Persicus.

Persimilis, le. I.P.99. l. Memoria.

Persisto, persto, perseuero. de Fin.87 b, Si in eo perstiteris, ad corpus ea quæ dixi referre.

Persoluo, uis. de Or.111 a, et de Fin.50 b, Epist.133 d, Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est. Itẽ, Simite me, quod uobis fretus huic sæpe promisi, id à uobis ei persoluere. In Verrem,269 b, Persoluere pœnas iudicio. l. Pœna. At.103 b, Persoluere rationem officij sui. At.103 b, Si mihi hoc ζητημα persolueris, magna me cura liberaris. Att.235 a, Persolui primæ epistolæ, uenio ad secundam. Ep.39 b, Persoluere promissa. pro Pla. Persoluere gratiam. de Ar. Persoluere uota. At. lib.1, stipendium. I.V. Act.7, officium.

Persona, næ. est ea qualitas, qua homo differt ab homine ijs in rebus quæ rhetores attributa personarum uocant. ut pater, filius: maritus, uxor: iudex, imperator: philosophus, orator, & id genus alia. ponitur pro munere, & partibus. de Orat.126 d, Sæpe uidi cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis uiderentur. Ep.48 d, Cæsar nunquã nisi honorificẽtissimè Pompeium appellat, at in eius persona multa fecit asperius: armorum ista & uictoriæ sunt facta, non Cæsaris. Ep.33 d, Neq; enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur. ad He.2 d, A` persona alicuius capere beneuolentiam. Ep.50 b, Ea reminiscere, quæ digna tua persona sunt. Ep.61 b, Li benterq; cõmutata persona te mihi fratris loco esse duco. de Or.121 b, Hominum innumerabiles personæ. de N.74 d, Medea & Atreus heroicæ personæ. At.128 b, Ecquæ pacifica persona desideretur. In A.173 d, Exultabat gaudio persona de Mimo, modò egẽs, repentè dives. de Or.118 d, Tres personas unus sustineo: meã, aduersarij, iudicis. Off.25 d, Magistratus gerit personam ciuitatis. pro Plan.280 b, Is abiecit quæstoriam personam, comitisq; sumpsit. At.147 b, Ad eam rationem existimabam esse satis aptam naturam ac personam meam. At.237 b, Quid est autẽ cur ego personatus ambulem? parum'ne fœdæ persona est ipsius senectutis. Off.20 d, Nobis autẽ personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiaq; reliquarum animantium. & ib. Nobis aũt à natura, constantiæ, moderationis, temperantiæ, uerecũdiæ partes datæ sunt. Of.23 b, Ac duabus his personis, quas suprà dixi, tertia adiũgitur, quam casus aliquis uel tempus imponit. Of.37 b, Cum tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit. I.A.219 b, Magnũ est in rep. tueri personam principis. Of.23 b, Ipsi autem quam personam gerere uelimus, à nostra uoluptate proficiscitur. I.A.205 b, Ita ueni in senatum, ut meminissem quam personam impositam à uobis sustinerem. & 208 d, Quam quam non alienum fuit personas quasdam à uobis recognosci, ut, etc. I.P.84 b, Non capiunt angustiæ pectoris tui tantam personam, tam grauem, tam seueram: id est, personam consulis. pro Quin.8 d, & Ep.111 d, Petitoris personam suscipere, accusatoris deponere. pro Syl.168 b, Deniq; istam personam uehementem & acrem, quam mihi tempus et resp. imposuit, iam uoluntas et natura ipsa detraxit. pro Ce.287 b, Quam personam cognoscitis mulierum assentatoris, cognitoris uiduarum, & c. hanc personã imponite Ebutio, is enim, etc. I.P.95 d, Qui philosophiam profitetur, grauissimam sustinet personã. de Cl.171 b, Paulus personã principis ciuis facile dicendo tuebatur. et 179 b, Ad tuendã personã magistratus. de Ora.98 d, Is qui hanc personam susceperit, ut amicorum partes tueatur.147 b, Nec adhuc quã personã teneant, intelligũt. pro Mur.125 d, Ego has partes lenitatis et misericordiæ semper egi libenter, illam uerò grauitatis et seueritatis personã non appetiui, sed à rep. mihi impositam sustinui. et Off.20 d, Nobis à natura uerecundiæ partes datæ sunt. cont. Rul.75 b, Vos mihi personam hanc imposuistis, ut eum tuerer.

Personatus, a, um. de Or.163 b, Nostri senes, qui personatum ne Roscium quidem magnopere laudãt. At.157 Quid est autem cur ego personatus ambulem?

Personо, as. percrepo. pro S.R.41 d, Canit uocem, neruorum & tibiarum, tota uicinitas personabat. & I.P.84 d, I.A.180 d, At uerò te inquilino personabant omnia uocibus ebriorũ. pro Pl.227 b, Cum furialis illa uox secum illos facere acerbissimè personabat. pro Cæl.47 b, Illi uerò non loquuntur solùm, uerũ etiam personant, huc unius mulieris libidinem esse prolapsam. Epi.92 d, Iam tamẽ personare aures eius huiusmodi uocibus non est inutile.

Perspectus, a, um, certus, cognitus, exploratus, pertractatus. At.47 d, Fac ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas. Attic.170 b, Tua erga me mihi perspectissima beneuolentia. de Or.138 d, Tota causa pertractata atq; perspecta. & Ep.6 d, Re perspecta atq; cognita. de Ora.92 b, Artem cognitis penitusq; perspectisq; rebus contineri. At.273 d, Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. Ora.208 d, Erit etiam ei perspectum, nihil posse, etc. de Fat.142 d, Quod erit et perspectum in arte. pro Cor.58 d, Virtus audita.)(Virtus præsens, experta atq; perspecta. de Or.94 d, Ars definitur ex rebus penitus perspectis, planeq; cognitis, & c. Off.30 d, Is quorũ uita perspecta in rebus honestis atq; magnis est.

Perspergo, gis. respergo, profundo. de Orat.98 d, Lepos quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.

Perspicacitas, tatis. solertia, acumen. At.17 d, Nunc uides quibus fluctibus iactemur, & si ex ijs quæ scripsimus (tanta est perspicuitate) etiam à me non scripta, perspicia. ex Gallico Sim. Colinæi exemplari.

Perspicax, cis. solers, acutus. Of.20 b, Id quod acutum et perspicax natura est. Offic.71 d, Palamedis perspicax prudentia.

Perspicientia, tiæ. consideratio, cõtemplatio, cognitio, intelligentia. Of.4 d, Quod honestum est, aut in perspicientia ueri solertiaq; uersatur, aut, & c.

Perspicio, cis. animaduerto. de In.64 d, Animus ita uidetur affectus fuisse, ut rem cum consilio & cura perspicere non potuerit. de Leg.168 d, Homo cum seipse perspexerit, totumq; tentarit, intelliget, etc. de Ar.247 b, Nemo illorum prudentiam non dicam assequi, sed quanta fuerit, perspicere potest. Epist.3 d, Quod tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisq; perspexeram. Ep.40 b, Nollem accidisset tẽpus, in quo perspicere posses quanti te facerem, quanquam in consuetudine quotidiana perspexisses, sicuti perspicies. pro Syl.181 b, Perspici te etiam atq; etiã, & c. penitùs introspicite istorum mentes. I.C.101 b, Quorum tu studia perspicere potuisti. de Amic.* Quidam sæpe in parua pecunia perspiciuntur, quàm sint leues. de Or.103 b, Qui rerum omnium naturam perspexerit. At.29 d, Ex fronte, ut aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. Of.36 d, Perspicere quid in quaq; re uerum sit.

Perspicuè. manifestè, apertè, dilucidè. pro Cæl.42 b, Nõ hæc mouent, quæ perspicuè falsa sunt. & de Diu.116 d, Diuinatio perspicuè tollitur. de Inu.58 b, Falsum est in quo perspicue mendacium est. & 59 d, Res perspicuè turpis. de Fin.94 d, & de In.63 d, Planè et perspicuè dicere uel scribere aliquid.

Perspicuitas, tis. euidentia. Acad.5 b, Nihil est clarius ἐναργείᾳ, ut Græci, perspicuitatem aut euidentiã, nos si placet, nominemus. de N.61 b, Perspicuitas argumentatione leuatur. l. Enargia.

Perspicuus, clarus, euidens, apertus, manifestus, minimè dubius. de N.61 b, Quasi hoc perspicuum sit, constetq; inter omnes esse deos. de Orator.120 b, Perspicua sunt hæc quidem, et in uulgari prudẽtia sita. de In.55 d, Hæc propositio indiget approbatione, non enim perspicua est. & ibi. Ex his omnibus illud perspicuum est, approbationem, & c. et de Or.128 b, Iam illud perspicuum est, omnium rerum, & c. pro S.R.21 b, Rem quæ suspiciosa sit, perspicuam facere. I.V.67 d, Facere aliquid perspicuum. pro Dom.226 d, Quosdam se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse. pro Q.R.15 d, Perspicua ueritas. Off.36 d, Quis est enim, cui non perspicua sint illa, quæ pluribus uerbis à Panætio commemorantur.

Persto, as. persisto, perseuero. pro Q.R.54 d, Perstat in sententia Saturius. & 49 b, Perstat in impudentia. Ac.7 b, Tamen ne in ista prauitate perstabilis. Of.6 d, Qui negat aliquid, & in eo perstat. Off.60 d, Vrgent rusticè sanè, negant enim posse, & in eo perstant.

Perstringo, gis. percurro, leuiter tango, strictim attingo, breuiter strictimq; dico, non longius persequor, incido media ut citò ad extrema ueniam, pungo. I.V.225 d, Rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatem criminis non finit. de Or.127 d, Sic quid esset illud, perquã breuiter perstrinxi atq; attigi. pro S.R.33 b, In animo est leuiter transire ac tantummodo perstringere unam quamq; rem. I.A.169 b, Nunc reliquum cursum uidete, quem quidè celeriter perstringam. ad ea enim, quæ, etc. festinat animus. de Cl.195 b, Consulatus meus illum leuiter perstrinxit. At.238 d, Itaq; perstringam sine ulla cõtumelia. I.A.179 b, & de Am.104 b, Quem locum breuiter perstrinxi paulo antè. & de Sen.85 b, Voluntas rationi inimica, mẽtis, ut ita dicam, perstringit oculos. pro R.P.129 b, Nec illius animi aciem perstringit splendor fui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Br.289 d, Qui splendore falsi honoris obiecto aciem boni ingenij perstringunt. de Fi.118 b, Aciem animorum nostrorum uirtutis splendore perstringitis. I.A.240 d, Quod uidebam equidè, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Brutí salus. In Vat.34 d, Cuius splendor ac dignitas perstringebat oculos Vatinij. & ad Her.39 b, Existimat se gemmæ nitore et auri splendore oculos omnium perstringere. At.9 d, Perstringere aliquem: id est, carpere, pungere, & c. pro Sest.5 d, Vt eos quorum scelere essem uiolatus, uocis libertate perstringerem. pro Pla.266 b, Ille L. Crassi uoluntatem asperioribus uerbis sæpe perstrinxit impunè pro Syl.275 b, Nemo unquã me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterem. I.A.179 b, Aratrum, cuius quidem uomere portam Capuæ penè perstrinxisti. cont. Rul.79 b, Quod solum tam exile & macrum est, ut aratro perstringi non possit.

Perstudiosus, sa. At.80 b, Perstudiosus tui.

Perstudiosè. de Cl.183.

Persuadeo, des. probo, ad credendum duco, fidem facio. ad Her.2 b, de N.13 b, Esse deos persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad ueritatem planè uelim. At.106 b, Prorsus ita esse, ut scribis, mihi persuades. Acad.29 b, At hoc Anaximandro populari suo non persuasit. At.254 d, Hoc mihi non solum confirmauit, sed etiã persuasit. in A.165 d, Quorum si utrumuis persuasissem, in has miserias nunquam incidissemus. Off.13 d, Cum persuasum sit, nihil hominem nisi quod honestum sit, expetere oportere. At.162 d, Sic enim uolo te tibi persuadere mihi neminem esse chariorem. de Sen.93 b, Mihi nunquã persuaderi potuit, animos, etc. de Or.150 b, Att.229 b, Hoc tibi primũ persuadeas uelim, me, & c. Ep.170 d, Hoc uelim tibi penitùs persuadeas. Of.59 b, Omnib. persuasum esse debet, si possemus, etc. I.V.248 b, Oẽs sic habent persuasum, istum clàm à piratis pecuniã accepisse. Ep.168 d, Persuasum est mihi de tua fide. & 172 d, Persuasissimũ mihi est. Tus.222 d, Ne si fortè de paupertate nõ persuaseris, sit ægritudini concedendum. I.V.202 d, Quid si magnitudine pecuniæ persuasum est ei? uerisimile nõ est. de Or.96 b, Oratoris officium est, dicere ad persuadendũ accõmodatè. de In.47 d, Si ab ijs, qui antè dixerunt, iam quidã auditori persuasum uidetur. & ad Her.2 b, Aut cum animus auditoris persuasus uidetur.

Persuasio, onis. l. Fides. de In.7. & 43. & 51. & 66.

Persuasus, a, um. Tus.206 d, Opinio mali, quo uiso et persuaso ægritudo insequitur necessariò.

Persubtilis, le. pertenuis. pro Planc.271 d, Perelegans et subtilis oratio.

Pertædet, pertæsum est, tædet ualde. Qu.Fr.300 d, Pertæsum est lenitatis Græcorum. Or.213 d, Ex quo quidã

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertisum etiam uolunt, quod eadem consuetudo non probauit: id est, pro pertæsum.

Pertendo, dis. contendo, confero. pro Cornel. 57 a, Nos C. Pompeij decretum iudicium, de consilij sententia pronunciatum recognoscemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbissima diligentia est, pertendemus?

Pertento, as. attento, exploro. Quint. Fr. 305 b, Perspicerem & pertenta. de Orator. 138 a, Tota causa pertentata atq; perspecta. de In 66 b, Pertentare aliquam rem ex omnibus partibus.

Pertenuis, nue. pro Cecin. Pertenuis uis. de Or. 93 a, Dicendi aut nullam artem aut pertenuẽ uideri. Ep. lib. 14, Spes pertenuis. pro Cl. suspicio. In Ver. Act. 3, Pertenue argumentum. cont. Rul. Pertenue discrimen.

Perterebro, as. exterebro, perforo. de D. 90 b, Annibal columnam auream perterebrauit.

Perterreo, es. terreo, conterreo, exterreo, metum affero. pro Cecin. 289 b, Ferro, inquit, te reieci, atque perterrui. Item ibid. Omnes metu perterriti, in fugam se conferunt.

Perterricrepus, a, um. Orat. 212 b, Ennij, quod terrores crepat, & incutit.

Perterritus, a, um. exanimatus.)(. Alacer, gestiens. de Diuin. 92 b, Is primo perterritus somnio surrexit, deinde cùm se collegisset, &c. recubuit. Item ibidem: Tum ego contremui timore perterritus. pro Mil. 113 a, Milo nullo metu perterritus, nulla conscientia exanimatus. I. C. 107 b, Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligẽtia, &c. pro Cæl. 51 b, Alacer.)(. Perterritus. Am. 103 b, Itaq; hac amẽtia quæstione noua perterritus, in Asiam profugit. At. 78 b, Perterritos, inermes, saucios nõ sunt nostri duces persecuti.

Pertexo, is. detexo, perficio. Att. 9 a, Quid multa? totum hunc locum quem in Aristocratia ego uarie meis orationib. solco pingere, de flamma, de ferro, etc. ualde grauiter pertexui. de Orator. 121 b, Pertexe modò Antoni, quod exorsus es.

Perterrefactus. Ep. 177. Bruti.

Pertimesco, scis. perhorresco. Epist. 12 a, Non putaui famam inconstantiæ mihi pertimescendam. pro Quint. 2 b, Gratia Sex. Neuine P. Quintio noceat, id uerò non mediocriter pertimesco. I. P. 84 a, In quo ne tum quidẽ fortunæ rotam pertimescebat. I. V. 66 a, Pertimescere de honore ac fama sua.

Pertinacia, ciæ. obstimatio, peruicacia. Offic. 13 a, In magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. Acad. 17 a, In minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. Tusc. 176 a, Et refellere sine pertinacia, et refelli sine ira cundia parati sumus. de Fimib. 54 b, Nec cum iracundia & pertinacia rectè disputari potest. pro Pla. 279 b, Libertatem non in pertinacia, sed in quadã moderatione positam putabo. pro Mar. 134 a, Qui sua pertinacia uitam amiserũt. de In. 83 a, Pertinacia, quæ perseuerantiæ finitima est. Ac. 47 a, Pertinacia aut studium uincendi. pro Mar. 136 a, Quæ enim pertinacia quibusdam, eadẽ alijs constantia uideri potest.

Pertinaciter. cum pertinacia. Plan. Epist. 157 a, Nam nisi uno loco essemus, uerebar ne cui obtrectatorum uide-

rer & nimium pertinaciter Lepido infensus, & meæ patientia etiam alere bellum.

Pertinax, cis. obfirmatus, obstinatus. de Or. 125 a, Demissus, non acer, non pertinax, non litigiosus, non acerbus. pro Lig. 140 a, Cupidus, iratus, pertimax. Of. 27 a, Sermo lenis, minimeq; pertinax. de Fin. 54 b, Concertationes in disputando pertinaces. & ibi. Certè ualde pertinax non ero. & 65 b, Nisi ualde pertinax fueris.

Pertineo, nes. permano, permeo, penetro. de Natur. 53 b, Viæ quæ pertinent ad iecur, eiq; adhærent. & 54 a, Venæ in omnes partes corporis pertinentes. Item ibi. Nerui toto corpore pertinentes. de Nat. deor. 53 a, Asper arteria ad pulmones usq; pertinet. de Diuin. 127 b, Quæ potest igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam, uel potius ad terram? de Nat. 9 a, Ratio quædam pertinens per omnẽ rerum naturam. et de Diuin. 115 b, Vis quædam sentiens quoq; diuina, quæ tota confusa mundo est. de Nat. 30 b, Vis uitalis per omnem mundum pertinens. et 40 a, Deus pertinens per naturã cuiusq; rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, &c. de Diu. 127 b, Vt si iam concedamus aliquid uim cœlestem ad eos qui in terris gignuntur, pertinere. de Orat. 109 a, Talem uerò existere eloquentiam non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent, non potuisse confirmo. At. 123 b, Eodẽq; pertinet, quòd causam eius probo.

Pertinet, tinebat. attinet, spectat, attingit, ualet, partes meæ præcipuè sunt, hoc officium præcipuè meum fuit, alienum non est à me, penes me est, curationis meæ est. pro Mur. 135 b, Id autem etiam si tunc ad te, ut quidam falsò putant, non pertinebit, nũc certè pertinet, te, etc. At. 4. 1 a, Idq; ad multa pertinuit meis, ut in Epeiro consisteremus. de Orator. 92 a, Omnes res quæ ad dicẽdum pertinent. de Finib. 230 a, Cùm autem processit paulum, & quatenus quidq; se attingat, ad seq; pertineat, perspicere cœpit, tum, &c. de Finibus, 215 a, At enim iam dicitis uirtutem non posse constitui, si ea quæ extra uirtutem sunt, ad beatè uiuendũ pertineant. & 214 b, Cætera credo uelit quæ ad colendam uitam attinebunt. pro Corn. 61 b, Nec uerò hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum. Ep. 145 a, Interea, quæ ad dignitatẽ tuam pertinere arbitrabor, diligenter curabo. de Or. 205 a, Hæc ars latè patet, & ad multos pertinet. Off. 18 b, Hoc latissimè patet, ad plurimosq; pertinet. de Diu. 128 b, Ad rem pertinet quomodo cœlo affecto quodque animal oriatur. de Nat. 71 b, Vestri hæc confirmant interpretãdo quorsum quicq; diuina, quæ tota Cl. 193 a, Quòd autem plures à nobis nominati sunt, eò pertinuit, quod intelligi uolui, &c. de Orat. 154 a, Dum illa ad hanc ciuilem scientiam, quò pertinet, & quam intuentur, transferamus. Ep. 89 b, Hoc eò pertinet, ut, &c. de Fin. 65 a, Intelligere quò aliquid pertineat. Epist. 78 b, Atq; hæc eò pertinet oratio, ut, &c. I. V. 240 b, Summa illuc pertinet, ut scias, etc. de Nat. 60 b, Quod eò credo ualebat, ut, &c. id est, pertinebat. ad At. 190 b, Quanquam quid ad me? & pro Do. 217 b, Sed quid ad te? de Nat. 103 b, Musicam philosophi nõ esse: id est, ad philosophum non pertinere. At. 261 a, Nostræ grauitatis est, &c. id est, ad nostram grauitatẽ pertinet. Aedes Telluris est curationis meæ. i. Curatio.

Pertra-

Pertractatio, onis. usus, euolutio, tractatio, explicatio. de Or. 89 a, Sine multa pertractatione rerum omnium. & 100 b, Poetarum pertractatio.

Pertractatus, a, um. perspectus, exploratus. Tusculanarum, 197 a, Perceptas penitùs & pertractatas humanas res habere.

Pertracto, as. tracto, explico, uerso, peruoluo. de Diu. 118 a, Ostenta restãt, ut tota aruspicina sit pertractata. de Na. 3 b, Dare se ad totam philosophiam pertractandam. de In. 67 a, Facilius autem ad inuentionem animus incedet, si gesti negocij & suã & aduersarij narrationem sæpe & diligẽter pertractabit. de Diu. 107 a, Quieuentorum cõsequentiam diuturnitate pertractata notauerũt. de Or. 104 a, Oratorẽ dicendo peragrare per animos hominum, sensus mentesq; pertractare. Parad. 125 a, Aliquis barbatulos mullulos exceptans de piscina, & pertractans.

Pertristis, ste. de Diu. 83, Pertriste carmen pro Cæl. Pertristis patruus, censor, magister.

Pertumultuose. Ep. 244.

Perturbatè. de In. 3. & 48. & Or. 208.

Perturbatio, onis. affectio animi, motus animi turbidus, Græcè πάθος, dolor, cõfusio. Tusc. 191 b, & 195 a, & 211 a, Quæ Græci πάθη, melius Latini perturbationes appellant, quam Græci, qui morbos uocãt. Tuscul. 219 a, & 211 b, Zeno perturbationẽ ita definit, ut perturbatio sit (quod πάθος ille dicit) auersa à ratione contra naturã animi commotio: uel breuius, ut perturbatio sit appetitus uehementior. Tusc. 216 a, Perturbationes sunt, ut paulo antè diximus, turbidi animorũ conflictatiq; motus, auersi à ratione, inimici mẽtis uitæq; tranquillæ. Offic. 27 b, Perturbationes fugiamus: id est, motus animi nimios, rationi nõ obtemperantes. de Finibus, 203 a, Cùm illa quæ ex elemẽtis turbulenta & rationis expertia insederint, ratione depulerit. de Orato. 124 b, Impetu quodam animi, & perturbatione potius quàm cõsilio aut iudicio regi. Officiorum, 13 b, Nulli neq; homini, neq; perturbationi animi, neque fortunæ succumbere oportet. Offic. 13 b, Si cauebimus ne in perturbationes exanimationesq; incidamus. Attic. 87 a, Equidem sum magna animi perturbatione commotus. de Or. 128 b, Illud genus orationis non cognitionem iudicis, sed perturbationem requirit. de Diuin. 93 b, Vt nihil sit, quod errorem animis perturbationemq; afferat. pro Clu. 28 b, Timor rei, perturbatio, suspensus incertusq; multus, crebra coloris mutatio, quæ erãt antea suspiciosa, hæc aperta & manifesta faciebãt. In A. 214 b, Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tãta, ut maior timor oriatur. pro Flac. 164 b, Videtis in quo motu tẽporum, quãta in conuersione rerum & perturbatione uersemur. de Fa. 140 a, Cùm omnes post interitum Cæsaris nouarum perturbationũ causæ quæri uiderentur. Attic. 263 a, Magnam rerum perturbationem fore. Para. 120 a, Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atq; ordinis. Officiorum, 19 a, Omnis perturbatio & rerum cernitur. Officiorum, 28 a, Quæ cũ aliqua perturbatione fiunt, ea neque constanter fieri possunt, nec ab ijs qui adsunt, approbari. Officiorum, 5 b, Qui iniustè impetũ in quempiã facit, aut ira, aut perturbatione incitatus, is, etc. Officiorũ, 14 a, Vacandum

est omni animi perturbatione, tum cupiditate & metu, tum etiã ægritudine & uoluptate animi, & iracũdia. Off. 36 b, Cohibere motus animi turbatos, quos Græcè πάθη. de Nat. 1 b, Perturbatio uitæ & magna cõfusio. de Diu. 128 a, Cœli perturbatio.)(. Serenitas. Epist. 239 b, Tanta perturbatio ualetudinis tuæ. Tusc. 195 b, Perturbationes quatuor sunt: uoluptas, libido, metus, ægritudo. de Fi. 97 b, Perturbationes genere sunt quatuor, partibus plures: ægritudo, formido, libido, lætitia. Tusc. 195 b, Perturbatiões quas in uita hominũ stultitia quasi quasdã immittit furias. Ac. 34 a, & Tusc. 236 b, et 237 b, Perturbatio, cõcitatio animi uel cõmotio, uel permotio.)(. Sedatio animi.

Perturbatrix, cis. de L. 162 b, Perturbatrix harum omnium rerum Academia.

Perturbatus, a, um. confusus.)(. Integer, quietus. de Or. 125 b, Att. 124 b, Quòd me magno animi motu perturbatum putas. sum equidem, sed, &c. de Diu. 93 a, Nunc onusti cibo & uino, perturbata & cõfusa cernimus. de Di. 133 b, Somniantium uisa, quæ multo etiam perturbatiora sunt.

Perturbo, as. turbo, cõfundo, misceo, permisceo, perturbationem affero, cõmoueo, concito. pro Syl. 177 b, Cicius est ab eo in Hispaniã missus, ut eam prouinciam perturbaret. & contra Rul. 65 a, Ciuitas perturbata sedit ionibus. de Ora. 147 a, Non disceptis sententijs, nõ præposteris temporibus, nõ confusis personis, non perturbato ordine. de Ar. 254 a, Id ita perturbatum, itaq; permutatum est, ut, &c. pro Domo, 220 a, Perturbatis sacris, contaminatis gentibus factus es filius, &c. de Cl. 185 a, Vt perturbem ætatum ordinem. de Orato. 103 b, Nec uerò istis tragœdijs tuis Crasse perturbor. pro Cl. 28 a, Tum uerò ita sum perturbatus, ut omnia timerẽ. pro Ra. 93 b, Nec me clamor iste cõmouet aut perturbat. pro Mil. 101 b, Milo magis de reip. salute, quàm de sua perturbatur. Or. 203 b, Alterum quo perturbantur animi & concitantur. ad He. 26 b, Vt eum præcipitem perturbetis ex ciuitate.

Perturpe. pro Cæ. 48, Perturpe aut flagitiosum esse.

Peruado, dis. peruenio, permano. I. V. 161 b, Cernitis iudices quantũ incendiũ per agros pernaserit. pro P. 68 b, Opinio quæ per animos gentium barbararũ peruaserat. pro Pom. 12 a, Nulla ora est tam deserta, quò nõ illius diei fama peruaserit. pro Sy. 177 a, Quas oras maximè quasi morbus quidam illius furoris peruaserat. I. V. 236 b, Pars eius belli in Italiã nulla peruasit. de N. 55 a, Nequid in aures, quod noceat, possit peruadere. I. V. 85 a, Quacunq; iter fecit, ut quædam calamitas peruadere uideretur.

Peruagatissimus, ma. Oratorum, 210, Peruagatissimus ille uersus, qui uetat, partem pudere proloqui quam fatites.

Peruagatus, a, um. diuulgatus, peruulgatus. de Inuen. 55 b, Hæc causa apud Græcos peruagata est. pro Pla. 268 b, Vulgaris & peruagata declinatio. & Or. 216 a, Res peruagata & uulgaris. de In. 57 b, et I. V. 214 a, Pars autẽ est peruagatior: id est, cõmunior. de Or. 128 b, Commune & peruagatũ uicium. de Or. 98 b, De communibus & peruagatis rebus loqui uel audire. de Or. 160 b, Vulgare, quotidianum, peruagatum. pro Planc. 279 b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peruagatus, pro diuulgato. & de Or.120 d, Perudgata. aliter, Peruulgata. Top.226 b, Longè & latè peruagata bona.)(. Angusta. l. V. 129 b, In re tam clara, tã testata, tã abs te ipso peruagata, tabulas publicas corrumpere auderes? al. peruulgata. pro Mar. 135 a, Illustris & peruagata fama alicuius rei.

Peruagor, ris. erro. l. V. 255 b, Hic prædonum nauiculæ peruagatæ sunt. de In. 76 b, Deinde ne eis bonos nimiũ peruagetur. de Le. 362 d, Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores, similiter omnium mentes peruagantur: id est, peragrant.

Peruariè. de Or. 138, Peruariè, iucundè narrare.

Peruehor. euehor, perducor. Tusc. 174 b, Quò utinam ne lis passis peruehi liceat. Att. 234.

Peruello, lis. uellico. Tusc. 198 b, Fortuna quæ peruellere te forsitã potuerit & pugnare, nõ potuerit certè uires frangere. de Or. 108 b, Antonius nõ mihi fuit molestus, quòd ius nostrum ciuile peruellit.

Peruenio, nis. deuenio, pertineo, mano, permano, perdu cor, accedo. In C. 103 b, Si iste quò intẽdit, in Manliana castra peruenerit. de Or. 96 a, Nihil prosunt studia per ueniendi aliquò, nisi illud quod eò quò intẽdas, ferat de ducatq; cognoris. Att. 15 b, Ad quem propter diei breuitatem nõ est peruentum. pro Mur. 128 b, Vt eò quò intẽdit, maturè cũ exercitu perueniat. pro Sest. 14 a, Ma rius in oras Africæ desertissimas peruenit. Or. 206 a, Si potuissemus, quò cõtendimus, peruenire. l. V. 214 b, Per uenit res ad istius aures, sed nescio quomodo. pro S. R. 444 a, Vide quem in locum remp. peruenturam putes. I. A. 231 b, Mihi quidẽ & ille peruenisse uidetur, quoad progredi potuerit fieri hominum amentia. Par. 521 a, Ia ctam à te nefariam in me iniuriam semper duxi, tamen peruenisse ad me nunquam putaui pro Syl. 169 a, Non dum ad propositum mihi finem honoris peruenerã. de Cl. 188 b, Cotta alia quadam uia ad eandem laudem per uenerat. At. 122 a, Ne epistola in eius manus perueniret. ad Her. 26 b, Ad paucos ex alijs peccatis inuidia peruenit. de Ora. 92 b, Libellus qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominũ. At. 284 a, Ad li beros qui nihil meruerũt, pœna parentũ peruenit. Off. 38 b, Nisi multorũ impunita scelera tulissemus, nũquã ad unum tàta licentia peruenisset. Top. 223 a, Pecunia, quæ morte alicuius ad quempiã peruenit iure. pro R. P. 124 a, Nemo unquã quò ea pecunia peruenisset, cau sam dixit, qui, &c. & 123 b, Quò & ad quos pecunia peruenerit. de D. 90 a, Cyrus ad septuagesimũ annũ per uenit. At. 83 b, Summum erat periculũ, ne culpa Sena tus res ad tabulas nouas peruenerit. pro Mu. 355 a, Qui nulla cõditione in senatũ peruenire potuit. de Or. 234 a, Ego tibi hoc cõfirmo, si Romæ mãseris, te paucis an nis ad maximas pecunias peruẽturum. pro Qu. 84 a, Per uenire ad suum sine alterius infamia. pro R. P. 127 a, In quo spes fuit posse sese aliquãdo ad suas fortunas perue nire. & Epi. 209 b, Peruenire ad nummos. contra Rul. 82 a, Si posset ager iste ad uos peruenire. pro Ce. 230 a, Non ea sola uis est, quæ ad corpus nostrũ uitamq; pera uenit, sed, &c. I. V. 199 a, Quid est enim in calamitate resídui, quod non ad miseros aratores isto prætore per summã iniuriã peruenerit? cont. Rul. 70 b, Sine ad illos potestatem, ad te gratiam tui beneficij peruenire. pro

Mu. 140 a, Tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, peruenire potuit, quã, etc. pro Qu. F. 295 a, Sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur hu manitas. Ep. 68 b, Si in tua scripta peruenero.

Peruerse. perperàm, præposterè. de N. 73 b, Multi deo rum beneficio peruerse utũtur. et de Or. 67 a, Peruer sè dicere homines, peruerse dicendo consequi. Of. 75 a, Fuit igitur stulta calliditas peruerse imitata prudẽtiã. Am. 111 b, Plericq; peruerse, ne dicam impudenter uolũt. & de Or. 97 a, Peruersè dicere. & de In. 43 a, Peruer sè abuti aliqua re.

Peruersio, onis. inuersio, perturbatio. ad Her. 34 a.

Peruersitas, tis. prauitas. Or. 199 b, Quæ est in hominibus tanta peruersitas, ut inuentis frugib. glande uescã tur. Qu. F. 397 a, Cum te alicuius improbitas peruersi tasq; cõmouerit. Off. 29 b, Vt si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas. Quint. Fr. 309 b, Ali cuius peruersitatem quàm humanissimè ferre. Epi. 7 b, Incredibilis hominum peruersitas. & Tusc. 190 a, In omni prauitate.

Peruersus, a, um. prauus, præposterus. pro Qu. R. 50 a, Nihil ab hoc prauum & peruersum produci potest. de Arusp. 248 b, Ludi deformati, inquinati, peruersi, con turbati. de Finib. 315 a, Nunc istà separantur, ut disiuncta sint, quo nihil potest esse peruersius. et Tusc. 238 a, Quo quid potest dici peruersius? pro Q. R. 54 a, Nisi fortè tu peruerso more id facis. pro Mur. 142 a, Peruersa pietia Tuberonis uel Stoicorũ. pro Cl. 32 a, Præpostera & peruersus. de N. 174, Oculi peruersi, ut strabonum.

Peruerto, tis. euerto. de D. 132 b, & 90 b, Cræsus hostiũm sese peruersurũ putauit, peruertit autem suam. & de Ar. 257 b, Tũ uisam belluam immanem quacunq; in cederet, arbusta, uirgulta, tecta peruertere. de Cl. 190 a, Ceciditq; cũ eos imitari cœpit, quos ipse peruerterat. de Ar. 257 b, Qui sacra occulta inexpiabili scelere per uertit. pro Cl. 40 a, Quintius Iunium peruertit. ad Her. 5 b, Orestes nisi attulerit factirationem, peruertit defensionè. Off. 2 a, Quidam propositis malorũ & bo norum finib. officium omne peruerterunt. Offic. 6 a, Temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & huma na peruertit.

Peruesperi. Ep. 126, Cum ad me peruesperi uenisset. La gitur etiam, Quum nuper uesperi.

Peruestigatio, onis. inquisitio. de Orat. 85 b, Omnia uel scientiæ peruestigatione, uel disserendi ratione com prehendere.

Peruestigo, as. inuenio, reperio. I. V. 206 b, Vt canes ue natici optimè odorabantur omnia & peruestigabant. de Or. 122 a, Nosse regiones, inter quas uenere, & per uestiges quod quæris.

Peruetustus, ta. de Or. 161, Peruetusta uerba.

Peruetus. Qu. F. lib. 3, Peruetus epistola. Ep. lib. 13, Peruetus amicitia. I. V. Act. 6 a, Signũ peruetus ligneum. de Cl. 170 a, Catonem perueterem habemus. L. Segestã.

Peruicacia, ciæ. pertinacia. Tusc. 215 a, Mulier ostias, per uicacia, liguritio, &c.

Peruideo, es. Att. 240 a, Ibi te quàm primùm peruidere uelim. Ep. 149.

Peruigilatio, onis. uigilia. de Leg. 177 a, Peruigilationes nocturnæ.

Per-

Peruigilo, as. pernocto. pro S. R. 35 a, Non orat, ut eam noctem peruigilet?

Peruinco, cis. uinco. At. 23 a, Restitit & peruicit Cato.

Peruius. apertus. de N. 39, Transitiones peruiæ.

Perungo, gis. ungo. Tusc. 173 a, Tunc iuuenes ueste posita, corpora oleo perunxerunt.

Peruolo, as. pro S. R. 21 b, Decem horis sex & quinqua ginta millia passuum peruolauit.

Peruolo, uis. Atti. 1 b, Hoc abs te mihi ignosci peruelim. pro Syl. 171 a, Sed scire ex te peruelim, quamobrẽ, &c. de Off. 131.

Peruoluo, uis. uersor. de Or. 122 a, Vt in his locis peruol uatur animus, quos, &c.

Peruoluto, as. pertracto, euoluo, uoluto. At. 74 a, Peruo lutare libros. & de Or. 97 b, l. Scriptor.

Perurbanus, na. de Or. 91. de Cl. At. lib. 2.

Peruulgatus, a, um. iactatus, peruagatus. I. V. 126 a, Res nota, atque apud omnes peruulgata. & pro Cæl. 38 a, Sunt enim ista maledicta peruulgata in omnes. I. V. 129 b, In re tam clara, tam testata, tã ab teipso peruulgata. aliter, peruagata. pro Mil. 107 a, Peruulgatus ciuitatis sermo. & de Fi. 90 b, Res peruulgata. & Ep. 71 b, Con solatio peruulgata.

Perustus, a, um. Exustus. Ep. 210 a, Homo perustus.

Pervtilis, le. At. 152, Opera & fidelitas.

Peruulgo, as. diuulgo. pro Syl. 165 a, Illas tabulas describi ab omnibus statim librarijs, diuidi passim & peruulga ri, atq; edi populo imperaui. de In. 76 b, Præmia uirtu tis cum improbis communicari, & cum mediocrib. ho minibus peruulgari non oportet. de Orat. 106 b, Vete res illi peruulgari artem suam noluerunt. Att. 202 a, Tu uerò peruulga Hircium. de Finib. 67 a, De re in uulgus peruulgata loquitur. pro Cæl. 45 b, Mulier, quæ se om nibus peruulget.

Pes, dis. de Vniu. 198 b, Pedes et membra gradiendi. de O rat. 87 a, Sed quod ille durissimis pedibus fecit, ut se ab ijceret in herba, etc. id meis pedib. certè concedi est æ quius. pro Qu. Rosc. 49 b, Sese mensum pedibus ale bat passuum CCCC. millia. Attic. 256 a, Brutus pedibus ad me stat im. Att. 41 a, Alter pedibus in Macedoniã ue nire. id est, equo. & I. V. 94 a, Pedibus ire et reuerti. de Senect. 83 b, Ingredi iter pedibus, uel equo. In Vat. 31 a, b, Cùm iter illud Hispaniẽse pedibus ferè cõfici soleat. Post. 205 b, Ne quis pedib. iret, ne scribendo adesset. At. 122 a, Pollucem seruum à pedib. meum Romam misi. de Diuin. 114 b, Quod ante pedes est, nemo spectat, cœli scrutantur plagas. de Orat. 257 b, Transilire ante pedes Posita, & alia longè repetita sumere. pro Cæcin. 290 b, Si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse pereundũ. I. A. 169 b, Nihil erat in terris ubi in tuo pedẽ poneres. & ib. Pedem ponere, uestigium imprimere. de Finibus, 121 a, Sapientia ubi pedem poneret, nõ habebat. At. 215 b, Pedem in Italia uideo nullũ esse, qui non istius pote state sit: id est, locum. pro Dei. 151 a, Nunquam à te pe dem discesti. pro Planc. 269 a, Non possum magis pedẽ conferre, ut aiũt, aut propius accedere. & Epist. 162 a, Referre pedem. & de Orat. 104 b, Supplodere pedem. Att. 65 a, Per me ista pedibus trahantur. Epistol. 210 a, Trahantur per me pedibus omnes rei nõ laboro. Epist. 109 b, Propter res tuas ita cõtracti, ut nec caput, nec

pedes: equidem uellem uti pedes haberent, ut aliquãdo redires. pro Sest. 8 b, Proijcere se ad pedes alicuius. & Attic. 55 a, Abijcere se ad pedes alicuius. l. V. 262 a, Ma ter mihi ad pedes misera iacuit. Quin. Frat. 321 a, Fur nius præsens ad pedes uniuscuiusq; iacens. At. 156 b, Al ter, qui nos sibi quondã ad pedes nostros stratos, ne sub leuabat quidẽ. Anteq. 196 b, Quib. sigillatim sæpe sup plex ad pedes iacui. & Posteq. 200 b, Cũ Cn. Oppius ad pedes flẽs iacẽret. pro Sest. 28 a, Frater uolutatus est ad pedes inimicorum. de Ora. 157 b, Pes in nauid est, funis quo uelum tenditur, et remittitur, pro gubernatoris uoluntate. Orato. 215 a, Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit, &c. Ora. 168 a, Pedes he roi tres: dactylus, anapæstus, & spõdæus. de Orat. 159 b, Cùm sint numeri plures, iambũ & trochæum segre gat ab oratione Aristoteles. & 160 a, Quare primũ ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondæi pedẽ, in uitat. Or. 128 a, Iam pæan, quòd plures habeat syllabas quàm tres, numerus quibusdam non pes habetur. Ora. 216 a, Pedes non syllabis, sed temporibus, et interuallis & spacijs metiẽdi. de Or. 107 b, Histrio astrictus certa quadam numerorũ moderatione & pedum. Attic. 9 b, Accidere ad pedes omnium sigillatim. Att. 22 a, Noli de uno pede sororis queri, licet etiã alterum tollas. Attic. 123 b, Cui tali in re libẽter me ad pedes abiecissem. & 264 b, Nam quomodo nũc est, pedem ubi ponat in suo non habet. & 255 a, Pestanum & Vibonensem utrũq; pedib. & equis transmisimus. I. A. 189 a, Hodie in pos sessionẽ libertatis pedem ponimus. I. A. 241 a, Perferre pedẽ. pro Li. 141 a, Prohibiti estis in prouincia uestra pedem ponere. L. pedibus.

Pesimè sentire de repub. I. A. 174. de Or. 116.

Pesimus, ma. Epi. 168 a, At. 181. 184. pro Qu. R. 50. & 173. de In. 11.

Pesinus, untis. oppid. de Ar. 250 a, Qui Pesinuntem ip sum sedem domiciliumq; matris deorum uastaris.

Pesinuntius. sacerdos matris magnæ. pro Sest. 15 b.

Pessundo, pessundas. conculco, protero. apud Quintilianum.

Pestifer, a, um. pernicios us. pro Do. 230 a, Pestifer ciuis, & de Or. 104 b, Pestiferi ciues. Attic. 132 a, Bellum ma gnum & pestiferum. de Fin. 105 b, Pestiferum uicium. pro Do. 213 a, Pestifer ac funestus tribunatus. de Arusp. 255 b, Vipera uenenata & pestifera. I. A. 184 a, Cuius à Brũdusio crudelis ac pestifer reditus timeretur. Posteq. 204 b, Quẽ habuit ille pestifer annus maximè fidelẽ. de N. 32 b, Accessus ad res salutares à pestiferis recessus. & 504, A' pestiferis & nocentib. rebus refugere. At. 32 b, Ad res pestiferas aditus sibi compararent.

Pestiferè. pernicios e. de L. 171 b, Multa pestiferè & per nicios e sciscuntur in populis.

Pestilens. tis. de Di. 97 a, Sũt partes agrorum aliæ pesti lentes, aliæ salubres. Ep. 72 a, Hoc grauissimo & pestilẽ tissimo anno. Par. 233 a, Locus pestilẽs.)(. Salubris. cõ tra Rul. 82 a, Ager cœlo ac loco calamitosus.

Pestilentia, tiæ.)(. Salubritas. de D. 114 b, Epistol. 232 b, De loco nunc quidem abijt pestilẽtia, sed quãdiu fuit, me nõ attigit. & de Na. 28 b, Vastitas, pestilentia, &c. contra Rul. 80 a, Ager propter sterilitatẽ incultus, pro pter pestilentiam uastus atq; desertus. & 63 b, Inuidia aut pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut pestilẽtiæ possessores.de D.107 b,Quorũ ex habitu & colore tũ salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi.Offic.36 b,Causæ eluuionis,pestilentiæ,nastitatis, belluarum etiam repentinæ multitudines.

Pestis,stis.pernicies.Off.36 a,Nulla tã detestabilis pestis est,quæ nõ homini ab homine nascatur.pro Rab.90 b, Pestis ac pernicies ciuitatis.In C.194 a, Cum tua peste atq; pernicie proficiscere,etc.pro Sest.10 a,Illa furia ac pestis patriæ.de Ar.244 a,& pro D.213 b,Cũ his exitiosis prodigijs,ac penè huius imperij pestibus.pro Syl. 281 b,Funesta reipub.pestis.Epi. 64 a,Quædam pestes hominum laude aliena dolentium.de Natur.21 b,Ibes auertunt pestem ab Aegypto.de Natur.73 a,Sibi ipsa ne faciam pestem machinaturi:id est, maximã uim anguiũ. de Or.85 a,Fluctus à communi peste depulsi,in nosmet ipsos redundarunt.I.V. 175 b,Importunissima pestis.

Petasati.petaso:id est,lato pileo tecti.Ep. 153 b,Sed petasati ueniunt, comites ad portam expectare dicunt.

Petesso.sis.peto.Tus.188 b,Qui hanc laudem petessunt, nullum fugiunt dolorem.de D.83 b,Mentẽq; diuina cœlum terrasq; petesit.

Petitio,onis.actio priuata.de Cl. 166 a, At ego tibi non soluam,nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem cuius petitio sit petiturum.pro Qu. R.54 a,Et tibi integram petitionem reliquit.

Petitio,ictus,cõiectio,percussio.Or.219 a,Sed nec oratio facit plagam grauẽ,nisi petitio fuerit apta.In C.100 b, Ego huius petitiones ita cõiectas, ut uitari non posse uiderẽtur,parua quadam declinatione effugi.Qu.de Pet. Petitio consulatus:id est, ambitus.

Petitor,oris.actor.Par.Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello.At.1 b,Petitorum hæc est adhuc informata cogitatio.pro Q.R.53 a,Petitor.)(.Reus.de Cl.166 a,Petitor:id est,cuius petitio sit.pro Cec.286 a, Prætor nunquam petitori præstituit, qua actione illum uti uelit.pro Qu. 8 a,Possumus petitoris personã suscipere,accusatoris deponere? l.Pignerator.

Peto,tis.posco,postulo,quæro,quæso,cõtendo,exposco, imploro,expello,appeto,uado,quasi inuado, uel aggredior feriẽdi causa,repeto.I.V.214 b,Iste petit à rege,et eum plurib. uerbis rogat,ut,&c.pro Qu.14 a,Cum is à me peteret,& summe contenderet,ut,&c.Epi.206 b, Quapropter à te etiã atq; etiam pro nostra summa cõiunctione,proq; tua in me perpetua & maxima beneuolẽtia matorẽ in modum peto atq; contendo,ut,etc.I. V.215 a,Id sibi ut donaret rogare,& uehemẽter petere cœpit.I.V.191 a, Petiuit in beneficij loco et gratiæ, ut, etc.de Or.98 a, Similiter nunc petes à Crasso,ut,etc.et ibi.Non dubitares rogare dominũ,ut,&c.Petere præsidium,uel auxilium ab aliquo.l. Auxilium. Epi. 168 a, Peto à te, ut eum conseruatum uelis. Acad. 40 a, Quæ docti à Græcis petere mallent,indocti ne à nobis quidẽ accipiunt. de In. 55 a, Summopere sapientia petẽda est. de Fi. 75 a, Quæ est illa laus,quæ posit è macello peti? Or. 202 a, Qui eloquẽtiæ principatum petit.pro Arc. 188 b,Ex his studijs delectatio sola petitur.Ep.71 b,Literis utor,nõ ut ab ijs medicinam perpetuam,sed ut exiguam doloris obliuionem petam. de Cl.243 b, Hæc dixi breuius quàm res petebat.de Or.154 a, Ex his tantũ quantum res petit, hauriemus.Or. 219,Gladiatores &

uitando cautè, & petendo uehementer omnia faciunt utiliter ad pugnã & ad aspectũ uenustè.pro Mu.136 b, Caput & collũ petere. pro Mil. 170 a,Petere iugulum alicuius.pro S.R.19 b,& 43 b,Petere sanguinem & uitã alicuius.Item: Cuius latus mucro ille petebat?l.C.99 b, Quotienscunq; me petisti, per me tibi obstiti, nunc remp.uniuersam petis.et de Ar.254 b,Petita est autoritas uestra.ad He.29 a,Bonorum insidiatores latrocinio uitam innocentissimi cuiusq; petistis.Item ib.Quos tã topere timeat,eos necesse est,ut quoq; modo posit,ueneficio petat.et 28 b,Qui si fuisset homo,nũquã tã crudeliter uitã hominis petisset.de In.46 a, Petere pœnas ab aliquo.pro Qu. R.45 a,Pecuniam non ex tuis tabulis,sed ex aduersarijs petis.Att. 85 a, Petere præfecturã alicui.Qu. F.316 a,M. Curtius Tribunatum ab Cæsare petiuit.Qu.F.317 a,Præsidium firmissimum petebamus ex optimi & potentissimi beneuolentia ad omnẽ statũ nostræ dignitatis.At.23 b, Qui me epistola petiuit, ad te,ut uideo,cominus accesit.pro Dei.146 a,Vnde paradoris exẽpla peterẽtur.de Fi. 77 b,Eamq; mortem ardentiore studio peteret, quàm Epicurus uoluptatẽ petendam putat. pro Cl.39 b,& 37 b, Petere mulctam ab aliquo.Or.219 b, Petere ueniam. Q. de Pe.213 b,Petere honores. At.42 a,Fortasse alium cursum petiuit.de Or. 98 b, Vt illi unde peteretur, uetus atq; inusitata exceptio daretur. de In.59 a, Remotũ est,quod ultrà quàm satis est petitur:id est,repetitur.pro Ce.286 b,Altius initium rei alicuius demonstrandæ petere.

Petere.pro ire.de Na. 51 a, Grues loca calidiora petẽtes, mare transmittunt. Att. 154 a, Crotonem petemus. & Epi.235 a, Per Macedoniam Cyzicum petebamus. Off. 62 a,Naues Rhodum petentes uidi.pro Plan.280 a,Iter à Vibione Brundusium petere contendi.Item ibi.Dyrrhachium petere contendi.

Petrinum,ni.Leptæ uilla fuit.Ep.92 b.

Petrini.ex Petrino.I.V.167 b.

Petulans,tis.proteruus,procax.de Or.137 a,Si quis mihi maledicit,petulans & planè insanus uidetur.de Fin. 61 b, alij appetẽdo omnia petulantes,alij audaces,proterui.Para.119 b, Lapsa est libido in muliere ignota,do topere timeat,eos necesse est,ut quoq; modo posit,ueneficio petat.et 28 b,Qui si fuisset homo,nũquã tã cruderiter uitã hominis petisset. de In.46 a, Petere pœnas ab aliquo.pro Qu. R.45 a,Pecuniam non ex tuis tabulis,sed ex aduersarijs petis.Att. 85 a, Petere præfecturã alicui.Qu. F.316 a,M. Curtius Tribunatum ab Cæsare petiuit.Qu.F.317 a,Præsidium firmissimum petebamus ex optimi & potentissimi beneuolentia ad omnẽ statũ nostræ dignitatis.At.23 b, Qui me epistola petiuit, ad te,ut uideo,cominus accesit.pro Dei.146 a,Vnde paradoris exẽpla peterẽtur.de Fi. 77 b,Eamq; mortem ardentiore studio peteret, quàm Epicurus uoluptatẽ petendam putat. pro Cl.39 b,& 37 b, Petere mulctam ab aliquo.Or.219 b, Petere ueniam. Q. de Pe.213 b,Petere honores. At.42 a,Fortasse alium cursum petiuit.de Or. 98 b, Vt illi unde peteretur, uetus atq; inusitata exceptio daretur. de In.59 a, Remotũ est,quod ultrà quàm satis est petitur:id est,repetitur.pro Ce.286 b,Altius initium rei alicuius demonstrandæ petere.

Petulanter.licenter.pro Cæl.38 b,Maledictio si iactatur petulantius, conuicium nominatur.et 45 b,Si proterue petulanter uiueret.& 45 b,Petulanter faciemus.si,etc. Att.lib.9 a,Petulantissimè aliquid fieri. Attic.24 a, Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulãter inuectus est.

Petulantia,tiæ. procacitas, proteruitas.)(. Modestia. Of.25 b,26 a,Itaq; nec actio rerum illarum aperta petulãtia uacat,nec oratio obscœnitate. Epist.85 a,Nec in petulãtiã incidas.I.C.109 b,Ex hac parte pudor pugnat,illinc petulãtia.I.P.86 a,Hominis furorẽ et petulantiam

lantiã fregi.I.V. 69 a,Coniuges integras ab istius petulantia conseruare non licitum est.pro Fon. 281 b,et pro Cec. 305 a, Turpitudo quæ à libidine, aut à petulantia nata sit.Sal.in Ci.207 b,Iniquo animo maledicta tua paterer,M.Tulli, si te scirẽ iudicio magis,quã animi morbo petulãtia ista uti: sed in te neq; modum neq; modestiam ullam animaduerto.l.Procacitas.

Petulantissimè.pro Sest.28.

Petulus,a,um. qui oculum alterum minorem habet, ac ferè clausum.de N.17 a.

Pexus,a,um.compositus.In C. 109 a,Quos pexo capillo nitidos uidetis.

Phæaces,cum.Corcyræi.l.Coreyra.de Cl.170 b, Carmina quæ apud Homerum & in Phæacum,& in procorum epulis canuntur.

Phœnon.Saturni stella.de N. 36 a.

Phæreus.Iason.Off.22 a.

Phaethon.ontis.Offic.71 a, Sol Phaethonti filio(ut redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit, quicquid optasset.

Phalaris,idis.I.V. 217 a, Ille nobilis taurus,quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur. Phalaridis tauro succensis ignibus torreri, in Pisonem.l. Pisistratus.

Phalaris Grammaticus.in Pis.

Phaleræ,arum.equorum ornamenta. in Ver.190 a,Qu. Rubrium & phaleris ac torque donasti. et 206 a,Phaleras pulcherrimas, quæ regis Hieronis fuisse dicũtur, utrũ tandẽ abstulisti,an emisti? ibid.Alias item nobiles: id est,phaleras. At.253 a,Plancĩ sine phaleris dimissum.

Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus.de Or.117 b.

Phalerius, rij. Atticæ portus, ubi declamare solitus est Demosthenes.de Fin.125 a.

Phania,Phaniæ.Fam.li.2, Phania νωμαικὸς μάφτυς,pro uerbium.

Phantasia,siæ.Acad.46 a,& 64 a,Sensus iunctos esse censuit è quadam quasi impulsiõe oblata extrinsecus, quã ille φαντασίαν, nos uisum appellemus licet. Epi. 253 a, Qui putant etiã διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari.Att.138 b,Deinde emergit rursus dolor, αἰσχρᾶς φαντασίας.

Pharmacopola,læ. unguentarius.pro Cl. 25 b,L. Clodius pharmacopola circumforaneus.

Phatfalia,æ. Thessaliæ regio,& campi Philippi etiam dicta.in Ant.262 b.

Pharsalicus,a,um.pro Deiot.149 a,Pharsalicum prælium.

Phaselis,idis.græcè φάσηλις, urbs Ciliciæ,piratarum receptaculum.in Ver.204 b.

Phaselus,li. myoparo. erat etiam genus nauigij Cãpani oblongi,neq; ita magni. Att. 231 a,Phaselus episcopus. Atti.7 a, Epistolam anchoris solutis de phaselo dedisti.

Phaselitæ.à Phaselide dicti pop.

Phatnæ,arum.stellæ in Cancri signo,quæ præsepe à Latinis dicuntur.In Prognosticis,teste Prisc.Astantem tenui quæ candent lumina Phatnæ.

Pheneatæ.pop.de N.70 b.

Pheræ,arum.urbs Thessaliæ nobilis.de D.91 b.

Phœræus,a.Off.37.de In.80.de N. 74.

Pherecydeus,a,um.de D.124 b,l.Puteus.

Phidias,diæ.de Cla.185 b,Vt Phidiæ signum simul aspectum & probatum est.et 188 b,Mineruæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ.

Phiditia,phiditiorum.Lacedæmoniorum conuiuia.Tus. 247 a.

Φιλαυτίαι.l.Amor. Att.208 a,Nisi fortè me communis φιλαυτίαι decipit. Tus.240 a, In hoc enim genere nescio quo pacto magis quàm in alijs suũ cuiq; pulchrũ est.ad hunc neminẽ cognoui poetam (& mihi fuit cũ Aquilio amicitia)qui sibi nõ optimus uideretur. sic se res habet: te tua,me delectãt mea.de Or.145 b,Minimè sibi quisque notus est,et difficillimè de se quisq; sentit. Off.6 b, Facilè poterimus, nisi nos ualde amabimus, iudicare. Off. 48 a,Homo ipse de se bene existimans,sesecq; diligens. At. 283 b,Ego aũt (sed erro fortasse) nec tamen is sum,ut mea me maximè delectẽt, nihil mihi uideor hoc bello sensisse prudentius.

Philippicæ,arum.At.21 a,Philippicæ orationes Demosthenis.& ad Brut.91 a, Video te delectari Philippicis nostris, hoc est in quinq; epistolis additis,quæ in paucis codicibus leguntur.

Φιλαναίσαφ.L.Facere cum aliquo.

Philocteta,tæ. & Philoctetes,tæ.de Fi.232 a,Fa perferrant,quæ Philoctetam uidemus in fabulis, qui cum cruciaretur nõ ferendum doloribus,propagabat tamen uitam aucupio sagittarum, configebat tardus celeres stãs uolantes,ut apud Actium est.de Fat. 147 a,Philoctetes serpentis morsu ulceratus in insula Lemno relictus est. de Rep.Nimium te laborare doleo,& meliorem ciuem esse quàm Philoctetam,qui accepta iniuria,illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse uideo. ad Her.33 b, Non posse capi Troiam sine Philoctetæ sagittis.

Philocteteus clamor.de Fin.84 b,& Tus.187 a.

Philologia,giæ.studium uel amor sermonis.Epi.264 b, Non est enim seiunctus iocus à philologia & quotidiana συνηθείαι. At.33 b, Ne & opera & oleum philologiæ nostræ perierit.

Φιλογυνείαι.l.Mulieriositas.

Philologus,gi.At.207 b,Homines nobiles,sed nullo modo philologi.Qu.F. 313 a,Nos aũt ita philologi sumus, uel ut cum fabris habitare possimus.

Philomelum,li.urbs Phrygiæ.At.77.Ep.37.

Philomelensis.I.V.191.

Philosophia,æ.studiũ uel amor sapientiæ. Of.33 b,Nec quicquã aliud est philosophia,si interpretari uelis,quã studium sapientiæ.de Le.168 a,Sapientia,à cuius amore græco uerbo philosophia nomẽ inuenit. Tus.171 b,Philosophia omniũ mater artium, donum & inuentiũ deorum.de Or. 85 a,Philosophia laudandarum artium omnium procreatrix,& quasi parẽs.de Or.148 a, Omnis optimarum rerũ cognitio,atq; in ijs exercitatio philosophia nominatur.de Fin. 90 b,Ars est .n. philosophia uitæ.de Cl.195 a,Philosophia mater omniũ benefactorum,bene dictorum.Tus.191 a,Est profectò animi medicina philosophia. Tus.177 a,Cultura animi philosophia est,q̃ extrahit uitia radicitus,&c.I.P.95 a,Philosophia uirtutis continet,& officij & bene uiuẽdi disciplinã, quam qui profitetur, grauissimã mihi sustinere

personam

Universidad de Deusto
Biblioteca

personam uidetur.de Se.77 b, Nunquam igitur satis digne laudari philosophia poterit,cui qui pareat,omne tẽpus ætatis sine molestia possit degere.de Vn.204 d, Quib.ex reb.philosophiã adepti sumus,quo bono nullum optabilius,nullũ præstantius,neq; datum est mortalium generi deorum cõcessu atq; munere,neq; dabitur.Tusc.175 a,Philosophia paucis cõtenta iudicibus, multitudinẽ cõsultò fugiens.de D.125 a,In philosophia nihil debet esse cõmẽtitijs fabulis loci. Or.201 b,In philosophia plurimũ interest, quẽadmodum dicas, ubi res spectatur,nõ uerba pendũtur. Tusc.164 d, Philosophia cõmentatio mortis.de Or.192 d, Ista præpotens & gloriosa philosophia. Or.198 a,Sine philosophia nõ posse fieri eum quẽ quærimus eloquentem.& ibid.Nec uerò sine philosophorũ disciplina genus et speciem cuiusq; rei cernere,neq; eam definiẽdo explicare, nec tribuere in partes possumus, nec iudicare quæ uera, quæ falsa sunt,neq; cernere consequentia,repugnãtia uidere,ambigua distinguere.de Diu.109 d,Philosophia uir bonus et fortis efficitur.Of.53 a,Tota philosophia,mi Cicero, frugifera & fructuosa est, nec ulla pars eius inculta ac deserta est.de Ora.90 b,Philosophia in tres partes distributa est:in naturæ obscuritatẽ,in disserẽdi subtilitatem,in uitam atq; mores.de Cla.167 b,Philosophia,nõ illa de natura,sed hæc in qua de bonis reb.& malis,de qúe hominũ uita & moribus disputatur,tũ primũ inuenta dicitur.Or.200 b,Inest enim natura philosophia in huius uiri mente quædã.Ep.247 a,& Tusc.228 b,Philosophiæ laus. & Epi. 197 d,De philosophia multa & pulchra.de Or.123 a,et de Or.110 b,Cõtra philosophiã. de Or.91 d,Apollonius Rhodius irridebat & contemnebat philosophiã.de Or.123 a,Philosophia,sicut Zethus ille Pacuuianus,prope bellũ indicere. Off.34 b,In antiquissima nobilissimaq; philosophia uersari.de Or. 132 b, Exercitatio propria duarum philosophiarum.

Philosophicus,a,um.Tusc.251 b,A' Bruto impulsi sumus ad has philosophicas scriptiones.Ep.181 b, Vt hæc φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti.

Philosophor,aris.philosophiam colo.de Fi.106 d,et de Or.123 b,Decreui philosophari,ut Neoptolemus apud Ennium,paucis:nõ omnino haud placet.& de Fi.39 d, Quibusdã totũ hoc dissplicet philosophari.I. A.256 b, Sed iã se colligit,& ad extremum incipit philosophari.de N.3 d, Et cũ minimè uidebamur,tũ maxime philosophabamur.de Cl. 195 b, Admirabili quodã ad philosophãdum studio concitatus. Posṭq.207 d,Cum Græculis philosophari.Tusc.167 b,Quanquã quid opus sit in hoc philosophari,cum rem nõ magnopere egere philosophia uideamus.

Philosophus,phi.physicꝰ, naturæ interpres,magister uirtutis, qui rerũ cognitiõe doctrináq; delectatur.Tusc. 229 b,Pythagoræ ingeniũ & eloquentiam cum admiratus esset Leon,quæsiuit ex eo,qua maximè arte cõfideret: at ille artem quidẽ se scire nullam respondit,sed esse philosophum. de Fi.52 b, Et tamen à philosopho si afferat eloquẽtiam, non asperner: si non habeat,nõ ad modum flagitem. et 94 d, De oratione philosophorũ. de Or.103 d,Philosophus,qui de sua ui ac sapiẽtia unus penè omnia profitetur, is est,qui omnium rerũ diuinarũ atq; humanarum naturam causasq; noscit,& omnẽ

bene uiuẽdi rationẽ tenet ac persequitur.de Ora.103 b, Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse atq; à se posśideri uolũt.de N.75 b, Philosophi rerũ autores,nõ fabularũ.de Or.114 d, In philosophos uestros si quando incidi, nullũ prorsus uerbum intelligo,ita sunt angustis & cõcisis disputationib.illigati. Or.201 d,Philosophorum mos tenuiter disserẽdi. Off. 52 d,Sed de hoc toto genere cõmodius à quibusdã optimis uiris ad medium ianuæ sedentib. quàm ab ullis philosophis ulla in schola disputatur.de D.133 a,Sed nescio quomodo nihil tã absurdè dici potest, quod nõ dicatur ab aliquo philosophorũ. Tusc. 224 b,Philosophi magistri uirtutis.de Or.95 b,Sententiæ philosophorum.de Na.59 b,Socrates princeps philosophorũ.de Or. 148 b,De multis generibus philosophorum.

Philotheoros, qui studio nouas semper uisendi terras regionesq; tenetur. Ep.102 b.

Phlegeton,fluuius apud inferos.l. Acheron.

Phliasij.populi.At. 90 b,Phliasios dici sciebam.& Tusc. 229 b.

Phliasius,a, um.Tuscul. 230 d, Post hunc Phliasium sermonem.

Phlius, untis. oppidum.Tusc.229 b.

Phœbus,bi. Sol. de D.84 d, Quid uerò Phœbi fax tristis, nuncia belli.

Phœnicia,ciæ.regio Syriæ.I.A.238 d.

Phœnissæ.Euripidis tragœdia. Off. 88.

Phœnices.pop. de N.47.

Phœnix, apud Homerum Achillis magister. de Orator. 148 d.

Phocij.pop.I.P. 100 b.

Phorcis,nis.de Vn.201 b,Saturnus,Phorcis,et Ops,fratres,Oceani terræq; filij.

Phosphorus.Veneris stella.de N.36.

Phreneticus,a,um.demens,insaniens.de Diu.97 b,Nec cardiacis hoc tribuendum est, nec phreneticis.

Φρόνησις.l.Prudentia.

Phrygia,giæ.Or.199 d,Caria,Phrygia, Mysia.

Phrygius,a,um.Phryx.Quin.Fr.293 b,Paconiæ nescio quis homo,ne Græcus quidẽ,aut Mysius,aut Phrygius potius.de Di.103 d,Qui sono quodam uocum & Phrygijs cantibus incitantur.Phrygium ferrum.l.ferrum.

Phryx,gis.pro Fl.154 b,Ignotissimus Phryx.pro Fla.159 b,Prouerbium,Phrygem plagis fieri meliorem.

Phthia,thiæ. Achillis patria.de D.91 d.

Phthiota,tæ.Tuscul.152 b,Pherecrates quidam Phthiota senex.

Phylarchus,chi.tribunus.potest etiam gẽtis nomẽ esse. Arabes enim quidam Phylarchi à Strabonæ numerantur.Ep.240 a,Iambicus Phylarchus Arabum.

Physica, cæ. explicatio naturæ.de Fin.105 d,Ad eas uirtutes Dialecticam etiam adiungunt,et Physicam,ităib. Physicæ quoq; nõ sine causa tributus est bonos,propterea quòd,&c.Itẽ ib.b,Nec quanta dijs grata debeatur, sine explicatiõe naturæ intelligi potest. Itẽ ib.Hæc sine physicis quam uim habeant,uidere nemo potest.de Fin. 108 b, Inest in explicatione naturæ insatiabilis quædã ex cognoscẽdis rebus uoluptas.

Physica,orum.res Physicæ uel naturales. Ora.207 b,Oratorem ne physicorum quidem esse expertem uolo.de Fin.

Fi.52 d,Epicurus in physicis,quibus maximè gloriatur, totus est alienus.

Physicè.acutè,physicorum more.de N.63 d,& de D.106 b, Quæ à te physicè dicta sunt.

Physicus,a,um.de N.17 b,Physicus,id est, speculator uenatorq; naturæ.de D.115 a, Quod uideo physicis placuisse,eisq; maximè,qui omne quod esset, unũ esse dixerint.de Fin.67 d,Nec de re obscura loquitur,ut Physici. de D.143 d,Si uelim geometricum quiddã,aut physicũ, aut dialecticum explicare.Item:Physica disputãdi subtilitas.de Natur.36 b,Vt pleriq; dicunt, physicæ rationis ignari.de Nat.30 b, Rationibus physicis confirmare aliquid.& Orat.103 b,Eademq; ratione dicantur & quos φυσιολόγους Græci nominãt,ijdem Poetæ, quoniam Empedocles physicus egregium poema fecerit.Or.207 b,Oratorẽ ne physicorum quidem esse ignarũ uolo. de Or. 89 d,Si ornatè locutus est,sicuti fertur,physicus ille Democritus,materies illa fuit physici, ornatus uerò ipse uerborum oratoris putandus est.

Physiognomon.de Fat.42 d, Socratem notauit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturaq; ex corpore,oculis,uultu, fronte pernoscere.Tusc. 227 d, Cum multa in conuentu uitia collegisset in Socratem Zopyrus,qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profitebatur,derisus est à cæteris,qui illa in Socrate uitia nõ agnoscerent: ab ipso autẽ Socrate subleuatus est, cum illa sibi signa inesse,sed ratione à se dejecta diceret.

Physiologia,gię.naturæ ratio.de Diu.99 d, Naturæ ratio,quam physiologiam Græci appellant.de N.6 d,Hũc censes primis,ut dicitur, labijs gustasse physiologiam: id est,naturæ rationem.de D.116 d, Dum aruspicinam ueram esse uultis,physiologiam totam peruertitis.

Piaculum,li.de L.181 b,Porco fœmina piaculum pati.

Piam.particula quæ nominibus quibusdam ad finem addi solet.l. Aliquispiam,& Quispiam.

Picearæ,arum.uectigal picis.Est autem pix humor pinguis ex tæda seu pinu combusta collectus.de Clar.172 d, Societas,quæ picearias de P. Cornelio,L. Mũmio censoribus redemisset.aliàs picarias,aliàs pecuaria legebatur.

Picentinus,na.At.130.Pompeij.

Picentes.pop.pro Syl.171 b, Aut docent Picentes solos non esse peregrinos.

Picenum.ni.ora Italiæ.At.123 d.

Picenus,a,um.de Cl.169 b,Ager Gallicus & Picenus.

Pictor,oris.Ac.6 b,Multa uidẽt pictores in umbris & in eminentia,quæ nos non uidemus.de L.179 d, Dignissima autem dona habentur,& formæ ab uno pictore uno absolutæ die.de Clar.179 b,Zeusis,Polygnotus,Timantes,qui non plus quàm quatuor coloribus usi sunt:Ettiõ uero,& Nicomachus,& Protogenes perfecti pictores fuerunt.de Or. 145 d, Zeusis, Aglaophon, Apelles. & At.36 d,Apelles & Protogenes.

Pictura,ræ.tabula. Or.200 d,In picturis alios horrida,inculta,abdita,& opaca:contrà alios nitida,læta, collustrata delectant.Tusc. 250 d, Homerum tradunt cæcum fuisse,at eius picturam,non poesin uidemus? Ac.6 b,Oculi pictura tenẽtur, aures cantibus.I.V.200 d, Pictura textilis aut in tabulis.Tusc.229 b,Cum animũ ab ista pictura imaginibusq; uirtutũ ad rẽ ueritatẽq; traduxeris.

Pictus,a,um.de Clar.188 b,Tabulas bene pictas collocare in bono lumine.& 192 b,Lysias,quo quid potest esse pictius?de Fin.143 b, Qui nunquam philosophum pictum,ut dicitur,uiderunt.

Piè.religiosè.de Nat.11 d,Piè colere deos.& 12 b, Piè sancteq; colere deum.de Se.94 d,Memoriam nostri piè inuiolateq; seruabitis.pro Mur.141 b, Illa piè fecit. pro Planc.280 d,Vt confiteare aliquando,quod faciam, me & gratè et piè facere.pro Mil.121 b,Metuo enim ne scienter dicam in te,quod pro Milone dicam piè.At.96 d, Quintus filius suapte piè sanè currentem animũ patris sui,sorori tuæ reconciliauit.

Pierides, dum.musæ Pieriæ.de Na.70 d,Tertiæ Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solent poetæ appellare.

Pietas,tis.de In.82 d,Pietas est,per quam sanguine cõiunctis, patriæq; beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.& Part.536 b,Pietas est iusticia erga parẽtes.& pro Plan.276 d,Pietas est uoluntas grata in parente.de Natur.24 d,Est enim pietas iusticia aduersum deos.pro Planc.265 d,Pietas iudicio meo fundamentum est uirtutum omnium.& de Som.128 d,Iusticiam cole & pietatem,quæ cum sit magna in parentibus & propinquis, tũ in patria maxima est.& de Nat.57 d,Pietas cui contiucta iusticia est,reliquæq; uirtutes. hic pietas pro religione ponitur.pro Qu.4 b, Si pietate propinquitas colitur,qui affinẽ prodit,impius sit necesse est.pro S.Ros. 24 b,Quod præclarè à sapiẽtibus dicitur,uultu sæpe ledatur pietas.de Or.123 b,Si pietati summa tribuẽda laus est,debitis moueri,cum Quin.Metellum tam piè lugere uideatis.de Cla.275 b,Vtinam Gracchus non tam fratri pietatem,quàm patriæ præstare uoluisset.pro Fla.164 d,Nimia pietas & summus amor in patriam.proDom. 234 b,Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio.Postquam.202 d, Quæ sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse solent,eadem ego erga populum Rom. semper ero. Antequàm.194 b,Illi quorũ animus est religionis pietate defunctus.Offic.35 d,Deos placatos efficiet pietas & sanctitas.de Nat.1.b,Pietas, sanctitas,religio, quæ omnia purè & castè deorũ numini tribuenda sunt.de Fin. 79 b,Nemo pius est,qui pietatem cauet.Epistol.21 d, Pietas in referenda gratia.Epistol.1 a,Ego omni officio,ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Epist. 10 d,Meam in te pietatem,quid enim dicam beneuolentiam?Epist.93 d,Hìc tui omnes ualent, summaq; pietate te desiderant.pro Cluent.31 d, Quorum alter eloquentiæ damnationem illã tacita pietate deplorat. & 54 d, Tu qui pietate ad accusandum excitatus es.de Finib.103 b,Pietas aduersus deos.Tusc.173 d, Pietas erga matrem. Part.234 b,& 236 b,Pietas,& charitas,& bonitas quæ si idem ualere uidentur.de In.70 b, Pietas est, quæ erga patriam,aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare moneat.

Piger,a,um.segnis ad aliquid agendum.ad Her.34 d,Frigus pigrum dicimus, quia pigros facit. & Epistol.103 d, Quòd mihi interdum piger, interdum timidus in labore militari uidebare.& 111 b,Ad literas scribendas pigerrimus.

Piget,bat.tædet,pœnitet.de D. 94 b, Mea mater tui me

Universidad de Deusto
Biblioteca

miseret, mei piget. pro Syll. 184 b, Teipsum iam expletum huius miseriis pigeat. pro Dom. 219 d, Me nõ solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet. In Sall. 272 b, Quod si esses ab illo ortus, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Att. 75 d, In cupiditatem incubui, nec me piget. de Cla. 181 b, Induci ad misericordiam, ad pudẽdum, ad pigendum. In Sall. 275 a, Neque piguit quærere, cur ego, &c.

Pigmentarius, rij. Epi. 253 b, Accius pigmentarius ualde gaudebat, se aduersarium perdidisse.

Pigmentum, pigmenti. color fucus, ornatus. de Diu. 85 a, & 118 d, Aspera temere pigmẽta in tabella oris lineamẽtâ effingere possunt. de Cl. 103 a, Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorũ, quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse. de Or. 125 b, Sẽtentiæ ueræ sine pigmentis fucoq; puerili. At. 21 a, Aristotelica pigmenta.

Pignerator, oris. I. V. 153 a, Cũ in his rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor neque possessor soleat esse.

Pigneror, aris. pignus aufero, fiduciam accipio. I. A. 264 a, Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignereri solet. de Rep. lib. 1, teste Nonio: Sed ut plurimas & maximas nostri animi, ingenij, cõsilij prima ipsa sibi ad utilitatem suam pigneraretur. De patria loqui uidetur.

Pignus, oris. fiducia, obsses. At. 18 a, Vt nos duo quasi pignora reipublicæ retineri uideremur. I. A. 255 a, Cognitur enim senatores non pignoribus, sed eorũ quorũ de honore agitur, gratia. item ibidem: Qui unquam tanto damno senatorem coegit? aut quid est ultra pignus aut mulctam? & 243 b, Vt quamprimùm illud pignus liberalitatis populi Rom. assiciam. I. A. 247 a, Pro libertate hæc omnia proijcias, quæ sunt pignora iniuriæ. de Pro. 79 a, Quo nam me animo esse oportet in eos, cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? de Orat. 143 a, An tu cum omnem autoritatem uniuersi ordinis pro pignore putares, eamq; in conspectu populi Rom. concideres, me his pignoribus existimas posse terreri? & ibid. Philippus grauiter exarsit, pignoribusq; ablatis Crassum instituit coercere. in Ant. 247 b, Magnis & multis pignoribus eũ respub. obligatum tenet. Att. 124 a, Minus multa dederant illi reipub. pignora. In Sal. 274 b, Posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus se coniunxerat. pro Cl. 58 a, Illa tibi ad confirmandas inimicitias affinitatis cõiunctionem pignori fore putauit. I. A. 153 b, Magnum pignus ab eo reipub. datum, se liberam ciuitatem esse uelle. pro Cæl. 54 a, Habet ab hoc respubl. duas accusationes, uel obsides periculi, uel pignora uoluntatis. I. V. 66 a, A nobis multos obsides habet populus Romanus, quos, &c.

Pigritia, tiæ. negligentia, ignauia, inertia. Tusc. 213 a, Desiniunt pigritiam, metum consequentis laboris. Att. 260 b, Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu scribam. Offic. 6 b, & 27 b, Negligentia, pigritia, inertia, ignauia. & 20 b, Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eam neq; præcurrant, neq; propter pigritiã aut ignauiam deserant.

Pigror, aris. ut grauor. Att. 122 b, Tu quæso quicquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere.

Pijssimus. In A. 256 b, Antonius. Mihi quidẽ cõstat, etc. nec Lepidi societatem uiolare pijssimi hominis. Cicero. Tu porrò ne pios quidem, sed pijssimos quæris: & quod uerbum omnino nullum in lingua latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis.

Pila, læ. de Or. 91 d, Vt qui pila ludũt. & 103 b, Licet ista ratione dicamus pila bene, & duodecim scrupis ludere propriũ esse iuris ciuilis. de Or. 148 d, Pila, tali, tesseræ. in Pis. 94 b, Iste claudus, quomodo aiunt pilam tenere, &c. de Sen. 94 b, Retorquere pilã. de Or. 151 d, Tityrus præclarè pila ludens, Brulla talis.

Pilosus, a, um. I. P. 77 b, Pilosæ genæ, dentes putridi.

Pilum, li. genus teli, Romanorũ proprium. I. A. 231 d, Idq; caput fixum gestari iußit in pilo. pro Mil. 123 b, Sparorum pilorumq; multitudo.

Pilus, li. de Nat. 55 d, Munitæq; sunt palpebræ tanquam uallo pilorum. Acad. 21 b, Nullum esse pilum omnib. rebus talem, qualis sit pilus alius. pro Qu. R. 48 d, Hic capite & supercilijs semper est rasis, ne ullum pilum uiri boni habere uideatur. Att. 80 d, Interea è Cappadocia ne pilum quidem. Qu. Fr. 317 b, Ego ne pilo quidem minas te amabo.

Pindentissæ. pop. At. 78.

Pindenissus. opp. At. 79, 86, Ep. 23, 243.

Pingo, gis. pictura exprimo. de Orat. 114 b, Vt in pictura, qui hominis speciẽ pingere perdidicerat, is potest cuiusuis uel formæ uel ætatis etiamsi non didicerit, pingere. Epistol. 68 b, Alexander ab Apelle potißimùm pingi, à Lysippo fingi uolebat. de Cl. 177 d, In uerbis pingẽdis & illuminandis sententijs. de In. 62 a, Is & cæteras tabulas pinxit, &c. id est, Zeusis. At. 58 a, Bibliotheca mihi tui pinxerũt cõstructione. Tusc. 240 b, Textile stragulum magnificis operibus pictũ. de Clar. 182 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. pro Arc. 191 b, Effigies uirtutũ summis ingenijs expressa & polita. de Fin. 79 a, Cleãthes tabulam uerbis pingere solebat, etc. id est, tabulam uoluptatis. Q. Fr. 315 b, Quadrigis poeticis modò mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo. l. Color, & lecythus.

Pinguis, gue. opimus, crassus, rudis. de Fat. 141 b, Thebis crassum cœlum, itaq; Thebani pingues & rudẽtes. de D. 107 b, Pingue & concretum esse cœlum. pro Arc. 190 b, Cordubæ nati poetæ, pingue quiddam sonantes atq; peregrinũ. Aca. 27 b, Quod ipsi Antiocho pingue uidebatur, & sibi contrarium. de Am. 99 b, Agamus igitur pingui Minerua, ut aiunt.

Pinna, næ. pẽna. de N. 71 b, Minerua, cui pinnarum taloria affigunt. In Arat. Atq; auis ad summam caudam prima mascq; recedit Pinnas, &c.

Pinna. conchæ marinæ genus. de N. 56 b, Pinna duabus grãdibus patula conchis. de Fin. 103 b, Quæ in concha patula pinna dicitur.

Pinnatus, a, um. pẽnatus, pinniger. de Nat. 71 d, Pinnatum Cupido. & Tusc. 180 b, Pinnata cauda.

Pinniger, ra. penniger. Ep. 110 b, Pinnigero in corpore non armigero tela exercere. aliter, Pennigero.

Pinnoteres, teris. cõchæ marinæ, id est, piscis genus. de Fin. 103 b, At illa quæ in concha patula, pinna dicitur: isq; qui enat è concha, qui quòd eam custodit, pinnoteres uocatur.

Pinnula. de N. lib. 2, Pulli cum pinnulis uti possint.

Pio, as. expio. de L. 173 b, Hetruriæ princeps fulgura atq; ostenta pianto. pro Do. 239 b, Si quid tibi piandum aut instituendum fuisset religione domestica.

Piræeus, ei. ὁ Πειραιεὺς Græcè, portus Athenarũ. Att. 103 a, Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Piræea dixerim, nõ Piræum, sic enim omnes nostri locuti sunt, quã quòd in addiderim. & 97 a, In Piræea cum exissem, &c. de Cl. 169 a, Vt se uel è Piræo eloquentia euecta est.

Pirata, tæ. prædo. I. V. 248 b, Iste à piratis ob hunc archipiratã pecunias accepit. & 68 b, Vrbes piratis prædonibusq; patefactæ. Of. 73 b, Nã pirata non est ex perduellium numero definitus, sed cõmunis hostis omnium. pro S. R. 43 a, Quis prædo tã nefarius? è pirata tã barbarus?

Piratica, cæ. Postquã. 206 a, Is profectò egestate coactus piraticam fecisset.

Piraticus, ca. I. V. 250, 254, 255.

Pisæ, arum. opp. Qu. F. 310 a.

Pisaurum, ri. opp. & Pisaurensis. de Clar. 189 b.

Piscator, oris. Offic. 63 b, Tum Pythius piscatores ad se conuocauit, ab ijs petiuit, ut ante suos hortulos piscarentur.

Piscatus, tus. de Fin. 69 b, Piscatu, aucupio.

Piscículus, li. de N. 50 b, Pisciculi parui.

Piscina, næ. lacuna in qua pisces uiui seruãtur. Qu. F. 306, & Attic. 17 a, & Parad. 113 a, Magna uis aquæ usque ad piscinam publicam. Att. 22 b, Si mihi barbati in piscinis sint. Qu. F. 321 a, Intelligo mirifica suauitate te uillã baiturum piscina & salientibus additis, palæstra & sylua uiridicata. L. Nilus.

Piscinarius, a, um. qui piscinis delectatur. Attic. 18 b, Beatos homines (hos piscinarios dico amicos tuos) nõ obscurè nobis uiuidere. & 20 a, Mihi uerò ut inuideant piscinarij nostri, &c.

Pisces, scis. de N. 52 a, Pisces ut aiunt, oua cum genuerint, relinquunt. de Se 86 a, Pisces hamo capiuntur. I. P. 94 a, Mensa extructa nõ conchylijs aut piscibus, sed multa carne, &c. de N. 48 a, Pisces signum cœleste.

Piscor, aris. Offi. 63 b, Tum Pythius piscatores ad se conuocauit, ab ijs petiuit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur.

Pisidæ, arum. Pisidij. pop. de D. 80 b, & 99 b.

Pisidia, diæ. regio. de D. 99 b.

Pisidij, orum. Pisidæ. de D. 85 b, Cilices, Pamphylij, Pisidij.

Pistratus, ti. Tyrannus clemens Athenis. Att. 115 a.

Pistor, oris. qui panem conficit. I. P. 94 a, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propola atq; de cupa. pro S. R. 41 a, Mitto hasce artes uulgares, coquos, pistores, lecticarios, &c. de Fin. 69 b, Optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, &c.

Pistrinum, ni. locus ubi frumentum tundebatur mola trusatili. de Or. 89 a, Oratorem in iudicia & in conciunculas, tanquã in aliquod pistrinum detrudi & cõpingi uidebam. & 121 b, Tibi mecum in eodẽ est pistrino Crasse iudicandum. Qu. F. 302 b, Tradere aliquem in custodiam, uel in publicum uel in pistrinum.

Pistrix, cis. cetus, belua marina. In Ar. Fera pistrix, & 388 b, In Ar. Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.

Picho. l. Suada.

Pituita, tæ. unus ex quatuor corporis humoribus, is qui aquæ similior est. Tusc. 160 a, Sanguis, bilis, pituita. & 213 b, Cùm pituita redundat aut bilis in corpore.

Pituitosus, a, um. de Fat. 141 a, In alijs locis homines sunt pituitosi, & quasi redundantes, in alijs exiccati atque aridi.

Pius, a, um. qui pietatem colit. Offi. 70 a, Ipsi patriæ conducit, pios habere ciues in parẽtes. de L. 172 b, Deos pio rum & impiorum habere rationem. pro Cor. 60 b, Nihil est aliud in fœdere, nisi ut pia & æterna pax sit. de Fin. 79 b, Nemo pius est, qui pietatem cauet. pro Sest. 3 b, Pius dolor, & iusta iracundia. de Som. 128, Quare ti bi Publi & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis. pro S. R. 29 a, Oreστes ne pius quidem sine scelere esse potuit.

Placabilis, le. exorabilis. I. V. 127 b, Omnia habuit æquiora & placabiliora, quàm animũ iudicis. At. 229 a, Vt eo te placabiliorem præbeas. Or. 169 b, Tu eos etiam quos contrà statuis æquos placabilesq; dimittis. Attic. 268 b, Præbere se placabilẽ alicui. al Her. 28 b, & 38 a, Placabilis, exorabilis.) (. Implacabilis, inexorabilis.

Placabilitas, tis, clementia, lenitas, mansuetudo. Of. 18 a, Nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate atque clementia.

Placatè. patienter, humaniter, placidè. Epist. 78 b, & 90 a, Omnia humana placatè & moderatè feramus.

Placatio, onis. pax, uenia. de N. 61 a, & de Diu. 164 a, Nostra ciuitas nũquam sine placatione deorum immortalium tanta esse potuisset.

Placatio. moderatio, tranquillitas. Tusc. 222 a, Perturbatio animi, placatione abluatur.

Placatius. moderatius. aduer. Ep. 90 a, Remissius & placatius quotidie aliquid ferre.

Placatus, a, um. placabilis, pacatus, tranquillus, quietus. Attic. 68 a, Nihil tam uidi mite, nihil tam placatũ, quãtum erat frater meus in sororem tuam. Tusc. 231 b, Sic animi quietus & placatus status cernitur. item: Alteros tibi iam placatos esse intelligo, alteros nunquam iratos fuisse. Tusc. 369 b, Placatissima quies. de Fin. 63 b, Placata, tranquilla, quieta, beata uita. Quin. de Pet. 212 a, Tamẽ hi possunt abs te placati æquiq; discedere. pro Mar. 133 b, Dij uel placatissimi, uel etiam satiati esse debent. Postquã. 198 a, Si mihi placata & trãquilla omnia fuissent. Or. 202 b, Res placatæ et minimè turbulẽtæ. At. 90 a, Placatus.) (. Ira incensus. Of. 35 a, Deos placatos pietas efficit & sanctitas.

Placentia, æ. urbs, & colonia Rom. In L. Pisonem apud Asconium Pedianum.

Placentinus, de Clar. 170, & 180 a, T. Tinca Placẽtinus. & I. A. 182.

Placeo, es. non displiceo. satisfacio, arrideo, iucũdus sum. & placet, bat, placitum est, sedet, uidetur, probatur, cordi est. Attic. 235 b, Cum scripsissem ad Brutum de optimo genere dicendi, non modò mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probaturumque si ne quæso quemq; sibi scribere suam cuiq; spõsam, mihi meam, suum cuiq; amorem, mihi meum, non scire. hoc enim Attilius poeta durißimus. item ibi. Meũ mihi plãcebat, illi suum. de Orat. 110 a, Ego nũquam mihi minus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm hesterno die placui. Epist.3 a, Itaq; postr.die placuit,ut breuiter sententias dicerемus.de Or. 97 b. Postea mihi placuit,eoq; fum usus adolescens, ut explicarem, &c.pro Clu.32 b,Canutio placuit repentè iudices pronunciare.Attic.149 b, Video tibi non probari,quæ ne mihi quidem placebant. Atti 204 a,Expecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem.& 208 a, Volo Dolabellæ ualde desiderāti placere,nec reperio quid. Qu. Fra.310 a,Longilius mihi aiebat,se uelle nobis placere. pro Dom.224 a,Nónne fieri poterat,ut populo de Cyprio rege placeret?de exulibus Byzātijs displiceret?Attic.276 a,Hoc mihi in te placuit.ad Heren.6 a, Ita nobis placitum est,ut scriberemus,&c. D. Brut.Epist.167 a, Cum in his uersarer angustijs, placitum est mihi ut postularem legationem,&c. Item: Placitū est mihi,ut Brūdusium ducerem hanc copiam quam habeo mecum.Ep. 114 a,b,& Atti.129 a,De prouincijs placitū est, ut coram Pompeio ageretur.pro S.R.35 b,Si dijs immortalibus placet.de Of. 43 b, Quod scribere nō auderem,nisi idem placeret Panætio.de D.103 a,Vt doctissimis sapiētissimisq; placuit.& ibi.Nā non placet Stoicis,&c. & 117 a,Placet Stoicis,etc. Acad.25 a,Duo placet esse Carneadi uisorum genera.de Fin.54 b,Virū igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet?an,&c. Item ibi. Igitur agam sic, ut ipsi autori huius disciplinæ placet. Item ibi. Vt placet inquam.Epi.256 b, Videbis quid Lysomi,quid medico placeat.

Placidè.leniter,placatè.Or.205 a,Placidè sedateq; loqui. & in V.226 a,Placidè ferre aliquid.& Tusc.184 b, Placidè & sedatè ferre dolorem.

Placitus,a,um.placatus,tranquillus.Tusc.237 b, Semper in animo sapientis esse placidissimam pacem.& 211 a,Placida quietaq; constantia.pro Cecin.290 a, Aliquē tratum,placidum,ac mollem reddere.de Sen.79 b, Placida ac lenis senectus.de Ora.125 a, Oratio placida,submissa,lenis.

Placo,as.lenio,mitigo,placatum efficio,exoro,recōcilio, macto,expio.procuro. Atti.5 b, Primùm tibi de nostro placando,aut etiam penè restituendo polliceor.de Nat. 3 a, Qua in causa beneuolos obiurgatores placare possumus.pro Domo, 222 a, Placaui odia improborū.pro Font.283 b,Placare animos iudicū.de Ar.258 a, Nostræ sunt inter nos iræ discordiæq; placandæ.Epist.202 b,Is ad me Romam literas misit,ut te sibi placarem. I.C.180 a,Quos ego non tam uleisci studeo,quàm sanare,& ipsos placare reipub.I.A.213 a,Id uerò ipse se placabit & leniet prouinciæ Galliæ.& de Fin 58 a, Et animos quasi concordia quadā placet ac leniat.pro Dom.241 b,Cū diuinum numen scelere uiolatum precibus placare cogeretur.de Nat.62 b,Tu Deciorum deuotionibus placatos esse deos censes? Item ibi. Quæ autem tanta eorum fuit iniquitas,ut placari populo Rom.non possent, nisi uiri tales occidissent?pro Font.280 a,Galli humanis hostijs deos placant.Tusc.179 b,Hæc dextera Iernam terrā mactata excetra placauit.pro Deiot. 145 a, Nemo unquā te placauit inimicus, q ullas resedisse in te simultatis reliquias senserit.de Leg.174 a,Impius ne audeto placare donis iram deorum.Qu.F.300 a,Quoscunq; de te queri audiui,quacūq; potui ratione placaui.I.A.225 a,Placa animum,& mitiga.

Plaga,gæ.nulnus, percussio.In V.563 a, Dico me eodem uulneris atque plagæ constitui ne fas esse. Tusc.183 b, Qui bene instituti sunt,accipere plagam malint, quàm turpiter uitare.de N.154 a, Grauiorem plagam accipiebat,ut leuiorem repelleret.& Epi.136 b,Hæc est leuior plaga ab amico,quàm à debitore.& Tusc.187 a,Veniēs plaga uehementior.pro Mur.135 a,Illa plaga est inimicitia petitioni tuæ maxima. pro Flac.159 b, Phrygem plagis fieri meliorem.& I.V.269 a,Crepitus plagarum.I.Vat. 33 a,Infligere plagam mortiferam alicui.pro Sest. 12 b, Imponere plagam insanabilē alicui.I.A.212 a,Luculentam tamen ipse plagam accepit.Or 219 b,Sic nec oratio facit plagam grauem, nisi,&c.

Plaga.regio.de D.114 b, Quod ante oculos est,nō uidet, cœli scrutantur plagas.de Fat.144 b, Motus extra positus & plagā cum atomus declinat interuallo minimo. & 149 b, Atomi uim quandā habens à Democrito impulsionis,quam ille plagam appellat, ab Epicuro gratitatis & ponderis.

Plagæ,retia.l.Macula.I.V.266 b,Si ex his laqueis te exueris,in illas tibi maiores plagas incidendum est. Acad.37 a,Plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. Off.65 b,Tendere plagas.Epist.198 b, Conijcere aliquem in alicuius plagas.

Plagiarius,a,um.qui liberum hominem uendit, uel emit. item qui seruū seruum'ne à domino auertit, fugam faciendet,emit uenditue nesciente domino. Fieri autem potest hīc,ut sit cognomen Licinij eius de quo loquitur Cicero.Qu.Fr.300 b, Licinium plagiarium cū pullo in iturno tributa exigere.

Plagiosippus.ad Her.34 a.

Planè.clarè,apertè.)(.Obscurè.de Orator.96 b,Planè et lucidè loqui.& de Arat.249 b,& de Fimib.94 a,Planè & perspicuè dicere aliquid.Epi.104 b, Quàm plenissimè res illa scribi potuit.I.V.240 a,Apertissimè & planissimè explicare aliquid.pro Qu.R.52 a, Planius & apertius dicam. & Top.222 a, Quo planius accipiatur. de Fin.66 a,Sed illud dixisti bene latinè,parū planè.de D.128 b,Demosthenem scribit Phalereus, cum Rho dicere nequiret,exercitatiōe feciſſe,ut planissimè diceret. I.P.90 a,Quod omnes leges planissimè uetant.Epistol. 264,De Ocella parum plane ad me scripseras.& de Vi. 52 a,Nam & complectitur uerbis quod uult,& dicit plānè quod intelligam.

Planè.prorsus,omnino,funditùs.de Cl.184 a,Nec illi hoc planè atq; omnino defuit.& de Or.98 a,Neq; omnino, & c.neq; planè,etc. de Cl.196 b, Quod iā propemodū, uel planè poti us effecisti.de Clar. 191 a, Perfectè,plānèq; eruditus.Att.110 b, Aenigma Oppiorū planè non intellexi.Att.39 b, Te rogo ut planè ad nos adnoles. ad At.205 a,Quòd cōueniſti,etc.feciſti planè bene.de Or. 94 a, Res penitùs cognitæ planèq; perspectæ.ad Her. 30 b,Fieri potest,ut non planè par sit numerus syllabarū.Ep.49 a,Illud planè molestè tuli,quod uidebā,&c. Ep.105 b,Planè enim intelligo,te,&c. Ep.5 b, & 21 a, Causa Alexandrina uidetur ab illo planè esse deposita. At.128 b,Explicari mihi tuū consiliū planè uolo, ut penitùs intelligam.I.A.212 a,Gladiatorem appellat,ut appellant hi, qui planè & latinè loquuntur.de L. 166 b, Sed ego planè uellem me arbitrum inter eos datum.

Planetæ,tarum.inerrantes stellæ septem. Tusc.lib.1,Planetarum motus tarditate & celeritate dissimilimi.

Plangor,oris.eiulatus,ploratus. Ora.209 a,Plangore & lamentatione compleuimus forum.I.A. 176 b, Tu diademā imponebas cum plāgore populi,ille cum plausu reiiciebat.ad Her.22 a,Fœmineus plangor.

Planities,ei.æquor,campus.I.V. 226 a, Quo in summo est æquata agri planities.& de D.80 a,Planities magni tudoq; regionum.

Planta,æ.furculus,stirps. de Sen. 88 a, Malleoli,plantæ, sarmenta,uites,traduces,propagines,&c.Pro pede. In Arat. Hunc Orionis sub læua cernere planta Serpentem poteris.

Planus,a,um.æquabilis.)(.Montosus.de N.35 a,Duæ formæ præstātes sunt,ex solidis globus,ex planis circulus aut orbis.pro Cecin.294 b, Aequus & planus locus.& contra Rull. 85 b, Capua planissimo in loco explicata. de Vn.198 a,Si uniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur.pro Flac.166 a,Via præceps et lubrica.)(.Via plana & stabilis.pro S.R.27 a, Atque id obijcere,quod planum facere nō possis.I.V.73 b,& 269 b,Cū præsertim planum facere multis testibus possim,C. Verrem dixisse.&c.& ad Heren.7 a,Se planum facturum, ab eo maleficium non abesse.Top.229 b, Oratio plana & euidens.

Planus,ni.nebulo.pro Clu.32 a,Hic ille planus improbissimus,quæstu iudiciario pastus.

Plasma. Atti.149 b, Sed sit hoc πλάσμα,magnas habet certè copias.a'liter, σόλπισμα.

Platalea.læ. genus auis, quam Plateam uocat Plin. de N. 50 b,Legi etiam scriptum esse auè quandam quæ Platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere aduolantē ad eas aues quæ in mari merygerent.

Platanus,ni.arbor.de Or.87 a,Platanus,quæ ad opacādum aliquem locum patulis sit diffusa ramis.de Diu.121 b,Sub platano umbriferā,&c.

Plateæ,arum. opp. Off.13 a, Hinc rhetorum campus de Marathone,Plateis,&c.

Plato,nis.de Opt.244 a, Diuinus autor Plato. & de D. 79 a,& 66 b, Platoni in cunis paruulo dormienti apes in labellis consederunt. responsum est, singulari illum suauitate orationis fore.de Clar.175 b, Quis uberior in dicendo Platone?Iouem sic,ut aiunt philosophi, si Græce loquatur,loqui.Or.197 b, Ille nō intelligendi solum, sed etiam dicendi grauissimus autor & magister Plato. & Ora.202 b,Longè omnium quicunq; scripserunt aut locuti sunt,& copia dicendi,& grauitate princeps Plato.Tusc.122 b,Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio) præstās ingenio.de N.32 a,Plato quasi qui dam deus philosophorū,At.63 b,Deus ille noster Plato in πολιτείᾳ,Qu.Fr.295 b,Princeps ingenij et doctrinæ Plato.Tusc.156 a, Errare mehercule malo cum Platone, quam cum istis uera sentire.& ibid.Ego quoq; cum iperit instar omniū Antimachi poetæ.Or.203 a,Platonis locutio potius pœna putandum,quàm comicorū poetarū.Acad.47 b,Platonem ex Academia uetere nunc eramus,cuius in libris nihil affirmatur,& in utrāq; partem multa disseruntur,de omnibus quæritur, nihil certi dicitur.pro R.P.126 a,Plato iniquitate Dionysij Siciliæ tyranni,cui se ille commiserat,in maximis periculis infidijsq; uersatus est.Orato.200 b,Plato exagitator omnium Rhetorum.Orat.293 a, De oratione Platonis & Democriti.de Oratore,144 a,Pro Platone.de Legibus, 184 a,Contra Platonem.de Oratore,104 a, & 104 b, In illa commentitia Platonis ciuitate. Plato in Timæo & in Legibus,mundum deum esse ait,& cœlum & astra,& terram,& animos, & eos quos maiorum instituris accepimus.de Nat. deo.1, Plato pro immortalitate animæ tot rationes attulit, ut uelle cæteris, sibi certè persuasisse uideatur,Tusc.quæst.lib.1. Plato quantum in repub.contendēdum existimarit, 1 Fam.Cur Remp. nō attigerit,ibi.Plato quando Respub.fore beatā putauerit,1 ad Qu.Fr.Plato ex materia in se omnia recipiente,mundum esse factum cēset à deo sempiternum, Acad. q.ed.1.lib.2.Plato in musicis,geometria,numeris, astris se contriuit, de Fin.lib.1.Plato beatum dicit,cui in senectute cōtigerit,ut sapietiam,ueraq; opiniones assequi possit,de Finib.lib.5.Plato eadem dicit de immortalitate animorū,& reliqua post mortem trāquillitate bonorum,pœnis impiorum, 2 de L. Plato in ideis seu speciebus diuinū quiddam esse dixit, Acad.q.ed.3. lib.1. Platoiram & cupiditatem, duas partes animi locis discluſit: iraq; in pectore,cupiditatem subter præcordia locauit, Tusc.q.lib.1.Plato Crete,cum Clinia & Lacedæmonio Megillo,æstiuo die in cupressetis Gnosiorum & spacijs syluestribus,de institutis rerum publicarum, ac de optimis legibus disputat,1 de Le.Plato Syracusium Dionem eruditit, Of.1.Plato omnium Rhetorum exagitator,unum Isocratem mirabatur, Or. Plato Dionē Syracusiū omnib.doctrinis expoliuit,3 de Or. Plato sic fecit, quē tu admiraris,quem omnibus anteponis, quem maximè diligis,1 de L.Plato triplicem finxit animam,Tusc.q.lib. 1.Plato poetas è ciuitate,quam finxit,eduxit,Tusc.q.lib. 2.Plato iubet sic ad somnum proficisci corporibus affectis,ut nihil sit,quod errorem animis perturbationemq; afferat,Diuin.lib.1.Plato Aristotelis magister,de N.d.1. Plato non linguæ solum, sed etiam animi ac uirtutis magister,3 de Ora.Plato uno & octogesimo anno scribens mortuus est,de Sen.Plato in Timæo patrem huius mundi nominari negat posse:in legum autem libris quid sit omnino deus,inquiri oportere non cēset,de N.d.1. Plato negat sine furore quenquam poetam magnū esse posse. Diuin.lib.1.Plato oratores irridens,summus ipse orator est,1 de Oratore.Plato principatū animæ: id est, rationē,in capite sicut in arce posuit,Tusc.q.lib.1.Plato in geometria & musica præstantissimus,1 de Oratore. Lōge omniū,quicunq; scripserunt aut locuti sunt,& copia dicendi, & grauitate princeps Plato, In Or. Plato ægritudines,iras,libidinesq; semotas à mēte & disclusas putat,Tusc.q.lib.1.Plato nihil putat esse, quod oriatur & intereat,Tusc.q.lib.1.Plato id solum esse putat,quod semper tale sit,Tusc.quæst.lib.1.id est,quod æternū est, neq; mutabile,neq; corruptibile. Plato iusta funerum reiecit ad interpretes religionum, quem nos morem tenemus, 2 de Leg.Plato perfectissimam disciplinam reliquit,Peripateticos & Academicos,Acad.q.ed.1 lib.2.16.Plato Speusippum, sororis filiū, philosophiæ quasi hæredem reliquit,Acad.quæst.ed.2.lib.1.Plato Titanum è genere statuit eos,q,ut illi cœlestibus,sic hi aduersentur magi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtratibus,3 de Legibus.Plato Sardianus,Epicureus, 1 ad Quint.Frat. Plato de animorum æternitate non solum ſenſit idem quod Pythagoras, ſed rationem etiam attulit, Tuſculan.quæſt. lib. 1. Plato uir doctiſſimus,idemq; grauiſſimus, omniúmque princeps de repub. cùm ſcripſit,idem & ſeparatim de legibus eius ſcripſit,2 de Legibus.Plato uarius & multiplex & copioſus fuit, Acad.quæſt.ed.2.lib.1.Plato Atheniensis Tarentum uenit,L. Aemylio, App. Claudio Coſſ.Cat.Plato ſepulchrum altius uetat extrui,quàm quod quinq; diebus abſoluerint, nec è lapide excitari plus,nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam quatuor heroicis uerſibus, 2 de Legibus.Plato omne iudiciũ ueritatis, ueritatemq; ipſam,abductam ab opinionibus & à ſenſibus, cogitationis ipſius & mentis eſſe uoluit,Acad.quæſt.ed.1. lib.2. Plato ſine corpore ullo deum uult eſſe, ut Græci dicunt ἀσώματον,de Natur.d.1.Plato & Socrates,ut rationem non redderent,authoritate tamen reliquos minutos philoſophos uincerent,Diuin.lib.1.Plato & Socrates tollẽ di ex eorum numero, qui negarunt quicquam ſciri aut percipi poſſe, Acad.quæſt.ed.1.lib. 2. Platonis amplitudo Ariſtotelẽ à ſcribẽdo nõ deterruit, Orator.Platonis frequẽs auditor Demoſthenes, Orator.Platonis de tyrãnis auguria,10 ad Attic. Platonis ſummi uiri authoritas de ſepulchris,à quo funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus, à minis quinq; uſque ad minam, 2 de Legibus. Platonis authoritate,una & conſentiens duobus uocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt, Academicorũ & Paripateticorum, Acad.quæſt.ed.2.lib.1.Platonis diſcipulus quidam Pamphilus,cuius auditorem ſe fuiſſe Sami dicebat Epicurus,de Natur.de.2. De Platonis inconſtantia longum eſt dicere,de Natur.deor.1. Platonis leges de ſepulchro ex agro culto non ſumendæ, 2 de Legib.Platonis liber qui eſt de animo, Tuſ.q.lib.1.Is alio nomine Phædon dicitur. Platonis libri mirabiliter ſcripti, 3 de Oratore. In Platonis libris nihil affirmatur, & in utramq; partem multa diſſeruntur: de omnibus quæritur,nihil certi dicitur, Acad.quæſt.ed.2.lib.1.Platonis de Timæo deus opifex, ædificatorq; mundi,de Natur.deor. 1.Platonis oratio funebris,quotannis certo die Athenis recitabatur, Or.Platonis oratio omnis de legibus perorata uno æſtiuo die, 2 de Legib. Platonis politia, 2 ad Attic. Ex eadẽ Platonis ſchola Ponticus Heraclides, de N.deor.1.Platonis uerecundia, 9 Fam. Platoni prorſus aſſentior,ne agri cõſecrẽtur,2 de Legibus.Platoni aſſentior nihil tã facilè in animos teneros ac molles influere, quàm uarios canẽdi ſonos,2 de Legibus.Platoni noſtro placet muſicorũ cantibus mutatis, mutari ciuitatẽ ſtatus,3 de Leg. Virũ unũ totius Græciæ facilè doctiſſimũ Platonem, pro R. P. Apud Platonem noſtrum ſcripta dumitius,2 Famil. Apud Platonẽ ſæpe hæc oratio uſurpata eſt,ut nihil præter uirtutem diceretur bonum, Tuſculan.quæſt.lib.5.Platonẽ audiant impij,qui uetat dubitare qua ſi emente futurus deus, quando aliquid ei ab impijs donatur,cum uir nemo bonus ab improbo donari uelit,2 de Legibus.Equidem & Platonem exiſtimo ſi genus forenſe dicendi tractare uoluiſſet, grauiſſimè & copioſiſſimè potuiſſe dicere, Offi.1.Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognoſceret, in Italiam uenisse, & in ea cum alios multos, tum Architam, Timæumq; cogno-

uiſſe,& didiciſſe Pythagorea omnia, Tuſc.quæſt. lib.1. Platonem auunculum Speuſippus ſubſequens, de Natura deor.1. Platonem ego authorem uehementer ſequor, 1 Famil.

Platonici,corum.pro Mur.Platonicorum diſciplina.

Plaudo,dis.aſſentior,approbo, plauſum alicui do uel tri-
buo.)(.Reclamo.In A.207 b,Atti.251 b,Populus Romanus ſuas non in defendenda libertate, ſed in plaudendo conſumit.At.34 a,Huic ita plauſum eſt,ut ſaluarep.Põpeio plaudi ſolebat.Att.34 a, Inimici ernat equitibus, qui Curioni ſtantes plauſerant.Qu.F.309 b,Dijs hominibuſq; plaudẽtibus.Tuſ.242 b, Quod quidem me plaudente dicit.Atti.219 a,Ne uictoriæ quidem plauditur.aliter,ploditur.

Plauſibilis,le.In Verr.57 a,Cenſorium nomen iam popularе atq; plauſibile factum eſt.& Tuſc. 201 b, Tantum admonebo,quoniam hæc plauſibilia non ſunt, ut in ſinu gaudeant.

Plauſtrum,ſtri.ploſtrum, currus. de D.92 b, Se interfectum in plauſtrum à caupone coniectum eſſe,dis.

Plauſus,ſus.applauſus,admurmuratio,uox,clamor,indicium,teſtimonium, ſtudium populi ſpectatorum.)(. Reclamare,repudiare.Tuſcul.229 b, Qui nec plauſum,nec lucrum quærunt.& 188 b,Plauſum captans. Atti.34 a, Cæſar cum uenisſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſectus.Att.53 b, Cum populus eo nomine plauſum deſiſſet.de Sen.90 b, Quib.à cuncto conſeſſu plauſus eſt multiplex datus.Att.33 a, Huic plauſus maximi impertiuntur. Atti.52 a,Plauſu maximo cum eſſet mihi gratulatio ſignificata.At.124 a, In cauſa fœdiſſima plauſus quære re. Att.231 a, Præſertim tantis plauſibus,tanta approbatione infimorum. At.274 b, Maximo clamore & plauſu in roſtris collocatus ſum. Q.Fr.320 a,Ille plauſus qui Miloni quodammodo nobis uidetur dari. de Ar. 256 a, Qui eius effrenatos plauſus etiam proſequebatur. aliter perſequebantur.pro Seſt.25 b, Magnus ex omnibus ſpectaculis plauſus excitatus eſt.de D.93 a, Idq; frequentiſſimo theatro,incredibili clamore & plauſu cõorbatum eſt.In A.176 b,Tu diadema imponebas cum plagore populi,ille cum plauſu reijciebat.de Diu.126 a, Gallicantu plauſúq; premunt alas.

Plautus,Plauti.Poeta Romanus, is mortuus eſt.P. Claudio L.Portio Coſſ.de Cl.170 a,Plauti locus reprehenſus. ad Her.lib.2.

Plebecula,læ.Atti.15 a, Miſera & ieiuna plebecula.& 257 b,Plebecula urbana.

Plebeius,a,um.pro Seſt.6 a,Veſtitus aſper, purpura illa plebeia ac penè fuſca.Ep.139 a, Veruntamẽ quid tibi ego uideor in epiſtoliſ nõnne plebeio ſermone agere tecũ & ibi. Quid tibi uenit in mentem,negare Papyrium quemq; unquã niſi plebeium fuiſſe:fuerunt enim patricij minorũ gentium. Tuſ.159 b, Licet concurrãt plebeiſ omnes philoſophi:ſic enim hi,qui à Platone & Socrate & ab illa familia diſident,appellandi uidentur.

Plebes,bis.plebs. de L. 185 b, Plebes, quos pro ſe contra uim auxilij ergò decem creaſsit,tribuni eius ſunto.

Plebicola,læ.popularis.contra Rull.83 a,Plebicola tribunus.& pro Seſt.28.

Plebiſcitum,ti.ut populi ſcitum, tribunitia rogatio, de Or.126 b, Plebiſcitis multotiens conſularis dignitate inuni.

nui.de Fi.75 b,P. Scæuola trib.pleb. tulit ad plebẽ, uellemne de ea re quæri, quo plebiſcito decreta à ſenatu eſt cõſuli quæſtio Cn.Scipioni.ad Her.5 b,Ex plebiſcito uetari facere aliquid.pro Dom.222 a, Hoc plebiſcitum eſt.hæc lex:hæc rogatio eſt.

Plebs,bis.plebes,uulgus,turba,infima multitudo.de Clar. 169 a,Cum plebs prope ripam Anienis conſediſſet.Tuſculan.172 a. In Hyrcania plebs publicos alit canes,optimates domeſticos.At. 53 a, Gradus templorum ab infima plebe completi erant.pro Mil.120 a, Plebs & infima multitudo.

Plecto,ctis.punio.de Orat.135 a, Aemilius fecit, plectitur Rutilius.pro Cluen.16 b, Et ſine inuidia culpa plectatur,& ſine culpa inuidia ponatur.de Am.11 a,Cùm multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis deligendis. Offic.38 a,Iure igitur plectimur. de Leg. 163 a,Vt in ſuo uicio quiſq; plectatur,uis capite, auariti mulct.a,honoris cupiditas ignominia ſanciatur. Offi. 18 a,Cauendum eſt,ne ijſdem de cauſis alij plectãtur, alij ne appellentur quidem.Epiſtol.280 a,Plecteris ergo, inquiunt.

Plectrum, plectri. inſtrumentum quo citharœdi cordas lyræ plectunt.id eſt,percutiunt.de Natur.deorum,56 a, Itaque plectri ſimilem linguam noſtri dixere, chordarum dentes.

Plene,plenè,perfectè,cumulatè.de D.108 b, Quæ ut plenè eſſent,cumulateq; perfecta,de diuinatione ingreſſi ſumus dicere,&c. Off.10 a, Quoniã uiuitur non cũ perfectis hominibus plenè ſapientibus. Quint.Frat.297 b, Si hoc plenè uitare non potes.de Cla.105 a, Perfectè plenèq; eruditus.

Plenitudo,nis.magnitudo.ad Heren.30 b,Cum in altero longior aut longiores plenior aut pleniores ſyllabæ erunt,ut longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius exæquet.

Plenus,a,um.refertus,confertus,completus,repletus, oppletus,frequens,frequentatus,redundans, affluens, cumulatus.integer,perfectus.)(.Inanis,exilis,enectus.Acad.quæſt.29 b,Leuippus plenũ et inane dixit eſſe,etc. I.V.115 b, Domus plena cælati argenti optimi, multæq; ſtragulæ ueſtis, preciosiſſimorumq; mancipiorum. pro Pomp 10 a, Portus plen ſimus nautium. pro Font. 276 b,Referta Gallia negociatorum eſt,plena ciuiũ Romanorum.de Clar.174 b,Peracutum & artis plenum orationis genus. Tuſcu.quæſt.241 b, Omnia honeſta plena gaudiorum ſunt. Academ.28 b,Turpiſſimum eſt,& pleniſſimum temeritatis.& Poſtquam.206 b,Somni, ſtupri,uini plenus.de Prouinc.73 a, Quis plenior inimico rum fuit C.Mario? Epiſt.179 b,Homo plenus officij. In Ver.229 b, Ornamentis ſanorum plena domus,ulla refertæ.Epiſtol.262 b,Itaq; habui noctem plenam timori bus.pro Seſt.7 b, Ociosa uita,conferta & plena uoluptatibus.de Sen.77 a, Vir fide plenus.item: Aliud genus eſt non tam ſententijs frequentatũ.Ep.153 a,Literæ grauiſſimis uerbis ſententijſq; plenæ. Acad.lib.2, Alabaſter plenus unguenti. Nonius.de Ora.88 a, Deinceps omnia plena conſiliorum,inania uerborum uidemus. & 90 a, Orator plenus & perfectus is eſt,qui de omnibus rebus poſſit uarie & copioſe dicere. Off.1 a,Orationem autẽ latinam profectò legendis noſtris efficies pleniorem.de

Offi.13 a,Ea neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudamus. At.45 a,Ex tuis literis plenus ſum expectatione de Pompeio.de Clar.175 b, Nemo plenior & uberior ad dicendum fuit,de Or.144 b, Antonium ieiuniorẽ, Craſſum pleniorem aut ſuauiorẽ audiui.de Clar.192 a,Subſellia grandiorem & planiorem uocem deſiderant.Epi. 194 a,Ingredi pleno gradu.ad Her.30 b, Syllaba lõgior & plenior.de Ora.147 a,E plenum.ad Her.12 a,Perfecta & plena argumẽtatio.de Fin.114 b,Perfecta & plena ſententia.) .Curta.& de Somn.127 a,Numerus plenus.Tuſc.241 b,Ex perpetuis pleniſq; gaudijs uita beata exiſtit.pro Mil.106 a, Vt haberet plenum annũ atq; integrum ad præturam gerendam.de Orat.111 a, Quid plenius quàm omni genere cumulata oratio? Orator.211 b, Si & plenum eſt,ſit imminutũ.de Diuin.114 b, Iecur plenũ.)(. Iecur exile. de Diuinatione,137 b, Plenus.)(. Enectus.

Plera. pro pleraq;. de Legib. lib. 3, Minores magiſtratus partiti iuris plures in plera ſunto.

Plerique.pler.eque,pleraq;.maior pars hominum.I. A. 212 a,de N. 36 b,Vt pleriq; dicũt phyſicæ rationis ignari.de Or.97 a,Eſt enim magni laboris, quem pleriq; ſuſcipimus.Ep.77 a, Plerique eorum quibus cum uiuo neceſſariò.de In.66 a,Partes generum pler.eque.Tuſc.116 a, Pleræq; quæſtiones.de Fin.127 a, Theophraſtum adhibemus ad pleraque.Orat.204 b, Pleraque ex illis cõuenient huic tenuitati.

Plerunq;.magna uel maiore ex parte,maiore parte,magnam partem,maximam partem,perſæpe,ferè,maiorẽ partem. Academ.quæſt.54 a,de Diuinat. 111 a , Fortuita ſunt,quæ plerunque,non ſemper eueniunt,et 107 a,Aut ſemper,aut plerunq;.de Clar.orat.167 b,Sententia aptis conſtricta uerbis cadit plerunque numeroſe.ad Att. 76 b,Multis locis ne tectum quidem accipio,& in taberna ciculo maneo plerunque.de Finibus,59 b,Plerunque improborum facta primò ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo & fama,tum,& cætera.Epiſt.229 a,Ego autem tribuo nonnunquam in uulgus. ſed plerunque neceſſarijs, ut hoc tempore.de Officijs,10 a, Fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec ſapiente, feruentior plerunque eſt.

Ploratus,tus.plangor, ciulatus. Tuſculan. 179 b, Edere ploratum.

Ploro,as.ploratum edo.pro Dom.224 b,Senatum pro me plorare & ſupplicare prohibuerunt.At.242 a,Plorando feſſus ſum.

Plostrum,ſtri.plaustrum.I.V.86 b.

Pluit,bat.imber effluit.de Diuinat.220 b,Sanguinem pluiſſe ſenatui nunciatum eſt.Top.224 a,Pluuia,& pluendo coniugata.Sæpe lapidum uel ſanguinis,uel lactis imber efluxit.l.Effluo.

Pluma,mæ.de Finib.94 a,Plumæ uerſicolores columbis.de Nat. deo.50 a, Pluma aliàs, aliàs ſquamma uidemus obductas.in Arat.Quem rutila fulgens pluma præteruolat ales. Attic.133 a, Coſſ.qui pluma aut folio facilius mouentur.

Plumatus,a,um.pẽnatus.de N.48 b, Extrema nũc plumato corpore taurus.in Ar.

Plumbeus,a,um.bebes,rudis,obtuſus.Tuſcul.163 a,Niſi planè in phyſicis plumbei ſumus.de Fin.117 a,O plum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

beum pugionem. Atti. 10 b, Cum illum plumbeo gladio iugulatum iri diceret.

Plumeus, a, um. plumis refertus. Tusc. 200 b, Collocemus in culcitra plumea.

Plurimum. multum.)(. Minimum. de In. 62 a, Zeusis muliebri in corpore pingendo, plurimum alijs præstabat. Epi. 6 a, Alterũ mihi, ut te plurimũ diligam, facere necesse est. Par. 225 a, Vt quisq; quod plurimi est pośidet, ita ditissimus habendus est. pro S.R. 19 b, Qui apud me dignitate plurimum possunt. & Epi. 12 a, Præmia apud me minimum ualent. de inu. 47 b, Habere plurimum dignitatis.)(. Habere minimum dignitatis. de Orat. 95 a, Vt in quoq; oratore plurimum est, ita maximè is pertimescit. de Or. 67 a, Caput est quàm plurimum scribere. pro. R.P. 128 b, An tum credebat inductus usuris, ut haberet quàm plurimum?

Plus, ris. magis, amplius, præter, ultrà, antè. Att. 92 a, Pompeium mehercule plus plusq; indies diligo. & de Fimib. 221 a, Alter ualet plus quotidie, alter uidet. de Inuent. 69 a, Nam sæpe uirtus, &c. plus proficit ad misericordiam quàm humilitas, &c. At. 102 b, Tantum & plus etiã. de Ora. 85 a, Nec autoritate quisquam apud me plus te ualere potest. Att. 133 b, Caue putes hoc tempore plus mequenquã cruciari, quòd, &c. de Nat. 2 a, Fieri nõ potest, ut plus una uera sit. & Aca. 20 a, Sentio in colũba plures uideri colores, nec esse plus uno. At. 162 a, Ego te ni mio plus diligo. Ep. 217, Affuit, sed non plus duobus aut tribus mẽsibus. de Nat. 21 a, Molestũ est uno digito plus habere. & Or. 202 a, Nec plus uno. pro S.R. 30 b, Nunquam Romæ plus triduo fuit. Attic. 143 a, Dimidio plus scripsit Clodia. In V. 164 b, Adducitur medimnis MM. dimidio ferè pluris quàm anno superiore pro Sest. 21 b, Tribunum plebis plus uiginti uulneribus acceptis iacentem uidistis. pro Quin. 7 a, At tecum anno plus uixit. ad Her. 25 a, Quisquis enim audierit de arte paulò plus, omnia uidere poterit. de Amic. 107 a, Neq; uerendũ est, ne plus æquo quid amicitia congeratur. At. 183 a, Nõ plus annum possunt assequi, quod uolo. At. 68 a, Vt hoc nostrum desiderium, ne plus sit annuum. At. 95 b, Hoc est, non plus annum obtinere prouinciam? Tusc. 182 b, Ferre plus dimidiati mensis cibaria. pro Fl. 147 b, Et magis etiam tum cum erat ocij. In V. 141 b, Senatores triginta nõ minus adsint. de L. 157 a, Alius alio, plus habet uirtũ. de Inu. 58 b, Vultis aũt pecuniæ plus habere. pro Sest. 27 b, Nemo Carthaginensium pluris fuit Annibale, consilio, uirtute, rebus gestis. At. 80 a, & 54 a, Quod pluris est quàm omnia. Top. 228 a, Eloquẽtia pluris est, quàm iuris ciuilis scientia. de Pro. 71 b, Qui hoc etiã se pluris esse quàm collegas putat, quod, &c. Of. 32 b, Considera te agere pluris est, quàm cogitare prudenter. Att. 195 b, Mihi cõscientia pluris quàm hominũ sermo. pro Qu. R. 50 b, Ager nũc multo pluris est, quàm tũc fuit. In A. 207 a, Hic pluris habetur, quàm L. Trebellius. de N. 64 b, Arrogãtis est pluris se putare quàm mundũ. & Epi. 52 b, Pluris putare quàm alios. Parad. 125 a, Hæc pluris æstimanda sunt quàm illa, &c. Epi. 32 b, Ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci. de Aru. 244 b, Itaq; eum nunquam à me esse accusandum putaui, non plus quàm stipitem illum, qui, etc. de D. 103 a, Alij quos prudentes possumus dicere, duinos nullo modo possumus, non plus quàm Milesium Thalem, qui, etc. pro Cl. 41 b, Hoc pluribus uerbis dicere nõ debeo. pro Pom. 7 a, Non possunt in ciuitate multi res amittere, ut nõ plures secũ trahant. ad Her. 20 a, Qui eũ plures essent, pauciores nobis exæquari non potuerunt. Ep. 3 a, Perspiciebant enim in Hortensi sententiam multis partibus plures itu ros. de In. 53 b, Hoc non plus quàm in duas partes posse distribui puto. 229 a, Verbáne plus an sententiæ ualere debeãt. Att. 98 b, Neuter quempiã omniũ pluris facere uidetur quàm me. & 118 a, Facio pluris omnium hominum neminem. Of. 55 b, Pluris putare quod utile uidetur, quàm quod honestum, turpissimum est. de Le. 169 a, Ego uerò cum licet plures dies abesse, amœnitatẽ hãc sequor. de L. 182 a, Hoc plus, inquit, ne rogum facito.

Plure, pro pluris, teste Charisio. Plure uenit.

Plusculum. paulò plus. Ep. 67 b, Amoriq; nostro plusculũ etiã quàm cõcedit ueritas, largiare. de Or. 117 b, Cum se in quibus plusculum negocij est: id est, paulò plus.

Plusquàm. ultrà quàm, amplius antè. pro Flac. 148 a, Græci semper accusatori plusquã ad rogatũ respõdent. de Ora. 94 a, Ista quæ existimas plusquàm ipsam artem posse prodesse. ad Her. 38 b, Procurrere ultrà quàm amicus sentire possit. de In. 48 a, Vltrà quàm satis est. At. 20 b, & 32 b, Amplius. l. Plus.

Plutealia sigilla. L. Puteal.

Plutia, æ. locus in Sicilia. In V. 191.

Pluto, onis. Dis pater, orcus. de Nat. 68 a, Dis, apud Græcos πλούτωνα. l. Dis.

Plutonia. de D. 97 a, Mortifera, Plutonia terra in Asia.

Pluuia, uiæ. imber. Attic. 246 b, Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra uera sunt, ranæ enim βρεκεκέκεκες.

Pluuius, a, um. pro Mur. 120 a, Tu scis ut aquæ pluuiæ arceantur. Top. 224 a, Aquæ pluuia nocens.

Poculentus, a, um. quod in potum sumi potest. de Nat. 54 b, Ea pars oris, qua esculentis & poculẽtis iter natura patefecit.

Poculum, li. scyphus. pro Cluen. 23 b, Cui cum ipse poculum dedisset, subitò illa in media potione exclamauit, se maximo cum dolore mori. & Tusc. 169 a, Cum uenenum obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, ut id resonaret. & pro Clu. 24 a, Iã exhausto illo poculo mortis. de Senect. 86 b, Pocula, ut in Symposio Xenophontis, minuta atq; rorantia. pro Fl. 163 b, Nam iste magnitudine poculorum bibẽdoq; totam Asiam superauit. & In A. 162 b, In tuis illis immanibus poculis. In V. 89 b, Poscunt maioribus poculis.

Podagra, græ. dolor artuum, dolores pedum. de Fin. 127 a, Arcesilas, cum podagræ doloribus arderet, &c. & Tusc. 184 b, Qui complures annos doloribus podagræ crucientur maximis. de Clar. 176 a, C. Sextius cum remi serant dolores pedum, nõ deerat in causis. Ep. 141 a, Ex pedibus laborare. Tusc. 188 a, Quòd uehementer eius artus laborarent.

Poema, tis. poetæ opus. Acad. 40 b, Atq; ipse uarium & elegans omni ferè numero poema fecisti. Orator. 203 a, Platonis locutio potius poema putandũ, quàm comicorum poetarum, apud quos nisi quòd uersiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermoni. Qu. F. 320 a, Cõponere poema ad aliquẽ. Att. 13 b, Lucullus græcũ poema condidit. de Ora. 103 b, Empedocles physicus egregiũ poema fecit. I. P. 94 b, Is poema fecit ita festiuum, ita concinnũ, ita elegãs, nihil ut fieri possit argutius. pro D. 94 b, O poema tenerũ & moratũ, atq; molle. Qu. Fr. 312 b, Non mehercule quisquã μισοπόνηρος libentius sua poemata legit, quàm ego te, &c. Ibi. 125 b, Opus est ad poema quadam animi alacritate. Of. 55 a, Quod in poematibus & in scripturis usuenit. de Diuinat. 131 b, Non esse autem carmen illud furentis, ipsum poema declarat, est enim magis artis & scientiæ, &c. de Legi. 156 b, Alias in historia leges obseruandas esse, alias in poemate. ad Her. 24 a, & 25 a, Cũ ex orationib. aut poematibus elegeris exẽpla. aliter, poematis. Charisius lib. 1. sic ait: Itaq; Cicero pro Gallio, poematorũ, & in Oratore, poematis dixit.

Pœna, næ. supplicium, animaduersio, damnum, incommodum, mulcta, merces.)(. Beneficium, commodum. pro Corn. 58 b, 59 a, de Le. 185 a, Cum magistratus iudicasset per populum mulctæ, pœnæ certatio esto. At. 177 a, Nos stultitiæ nostræ grauissimas pœnas pendimus reipub. de N. 76 b, Pẽdere pœnas sceleris. pro Sest. 25 a, Omnes hi reip. pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio depẽderunt. Tusc. 179 b, Expendere pœnas alicui. Ora. 218 a, Quicũq; rempub. uiolassent, ab omnibus esse ei pœnas persolutas. Anteq. 195 b, Itaq; illi suorum scelerum cõscientia cruciati, mihi absenti & populo Rom. pœnas dabunt. de Ar. 252 b, Cũ eas pœnas des, quæ sunt solæ hostili pœnas dem. contr. Rull. 72 b, Pœnam sine prouocatione, animaduersionem sine auxilio dari cupiã. pro Dom. 240 a, Is pœnam hanc maternæ temeritatis tulit, ut præberet, &c. & ibid. b, Et grauissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustinuit. Postq. 198 a, Sustinere pœnã sempiternam. pro Fl. 154 b, Pœna falsarũ & corruptarum literarum Romæ grauis est. pro Flac. 164 a, Sumi amoris in patriã uicissim nos pœnas, si ita placet, sufframus. pro Pom. 6 a, Is adhuc pœnam nullam suo dignã scelere suscepit. Off. 64 b, Quæ qui inficiatus esset, duplicè pœnam subibat. Item, Et subire pœnam dupli. pro Sest. 28 a, Si scelus est amare patriam pertuli pœnarum Fr. 309 a, Teneri ea pœna, quæ est de ui. de N. 78 a, Luere pœnas. pro D. 122 a, Pœna in ciues Rom. nominatim sine iudicio constituta. At. 144 b, Itaq; dedo pœnas temeritatis meæ. At. 150 b, Persequi pœnas alicuius: id est, ulcisci pœnas illius. Anteq. 197 a, Si malui in imicorum cupiditati quàm reipubl. & legitimæ autoritati pœnas sufferre. de Cl. 187 a, Is in manifesto facinore deprehensus, pœnas legibus & iudicio dedit. At. 227 a, Vereor ne nobis idus Martiæ nihil dederint præter lætitiã & odij pœnã, & doloris. & 282 a, In animaduersione pœnaq; duriorem esse. cont. Rul. 84 b, Perferre omnes acerbissimas pœnas impiorum. de In. 73 a, Sumere pœnas. et ibi. Sumere supplicium.)(. Dare supplicium. I. V. 269 b, Repetere pœnas ab aliquo. pro S.R. 29 a, Furiæ quæ parẽtum pœnas à filijs repetunt. Antequã. 295 b, Si à me iuxuries & stupra Cæsij pœnas repetũt. de In. 46 a, Petere pœnam ab aliquo. Att. 12 a, Petere pœnas sui doloris ab aliquo. Ep. 13 a, Iudicio persequi pœnam ab aliquo. I. V. 354 a, Pœnã octupli cõmissam persequi. pro Sest. 28 a, Pœnã domestici sanguinis expeto. pro Mu. 135 a, Mori bi excusationi pœna addita est. de Ar. 252 b, Pœna quæ sequeretur illud scelus. Of. 64 b, A iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. de Orat. 102 a, Innocentiam iudiciorum pœna liberare. pro Planc. 268 a, Noli obseruantiam sanctè pœna. pro Cor. 62 a, Aliquẽ multa & pœna mulcto. Offi. 36 b, Tantaq; pœna eos afficiamus, quantum æquitas humanitasq; patitur. Epi. 266 b, Non poteris effugere huius culpæ pœnam. pro Dom. 213 b, Quæ te tanta pœna tuorum scelerum ac flagitiorum uexatiut arbitreris. pro Cor. 58 a, Hanc pœnã fœderibus ascribere, ut nullus populus fœderatus ciuitate donari possit, nisi fundus factus sit. Offi. 18 a, Cauendum est, ne maior pœna quàm culpa sit. I. P. 89 b, Deorũ immortalium hæ sunt in impios pœnæ certissimæ constitutæ. ibid. 90 a, Aliquem pœnas patriæ dijsq; immortalibus, eas quæ grauissimæ sunt, furore atq; insania pendere. ibid. b, Grauissimæ legum pœnæ. pro Lig. 139 a, Ea pœna, in qua adhuc Quin. Ligarius est, non uideris esse contentus. I. P. 99 a, Et pœnam, quæ tanto facinori debetur, subire. & 100 a, Non in eo cui facta est iniuria, sed in ijs qui fecerunt, sceleris ac conscientiæ pœna remansit. In Ant. 232 a, Mors naturæ pœna est, iracundiæ tormentum atq; cruciatus. in Ant. 337 a, Is pœnas dijs hominibusq; meritas debitasq; persoluet. Off. 68 a, Prætores conscripserunt edictum cum pœna atq; iudicio. de Amic. 103 b, Is pœnas reipublicæ graues iustasq; persoluit. de Legib. 174 a, Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus. ibidem, 183 a, Pœnaq; est, si quis busta uiolarit. pro Mil. 104 b, Qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit. & ibidem, 118 a, Vobis uestro in conspectu seræ, sed tamen iustæ & debitæ pœnæ solutæ sunt.

Pœnitens, tis. I. A. 240 b, Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij.

Pœnitet, bat. tædet, piget. At. 146 a, Non pœnitet me cõsilij de tua mãsione, de Or. 145 a, Memet mei pœnitet. Epist. 78 a, Suæ quemq; fortunæ pœnitet. de Inuent. 63 a, Quòd si, &c. neq; eos, neq; alios in. lustriæ nostræ pœnitebit. pro Dom. 16 b, Quarũ rerum si quem pœnitet, eum uictoriæ populus Rom. necesse est pœnitere. Epist. 23 a, Vt eos ineptiarum suarum pœniteret. Ep. 27 a, Huius me constantiæ puto fore, ut nũquam pœniteat. pro Planc. 275 b, Vide quàm me uerbi tui pœniteat, non modò, &c. de Ar. 254 a, Et eo fecisse se autore dicebat, cuius autoritatis neminem posset pœnitere. de Som. 128 a, Ipsa uerò terra ita mihi parua uisa est, ut me imperij nostri pœniteret. Epist. 8 a, Me meæ fortunæ nõ nimis pœnitet. Orat. 212 b, Nisi forte sic loqui pœnitet. de Or. 115 b, Efficiunt ut me nõ didicisse minus pœniteat. Att. 178 a, Me pœnitet quòd te offenderim. Attic. 122 a, Etsi solet eũ, cũ aliquid furiosè fecit, pœnitere. de In. 67 a, Vtrum id facimus sit, quod pœnitere sit necesse. et pro Mur. 139 a, Sapientem mihi pœnitere. & Tusc. 144 a, Sapiẽtis est proprium, nihil quod pœnitere possit facere. & 238 b, Sequitur ut nihil pœniteat, nihil desit. At. 102 b, & 101 b, Ego illi, quòd de sua sententia decesserit, pœnitendũ putato.)(. Μεταμέλητος. Epist. 128 a, Consilij nostri, nisi eos pœniteret, nobis pœnitendum putarem. de Fin. 874, Sæpiusq; reliquit causas pœnitẽdi, quàm recordandi. & Tusc. 226 b, Tanta uis fuit pœnitendi. Aca. lib. 3, Quòd si liceret ut ijs qui in itinere deerrauissent, sic uitã deuiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

secutos corrigere errorẽ pœnitendo, felicior esset emendatio temeritatis. Lact. inst. lib. 6. cap. 24. Orat. 208 b, Quæ qualiacunq; in me sunt, me enim ipsum non pœnitet, quàta sint, sed apparẽt. Att. 195 b, Quod me ipse per literas consolatus sum, non pœnitet me quantum prosecerim. Offi. 1 a, Tam diu autem uelle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. pro Mil. 117 a, Viri fortis est, ne supplicijs quidẽ moueri, ut fortiter fecisse pœniteat. At. 37 b, Tædet ipsum Pompeiũ, uehemẽterq; pœnitet. I. A. 159 a, Num huiusce, cum pro salute reipu. tanta gessisses, fortunæ te, nũ gloriæ pœnitebat? I. A. 186 b, Quos certò scio dignitatis uxorũ suarũ nõ pœnitere.

Pœnulus, li. de Fin. 118 b, Zenonem appellat pœnulũ: id est, pœnum. Citium enim Zenonis patriam, quæ in Cypro est, Phœnices, qui & Pœni dicti sunt, tenuere. autor Diogenes Laertius.

Pœnus, ni. de Nat. 76 a, Cur Pœnorum crudelitati Reguli corpus est præbitum? I. V. 150 b, Vt Hispanis & plerisq; Pœnorum. de Ar. 248 b, Pœni præter cæteras nationes calliditate ualent. Aca. 24 b, Homo acutus, ut Pœnus, et ualde studiosus.

Poesis, sis. poetria, poema. Tusc. 325 a, Anacreontis tota poesis est amatoria. & de Ora. 152 a, Claris coloribus picta uel poesis est, uel oratio. Tusc. 250 a, Homeri poesim uidemus.

Poeta, tæ. de Or. 90 b, Est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, uerborũ autẽ licẽtia liberior. Orator. 203 a, Poeta uirtutes oratoris persequitur, cùm uersu sit astrictior. Tusc. 148 b, Antiquissimum è doctis apud Græcos est genus poetarum. & ibid. De antiquitate poetarum. de Clar. 170 b, Poetas ante Homerũ fuisse. Tusc. 240 b, Nemimem adhuc cognoui poetam, qui sibi non optimus uideretur. de Diu. 97 b, Negat sine furore Democritus quenquã poetam magnum esse posse. pro Ar. 189 a, Cæterarum rerum studia & doctrina, & præceptis, & arte constant: poeta naturâ ipsa ualet, & mentis uiribus excitatur, & quasi diuino quodam spiritu afflatur: quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quòd quasi deorum aliquo dono & munere commendati nobis esse uideantur. de Or. 126 a, Sæpe audiui poetam bonum neminem (id quod à Platone & Democrito in scriptis relictum esse ferunt) sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris. de Or. 160 a, Poetæ quos necessitas cogit & numeri, & modi, sic uerba uersu includunt, ut nihil sit ne spiritu quidẽ minimo breuius aut lõgius quàm necesse est. pro S. R. 26 a, Hæc conficta à poetis arbitror esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus. de Ar. 258 a, Quis unquam tam immanem Charybdim poeta fingẽdo exprimere potuit? pro Plan. 271 b, Quæ scripsit grauis ille et ingeniosus poeta. de Or. 114 a, Poetas græcos omnino quasi alia quadã lingua locutos non conor attingere. Qu. F. 312 b, Non meher culè quisquam μισοπόνηρος libẽtius sua recẽtia poemata legit, quàm ego, &c. pro Ar. 190 b, Malus poeta de populo. de Opt. 243 a, Poetæ tragici, comici, epici, melici, dithyrãbici. de Or. 145 a, Ennius, Actius, Pacuuius, Aeschylus, Sophocles, Euripides. Tusc. 180 b, Contra poetas.

Poetrinæ. l. Bonum, & Efficiens.

Poetica, cæ. uel Poetice, ces. ars ipsa & ratio faciendorũ uersuum. de Inuent. 50 a, Tusc. 148 b, Serius poeticam nos accepimus. Tusc. 224 b, O præclaram emendatricẽ uitæ poeticam. Orat. 214 b, Poetica & uersus inuentus determinatione aurium, obseruatione prudentum. & de Orator. 159 a, Hæc duo à poetica ad eloquentiam traducenda sunt.

Ποιότης, τητος. l. Qualitas.

Poeticè, poetarum more & modo. de Fin. 126 a, Vt poeticè loquar. Or. 220 a, Numerus poeticè uinctus.

Poeticus, a, um. de Or. 97 a, Non poetico, sed oratoris quodam numero & modo. de Natur. lib. 3, Poeticũ dũ. Quin. Fr. lib. 2. Poeticæ quadrigæ. de Orator. libro 3, Poeticum uerbum.

Poetria, triæ. poesis. pro Cælio, 51 a, Poetria uetus & mũtarum fabularum.

Pol. iurandi uox. Tusc. 200 a, Pol mihi fortuna magis mancs defit, quàm genus. Poetæ.

Polemon, is. philosophus Stoicus.

Polemoneus, a. Ac. 33 b.

Policrates Samius. de Fi. 146 b.

Polio, lis. perpolio, limo. de L. 182 a, Ne facito rogũ, ascia ne polito. Qu. F. 318 a, Columnæ politæ sunt. de Or. 90 b, Ignarus faciundæ ac poliendæ orationis.

Politè. ornatè, eleganter, splendidè. pro Cæl. 39 a, Ornatè politéq; dicere. & de Cl. 171 a, Politè & luculentè scribere aliquid. & de Fi. 107 a, Politè apteq; dicere. Ep. 30 b, Aliquid politè & subtiliter effici. Acad. 39 b, Quæ limantur à me politius.

Polites, uates. de L. 176, aliter, Polyades.

Politia, æ. resp. de D. 92 a, In Platonis politia. & 120 b.

Politicus, a, um. de Fin. li. 5, Vt habeat quiddã innatũ quasi ciuile atq; populare, quod Græci πολιτικὸν uocant. de Or. 152 b, Politici philosophi. et de Cl. 189 a, Hunc nõ tam citò rhetorem dixisses, quàm politicõ, ut Græci dicunt. Epi. 112 a, Tui politici libri omnibus uigẽt. ad Att. 116 b, ἕξεως politicæ. Item: Ratio atq; prudẽtia reipub. gerendæ. Item, 147, Vtinã aliquod in hac miseria reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. de Fin. 107 a, Eum locum quem ciuilem rectè appellaturi uidemur, græcè πολιτικὸν, à ueteribus Peripateticis Academicisq; grauiter & copiosè esse tractatum.

Politulus, la, lum. Ep. 111 a, Opus est hic limatulo & politulo tuo iudicio.

Politus, a, um.) (. Impolitus. de Orator. 85 a, Vis aliquid à nobis ijsdem de rebus politius perfectiusq; proferri. de Orat. 115 a, Homo communium literarum & politioris humanitatis expers. Ep. 202 b, Vir omni liberali doctrina politissimus. & de Fi. 425 a, Nõ satis politus bonis artibus. & de Orat. 122 b, Vir humanitate politus. de Clar. 196 a, Oratio accurata & polita. & de Or. 119 b, Explicatio illustris & perpolita. pro Sest. 22 b, Vita humanitate perpolita.) (. Vita immanis. Epi. 13 b, Apelles Veneris caput politissima arte perfect. de Clar. 191 b, Politus, urbanus, elegans. Att. 36 a, Pompeius à me pictus & politus omnibus artis coloribus. Ep. 95 a, Sed quæ potest esse homini polito delectatio, cã homo imbecillus à lentissima bestia laniatur? alias politiõ, sed pollito uetere rib. exemplaribus consentientibus, melius. de Or. 87 b, Ornata oratio, & perpolita. l. P. 92 a, Homo ad persuadendum conciunus, perfectus, politus & schola.

Pollentia, æ. urbs. Ep. 174, Bruti.

Polleo, les. possum, ualeo. de Cl. 187 a, Multum in hac urbe pollet, multorum obedire tempori. de Cl. 181 b, Peroràti locus ubi plurimũ pollet oratio. de Cl. 190 b, Tertia pars, quã plurimũ pollere diximus. Of. 39 b, Harum tuarũ ad fidem faciẽdam iustitia plus pollet. Parad. 122 b, Nec ullã res plus apud eũ pollet, quàm eius uoluntas atq; iudiciũ. Tusc. 224 b, Filius plus pollet, potiorq; est patre. Part. 236 b, Pollere scientia uel uirtute.

Pollex, cis. digitus in manu, qui unus plurimum præ cæteris pollet. Of. 61 a, Atheniẽses sciuerũt, ut Aeginetis, qui classe ualebãt, pollices præciderentur. At. 219 b, Pollex, &c. sed planè pollex, non index. l. Index.

Præter. extra, excepto, nisi, ad, cum. Epist. 5 b, Amicum ex consularibus neminem tibi esse uideo præter Lucullum. & Att. 1 b, Sed hoc nemini præter me uidetur. Epi. 181 b, In reliquis officijs, cui tu tribuisti excepto Cæsare præter me, ut domũ uentitares? pro Cl. 28 b, Omnibus sententijs præter unã Scamãder condẽnatus est. Quin. Fr. 295 b, Præter communem fidem, quæ omnibus debetur. præterea nos isti hominum generi præcipuè debemus. pro Syll. 68 b, Hoc mihi præcipuum est præter cæteros. I. C. 107 b, Cum ei nihil adhuc præter ipsius uoluntatẽ cogitationemq; accideris, nisi quod, &c. pro Plãc. 262 b, Nihil ut plerunq; euenit præter opinionem accidet. de D. 120 b, Vt etiam si præter consuetudinẽ acciderit aliquid, præter naturam tamen non posit existere. I. C. 112 d, Cedo quod literis dandis præter consuetudinẽ proxima nocte uigilauerat. pro Planc. 269 d, Consul comitia habere cœpit subitò præter opinionem omnium. Epist. 22 b, Id præter opinionem mihi accidere. Att. 124 b, Dionysius ad me præter opinionem meam uenit. de Or. 135 d, Nihil magis ridetur, quàm quod est præter expectationẽ. Att. 244 b, Si quid præter spem erit, facies, ut sciam. Epist. 49 d, Cæsar repentè prætor spem dixit, &c. de Orat. 128 b, Atticus in eo genere præter cæteros excellunt. pro S.R. 18 b, Quæ me res igitur præter cæteros impulit? ut, &c. de Or. 152 b, Gustatus dulcitudine præter cæteros sensus cõmouetur de O. 82 d, Nihil de diuinatiõe habeo, quod præter cæteros ipse sentiam. In Ver. 217 b, Segesteis præter cæteros imponebat, aliquanto amplius quàm ferre possent. At. 111 b, Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt. de D. 100 b, Lacus Albanus præter modum creuit. Of. 40 b, Præter modum exterreri. Tusc. 214 b, Aristides expulsus est patris, quòd præter modum iustus esset. ad Her. 23 b, In superioribus libris nihil neq; antè rẽ, neq; præter rem locuti sumus. de Ar. 245 b, In quo cum alijs multis etiam illud est, loca sacra, &c. I. V. 191 a, Serui præter oculos Lolli hæc omnia ferebãt: id est, ante oculos. At. 10 b, Quod tam præter opinionem omnium factum sit. Qu. Fr. 293 b, Quod si, ut amplissimũ nomẽ cõsequeremur, unus præter cæteros adiunxisti, certè idè, ut id retineamus, præter cæteros elaborabis.

Præterea. etiam, tum etiam, tum præterea, adhæc, porrò, insuper, quin, alius. Epi. 144 b, Nam & in omni genere prudentiam tuam mihi exposuit, & præterea mihi non ignotam in consuetudine suauitatẽ tuam adiunxit. præterea summam erga se liberalitatẽ, quæ omnis, &c. I. C. 122 b, Præterea de uestra uita, &c. hodierno die iudicandum est. Item, Idibus actionẽ Larini uideo & bidũ præterea

terea. de Or. 88 b, & ad Brut. 90 b, Quæ cum recitassem, ccecidit Seruilius, multi præterea. pro Co. 60 b, Sed nos possumus & huius esse ciuitatis, et cuiusuis præterea. pro Cl. 22 b, Se & alios præterea tres fãctos esse dixit. de Or. 98 d, Nihil ne nobis in mẽtẽ uenit, quod præterea à Crasso requiratis? I. A. 236 d, Expedito nobis homine opus est, et eo qui imperium legitimũ habeat, qui præterea autoritatẽ, nomẽ, &c. I. A. 197 d, Nam Lysiadẽ nouimus, est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festiuus. pro Pl. 272 b, Populus Rõ. diligit magistratus, in quib. si qua præterea est ars, facilè patitur: sin minus, &c. In A. 354 d, Addebant præterea rẽp. conuenturã Cal. Sex. Ep. 191 d, & 14. 4 b, Præterea mihi promisit Pãsa, se duturum operam, etc. Ep. 203 b, Ipsum præterea summa obseruãtia tibi in perpetuũ dẽuincies. de N. 59 d, Multos præterea & nostra ciuitas & Græcia tulit singulares uiros. et 59 b, Multa præterea ostẽtis, multa in extis admonẽtur, multisq; alijs reb. At. 94 d, Discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcẽta præterea alia. At. 94 d, Illud præterea αὐγμάτιον ἀφορ. ad te scribã, tu sagacius odorabere. Qu. F. 295 b, Præter communẽ fidem quæ omnibus debetur, præterea nos isti hominũ generi præcipuè debere uidemus. I. A. 135 d, & pro Pom. 4 b, Hunc unum ab hostib. metui, præterea neminem.

Prætereo, ris. relinquo, missum facio, prætermitto, omitto, in præteritis relinquo, abeo, effluo. de Fi. 124 d, Sum multum equidem cum Phædro in Epicuri hortis, quos modò præteribamus. et de Cl. 182 b, Si præteriens aspexerit. & ib. Vno aspectu & præteriẽs iudicat. Ep. 36 b, Sed primà duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodãmodo præterunda sunt. de Pro. 70 d, Cædes relinquo, libidines prætereo, ne hæc quidẽ ideirco omitto, quòd, etc. et pro Ce. 204 b, Tametsi de hoc iudicio multa prætereo, tamẽ, etc. I. V. 170 b, et 183 b, Hæc nũc prætereo de relinquo. et pro Qu. 2 b, Vt illud prætereã & missũ faciã, præteribo. I. V. 107 b, Non prætereundum est, ne id quidã. At. 93 d, Et quod penè præterij, Bruti tua causa feci omnia. et I. V. 116 d, Et quod penè præterij, capella quædã. I. V. 62 b, Quasi præteriens satisfacia uniuersis. Ep. 9 d, Sed te nõ præterit quã sit difficile id est, te nõ fugit. pro Cl. 21 d, Nam illud me nõ præterit, cuiusmodicũq; mater sit, tamẽ in iudicio filij de turpitudine parẽtis uix dici oportere. pro Ce. 304 d, b, Certè quæri hoc solere me nõ præterit, quẽadmodũ, &c. & b, Nõ me præterit, me, &c. I. A. 168 d, Is fratris filiũ prætereundũ? id est, nihil ei in testamẽto reliquit. pro Planc. 269, Quos omnes scimus ædilitate præteritos, consules esse factos. 260 d, Populus solet nõnunquã dignos præterire. Tusc. 238 b, Cum bonis suffragijs præteritus, & à uno populo repulsam fert. Att. 17 b, Atq; illud non queo præterire. de Cl. 90 d, Nec uerò M. Cæliũ prætereundũ arbitror. In Sal. 272 d, Qui neq; ab alio uinci potest, ne que ipse se reliquæ ætate præterire.

Præteritus, a, um. anteactus, transactus. de D. 93 b, Animus separatus à corpore meminit præteritorũ, præsentia cernit, futurorũ prouidet. de Se. 93 d, b, Memoria præteritorũ, futurorũ prouidẽtia. de Fat. 143 d, Nec in fallentiũ rẽpus nunquã reuertitur, nec quid sequatur scire

potest. de Sen. 78 d, Præterita ætas, quamuis longa, cum effluxit, non potest, &c. & 91 b, Cùm enim aduenerit, tũc illud quod præterijt, effluxit. I. P. 92 d, Præterita mutare nõ possumus. Aca. 12 d, Quæq; ab his dicuntur, sic persequamur, ut nihil in præteritis relinquamus. pro Ar. 185 b, Quoad longissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis. pro Syl. 182 d, & pro Mu. 313 b, Quo in loco nobis uita antea acta proderit.

Præterfluo, is. elabor, prætergredior. Tusc. 247 d, Animus præsentẽ uoluptatẽ percipit pariter cũ corpore, et prospicit uenientẽ, nec præteritã præterfluere sinit.

Prætergredior, ris. præterlabor. Ep. 35 b, Te iam castra prætergressum esse, &c.

Præterlabor, ris. præteruolo, effluo. de Or. 118 b, Definitio enim antè præterlabitur, quàm percepta est.

Prætermissio, onis. Top. 223 d, Formæ igitur sunt hæ, in quas genus sine ullius prætermissione diuiditur. & de Off. lib. 2.

Prætermitto, tis. prætereo, relinquo. Qu. Fra. 323 d, De aqua & uia nihil prætermisi quadã epistola, quin ad te enucleatè scriberẽ. et I. A. 165 d, Ego nihil prætermisi quantũ enitì potui, quin Pompeium à Cæsaris cõiunctione auocarẽ. Off. 54 d, Qui negãt illiũ locũ à Panætio prætermissum, sed cõsultò relictum, &c. Ep. 197 b, Nullum locum prætermitto laudãdi tui. Ep. 10 d, Quæ prætermitti sine nefario scelere nõ possunt. de N. 67 d, Temperantia constat ex prætermittendis uoluptatib. Ep. 5 b, Nos tamẽ nihil quod ad eã rem pertinet, prætermittimus. de Or. 110 d, Si quid ab Antonio prætermissũ aut relictũ sit. Ep. 8 b, Neq; ullius officiũ ergà te hominis amãtissimi prætermisit. Ep. 73 d, Ne hoc quidẽ prætermittendũ esse duxi, te ut hortarer, ut, etc. At. 93 b, Hæc te igitur scire uolui, ne illud quidẽ prætermittam, Hortensius, &c. & Qu. F. 312 d, Non prætermittã, ne illud quidẽ, te, &c. At 150 b, Ego nullam diem prætermitto. Att. 174 b, Exitus illius minuit eius officij prætermissi reprehensionem, etc. Item, Prætermittendæ aũt defensionis, deserendiq; officij plures solent esse causæ.

Præter modũ, extra modum, ultrà quàm satis est, nimiũ. Off. 40 b, Dolorum cùm admouẽtur faces, præter modum plerisq; exterrentur. l. Præter.

Præterquàm, nisi. I. C. 116 b, Quib. pro tantis reb. nullum præmium postulo præterquàm huius diei uestram memoriã sempiternã. de Di. 123 d, Iuno Moneta, à qua præterquàm de fide plena, quid unquam moniti sumus? Ep. 35 d, Nullas ijs præterquàm ad te dedi literas.

Præterquàm quod. de Diuin. 114 d, At id præterquàm quod fieri nõ potuit, ne fingi quidem potest. pro Dom. 223 b, Hoc nihil aliud quàm bonorum meorũ direptio, præterquã quòd ne id quidem per legem Liciniam facere potuisti. Epi. 180 d, Neq; quod displiceat cõmittam, præterquã quòd hominis mihi cõiunctissimi doleo grauẽ casum. Epi. 144 d, Et præterquã quòd reip. cõsulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, ut, etc. de Fi. 139 b, Hoc autem loco tantum explicemus, hæc honesta quæ dico, præterquã quòd nosmetipsos diligamus. præterea suapte naturà per se esse expetẽda. At. 151 b, Præterquã quòd arbitror, &c. præterea te ipsum, &c. Q. Fr. 315 d, Ego me in Cumano, præterquàm quòd sine te, satis commodè oblectabar.

Præter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præteruectio,onis.uectio.l.V.271 d,Præteruectione omnium, qui ultrò citroq; nauigant.

Præterueho.r.prætereo,prætergredior.In Anton.211 d, Quoniam periculosissimum locum silētio sum præteruectus.& pro Cæl.48 d,Emersi iā è undis,& scopulos præterecta est oratio mea. pro Cor.55 b,Oratio quæ nō præterecta est aures uestras,sed in animis omnium penitùs insedit.I.V.253 d,Quādiu classis conuiuiū eius flagitiosissimū præterecta est.& 255 b,Insulam totam præterectus est. de Fi. 136 b, Sirenes uocum suauitate reuocare eos solitæ,qui præteruehebantur.

Præteruolo,as.præterfluo. de Or.164 b,Sententiæ sæpe acutæ, nō acutorum hominum sensus præteruolāt. & Or.216 d, Fugit eos & præteruolat numerus. de Fi. 143 d,Illud à te nimiū festinanter dictū est,nescio quomodo præteruolauit oratio. Ac.11 b,Hæc duo proposita nō præteruolant, sed ita dilatant, etc.In Ar.Quēruti la fulgens pluma præteruolat auis.

Prætexo,xis.prætĕdo.de Or.238 d,Sic omnia,quæ fiunt, quæq; aguntur, acerrimè lenioribus principijs natura prætexuit. de D.131 b,Atqui in Sibyllinis ex primo uersu cuiusq; sententiæ,primis literis illius sententiæ carmē ordine prætexitur. I.P.91 b, Nemo potest exercitū apertè petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi.

Prætexta,tæ. toga prætexta. uestis erat nobiliū tam uirorū quàm mulierum, cuius limbus & oræ erant purpureæ,idcirco prætexta appellata.Hac,et si magistratuū etiā esset, tamē potissimū pueri, usq; ad annū decimumseptimum utebantur, quo tempore togam puram uirilemq; sumebāt:puellæ donec nuberent.Post.206 b, Cōsul unguentis oblitus cum toga prætexta,quā omnes prætores ædilesq; tum abiecerāt, irrisit squalorem uestrum.et I.V.243 d, Aediles cum toga prætexta et sella curuli.de Am.102 b,Pueri togam sumentes,prætextam deponebant.I.V. 99 d,Eripies igitur pupillæ togā prætextā.I.V.107 d, Pupillus cū toga prætexta,sine bulla. & Q.313 b,Toga prætexta.I.C. 105 d, Tōgillum mihi eduxit, quam amare in prætexta calumnia cœperat.

Prætextatus,a,um. qui nondū utilē togā sumpsisset.I. A.169 d,Tenes ne memoria prætextatum te decoxisse?& Q.313 b,I.P.18 d, Tu S.Clodium,qui nunquā antea prætextatus fuisset, ludos facere,et prætextatū uolitare passus es. Att.88 b,Magnus enim prætextatus illo die fuit.pro Mur.126 b,Prætextati triumphantiū filij.& I.V.106 b, Pupillus prætextatus.

Prætor,oris.qui cū imperio prætorio est, Quæsitor. At. 148 b,Prætores ius dicunt. ædiles ludos parāt.pro Mu. 134 d, Sapiens prætor offensionem uitat æqualitate decernendi, beneuolentiā adiungit lenitate audiendi.pro Cluent. 42 b, Prætores urbani, qui iurati debent optimum quēq; in se lectos iudices referre.pro Cæc. 291 b, Prætor qui dies totos aut uim fieri uetat,aut restitui factum iubet, qui de fossis,de cloacis,de minimis aquarum itinerumq; cōtrouersijs interdicit. pro Pom.4 d,Prætor primus centurijs cūctis renunciatus sum. pro Flac. 147 b,Iustissimus prætor.Itē, Iuris disceptator,qui prius iudicet, iudicarue iubeat.de L.185 b, Prætor esto, quotcūq; senatus creuerit,populus ue iusserit, tot sunto.pro R.P.124 d,Accusaui de pecunijs repetundis,iudex sedi, prætor quæsiui.

Prætorium,rij.domus uel tabernaculū prætoris,ut quæstoriū quæstoris,domus prætoria.de Diuin. 95 b, Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium.I.V. 214 b,Imperat suis, ut candelabrum illud in prætorium deferrent.

Prætorius,a,um.I.V.265 b,Onera et merces in prætoriā domū deferebantur.de D. 94 b,Cum C.Coponius prætorio imperio classi Rhodiæ præesset.Cæ.Ep.118 d,Prouinciæ,quæ prætorij pro prætore obtinerēt. At.256 d, Cōsulares et prætorij uiri.& Post. 201 b,Vir prætorius. Of.7 d, Quæ quidem pleraq; iure prætorio liberātur.I.C.109 b,Cohors prætoria.

Prætura,ræ.Prætoris munus.pro Fl. 147 d,Prætura iurisdictio res uaria et multiplex ad suspiciones et simultates. pro Mu.136 b,et 127 b,et I.V.59 d,Prætura Muenæ probata in iure,grata in munere,ornata in prouincia.

Præuaricatio,onis.Par.241 d,Prævaricationē accusator esse definiat,omnē iudicij corruptelā ab reo: defensor aūt nō omnē,sed tantūmodo accusatoris corruptelā ab reo.et ib. Verus accusator,cui contrariū est nomē præuaricatiōis.pro Cæl.42 d, At prævaricatiōe est Accusitius liberatus.et Ep.117 d,Dicere causam prævaricatiōis.Itē, At ego id ipsum quod Diogenes Chaldeis quasi quadā prævaricatiōe cōcedit,nego posse intelligi.Q. F.317 d,Drusus erat prævaricatiōe à tribunis absolutus.

Præuaricator,oris.accusator,ab reo pecunia corruptus, falsus accusator.Par.241 d,Prævaricationis nomen significat eū, qui in cōtrarijs causis quasi uariè esse positus uideatur.I.V.44 d,Virū te perfidiosum an prævaricatorem existimari mauis?Cæl. Ep.121 b,Prævaricator causæ pub. I. P.84 b,& I.V.64 d,Piso prævaricator Catilinæ quondam,nūc ultor.I. A.105 b,Vereor ne mihi prævaricatorē apposuisse uidear, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis.

Præuaricor,ris.colludo.In Ver.120 b,& pro Cluen.29 b,Hoc quanquam sedulò faciebat,tamen interdum non defendere,sed prævaricari accusatiōi uidebatur. de Rusp.253 b, Clodius à Catilina pecuniam accepit,ut turpissimè prævaricaretur.At.654 d, Quem fremūt omnes prævaricatum,&c.

Præuenio,nis.præripio,antefero.de Off.59 d,Hæc Panætius credo persecutus fuisset,nisi aliquis casus aut occupatio consilium eius præuenisset.

Præuerto,tis.anteuerto,præuenio. de D.82 d,Ita tamen si uacas animo, neq; habes aliquid quod huic sermoni præuertēdū putes. pro Sy.175 b,Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit,quem nō præuerterim.

Præuideo, des. prospicio, animo prospicio,cogitatione præcipio,præsentio,præcanco.de N.98 b, Multa augures prævidēt.I.V. 239 b,Prævideo quod sit defensurus Hortēsius. de D.96 d, Ita futura eloquentia præinfante est.I.Ver.221 b,Res mihi tota prænisa atq; præcauta est.de Som.130 b, Animus prævidēt, &c.

Prævolo,as. de N.51 d, Grues in tergo prævolantiū colla, & capita reponunt.

Pragmaticus,a,um. expertus, in agēdo uersatus. Attic. 35 d, Pragmatici homines cauere iubēt. et uetant credere.& 223 d, Tu si quid pragmaticū habes,scribe.de Orat. 107 d, Itaq; illi, &c.& qui pragmatici nominantur.de Or.101 b,Quidā ministros se præbēt in iudicijs oratoribus

oratoribus ijs q apud Græcos πραγματικοὶ uocātur.

Prandeo,des,prandi,& pransus sum.Ep.199 d,Itaq; scito Canimio consule neminē prandisse.& Atti.68 d,Sed prandimus in Arcano.pro Cluen.53 d, Cùm in eius nuptijs more Larinatium multitudo hominum prāderet, uenenum Habiti consilio paratum.

Prandium,dij.I.V.86 d,Quid ego istius prandia et cœnas commemorem?& I.A.179 b, Quid prandiorū apparatus proferam?At.68 b, Antecesserat Status, ut prādium nobis præberet.pro Cl.53 d,Dico illum cum ad illud prandium crudior uenisset,& ut ætas illa fert,sibi tū nōpepercisset,ægrotasse.pro Mur.140 d, Si gladiatoribus uulgò locus tributim,& item prandia,si uulgò essent data.pro Mur.141 d, At spectacula sunt tributim data,& ad prandium uulgò uocati.& ibid.b, Ad prandium inuitare.Of.45 d,Vt Orestì nuper prandia in semitis decimæ nomine,magno honore fuerunt.

Pransus,a,um.pro Mil.112 d,Adde inscitiam pransi,potì,oscitantis ducis.

Pratum,ti,pratorum uiriditas.de Sen.89 d,& 88 d.

Pratulum,li.de Cla.167 d,In pratulo. Qu F.318 b,lugere L.prati Cœsius rigaturum facilè te arbitrabatur.& pro Dom.233 b,& ad At.188 d.

Prauè.de Fin.70 d,Ille porrò malè,prauè,nequiter, etc. Ac.d.45 b,Zeno rectè facta in bonis actionibus ponebat:prauè,id est peccata,in malis.

Prauitas,tis.uicium.peruersitas,deformitas.de Orat.97 b,Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemq; ueniamus.& de Fin.136 d,Prauitas & immutatio corporis.Tus.215 d,Ex quo prauitas membrorum, distortio,deformitas.In Vat.31 b, Quæ tāta prauitas te mentis tenuit,ut,&c.de Or.217 d, Imitari prauitatiē oris alicuius. Qu.de Pet.211 d,Dū operam ut eam de illa prauitate animi deducas.Tus.243 b,Aegyptiorum mētes imbutæ prauitatis erroribus.de Fi.70 b,Qualis ista philosophia est, quæ non interitum afferat prauitatis? Acad.7 b,Præstare in aliqua prauitate.Par.219 b,Prauitates animi rectè uicia dicuntur. de L.166 d,An corporis prauitates si erunt perinsignes,habebunt aliquid offensionis,animi deformitas non habebit?

Prauus,a,um.peruersus,distortus.(Rectus.de Or.161 d, Recta et prava tacito quodam sensu dijudicamus.de Fi. 115 b,Si qua in membris prava,aut debilitata,aut immunita sunt. Acad.9 b,& 46 b,Interesse oportet ut inter rectum & pravum,sic inter uerum & falsum. Tus.115 d,Sed non distorta,neq; prava.de Fin.71 b, Bestiæ deprauatæ esse non possunt,pravæ tamē possunt. Or.201 d,Recti prauiq; partes pro S.R.50 d,Nihil ab hoc prauum et peruersum produci posse putāt.de L.162 d,Nec solum in rectis, sed etiam in prauis actibus insignis est humani generis similitudo.

Præxiteles.opifex nobilis, qui signa ex lapide et marmore faciebat.I.V.200 b,ad Her.lib.4.

Praxitelius,a,um.de D.118 b,Praxitelia capita.

Precariò.prece,uel precibus.de Or.158 d,Atq; ut precariò,nō ui uenisse uideatur.& I.V.247 b,Etiā si precariò essent rogādi.et pro Cæl.43 d,cōt.Rul.89 d,Etiā ne precario eleci,si clām,si precariò uenit in possessionem. et pro Ce.302 b,Nec ui, nec clām,nec precariò possidere.

Precarius,a,um.Of.331 d, Facere quæstum precarium. & Br.At.285 d,Petere salutem precariam ab aliquo.

Precatio,onis.pro Mur.124 d,Si illa solēnis comitiorum precatio consularibus auspicijs cōsecrata tantam habet uim & religionem,quanta,&c.Tus.173 d,Simili precatione Trophonius & Agamedes usi dicuntur.de N.70 d, In augurum precatione fluminum nomina uidemus. et 39 b,Itaq; in ea de quæ est rerum custos intimarum, omnis precatio & sacrificatio extrema est.

Precis,ci.rogatio,precatio,rogatus,obsecratio, obtestatio,execratio.Att.179 b, Quintus non modò non cum magna prece,sed acerbissimè scripsit.ad Here.17 d,Nec prece,nec precio, nec gratia, nec simultate à recta uia deduci oportet.de Inuen.47 d, Si prece ea obsecratione humili utemur.Att.281 d, Quare noli expectare longas preces,intuere meipsum,qui,&c.At.284 b, Preces seruientis aduersus regem. Att.149 b, Ego autem non tam πρεσβείαν huius timeo,quàm παραγγελίαν.αὐτὸ γὰρ τοῦτο πρόσταγμα dicebat inquit πλάτων,οἱ δὲ ὅτι μεμψιμοιρίαν ἀνάγκης εἶπον.l.V.222 d,In precibus & gratulationibus non solum id simulachrum uenerari,sed etiam osculari solent.pro Pl.280 d, Eorum preces & uota de meo reditu audiui. pro Domo,141 b, Cùm diuinum numen scelere uiolatum placare cogeretur.de N.9 d, Nihil sentiens deus nunquā nobis occurrit,neq; in precibus,neq; in optatis,neq; in uotis.pro Cl.58 b,Nocturna illius sacrificia sceleratasq; preces, & nefaria uota cognoscimus.I.P.88 b,In quo dij immortales meas preces audiuerunt,id est,execrationes. Qu.F.32 d,Nihi incredibilis contentio & preces Pompeij fuissent. pro Syl. 177 b, Literæ per quas ille precibus à Sylla petit, ut gladiatores emat.At.280 d,Nihil tuli grauius quàm me nō posse matris tuæ precibus cedere.Qu.Fr.305 d,Quod precarer deos,nisi meas preces audire desijssent.

Precius lacus.pro Mil.115 b.

Precor,aris.precibus peto,preces adhibeo,opto,peto,imploro,quæso,deprecor,supplico, obtestor.I.V.216 d, Verres in iudicijū uenit,ubi ne precari quidē deos, atq; ab eis auxilijū petere posset.& de N.24 b,Dij, quos nos colere,precari uenerariq; solemus.et 25 b,Quid ueneramur,quid precamur deos? ad He.41 d, Cū Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciūt. pro Cor.66 b,Vt deos immortales scietis peregrina,mente domestica precarentur.Q.F.305 d,Sed hæc ultimam non experiare,quod precarer deos, nisi meas preces audire desijssēt:uerūtamen precor,ut his infinitis nostris malis conēti sint.de N.77 d,Stultitia est,à quib.bona precamur,ab ijs damnib.nolle sumere. Tus.173 d,Sacerdos precata à deo dicitur,ut daret,&c. pro Mur.124 d, Quæ precatus sum à dijs immortalibus,&c.ut ea res mihi bene atq; feliciter eueniret,eadē precor ab ijsdem dijs immortalibus, ob eiusdē hominis consulatū unà cū salute reip.obtinendā,et ut,etc.et ib.Idē ego precatus sum,ut uobis ea res faustè,feliciter,prosperèq; eueniret.de Am. 170 d,Precari amicis ab indigno,supplicare.I.C.170 b, Nunquam ego à dijs immortal.b.optabo Quirites,inuidiæ meæ leuādæ causa,ut audiatis,etc.pro Rab.91 d,Ab Ioue optimo maximo,cæterisq; dijs deabusq; immortalib.pacē & uenia peto,precorq;,ut,etc.I.C.110 b,Deos immortales precari, uenerari, atque implorare debe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis,ut urbem defendant.pro Dom.242 b,Vos precor,de quæso,et obtestor,ut si,etc.Tus.251 a, Paulus Persæ precanti ne in triumphum duceretur,inquit,etc.I.A.193 d, Ita uerò Quir.ut precamini, ueniat, ut huius amentiæ pœna in ipsum recidat. pro Sest. 29 d, Quibus utinam euenissent ea,quæ tum homines precabãtur. I. P. 86 b, Vtrum tandẽ optabilius putas,sic exire à patria,ut omnes sui ciues salutem,incolumitatem,reditum precẽtur, (quod mihi accidit) an quod tibi proficiscẽti euenit,ut omnes execrarentur,malè precarentur,unam tibi illam uiam & perpetuam esse uellent.Or.127 a, Omnia semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro me ipso deprecor.I.P.88 d, Nec ego si unquam uobis mala precarer,quod sæpe feci, in quo dij immortales meas preces audiuerunt,morbũ,aut mortem, aut cruciatum precarer,Thyesteæ istæ execratio est.I.P.89 a,b, Hæc ego semp de uobis expetiui,hæc optaui,hæc precatus sum.

Prehendo,dis.capio,prẽdo.de Or.105 b, Deinde ipsum Crassum manu prehendit.& heus tu,inquit,etc.de Cla. 172 b,Dein cum ociosus stylum prehenderat,flaccescebat oratio.de D.93 a,Visum tibi esse C.Mariũ,prehendisse eum dexteram tuam,et bono animo te iussisse esse. pro Quin.4 b,Sex. Alphenus seruulum unum, quẽ iste prehenderat,abducit.In Ara. Quorũ stirpes tellus amplexa prehendit.de Leg.168 b, Cum ipsum ea moderantem & regentem penè prehenderit.

Prehenso,as.prenso.l.Prenso.

Premo,mis.urgeo.de Or.104 b, Cùm inuidia & odio populi Galba premeretur. de Cla. 196 b, Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis. Epist. 126 a,Spero si te uiderim,& ea quæ premant,et ea quæ impendeãt,me facilè transiturum pro S.R.34 b, Quæ necessitas te tanta premebat?contra Rull. 62 b,Ne urbẽ hanc urbe alia premere atq; urgere possitis. Antequã. 193 a,Nõ odio bonorũ,sed inuidia premor malorum.de D.117 b,Premã te,cũ ex te causam uniuscuiusq; rei exquiram.de D.120 a, Galli cantu plausuq; premunt alas.

Prendo,dis.prehendo,prenso,ambio.pro Cl.25 b, Cum tabulas prẽdisset Oppianicus,digito legata deleuit.Ac. 46 b,Comprehensio similis ijs rebus,quæ manu prenderentur.ad Br.91 b,Vt gubernacula reipub. prenderẽ. At.189 a,Prende C.Septimium.Ep.121 a, Renunciatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum: prendimus eum, non fecit.

Prensatio,onis.ambitio. At.1 a,Fuit hæc illius præpropera prensatio.

Prenso,sas.prendo,prehenso,ambio.de Orat.94 d,Cum peterem magistratus, solebam in prehẽsando dimittere à me Scæuolam. At.1 a, Prensat unus Galba sine fuco et fallacijs,more maiorum.& ib.Nos autem initium prensandi facere cogitabamus,&c.

Πρέπον.l. Decorum.

Presse.de Cl.183 b,Attenuatè presseq; dicere. & de Ora. 147 a,Presse,æqualiter,& leniter dicere.Orat.207 b, Presse & angustè definire.d Fin.111 b, Mihi placet agi subtilius,& ut ipse dixisti,preßius.Offic.27 a,Imitatio presse loquentium,& leniter.

Pressus,a,um.de Cl.169 a, Asiatici parum pressi.)(. et nimis redundantes.& 182 b,Pressus orator.de Ora.113 b, Thucydides uerbis aptus & pressus.de Or.117 b,Ora-

tio pressa.)(.In qua ineſt luxuries quædam.

Pressus,sus.compressio.de Ora.146 b,Ipso pressu oris et sono.& de N.47 b, Hic pressu duplici palmarij continet anguem. Tus.187 a, Sic animus intentione sua depelit pressum omnem ponderum.

Pretiose.eleganter,artificiosè,operosè.de Inu.77 a, Vasa magnifica & pretiosè cælata.

Pretiosus,a,um.multorum nummorũ, magni pretij.)(. Vilis.pro Qu.R.49 b,Facies non erat,ars erat pretiosa.& In A.173 a,Pretiosa uestis.de Fi.83 b, Non minor uoluptas percipitur ex utilißimis rebus,quàm ex pretiosißimis. Off.70 a,Equi pretiosi iacturam facere.In Sal. 275 a, Et dic unde tu pretiosißimos hortos parueris?

Pretium,tij.merces,præmiũ.I.V.245 b,Pretio atq; merce minuisti maiestatem reipub.& 164 b,Merces pretiumq; impudentiæ.pro Dom.217 b, Cum ab eo merces tui beneficij, pretiũq; prouinciæ meo sanguine tibi esset persolutum.In V.133 a, Ab isto & pretio, qui uoluit istium ordinem.pretio mercatus est.& 120 a,Auctoritas pretio superabatur.I.V.199 a, Annona pretium non habet.pro Qu.R.49 b,Nunc iacẽt pretia prædiorum.pro Qu.R.49 b, Communem esse factum gratis,qui pretio proprius fuisset.I.V.207 a, Audierãt alicuius pretij faces phos esse.et de In.53 a,Veslẽ pretij maioris habeo quam tu.I.V.201 b,Res alicuius pretij.Quin.Frat.302 b, Noli spectare quanti homo sit,parui enim pretij est, qui iam nihil sit.I.V.231 a,Vendere aliquid paruo pretio.pro S. R.40 b,Mercari aliquid magno pretio.& ibi.Emmerare pretium.contra Rul.80 a,Hic ager quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia nobis inducetur. pro Font.277 a,Falsum est ob uacationem pretium datum,cum immunis nemo fuerit.pro S.R.30 b,Quomodo persuasit?pretium dedit?cui dedit?pro Ce.28 b, Nec pretio quidẽ corrumpi iudex in eiusmodi causa potest. At.228 a,Pendere pretium. Item: Vel impẽso pretio.At. 197 b,Constituere certum pretium.Ep.96 a,Nunc quo niam tuum pretium noui, in licitationẽ potius ponam, quàm illud minoris ueneat.ad He.17, Nec precre,nec pretio,nec gratia,nec simultate à uia recta deduci oportet. Ep.192 b,Non sine magna mercede,id est,pretio.Of.73 b,Vt si prædonibus pactum pro capite pretium nõ attuleris.de In.76 b,Pretium pro præmio. At.194 a,Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. Off.37 a,Pretio & mercede duci ad aliquid faciendum.

Priamus,mi.rex Troiæ atq; Asiæ.Tus.166 a, Quinquaginta filios Priamus habuit,è quib. decem et septem ipsa uxore nati.

Pridem.dudum.Ep. 65 a, Quod ad me pridẽ scripseras. & I.V.202 a,Demonstrat quàm pridem sibi hæreditas uenisset. pro Qu. R. 46 b, Quàm pridem hoc nomen Fanni in aduersaria retulisti?

Priene,nes.Biantis patria.Off.117 d.

Pridie.ante diem.)(.Postridie. Att.12 a, Pridie quàm has literas dedi,Coß.conueni.et 250 b,Pridie quàm hæc scribenda,id est,III.nonarum. At.183 b.& Ep.14 a, Philotimus pridie eius diei uenit. Att.75 b, Dederam Ephesopridie,has dedi Trallibus. At.li.2,Pridie compitalia.At. 149 a,Pridie quinquatrijs. At.47 b,Ex ante diẽ Nonarũ Iun.usq; ad pridie Cal.Septemb. id est,à pridie Nonas Pl.152 b,Ad pridie idus Maij.Ep.243 b, Ante diem ter-

non.sept.At.42 d,Hæc est pridie data quàm illa.Att.74 d,Memmius qui pridie quàm ego Athenas uenirẽ,Mitylenas profectus erat.In Ant.211 a, Non auditis sententiam meam flagitarisˢcui cum pridie frequentes essetis assensi,postridie ad spem estis manem pacis deuoluti.

Primarius,a,um.principum aliquis,uel unus.)(.Secũdus, Postremus.de Sen.90 a,Vir primarius populi.& de Fi. 89 a,& pro Fla.156 b,C.Plotius senator,uir primarius. Ep. 50 a,Vt cum aliquo adolescente primario coniũctã ætatem ageret.de Finibus,101 a, Sic in uita non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundũ locum obtinẽt, προηγμένα,id est,producta nominẽtur.I.V.107 a,Fœmina primaria.& 78 b,et 193 b,& 269 b,Vir primarius.

Primigenius,a,um.de L.175 b,Vel primigeniã à gignẽdo,id est,Fortunam.

Primipilus,li. primus,uel primæ cohortis siue centuriæ triariorum centurio.pro Cor.62 a,L.Martius primipilus centurio.I.A.243 d, Aquila primipili.de D.96 b,Cẽturio primipili.& ibi.Signifer primi hastati.et At.li.5.

Primò.primùm,initiò,à primo.principiò.de Cl.168 b,Isocrates primò artem dicendi esse negauit.& Tus.229 d, bis.de Ora.138 b,Tantum impelli primò iudex debet,ut, &c.pro Cl.20 a,Primò,&c.deinde,&c. & pro S.R. 38 a,& ibi.Initiò,&c.deinde,&c.Or.119 a, A' primo, &c.deinde,&c.pòst,&c.

Primordium,dij.principiũ,causa.de Leg.170 b, A' dijs immortalib.sunt nobis agẽdi capienda primordia. Par. 230 b,Primordia rerum,& quasi præcurrentia.

Primores,rũ.summæ uel extremæ quæque res. pro Cæl. 43 a,Aliquid primoribus labris gustare,et extremis(ut dicunt)digitis attingere:id est,leuiter.de Or.92 d, Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt:id est,ne attigerunt quidem.l.Labra.

Primùm.primò.de N.22 a, Quæro igitur,uester deus primum ubi habitet:deinde,etc.pro Syl.175 a, Primùm ne, &c.deinde ne,&c postremò,ne,etc.D.Brut.Epi.172 a, Primùm omnium non te fugit,&c. de N.50 a,Serpẽtes quædam simulac primùm niti possunt,aquam persequiꝰtur.Ep.222 a,Cum primùm in eam insulam ueni.Ep. 151 b,Vt primùm potestas data est.& 84 b,Vt primùm atti & forum.de In.90 b, Nunc primũ.&c. de Le.169 a,Equidem qui nunc primùm huc uenerim,satiari nõ queo. I.A.200 b,Quo die primùm cõuocati sumus,ieci,&c.

Primus,a,um.in numero primarius,princeps.)(.Postremus,nouißimus.I.V.254 a,Postremam quamq; nauẽ privatæ primam adoriebantur.Ep.150 a,Primæ tuæ sententiæ,&c.posteriores,etc.notißimæ mihi sunt. Att.121 b, Secundis Saturnalibus,& tertijs Saturnalibus.& 112 a, Or.197 a,Prima enim sequentem,honestũ est in secũdis tertijsq; cõsistere.de N.71 a, Æsculapius, qui primus uulnus obligauisse dicitur.ad Her.33 b,De quibus exornationibus nominatio est prima.de Fin.110 a, Peripatetici primi ex omnibus philosophis docuerũt,etc.Or.218 a,Qui numerus in primo uiget, iacet in extremo. Tus. 223 b,De morte & dolore primo & proximo die disputatũ est.I.P.79 b, Me quæstorẽ in primis ædilẽ priorẽ, prætorem primum pop. Rom. fecit. pro Sest.4 a,Qui Trib. pl. primus inter homines nobilißimos factus est. Of.72 b,Vtilia & prima summa habemus.de Vn.196 a, De his igitur quæ diximus,hæc sit prima distinctio.I.V.

145 b, Recita mihi quæso hũc primũ libellũ,deinde illũ alterũ libellũ Canuleij.I. V.162 a, Quinq; primi accitu istius euocantur.de N.74 b,Sex primi.pro S.R.22 b,Decretum fit,ut decem primi proficiscantur ad L. Syllam. Ep.36 b,Prima duo capita epistolæ tuæ.I.V.141 b,Euocat ad se Centuripinũ magistratũ & decẽ primos. de N. 6 a, Primis labris,id est,primoribus labris gustare aliqd. pro S.R.21 b,Aliquis genere & nobilitate sui municipij facilè primus.In V.208 d,A. Lysone Lilybetano primo homine.)(.Postremo.I.V.276 b,Dyrrhachinus primus ciuitatis.I.V.126 b,Sthenius in primis Siculorũ in dicendo copiosus.I.V.126 a,Oppidum Himera in primis Siciliæ clarũ & ornatũ.de N.24 b,Democritus uir magnus in primis.de Or.144 a,In primis hoc à se coanimaduersum esse dicebat.I.In primis.de In.62 a,Cum Crotoniatæ in Italia in primis beati numerarentur.I.V.162 a,Homo in primis improbißimus.de Or.123 b,Siomnes debẽt certè in primis imperatores. At.68 a,Cum ad me frater uenisset,in primis nobis sermo de te fuit.de Finib.117 b, Illud uerò minimè consectariũ,sed in primis hebes.I.V. 122 b,Homo domi suæ cũ primis locuples.& 104 a,Homo cũ primis honestus.& de Ora.129 a,Sapiens homo cum primis nostræ ciuitatis.Ep. 14 a,Ego autẽ cùm illa sequor,tum hoc nõ in postremis,quod,&c.At.14 b,Amoris erga me tibi primas defero.l.Partes.de Na.54 a,Ad quem tum Epicurei primas deferebant.de Cl.193 b,Primas in causis agebat Hortensius.Ora.122 a,Non possum equidem non ingenio primas concedere. At.122 a,Primo quoq; tempore aliquid fieri,uel agi.219 b,& 289 d,& 130 a,& I.A.220 b,Primo quoq; die.de In.69 b,Eiusmodi iniuriæ ut de eis indignum sit nõ primo quoq; tempore iudicari.& In Verr.213 a,Acad.12 b,Me tibi primum quidq; concedente,&de Fi.87 a,Prima quæq; abuolat, id est,uoluptas. At.138 b,Tu as nũc epistolas à primo lego, hæ me paulùm recreant, primæ mouent,& rogant, tę,&c.proximæ ostendunt,&c. At.125 a,Sed hoc à primo cogitauit:id est,ab initio.de Diuina.116 a, Quæ autẽ inconstantia deorum est,ut primis minentur extis,bene promittant secundis.

Princeps,pis.primus.primarius,author, inuentor, dux, optimates,coryphæus,excellens, columẽ, qui cæterorũ obtinet principatum, qui honestißimum locum ciuitatis tenet,qui sentẽtiæ principatũ tenet,qui primos ordines ducit,qui omnium animantiũ tenet principatũ. de Na. 5 a,Tres enim trium disciplinarũ principes conuenistis. de Ora.103 a,Pericles plurimos annos princeps consilij publici fuit.de Ora.148 b,Princeps sententiæ in senatu, dux regendæ ciuitatis,author publici cõsilij.de Ar.257 a, Sed tamen eorum omnium hic dux est atq; princeps. de Orator.89 a,Harum disputationum inuentor ac princeps Plato.de N.59 b,Socrates princeps philosophorũ. Academ.33 b, Zeno qui inuentor ac princeps Stoicorũ fuit.de In.46 b,Exordium princeps omnium debet esse. de Clar.194 b,Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Orator.202 b,Longè omnium, quicunque fuerunt,grauitate dicendi princeps Plato.& Quin.Fr. 291 b,Princeps ingenij & doctrina Plato.de Ar.257 b, Senatus princeps salutis mentisq; publicæ. pro Flac. 157 b, Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio,ut princeps principum esset Mæandrus.pro Domo,226

Universidad de Deusto
Biblioteca

d, Cn. Pompeius longè princeps ciuitatis. & 235 b, Vir princeps orbis terræ. de Nat. 76 d, Cur tot ciuitatis principes à Cinna trucidati. de Or. 141 a, Natura huius boni princeps est. de Fin. 77 b, P. Decius princeps in ea familia consulatus. Epi. 146 b, Deinde se, & senatui, bonisq; omnibus autorem, principem, ducem præbeat. & 198 d, Me principē senatui populoq; Rom. professus sum. I. V. 109 d, Sicilia princeps se ad amicitiā populi Romani applicuit, & prima omnium prouincia est appellata. de Cl. 171 b, Et nimirū is princeps ex Latinis hæc tractauit. de Ora. 154 b, Gorgias princeps ex omnibus ausus est, etc. Acad. 44 d, Principes qualitates. de Or. 215 b, Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit. Attic. 15 b, Ego princeps in adiutorib⁹, atque adeò secūdus. de Clar. 178 a, Lōgè omnium in iure ciuili esse principem. I. V. 62 d, Is qui princeps in agendo est. Item, Qui partim in dicendo, partim in scribēdo principes extiterunt. Ep. 12 d, Cū in rep. Cn. Pompeius princeps esset. de Diuin. 126 b, Eudoxus in astrologia facilè princeps. I. V. 254 d, Vt quisq; in fuga postremus, ita periculo princeps erat. de Or. 93 d, Aliquis cōsilio ac lingua princeps. Epi. 153 b, Princeps ad omnia pericula. de Amic. 101 d, Amor princeps est ad beneuolentiam coniungendam. Acad. 44 d, Earum quæ litatum sunt aliæ principes, aliæ ex ijs ortæ. de Cl. 195 d, Cum essem in principibus patronis quinquenniū uersatus. pro Do. 243 d, Qui in mea salute principem locum autoritatemq; tenuistis. de Cl. 191 b, Is personam principis ciuis facile dicendo tuebatur. & de N. 59 b, Ille sc. princeps ciuem putat. de Ar. 250 d, Cum nostri imperatores ad illam ipsam principem arā uota persoluerēt. I. P. 86 d, Ciuitas in qua in principum numero uultus esse. Ep. 7 b, Quem tamē illi esse in principibus facilè sunt passi, euolare altius certè noluerunt. Ep. 137 b, Nos enim principi seruimus: id est, Cæsari. de D. 90 d, Quæ magi Cyro illi principi interpretati sunt. Tusc. 229 b, Leon princeps Phalisiorum. & 224 b, Princeps ille Argonautarū. Off. 28 b, Facta principū imitari. Ep. 12 b, Quales in repu. principes eßēt, tales reliquos solere esse ciues. ex Platone. At. 22 b, Te signifero ac principe. de Le. 187 d, Demetrius utraq; re excellit, nam & doctrinæ studijs, & regenda ciuitate princeps est. Parad. 123 d, Ex summis, inquiunt, principes ciuitatis sumus. Attic. 53 b, Ille legatos quindecim cum postularet, me principem nominauit. de Cl. 186 d, Is in princip. patronis aliquot annos fuit. Off. 28 d, Homo honoratus & princeps. In A. 213 d, Firmiani principes pecuniæ pollicendæ fuerūt. I. A. 219 b, Magnū est personam in repu. tueri principis, & c. In A. 229 b, Is princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. de Vn. 203 d, Deinde ut illi principem se ducemq; præberet.

Princeps. pro acie atque ordine militari. Nam in legione Romana hæ acies erant, triarij, principes, hastati, uelites: quæ, præter uelites, singulæ in decem centurias diuidebātur. Hinc ad Brutum scribit Cicero, Nasennius Cretensi bello Metello imperatore octauum principem duxit: id est, octauum principum centuriam siue ordinem.

Principalis, le. princeps. ut municipalis. de Fat. 148 b, Causarum aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. & ibidem: Assensio nō potest fieri nisi commota uiso, & ad id uisum proximam causam habet, non principalem. de Fat. 142 d, Non sequitur tamē, ut se

dere eos & ambulare principalibus causis definitum sit.

Principatus, tus. dominatus, primæ. de N. 31 b, Principatum id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν uocāt, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse præstantius. & de Nat. 94, Theophrastus mentem diuinū tribuit principatum. Off. 47 d, Eloquentiæ ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. & I. A. 238 d, Cassio mea sententia dominatum & principatum dedi: id est, eum plusquàm cæteros ornaui. I. A. 161 d, Cæsar qui tibi detulerat ex latronibus suis principatū. Ora. 202 d, Qui eloquentiæ principatū petet. de Fi. 101 d, Regius principatus: Tusc. 152 d, Tenere principatum. de Nat. 35 b, Sol, qui astrorum obtinet principatum. Ep. 15 b, Delere principatum summorum uirorum. de Fin. 101 d, Principatus regius. Epi. 54 d, Omnia delata ad unum sunt. de Vn. 195 b, An mundus ab aliquo temporis principatu ortus est. de Cl. 193 b, Primas in causis agebat Hortēsius. I. A. 248 d, Gallia huius belli administrādi principatū tenet. I. A. 256 b, Qui huius belli feret principatū. At. 209 b, Sermo ita inducitur cæterorum, ut penes ipsum sit principatus. Or. 329 b, M. Antontus cōcupierat regiū principatum. Of. 3 b, Hunc ueri uidēdi cupiditati adiūcta est appetitio quædā principatus. Of. 13 d, In hac elatione animi facilli mē pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur.

Principiò. primò, initiò, primum omniū. de D. 124 d, Ius augurum diuinationis opinione principiò constitutum est, postea reipub. causa conseruatum ac retētum. de Orat. 102 b, & 138 b, Nam si quæreretur, & c. constituendū putarē principiò, quis esset, & c. de Fin. 52 d, Principiò inquam in physicis, quibus maximè gloriatur, primum totus est alienus. Of. 3 d, Principiò, generi animantium omni est à natura tributum, ut, & c. Of. 25 b, Principio corporis nostri magnam natura ipsa uidetur habuisse rationem. Tusc. lib. 2, C. Marius rusticanas uir cum secaretur, principiò uetuit se alligari.

Principium, pij. ἀρχὴ, initium. primordium, principatus, introitus, exordium. proœmium, tyrocinium, rudimentum incunabula, seminariū, origo, causa, semen, stirps, ortus, autor, primū. de Pl. 138 b, Omnium rerum principia parua, sed suis progressionibus usa augentur. de Nat 6 d, Cuius principium aliquod fit, eius necesse est extremum. In Vat. 31 b, Omnium rerum magnarū à diis immortalibus principia ducenda sunt. de Cla. Or. 183 b, Omnium causarum unum est naturale principium. de Sen. 93 b, Animus semper agitatur, cuius motus nec principiū nec finem habet. Tusc. 159 b, Principij nulla est origo. nam ex principio oriūtur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. & ibi multa pulchra de principio. Of. 3 d, Principia & causæ rerum. Acad. 29 b, Principia rerum, ex quibus omnia constāt, & ibi de principijs rerum. de Fato, 149 d, Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, uolubilitatem autem non dedit. et de Fin. 110 d, Principijs à natura datis, & c. & 1 b, His initijs tanquam seminibus à natura datis, & c. pro Cl. 204, Principijs cognitis multo facilius extrema intelligetis. Off. 51 b, Hoc autem est principium urbis, & quasi seminarium reip. de Somn. 130 b, Cæteris quæ mouentur, hic fons, hoc principiū est mouendi. pro Cor. 56 b, Qui principiū ritiæ tempus extremū principium habuit bellorum atq; imperiorum maximorum. Of. 62 d, Ea habemus principia

pia naturæ, quibus parēre debeamus. de Nā. 1 d, Scientiā est causa, id est, principium philosophiæ. pro Cæl. 49 b, Cuius criminis ego neq; principium inuenire, neq; euoluere exitum possum. & pro Pom. 4 d, Cuius orationis difficilius est exitum, quàm principium inuenire. Brut. 91 b, Natū omnino est principiū à me. Ep. 67 b, A principio coniurationis usq; ad reditum nostrum. Or. 216 b, Ad exitum à principio ferri, et à capite ita fluere, ut ad extremum ueniens consistas. de Fin. 114 d, A principio instituere aliquid, idq; perficere. de Nat. 22 d, Malè instituta ratio exitū reperire non potest. de N. 1 b, An à principio diį omnia fecerint. de Pro. 79 d, Iam inde à principio huius imperij. pro Corn. 63 d, Gaditani à principio sui generis ac reip. fluxerunt. pro Do. 241 d, Dixi à principio me, & c. & de Clar. 178 b, de D. 126 d, Non poteras hoc à principio dicere? Top. 227 d, A principio diuidere. & 224 d, A capite arcessere. At. 89 b, A principio audire amicissimè monentem. & At. 8 d, Att. 125 d, & Or. 217 b, A primo. pro Syll. 180 d, De principio, i. à principio. Off. 7 d, & 11 b, Ea quæ proposui in principio. de Or. 95 d, Exalbescere in principijs dicendi. de Or. 102 b, Quod in principio fieri in omnibus disputationib. oportere censeo. At. 164 b, Medere amabo, dum est ἀρχὴ. de Or. 128 b, In utroq; autem genere dicendi & principia tarda sunt, & exitus tamen spissi et producti esse debent. de Le. 159 b, Nūc iuris principia uideamus. et 163 d, Quocirca uereor cōmittere, ut nō bene prouisa et diligenter explorata principia ponantur.

Prior, us. superior, primus. Aca. 12 d, Priori posteriùs, posteriori superius non iungitur. et de Fi. 105 b, Quid posteriùs priori non conuenit? Epist. 17 d, Quod de Quintij Fratris negocio scribis, te priore æstate conficere non potuisse, & c. pro Plan. 270 d, Et ais prioribus comitijs Tarentinā tibi à Plancio esse concessam: id est, superioribus. et Epist. 189 b, Anno priore, id est, superiore. I. P. 79 d, Me quæstorem in primis ædilem priorem, prætorem primum populus Romanus fecit. de Cla. 272 d, Et si utriq; primas, priores tamē destruit Lælio. de N. 26 b, Primum, & c. deinde, & c. tum, etc. postremò, etc. nos autem quæ priora duo sunt, sumamus: tertium et quartum puto in aliud esse tempus differenda. I. V. 265 d, Indignū hoc uideo uideri omnibus iudices, et id iam priore actione, cum hæc testes dicerēt, intellexi: id est, prima. & 111 b, & 170 d, & 112 b, & 156 d, de N. 18 d, Itaq; in illis sectis eius sententijs, quas, & c. hæc, ut opinor, prior sententia est, quod, & c. de Or. 160 d, Atq; illi placet ordiri à superiore pæne, à posteriore finire. pro Qu. 1 b, Priore loco causam dicere.

Prisce. prisco more, horridè, asperè. pro Cæl. 44 d, Seuerè, & grauiter, et priscè agere cum aliquo. (: Remisse, leniter, urbanè.

Priscus, a, um. cascus, ut ait Ennius. antiquissimus. pro Pl. 232 b, Tusc. 153 b, Itaq; illud erat insitū priscis illis, quos cascos Ennius appellat. de N. 67 b, Ioues quoq; plures in priscis Græcorū literis inuenimus. de Ar. 250 d, Priscæ illa seueritas, & c. pro Do. 238 d, Verbis priscis et penè solemnibus bona alicuius consecrare. & de Or. 101 d, Verborum priscā uetustas. de Natur. 70 b, Heroicis temporibus. & Off. 45 d, Bonis temporibus. I. A. 203 b, Veteres illi admodum antiqui. de Vniuer. 201 b, Credēdum est ueteribus & priscis, ut aiunt, uiris, qui, & c. de Ora. 146 b, Illud quod loquitur, priscum uisum iri putat. & de Cl. 172 d, Verba paulò magis prisca.

Pristinus, a, um. uetus, antiquus. Epistol. 5 b, Vt pristinam tuam dignitatem et gloriam consequare. pro Mil. 101 b, Vetus consuetudo fori, et pristinus mos iudiciorum immutatus est. Antequàm. 94 d, Vt ego ad pristinum statum recidam. pro S. R. 43 b, Vestra pristina bonitas & misericordia. pro Clar. 56 d, Mulier incensa odio pristino. & pro Syll. 172 d, Ille labor meus pristinus, & c. In V. 68 b, Restitui in antiquum statum id est, pristinum.

Priuans, tis. ὑφαιρῶν. Par. 224 b, Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus latinè, græcè appellantur ὑφαιρετικά.

Priuatim. propriè.) (. Publicè. pro Quin. 34, Nec societas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. Ep. 56 b, Nulla enim me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria. pro S. R. 37 d, Si hanc eirē priuatim S. Roscius mandauisset, & c. & ibid. In tantare quæ publicè commissa est. Antequàm. 192 b, Beneficia quæ singulis ciuibus priuatimq; dantur.

Priuatio, onis. amotio, diminutio, spoliatio. de Fin. 70 b, Quia dolori non uoluptas contraria est, sed doloris priuatio. & 56 b, Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatem.

Priuatus, a, um. suus, domesticus, proprius.) (. Publicus, cū potestate uel imperio. pro Sest. 8 b, Pro me uno ciue et bonos omnes priuato consensu, & uniuersum senatum publico cōsilio mutasse uestem. pro Qum. 3 d, Res quæ ipsius erāt priuatæ. & ibid. Priuata domus. de Fin. 90 b, Verbis in dicēdo quasi priuatis utūtur ac suis. Att. 106 d, Illud priuatius nō ascribis, etc. id est, magis ad me pertinens. pro Do. 222 d, XII. tabulæ uetant leges priuatis hominibus irrogari. de Ar. 248 b, Tua tum uirtus eadem fuit quæ priuato quondam proauo tuo. de In. 50 b, In fortuna quæritur, priuatus an cū potestate sit. Ep. 2 b, Cum imperio esse. de Sen. 81 b, Vita priuata & quieta. Of. 5 d, Sunt autem priuata nulla natura, sed aut, etc.

Priuernas, tis. à Priuerno oppido. de Or. 129 d, Testificatur pater, se tibi Priuernatem fundum reliquisse. & ibi. Fortè euenit, ut in Priuernati essemus.

Priuigna, gnæ. At. 209 b, De uxore Tuberonis & priuigna neq; possum iam abdere, neq; Tuberonem uolo defendere.

Priuignus, gni. ad uitricum nouercam ue refertur. nam is dicitur, cuius alter non est uerus parens. sic etiam priuigna. pro Clu. 57 b, Mulier in priuignorum funus nupsit. Qu. F. 523 b, Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla subscribente priuigno Memmio.

Priuilegium, gij. lex priuata homini irrogata. pro Do. 222 d, Vetant leges sacratæ, uetāt XII. tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari id est enim priuilegiū. de Legib. 103 d, In priuatos homines leges ferri noluerunt, id est enim priuilegiū. pro Sest. 17 b, Cum XII. tabulis sanciū esset, ut neq; priuilegium irrogari, neq; de capite ciuis, nisi comitijs centuriatis rogari posset. Par. 121 b, Familiaris tuus de te priuilegiū tulit, ut sit in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. pro Do. 218 b, An licuit tibi de peste ciues indemnati ferre non legem, sed nefariū priuilegium? et 235 b, Cum indemnatum exturbares priuilegijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

uilegijs tyrannicis irrogatis. Posth.210 b, Priuilegij ulm & crudelitatem autoritate honestißimorum hominũ et publicis literis cõsignauit. de Cl.172 b, T. Libo rogationem in Galba priuilegij similem tulit. At.46 b, Quod cum Curione de priuilegio locutus es, est aliquid. de L. 186 d, Priuilegia ne irroganto.

Priuo, as. aufero, adimo, abrogo, mulcto, orbo, spolio, dispolio, expolio, excludo, expertem facio.)(. Augeo, orno. Top.224 d, Præpositio In, priuat uerbũ ea ui quam habebat. At.144 d, Aegritudo me somno priuat. de Fin. 145 d, Democritus oculis se priuasse dicitur. & Aca. 9 b, Si quis aliquem oculis priuauerit. Ep.54 b, Noli patriam multis claris uiris orbatam priuare etiam aspectu tuo. & 75 b, Sic me liberalit. atis fructu priuas. con. Rul. 63 d, Non enim unus afficitur beneficio, sed unus priuatur iniuria. de Fin. 56 b, Priuari dolore. In A. 222 b, Vos Ser. Sulpitium uita priuastis. & pro Rab. 91 b, Vt alter uita crudelißimè priuaretur. pro Quin. 13 b, Non modò honestè partis bonis, sed etiam cõmuni luce priuari. & pro S.R. 28 b, Priuare luce. Deseri uoluptatibus. l. Desero, id est, priuari. Attic. 12 b, Priuare aliquem exilio. pro R.P. 126 d, Demetrius aspide ad corpus admota, uita priuatus est.

Prius. ante. Att. 62 b, Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm ut tibi gratularer. pro Syll. 179 b, Cum in Capitolium nos senatum conuocassemus, nihil est actum prius. pro Quin. 2 d, Prætor iudicium prius de probro, quàm de re maluit fieri. 141 b, Præstabo (si Cæsarem bene noui) eum prius tuæ dignitatis, quàm suæ utilitatis rationẽ habiturum. Amic. 98 b, Quem fuit æquius, ut prius introieram in uitam, sic prius exire de uita. At. 244 d, Ad te antea atq; adeò prius scripsi. Tusc. 172 b, Antea enim Salaminam ipsam Neptunus obruet, quàm, &c. & ibi. Priusq; Bœotia Leuctra tollentur, quàm, &c.

Priusquam. antequam. de Or. 145 d, Sed priusquam illa conor attingere, proponam breuiter, &c. In Vat. 29 b, Quod ego simulac te aspexi, priusquam loqui cœpisti, sensi. Ep. 142 b, Tamen quid potius faciam, priusquam me dormitum conferam, non reperio. & 143 d, de Opt. 244 d, Vt ne quis corona donaretur in magistratu, priusquam rationes retulisset. pro Cor. 58 d, Ac priusquam aggrediar ad causam, &c. quiddam de communi conditione breuiter commemorãdum uidetur. I. A. 160 b, Cui priusquã de cæteris rebus respondeo, de amicitia pauca dicamus. pro Mil. 121 b, Præclarè enim uixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tãtum mali uidero. Qu. Fr. 301 b, Ne de bonis quæ Octauij fuissent, diminui paterentur, priusquam Fundanio debitum solutum esset.

Prò, uel proh. l. Proh. interiectio est, exclamationem, uocis eratione m, & indignationem significans. I. A. 166 b, Quæ res unquam, prò sancte Iupiter, in terris est gesta maior? Tusc. 58 d, Prò deum hominumq; fidem. & Tusc. 237 b, Proh deum atq; hominum fidem. In V. 255 d, Prò dij immortales, &c.

Pro loco, uel in loco. Or. 205 d, Ennius pro Afris immutat Africam. Item ibid. Quia quasi summittunt uerba pro uerbis. Item ibi. In quibus pro uerbo proprio subijcitur aliud. Or. 211 d, Sodes, pro, si audes: malle, pro magis uelle. de Orat. 158 d, Ceres pro frugibus, liber pro uino. de Or. 141 b, Dixit se dimidium eius quod pactus esset, pro

Profiteor, ris. polliceor. perloquor, præ me fero, prædico, glorior, tacto. de N. 4 b, Tantam facultatẽ consecutum esse me non profiteor, secutum esse præ me fero. de Fin. 80 b, Eam ne rationem sequare qua tecũ ipse & cũ tuis utare, profiteri autem & in mediũ proferre nõ audeas? I. Ant. 240 b, Vt eos pœniteat professos, & præ se tulisse odium in Antoniũ. pro Cec. 290 a, Atq; ita liberter cõfitetur, ut non solũ fateri, sed etiã profiteri uideatur. pro Rab. 93 b, Fateor, atq; etiã profiteor, et præ me fero, hanc à me actionẽ esse sublatã. Tusc. 177 b, Vt enim si grãmaticũ se professus quispiã, barbarè loquatur, aut absurdè canat is, qui se haberi uelit musicũ, hoc turpior sit, quòd in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiã: sic, etc. pro Pl. 272 a, Omnes istiusmodi in ijs reprehẽduntur, qui cum professi fuerint, satisfacere non possunt, nõ in ijs qui abfuisse ab istis studijs confitentur. I. P. 95 a, Qui philosophiã profitetur, grauissimã sustinet personã. Ac. 18 b, Democritus, qui ita est ausus ordiri, Hæc loquor de uniuersis. nihil excipit, de quo nõ profiteatur. quid enim esse potest extra uniuersa? de Or. 122 b, Cum tantas res Græci susciperẽt, profiterẽtur, agerẽt. & 94 b, Suscipere ac profiteri magnũ aliquod onus atq; munus. & 93 b, Suscipere ac profiteri magnũ quiddam. et ibi. De omnibus rebus profitẽtur se esse dicturos. de Cl. 168 b, Lysiam primò profiteri solitũ esse artem dicẽdi. Or. 199 b, Ecce aũt quidã se Thucydidios esse profitentur. pro Sex. Ros. 19 b, Vt ad hãc prædam tam nefariam adiutores uos profiteamini. pro S. R. 44 a, Profiteri operam suam in aliquare. pro Clu. 28 a, Profiteri id quod non possis implere, quod impudẽtiæ est. contra Rul. 65 a, Profiteor tibi meum studium ad remp. defendẽdam. et pro Mur. 130 b, Triduo me iurisconsultum esse profitebor. Ep. 64 b, Ego uerò tibi profiteor & polliceor eximium et singulare meum studium. de Ar. 44 a, Ego inimicũ me semper esse professus sum duobus, qui, etc. I. P. 69 b, Cũ se Pompeius supplicem pro me profiteretur. Ep. 163 a, Quicũq; is est, ei me inimicum profiteor. Ep.

45 a, Tibi me profiteor in rep. socium. de N. 14 a, Existimo tardiores ad hanc sententiam profitendã multos esse factos. In V. 126 a, A Sthenio petere cœpit, ut ad ea signa tollenda operã suam profiteretur, seq; adiuuaret. de Le. 171 b, Contrà facere quàm professus pollicitusq; sis. de Or. 88 b, Quamobrẽ ista tanta tamq; multa profitenda Crasse non cẽseo. At. 182 b, Italiæ suã nobis studia profitenti, remisistis. Q. F. 201 a, Nostræ causæ non uidentur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur.

Profiteri. edere, denunciare. cont. Rul. 78 a, In posterum uerò lex hæc imperatoribus nostris constituatur, ut qui cunq; de prouincia decesserit, apud eosdẽ decemuiros, quàcum habeat prædẽ, manubiarũ, auri coronarij profiteatur. In V. 155 b, Edixerat, ut aratores iugera sationũ suarum profiterẽtur. & 153 b, Nemo erat decumanorũ, qui grano amplius sibi quàm deberetur, deberi profẽsus esset. pro Ar. 186 b, Si sexaginta dieb. apud prætorẽ essent professi. et 187 a, Archias professus est apud prætorem Q. Metellũ. et ibi. At non est professus, imò uerò his tabulis professus, quæ solæ ex illa professione collegioq; obtinent publicarum tabularum autoritatem.

Profligatus, a, um. perditus. pro S. R. 24 b, Omnia in eo ad perniciem profligata atq; perdita. ei I. V. 67 b, Indicia perdita et profligata. In V. 161 b, et pro Ar. 188 a, Tu omnium profligatissime & perditissime.

Profligo, as. affligo, prosterno, depello. de Or. 143 a, Cum Philippus suis consilijs rempub. profligasset. I. C. 104 b, Quàm tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? pro Rab. 129 b, Profligare aciem hostium. de Pro. 76 a, Vos tamẽ oportet ab eodem illa omnia, à quo profligata sunt, confici uelle. Ep. 201 a, Qui profligato bello ac pene sublato, renouatum bellũ gerere conamur. Tusc. 231 a, At quã profligata iam hæc, & pene ad exitum adducta quæstio est. I. A. 265 a, Cum Cæsar hostium copias profligarit, occiderit, & c.

Profluens, tis. fluuius, flumen, torrens. de In. 81 a, Deinde est in carcerem deductus, ut ibi tantisper esset, dum culeus, in quem cõiectus in profluentẽ deferretur, comparetur. ad Her. 4 b, Et obuolutus corio deiiciatur in profluentem. Q. F. 318 b, Aquam profluentem & eam uberem uidi multis locis. de Or. 145 a, Profluens quiddã habuit Carbo & canorũ. Or. 123 a, Genus orationis liquidum, fusum. profluẽs. (Exile, aridum, minutum. de Cl. 184 b, Expedita ac profluens loquendi celeritas. de Or. 160 a, Loquacitas perennis & profluens.

Profluenter. abundanter, copiosè. Tusc. 238 b, Ergo omnia profluenter, absolutè. prosperè.

Profluentia, tiæ. affluentia, copia, redundantia. Par. 237 a, Inanis profluentia loquendi.

Profluo, is. dimano. Off. 11 a, Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquam profluentem. & Q. F. 318 b, Cuius ore fermo melle dulcior profluebat. de D. 101 a, Sila cus emissus lapsu et cursu ad mare profluxisset pro Cæl. 38 b, Ego ab his fontibus profluxi ad hominum famam.

Profugio, gis. profugio, transfugio. de Sen. 87 a, Libenter uerò istinc tanquam à domino agresti & furioso profugi. pro Dom. 230 b, illi damnati comitijs centuriatis in exilium profugerunt. et In V. 174 b, Patres familiãs extorres profugerunt. de D. 101 a, Veientem quendam

dam ad nos hominẽ nobilẽ profugisse. pro Pom. 8 a, Ex Ponto Medea quondã profugisse dicitur. pro Deio. 145 b, Senatus ex Italia profugit. I. V. 117 a, Heraclius Syracusis illa nocte profugit. de Am. 103 b, C. Blosius quæstione nouæ perterritus in Asiam profugit. de Cl. 193 b, Philo cũ optimatibus Athenienſiũ domo profugit. Ep. 56 a, Reliquos aiebant profugisse metu perterritos. At. 248 a, Quintus filius profugere ad Brutum uoluit.

Profugium, gij. perfugium. pro Cec. 304 a, Exilium est profugium portusq; supplicij. Ep. 71 a, & 105 a, Quod enim poterat mihi esse profugium?

Profundo, dis. effundo. de So. 127 b, Equidẽ uim lachrymarum profudi. & Att. 175 a, Lachrymæ se subitò profuderunt. et pro Fon. 284 a, Lachrymas profundo. pro Cæl. 53 b, Voluptates, quæ cum incluſæ diutius et primæ ætate compressæ et constrictæ fuerũt, subitò se nonnunquam profundunt, atq; eijciũtur uniuersæ. I. P. 82 b, Omne odium inclusum nefarijs sensib. impiorum in me profudit. Of. 17 a, et I. A. 263 b, Profundere uitam pro patria. et de Fin. 77 a, Qui uitã pro patria profuderũt. & pro Cla. 21 a, Profundere sanguinem pro patria. Tusc. 187 a, Profundere uocẽ. et pro Fl. 149 a, Sed profundẽdo clamore multitudinis concitatæ. I. C. 106 a, Patrimonia sua profuderũt, fortunas suas obligarierũt. pro Quin. 17 b, Profusis sumptib. uiuere. At. 16 b, Omnes profudi uires animi atq; ingenij. At. 102 a, Si totum se ille in me profudisset. de Or. 138 a, Nihil est in natura rerũ omniũ, quod se uniuersum profundat, & quod totum repẽtè euolet. ad Her. 38 a, Sed tanquã sanguis profusus est per totum corpus orationis. Ac. 22 a, Res iam uniuersas profundã. Ep. 62 b, Profundere et perdere laborem. Of. 44 b, Pecunias profundere in eas res, quarũ memoriam aut breuem, aut nullam sint reliqui omnino. I. A. 221 b, Sanguis qui profusus est in morte, etc. de L. 161 a, Quæ frugibus ac baccis terræ fœtu profunduntur.

Profundus, a, um. pro Planc. 262 a, Mare profundum et immensum. pro Sest. 15 a, leciſsem me potius in profundum. & I. V. 205 b, Abiicere aliquid in profundum: id est, in mare. de Fi. 100 a, Esse in profundo aquæ. (Esse in summo aquæ. Acad. 9 b, Natura ueritatem in profundo abstrusit. I. P. 90 a, Cum partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent.

Profusus, a, um. immodestus, immoderatus. pro Qu. 7 a, Quis tã profusus ac perditus nepos sic dissolutus fuisset? pro Mur. 141 b, Priuata luxuria, profusæ epulæ. & pro Cæl. 49 b, Profusa luxuries. Tusc. 212 a, Lætitia profusam hilaritatem efficit. pro Qu. 17 b, Profusis sumptibus uiuere. pro Cl. 25 a, Quanti & quàm profusi sumptus. Off. 21 a, Ipsumq; genus iocandi nõ profusum neq; immoderatum. sed ingenuum & facetum esse debet.

Progenies, ei. proles, genus. de Vn. 201 b, Veteres, qui se progeniem deorum esse dicebant. Oct. 331 b, Audiet Brutus eum populum, quẽ ipse primò, pòst progenies eius à regibus liberauit, pro turpi stupro datum in seruitutẽ. pro Cæl. 44 b, Progenies mea Q. illa Claudia. Tusc. 166 a, Priamus tanta progenie orbatus. Tusc. 153 b, Antiquissimos, quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc, & c. I. A. 221 a, Reddita est ei statua pro uita, quæ multos per annos progeniem eius honestaret.

Progigno, gnis. procreo. gigno. de D. 170 a, In semimibus inest uis earum rerum, quæ ex his progignuntur. Offic. 65 a, Sic hic, qui hoc lumen progenuit, ex filio est nominandus.

Prognatus, a, um. natus, procreatus. 195 b, Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus. & de D. 88 b, Euridicæ prognata. Ep. fam. lib. 8, Venere prognatus.

Prognosticon. coniectura, signum rei futuræ, diuinatio. At. 246 a, Equidẽ pluuias metuo, si prognostica nostra uera sunt, ranæ enim προφώνουσι. & 234, Prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta. de D. 83 a, Atq; his rerum persuasionibus prognostica tua referta sunt. de Diu. li. 2, Prognosticorum causas persecuti sunt Boethus Stoicus, & Posidonius.

Progredior, ris. progressionẽ uel progressum facio, procedo, serpo, quasi pergo facere. de D. 86 a, Itaq; reuertit ex itinere, cum iam progressus esset multorum dierum uiam. & Ep. 169 b, Progressus sum ad Cisalpinos cum exercitu. de Orator. 159 b, In quo impune progredi licet duos pedes. de Diuin. 95 b, Cum aliquantulum progressus esset, subitò exauduit himnitũ. pro Sest. 20 a, Sestius nihil progreditur. I. A. 231 b, Mihi Antonius peruenisse uidetur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. I. A. 162 a, Quid stultius quàm obijcere aduersario, quòd ille si uerbo negarit, longius progredi nõ possit, qui obierit. de Am. 130 a, Videamus, si placet, quatenus amor in amicitijs progredi debeat. de Fin. 120 b, Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in uirtute. Tusc. 151 b, Vltrà quò progrediar, quàm ut probabilia uideam, non habeo. I. V. 92 a, Nunquã in eum locum progressi fuissent, ut illum interficere conarẽtur. Ep. 142 b, Existimauitq; fratrem suum hominẽ non sapientem impulsu inimicorum suorum eò progressum esse. At. 193 a, Neq; tamen progredior longius quàm mihi concessum est. Or. 207 a, In quo tamẽ longius progrediamur, quod uidemus, etc. de D. 85 b, Diuinatio cõiectura nititur, ultra quam progredi non potest. contra Rul. 85 b, Sed certè non continebuntur, progredẽtur longius, efferẽtur. Antequàm. 195 a, Ne calamitas remorata longius serpat atq; progrediatur, præcauete. de Ar. 275 a, Ad omnia progredi: id est, proiectum esse. de Se. 83 a, & 86 b, Paululum ætate progressi. de Fin. 134 b, Progrediente ætate, & progredientibus ætatibus. de Orat. 153 b, Nunc ad reliqua progrediar, meq; ad meum munus pensumq; reuocabo. de Fin. 94 a, Progrediamur igitur, etc. de N. 37 a, Natura est ignis artificiosus ad gignendum progrediens. & 42 a, Natura particeps rationis, tanquam uia progrediens. pro Cæl. 50 a, Ex hac domo progressa ista mulier, de ueneni celeritate audebit? Par. 119 b, Quàm longè progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpã nihil pertinet. At. 157 a, Alter eò progressus est, quò non audeo dicere. At. 162 a, Scribendum ad te existimaui, ne quò progredereris inclinata iã re, qua integra etiam progrediendum tibi nõ existimasses. Off. 7 b, Regredi quàm progredi malo.

Progressio, onis. progressus. Offi. 54 b, Quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. & de Fin. 121 a, Vestri progressionem ad uirtutem fieri aiunt, leuationem uitiorũ fieri negant. & Tusc. 209 a, de Fin. 110 a, Ab his initijs profecti omniũ uirtutum et ori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gimẽ et progreßionẽ pẽrſecuti ſunt. Of.55 b, Aliter enim tenerinõ poteſt. ſi qua ad uirtutem eſt facta progreßio.

Progreſſus. ſus. proceſſus, progreßio. At.36 a, Progreſſum præcipitem, inconſtantem reditum uidet. Off. 3 a, Ratio quæ cauſas rerũ uidet, earumq; progreſſus, quaſi anteceßiones non ignorat. Tuſc.118 b, Philoſophi nunquam in ſuis ſtudijs tãtos progreſſus facere potuiſſent. de N.5 a, Lucilius Balbus, qui tantos progreſſus habebat in Stoicis. I. A. 203 b, Progreſſum ætatis expectari non oportet. de N.36 a, Progreſſus & regreſſus quinq; ſtellarum errantium conſtãtes & rati. At.130 a, Audiui Cæſarem firmo progreſſu in caſtrum Truentinum uenisse. I. A.231 a, Brutus Dolabellam irruentem in Aſiam à progreſſu arcuit, à reditu refrenauit.

Proh, uel prò. l. Prò. de Orat.129 b, Proh dij immortales, quæ fuit illa, quãta uis. et Orator.211 b, Proh deum atq; hominum fidem. & ibid. Vel proh deum dico, uel proh deorum. Tuſc. 137 b, Etenim proh deorum atq; hominum fidem, &c.

Prohibeo, bes. ueto, interdico, excludo, obſto, inhibeo, libertatem adimo, poteſtatẽ nõ permitto, præcludo, ſum moueo, arceo, intercludo, repello, poteſtate faciendi aliquid aliquem priuo. Att.56 a, Qui mecum erant, facilè operas aditu prohibuerunt. & pro Pom.7 a, Prohibere aliquem calamitate. Of.42 a, Qui prohibent iniuria tenuiores iniuria conſtituẽda. Ep.152 b, Prohibere aliquẽ prouincia. ad Her.31 b, Prohibere aliquem ſepultura. et 9 b, Prohibere aliquẽ detrimẽto. I.V.160 b, Eques Rom. biduum cibo tectoq; prohibitus. de Or.148 a, Cum homines tempeſtatis cauſa opere prohibẽtur. I. A.169 a, Patri perſuaſi, ut eum à tua cõgreßione prohiberet. I.V. 233 b, Quòd prædones ab urbe prohibuiſſet. de Cl. 199 b, Et uirginẽ ab armatorum impetu prohibeamus. pro Pom.7 a, Prohibere remp. à periculo. Ep.84 a, Prohibere aliquẽ à rep. Off.18 a, Prohibenda eſt autem maximè ira in puniẽdo. I.C.100 a, Is omnes motus Catilinæ conatusq; prohibebit. de Nat.9 a, Lex recta imperans prohibẽsq; cõtraria. Of.61 a, Vſu uerò urbis prohibere peregrinos, ſanè inhumanũ eſt. pro Lig.139 a, Tu nos iacentes ad pedes ſupplicum uoce prohibebis? Oct.329 b, Quoniam coram id facere prohibeor, abſens proſim. Ep.11 a, Qui Bibulum exire domo prohibuiſſent. pro S. R.44 a, Dij prohibeãt iudices, ut hoc præſidium ſectorum exiſtimetur. de Or.148 a, Temporibus excludi.

Prohibeſit, prohibeßim. pro prohibuerit, prohibuerint. de L.185 a, b.186 a, Ni par maior'ue poteſtas, populus'ue prohibeßit.

Proiectio, onis. porrectio. Or.202 a, Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remiſsis.

Proiectus, a, um. porrectus, abiectus. de Or.162 b, Brachium procerius proiectũ. I.V.227 b, Inſula in utriuſq; portus oſtium proiecta.204 b, Vrbs proiecta in altum. In Arat. Exin proiectæ claro cum lumine chelæ. de D. 92 a, Simonides ignotum quẽdam proiectum mortuum uidit, eumq; humauit.

Proiectus. impudens, proſtigatus, ad omnia progrediẽs. pro Cl.56 b, Illi quorum eminet audacia, atq; proiecta eſt. pro Dom.236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas. I.V.76 b, Proiectus ad audendum.

Προηγμένα. producta, promota, propoſita, præcipua. (. ἀποπροηγμένα. i. reiecta. de Fin.101 a, b. et 122 a, L. Progemnda.

Proijcio, cis, abijcio. I.C. 104 b, Patria mihi lætari uidetur, quòd tantam peſtem euomuerit, foràsq; proiecerit. Antequàm.197 b, Proijcitur Tullius in exiliũ. pro Rab. 127 b, Neq; ego meam libertatem proieciſſem. Tuſcul. 171 a, Diogenes proijci ſe iuſſit inhumatũ. Antequam. 197 b, A' liberis ſuis abſtrahi, à coniuge abripi, ab aris focisq; innocẽtem proijci. de Fin.80 a, Quæ libido non ſe proripiet ac proijciet? pro Seſt.8 a, Proijcere ſe ad pedes alicuius. pro Cec 41 a, Qui ſe in hoc iudicium proiecerunt. Att.138 b, Proximè monent & rogant, ne me proijciam. I.A.247 a, Nec pro his libertatem, ſed pro libertate hæc proijcias tãquam pignora iniuriæ. At.146 a, Tum poterimus deliberare, non ſcilicet in integra re, ſed certa, minus infecta, quàm ſi una proieceris te. de D. 238 a, Is cum eſſet proiectus, inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. I.A.243 a, Qui ex naufrago, &c. ad hæc ſaxa proiectus eſt.

Proin. proinde. In Cat.106 b, Proin aut exeant, aut quieſcant.

Proinde. proin, itaq;, proinde. pro Dom.219 a, Proinde deſinant aliquando me iiſdem inflammare uerbis. & de Fat.146 b, Proinde ordire. I.V.123 a, Proinde ſi ſapis, uide, &c. & 273 b, Proinde ſi qui ſunt, &c. At.5 b, Proinde bono animo ſis. & Ep. 186 a, Proinde fac magnum animũ habeas. Ep.167 a, Et proinde diligẽter ab utroq; cõſeruata ſunt. Ep.138 b, Proinde te para, etc. Ep.150 a, Proinde ad omnia paratus ero, ac res me monebit. Tuſc. 166 b, Metelli ſperat ſibi quiſq; fortunã. proinde quaſi, &c. pro Dom.219 b, & I.V.96 a, Proinde quaſi, &c. de Inter ſentiant. & ad Her.14 b, Proinde quaſi, &c. de Inuẽt. 84 a, Proinde, uti quæq; res eſt, laborandum eſt. Antequàm.193 a, Proinde aut, &c. I.V.273 b, Proinde ſi qui ſunt, &c. Ep.167 b, Proinde exiſtimes, etc. quo tibi, etc. Af.28 b, Proinde iſti licet faciant quos uolent Coſſ.

Prolabor, ris. delabor, euagor. de L.166 b, Libenter adiſtam orationem tecum prolaberer. pro Quin.14 a, Cogitabam fore, uti multis in rebus timore prolaberer. de D.109 a, Iuuentus his moribus atq; temporibus ita prolapſa eſt, ut omniũ opibus refrenãda atq; coercenda ſit. pro Cec.304, Tametſi de hoc iudicio multa prætereo, tamen longius prolapſus ſum, quàm ratio noſtri iudicij poſtulabat. pro Cæ.47 b, Hinc unius mulieris libido prolapſa eſt, ut, &c. & Att.15 b, Prolapſus cupiditate. pro Fo.280 a, Ne quò ab aliqua cupiditate prolapſum uerbum eſſe uideatur.

Prolapſio, onis. lapſus, lapſio. pro Cæl.46 a, Via lubrica, qua ingredi ſine caſu aut prolapſione uix poſſis.

Prolatio, onis. dilatio. pro Rab.92 a, Cum alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur.

Prolatio, uacatio à muneribus. Att.li.7.109 b, Nec enim rerum prolatio, nec ſenatus magiſtratusq; diſceſſus, nec ærarium clauſum tardabit.

Prolatio, commemoratio, uſurpatio. Or.208 a, Cõmemoratio autẽ antiquitatis, exemplorumq; prolatio, ſummâ cũ delectatione et autoritatẽ orationi affert, & fidem.

Prolato, as. differo, procraſtino. I.C. 119 a, Id malorum opprimi ſuſtentando & prolatando nullo pacto poteſt, quacunq; ratione placet, celeriter uobis iudicãdum eſt.

Prolatus,

Prolatus, ta, tum. rerum prolatio & res prolatæ, eſt tempus illud quo homines feriãtur, ac ſi dicas, negociorum iuriſq; ſuſpẽſio, uacatio à muneribus, quæ maximè erat ludorum diebus, cuiuſmodi erant uotiui, Romani, uictoriæ, plebeij. pro Mur.130 b, Sapiens exiſtimari nemo poteſt in ea prudẽtia, quæ neq; extra Romam uſquã, neq; Romæ, rebus prolatis quidquam uidet. Qu.F.327 b, Res prolatæ: ad interregnũ comitia adducta. At.li.14.226 a, Meam ſtultam uerecundiã, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deſerere uiderer hunc rerum tumorem.

Prolatus, productus, editus. I. V. Nónne te ex prolatis et non prolatis tabulis condemnari neceſſe eſt?

Prolecto, as. allecto, illicio. pro Fl.149 b, Egentes priuata benignitate prolectat.

Proles, lis. progenies, ſoboles. de Som.130 a, Proles illa ſuturorum hominum. de N. 58 a, Ferrea tum uerè proles exorta repentè eſt. de Or.157 a, Nec enim fugerim dicere prolem, aut ſobolem, &c. de L.185 b, Equitum peditumq; prolem deſcribunto.

Πρόληψις. l. Præſumptio, & Antecaptio, & Anticipatio, & Noticia, & Notio & Prænotio.

Prolixè. largè, liberaliter, cumulatè. pro Do.219 a, Is mihi, quæ meum tempus poſtularet, ſatis prolixè pollicitus eſt. Item: Quod ſtatuerat facere, non ſolùm fecit, ſed etiam prolixè cumulateq; fecit. Att.262 b, Id autẽ eſt, ut hoc, quòd te tua ſponte facturum eſſe certò ſcio, bonoris noſtri cauſa libenter, nõ prolixè, ſed celeriter facias. aliter, Nõ ſolùm libenter et prolixè, ſed etiam celeriter facias. Ep.98 a, Nec minus & prolixè de tua uoluntate promiſi, quàm eram ſolitus de mea polliceri.

Prolixus, a, um. liberalis, benignus. Ep.38 b, Prolixa & benefica natura. et At.264 a, Aliquid animo libẽti prolixoq; facere. & 25 a, Animo gaudenti & libenti. Att.1 b, Cætera ſpero prolixa eſſe his duntaxat urbanis competitorib. At.93 a, Ariobarzanes non in Pompeiũ pro lixior per ipſum, quàm per me in Brutum. Att.111 b, In quo parum prolixi reſpondent campani coloni.

Proloquor, ris. profiteor. Or.210 b, Verſus ille, qui uetat artem pudere proloqui quam factites.

Proludo, dis. ſpecimen exhibeo. de Or.138 b, Sed ijs ipſis ſententijs, quib. proluſerunt, uel pugnare poſſint. et ibi. Proluſio.

Proluſio, onis. quaſi procœmium. I.V. 62 a, Sim mecum in hac proluſione nihil fueris, &c. & de Or.138 b.

Proluuies, ei. eluuies, eluuio. Qu.Er.326 a, Romæ mira proluuies, magna uis aquæ, &c.

Promagiſtro. ut proprætore, & proconſule dictum eſt. Ep.227. l. Scriptura.

Promereor, ris. mereor. Antequàm.193 a, Non conuenit enim, cum ego ad promerẽdum officium tam fuerim expeditus, nos ad referendam gratiam eſſe tardiores. I. A. 191 a, Optimè de repub. promereri. Qu. de Pe.109 a, Si poſſunt, non amittunt occaſionẽ promerendi. Q.F.109 a, Is ſuo beneficio promeritus eſt, ſe ut ames, et ſibi ut debeas. Q.Fr.295 b, Aliquem fuiſſe diligentiſsimum in promerendo, ut ſibi maximi honores haberẽtur. pro Mur. 140 b, Homines tenues unum habent in noſtrum ordinem, aut promerendi, aut proferẽdi beneficij locum. de In.72 b, Leuius punitus quàm promeritus ſit. Of. 44 a, Paratus ad bene promerendum.

Promeritum, ti. meritum, beneficium. Poſtquam.199 b, Quare hoc maius eſt in nos ueſtrum promeritũ, quod, &c. & 204 a, Veſtra in nos uniuerſa promerita.

Promiſcuè. cõmuniter.). (. Proprièe. contra Rul.83 a, Promiſcuè toto quàm propriè parua frui parte malletis. et de Or.204 b, Cæteris promiſcuè poterit uti. & de Or. 149 b, Promiſcuè haurire ex aliquo fonte. pro Fon.278 b, Iudicium aurium promiſcuè et communiter ſtultis ac ſapientibus à natura datum.

Promiſsio, onis. pollicitatio, pactio. Epiſt.56 b, Id quoq; genus literarum deficiebat me, in quo debebat eſſe aut promiſsio auxilij alicuius, aut conſolatio doloris tui. At. 524 a, & de Or.129 b, et 162 a, Cum literis, cum mandatis, cum promiſsione prouinciæ. In An.216 a, Scelerum enim promiſsio, & ijs qui expectant, perniciosa eſt, et ijs qui promittunt.

Promiſſum, ſi. fides, receptum. Of.1 a, Ac ne illa quidem promiſſa ſeruanda ſunt, quæ ſunt ijs ipſis inutilia, quib. illa promiſeris. et 70 b, Pacta et promiſſa ſemper ne ſeruãda ſint, quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores dicere ſolent, facta ſunt. I.A.175 b, Ille induxit ut peteret, promiſſum ac receptũ interuertit, ad ſeq; trãſtulit. I.V.264 a, Satis eſt factũ promiſso noſtro ac recepto. I. A. 156 a, Cæſar multis multa promiſſa non fecit. Tuſ.215 a, Nullũ eſt philoſophiæ promiſsũ uberius aut maius. Tuſ.169 a, Si antè mors aduẽtaret, quàm Chaldæorũ promiſſa conſecuti ſumus. At.66 a, O' conſtantiã promiſſi, et fidem miram. & 125 b, Cũ literis Cæſaris, præmiorumq; promiſſis. Q.F.323 b, Promiſsis ijs quæ oſtendit, non ualde pendeo. Offi.7 b, Non ſtandum eſt promiſsis, quæ quis coactus metu fecerit. Of.71 a, et 74, Facere promiſſum alicui. & ibi. Efficere promiſſum et conuenũ cuipiam. et ibi. Seruare promiſſa. Ep.201 b, Soluere promiſſa militibus. & Exoluere promiſſa. l. Exoluo. pro Plan.280 b, Quid me aſpectas? quid mea promiſſa repetis? et Ep. 91 b, Expetere promiſſa. Ep.43 b, Cùm tua promiſſa per literas flagitabam, pro Seſt.10 b, Spe & promiſsis aliquẽ tenere. Part. 241 a, Eo expoſito munus promiſsi omne cõfecero. At.10 a, Teucer promiſſa patr.uit.190 b, Sed iam quaſi uoto quodã & promiſſo me teneri puto. & 245 a, Spõſor promiſſorum alicuius. Off.71 a, Theſeus exegit promiſſum à Neptuno. pro Fl.156 a, Hermippus Fuſ.js ſatisfacit, & fidẽ ſuam liberat. Ep.186 a, Et liberare fidẽ. pro Cec.286 a, Qui quod ſpopondit, nõ facit. pro Deio.145 a, Dextra in promiſsis & fide firma.

Promitto. tis. polliceor, ſpondeo, recipio, profiteor, cõſituo, offero, defero, paciſcor, fidem meam alicui obligo, me aliquid facturum oſtendo, promiſſum facio. Of.7 b, At.251 a, Dij faxint, ut ea faciat, quæ promittit. et ad Br. 289 a, Vix uideor, quod promiſerã, præſtare poſſe. Ep. 98 a, Nec minus ei prolixè de tua uolũtate promiſi, quã eram ſolitus de mea polliceri. pro Mur.145 a, Quẽ ego uobis ita commẽdo, ut eum inimiciſsimum huic coniurationi futurũ eſſe promittã, ac ſpondeã. et pro Cæl.54 a, Promitto hoc uobis, & reip, ſpondeo, hunc etc. Ep.207 b, Tum illud tibi expertus promitto et ſpõdeo, te cogniturũ. &c. Ep.65 a, Quæ tibi promitto ac recipio, ſanctiſsimè obſeruabo, diligẽtiſsimèq; faciã. I.A.204 b, Promitto, recipio, ſpõdeo, P. C. C. Cæſarẽ, &c. Item: Eidem meã obligo. Ep.40 a, De me tibi ſic promitto atq; con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmo,me, &c. de D. 116 d, Quæ autem inconstantia deorum,ut primis minentur extis, bene promittant secundis:pro Q.R.47 d, Quæ ex liberalitate illius promissa & ostentata sunt. I.V.273 b, Donum Ioui dicatum ac promissum. de Ora. 111 d, Cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat. Top. 222 d, Promittere damni infecti. Off. 7 b, Non standum esse promissis, quæ quis metu coactus fecerit. Off. 7 d, Neptunus quod Theseo promiserat, non fecit. Ep. 191 d, Præterea, mihi promiserunt Pansa & Hircius coràm, & absenti mihi scripserunt, Varioq; nostro Pansa affirmauit, se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur.

Promo, mis. profero. I.V. 192 a, Cum tibi senatus ex ærario pecuniã prompsisset atq; adnumerasset. et pro Cæl. 48 d, Promere aurũ ex armario. pro Qu. R. 49 b, Tu L III ex arca proferebas, ille CCC. ex artificio promebat. Ep. 70 b, Animus, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet. & de Fin. 69 d, Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. de Orat. 94 d, Ne ipse aliquid à me prompsisse, sed fortuitò in hunc sermonem incidisse uidear. de Or. 90 d, Est aliquid, quod ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atq; assumendum. Top. 221 b; Loci sunt quasi sedes, è quibus argumenta promũtur. de Fin. 91 d, Promere libros è bibliotheca. de D. 84 b, Voces tristificas chartis promebat Hetruscis.

Promontorium, ry. mons in mare porrectus. I. V. 265 b, Qui aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. & pro Fl. 152 d, I. A. 154 d, Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegini.

Promotus, a, um. productus. de Fin. 101 d. I. Productus.

Promoueo, es. prouehо, produco. Attic. 61 d, Ibi igitur te uidebo & promouebo. Q. Fr. 318 d, Assa in alterũ apodyterij angulum promoui. Ter. Qui sedulò mouẽs sese, nihil promouet.

Prompte promittere: id est, alacri animo, & sine cunctatione. Q. de Pet. 211 b.

Promptus, adiuer. de In. 80.

Promptu. Of. 47 d, Iam illud non sumus admonendi (est enim in promptu) ut animaduertant, etc. de Div. 134 d, Sed hæc quoq; in promptu, nunc interiora uideamus. Of. 2 d, Hæc ita sunt in promptu, ut res disputatione non egeat. Of. 21 d, Habere aliquid semper in prõptu: id est, quasi in animo uel memoria. Off. 12 b, Itaq; in probris maximè in prõptu est, si quid tale dici potest. Off. 19 b, Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. de Or. 87 d, Cùm illa pateant, in promptuq; sint omnib. Ac. 39 b, Sed ea dicam, quæ mihi sunt in prõptu. Ac. 12 b, Oportet igitur ea quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. Off. 23 b, Natura formam nostram, reliquamq; figuram, in qua esset species honesti, eã posuit in promptu.

Promptus, a, um. paratus, expeditus, alacer, hilaris, ardẽs, erectus, expositus, manifestus, propositus, in promptu. I. V. 61 d, Quo paratior ad usum forensem promptiorq; esse posim. cont. Rul. 82 d, Ad uim promptus, ad seditionem paratus, ad cædem expeditus. de Clar. 178 d, Prõpta & parata in respondẽdo celeritas. & pro Mil. 111 b, Promptus ad pugnam. de Cla. 176 b, M. Marcellus promptus, & non inexercitatus ad dicendum fuit. Off. 17 d, Promptiores igitur debemus esse ad nostra perci-

la, quàm ad cõmunia. Q. F. 314 d, Te esse hilari animo, & prompto ad iocandũ, ualde me iuuat. Ep. 43 b, Animum tuum promptiũ et alacrem perspexi ad defendendã remp. pro Ce. 300 d, Qui tot annos fidem suam populo Rom. promptam expositamq; præbuit. de Or. 163 d, Discutienda sunt ea quæ obscurant: & ea quæ sunt eminentia & prompta, sumẽda. & 105 b, Eius rei facilis est & prompta respõsio. I.V. 209 b, Clausum et reconditũ.)(Apertum et promptum. pro Mur. 130 d, Quod omnib. patet, & æquè promptũ est mihi & alijs. de Or. 100 d, Alacri & prompto ore ac uultu huc atq; illuc intuerti. pro S.R. 38 d, Tametsi hoc quidem minimè latet, quod ita promptum & propositum est, ut, &c. pro Pla. 266 d, Hic quod animo sentiebat, & uultu promptũ habuit, & lingua. I.P. 91 d, Respõsione me mimica homo promptissimus lacessiuit. In Ver. 208 d, Promptissimus homo & experiens. Ep. 57 b, Cætera, quæ tibi à multis prompta esse certò scio, à me sunt paratissima. de Orat. 121 d, Quæstiones animo percursas, & propè decantatas habere: id est, promptas, uel in promptu.

Promulgatio, onis. legis alicuius (ut ita dicam) publicatio & propositio. I.A. 154 b, Illæ enim leges nullã promulgatione latæ sunt, antequàm scriptæ. & 195 b, Vbi promulgatio trinundinum? Ep. 4 b, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ studia nostra impedieret. & 114 b, Promulgatio de dictatore.

Promulgatus, a, um. de L. 186 d, Promulgata, proposita, in ærario cognita agunto.

Promulgo, as. propono. Q. Fr. 308 b, Cato legẽ promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Qu. Fr. 311 b, Qui de Cæsare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. pro Mur. 131 d, Prælijs promulgatis tollitur è me dio sapientia. pro Fla. 149 d, Re multos dies promulgata & cognita. Ep. 203 b, Cum Tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgassent. At. 7 b, Promulgare rogationem. At. 8 b, Quid de promulgata rogatione sentiret. pro Pomp. 14 d, Cum Gabinius de uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset. I.A. 158 d, Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis. Postquam. 204 b, et pro Do. 229 d, Tribuni qui promulgarẽt de salute mea, et ad uos sæpenumero deferrent. pro Sest. 8 d, Promulgantur uno & eodẽ tempore rogationes de mea pernicie, et de pouincijs nominatim consularib. pro Sest. 18 b, De meo reditu octo Tribuni pl. promulgarũt. pro Syl. 179 b, Lex dies fuit proposita paucos. ferri cœpta nunquam posita est in senatu, populum Romanum latuit.

Promulsis, dis. potio mulso condita. Ep. 136 b, & 138 b, Non eum, quem tu es solitus promulside conficere.

Pronepos, tis. nepotis filius, referturq; ad proauum. In Ant. 248 b, M. Lepide M. Lepidi Pontificis max. fueris pronepos. & Tusc. 196 d, Iouis iste quidem pronepos: id est, Thyestes.

Pronominatio. ornatus quidam uerborum. ad Her. 34 d, Pronominatio est, qua sicuti cognomine quodam ex tranco demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest. ut si quis, cum loquatur de Gracchis: At non Africani nepotes, inquiet, istiusmodi fuerunt.

Pronœa. l. Prouidentia.

Pronunciatio, onis. actio, appellatio. pro Cluent. 29 d, Oppianicus re & existimatione iam, lege & pronunciatione nondum condemnatus. de Cla. 188 b, Lenis appellatio literarum. de In. 44 d, & ad Her. 1 b, Pronunciatio est ex rerum & uerborũ dignitate uocis & corporis moderatio. de Or. 86 b, Actio quæ motu corporis, quæ gestu, quæ uultu, quæ uocis confirmatione uarietate moderanda est. de Ora. 111 b, Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri potest? de Fat. 145 b, Omnis pronunciatio aut uera, aut falsa est. de Fimibus, 42 b, In lingua ponebant explanatam uocum impressionem.

Pronunciator, oris. historicus. de Cl. 191 b, Thucydides pronunciator sincerus & grandis etiam fuit.

Pronunciatum, ti. effatum, græcè ἀξίωμα. Tusc. 151 d, Omne pronunciatiũ (sic mihi in præsentia occurrit, ut appellarẽ ἀξίωμα. utar pòst alio, si inuenero melius) id ergo est pronunciatum, quod uerum est aut falsum. I. Enunciatio.

Pronuncio, as. dico, prædico, ago, lingua nuncupo, effero, appello, sentẽtiam dico, effari. Epi. 69 d, Dicunt uerecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui cum cæteris coronas imposuerunt uictoribus, eorumq; nomina magna uoce pronunciauerũt, cum ipsi ante ludorum missionẽ corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua uoce ipsi se uictores esse prædicent. pro Quin. 9 d, Cui magistri fiunt, qui pronuncient, &c. & de quo præconis uox prædicat, &c. de Fat. 143 d, Neq; eos usuros esse coniunctionib. ut ita sua præcepta pronuncient. si quis natus est, &c. sed potius ita dicant, nõ & natus est quis, &c. de Or. 116 d, Tum ad extremũ agere et pronũciare. de D. 111 d, Memoriter pronunciare multos uersus. de Orat. 92 d, Menedemus memoriter multa ex orationib. Demosthenis præclarè scripta pronuncians. & 97 b, Eã rem, quã legas, uerbis alijs quàm maximè fieri possit, lectis pronunciare, &c. de D. 85 d, Et ea quæ pronũciaui, accuratissimè scripseris. Off. 65 d, Cũ in uenundando rem eã feisset, neq; pronunciauisset emptori. Of. 65 d, Is igitur iudex ita pronunciauit. et ibi, M. Cato sententiam dixit. I.V. 127 b, Prætor de tribunali pronũciat, si quis, etc. de Cl. 172 d, Cõsules re audita, amplius de cõsilij sententia pronunciauerunt. pro Cl. 34 d, Suppressam esse ab eo pecuniam, quã pro reo pronunciauisset. de Fi. 72 b, Aequam igitur pronunciabit sententiam ratio. de Or. 108 d, Demosthenes summa uoce uersus multos uno spiritu pronũciare cõsuescebat. I.P. 100 b, Tum ipse de te sententiam tulisti, tũ iudiciũ pronunciasti. Partit. 120 b, Cum uersus pronunciatus est una syllaba breuior aut longior.

Pronus, a, um. in anteriorem partem flexus.)(Supinus. de D. 105 d, Motus corporis pronus, obliquus, supinus. Tusc. 157 d, Nihil habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt.

Proœmium, mij. exordium, principium orationis. Att. 63 b, In singulis libris utor proœmijs. & pro Clu. 29 d, Longo & altè petito proœmio respõdere. et I.V. 93 b, Proœmium mercenarium. Att. 258 d, De gloria librum ad te misi, et in eo proœmiũ: id est, quod in Academico tertio: id euenit ob eam rem, quòd habeo uolumẽ proœmiorũ, ex eo eligere soleo, cum aliquod σύγγραμμα instituo, itaq;, &c. Ep. 67 b, Gratia illa, de qua suauissimè

quodam in proœmio scripsisti. Ac. 40 b, In ijs ipsis antiquitatũ proœmijs philosophiæ, &c. de Or. 138 d, Tanquam citharœdi proœmium afflictum, &c. ad Her. 1 b, Exordiorum duo sunt genera: principium, quod græcè πρόοιμιον appellatur: & insinuatio, quæ ἐνδυσις nominatur. de Or. 92 d, De proœmijs, & de epilogis, et de huiusmodi nugis referti sunt oratorum libri. Att. 215 b, His libris noua proœmia sunt addita, quibus eorum uterq; laudatur. de Legib. 172 b, Habes proœmium legis, sic enim hoc appellat Plato.

Propagatio, onis. procreatio, amplificatio. Offic. 11 b, Quæ propagatio & soboles origo est rerum publicarum. de Pro. 75 d, Propagatio finium imperij. & Tusc. 154 b, Propagatio nominis. Epi. 71 b, Vita in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. de Sen. 99 d, Propagatio uitium.

Propagator, oris. amplificator. Att. 120 d, Ille prouinciæ propagator.

Propago, inis. uitis ad sobolẽ suppressa. de Se. 88 d, Malleoli, plantæ, sarmenta, uites, traduces, propagines.

Propago, as. profero, produco, dilato. I.V. 273 b, Cũ ipse sui generis initiũ ab se gigni & propagari uellet. Off. 330 b, Quæ uerissimè memoriæ propagata fuerint. I.A. 155 d, Iun. Brutus, qui regio dominatu rempublicã liberauit, & ad similem uirtutem & simile factum stirpem in propè quingentesimum annum propagauit. de Off. 41 b, Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. & Top. 126 b, Ex quib. plura bona propagentur. I.C. 106 b, Quos si meus cõsulatus sustulerit, non breue nescio quod tempus, sed multa secula propagarit reipublicæ. de Fi. 132 d, Propagabat tamen uitam aucupio sagittarum. de In. 42 d, Cum homines sibi uictu ferino uitam propagabãt. pro Sest. 24 d, Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. I.C. 116 b, Ad memoriam consulatus mei propagandam. de Di. 139 d, Religio propaganda est. pro Ma. 134 b, Propaganda soboles. pro Do. 130 d, Huius uiri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas prorogauit. de Pro. 72 d, Annus est integer nobis expectandus, quo interfecto ciuium calamitas propagatur. Propagare prouinciam. l. Propagator.

Propalàm. palàm, in propatulo loco. de Ora. 98 d, Proposito argẽto, ac signis & tabulis propalã collocatis.

Propatulus, la, lum. apertus. I.V. 226 d, In aperto ac propatulo loco signa duo sunt.

Propè. propius, propter.)(Longè, procul. Tusc. 171 d, Sed bacillum quo abigam, prope me ponitote. & Epist. 129 b, Volebam propè alicubi esses. et 106 b, Vt non solùm prope me, sed planè mecum habitare posses. de Cl. 169 d, Cum plebs prope ripam Anienis ad III. miliariũ cõsedisset. pro Mi. 111 d, Illi, si insidiaretur, nocte prope urbem expectãdum. de N. 70 d, Vites à caulibus, si propè sati sint, refugiunt. At. 65 b, Tu aduentare ac propè adesse iam debes. de In. 78 d, Hostes prope muros castra habẽt. de In. 63 b, Alterius gladium propè appositum è uagina eduxit. pro Pom. 6 d, Vident eũ propè esse, quo etiam carẽt agrius. & Ep. 80 d, Propè accedere. Ep. 33 d, Prope Calen. Sextiles puto me Laodiceæ fore. I.V. 236 b, Cùm in Italia bellũ, tum propè à Sicilia, tamẽ in Sicilia nõ fuit. I.V. 110 b, Tam propè ab domo detineri. At.

Universidad de Deusto
Biblioteca

178 b, Atque utinam propius te accessissem. Oct.330 a, Cur castra longius aduersariorũ castris, et propius urbem mouentur? Tusc.153 b, Antiquitas quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc melius ea cernebat, etc. At.1 b, Tu illã manũ mihi cura ut præstes, quoniam propius abes. de N.18 b, Stellæ aliæ propius à terris mouẽtur, aliæ remotius. Par.241 a, Propius accedere ad sensum alicuius. de L.182 b, Lex rogum bustúm ue nouũ uetat propius sexaginta pedes adijci ædes alicuí, inuito domino. Item: Ad similitudinem Deo propius accedebat humana uirtus, quàm figura. I.A. 213 b, Ne propius urbem millia passuum ducẽta exercitũ admouerit. et 206 b, Dum ne exercitũ propius urbem Romã C C. mil. admoueret. Qu.F.300 b, Propius nihil est factum, quàm ut occideretur. I.V.255 a, Nec quicquam propius est factum, quàm ut uiuus comburetur. et pro C.29 b, & At.157 b, Propius factũ est nihil. pro Flac.151 a, Propius accedo, nego esse testimonium, intro etiam magis, qui gessit, non adest.

Prope. pene, ferè, quasi, propè dicam, propè iam. I.V.229 a, Nam Sappho dat mihi iustã excusationem, propè ut ignoscẽdum esse uideatur. In V.160 b, Eques Romanus propè annos XC. natus. Epi. 4.7 a, Sapientia præditus propè singulari. pro Arch.186 b, Propè nouo quodam genere dicẽdi. Epi.123 b, Propè oblitus sum, &c. & 108 a, Propè desperatis his rebus. Epist.5 a, Ad quem propè iam delatum esse existimatur. Ep.34 b, Prouinciam annuam propè iam undecim mensium factam esse. de Sen. 94 b, Quasi decurso spacio: id est, propè iã. I.V.105 a, Excludit eũ, cui propè dicam soli potestatẽ factã oportuit. & pro Qu.7 b, Modestia propè dicam nõ minore, quàm, &c. de In.83 b, Quid igitur profecit? etc. propè dicam plurimum. pro Pl.163 a, Quorum honoribus agri propè dicam ipsi, mõtesq; fauerunt. de Sene.87 a, Propè intueri aliquid.)(. Procul spectare aliquid. Epi. 106 b, Primùm ut eam domũ sumeres, ut nõ prope me, sed planè mecum habitares.

Propediem. breui. At.91 a, Ego, ut spero, propediem te uidebo. & de D.90 a, & Atti.23 a, Prognostica nostra propediem expecta. & Epist.159 b.

Propello, lis. propulso. Antequã. 192 b, Si quando inimi corũ impetum propulsare et propellere cupistis. Tusc. 211 a, Propellere nauem remis.

Propemodum. propè, ferè. de D.126 a, Quid enim est sors? idem propemodum quod micare. Or.210 b, Verba componere, & syllabas propemodũ dinumerare. I.V. 55 b, Propemodum manere in instituto meo uideor. & 219 a, & Of.39 a, Ep.81 a, Alteros propemodum iã fumus experti. & de Fi.49 b, & Tusc.168 b, Vt propemodum, &c.

Propendeo, des. inclino. de Or.125 b, Si se dant, & sua sponte, quò impellimus, inclinãt, atq; propẽdent, accipio quod datur. Tusc.245 a, Si multo maiore & grauiore ex parte propendent. Tusc.238 a, Tantum propendere illam bonorũ animi lancem, ut terram & maria deprimat. de Or.120 a, Necesse est, ut inclinatione uoluntatis propendeat in nos.

Propensè. ex animo, libenter. Epi.192 b, Vt hanc cõcordiam & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propensè non crederent esse factã.

Propensio, onis. procliuitas, inclinatio uoluntatis. de Fin. 117 a, Zeno, qui nulla in re, nisi in uirtute aut uitio propensionem mimimi quidem momenti, ad summum bonum adipiscendum diceret.

Propensus, a, um. procliuis. Attic.117 a, Quod addis, ne propẽstior ad turpẽ causam ui dear, certè uideri nõ possum. et 120 a, Infimus quisq; propẽsus in alterã partem. de N.79 b, Mihi Balbi disputatio ad ueritatis similitudinẽ uidetur esse propẽstior. de D.82 a, Cum disputatio tibi ad ueritatẽ est uisa propẽstior. pro Mn.139 b, Propẽsus ad lenitatẽ. & de In.75 b, Propẽsus ad ignoscẽdum. & de Fi.131 b, Propẽsus in neutrã partẽ. At.211 a, Corã igitur & propẽso quidẽ animo ad probandũ. Q.F.317 a, A' propẽsis in hanc partẽ uehemẽter colimur et amamur. Of.46 a, Propẽstior benignitas esse debebit in calamitosos. Offi.47 b, A' quo enim celeriter remuneratio fore uidetur, in eum fere est uoluntas nostra propensior. Par.120 a, Causa, quæ quãdo accedit alteri, id fit propẽsius. pro S.R.32 b, Is natura nõ tã propensus ad miseri-cordiã, quã implicatus ad seuueritatẽ uidebatur. Tusc.227 a, Vt alius ad aliũ morbũ procliuior, sic alius ad alia uitia propẽstior. de F.104 a, Omnes ad discẽdũ propẽsi sumus. 125 a, Propẽsus sua spõte ad aliquid agendũ. Ep.57 a, Videor mihi perspicere ipsius animũ propẽsum ad salutem tuam. Offic.21 b, Si quis paulò est ad uoluptatem propensior. Anteq.192 b, Illic enim animi uoluntas propensa comprobatur.

Propatio, onis. festinatio. Epi. 67 b, Sed ad proprationẽ meã qddã interest, nõ te expectare, donec ad locũ ueniás.

Properato opus. id est, celeritate. pro Mil.111.

Propero, as. festino, appropero, accelero, celeritate utor, maturo. At.10 b, Sed ductus odio properauit rẽ deducere in iudiciũ. de Or.98 b, Cũ in campũ properaret. & ridens & stomachans Scæuola. Ep.198 b, Atq; inde uẽtis remisq; in patriam omni festinatione properauí. de Pro.76 a, Si Cæsar in patriã redire properaret. de Mil.111 a, Quæ causa erat, cur Romam properaret? de Sõ.127 b, Quin huc uenire propero. pro Syl.177 b, Properatũ uehemẽter, cum longè tempus muneris abesset. At.284 a, Sed propera per deos, &c. et 244 b, Ego in Pompeianũ properabam. de D.116 b, Ita enim cum magis properant, concludũt, &c. Att.57 a, Hæc properantes scripsimus. Epist.259 b, Sed tã ita uelim, ut ne quid properes. Tusc.164 b, Siue retardabis, siue properabis. I.A.222 a, At ille properans festinansq;, &c. Q.F.304 a, Rogo te, Romam pergas & properes.

Propertius. pro Dom.223 a.

Propino, as. trado, offero. Tusc.169 a, Socrates cum cõiectus in carcerem triginta iussu tyrannorum uenenũ ut sitiens ebibisset, reliquũ sic è poculo eiecit, ut id resonaret. quo so nitu reddito, ridens: Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eũ fuerat deterrimus. Græci enim in cõuiuijs solent nominare, cui poculũ tradituri sunt.

Propinquitas, tis. agnatio, cõiunctio sanguinis uel affinitatis, necessitudo. pro Mu.141 b, pro Qu. 4 b, Si pietate propinquitas colitur, qui affinẽ prodit, impius sit necesse est. pro Pla.264 b, & ad Her.26 b, Qui est cũ illo maximis uinculis et propinquitatis et affinitatis cõiunctus. I.A.186 b, Municipiũ propinquitate propè finitimũ. de In.50 b, Propinquitas loci.)(. Longinquitas loci. Pro-

Propinquus, uicinus, proximè accedẽs, citimus, proximus, finitimus, necessarius, cognatus, cognatiõe cõiunctus, propinquitate coniunctus, qui aliquem cognatione attingit, homines deorum agnatione & gente tenentur. de L.260 b.)(. Longinquus, alienus. de Fin.124 b, Plato, cuius etiam illi hortuli propinqui memoriam mihi afferunt. Pl.Ep.156 a, Et subesse tamẽ propinquis locis celeriter possem. pro S.R.49 b, Præclarũ et propinquum prædium. I.A.237 b, Propinquæ finitimæq; prouinciæ, ut Cilicia & Syria. de Or.125 a, Motus, qui finitimi sunt, & propinqui his. ad He.27 a, Nam graui figura propinqua est sufflata. de Do.94 a, Hector moriẽs propinquam Achilli mortem denunciat. At.151 a, Erat enim spes propinqui reditus. de Inu.83 a, Audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquũ, et tamen uicium est. Or.205 a, Abutimur uerbis propinquis. pro Mil.116 a, Clodius æqualiter in propinquos et in longinquos irruebat. pro Mur.141 b, Virgo uestalis huius propinqua & necessaria. I.A.264 b, Consolemur eorũ propinquos, qui, &c. Off.11 b, Arctior uerò colligatio est societas propinquorũ. pro S.R.34 b, Propinqui cognatiq; optimè cõueniẽtes. pro Qu.18 a, Tibi propior me nemo est. pro Pl.264 b, Qui est cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus.

Propior, us. interior, arctior, iũctior, citerior. I.V.226 b, In quib. erant omnia, quæ sceleri propria sunt, quàm religioni. de In.76 a, Sed hæc uetera, propiora uidemus. pro Sest.11 b, Omnib. sua sibi propiora esse pericula, quã aliena. de Cl.194 b, Pòst aũt causa fuit propior, & cum exitu iunctior. de Cl.104 b, Et dicẽdi ardore eram propior, & ætate coniunctior. pro Qu.18 a, Tibi propior me nemo est. At.234 a, Nos autem alium porrũ propiorem huic ætati uidebamus. Offi.37 a, Prius de ijs rẽb. quæ uirtuti propiores sunt, dixerimus. Of.65 b, Societãs, quæ latissimè patet, &c. interior, & c. propior, &c.

Propitius, a, um. secundus, præsens.)(. Infestus, iratus. Oct.329 b, Fortuna quæ nobis infesta est, fuit aliquãdo propitia. et pro Cæl.46, Huic ego deos propitios, plerig, aũ iratos putat. & I.P.92 b, Dij neq; propitij sunt cuiquã, neq; irati. I.V.61 a, Ita deos mihi uelim propitios, ut cõmoueor animo, &c. de Nat.25 b, Quid enim dicam propitius sit, esse enim propitius potest nemini: ill est, deus. et 55 b, Iratus.)(. Propitius. Attic.28 b, Paria propitia fit. At.134 a, Hunc propitium sperant, illum iratum putant.

Propola, æ. qui mercatur à mercatorib. quod statim uẽdat. Of.30 b, In P.94 a, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinum & propola atq; decupa.

Propono, nis. pono, ante oculos mihi constituo. Atti.125 b, Si quidẽ ille ipse ad eundẽ scribens, in publico propositum fuit epistolã illã. & pro Fl.150 a, Lex tabulas obsignatas in publico poni uult. pro Mu.120 a, Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. & 140 b, Est illud quidẽ exemplum tibi propositũ domi. et ib. Ad imitandum mihi propositũ exemplar illud est. & de Opt. 244 b, Attici nobis propositi sunt ad imitandũ. de Or. 98 a, Explicare uestem, proponere argentũ, tabulas ac signa propalam collocare. At.134 a, et 118 b, Proponere literas in publico cõt. Rul.68 b, Lex in publicũ propo

nitur. et I.P.98 b, Stipendium militibus numeratum est mẽsis palàm propositis. pro Q.9 a, Proponere libellos de aliquo in celeberrimis locis. I.V.124 b, Proponere fidẽ uenalẽ. In V.169 a, Est hic ordo propositus atq; editus in altũ. Of.24 a, Quidã propositis malorũ & bonorum finib. officiũ omne peruertunt. de Or.117 a, Proponere sibi aliquem imitandum. de Am.115 b, Proponere sibi memoriam atq; imaginem alicuius. de Or.97 b, Aduersus alicuius se exercere, uel illius orationem sibi proponere. & ib. Proponere aliquam exercitationem. Or.202 b, His propositũ est placare animos. Ep.16 b, Neq; mihi in omni uita res tam erit ulla proposita, quã ut latẽre, etc. de Cl.195 a, Omni huic sermoni propositũ est, ut laborẽ meũ perspicias. de Cl.167 a, Hoc neque propositũ nobis est hoc loco, neq; necessariũ. In C.118 a, Quæcũq; mihi fortuna proponatur, subibo. pro Cl. 49 b, Putãt enim minus multos laqueos legũ ac iudiciorũ esse propositos. pro Rab. 93 a, Serui, qui libertatis spem propositã nõ habẽt. pro Rab.90 b, Tamen in hac defensione capitis C. Rabirij, proponẽda ratio uidetur esse officij mei. I.A.193 a, Qui sibi bona ciuiũ ad prædã ꝓposuerũt. de In. 55 b, Qui leges scribũt, utilitatẽ reip. sibi proponere debẽt. pro Fl.148 b, Quib. laus, merces, gratia, gratulatio proposita est in impudẽti mendacio. pro Sest.9 b, Mihi propositũ est ostẽdere omnia, etc. Ep. 16 b, Omnib. propositũ esse debet cũ dignitate ocium. pro D.222 a, Mea causa uidebatur perditis ciuib. ad inuidiã esse proposita. Epi.71 b, Omnib. telis fortunæ proposita est uita nostra. de Fi.76 b, Cum improbis pœnã proponitis. Ep.27 b, Proponere aliqd alicui ad timorẽ. & pro Pl.280 a, Cũ mors proponeretur. Ep.5 b, Iniurijs, quæ à Catone propositæ sunt, resistemus. pro Cæl. 54 a, Et cũ huius uobis adolescẽtiã proposueritis, cõsti tuite nobis ante oculos huius etiã miseri senectutẽ. pro Sest. 6 b, Si ora ipsorũ oculis uestris proposueritis. de N.23 b, Cõprehẽde animo, et propone ante oculos deũ, &c. I.C.120 b, Cũ uerò mihi propono regnãtẽ Lentulũ, etc. uersatur mihi ante oculos, etc. cerno animo, etc. uideor mihi uidere, etc. pro Sy.180 b, Et uitã illius ante oculos uestros proponite. Ep.50 b, Hoc idẽ fac ante oculos tuos tibi proponas modò, etc. et ibid. Quæ alijs tute præcipe soles, ea tute tibi subijce, atq; apud animũ tuũ propone, nullum dolor, etc. pro D.215 a, Res erat nõ in opinione dubia, sed in prospectu atq; ante oculos proposito piculo pro Pl.259 b, Sed mihi in causa facili perdifficilis defensiõis ratio proponitur. At.197 a, Ciceroni uelim hoc proponas, ut accõmodet, etc. de Or.137 b, Digredi ab eo q̃ proposueris. Or. 209 b, Proponere quod dictu rus sis. pro Põ.7 a, Quod mihi ego extremũ proposuerã, cũ essẽ de belli genere dicturus. Ep.14 a, Illa sequor quæ paulo antè proposui. et 251 a, Extremũ illud est de ijs quæ proposuerã. de Cl.184 a, Curio cũ tria proposuisset, aut quartũ addebat, aut tertiũ quærebat. et 186 b, Cẽsorius quod proposuerat, explicãs expedite. de Or. 124 b, Proponi oportet quid asseras, & id quare ita sit, ostẽdere. et 90 b, Si cuipiã nimis infinitũ uidetur quod ita proposui, quacũq; de re, etc. et 128 b, Aliquid nõ effici ex propositis, nec esse consequens. & 96 b, Ab eo quod tibi proposueris, minus aberrare. Tusc.149 b, Ponere iubebã de quo qs audire uellet. i. proponere. In A. 193 b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psallo, lis. fidibus cano, lyram pulso. I. C. 109 d, Pueri lepidi ac delicati, qui cantare & psallere didicerunt.

Psaltria, triæ. mulier fidibus docta. pro Sest. 25 d, Qui in cœtu mulierum pro psaltria adducitur. & Tusc. 200 b, Psaltriam adducamus.

Psalterium, terij. fides, lyra. sunt tamen quib. hic placeat psaltrius, trij. qui Græcè ψάλτης uel ψάλτος dicitur: id est, fidicen. de Ar. 254 d, A' Strophio, ab psaltrio, etc.

Psephisma, tis. decretum. pro Fl. 149 b, Porrexerunt manus, psephisma natũ est. pro Fl. 149 d, Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur psephismata, non sententijs nec autoritatibus declarata, &c. & 161 b, Possem recitare psephisma Smyrnæorum, quod fecerunt in Castritium mortuum.

Ψευδησιόδειον. quod falsò Hesiodo adscribitur. Att. 14 b.

Pseudocato. fictus Cato. At. 10 d.

Pseudodamasippus. Ep. 106 d, Si enim Damasippus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sententiâ non manebit, aliquem pseudodamasippum uel cum iactura reperiemus: id est, ficlum Damasippum.

Pseudomenos. mentiens, fallax. de D. 110 b, Quomodo autem mentientem dissoluas, quem pseudomenon uocant. l. Sorites.

Pseudophilippus, pi. falsus uel fictus Philippus. contra Rul. 84. a.

Pseudothyrus, ri. falsa ianua, alij posticum uocãt. Postred. 207 a, Non ianua receptis, sed pseudothyro intromissis uoluptatibus. In V. 118 b, Ea quemadmodum ad istum pseudothyrum postea reuertatur, tabulis uobis & testibus iudices planum faciam.

Psychomantia, tiorum. de D. 108 a, Nec psychomantiam agnosco. l. Necromantia.

Psychomantium, tij. locus uaticinationum. Tus. 173 b.

Pte. At. 96 a, Qu. puer suapte pie sanè me quidem hortante matrem patri suo reconciliauit. de Nat. 15 a, Suopte pondere deorsum ferri. de Or. 143 b, Crassus suapte interfectus manu. de Or. 117 b, & 212 b, Suapte natura facere aliquid.

Ptolemais. urbs. Ep. 7.

Ptolemæium Gymnasium. de Fin. 124 a.

Puber, ris. adolescens. Of. 26 a, Nostro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. & de Ora. 119 b, Pater filium puberem habens.

Pubertas, tis. pili qui primi puberibus efflorescunt. de Nat. 43 a, Vt si quis dentes & pubertatem natura dicat existere.

Pubes, bis puber. pro Rab. 97 a, Nemo pubes tum fuit, quin arma ceperit. & pro Mil. 113 a, Ea potestas, cui senatus omnem Italiæ pubem commiserat.

Pubesco, scis. adolesco. Of. 24 a, Hercules cum primùm pubesceret, exisse in solitudinem dicitur. de N. 2 a, Cœli mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat maturata pubescunt. de N. 34 a, Sol efficit ut omnia floreant, & in suo quæq; genere pubescant. & 36 a, Multa quib. animantes alantur, augescantq; & pubescant. Tusc. 162 b, Vites lætificæ pampinis pubescere.

Publicana, næ. in V. 165 a, Mulierculæ publicanæ.

Publicanus, ni. qui uectigal exercet & exigit, uectigalis. pro Pl. 263 b, Flos equitum Rom. publicanorum ordine continetur. pro Pom. 6 b, Publicanorum familiæ, quas in Salinis habent. Ep. 207 a, Ordo publicanorum. & pro Dom. 227 b, Ordo equester: id est, publicani. At. 17 a, Cato publicanos tertium iam mensem uexat. Att. 76 a, Tu autem sæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magistros scripturæ. Qu. Fr. 291 a, Improbum negociatorem, paulò cupidiorem publicanum comprimere non possis. Qu. Fr. 296 b, Qui pendere ipsi uectigal sine publicano non potuerunt.

Publicatio, onis. proscriptio. In Cat. 120 b, Adiungit etiam publicationem. & pro Plan. 280 a, Cum publicatio bonorum proponeretur.

Publicè. uulgò. (. Priuatim. At. 159 a, Publicè tamen scripsi. & pro S. R. 37 b, Res tanta, quæ publicè gesta atq; commissa sit.

Publicus uates. de D. 104 a, & 132.

Publico, as. publicũ facio, præconi publico subijcio. contra Rul. 77 b, Priuata publicare, publica liberare. et 62 b, Agros, quos ipsis libeat, publicare. pro Sest. 16 a, Vt

rex cum bonis omnib. publicaretur. & pro Dom. 217 a, Qui Ptolemæum regem Cypri causa incognita publicasses. In Cat. 119 b, Bona præterea publicari iubet. & At. 280 b, Publicata bona. de In. 74 a, Lex, si quæ nostra nauis in portu deprehensa sit, publicetur. et ibid. Nauim ex lege populi esse oportet.

Publicus, a, um. communis. de In. 51 a, Publicum est quod ciuitas uniuersa aliqua de causa frequentat. & ibidem: Publicum commune, singulare. I. V. 163 b, Recita literas publicas. & 164 a, Testimonium publicum. pro Cla. 33 a, Ipse è publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus est. contra Rul. 73 b, Sunt loca publica urbis, sunt sacella, &c. & pro Dom. 235 b, Communia loca. pro Cl. 59 a, Res communis municipij: id est, respublica. contra Rul. 82 b, Agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemit. pro Mil. 115 b, Memoria publica recensionis tabulis publicis continetur. pro S. R. 28 a, Antea causam publicam nullam dixi. I. V. 254. b, & 131 b, In publico esse non audet. contra Rull. 68 b, Lex in publicum proponitur. Topic. 223 b, Litora omnia publica esse. Att. 88 a, Nos publicam propè opinionem secuti sumus. Attic. 123 b, Proponere epistolam in publico. In Verr. 112 a, Communis fama atq; sermo. pro Flac. 148 b, Si quid ipsi audistis communi fama atque sermone de ui, de armis, etc. In Ver. 158 a, Autorem rumorem habetis, sermonemq; omnium. & 120 a, Res in ore atq; in sermone omnium cœpit esse. Qu. Fr. Hic te ita uersari, ut & publicanis satisfacias, præsertim publicis male redemptis: publicis, intellige uectigalibus, seu, rebus.

Pudendus, a, um. In Ant. 195 a, Vt iam pudendum sit, hoc nestiora esse legionum decreta quàm senatus.

Pudens, tis. uerecundus. In Ver. 76 b, Nec impudentis fuæ pudentem finem quæsiuit. pro Flac. 156 b, Pudentissimus atq; optimus uir. & Epist. 20 a, Homo pudens. In Ver. 184 a, Nauus & pudens & probus filius & 95 b, Pudentissima fœmina. ad Her. 20 b, Risus pudens & liberalis. In Ant. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.

Prudenter. uerecundè. In Vat. 30 a, Pudenter uiuere. & de Or. 142 a, Pudenter facere aliquid. & pro Qu. 6 b, Pudenter appellare aliquem. & Ep. 108 a, Patrum pudenter rogare aliquem.

Pudentius, adu. de Or. 142 a.

Pudentissimè. Att. 261.

Pudet, bat. pudore afficior, erubesco. de Oratore, 95 a, Non enim pudendo, sed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. Orator. 210 b, Versus ille qui uetat artem pudere perloqui, quam facilitas. pro Flac. 157 a, Non'ne esset puditum, si hanc causam agerent seuerè legatum suum dici Mæandrium. de Clar. 181 b, Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. In Verr. 72 b, Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. et 263 b, Non te huiuscemodi crimine maximè eius puderet pro Arch. 188 a, Me autem quid pudeat? qui &c. de Orator. 88 b, Et hæc ætas nostra quòd interdum pudet, iuxis ignera est. & 95 a, Quem non pudet, hunc pœna dignum puto. de Nat. 23 a, Puderet me dicere non intelligere, si uos ipsi intelligeretis. In P. 92 b, Crassè pudet me tui.

Orat.

Or. 211 b, Patris mei meum factum pudet. pro meorũ factorũ. de D. 115 b, Pudet me, non tui, sed Chrysippi. & I. A. 229 a, Cuius eos nõ pudere miror. & 241 a, Pudet optimi exercitus, qui, &c. pro Do. 219 a, Me non solum piget stultitiæ meæ, sed etiã pudet. Ep. 51 a, Plura me adte de hac re scribere pudet, ne uidear prudẽtiæ tuæ diffidere. de Fi. 65 b, Quasi me pudeat istorum. Tusc. 177 b, Magis esset pudendũ, si, &c. Qu. F. 295 b, Non me hoc tam dicere pudebit. de Leg. 166 a, Ac me nimirum istorum philosophorum pudet.

Pudicitia, æ. pudor. de Ar. 245 b, An ex sororis cubiculo egressus, pudorẽ pudicitiamq; defendat. pro Cæl. 40 b, Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienã. & 47 b, Expugnare pudicitiam. pro Cluen. 20 a, Eam non pudor, non pudicitia à cupiditate reuocauit. pro R. 92 a, Hunc nec suæ nec alienæ pudicitiæ pepercisse. pro Mil. 103 a, Eripere pudicitiam alicui. de L. 166 a, Erubescunt pudici etiam, loqui de pudicitia. sic enim corrigẽdus est hic locus in uerbo Erubesco, quod tunc nõ animaduertimus.

Pudicus, a, um. uerecũdus, castus. Oct. 331 b, Audiet C. Marius impudico domino seruire nos, qui ne militẽ quidẽ habere uoluit nisi pudicum. & I. A. 166 b, & de Legib. 166 a, & Tus. 225 a, l. Impuritas. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.

Pudor, ris. uerecundia, robur, ingenuitas, modestia.) (. Petulantia. Tus. 213 a, Ex quo fit, ut pudorem rubor consequatur. et de Fin. 88 a, Pudor moderator cupiditatis. pro S. R. 43 b, Pudor, qui ornat ætatẽ. de Or. 95 a, Fuit enim mirificus quidã in Crasso pudor. et 109 a, Quam tum illius ætatis patiebatur pudor. & ib. b, Tus. Pudore à dicẽdo & timiditate ingenua quãdã refugisti. de Pro. 71 b, Homo in quo aliquis si non famæ pudor, at supplicij timor est. de Or. at. 125 a, Nulla pudoris significatio. pro Pl. 264 b, Adolescẽtis modestissimi pudor. Ep. 74 b, Non dimittã pudorem in rogãdo meum. pro Cl. 20 a, Quem non pudor, nõ pudicitia à cupiditate reuocauit. & de Aru. 245 b, Pudorem pudicitiamq; defendere.

Puella, læ. Att. 4 a, De tutela legitima, in quæ dicitur esse puella, nihil usucapi potest.

Puer, ri. Or. 207 b, Nescire aũt quid antequàm natus sis, accideris, est semper esse puerum. pro Ar. 186 a, Vt primùm ex pueris excesserit Archias. pro S. R. 44 a, Infantiæ puerorum incunabula. I. A. 169 a, Puer emptus libidinis causa. de Cl. 175 a, C. Gracchus doctus à puero. & Tusc. 240 b, Homo doctus à puero. & Ep. 210 b, Idq; à puero. & I. A. 210 a, Ab ineunte ætate. Attic. 11 a, Eunti mihi Antium, uenit obuiã puer tuus, is mihi literas à te reddidit. & 57 a, Sed iam subitò fratris puer proficisce batur. At. 41 a, Eo die pueri tui mihi à te literas reddidit, & alij pueri post diẽ tertiũ eius diei literas alias attulerũt. de Or. 85 a, Ad eas artes, ob. à pueris dediti fuimus. At. 274 a, Cæsaris pueri mirifica indoles uirtutis.

Puerilis, le. de Orato. 118 a, Exercitatio penè puerilis. & pro Arch. 186 a, Aetas puerilis. & de Fi. 63 b, Delectatio puerilis. de D. 110 a, Is autem Tages puerili specie dicitur uisus.

Pueriliter, stultè. Acad. 9 b, Nam cum dicunt hoc se unum tollere, faciunt pueriliter. & 14 b, & de Fin. 52 b.

Puericia, tiæ. primũ tempus ætatis, primus actus uitæ, ætatis tyrocinij, ineuntis ætatis disciplina, ex pueris excedere. pro Pom. 9 a, Pompeius è ludo atq; puericiæ disciplina in militiæ disciplinã profectus est. & ibid. Qui extrema puericia miles fuit summi imperatoris. de Sen. 78 a, et 83 b, Qui enim citius adolescẽtiæ senectus, quã puericiæ adolescẽtia obrepit? de Off. 130 b, & 64 b, & 65 a, Qui me à puericia sua semper obseruauit. et 52 a, & 8 b, Quæ mihi à puericia tua cognita est. A paruis: id est, à puericia. l. Paruus.

Puerulus, li. pusio. pro S. R. 38 b, Puerulos. & Top. 222 a, Puerulorum.

Pugil, lis. athleta. de Cla. 187 a, Pugiles inexercitati etiam si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possũt, solẽ tamen sæpe ferre nõ possunt. Att. 210 a, Carneades προβολὴν pugilis, retentionẽ aurigæ similem facit. pro Fl. 152 b, Acinas pugil Olympionices. Tus. 183 b, Pugiles cestibus contusi, ne ingemiscunt quidẽ. & 187 a, Pugiles etiam cum feriunt aduersarium in iactandis cestib. ingemiscunt.

Pugilatio, onis. pugilum exercitatio. de L. 177 b, Cursus, pugilatio, luctatio.

Pugio, onis. gladius breuis, sica. In A. 165 b, & 166 a, Brutus cruentum altè extollẽs mucronem. & ibidem: Qui stillantem præ se pugionem tulit. de Fi. 117 a, O plumbeum pugionem. & Epi. 56 b, A P. Magio pugione percussum esse. At. 38 b, Scriba Bibuli pugionẽ mihi à Bibulo attulit.

Pugiunculus, li. Ora. 219 a, In ijs quibus ut pugiunculis uti oportet.

Pugna, næ. prælium. I. C. 112 a, Tum interuentu Pontini pugna, quæ erat commissa sedatur. I. V. 241 b, Nõnunquã etiam res ad manus atq; ad pugnã ueniebat. pro Mi. 112 a, Incerti exitus pugnarũ, Marsq; communis. pro Mur. 132 a, Pugna Pompeij, quæ cũ rege commissa est, et summa cõtentione pugnata. & ibi. Acerrima pugna. de D. 130 a, Hic uerò quãta pugna est doctissimorũ hominũ. I. V. 228 b, Pugna equestris Agathoclis regis. de D. 119 b, Lacedæmoniorum mala pugna in Leuctris.

Pugnaciter. pertinaciter. Aca. 17 a, Certare cum aliquo pugnaciter. & 3 a, Pugnacissimè defendere suam sententiam.

Pugnax, cis. pertinax, bellicosus. de Ora. 92 b, Carneades dicere solebat, me sibi perfacilè in dicẽdo, te perpugnacem in disputando esse uisum. & 138 a, Exordiũ dicendi uehemẽs & pugnax. de Cl. 175 b, Oratio pugnax. (. Oratio placata. Epistol. 122 b, Pugna in uitijs. I. P. 94 b, Græcus facilis & ualde uenustus, nimis pugnax cõtra senatorem populi Rom. esse uoluit. I. A. 219 a, Saxa centurio pugnax & lacertosus.

Pugno, as. dimico, certo, decerto, cerno. cõgredior, depugno, cõtrarius sum. pro Cor. 59 a, Qui cũ hoste nostro cominus in acie sæpe pugnauit, p Mu. 132 a, Pugna quæ cũ rege cõmissa est. & summa cõtentione pugnata. Of. 74 a, Cum consulib. malè pugnatũ apud Claudiũ esset. At. 105 a, Nisi fortè hæc illi tũ arma dedimus, ut nùc cũ bene parato pugnaremus. Epi. 77 a, Quauis cõditione pacẽ accipere malui, quàm utrib. cũ ualẽtiore pugnare. de In. 48 a, Pugnare pro cõmodis patriæ. (. Oppugnare. de Or. 105 a, Sed ego ne cũ ijs quidẽ arte pugno. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

N.60 d, Videtur Epicurus de ijs immortalib. nõ magno pere pugnare. Ac.15 a, Hic pugnes licet, nõ repugnabo. de Fi.79 a, Pugnant Stoici cum Peripateticis. & 88 b, Sed hæc inter se pugnãt. Tus.250 b, Pugnãtia te log nõ uides? & ib. Quid enim tã pugnat? Or.200 d, b, Cõferre pugnãtia, & cõparare contraria. I.A.164 a, Tota in oratione tecũ pugnas, & non modò non cohærentia inter se dicis, sed maximè disiũcta atq; cõtraria. Ep.40 b, Illud pugna & enitere, ne, &c. pro S.R. 19 b, Nihil aliud ago, nisi, ut, &c. & ibi. Hoc solum pugno, ut, &c.

Pugnus, gni. de Cl.187 a, Pugiles exercitati pugnos & plagas ferre possunt. I.V.159 b, Pugnis et calcib. cõscindere aliquẽ. Par.120 a, Quando uerbis cõtendimus inter nos, nõ pugnis. Tus.243 b, Certare pugnis, calcibus, unguib. morsu. Orat.207 a, Comprimere digitos, pugnumq; facere. et Ac.36 b, Pugnam facere, & pugnum arctè uehementerq; comprimere. de Fi.67 a, Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno simulem dicebat.

Pulchellus, a, um. Att.12 b, Surgit pulchellus puer. & de Ora.133 a, Audiamus pulchellum puerum. Ep.106 d, At pulchellæ sunt.

Pulcher, a, um formosus, decorus, præclarus, uisendus, insignis, egregia forma, in quo forma est, species est liberalis, egregia facie, eximia facie. Of.29 d, O' puerum pulchrũ Pericle. & Tus.240 d, Suum cuiq; pulchrũ est, tetua, me delectãt mea. pro Mur. 129 b, Ne pulchrũ te ac beatũ putes. Tus.240 a, Puer egregia forma. i. pulcher. & in Ver. 252 d, Mulier eximia facie. de Sen. 88 d, Vua quid potest esse tũ fructu lætius, tum aspectu pulchrius?

Pulchrè. probè, præclarè. de D.115 b, Proxima hostia litatur sæpe pulcherrimè. de N. 23 b, Mihi pulchrè est, ego beatus sum. de Fi.77 b, At quàm pulchrè dicere uidebare. Or.219 d, Pulchrè & oratorie dicere. pro Cl.32 d, Is pulchrè assecuerat se, &c. Epi.157 d, Lepidũ pulchrè noram. & 51 d, Pulcherrimè ferre fortunam aduersam.

Pulchritudo, nis. forma, species, dignitas, forma & species liberalis. Tus.215 b, Vt corporis est quædã apta figura mẽbrorũ, cũ coloris quadã suauitate, eaq; pulchritudo dicitur: sic in animo, etc. de In.62 d, Excellens muliebris formæ pulchritudo. de Or.149 b, Si illã præclaram & eximiã speciem oratoris perfecti, & pulchritudinẽ adamastis. de Finib.75 b, Honestum pulchritudine sua, specieq; laudabile est. Tus.215 b, Pulchritudo est apta figura membrorũ cũ coloris quadã suauitate. Off. 20 d, Pulchritudo corporis apta cõpositione mẽbrorũ mouet oculos, & delectat hoc ipso quòd inter se omnes partes cũ quodã lepore consentiunt. de Or.159 b, Hæc tantã habet pulchritudinẽ, ut nulla species ne excogitari quidẽ possit ornatior. Off. 40 b, Quis nõ admiretur splẽdorẽ pulchritudinẽq; uirtutis? I.P.96 b, Habet hoc uirtus, ut species eius & pulchritudo etiã in hoste posita delectet. de D. 91 d, Mulier eximia pulchritudine. de D.85 d, Veneris Cnidiæ Coæq; pulchritudo. & de Off. 54 d, Oris pulchritudo. Of.3 b, Nullũ aliud animal pulchritudinẽ, uenustatẽ, conuenientiã partiũ sentit. Of.19 b, Venustas & pulchritudo corporis secerni nõ potest à ualetudine. & 26 d, Pulchritudinis duo genera sunt, quorũ in altero uenustas est, in altero dignitas: uetustatem muliebrẽ dicere debemus, dignitatem uirilem.

Pulcium, leij. uel Pulegium, gij. de D. 115 d, Pulciũ aridũ

floresce re dicitur ipso brumali die. Epl.166 d, Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est.

Pullarius, rij. de D.123 b, Attulit in cauea pullos, is qui ex eo nominatur pullarius. cont. Rul. 72 b, Iubet auspicij causa Decemuiros habere pullarios. Ep.li. 10.151 d, Oblata religio Cornuto est, pullariorum admonitu.

Pullus, a, um. ater. In Va.35 d, Vt in epulo Qu. Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes. & ibi. Quis unquam cœnauit atratus? I.V.212 b, Verres cũ tunica pulla & pallio.

Pullus, li. tener uolucris. de D.121 b, De N.27 b, Cũ cauea liberati pulli nõ pascerentur. & 50 b, Ex ouis pulli orti relinquũt eas, à quib. exclusi fœtiq; sunt. et 52 d, Cũ galli næ ex ouis pullos excluserũt. Ep.138 d, Pullus colũbin⁹. Qu.F.300 b, Licinius plagiarius cũ suo pullo miluino.

Pulmentum, ti. obsonium. Tus.246 d, Mihi cubile terra, pulmentum fames.

Pulmo, onis. de D.98 d, Cur pulmo incisus in extis proferat diẽ. & 114 b, Tauri optimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod possit, &c. & de N.21 d, Cerebrum, cor, pulmones, iecur. de N.53 d, In pulmonib. est raritas quædam, et assimilis spongiæ mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima, quitũ se contrahũt aspirantes, tum spiritu dilatãt, ut frequẽter ducatur cibus animalis, quo maximè alũtur animantes. de N.53 d, Aspera arteria ad pulmones usq; pertinẽs excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemq; à pulmonib. respirat. Tus.156 d, & 184 b, Quod fieri sine laterum & pulmonum ui & figura non potest.

Pulmones. pro pulmone dicere, intellectio figura est. ad Her.34 b.

Puls, tis. de D. 123 b, Si auis fame enecta in offam pultis inuadit, hoc tu auspicium putas?

Pulsatio, onis. uerberatio. pro Cel.42 d, De Alexãdrinorum pulsatione Puteolana. & ad Her.14 d.

Pulso, as. uerbero. I.V.122 d, Si quis eum pulsasset, edixit se iudiciũ iniuriarum non daturum. pro Cel. 41 d, Aiebant fore testem senatorũ, qui se pulsatum à Cælio dicret. I.V.161 b, 264 b, Videtis pẽdere alios ex arbore, pulsari alios atq; uerberari. ad He.17 d, Pueri tui modò me pulsauerũt. de Na.24 d, Cùm Deus pulsetur agiteturq; incursione atomorum. de Di.133 b, Animos externa & aduentitia uisione pulsari. de Or.163 d, Nerui in fidib. à motu digitorum pulsi.

Pulsus, sus. motus, agitatio. Tusc.159 b, Inanimũ est quod pulsu agitatur externo. de D.132 b, Siue externus & aduentitius pulsus animos dormientiũ cõmouet, siue per se ipsi animi mouẽtur. & 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsus imaginum. de Orat. 97 b, Intermisso impetu pulsuq; remorum. de Na.32 d, Ex se & suis sponte moueri.)(. Agitari ab alio & externo pulsu.

Puluerulentus, a, um. At.75 b, Nunc iter faciebam æstuosa & puluerulenta uia.

Puluinar, ris. lectus quadam religiõe in templo positus, & cõsecratus dijs. I.C.116 d, Ad omnia puluinaria supplicatio decreta est. Tusc.210 d, Puluinaria deorum. de Ar.245 b, Qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulit. pro Do. 240 b, Ea aram & ædiculam, & puluinar sub saxo sacro dedicauit. de Ar.250 d, Qui sacerdotẽ ab ipsis

ipsis aris puluinaribusq; detraxisti. I.A. 281 d, Diuus Iulius habuit puluinar, simulachrũ, fastigium, flaminem.

Puluinus, ni. lectulus, quo utimur ut commodius sedeamus. un coßmo, de Or.87 d, Tum Crassum puluinos poposcisse, & omnes in ijs sedib. quæ erant sub platano, consedisse dicebat. In V.241 d, Lectica in qua erat puluinus, Melitensi rosa fractus. Ep. 138 d, Sella tibi erit in ludo, eam puluinus sequetur.

Puluis, eris. Q.F.318 b, Eo loco puluis, non glarea iniecta est. de In. 52 d, Multus erat in calceis puluis. de Na.53 d, Eruditus puluis mathematicorũ. de Ora.97 b, Educere dictionem ex umbratili exercitatione in puluerẽ, &c.

Punctum, cti. momentum. Acad. 29 d, Punctum est quod magnitudinem nullam habet. pro Clu.25 b, Neq; postea Larini punctum est temporis commoratus. pro Fla.158 b, Vniuersorum ciuium Romanorum per tot urbes uno puncto temporis misera crudelisq; cædes. & pro Pom. 5 b, Vno tempore. & pro D.236 b, Eodem puncto temporis, quo, etc. pro Sest.15 d, Dic dico ĩmò hora atq; etiã puncto tẽporis eodẽ. de N.12 d, Nullo pũcto temporis intermisso uersari circũ axem cœli. & 14 b, Omnibus minimis temporũ punctis. Ep.82 b, Quare ne punctum quidẽ tẽporis in ista fortuna fuisses, nisi, &c. I.A. 218 d, Ne punctum quidem temporis oppugnatio respirauit. I.V. 97 d, Ille nullum temporis punctũ uacuũ peccato præterire passus est. I.C.119 b, Eos puncto tẽporis uiuere non oportere puto. de N. 28 d, Consules summũ imperiũ statim deponere maluerũt, quã id tenere punctum temporis cõtra religionem. Tusc. 163 b, & Ep.82 b, Hoc enim fit ad punctũ temporis. I.A.166 d, Attẽde enim paulisper, cogitationẽq; sobrij hominis ad pũctũ tẽporis suscipe. I.A. 181 d, Hunc diem, hoc punctum tẽporis, quo loquor, defende si potes. de Leg.182 d, Leges uno uersiculo senatus, puncto temporis sublatæ.

Puncta. pro suffragijs. pro Mu. 141 d, Recordor quãtum hæ quæstiones in senatu habitæ punctorũ nobis detraxerint. pro Pl.270 d, At nõnullas trib. punctis penè totidem tulerũt. & ib. b, Quot in ea tribu puncta tuleris. Tus.188 b, Punctis singulis honores colligere.

Puncta argumentorũ: id est, capita præcipua, uel cõclusiones ipsæ. de Or.124 b, Parad.116 d, Cato neq; dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis quasi punctis quod proposuit, efficit.

Pungo, is. perstringo, stimulo, stimulũ admoueo, stimulis fodio. pro Sest. 8 b, Gladius qui per se pungere non potuisset. et de Fi.107 b, Pungunt quasi aculeis, interrogatiũculis angustis. pro S.R. 19 b, Hũc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctesq; stimulat ac pungit. Tus.248 d, Quos tamẽ pungit aliquid, cũ illa unde haberent recordãtur. Atti.31 d, Primùm epistola illa ita me pupugit, ut somnũ mihi ademerit. & Ep.25 d, Extrema pagella pupugit me. & 102 d, Pungit me rursus, quod scribis, &c. pro Mil. 114 b, Vulnus in latere, quod acupunctum uideretur. pro ictu gladiatoris putari.

Punicanus, a, um. pro Mu. 142 d, Atq; ille strauit pellículis hœdinis lectulos punicanos.

Punicus, a, um. Tus.201 b, Bellum Punicum.

Punio, is. punior, uindico, castigo, plecto, ulciscor, pœna uel supplicio afficio, supplicio cõstringo, animaduerto, pœnam uel supplicium sumo, supplicium adhibeo, sup-

plicio uindico, suppliciũ alicui soluo, mulctam uel pœnam irrogo, pœnam alicui tribuo, supplicium inhibeo, exemplũ in aliquem edo. de Or.103 d, Iracundia est cupiditas puniẽdi doloris. l. Punitor. et Of.18 d, Prohibẽda est aũt ira in puniẽdo. & 16 d, Punire fontes. & pro Ce.286 d, Punire maleficium. & pro Mi.104 b, Hoc fãcinus puniendum est. pro Do. 228 b, Tu eum supplicio puniendũ putasti. de In.72 b, Postea leuius demonstrãdo reũ puniũ, quàm fit ille promeritus. pro Mil. 118 d, Vos aliquãdo ad eum puniendum oculos aperuistis. de Aru. 247 d, Senatus meam domum à magistratibus defendẽdã, à iudicib. puniẽdã putauit. pro Cl. 53 b, Oppianicus pœna affectus pro maleficijs. de In. 70 b, Vindicatio est per quã peccata punimus. Of.7 b, Est enim ulciscẽdi & puniendi modus. pro Mi.108 d, Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimũ multo crudelius etiã punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare.

Puniens, tis. Tus. 204 b, Quid ille Terentianus, ipse puniens: id est, ἑαυτοντιμωρούμενος.

Punior, iris. punio. de In.72 d, b, Tum leges quoq; et iudicia demonstrandæ sunt, per quæ potuerit id peccatum, quod sponte sua reus punitus sit, morib. & iudicio uindicari. pro Mil.108 d, Cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare. Philip.8, Vt clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem. (tor doloris sui.

Punitor, oris. pro Mil.180 d, At fuit ultor iniuriæ, puni-

Pupilla, æ. de N.54 b, Acies ipsa quam cernimus quæ pupilla uocatur, ita parua est, ut quæ nocere possint, facile uitet.

Pupillus, li. impuber, qui desijt esse in patris potestate, uel morte, uel emãcipatione, ut Põ. ait, de Ver. sig. I.V. 107 d, Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. pro Qu.R.47 b, Pupillum fraudare qui in tutelã peruenit.

Pupinia, æ. regio. contra Rul. 85 b.

Puppis, pis. nauis pars posterior. de Or.159 d, In nauigio latera, carinæ, prora, puppis. de Sen. 80 b, Gubernator sedens in puppi, clauum tenet. & Ep.134 b, Sedebamus enim in puppi, clauumq; tenebamus. de D. 103 d, Et ex Taygeto monte extrema mõtis quasi puppis aulsa est. At.210 b, Conuertere nauem ad puppim.

Prora & puppis. prouerbium. l. Prora.

Purè, castè, simpliciter, candidè. de Op.143 d, Purè et emẽdatè loqui. At.7 d, Purè loqui. de Or.96 b, Purè et Latinè loqui. de Sen.79 b, Quietè, purè & eleganter acta ætas. de N.1 b, Purè & castè deos uenerari.

Purgatio, satisfactio, excusatio. pro Syl.174 b, Nã cuius scientia de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. de In.45 b, Purgatio est cum factum cõceditur, culpa remouetur. de N.71 d, Aesculapius primus alui purgationẽ inuenit. Ep. 262 d, Inedia, & purgationibus & ui ipsius morbi consumptus es.

Purgo, as. expurgo, excuso, satisfacio. Tus.241 d, Immissi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locũ. Itẽ, Educ tecum omnes tuos, purga urbẽ. pro Sest. 20 d, Tu cædem maximam faciasti? rum purges. de N.51 d, Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curãt. et ibid. b, Ceruæ paulò ante partum perpurgãt se quadã herba, quæ seselis dicitur. de D.83 b, Quid scamoneæ radix ad purgãdũ possit. pro S.R.38 b, Seruos ipsos neq; arguo,

neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; purgo.Ep.198 b, Quòd te mihi de Sempronio purgas,accipio excusationẽ. At.19 b, Qu.Frater purgat se mihi per literas.At.207 a,Brutus per literas purgat Cæsarẽ de interitu Marcelli. & pro S.R.24 b, De luxuria purgauit Erutius.At.46 a, Nam quòd purgas eos,etc. I.A.261 b,Si parum uobis essem sine defensione purgatus.Qu.de Pe.210 a, Si quis tibi se purgare uolet,quod suspectũ esse arbitretur.Or.219 b,Ab aliquo cui te purges,ueniã petere.& Ep.108 a,Libẽter tibi me purgassem. & 214 a,Purgare alicui de aliqua re. & 412.

Purpura,ræ. ruber color et splendens,qualis ferè est rosæ, uel uestis eius coloris, à purpura pisce, cuius succo uestes tingebãtur.l. Cõchylæ.I.C.105 b,Qui nitẽt unguẽtis,qui fulgẽt purpura.et pro Fl.161 a,Purpura Tyria. & I.V.265 b, I.V.213 a,Ipse dabat purpurã,amici opera.& ibi.Nihil nisi cõchylio tinctum.pro Cl.40 b,Illa usq; ad talos demissa purpura. pro Sest.6 b,Vestitus aspher nostra hac purpura plebeia ac penè fusca. Or.216 a,Numeros cum numeris tanquam purpuram misceri.

Purpurascere, purpureum fieri. Ac.li.2.apud Nonium. Quid mare? nónne cæruleum,aut eius unda,cum pulsa remis purpurascit?

Purpuratus,a,um. cõchyliatus,purpura ornatus.Tusc. 170 b, Istis quæso ista horribilia minitare purpuratis tuis. Quid Cyrenæũ Theodorũ philosophum nõ ignobilem nónne miramur? cui cum Lysimachus rex crucẽ minaretur, Istis quæso,inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis.I.C.4, Cũ uerò mihi proposui regnantem purpuratum esse hunc Gabinium.

Purpureus, a, um. I.V. 242 a,Iste cum pallio purpureo tunicaq; talari uersabatur in conuiuijs.de D.105 a, Cæsar cum purpureaueste processit.& 116 a,Cæsar cum uestitu purpureo, &c. Ac. 26 b,Mare purpureum.

Purus, a, um.mũdus, castus,inuiolatus,integer,liquidus. I.V.211 a, Argentũ illi cæterum purum apposuit,ne purus ipse relinqueretur.pro Cec. 300 a, Quicquid inde hauriás.purum liquidumq; te haurire sentias.de Arusp. 245 b, Nulla in hac urbe domus ab hac religionis suspicione tã uacua atq; pura est.de Se.89 b,Humus sublata atq; pura. de D.105 b,et Tus.158 a,Castus animus et purus.de Se.93 b, Animus omni admistione corporis liberatus,purus et integer esse cœpit.et pro Mi.113 a,Pura atq; integra mens.de Na.34 a, Aer purus ac tenuis.)(. Crassus & cõcretus.de Ar. 256 b,Clodius tantũ abest à principib. quantũ à puris et religiosis.et pro Q.R.47 b,Vir pur⁹,prudẽs,etc.201 b,Lenitas orationis et puritas quasi quoddam & candidũ genus dicendi,de Cl. 189 a, Nihil est in historia pura & illustri breuitate dulcius.

Pusillus, a, um.paruus,breuis. At.69 a,Habuimus in Tusculano quasi pusillã Romã, tanta erat in his locis multitudo.et 195 a,Villula ualde pusilla. Ep.29 a,Illud uerò pusilli animi,etc.de Or.131 b,Pusillus testis processit.et ib.Perpusillum rogabo. At.89 a,& 281 b,Pusilla epistola.Ep.104 b,Nactus pusillum laxamẽti,&c.Ep.li.5,Pusilli homines.)(.Potẽtissimi.I.V.4.,Libelli pusilli,&c.

Pusio,onis,puerulus.pro Cæ.45 a,Qui tecũ semper pusio cum maiore sorore cubitauit.Tusc.160 a,Socrates pusionem quendam interrogat, &c.

Putamen,nis. nucis crusta.Tusc.239 b,Candentibus iuglandium putaminibus barbam & capillum adurere.

Putatio,onis.de Ora.106 b,Nemo nescit quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac uitium.

Puteal,lis.operculum quale puteis imponi solet,& locus in Comitio Romæ.de D. 78 a,Cotem illam et nouaculã defossam in Comitio, supraq; impositum puteal accepimus.pro Sest.6 b,Puteali, & fœneratorũ gregib.instatus.Ac.li.15 b,Præterea typos tibi mando quos in tecto rio atrioli possim includere, & putealia sigilla,& putealia sigilla. Legitur etiam plutealia sigilla,& putealia sigilla.

Puteo,es.malè oleo. Ac.li.2, Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere uidetur. Nonius.

Puteolanus,a,um.I.A.216 a, Aquæ Puteolanæ.

Puteoli,orũ.opp.pro Pl. 273 a, Cũ Puteolos uenissẽ,me unũ ex ijs feci, qui ad aquas uenissent.contra Rul. 83 a.

Puteus.tei.de Pro.70 a,Virgines se in puteos abiecerũt. et de D.113 b,114 a, Quale Pherecydeũ illud,quod est à te dictum: Qui cum aquam uidisset ex puteo haustam, terræmotum dixit futurum.Item:Haurire aquam de iugi puteo.de N. 31 a, Ex puteis iugib.aquã calidã trahi.

Putidè.fastidiosè, molestè.de Or.146 b,Nolo eprimi literas putidius.& de Cla.191 a,Ineptè,odiosè & putidè dicere.

Putidiusculus,a,um.blandus.Epi.98 b,Sumus enim putidiusculi, quàm per te uix licet: uerùm, ut spero,licebit.aliter, pudentiusculi.

Putidus,a,um.odoris mali,malè olẽs,insuauis,molestus, grauis, fastidiosus,κακοζήλως.I.P.83 a,Ego istius pecudis ac putidæ carnis cõsilio niti uolebã? Of 27 a, Sonus erat dulcis, literæ neq; expressæ,neq; oppressæ,ne aut obscurũ esset,aut nimis putidũ:id est,exquisitum. Att. 8 b,Vereor ne putidũ sit scribere ad te,quàm sim occupatus. et de Or.147 b,Spero hæc uobis molesta et putida uideri. Or.199 a, Cum Demosthenes Athenis exagitetur,ut putidus:id est,κακοζήλως.

Putiscere.à putidus:id est,malè olere.de Fi.li.5,Non incitè illud dictum in sue, animum illi pecudi datum pro sale ne putisceret. Nonius.l.Sal.

Putissimus.purissimus.l. Putus.

Puto,as.reor,suspicor,censeo,sentio,habeo,existimo,æstimo,spero,pono, opinio mea fert,in ea opinione sum, nõ eo sis cõsilio ut putes,&c.pro Pla.261 a,In quo primùm illud debes putare,comitijs studiũ esse populi,nõ iudiciũ.I.A 228 a,Tantũq; abfuit,ut periculosum reip. M. Bruti putaret exercitũ, ut in eo firmissimum reip. præsidium poneret.Epi.112 b,Puto ut suũ gaudium gauderemus.I.A.232 b,Bestia damnationẽ pro prætura putat:id est, damnationẽ putat esse prætură.de Cl.174 b, In Scauri oratione summa inerat autoritas,nõ ut causam, sed ut testimoniũ dicere putares,cũ pro reis diceret.I.A. 236 b, Itaq; si ad nos nihil referretur de Dolabella psequẽdo, tamẽ ego pro decreto putarẽ.pro Mil. 114 a,Aliquem indoctum putari pro docto. Att. 193 a, Ego te unũ pluris quã omnes illos puto. pro Pl. 261 a, Honores si magni non putemus, non seruire populo.in V.202 b, Si denarijs C C C C. Cupidinem illũ putassetis id est,æstimasset.de Ora. 140 a,Sapientia & magnitudo animi tenues,& pro nihilo putãtur,si,&c.& I.V. 58 b,Pro nihilo putare aliquem.& de Fi. 96 a,Putare aliquid pro nihilo.& 160 b,Ep.97 b,Putare aliquid loco criminis.et 10 b,Putare aliquid minimi uel maximi.

At.84,Noli putare me,&c.et de Or.126 a,Nolite existimare me,etc. Or.216 b,Ea oratio numerosa habetur. & ib.Id in dicendo numerosum putatur. At.60 b,Putare rationes cum publicanis.de Se. 88 a,Vitem serpentẽ multiplici lapsu & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum.

Putrefco,scis.de N.58 a,Sui ne putresceret,anima pro sale data est.& de Fin.133 b,Animus illi datus pro sale,ne putresceret.aliter, Putisceret.Tus.170 b,Nihil mea interest, humi ne an sublime putrescam.

Putridus,a,ũ.rãcidus.I.P.79,Pilosæ genæ,dẽtes putridi.

Putus,a,um.purus,sincerus. At.28 a,Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

Pyladea amicitia. de Fin. 82 b.

Pyramis,idis.meta.de N.6 b,Forma Pyramidis.

Pyrgóteles.l.Mars.

Pyramus.fluuius. Ep.42.

Pyrenæus,æi.mons. At.121 a.

Pyrgensis.se.de Or.125 b,M. Antistius Pyrgensis. (b.

Pyrrhonei philosophi à Pyrrhone magistro.de Or.148

Pythagoras,ræ. Pythagoras censuit deum,animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantẽ, ex quo animi nostri caperentur,de N.deor.1.Pythagoras.quum in Geometria nouũ quiddam inuenisset,Musis bouem immolasse dicitur,3 de Na.deor.77 b.Pythagoras, cum in Italiam uenisset, exornauit eã Græciam quæ magna dicta est,& priuatim & publicè præstantissimis & institutis & artibus,Tusc.q.lib.5.Pythagoras discipulus Pherecydis opinionem de immortalitate animorum maximè confirmauit, Tusc.q.li.1.Pythagoras existimat ad harmoniam canere mundum, 3 de N.d. Pythagoras fuit in Italia temporibus ijsdem, quibus L. Brutus patriã liberauit,Tusc.q.li.4. Erat enim illis penè in conspectu præstanti sapientia et nobilitate Pythagoras,etc.Tusc.q.li.4. Pythagoras interrogatus à Leonte Phliasiorũ principe,qua maxime arte cõfideret?artẽ quidem se nullam scire respõdit,sed esse philosophum, Tusc.q.lib.5. 156 b. Pythagoras interrogatus à Leonte, qui nã essent philosophi, & quid inter eos et reliquos interesset?respõdit,simile sibi uideri uitam hominũ,& mercatum eum, qui haberetur maximo ludorũ apparatu totius Græciæ celebritate,Tusc.q. lib.5.Pythagoras magnã Græciã tenuit cũ honore et disciplina, tum etiã autoritate, Tusc.q.li.1. Pythagoras magnam autoritatem tribuit diuinationi,de D.lib.1.Pythagoras,regnante Tarquinio Superbo,in Italiam uenit, Tusc.q.lib.1.Pythagoras Phliuntẽ uenit, ibiq; cũ Leõte principe Phliasiorum doctè et copiosè quædam disseruit, Tusc.q.lib.5. Pythagoras uetat,inuisu imperatoris,id est, dei,de præsidio,et statiõe uitæ decedere, Cat.Efficitur id quod Pythagoras uult in amicitia,ut unus fiat expluribus, Of.1. Pythagoras etiam ipse augur esse uoluit,de D.lib.1.Pythagoras ne Apollini quidẽ Delio hostiã immolare uoluit,ne arã sanguine aspergeret,3 de N.d.Pythagoras et Plato animũ in duas partes diuidũt: alterã rationis participẽ faciũt,alterã expertẽ:in participe ratiõis ponũt tranquillitatẽ i.placidã quietãq; cõstantiã: in illa altera motus turbidos tũ iræ, tũ cupiditatis,contrarios inimicosq; rationi, Tusc.q.li.4. Pythagoras & Plato,quò in

somnijs certiora uideamus, præparatos quodam cultu atq; uictu proficisci ad dormiẽdũ iubẽt,de D.li.2. Pythagoræ aũt doctrina cũ lõgè lateq; flueret,etc. Tusc.q.l.4. Pythagoræ doctrinã permanauisse in hãc ciuitatẽ probatur, Tusc.q.li.4. A Pythagora uiro doctissimo illud bene dictũ est,tũ maximè & pietatem & religionẽ uersari in animis, cùm rebus diuinis operam daremus, 2 de Le. De Pythagora & Numa Pompilio, de Or.122 b.

Pythagoreus,a,um. Tusc. 156 b.Off.31 b, Pythagoreus Lysias.Pythagoreæ uox,τὰ τῶν φίλων κοινὰ,καὶ φιλίαν ἰσότητα,1 de L.162 b.Pythagorei faba abstinuere,de D.l.2.Pythagorei nũquã dubitarũt,quin ex uniuersa mẽte delibatos animos haberemus,Cat.Pythagorei Italici philosophi quondã nominati,Cat.Pythagorei nõ solũ deorũ uoces obseruauerũt,sed etiã hominũ quæ uocãt omina,de D.li.1.Pythagorei carminib.soliti illi esse dicũtur,et præcepta quædã occultius tradere,et mentes suas à cogitationũ intẽtione,cantu,fidibusq; ad trãquillitatẽ traducere,Tusc.q.li.4. Pythagorei ex numeris et Mathematicorũ initijs proficisci uolũt omnia, Aca.q.ed.1.li.2. Referta quondã Italia Pythagoreorum fuit,2 de Or.122 b. Pythagoreorum nobiliũ extincta disciplina,quũ aliquot secula in Italia,Siciliaq; uiguisset, de Vn. 1. Pythagoreorũ nomen multa secula sic uiguit, ut nulli alij docti uiderẽtur,Tusc.q.li.1. Audiebã Pythagorã, Pythagoreosq; incolas penè nostros, etc.de Senect.

Pythagoricus,a,um.de Se.93 b,Audiebã Pythagoram, Pythagoricosq; incolas penè nostros qui essẽt Itali philosophi quõdã nominati.de N.l.1,Pythagorei ferũt Orphicũ carmẽ fuisse,cuius Cercopis.L.Faba et Interdico.

Pythia,thiæ.uirgo, Apollinis sacerdos.de D.97 a,Nãterræuis Pythiam Delphis incitabat.

Pythius,thij,Apollinis cognomen.pro Fon. 280 a, Galli Delphos usq; ad Apollinẽ Pythiũ profecti sunt.de Or. 101 b,de D.88.de L.178. At.274.

Pyxis,idis.arcula.pro Cæl.50 b, Aiũt eodem Liciniũ esse uenturũ, ac seruis ueneni pyxidẽ tradituru. & 51 a,Cũ Licinius pyxidẽ teneret in manu.& b, Illa pyxis, &c.

Q V

Va,ablatiuus. Ac.li.1, Qui de causa.ad He.li.1,Firma similitudine eius rei,qua de re agitur,ad eã rẽ,qua de re iudicatũ est.Itẽ, Qua de re iudices uobis magno pere prouidendũ est. At.lib.8, Ne fortè quare impediar.pro Ros.Com. Quod si fãcit,qua impudentia est,eum' ne testem improbabit?

Quà.partim,qua parte uel ratione. Qu.Fr. 310 a,Omnia conuestiuit edera, quà basim uillæ, quà intercolumnia ambulationis.Attic.34 a, Quà dominus,quà aduocati sibilis conscißi sunt. Attic.246 b,Intelligo te distentißimum esse,quà de Buthrotis,quà de Bruto. ad Atticũ,148 a, Quàm expedita consilia tua?quàm euigilata tuis cogitationibus,quà itineris,quà nauigationis, quà cõgressus sermonisq; cũ Cæsare.de Orator. 91 a, Mihi licet uagari, quà uolo. pro Cec. 288 b, Omnes introitus,quà adiri poterat in eum fundum. & ibidẽ: Quod ea proximè adiri poterat. I.A. 187 b,Ipse in templũ ne scio quà per cuniculum ascendit.pro Cec.298 b,Nimia potẽtia quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quà denique digitum proferat,nõ habet. At. 120 b, Quà autẽ & quò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quò, nihil scimus. I.A.206 b, Prædico uobis eum delectus quà posit habiturum.

Quacunq; .de Fin. 125 a, Quacunq; ingredimur in aliquam historiam, uestigium ponimus. In V. 85 a, Quacunq; iter fecit. & Att. 232 a, Quacunq; nos mouemus. & contra Rul. 73 a, Quacunq; uelis uagari.

Quadrantarius, a, um. à quadrãte nũmo, qui quadrante meret. pro Cæ. 50 b, Nisi fortè mulier potẽs quadrãtaria illa permutatiõe, familiaris facta erat balneatori.

Quadragenariæ cohortes. Att. 87 a, aliter, Quadrigentariæ.

Quadrageni. I.V. Act. 3, Colũnas HS quadragenis millibus locatas.

Quadragies. pro Fl. 125 a, Sestertiũm ter et quadragies.

Quadratum, quadrati. Tus. 160 a, Pusionem quendam Socrates interrogat quædã geometrica de dimensione quadrati. de Finib. 72 b, Quadratum, rotundum. & de Orat. 6 b, Forma quadrati. de Diuinat. 127 a, Cum autem stellæ in eam ipsam partem orbẽ uenerint, in qua si ortus eius qui nascitur, aut in eam, quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triãgula illi & quadrata nominant.

Quadratus, a, um. In A. 180 a, Quadrato agmine milites sequuntur.

Quadriennio ante mortem, &c. de Op. 244 b, & de Off. 79 a, Quadriennio pòst. factus sum prætor.

Quadrigarius, rij. qui quadrigas agitat. pro C. Cor. de maiestate. Asconius.

Quadrigæ, arum. rheda quatuor equis uecta. de N. 71 a, Mineruam quadrigarũ inuentricẽ ferunt. de D. 138 a, Curru quadrigarũ uehi. pro Mu. 137 b, Quasi desultorius in quadrigarũ curriculum incurrere. de Cl. 180 a, Nec in quadrigis, qui nix è carcerib. exierit. de Cla. 196 b, Bruti adolescẽtia p medias laudes quasi quadrigis uehẽs: id est, uecta. Or. 212 a, Pomeridianæ quadrigæ. Qu. F. 315 b, Quadrigis poeticis modò mihi date Britanniã.

Quadrigulæ, arum. paruæ quadrigæ. de Fat. 141 a.

Quadrijugus, a, um. Tus. 171 a, Quadrijugo curru raptari: id est, quadrigis. Poetæ.

Quadrimus, a, um. quatuor annos habens. Ep. 256, Vna interpositio omnino difficilior est de quadrimo Catone.

Quadringenti, orũ. de D. 118 a, Quadringẽtis talis iactus.

Quadringentesimusdecimus. de Cl. 171. (ctis, etc.

Quadringenties. aduer. In V. 81. In Ant. 126. & 178.

Quadringenus, a, um. At. li. 4, Vt ambo HS quadringena consulibus darent si essent ipsi COSS. facti.

Quadripartitus, a, um. in quatuor partes distributus. Tusc. 162 a, Commutationes temporum quadripartitæ. de In. 11 & 55. & I.V. 82.

Quadriremis, mis. nauis quæ in singulis sedib. quatuor remos habet. I. V. 235 a.

Quadro, as. cõuenio. de Ora. 159 a, Coniunctionem uerborum sicuti uersum numerosè cadere, & quadrare et perfici uolumus. & Or. 216 a, Sic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis industria: id est, componendæ. pro Cæl. 52 b, Nisi omnia turpia in istâ quadrare aptè uiderentur. de Clar. 168 a, Quoniã tibi quadrat omnia in illis fuisse paria. I.V. 95 a, Quomodo DC. eodẽ quadrarint. Item, Non Archimedes melius potuit describere. At. 67 b, Visum est hæc mihi ad multa quadrare.

Quadrum, dri. translatum à Geometris perfectionẽ significat, cũ nihil nec excurrit, nec deest. Or. 217 a, Redigere sententias in quadrũ numerumq;. & 220 a, Si aliquam incõditi arripias dißipatam aliquam sententiam, eamq; ordine uerborum paulùm commutato in quadrum redigas.

Quadrupes, dis. bestia. de N. 56 b, Efficimus etiã domitu nostro quadrupedũ uectiones. et de Or. 114 b, Idẽ in multis alijs quadrupedib. fecerit. Parad. 118 a, Nihil in ter te atq; inter quadrupedẽ interest. de Na. 48 b, Himeter dextram porgens, quadrupes qua uasta tenetur.

Quadruplator, oris. delator criminũ publicorum, cui pars cedat bonorum eius quem detulit. ad Heren. 14 a, 112 b, Homo omniũ ex illo cõuentu quadruplatorũ deterrimus. Item ibi. Quadruplatores fuisse. Item I.V. 58 b, Si à quadruplatoribus, &c. translata sit.

Quadruplex, cis. In Ar. Prætor quadruplices stellas in fronte locatas.

Quadruplum, pli. I.V. 154 b, Dare iudicijũ in aliquem, in quadruplum. & ibi. Quadrupli condemnari.

Quæro, ris. sciscitor, cõtor, percõtor, scrutor, scitor, rogo, uestigo, inuado, cõsulo, excutio, quæstionem habeo, cõsector, peto, capto, aucupor, appello, requiro, exquiro, scire cupio, quæso. de Or. 93 a, Quo in genere nunquam mihi percũtanti aut quærenti aliquid defuisti. et 113 b, Quærere & quasi percũtari. Ac. 19 b, Quærere de aliquo. & in Vat. 38 b, De te quæro Vatini, &c. & ib. Tum respondeto ad ea quæ de teipso rogaro. & At. 8 a, Epi. 33 b, & 45 b, Quærere ex aliquo. & de Orat. 109 a, Ipse ex eo multa sæpe quæstui. I.V. 191 b, Quæro nunc à te Hortensi, cum utris, etc. de In. 62 a, Zeusis illi eo quæsiuit ab his, quásnam uirgines formosas haberẽt. de Fa. 140 a, Cum omnes nouarum perturbationũ causæ quæri uiderẽtur. In Ver. 145 b, Scrutatus sum, quæ potui, & quæsiui omnia. & Qu. F. 291 b, Scrutari omnes sordes, excutere unumquẽq; comitum. Epist. 143 a, Cum ille, si quis quid quæreret, dixisset, cœnã te quære à manè dixeris: ille uerò putabat quæsturũ, nunc uenum cœlũ esset, an innumerabilia. pro R.P. 130 a, Quærere inuidiã in aliquem. de Orat. 85 b, Quæro quid sit, cur, &c. I.A. 205 b, Quamobrem quod quæsiuit me P. Abuleius, ità respondebo, ut, &c. Ep. 127 a, In literis et libris nauare reip. & de moribus ac legib. quærere. & At. 15 a, Senatus cẽsuit, ut de ijs, qui ob iudicandũ pecuniã accepissent, quæreretur. I.V. 71 a, Quærere de pecunijs repetũdis. & pro S.R. 38 a, Quærere de morte aduersius. pro S.R. 38 a, In dominos quæri de seruis iniquũ est. et de Fi. 75 b, P. Scæuola trib. ple. tulit ad plebẽ, uellẽt' ne de ea re quæri, quo plebiscito decretũ à senatu est cõsuli quæstio Cn. Scipioni. de Or. 118 a, Nihil enim est, quod inter homines ambigatur, in quo nõ ẽratur, aut, etc. aut, etc. Ep. 186 b, Spẽq; omnẽ in planco habemus, si uerũ quæris in te, etc. ad Br. 91 b, Hoc cogere nolebat, falsas literas esse, et si quæris, ꝓbabat. Of. 67 a, Et eares, si quæris, magno ei honori fuit. At. 144 a, Quã tũ in solo quæretur. pro Q. 2 b, En quæ uoce quæsierat, magno sibi quæstui fore putabat. At. 244 b, Quærere autem quid

tem quid tandem Sextius in hac re facere posit. Qu. F. 307 a, Me adhuc nemo rogauit nunquid in Sardiniam uellem te puto sæpe habere, qui nunquid Romæ uelis, quærant. Par. 124 b, Qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis. Ep. 94 b, Omnino si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi. pro Mil. 112 b, Cuius de morte tanquã de cerẽmonijs uiolatis quæritur. et ib. Maiores nostri in dominum de seruis quæri noluerunt. pro Deio. 144 a, b, More maiorum de seruis in dominum, ne tormentis quidem quæri licet.

Quæsitor, oris. iudex quæstionis, prætor uel iudex, qui iudicium exercet, uel qui præest quæstioni rerum capitalium, & de repetundis. pro Syl. 182 a, Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusq;, regit quæsitor &c. pro S.R. 32 b, Hunc quæsitorem & iudicem fugiebãt. pro Mil. 105 b, Et isti præpositus est quæstioni, qui hæc rectè sapiẽterq; disceptet. pro R.P. 124 a, Iudex sedi, prætor quæsiui. pro Fon. 278 b, Sapiẽs iudex, æquus quæsitor: Qu. Fr. 325 b, Consilium uariũ, quæsitor grauis & firmus. I.V. 71 a, Duo Coß. & quæsitor erunt ex illius uoluntate: id est, Metellus. et ibi. Metellus huic ipsi quæstioni præfuturus est. pro Pla. 267 b, Et si quæsitor edendus fuisset, quẽ potius, &c. In Vat. 36 a, Quæsitor, &c. & prætor. 35 b, & de Cl. 182 b, Mittentem ad horas quæsitorem, ut admittat rogantem.

Quæsitum, ti. Par. 124 b, Operis dandis, publicis suméndis, quæsito opus est. bis. Ac. lib. 2. & de Or. li. 2, Quæsita & dispũata.

Quæso, obsecro. I.V. 71 a, Quid est quæso Metelle iudiciũ corrũpere, si hoc nõ est? At. 108 b, Quæso quid hoc est? cont. Rul. 80 b, Id uos potestis quæso cõcedere? I.V. 129 b, Quæso codicem circunfer, ostende. & 224 b, Ad ea quæ dicturus sum reficite uos quæso iudices per deos immortales. & At. 183 b, Quæso attende, &c. pro S.R. 44 a, Quæso ut eum diem memoriæ mãdetis. et 20 a, Te magnopere quæso, ut, etc. pro Fl. 159 b, Quamobrẽ quæso à uobis Asiatici testes, ut, &c. pro S.R. 40 a, Quæso à uobis iudices, ut, &c. Att. 179 b, Quæso quid sit mihi faciẽdum. At. 212 a, Sed quæso epistola me 1 ad Varronẽ uidãne tibi placuit? Att. 241 b, De tè quæso etiam atq; etiam uides, &c. Epi. 105 b, Fac quæso, qui ego sum, esse uãt. de Fin. 81 a, Attende quæso rectùm ne sit, &c. Epist. 127 b, Vide quæso ãn rectum sit, &c. Epist. 36 a, Quæso etiam'ne tu has ineptias? et 169 b, Deos quæsumus, consilia tua reipublicæ salutaria sint. Ep. 31 a, A' te maximo pere peto & quæso. et 62 a, Peto quæsoq;, ut, &c. et 211 a, Magnopere à te quæso, ut, &c. de In. 52 b, Dic quæso, &c. Postquam. 204 a, Si uobis parum cumulatè gratias egero, quæso obtestorq;, ne, &c. At. 108 a, Tu quæso ad me crebrò scribe. I.A. 205 b, Quod quæsiuisti me, respõdebo. Att. 42 b, Quæso ecquid tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? et 170 a, Perge quæso scribere, nec meas literas expectaris.

Quæstio, onis. causa, σφάλμα, σκέμμα, dubitatio, controuersia. de generibus quæstionũ & earum diuisionibus, uide de Orat. 112 b, 114 b, 115 b, 153 a, & Top. 227 b, 228 a, & Par. 230 a, 235 a, Ac. 8 a, Quæstio autẽ est appetitio cognitionis, quæstionisq; finis intentio. & ibid. Sic & initium quærendi et exitus percipiendi & comprehendendi tenet. de Ora. 154 b, De omni re quæcunq;

in disceptationem quæstionemq; uocaretur, se copiosissimè dicturum esse profiteri. de Nat. 13 b, Quæritur primùm in ea quæstione quæ est de natura deorum, sint ne dij, nec ne sint. de Orat. 153 a, Omnis res eandem habet naturam ambigẽdi, de qua quæri et disceptari potest. de Am. 109 a, Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, num quando, &c. de Nat. 1 a, Perdifficilis & perobscura quæstio est de natura deorum. & 26 b, Diuidunt istam de dijs immortalibus quæstionem in partes quatuor: primum dicũt esse deos, deinde quales sint, tum mundum ab his administrari, postremò consulere eos rebus humanis. de Nat. 74 b, Quæstio auri Tolosani. Attic. 107 a, πρόβλημα sanè πολιτικὸν. & 106 b, Σκέμμα πολιτικὸν. et 115 b, Σκέμμα magnum. Ponere quæstionem. l. Quæstiuncula. pro Syl. 179 b, Quæres in quæstione uersetur. Or. 203 a, Sed id nec dubium est, etsi quid habet quæstionis tamen, &c. et ibi. Poetæ quæstionem attulerunt, quid'nam esset illud, quo, etc. de Or. 96 b, Omnem orationẽ esse aut de infinitæ rei quæstione, aut de re certis in personis locata. & ibid. Causæ à communi quæstione seiunctæ: id est, à quæstione rei infinitæ. de Fin. 119 a, Omnis controuersia aut de re solet, aut de nomine esse. utraq; harum nascitur, cum aut res ignoratur, aut erratur in nomine.

Quæstio. Cum ad forum pertinet, pro diligenti criminis inquisitione et tormentis. de Or. 124 a, Hoc falsum est, habita enim quæstio est. & pro Mur. 141 a, Quæstiones in senatu habitæ. de Fin. 128 a, Habere quæstionem de aliquare. pro Cluent. 56 a, Constituitur quæstio de furto. & de Claris Orator. 174 a, Quæstiones perpetuæ hoc adolescente constitutæ. pro Sext. Rosc. 31 a, pro Clu. 56 a, Postulare seruos in quæstionem de morte paterna. pro Clu. 56 a, Habere quæstionem in caput alterius de furto. pro Sext. Rosc. 31 b, Mortis paternæ de seruis paternis quæstionem habere filio non licet. et 38 b, Dare seruos in quæstionem. pro Cluen. 54 b, Sæpia quæstionem habere de uiri morte constituit. de Claris Ora. 189 a, C. Visellius iudex quæstionis. pro Cluent. 36 a, C. Iunius huic quæstioni præfuerat. & ibi. Quo tempore à quæstione ad nullum aliud munus reipub. abduci licebat, eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est. et pro S.R. 20 a, Cum huic quæstioni iudex præesses. & de Finib. 75 b, Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, apertè cepit pecunias ob rem iudicandam. et pro Cluen. 18 a, Quæstio ueneficij. pro Syl. 182 a, Quæstiones nobis seruorum, & tormenta accusator minitatur. pro Muren. 134 a, Quæstio peculatus, ex altera parte lachrymæ, ex altera cathenæ. de Claris Orat. 172 b, Socios illa die quæstione fuisse liberatos. pro Mil. 112, Facti in eculeo quæstio est, iuris in iudicio. I.A. 164 b, Quid enim attinebat noua lege quæri de eo qui hominem occidisset? cum esset legibus quæstio constituta. I.A. 231 b, Tum uerberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ. pro Mil. 112 b, Sed quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ in atrio Libertatis. pro Mil. 103 b, & 104 a, Erant quæstiones uel de cæde, uel de ui, nec erat necesse ut noua quæstio constitueretur. pro Mil. 107 b, Et Pompeius de iure, non de facto quæstionem tulit.

Quæstiuncula, læ. de Or. 93 b, Quid mihi nunc, inquit

Crassus,tanquam alicui græculo ocioso & loquaci quæstiunculam,de qua meo arbitratu loquar, ponitis. de L. 180, His propositis quæstiunculæ multæ nascuntur. Ep. lib.9 4,136 b, Quæstiunculis te faciebam attentiorem.

Quæsticulus,li.de Diuinatio.lib.2.115 b, Aut fissum iecoris cum lucello meo,aut meus quæsticulus cum cœlo, terra,rerumq; natura.

Quæstor,oris.erarij et publicæ pecuniæ præfectus.I. V. 64 b,Sic enim à maioribus nostris accepimus,prætorē quæstori suo parentis loco esse oportere.& de Or. 127 a,de Ora.126 b, C. Norbanus sodalis & quæstor meus. pro Mur.128 d, Quæstores sortiebantur prouincias.

Quæstorium,rij.sicut prætorium.pro Plan.280 b, Iste Thessalonicam me & in quæstorium perduxit.

Quæstorius,a,um.I. A.253 d,Quæstorius uir.de Cl.189 d,C.Sicinius quæstorius mortuus est. pro Planc. 280 b, Ep.28 b, Abijcere quæstoriam personā,comitisq; sumere.I.V. Act.3, Legatus quæstorius.Ep. lib. 2, Quæstorio adductus officio.Philip.13, Qui quæstorij.Famil.lib. 7, Quæstorijs comitijs.

Quæstuosus,a, um. quod quæstum quærit, seu ex quo quæstus capitur,quod alij lucrosum etiam dicunt.de Fi. 146 d,Mercatura quæstuosa.et At.225 b,Hoc damnum quæstuosum esse uidetur.Tusc.245 d, Vt quæstuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur. Domus quæstuosissima,In A.167 a.in Ver.73 b, Annus uberrimus quæstuosissimusq;.Part.125 b,Vento iam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum.

Quæstura,ræ.quæstoris munus.I.V.Act.2, Quæstura primus gradus honoris.pro Mur.128 a, Quæstura utriusq; propemodum pari momento sortis fuit. & I. V. 59 a, Cum ijsdem literis illius prætura & tua quæstura consignata sit.

Quæstus,stus.lucrum,compendium, commodum, merces.I.V.110 a,Mercibus suppeditandis cum quæstu compendioq;.& Tusc.229 b, Alij emendi quæstu & lucro ducuntur.Off.30 a,Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium.& 49 b, Habere remp. quæstui, turpe est.I.P. 98 a, Sestertium centies Romæ in quæstu reliquisti.I.V.114 b, Cum hos sibi quæstui proposuisset magnos atq; uberes.& 171 b,& 174 a,Maximos quæstus prædasq; fecisset.& 264 b,Facere quæstum furtis. Ep.251 a, Facere quæstum in aliqua re. pro S. R. 36 b, Sui quæstus aut cōmodi causa facere aliquid. pro Qu. R.48 b,Roscius HS. CCCLIII, quæstus facere noluit.Oct.331 a,Facere quæstum precarium.

Qualia.id est,qualitates.Ac.44 d.

Qualis,le.cuiusdammodi,cuius generis, qui.de N.14 d, Doce me ubi sint dij,quales sint corpore,animo,uita. et 6 d,Aeternitas spacio qualis sit,intelligi non potest. de In.44 b, Generis est controuersia, cum quantū & cuiusmodi,& omnino quale sit, quæritur. pro Pom.11 d, Ac primum quanta innocentia debēt esse imperatores? quanta temperantia? quanta fide? quanta facultate? quāto ingenio? quāta humanitate,quæ breuiter qualia sint, in Cn. Pompeio cōsideremus: summa enim sunt omnia. de Fin.83 b,Nihil interest ad beatè uiuendū, quali utaris cibo.Ep.8 b, Ex eodē cognoscas de toto statu rerum omnium,quæ quales sint, non facilè est scribere. de D. 205 d,Idemq; mittit signa nobis eius generis, qualia per

multa historia tradidit. & 139 d, Ad aperta & clara somnia ueniamus, quale est de illo interfecto à cauponc,&c.Ep.14 d,Sapientiū ciuiū, qualē me esse & numerari uolo.Ac.21 b,Nullū esse pilū omnib.rebus talē, qualis sit pilus alius.Ep.16 d, Vidi quasdam in te tales, qualis tu,&c.I.C.104 b,At si quis est talis, quales esse omnes oportebat,qui,&c.de In.84 d,Vt non tales quales antè habitæ sint habeantur.Att.274 d, Quales tibi sæpe scripsi consules,tales exiterunt.pro S.R.20 d, Te magnoperè,quæso ut qualē te iam antea populo Rom. præbuisti,talē te nobis hoc tēpore impertias. pro Font. 280 d,Quali fide,quali pietate existimatis esse eos,qui, etc.pro Rab.96 d,An non intelligis quos homines, qua les uiros mortuos summi sceleris arguas? Tusc.161 d,Si quid sit hoc nō uides,at quale sit uides: si ne id quidem, at quantum sit profectò uides.de Cla.192 d, Cum qualis quisq; orator fuisset exponeret.& ibi.b,Si fuerunt certe oratores,quanti autē & quales, tu uideris.& 195 b, Genus dicendi uolucre atq; incitatū,quale nūc est Asia tota.de Or.113 d,Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse scribere historiā? de N.22 d,Hoc per ipsos deos quale tandē est? Tusc.202 b,Nam aut de ipsius rei natura qualis & quanta sit quærimus. de In. 84 b, Contraria quoq;,& quæ & qualia sint intelligimus.de N.44 b,Formæ literarū, uel aureæ uel quales libet. de In.83 b, Licet uim rei qualis et quanta sit cognoscamus. Ac.25 b, Quia posit eiusdem modi existere falsum aliquod,cuiusmodi hoc uerum.ad Her. 18 b, Si interierit, cuiusmodi mors eius fuerit, cuiusmodi res mortem eius sit consecuta.ad At.19 b, Talis qualem eum esse scripseris.Off.41 b,Si quis id ageret,ut qualis haberi uellet,talis esset.de L.161 d,Nulla gens est,quæ nō etiam si ignoret, qualem habere deum deceat,tamen habēdum sciat. de Vniue.196 d, Oratio talis sit,qualis sit illa, quæ neq; redargui,neq; conuinci posit.de In.44 b, Cum et quid factum sit conuenit,& quo id factum nomine appellari oporteat,& tamen quantum,& cuiusmodi, & omnino quale sit quæritur.& de Or.96 b.

Qualiscunq;,quicunq;,cuiusmodi,cuiuscemodi,cuiusq; modi,cuiusmodicunq;,qualis libet. At.230 b,Sed homines beneuolos,qualescunq; sunt, graue est insequi conetumelia. Att.251 b,Hoc qualecunq; esset, te scire uolui. de Le.190 b,Qualescunq; summi ciuitatis uiri sunt,talis est ciuitas.Or.208 b, Quæ qualiacūq; in me sunt.me enim non pœnitet,quanta sint,sed appareant,etc. In Pis. 85 d,Cum tamen ille qualiscunq; est,qui est ab uno te in probitate uictus,Gabinius collegit ipse se,& c.Ep.53 b, Sim qualemcunq; locū sequimur,qui est domestica fide inuictior.Tusc.251 b,Vbi enim melius uti possumus hoc cuiusmodi est ocio?de N.42 d,Quale id cunq; est.

Qualitas,tis.Ac.43 b,Qualitates igitur appellauit,quæ ποιότητας Græci uocāt, quod ipsum apud Græcos nō est uulgi uerbum,sed philosophorum.& ibid. Sed quod ex utroq;,id est,ex materia et ui,id iā corpus et qualitatem nominabant.& 44 d,Earum igitur qualitatū sunt aliæ principes,aliæ ex ijs ortæ principes sunt uniusmodi,& simplices.Ex his autem ortæ uariæ sunt.& quasdi multiformes:itaq; aer,utimur enim pro latino,ignis,& aqua & terra prima sunt: ex ijs autem ortæ animantiū formæ, earum rerum quæ gignuntur é terra. de Natur.

44 d,Corpuscula non colore,nō qualitate aliqua (quā ποιότητα Græci uocant) prædita.

Quàm.cum antè,et quibusdam alijs.Tusc.106 b,de Or. 122 b,Numa magnus uir habendus est,cum eam sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit,quàm eam Græci natam esse senserūt.de Orat ore,110 b, Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in ijs philosophi garrire cœperunt.de Orat. 109 b,Postero die quàm illa erant acta, Catulus uenit. Att. 115 b, Sed antiquiores literæ, quàm ruere cœpit Dolabella.et 185 b,Vndecimo die postquam à te discesseram, hæc scripsi.& pro Cæl.50 d,Tertio die postquam in curia floruisset.Epist.254 d,Non mehercule quicquam libentius facio, quàm scribo ad te. de Diuinatione, 82, Quorum neutrum tam facilè quàm tu arbitraris concedtur.Tusc.150 b,Ego autem non commemini antequàm sum natus,me miserū. Ac.3 b,Postridie ueni quàm apud Catulum fui. At.127 d,Eam mihi Philotimus postridie quàm acceperat,reddidit. Ac.3 d,Antè tenentur astricti quàm quod esset optimum iudicare potuerunt.Ep. 264 d,Tabellarij uenerunt post diem XL,& sextū, quàm à nobis discesserant.

Quàm.comparatiuo iunctum cum ut et sine, et cum quo modo,uel quemadmodum.Or.203 d, Sed hoc maius est quoddam,quàm ab alijs postulandum sit.& 124 b,Nihil est in dicēdo maius,quàm ut faueat oratori auditor. de N. 11 d, Hæc sunt dicta subtilius, quàm ut quiuis ea possit agnoscere.Attic.126 d,Ex literis tuis cognoui ea, quæ in agro Piceno gesta erant, cōmodiora esse multo, quàm ut erat nobis nunciatum.de Or.144 b,Sed si hoc est altius quàm ut nos humi strati suspicere possimus, &c.I.P.93 d,Hoc inferius est, quàm ut patre tuo dignū uideatur.de Vn.201 b, Hoc maius est quàm ut profiteri scribere audeamus.Or.200 b,Maiore mihi ingenio uidetur esse Isocrates, quàm ut eū orationibus Lysiæ cōparetur.Tusc.251 d,Plerunq; dolor uehemētior.quàm ut causa sit,cur feratur.Ep.181 d, Tum ille nihil sibi fuisse longius,quā ut me uideret.Tusc.206 b, Qui suos casus aliter ferunt,atq; ut alijs autores ipsi fuerūt.de Or.144 d,Crassus plenior fuit quàm quomodo à nobis inductus est.de Senect.79 b,Multa præclara in eo uiro cognoui, sed nihil admirabilius,quàm quomodo ille mortem filij tulit. Att. 204 d, Nec magis quàm quemadmodum ego uellem.pro Ce.304 b, Quòd si adimi ciuitas illi posset, magis tamen omnes quæreremus,quemadmodum posse mus,&c.quàm uti nunc quisquam existat,qui,&c. At. 273 b,Timeo ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet de cretis tuis quàm inde si consul factus sit, descensurum. pro Do.84.1 d,Id speraſti rempub. quàm quoad mecum expulsa esset,laturam?

Quàm quod,quàm quantum.de Or.98 b, Alter iniquum putabat plus secum agi quàm quod esset in actione.Post quam.209 d, Piraticam ipse fecisset ac minore quidem reip.detrimento quàm quòd inter mœnia nefarius prætor uersatus est.I.V.123 d,Hic maiorē pecuniam prætori pollicetur,quàm quantum tu dedisti.et 269 b,Vis plus frumenti imperabatur quàm quantum exarauerant. In Verr.169 b,& de Claris Orator. 169 d, Sexies tantum quàm quantum satis sit,ablatum esse.In Verrem, 192 b, et 204 b,Pluris senatus æstimasset quàm quāti esset an

nona.Epist.94 d, Suscipere plus quàm quantum præstare possis.de Oratore,98 b,& 144 d,Alter plus petebat,quàm quantum lex permittebat.de Diuinatione, 116 d, Aruspicibus dicitur quàm physicis potius credendum existimas?

Quàm.cum possum & superlatiuo.pro Dom.232 d,Dico igitur & quàm possum maxima uoce dico,&c.de Diuinat.95 d,Exposui quàm breuissimè potui oracula, &c. de Senect. 86 b, Conuiuium ad multam noctem quàm maximè possumus uario sermone producimus. de Nat. deor.52 d, Aues nidos construunt, eosq; quàm possunt mollissimè substernunt. pro Cluent.32 b, Tum appellat hominem ut blandissimè potest. Epistol. 244. b, Quàm potui maximis itineribus ad Amanum ueni. Pa rad. 116 b, Et dicam breuius quàm tanta res dici possit. de Som.131 b, Quàm maximè se à corpore abstrahere. L.Stadium.

Quàm.cum comparatiuo,alia quadam ratione. Att. 123, Pro tuis rebus gestis amplissimis, amplioribus ue quàm meis,quàm Africani.de Nat. 41 d, Aliquid esse necesse est melius quàm deos.et de L.166 b,Melius esse aliquid quàm uirtutem necesse est.pro Fl.163 b,Et hoc te superiorē putas quàm Lælius, quod,&c.& Att.75 b, Si me nihilominus nosti curiosum in rep.quàm te. Qu. Frat. 313 d, Doleo te meliorem ciuē esse quàm Philoletem. At.143 d, Pompeius ostendit se superiorem quàm hunc fore.pro Pl.265 d,Hunc nonnullis rebus inferiorē quàm te,superiorē alijs esse miraris. At.124 b,Quòd me magno animi motu perturbatum putas, sum equidem, sed non tam magno,quàm tibi fortasse uideor.Cos.At.107 b, Nobis, ut quidam putant, nihil est timendum magis quàm ille.& pro Planc.268 b,Quàm tibi commodum est,unam tribum delige.

Contrà quàm.pro contrà atq;,ac,atq; ut.pro Cl.20 d, Socrus generi cōtrà quàm fas erat amore capta.I. P. 83 a,Edicere ausus us ut senatus contrà quàm ipse censuisset,ad uestitum rediret.pro Domo.237 b, Quanquam quid ego de uestro iure contrà quā proposueram disputabo? pro Cec.178 d, Miror te hoc in hac re alieno tempore,et contrà quàm hæc causa postulabat, defendisse. ad He.24 b, Contrà faciunt,quàm pollicentur. Qu. Fr. 290 d, Factum est enim mea culpa contrà quàm tu mecum egeras.& de L.171 b,Contrà facis quàm pollicitus es.de Or.116 b, Clamare contrà quàm deceat & quàm posit,hominis est impudentissimi.et Orator.209 b,Sæpe suprà feret quàm fieri posit. Topic.224 d, Hoc est infrà quàm illud.lege Infrà. Καλὸν τὸ ὑφεῖν ἢ τὸ πολλὰ πρᾶξαι δεῖν εἰς μέσον. de In.62 b, Si à multis eligere homines commodissimum quodq; quàm sese uni alicui certo uellent addicere.

Quàm.pro ualde.de Or.95 b,In artificio & opera quàm tenui ac leui.de Cl.194 d, Oratio quàm elucubrata. de Natu.76 b, Quàm multas ante hunc Pisistratus pœnas sustulit,multis quidem antè cruciatis & necatis.I. Ver. 194 b,Fecerunt alij alia quàm multa.Ep.168 b, Te igitur imitabor,quàm multa quàm paucis.& 140 b, Liberis dare operam quàm honestè dicitur.pro Li. 139 b, Quàm multi enim essēt de uicloribus,qui,etc .cum etiā de uictis quàm multi sint,qui,&c.et de Diuinat.129 d, Quàm multa,&c. Quin.Frat.312 d, Quo quàm mini-

mè multi hoc sciant.Ep.174 b,Sanè quàm sum g. uisus. At.112 a,& At.115 b,Is autoritatem suam quàm magni æstimat.Ep.174 a, Suos ualde quàm paucos habet. Tus. 240 a, Abacos quàm plures ornauit argẽto.Item:Somnia quorum defensio repetita quàm longè est.de In. 78 b, Quàm absurdum.l.V.129 a, Quàm uoletis multi dicent.l.V.212 b,Sunt uestrùm quàm multi.

Quàm.pro quantum aliquando cum admiratione. Att. 135 b, Quàm nihil prætermittis in cõsilio dando, quàm tamen nihil, quod tibi placeat,explicas.de Finib.130 b, Quàm cupiunt laudari,ut pudet uinci.Ep.205 b, Vt ex hac commẽdatione mihi Cuspius quàm maximas quam primùm,quàm sæpissimè gratias agat.

Quàm.pro nisi.Nihil aliud nisi,ut,etc. Nihil aliud quàm id quod,&c.In Ver.214 a,Nihil aliud nisi quemadmodum,&c.pro Mar.151,Hoc tibi affirmo, nullam in his esse laudem ampliorem,quàm eam, quam hodie consecutus es.

Quàm mox.Qu.R.52 a, Quid expectas quàm mox ego eos dicam ordine esse senatores? ætate grãdes natu,etc. non faciam.

Quamobrem.quare,quid ita,cur,quo.At.121 a,Quamobrem ut de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium uelim.Ep.65 a,Quamobrem uelim,&c.& 64 b, Quamobrem tu,&c.et 65 a, Quamobrẽ satis esse hoc tẽpore arbitratus sum,&c.l.V.272 b, Iste multa signa dederat,quamobrẽ aliquibus respõsurus nõ uideretur. I.V.231 b, Verum illud est quamobrem hæc cõmemorarum,quod.&c.pro S.R.19 b, Si ulla uel minima res reperiretur,quamobrẽ,&c.Ep.40 a, Multa mihi ueniebãt in mentẽ,quamobrem ita fore putarẽ.& 133 b, Vno utor argumẽto,quamobrẽ,&c.Ep.19 b, Quamobrem quoniam,&c.utar ea clausula,&c.& pro Hl.160 b, Quamobrem quoniã,etc.Ep.149 a, Quamobrẽ quandoquidem,&c.pro Cl.168 a, Quare quoniã tibi quadrat,etc. licet.de N.32 a, Quapropter,quoniã,etc.At.138 b, Quãobrem obsecro te mi Tite,eripe mihi hunc dolorem.

Quamprimùm.primo quoq; tẽpore,sine mora. ad Br. 288 b,Sæpe te literis hortatus sum,ut quamprimũ reip. subuenires.I.A.203 b, Quid est enim cur eum nõ quamprimùm amplissimos honores capere cupiamus? Ep.30 a,& 55 a,bis. Gratissimũ mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimùm ueneris.ad Br. 289 a, Dignitati & existimationi tuæ conducit te primo quoq; tẽpore ferre subsidium reip.Ep.20 a,& 285 b, Cũ has ad te quam primùm literas perferri magnopere uellemus.

Quamuis. quantumuis. de N. 26 a, Nec timeo fine istã philosophia rhetorem quamuis eloquentem. & Tusc. 158 a,de Leg.189 a,et Ep.81 b, Quamuis enumeres multos licet,non tamen,etc. At.256 a,Et si, quamuis suasor non fueris profectionis meæ, approbator certè fuisti. pro S.R.22 a, Quamuis ille felix sit,sicut est,tamẽ, etc. de N.77 b, Quamuis menti delubra et uirtuti consecremus.I.A.255 a, Quamuis intentus animus tuus sit ad fortissimum uirum liberandum, tamen.

Quandiu.dum,quãtum,quoad,quàm,quousq;, quem ad finẽ.)(.Tandiu.At.136 b,Ego tamdiu requiesco, quamdiu ad te scribo.I.C.97 b,Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet?Ep.196 b,Qui se oppido tandiu tenuit,quãdiu in prouincia Parthi fuerũt.de Cl.165 a,Vixitq; tandiu,quàm licuit bene uidere:id est,quandiu. Att.254 a, Sed quantum fuit,incredibile est,quàm,etc. id est,quandiu fuit. Off.1 a,Discs quandiu uoles,tandiu autem uelle debebis,quoad te,&c.

Quando.cum,ubi, quia uel quoniam. de D.123 a, Quid ergo? Aius iste,quãdo eum nemo norat, alebat et loquebatur.de Fin.124 b,Vt quando ea loca uideamus, in quibus,&c.id est,cum,&c.de L.185 a, Ast quando consulis est,&c.id est,ast cum,&c.ex XII.et de Som.120 a, & Off.45 b,Ep.76 a, Quando te id uideo desiderare: id est,quoniam.Ep.151 b,Quam quando complexus es, tenes.Ep.83 b,Quare quando,&c.id est,quõniam.et de Fin.141 a,Omnes deniq;,quando,&c.At.120 a, At recu perabit remp.quando? aut quid ad eam spem est paratis de Or.92 b,Quando me ista curasse aut cogitasse arbitramini?& l.P.90 b,Quando hoc bellum populus Ro. fuscepit?de D.112 a,Vident ex cõstantissimo motu lunæ, quando ille è regione solis facla occurrit in umbrã terræ,ut eam obscurari necesse sit,quãdoq; eadẽ luna, etc. Of.49 a,Vtinam,inquit,tunc essem natus,quando Romani dona cæpissent.pro Do.227 b, Quando igitur est turpe? quando est pœna peccati.contra Rul.74 b, Tum quando Alexandro mortuo legatos Tyrum misimus.de Se.85 a,Sẽper enim in his studijs uiuẽti, nõ intelligitur, quando obrepat senectus. de Vn. 197 a, Quando enim trium numerorũ,etc,id est,cum enim,etc.de Vn.200 b, Quando,& ibid.pro,Cum.

Quandocunq;.id est,quocũq; tempore.de Som. 130 a, Quandocunq; eadem parte sol, eodemq; tempore iterum defecerit,tum,&c.

Quandoque.aliquando.Epistol.92 b, Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum,quoad ille quandoque ueniat.

Quandoquidem.Para.124 a, Tu te posse dicito,quandoquidem potes.et de Fin.133 b,de Or.147 b, Quæ sunt in hominum uita, quãdoquidem in ea uersatur orator. & de Fl.140 b,& In V.110 b, Quandoquidem honestũ ipsa uirtus est Or.202 a.& de L.184 a, Ita prætermissa pars nulla erit,quandoquidem.&c.de Cl.179 a, Quandoquidem tu,&c.uellem,&c.l. V. 190 b, Quando tu quidem in prælio mihi affuisti.

Quanquam.tametsi etsi,scilicet.de Or.126 b, Quamobrem,hoc uos doceo Sulpiti,ut in dicendo posstis,etc, quanquam te quidem quid hoc doceam? qui,&c. de N. 67 b,Homerus conueniri Hereulem apud inferos facit ab Vlyxe,quanquam quem potissimùm Hereulem cõlumus,scire sanè uelim.Ep.253 a, In integro res nobis erit quanquam qui cum loquor? cum uno,&c.Tusc.247 a, Omnia iucunda, quanquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen.pro S. R. 27 a, Innocens cõquispiam,ueruntamen quanquã abest à culpa,suspicione tamen non caret.de Or.107 b, Quãquam quoniam, &c.idem Roscius,&c.Par.241 b, Quanquã uterq; utetur,&c.tamen,&c.de Fin.91 a, Quanquam ea uerba, &c.quanquam inquam,&c.tamen,&c.

Quantopere.)(.Tantopere.de Or.98 a,Neq; enim tam topere desiderabam.&c.quantopere delector,&c.& At.196 a,& 276 a,Ep.205 b, Quantoq; opere eius municipij causa laborarem,tibi ostẽdi. At.224 b, Dici non potest,quantopere gaudeam.

Quantulum.de Ord.96 a, Nihil plus assequi cupimus, quàm quantulum tu in dicendo assecutus es. cont. Rull. 79 b,Etenim quantulum interest, utrum in Massici radices,an in Italiam alio ue deducamini.

Quantulus,a,um.de D.236 a,Misit coniectori quantulum uisum est de argento.de Leg.179 b,Id autem quantulũ est?l.V.Act.1,Mulieri reddidit,quantulũ uisum est.

Quantuluscunq;.de Or.96 a,Si de hac mea,quantulacunq; est,facultate queritis.Or.206 b,Easq; nos primi quicunq; eramus,et quantulumcũq; dicebamus,conuertimus.de Or.117 b,Ex eo quod dico quantulum id cunq; est,iudicari potest.

Quantum.ut,ut maximè,quàm maximè, quod, quatenus.pro Fl.154 a,Vociferarer,& quantũ maximè possem contenderem,si,&c.pro Sest.9 b, Vt afflictæ reip. quantũ posset mederetur.l.P.93 b,Pompeius quẽ quantum potui,multis sæpe orationibus decorauí.At.140 b, Perge ut facis,& scribe quantũ potes.Ep.70 a, Quantum potero me ab omnibus angoribus abducam. Qu.F. 297 a,b, Quantum in me erit, quantũ efficere & consequi possumus.Or.220 a, Quantum autẽ sit aptè dicere,experiri licet,&c.si,&c.pro Qu.94 a, Viri boni cõsiderant,quid & quantũ sit alterius bona proscribere. de Or.115 b,Sed tamen est eorum doctrina (quantũ iudicare possiũ)perridicula.pro S.R.24 a, Tres sunt res, quantũ ego existimare possũ,quæ,&c.pro Flac. 159 a, Nã nomen ciuiũ Ro.quantũ in ipsis fuit,sustulerũt. At. 261 a,Is remp.quantum in ipso fuit, euertit. de Nat. 62 b,Non igitur adhuc,quantũ in te est, intellexi deos esse. l.Quãtus.pro Ar.185 b,Huc profectò,ipsi,quãtũ est situ in nobis,opem ferre debemus. Tusc.235 b, Vt omnia in omnib.quãtum in ipsis, nulla ui impediente perfecta sint.Ep.36 b,Quantũ ex tuis literis intelligere potui.et At.107 a,Quãtum ex Pompeij sermone perspexi.de L. 191 b,Hæc lex Attico nostro non placet,quantũ ex ultu eius intelligo.At.28 a,Quantum coniectura augurantur.de Or.92 b,Ego quantũ auguror coniectura,quãtaq; ingenia in nostris hominibus esse uideo, nõ despero fore aliquẽ,&c.& Att.1 a, Quod adhuc coniectura prouideri possit.Ep.9 b, Quantũ ego perspicio. & 119 a,Quantũ diuino.& ibi.Vt uideo.Ep.158 b, Quantum me diligis,tantũ adhibe in te diligẽtiæ.Ep.257 b, Quantũ me diligis,tantũ fac,&c.At.14 a, Nec tantũ proficiebam,quantũ uolebam.In Sal.272 b, Iam dabo operam, quàm maximè potero,ut,&c.id est,quantum,etc. Tusc. 227 a, Cognoscere aliquid quoad possit ab homine cognosci.& Ep.158 a,& 226 a,Id est,quãtũ uel quatenus.

Quantumuis licet excellas.de Am.110 a.

Quantus,a,um.Att.98 a,b, Videre mihi uideor tantam dimicationem,quanta nunquã fuit. Att.174 a,b,Tanta multitudo quãtam capit urbs nostra.et Ep.186 a, Dixi tanta contentione,quantũ forum est.pro Cl.36 a,Pecunia numero ac summa sua quanta sit ostendit.pro R.P. 128 b,Si tantum ex eius bonis, quanta summa litiũ fuisset,populus recepisset.pro Dom.228 b, Populus Rom. sensit quantus et quãta dignitate esses.de Or.113 a, Quãlis oratoris et quanti hominis in dicẽdo putas esse scribere historiam. At.285 b,Potuimus beneficijs ut partici pes fruí,quantis uellemus. Or.217 a,Dicẽdum est quantos circuitus facere deceat.de Or.160 b, Nec hoc tanti laboris est,quanti uidetur. pro Do. 227 b, Quod est in terris cõmune,tantum tantum ue consilium? quod,&c. cont.Rul.72 b,Perspicite quanta potestas permittatur. & ibid. Primùm permittitur infinita potestas pecuniæ conficiendæ.pro Sest.8 a,Vt pecuniã acciperent quantã uellent.de Or.98 b, Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex permittebat.l. A.166 a, Omnes boni quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt. & 208 b, Quamobrem Quir.consilio quantum potero, labore plus penè quã potero,uigilabo pro uobis. pro Corn. 63 b,Omitto quantis ornamentis populum Rom.C. Cæsar affecerit.I.A.211 b,Quanta illa reip.turpitudo,quantis dedecus? de L.172 b,Cum intelligat quãtæ salutis sint fœdera religionũ.pro Mil.109 a,Quem si interficere uoluissent,quantæ quotiens occasiones,quàm præclaræ fuerunt? pro Mil.109 b,Scio quanta & quàm solicita cupiditas sit cõsulatus.pro Syl.181 b, Quantus & quàm incredibilis furor,&c.Tusc.199 b, Is propagatione uitæ quot,quantas,quàm incredibiles hausit calamitates? de D.91 a,Xenophon Socraticus,qui uir & quantus,scribit,&c.Am.111 a,Nec cognoscit,hæc uis amicitiæ quàlis & quãta est.I.V.161 b,Cernitis iudices quod et quantum incendiũ per Siciliam peruaserit.Ep.258 b, Quantam diligentiam in ualetudinẽ tuam cõtuleris, tanti me fieri à te iudicabo. At.10 b,Dij immortales,quas ego pugnas & quãtas strages edidi.& I.V.61 a, Quæ & quantæ sint,&c.& 236 a,Quot & quanta sint,&c. et 260 b,& 240 a,& 74 b,Tot tantaq; uitia. Quãti addictus, 2 de Or.In qua docet,quot à ciuitate sua nautas aeceperit,quot et quanti quemq; dimiserit,7 Ver. Sed quanti: bene emitur quod necesse est,12 ad At. Quanti libertas ista æstimãda est,non mihi necesse esse quod tibi est? 4 Ac.Pluris Senatus æstimasset,quã quanti esset annona, 5 Ver.Vide quanti apud me sis,7 Fa. Quanti quisq; sit non quantum prosit,ponderandum,Bru. Noli spectare quãti homo sit,parui enim precij est qui iam nihil sit, 1 ad Qu. Fr.Hoc quãti putas esse ad famam hominum ac uoluntatẽ? pro Mur. An dubitas,quum scias quanti cùm illum,tum uerò Tullium meam faciam? Cælio,li.2.Quãti hoc ipsum? 11 Fam. Tantum damni feci,quanti quæq; res amissæ ualebant,de Finib.127 b.

Quanti.ad precij relatũ. At.193 b,De Drusi hortis quãti licuisse tũ scribis,id ego quoq; audierã, et ut opinor, heri ad te scripseram, sed tanti, quanti bene emitur. de N.12 b, Quanti aũt hæc philosophia æstimãda est? quæ, etc.I.A.224 a, Quãti locarint,tantã pecuniã redẽptori soluendam curent. Off.50 b, Vt cõmodius putarent numerari,quod tanti esset,quã possessiones recuperare.

Quantò,pro quò.Acad.lib.1,Quantò magis philosophi delectabunt.

Quantuscunq;.de Or.119 b, Atq; ego is qui sum, quantuscunq; sum ad iudicandũ,sic statuo,&c.& de Cl.195 b,Nostrum illud quantumcunq; est augere.Ora.204 a, Itaq; eum qui audiunt,quamuis ipsi infantes sint,tamen illo modo cõfidũt se posse dicere.de Fi. 51 a, Debeo profectò quantũcũq; possim in eo laborare,ut,etc.I.A. 198 b,Quorũ bona quantacunq; erãt,suis comitibus descripsit.pro Mar.132 a,Totũ hoc,quãtumcunq; est,tuũ est.

Quantus maximus,ma.ad Bru.275 b, Autoritas,quanta maxima in libera ciuitate unius esse potest. de Am.110

Universidad de Deusto
Biblioteca

4, Tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumq; distantia.

Quapropter. quare, quamobrem, quocirca. Epist. 54 d, Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. de Or. 32 d, Quapropter quoniam illud est, &c. hoc sit necesse est. l. A. 189 d, Quapropter quoniã, &c. aliquãdo, &c. pro S.R. 20 d, Quapropter uos oro iudices, &c. pro Cec. 299 d, & de Am. 101 d, Quapropter non minus, &c.

Quaquauersus. I.A. 224 d, Circumq; eam statuam posteros eius quaquauersus pedes quinq; habere. emendatiores codices habent, Quoquouersus.

Quare. quamobrem, quapropter, ex quo, ut. Epist. 226 d, Quare sic tibi eum commendo, ut, &c. Qu. Fr. 297 b, Quare quoniam, &c. Ep. 83 b, Quare quando, &c. de Or. 91 d, Namq; illud quare Scævola negasti? etc. At. 93 d, Is fuit aperte mihi nescio quare nõ amicus. pro Qui 4, Commissum nihil esse, quare ad istam rationẽ perueniretur. Ep. 100 b, Vnũ mihi est solatium, quare possim, &c. pro S.R. 25 d, Quæramus igitur quæ tanta uitia fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. pro S.R. 34 b, Permulta sunt, quæ dici possunt, quare intelligatur, &c. Ep. 155 b, Omnia feci, quare resistarem, &c. Off. 47 b, Vtendum est excusatione, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris. Ep. 145 d, Quare, &c. quare, &c. quare, &c. quod si, &c.

Quartana, næ. Ep. 260 d, In quartanam conuersa est uis morbi. Att. 100 d, Alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse. Quartana febris. l. Febris.

Quartus. sexagesimus. de Cl. 195 b.

Quasi. tanquam, quodammodo. Aca. 9 b, Illos qui omnia incerta dicunt, quasi desperatos aliquos relinquamus. & ibid. Volunt probabile aliquid esse & quasi uerisimile. Tus. 181 d, Quasi de uerbo, nõ de re laboretur. pro Qu. 2 d, Quasi tua res aut honos agatur, ita laboras. de Or. 107 d, Vocem ab acuto sono ad grauem recipere, et quasi quodammodo colligere. Tusc. 192 b, Est in animis tenerum quiddam, quod ægritudine quasi tempestate quatiatur. de N. 21 b, Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat. de Orat. 93 d, Earum rerum quæ quasi in arte traduntur, inscitia. Item: Procreatrix quædã & quasi parens, &c. Or. 202 d, Quasi corporis quædam eloquentia. & 201 b, Puto quasi quodã genere dicendi. & de Or. 126 d, Sine quodã afflatu quasi furoris. Tus. 227 d, Ii sunt eiusmodi cõstituti, quasi mala ualetudine animi. I.V. 70 b, Ex his quasi X. fiscos ad senatorem illũ relictos esse. de Or. 85 b, Philosophia laudandarũ artiũ omnium procreatrix quædam, & quasi parẽs. de Sen. 82 d, Literas græcas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. de Se. 94 b, Nec uerò uelim quasi decurso spacio, à calce ad carceres reuocari.

Quasi uerò. perinde quasi. Epi. 35 b, Non poteram credo ante hyemem (sic enim scribis) quasi uerò ad cognoscendum ego ad illos, nõ illi ad me uenire debuerint. de Nat. 61 b, Quasi uerò quisquam nostrũm, &c.

Quassatus, a, um. fractus & debilitatus. pro Sest. 19 b, Flamma illa fuit quassatæ reipub. & pro Mar. 134 b, Quassata resp.

Quassus, sus. Tusc. 186 d. l. Attrectatus.

Quatefacio, cis. cõcutio. At. 279 d, Romã perueni, nullo præsidio quatefeci Antonium.

Quatenus. quantum, ad quem finem et quasi terminum, ex ea parte quatenus, quia ob id ipsum, quia quoad. de Am. 181 b, Quamobrem id primùm uideamus, quatenus amor in amicitijs progredi debeat. Ora. 102 b, In omni re uidendũ est, quatenus. etsi enim sius cuiq; modus est, tamen magis offendit nimium quàm parum. Tus. 171 b, Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quodq; curãdũ. de Or. 130 d, Quatenus sint ridicula tractãda oratori, per quàm diligẽter est uidendũ. & ibi. Quatenus. de Or. 141 d, Qui memoria uigent, sciunt quid & quatenus & quomodo dicturi sunt. de Fi. 130 d, Videre quatenus aliquid se attingat, ad seq; pertineat. et Ac. 23 d, In omni re statuere quatenus. At. 192 b, 193 d, Neq; mihi ut absim concedere, aut quatenus eos mihi concedere. de Opt. 243 b, Sed quatenus uoluerunt, sani & sicci duntaxat habeantur. Ep. 3 d, Postulatũ est ut Bibuli sententia diuideretur, quatenus de religione dicebat ei rei cui iam obsisti non poterat, Bibulo assensum. Epi. 48 d, Sed accipio excusationẽ ex ea parte, quatenus aut negligẽtia aut improbitate eorũ qui epistolas accipiãt fieri scribis. Att. 258 b, Τὰ περὶ τῶν καθηκόντος quatenus Panetius absoluit duob. illius tres sunt. Of. 27 b, Animaduertẽdũ est etiã, quatenus sermo delectationem habeat. Off. 55 d, Vulgus quid absit à perfecto, fere nõ ex toto intelligit: quatenus aũt intelligit, nihil putat prætermissum. et I.A. 210 d, Quib. auspicijs istos fasces augur acceperim? quatenus haberem cui traderẽ? Of. 62 d, Diogeni uidetur, uenditorẽ quatenus iure ciuili constitutũ sit, dicere uitia oportere. Of. 65 b, Leges tollũt astutias, quatenus manu tenere possint. Philosophi quatenus ratione & intelligẽtia. de Am. 207 b, Est enim quatenus amicitiæ dari uenia possit. de Vn. 203 d, Deinde dijs permisit ut huic animãti duces se præberẽt, & eum pulcherrimè gubernarẽt, nisi quatenus ipse sibi sua culpa aliquid miseriæ quereret. pro R.P. 124 b, Iudex meminisse debet nõ solũ quanũ sibi permissum, sed etiã quatenus permissum sit. Tus. 246 b, Vt uoluptas ipsa per se, quia uoluptas est, semper optãda est: eadẽ ratione dolor ob id ipsum quia dolor est, semper est fugiendus. Ep. 47 b, Hactenus existimo nostrã cõsolationem recte adhibitã esse, quoad certior fieres ab homine amicissimo ijs de rebus, quib. leuari possint molestiæ tuæ.

Quaterdecies. I.V. 96. H S, quaterdecies numerata.

Quaternus, na. Attic. 83 b, Scaptius quaternas centesimas sperabat. Attic. lib. 6, At Scaptius quaternas postulabat.

Quatio, is. quatefacio. de N. 47 b, In Ara. Tum fixum ire malo quatietur frigore corpus. & de N. 47 b, Magnus leo tremulam quatiens è corpore flammam. Tus. 191 b, Est in animis tenerum quiddam quod ægritudine quasi tempestate quatiatur.

Quatridui. At. li. 3. 4 d, Ab Antronio & cæteris quatridui, scilicet abest Epeirus.

Quatriduò. quarto die. pro S.R. 21 b, Quatriduò, quo hæc gesta sunt, bis ad Brutum. quatriduò ante.

Quatriduum, dui. Att. 92, Ipsum enim tridium quatriduum ue. L. Tridium.

Quatuoruiratus. Ep. 164 d, Pollionis.

Quatuoruiri, ui trum uirũ, &c. de Cl. 22 b, Que

Que, &c. de N. 36 d, Multa quibus animãtes alantur, augẽscantq; & pubescant. & de Or. 128 b, Alterumq; & tertium poscitur. Ora. 200 d, Arguti certiq; & circũscripti ambitus. I.A. 174 d, Ego arma contra deos arasq; & focos tuli? pro Qu. 5 b, Nisi tu, quod esset tuũ ius & officium potestasq;, docuisses. Off. 14 d, Eaq; ratione stabili firmaq; cõtemnere. & Ep. 4 d, In primisq;, ut, &c. de Ora. 94 b, Quisq; optimè dicunt, quisq; id faciunt. de Or. 85 b, Mathematici recondita in arte & multiplici, subtiliq; uersantur.

Quemadmodum, quomodo, ut, ita ut, perinde ut, sicut, tanquã, ac. At. 127 d, Velim exquiras quemadmodũ illi nũc se gerãt. & pro Ce. 291 b, Prætor te quemadmodum restituat, nõ habebit? pro Ar. 186 d, Res nobis quẽ admodũ spero, nõ molesta. pro Mu. 136 d, Inflatus cum spe militũ, tum collegæ mei quemadmodũ dicebat ipse, promissis. I.C. 111 d, b, Semper uigilaui et prouidi, quem admodũ salui esse possemus. I.P. 80 d, Magnificètius est dicere quemadmodum gesserimus consulatũ, quã quem admodum ceperimus. Postquam. 202 b, Mihi maiori curæ erit, quemadmodum quidem uobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorũ iniurias persequar. et ibid. Sic ulciscar facinora singula, quemadmodũ à quibusq; sum prouocatus. de L. 168 d, Si te ipse perspicies, totamq; tentabis, intelliges quemadmodũ à natura subornatus in uitã ueneris. pro Dom. 227 d, Sed isti qui Clodij leges timuerũt, quẽadmodum cæteras obseruauerũt? de Ar. 245 d, Solus ille cognouit, quẽadmodũ istũ uinci oporteret. At. 204 d, Nec seuerius, nec tẽperantius scribi poterat, nec magis quàm quemadmodũ ego maximè uellẽ. pro Qu. R. 54 d, Si nõ reliquit, quẽadmodũ ab eo exegisti? & de Cl. 193 b, Vt posis uidere quemadmodũ, &c. Ep. 233 b, Valerius mihi scripsit, id quod ego maximo cũ fletu legi, quẽadmodũ à Vestæ ad tabulã Valeriã ducta esses. Ep. 7 d, Ita fore ut per te restituatur, quẽadmodũ senat⁹ initiò cẽsuit. de Fi. 82 d, Quẽadmodũ sunt, &c. eodẽ modo sint, &c. de Fa. 142 d, Quid? Socratem nõnne legimus quemadmodum notarit Zophirus, &c.

Queo, quis. Ep. 233 d, Ad te non queo sine lachrymis scribere. & Antequàm. 193 d, Vt ijs sine magna uirtute non queat resisti. pro D. 253 d, Quẽ satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non queo. I.A. 231 b, Qui tãtas calamitates deplorare queat. Or. 211 d, Nequire, pro nõ queire. At. 17 b, Atq; hoc loco illud non queo præterire, & 94 b, Non queo tantum, quantum uereor scribere.

Quercus, cus. At. 25 d, Quercus Dodonea. de Leg. 156 d, Quercus glandifera. de Leg. lib. 1, Quercus Arpinatiũ ingenio fata manet, & semper manebit. Attic. lib. 13, E' quercu nescio quid exculpseram, quod uideretur simile simulachri.

Querela, læ. querimonia, cõquestio. Qu. Fr. 326 b, Epistola plena stomachi & querelarum. & At. 107 d, Querela de damnatis. Q.F. 299 b, Statius interuenit nõnullorũ querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. pro Ma. 134 d, Nunc uenio ad grauissimam querelam, & atrocissimã suspicionem tuã. de Fin. 132 d, Eorum est hæc querela, qui sibi chari sunt. Ep. 161 d, Vestrum in rempublicam meritum nonnullã habet querelam. & 70 b, Querelis quotidianis nihil proficere. pro Sest. 17 b, His de tot tantis iniurijs in socios, &c. consulũ querela esse debuit.

de D. 83 d, Et assiduas iacit ore querelas. de Sene. 78 b, Querelæ quas illi deplorare solebant. pro Deio. 145 d, Quanquã cui sunt inauditæ cũ Deiotaro querelæ tuæ?

Queribundus, a, um. lamẽtabilis. pro Syl. 172 d, De supplicio P. Lentuli magna & queribunda uoce dixit.

Querimonia, niæ. querelæ, lamentatio. In V. 56 d, In populi Rom. quotidiana querimonia. & 195 d, & 250 d, In ea querimonia, quam sum habiturus de istius crudelitate. Q.F. 306 b, Eo metu iniecto, repentè magna querimonia omnium discessimus.

Queror, ris. cõqueror, expostulo, deploro, querelam ac querimoniam habeo, querela est, querelas deploro, querelas iacio. I.V. 580 b, Hic tu fortasse querere, deũm atq; hominũ fidem implorabis. de Ora. 126 b, Accedebat ut hæc tu pro rep. queri existimarere. pro Fl. 158 d, Nõ enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri possumus. et Epi. 31 b, Multa nos quidem questi sumus. Tus. 231 d, Virtutes aũt noli uereri ne expostulent & querantur se relictas esse, &c. Ep. 41 b, Quererer tecũ atq; expostularẽ, nisi, &c. pro Cæl. 41 d, Queri de aliquare. & Ep. 4 b, Queri de iniurijs aliorũ. & Qu. Fr. 296 d, Queri de iniurijs alicuius. At. 150 b, Cæsar queritur de Milone quim expulso. & de Or. 143 b, Ibi Drusus multa de Philippo questus est. et de D. 125 b, Aiax querens de ferocitate Troianorũ. Ep. 50 b, Quid est quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis. & Ac. 20 b, Quererer cum deo. At. 71 b, Audiui Milonem meum queri per literas iniuriam meam. At. 204 d, Dionysius noster grauiter queritur, & tamen iure, à discipulis abesse tãdiu. Q.F. 304 d, Quæ si queri uelim præterita, nihil agã.

Questus, stus. lamentatio. pro Quint. 17 b, Quid dem⁹ questus? qui mœror dignus inueniri in calamitate tanta potest?

Quî. quomodo. Quî igitur cõuenit, quæ usus fuerit, &c. pro Ce. Deinde quî fit ut ego nesciã, sciant omnes quicunq; Epicurei esse uoluerunt? 2 de Fin. Quî potest esse in eiusmodi trunco sapiẽtia? de Nat. lib. 1. 18 d, Quî possumus deum, nisi sempiternum, intelligere? de N. 1, Quî minus enim Licinius comprehendi potuit, quum, &c. pro Cælio: Quî fieri potest? Quî minus autẽ ego istic rectè esse possim, quàm est Marcellus? ad At. li. 16, Quî potuit esse sapientia? 4 Acad. Quî enim beatior Epicurus, quòd in patria uiuebat, quàm.

Quia. quòd. I.V. 228 d, Vrbs, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur. de Am. 102 b, Sed quia natura mutari non potest, idcirco ueræ amicitiæ sempiternæ sunt. Ep. 229 d, Quia non est obscura tua in me beneuolẽtia, sic fit ut, etc. pro S.R. 18 b, Quæ me res igitur præter cæteros impulit, ut, &c. quia si quis istorũ, &c. pro Sest. 7 d, Omnes boni semper nobilitati fauemus, et qa, etc. & quia, &c. Tusc. 240 b, Voluptatem ipsam per se quia uoluptas sit, semper optandam esse. de Fin. 55 d, Nemo dolorem ipsum quia dolor sit, amat. & ibidẽ: Nemo ipsam uoluptatẽ, quia uoluptas sit, aspernetur: sed quia consequuntur magni dolores eos, qui, &c.

Quicquam. prorsus. de Ora. 96 d, Sine qua nihil quicquam egregium assequeris.

Quicque uel quidq;. de N. 71 b, Interpretando quorsum quicq; pertineat. ad He. 3 b, Sed ut qu cq; primum gestũ erit, ita primùm exponemus. de Finib. 130 d, Perspicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatenus quicque se attingat, ad seq; pertineat. aliter, quicquid. I. V. Act. 6, Vnde quidq; aut quanti emeris.

Quicquid. quæcunq; res. pro Pomp. 17 d, Quamobrem quicquid in causa mihi susceptum est, id omne me reip. causa suscepisse cõfirmo. de Or. 96 b, In utraq; re, quicquid in controuersia ueniat, in eo queri, &c. & 89 b, Quicquid erit quacũq; ex arte, quocunq; de genere. de Fi. 136 d, Perspicere quatenus quicquid se attingat, ad seq; pertineat. aliter, quicq; I. V. 60 b, Id mihi satis est, quod est de me opimõis, quicquid est. Quid ad hãc mãsuetudinem addi potest, eum, quicum bellum geras, tam molli nomine appellari? li. 2 Off. Qui neminẽ prætermiserit, quicum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit, ad Bru. lib. 11. Nemo est omnium, quicum potius mihi, quàm tecum, communicandũ putem, Ser. Sulp. li. 4. Nõ ut quisq; maximè est, quicum tibi aliquid sit, ita tui huiuscemodi criminis maximè eum pudet? 7 Ver.

Quicunque, quæcunq;, quodcũq;, quisquis, quisq;, quoquo. de Or. 112 b, & contra Rul. 88 d, Non omnia quæcunq; loquimur, ad artem sunt reuocanda, de Fa. 149 d, In omnib. quæcũq; fiunt, necesse est causam antecedere. pro R. P. 126 d, Quæcũq; mẽs illa fuit, Gabinij fuit: & quoquo cõsilio fecit, fecit certè suo. de Or. 94 b, Illam ipsam, quãcunq; assequi potueris in dicendo mediocritatem. & ibidẽ: Illa ipsa facultate, quãcunq; habes, magnam gratiã assequeris. & 88 b, In iudicij ea causa, quãcunq; tu dicis, melior uidetur. de Sen. 84 b, Causarum illustrium quæcunq; defendi, nunc quàm maximè conficio orationes. de Ora. 109 d, Omnia quæcunq; in disceptationem hominum uenire possunt, bene sunt oratori dicenda. de Clar. 184 d, In quacunque enim una planè claudicaret, orator esse non posset. Or. 197 b, Orator, si modò sim, aut etiam quicunq; sim. Ora. 206 b, Eaq; nos primi, quicunq; eramus, & quãtulumcunq; dicebamus, cõuertimus, &c. pro Flacc. 150 d, Libenter accipere facultatem lædendi, quæcunq; detur. Qu. Fra. 300 d, Quoscunque de te queri audiui, quacunque potui ratione placaui. pro Sest. 28 b, et pro Mi. 120 d, Quẽcunq; casum fortuna dederit, & quæcunque fortuna erit oblata. pro Cæl. 38 d, Quæcunq; in equite Rom. dignitas esse potest, eam semper in M. Cælio habitam esse summã. de D. 127 d, Ea notãt sidera natalitia Chaldæi, quæcunq; lunæ iuncta uideantur. Post. 204, Is est Epicurous, nõ penitùs illi disciplinæ, quæcunque est, deditus. Epi. 163, Quicunque is est, ei me profiteor inimicum. de Or. 99 b, Quãcunque rem à quoque cognouerit, de ea re multo dicet ornatius quàm, &c. Item: L. Fusius, cuicunque particulæ cœli officeretur, immutata lumina putabat. Att. 129 b, Quodcunq; militum contrahere poteris, cõtrahe. de Or. 89 b, Quicquid erit, quacunque de re, quocunque de genere, &c. de Cla. 190 d, Nec uerò M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque eius in exitu uel fortuna uel mens fuit.

Quid. Ep. 22 d, Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut, &c. Tus. 170 b, Quid? Theodorum, &c. nónne miramur? pro Deiot. 147 d, Quid? ille signa ænea in insidijs posuerat? In A. 179 d, Quid? eundem in septemuiratu nónne destituisti? pro Mur. 129 b, Quid tum inde? & I. A. 248 b, At uti potest pro suo, quid tum? In A. 175 d, Quid enim? istuc si cõsul esses, min⁹ facere potuisses?

Et 71 d, Quid enim? ad amicósne confugiam? Par. ad. 123 d, Quid enim cẽses? si L. Mummius uideret, &c. utrum putaret, &c. de Fin. 65 d, Quid ergo? istam uoluptatem Epicurus ignorat? & I. A. 253 d, de D. 135 b, Quid ergo? ad hæc mediocri opus est prudentia? an et ingenio præstanti, &c. de D. 123 d, & 164 b, I. A. Quid ergo? Aius iste, etc. de Se. 88 d, Quid ego uitium satus, ortus, incrementa commemorem? et ib. Quid, sæpe repetitum. pro Mil. 110 d, Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te Qu. Petili appello. in P. 92 b, Octies. de L. 157 d, Nã quid Acciũ memorẽ? I. C. 161 d, Quid est Catilina? quid? attendis? quid? animaduertis horũ silentium? pro Corn. 62 d, Quid id ad ciuitatem? pro Qu. 10 d, Quid mihi cum ista summa sanctimonia? Epistol. 101 b, Quid fiet populo Vlubrano? de Am. 102 d, Quid enim ille erat indigens mei? id est, in quo? I. V. 75 a, b, Quid sit, quod, &c. Item: Quid sit quamobrem, &c. Quid? testes quid aiunt? pro Cecin. Quid tu me hoc tibi mandasse existimas, ut, &c. Cæl. lib. 2, Quid aer? quo Diogenes Apollonias utitur Deo. de Nat. 1, Quid enim? isthuc si Coniates utitur Deo. de Nat. 1, Quid enim? isthuc si Consul esses, minus facere potuisses? in Ant. 175 b, Quid enim? summus dolor plures dies manere non potest? de Fin. Quid enim? ad amicósne confugiam? Luceio, lib. 5, Quid enim Africanus indigens mei? minimè hercle. de Am. Quid enim censes? si L. Mummius uideret, &c. in Parad. Valeat ille deus, quid enim dicam, propitius sit? de Na. 1. Quid istud ad nos? Acad. q. ed. 1. lib. 2, Accusatis Sex. Roscium. Quid ita? quia, &c. pro Ros. Am. Quam molestum est uno digito plus habere. quid ita? quia, etc. 2 de N. Grauatè ille primò. quid multa? impetrat 3 Off. Quid multa? uereor ne hæc iniecta à bonis, defensa ab improbis, magnorum Reip. malorum causa sit, ad Att. lib. 1. Quid multitudinem, suauitatem? piscium dica? 2 de Nat. Quid præterea? Quid? 3 ad Quint. Fr. Quid quæstio, quàsnam habet partes? in Par. Quid, qui pecuniæ cupiditate, qui uoluptatum libidine seruiunt, &c. Tusc. Quid, quòd dixisti, inquit, Crasse, si, &c. 2 de Or. Quid, quòd eadem illa ars quasi Penelope telam texẽs, tollit ad extremum superiora, &c. 4 Aca. Quid, quòd eiusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? s de Nat. Quid, quòd salus sociorum summum in periculũ ac discrimen uocatur? pro leg. Manil. Quid, quòd sapientissimus quisq; animo æquissimo moritur? de Sẽ. Quid quòd ita si ista uera sunt, ratio omnis tollitur? 4 Ac. q. Nosti enim reliquos ludos, quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod solẽt mediocres ludi, ad Mariũ, li. 7. Quid, quòd Theseus exegit promissum à Neptuno, 3 Offi. Quid, quum ipse Antiochus dissentit quibusdã in rebus, &c. 4 Acad. Quid si mutos? & quid si non uultu 6 Fam. At multantur bonis exules. Quid tum? paruimne multa de toleranda paupertate dicuntur? 5 Tusc. Nã quid aliud agimus, quum, &c. quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad scipsum aduocamus? 1 Tusc. Quid attinet plura esse nomina deorum? de N. 1. Quid Opis? quid Salutis? (templa commemorem). de Nat. Quid igitur cẽses? de N. 1. Quid censes, si ratio esset in beluis, nõ suo quasq; generi plurimum tributuras fuisse de N. 1. Quid cẽses eos esse facturos, qui omnem uirtutẽ à bonorũ fine segregauerũt, Epicurum, Hieronymum, &c. 4 de Finib. Vos autem quid mali datis? de Nat. deor. 1.

Quid

Quid dicam quantus amor sit bestiarum in educãdis cũstodiendisq; ijs quæ procreauerũt? a de N. Quid dicam Albutium? de N. d. 1. Quid dicam imperite, uir omnium prudentissimus, an ambitiosè feciſſe, &c. ad Bru. 52. Bruti. Quid dicas? 1 ad At. Nisi quid existimas in ea re uiolari existimationem tuam, Philip. lib. 4. Quid est? 8 Fam. Cælij. Quid est aliud, capere & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si, etc. 5 Ver. Quid autem est inscitius, quàm, &c. de N. Hãc ego quum teneam sententiã, quid est cur uerear, ne ad eam non possim accõmodare Torquatos nostros? 1 de Fi. Quid ergo est? pro Ros. Amer. 10 Fam. Planci. Quid est hoc? quid est autem cur? &c. 15 ad Attic. Quid igitur est? non eodem modo de omnibus, pro Roscio Amer. Quid pedib. opus sit sine ingressu? de N. 1. Quid est quæso Metelle iudicium corrũpere, si hoc non est? 2 Ver. Quid est quamobrem quisquam nostrũm censorias subscriptiones omnes fixas, et in perpetuũ ratas putet esse oportere? pro Cl. Quid est quòd signis & luminib. mundum ornare concupiſceret deus? de N. d. 1. Quid est quòd tu alios accuses? 4. Ver. Quid sumus ipsi? 12 ad At. Cum Illyrico uerò, & cũ Vatinij legionibus. quid erat Antonio? 10 Phil. Mirabar quid esset, quòd tu mihi literas mittere intermisiſſes, 7 Fam. id est, quamobrem. Quid eius sit, 16 ad At. pro, quid de ea re sit. Quid sit quòd P. Septimio Senatore, &c. 2 Ver. Quæro quid sit, Ac. q. ed. 2. li. 1. pro, quæ sit causa. Quid erit, qualecunq; erit, scribas, 11 ad At. Quid huic tu homini facias? pro Ce. Valerius quotidie cantabat, erat enim scenicus: quid faceret aliud? de Orat. Stomachari Cannius: sed quid faceret? nondum, &c. 3 Offic. Quid fiet actibus? quibus? hisne, &c. 4. Ac. Quæro, si, qui uelint uendere, non fuerint, quid pecunia fiet? 2 de Lege Agr. Etsi nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? ad Terentiam, li. 14. Quid interest, utrum de Hippocẽtauro, an de deo cogitemus? de N. 1. Quid interest, utrum prætor imperet, uiũ; cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere? 4. Ver. Quid intersit inter populares? id est, assentatorem & leuem ciuem, etc. Lælius. Quid loquar quanta ratio in bestijs appareat? 2 de Na. Quid enim mereas? de N. 1. Quid cõtra uim sine ui fieri possit? 12 Fam. Quid homo quisquã possit? uix iã deus, 9 ad At. Quid quæris? 7 Fam. & 13 ad Attic. & lib. 10. Quid quæris? etsi mihi crebrò ξυνὸς ἐνυάλιος occurrebat, tamen leuabar cura, uirum fortem & peritum, & plurimum autoritate ualentem audiens, &c. ad Attic. lib. 7. Quid quæris? nunc ut ad priuata redeam? ad Att. li. 1. Quid scribam? pudet conditionis ac fortunæ, sed tamen scribendum est. ad Bru. in Ep. Bruti. Trebatio mãdaui, ut si quid tu eũ uelles ad me mittere, ne recusaret: idq; ut facias uelim, ad Seruium Sulpit. lib. 4. Quid uultis amplius? pro R. Amer. Quid est causæ, quin, &c. 5 Tus. Exponam uobis breuiter quid hominis sit, 4 Ver. 7 ad Att. Id est, quid moliatur, quomodo se gerat. Quid orationis, quot sunt partes? in Par. Quid hùic cum Hania & summa diligentia? pro Quin.

Quidam, quædam, quoddã, nõnullus, aliquis. certus. pro Cl. 55 d, Quidã ex aduocatis homo summa uirtute prædituſ, dixit, &c. & ib. b, Quidam ex amicis Sassiæ, &c. & pro Mar. 234 d, Quidã ex numero tuorũ,

Radius, dij. luminis quasi iaculum. de Fin. 142 b, Vt stellæ in radio solis, sic bona corporis in uirtutum splendore cernuntur quidem. In Ar. Et quantum radios iacimus de lumine nostro. de Vn. 198 a, Globosum, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur. Att. 24 a, Cyrus aiebat, radiorũ διαφόρους latis luminibus, non tam esse suaues. l. Fenestra.

Radius, Geometræ instrumentum, seu uirga, qua lineas ducit. Tusc. 241 a, Humilem homunculum à puluere & radio excitabo, id est, Archimedem.

Radix, cis. stirps. de Fi. 123 a, Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicib. ualidè seruari. Off. 41 a, Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. Tusc. 193 a, Non solum ramos amputare miseriarum, sed etiam radicum fibras euellere. & ibi. Ita sunt stirpes altæ stultitiæ. pro Cæl. 40 a, Nisi tot uitiorum tãta immanitas quibusdam uirtutis radicib. niteretur. l. A. 193 b, Virtus est una alnissimis defixa radicibus, quæ nulla unquã ui labefactari

potest. & Bru. 287 b, Malum, quod fundamentũ et radices habeat altiores. At. 165 a, Nam habẽt suas radices quas tamen euellerẽ, si possem. cont. Rul. 29 b, In Massici radicibus. & Antequam. 196 b, In radice palatij.

Rado, dis. de Legibus, 182 a, Mulieres genas ne radunto. pro Quin. Ros. 48 a, Qui capite et supercilijs semper est rasis.

Ramulus, li. de D. 105 b, Ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse.

Ramus, mi. de Ora. 159 a, In arboribus truncus, rami, folia. In Arat. Denudat solijs ramos & cortice truncos. pro Cec. 296 b, Qui prætereuntes ramum defringerẽt arboris.

Rana, næ. de N. 51 a, Ranæ marinæ dicuntur sese obruere arena solere. At. 246 a, Ranæ enim ὑπορύσσουσιν.

Rancidus, a, um. L. Subrancidus.

Ranunculus, li. rana. Epist. 104 a, de D. 83 a.

Rapacitas, tis. cupiditas rapiendi. pro Cæl. 40 a, Quis in rapacitate auarior?

Rapax, cis. prædo. I. P. 93 b, Iste crudelis olim furunculus, nunc uerò etiam rapax. & Sal. in Cic. 271 a, Manus rapaces. I. V. 148 b, Furem aliquem aut rapacem accusaris. de Am. 105 b, Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius quàm natura. de Nat. 64 b, Europam Libyamq; rapax ubi diuidit unda.

Rapidè. uelociter. de Orat. 208 b, Quod cum rapidè feratur, sustineri nullo modo potest. de Leg. 170 a, Rapidè dilapsus.

Rapidus, a, um. uelox. de Fin. 64 b, Nusquam orationem rapidam coerceas.

Rapina, næ. furtum quod per uim fit. I. C. 106 b, Nihil cogitant nisi cædes, incendia, rapinas. & Off. 44 a, Atq; etiam largitionem sequuntur rapinæ. Epist. 188 a, Spes prædæ ac rapinarum. Ep. 138 a, Si qua uis, aut si quæ rapinæ fieri cœperint.

Rapio, pis. uoco, prædor, traho, abripio. Of. 3 a, Cùm utilitas ad se rapere, honestas contrà reuocare uidetur. Ep. 99 a, Essedum aliquod rapias, ad nosq; recurras. I. C. 102 a, Quò te ista tua cupiditas effrenata rapiebat. Off. 40 b, Cũ aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit, et rapit. et de Fin. 64 b, Cũ fertur quasi torrẽs oratio, multa cuiusq; modi rapit, etc. de D. 103 a, Et ad diuinarum rerum cognitionẽ cura omni studioq; rapiuntur. de Ar. 256 b, Ad quem metum si deorũ monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu cõiecturaq; raperemur. Off. 56 a, Detrahere aliquid alteri, & rapere ad se cõmoda alterius. l. P. 92 a, Cupiditate cæca prædæ ac rapinarũ rapi. de L. 178 a, Opinionib. uulgi rapimur in errorẽ. pro Pom. 7 b, Classis quæ ad Italiã studio inflãmato raperetur. Oct. 330 b, Illũ hostem accersitum ad bona populi Rom. rapienda. l. A. 193 a, Sed spes rapiẽdi atq; prædandi cæcat animos. Ep. 198 b, In Græciam desperata libertate rapiebar. Tusc. 230 b, Cũ cæteræ uirtutes ad tortorem rapiantur. de Or. 130 b, Vita eorũ, qui ob facinus ad suppliciũ rapiendi uidẽtur. Of. 20 a, ὃ ἐστιν quæ hominẽ huc et illuc rapit. Of. 40 b, Ad quas plerique inflammati auiditate rapiũtur. l. A. 172 a, Latrones tantum habent, quantum rapere possunt. contra Rul. 88 a, Marianus tribunus pleb. qui nos Syllanos in inuidiã rapit. ad Her. 2 a, Rapere aliquem in odium. de Fin. 94 a,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum de rebus grãdioribus dicas, ipſæ res uerba rapiũt. Ep.261 a, Cùm Cæſar amẽtia quadam raperetur. Epiſt. 165 b, Rapere conſilium alicuius in cõtrariam partem.

Rapſerit, pro rapuerit antiquum uerbum. de L.174 a.

Raptim, curſim, ſucciſiuis (ut aiunt) operis. At.28 a, Hæc ſcripſit raptim. et pro Dom.241 b, Cùm ille ageret raptim & turbulentè illam rem. ad Her.40 a, Iſte ſe raptim domum ſuam conijcit.

Rapto, as. pro Dom.125 a, Vxor mea quam uexauiſtis, raptauiſtis, omni crudelitate lacerauiſtis. Tuſ.171 a, Quã drijugo curru raptari.

Raptatus, a, um. pro Seſt.28 a, Euerſa domus eſt, fortunæ uexatæ, diſſipati liberi, raptata coniunx.

Raptus, a, um. Tuſc.161 b, Ganymedes à dijs raptus.

Raptus, us. ſtuprũ. I.V.225 a, Raptus uirginis. Tuſc.225 a, Quis de Ganymedis raptu dubitat quid poetæ uelint?

Rarenter. pro rarò, teſte Chariſio lib.2.

Raritas, tis. de N.53 b, In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſimilis ſpongijs mollitudo.

Rarò, rarenter, inſolenter, non ſæpe, minus ſæpe. ad Her.19 a, pro S.R.24 b, Hoc maleficium ita rarò extitit, ut ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigij ſimile numeretur. de In.51 b, Deinde id euenire uulgò ſoleat, an inſolenter & rarò.

Rarus, a, um. quotus, paucus. de Som.129 b, Vides habitari in terra raris et anguſtis locis. de Am.108 b, Qui igitur in utraq; re conſtantem ſe præſtiterit, hunc ex maximè raro hominum genere iudicare debemus. de Fin.81 b, In omni re optimum quidq; rariſſimũ eſt. de Am.111 a, Omnia præclara, rara. de In.97 b, Oportet autem animaduertere, ne cum aliter multa ſint iudicata, ſolitarium aliquod aut rarum iudicatum afferatur. Top.226 b, Rarum, ſingulare.)(Vulgare.

Raſus, a, um. abraſus. pro Qu.R.48. l. Rado.

Ratio, onis. conſilium, mens, modus.)(Libido. Off.20 b, Duplex eſt enim uis animorum atq; naturæ: una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt Græcè ὁρμὴ, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet et explanat, quid faciendũ fugiendum'ue ſit, ita fit ut ratio præſit, appetitus uerò obtemperet. de Nat.35 a, Ratio eſt, quæ præſtat omnibus. de Leg.172 b, Omnia quæ rationem habent, præſtant ijs quæ ſunt rationis expertia. de Nat.73 b, Motus celer cogitationis, acumen, ſolertia, quam rationem uocamus. Aca.7 b, Ratio quaſi quædam lux lumenq; uitæ. & Tuſc.185 b, Domina omnium & regina ratio. de Sene.91 a, Mens, ratio & conſilium in ſenib. eſt. pro Quint.9 b, Rationi ac conſilio locum dare. de Cl.172 b, In mundo & mentem & rationẽ ineſſe. de Leg.159 b, Lex eſt mens ratioq; prudentis. et ibi. Lex eſt ratio ſumma inſita in natura. & ibi. Eadem ratio cũ eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. de D.126 a, Quib. in rebus non ratio & conſilium, ſed temeritas & caſus ualet. de Ar.244 a, Ira cundi longius digredi, quàm ſapientis hominis cogitata ratio poſtulat. Off.16 a, Exercendum eſt corpus & ita afficiẽdum, ut obedire conſilio rationiq; poſsis in exequendis negocijs, & in labore tolerando. de Nat.64 b, Homo habet ſenſum, & rationem, & orationem. Top.226 b, Expers rationis.)(Ratione utẽs. Of.3 a, Homo qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, principia & causas rerum uidet, earumq; progreſſus quaſi acceſiones non ignorat, ſimilitudines q; comparat, rebusq; præſentibus adiungit atq; annectit futuras. de Natur.73 b, Quemadmodum ratione rectè fit, ita ratione peccatur. & ibid. multa de ratione.

Ratio. inſtitutum, uia, modus. quid ſequeris, quam rationẽ ſequeris? pro Cl.31 b, Te oro ut mihi rationem oſtendas iudicij corrumpendi. Att.191 b, Inire rationem faciendi aliquid. & 225 b, Ea ratio ædificandi initur, &c. Ep.165 a, Rationem ineo. Of.41 b, Pecuniæ quærendæ non ſolum ratio eſt, ſed etiam collocandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet. pro Pl.267 a, Ratio quam in decernendo ſecuti ſumus. Off.42 b, Duplex eſt orationis ratio, quarum, &c. At.6 a, Duæ epiſtolæ in eandem rationem ſcriptæ. de Orator.122 b, Rationem bene uiuendi hominibus dare. de Ora.207 b, Omnia quæ ratione docentur & uia. pro Quint.4 b, Modo & ratione omnia facere. & ibid. Rectè atq; ex ordine aliquid fieri. Epiſt.57 a, Itaq; eam partem quæ ab exquiſita quadam ratione & doctrina proficiſcitur, non attingam. pro R.P.128 b, Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Of.69 a, Hoc ego nihil utilius inuenio, cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. & 27 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita deſinendi modus. Off.30 a, Cynicorum ratio eſt inimica uerecundiæ. In Ver.236 a, Hæc eadem nunc ab illis defenſionis ratio uiaq; tentatur. Quint.Frat.298 a, Ea noſtra ratio eſt, ut omnes boni faueant, omnes improbi oderint. Epiſt.33 a, Tua ratio poſtea eſt commutata. & ibid. Ego tibi meum conſilium exponam. et 144 b, Nũc alia ratio eſt omnium rerum. de Orat.120 a, Oratoriæ facultatis tres ſunt rationes: una, & c. altera, & c. tertia, &c. pro Quin.14 a, Quæro, cur nemo ex tot creditoribus alijs ad iſtam rationem acceſſerit. pro Domo, 116 a, Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturamq; reuocabant. Antequàm. 195 a, Qui nouam rationem ſuſcitant, ueteres maiorum obterunt laudes. In C.106 a, Diuerſa Catilinæ ſtudia in diſsimili ratione. pro Fla.159 b, Niſi mihi totam rationem omni & perſonarum genere et literarum explicaris. Poſtquam.203 a, In officio persoluendo diſsimilis ratio pecuniæ debitæ eſt. pro Fl.180 b, Pergami non multum auri ratio conſtat. pro S.R.22 a, Sylla pacis conſtituendæ rationem & belli gerendi poteſtatẽ ſolus habet. de Cl.188 b, Cæſar rationẽ adhibens, conſuetudinẽ uitioſam emendat. & 189 a, Cæſar ſplendidam quandam et minimè ueteratoriam dicẽdi rationem tenet. pro Dom.243 a, In utendo ratio, in carendo patientia expetẽda eſt. pro S.R.19 a, Non modò ignoſcendi ratio, ſed etiam cognoſcendi conſuetudo de ciuitate ſublata eſt. de Cl.168 b, Oratorum ſintes ut rudes ad noſtrorum annalium rationem ueteres, ad ipſorum ſanè recẽtes. Qu.F.324 a, Puerũ in hanc noſtram rationem cõſuetudinemq; inducemus. pro Do.230 b, Is conſtans in optima ratione ſemper fuit. At.283 a, Ratio illa, quæ etiam poſteris poſſet eſſe ſalutaris. Pro Do.232 a, Nemo mihi ſe ipſa populari ratione anteponat. pro Qu.3 a, Hoc eo per te agebatur, quod propter aruam rationem nõ ſatis erat, etc. de Pro.76 b, Nec totã rationẽ Gallici belli propè iã explicatã perturbare atq; impedire debemus. Qu.Fr.295 a, Incũbe omni ſtudio in eã rationẽ, qua adhuc uſus es. et ib. Vt eos omni ratiõe tuea re. pro

Mu.133 b, Quãtos æſtus habet ratio comitiorũ. & ib. Nihil fallacius ratione tota comitiorũ. de Or.103 b, Licet iſta ratione dicamus, pila ludere proprium eſſe iuris ciuilis. At.149 b, Ad eam rationẽ exiſtimabam ſatis aptam eſſe perſonã meam. pro Mur.139 b, Nemo eo cõmodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationẽ humanitatis. Off.24 a, Ad hãc rationem maximã naturam habet. & 16 a, Hæc res nõ ſolũ ex domeſtica eſt ratione, attingit enim & bellicã. pro Q.R.50 b, Vertit hic rationẽ, et id quod probare nõ poteſt, fingere conatur. pro Fl.166 b, Bonæ rationi et cõſtanti, & graui nullũ à nobis fructum eſſe propoſitum. pro Syl.168 b, Sin eſt in me ratio reip. religio priuati officij, nihil minus accuſator debet dicere. I.C.187 a, Docui quẽadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta. cont.Rul.674, Summus labor ac difficillima ratio gerendi conſulatus. cont.Rul.67 a, Omnib. eſt difficilis & magna ratio. Antequã.197 b, O' miſera uitæ ratio, quæ, & c. et pro Põ.27 b, Laboriоſiſſima uitæ ratio. pro Põ.13 b, At Quin. Catulus & Hortenſius ab hac ratione diſſentiũnt. I.V.110 b, Mea ratio uolũtasq; ab eo abhorret. et pro Pom.4 a, Non mea me uolũtas, ſed meæ uitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerunt. At.157 a, Illa de ratione numaria non ſunt eiuſmodi. de Ora.159 a, Idq; ad omnẽ rationẽ mutatur & uertitur. de Or.135 b, Mea ratio in dicendo hæc ſolet eſſe, ut ornẽ, & c. In Ver.72 b, Tua ratio eſt ut ſic facias, mea autẽ ut ſic, & c. In Ver.70 b, & ad Her.28 a, Mirari diuiſoribus ratio non erat. Acad.19 b, Ironiam alterius perpetuam præſertim nulla ratio fuit perſequi. pro Cec.287 b, Nulla ratio eſt amittere hãc occaſionem. & pro Cluen.31 a, et de Pro.73 a, Propter rationem belli Gallici. de Diu.105 a, Cõtinet enim totam hãc quæſtionẽ ea ratio, quæ eſt de natura deorum. Epiſt.9 a, Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi eſſe adiungendũ putaſti. Epiſt.10 b, De qua ratione tota iam uidetur mihi exponẽdi tempus dari, ut tibi referibã ad ea quæ quæris. Epiſt.7 b, In hac ratione quid tempus ferat, tu perſpicies. & 18 b, Coramq; contra iſtam rationem meã dicam. Ep.7 b, Si hæc ratio rei gerendæ periculoſa tibi uidetur. Epi.3 b, Quod ad populárem rationem attinet.

Rationem cum aliquo eſſe uel habere. Rationẽ habere uel ducere, & c. de Senect.87 b, Agricolæ rationẽ habent cum terra, quæ nunquã recuſat imperium. In Anton.242 b, Si habenda cum Antonij latrocinio pacis ratio fuit. pro Cæl.48 a, Cum hoc aliquid adoleſcentẽ hominem habuiſſe rationis, num tibi turpe uideatur? I.V.146 b, Nihil cum eo rationis habui. & At.25 b, Cũ omnib. muſis rationem habere cogito. & pro Syl.177 b, Magna ratione cum rege contracta. In A.194 a, Nulla cũ eo pacis ratio eſſe poteſt, in quo eſt incredibilis crudelitas, fides nulla. & ibi. Hoſtis, qui haberet rationem aliquã, ſi res ita tuliſſet, pacis & fœderis. Att.93 a, Pro ratiõe pecuniæ liberius eſt Brutus tractatus, quàm Põpeius. pro Qu.13 b, Omnes, quibus cum ratio mihi aut eſt, aut fuit. pro Qu.R.51 b, Quæ ratio tibi cũ eo inter eſſet. pro Põ.7 a, Publicani ſuas rationes & copias in prouinciam contulerunt. Poſtquã. 198 a, Nunquam meas rationes ſaluti ueſtræ antepoſui. Atti.128 a, Duxi meam mecũ rationem. pro S.R.40 a, Ducere rationẽ

ſui commodi. & pro Seſt.7 b, & In Ver.102 a, Ducere rationẽ alterius. In Ver.134 b, Qui non tam cœli, quàm cælati argenti rationem duceret. Epiſt.96 b, & 130 a, & 114 b, Ducere rationem ſalutis ſuæ. In Ver.57 a, Vniuſcuiuſq; facultatis ad agendum ratio eſt. &, Officij rationem duci conuenit. l. Duco. de Off.24 b, Vtriuſq; ratio habenda eſt in deligendo genere uitæ. ſed naturæ magis. et 28 a, Habere rationem non ſuæ ſolum, ſed etiã aliorum. At.80 b, Vt habeam rationem non modò negocij, ſed etiam ocij tui. At.248 a, Qua in re maiorem habeo rationem tuæ uoluntatis, & c. quàm conſtantiæ meæ. ad Her.30 a, Videndum eſt, cuiuſmodi rationem in diſponendo habere conueniat. de Ora.97 b, Quibus in rebus habenda eſt ratio diligenter, quos imitemur, quorum ſimiles uelimus eſſe. Offic.20 a, Eſt autẽ quod differat in omni ratione habenda inter iuſticiam & uerecundiam. pro Pom.7 a, Horum uobis pro ueſtra ſapientia eſt habenda ratio diligenter. pro Cl.41 b, Cùm huiuſce periculi, tum cæterorum quoq; officiorum & amicitiarũ ratio conſeruata eſſe uideatur. pro Mil.120 b, Ex omnib. præmijs uirtutis ſi eſſet habẽda ratio præmiorum, amplißimũ præmium eſſe gloriam. de Or.110 a, Qui eorum quib. cum eſt, uel dignitatis uel commodi rationẽ non habet, is ineptus dicitur. Atti.141 b, Præſtabo, ſi Cæſarem bene noui, eum prius tuæ dignitatis quàm ſuæ utilitatis rationem habiturũ. de N.13 a, Non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. et Attic.131 a, Vt ſummam reipub. rationem habeamus. In Ver.123 a, Hoc rationis habebant, nõ poſſe, & c. & pro Cec.285 a, Niſi fortè hoc habui rationis, quoniam, & c. Epiſt.33 a, Habui rationem, ut tibi conſulerem. In Ver.243 b, Neque illud rationis habuiſti, eam prouinciam, & c. In Ver.243 a, Habeo rationẽ, quid à populo Rom. acceperim. Att.123 b, Verùm cum habeo rationem dierum, antè puto tranſmiſſuram, quàm potuerit conuenire. & Epiſt.35 a, Vt habere rationẽ poſsis, quo loco me conuenias. & ibid. Et ex diebus, & ex ratione itineris conſtituti, & c. I.V.145 b, Habui rationẽ annorum, per quos, & c. et 250 a, Habeo rationem dierum. & ib. Rationẽ numerumq; habere. & 256 a, & At.135 b, Hãc rationẽ habere cœpit. I.V.139 b, Habere rationẽ officij in ſocios. I.V.139 b, Et huius pecuniæ quæ permagna eſt, nõ habui rationẽ, neq; habere potui, quãtũ ab aratoribus, etc. eſſet coactũ. At.276 a, Exiſtimo omnino rationẽ abſcitiũ ſacerdotũ comitijs poſſe haberi. de L.172 b, Deos piorũ & impiorũ habere rationẽ. Itẽ: Habere rationẽ, ducere rationẽ, reſpicere, habere iudiciũ de aliqua re.

Rationem reposcere uel repetere, rationẽ reddere, etc. id eſt, cauſam. I.V.59 a, & de Opt.144 b, Rationem uitæ ab altero reposcere, quã nõ poſsit ſuæ reddere. de D.118 a, Rationẽ cauſamq; alicuius rei quærere. Poſtquã.202 b, Ab aliquo prouinciæ adminiſtratæ rationẽ repetere. pro Cl.39 a, Qua lege in eo genere à ſenatore ratio repeti ſolet de pecunijs repetundis. & ib.b, Suæ ſententiæ rationem reddere. Tuſ.256 a, Antiqui rationem ſentẽtiæ ſuæ non ferè reddebant. ad He.23 b, Vt paucis rationem noſtri conſilij demus. I.V.114 a, pro Qu.3 a, Semper ita uiuamus, ut rationẽ nobis reddendã arbitremur. et Epi.147 a, Reddere rationem omnium rerũ. de Ora.90 a, Reddere rationem ſui operis. & Or.214 b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reddere rationẽ cur aliquid fit.I.V.114 b,Reddere rationem de factis aliorum. Aca.26 b,Vt etiam posſis rationem reddere cur id eueniat,tamẽ,etc. Of.20 b,Reddere cauſam probabilẽ alicuius. & 2 b,Cur aliquid factũ ſit.I.V. 272 a, Perſolui rationẽ officij mei.pro Cæl. 44 b, Rationem tãtæ familiaritatis reddas atq; exponas neceſſe eſt.de D.93 b,Hũc ergo antepones Platonẽ qui ut rationem nõ redderet,autoritate tamẽ hos minutos philoſophos uinceret.et 121 a, Chryſippus naturalẽ rationẽ omniũ reddit.pro Pl.269 a,Sic ego contendo, me tibi cuiuſcunq; tribus rationẽ poposceris,redditurũ. pro Pl.273 a, Clarorum uirorum non minus ocij,quàm negocij rationẽ extare oporteret.Sal.in Ci.271 d,Reddere rationem,quantũ patrimonij acceperis,quid tibi libris accreuerit.de In.73 a,Subijcere et ſupponere rationem.de D.130 a,Et quidem cur ſic opinetur,rationẽ ſubijcit.de Or.162 a, Ad propoſitũ ſubiecta ratio.et ib. Suppoſita ratio.pro Ce.303 a, Afferre rationem, quãobrem.& pro Ce.298 a, Afferre rationes in aliquã rẽ. At.177 b, Quam nam rationem Cæſari allaturus es pro fectionis tuæ?& de N.16 a, Tertiam rationem affertis, quod,&c. pro Mu. 124 b,Vt uobis mei rationem fãcti phẽ.de Ar.244 a, Mei fãcti rationẽ exponere illis uolo,qui,& c.Epiſt.57 a,Afferre rationes,quibus aliquid probemus,uel cur ita ſit.86 b,pro Syl.167 a, Rationẽ fãcti ſui omnibus probare.de Fato,141 a,Sine fato,ratio omnium rerum ad naturam fortunamq; refertur.de D.83 b,Ventorum ſigna quam rationẽ habeant,nõ ſatis perſpicio,uim et euẽtum agnoſco.In Ver.132 b,Hoc ſummi officij ratiõe impulſus facio.Ep.28 a,Certa quadam ratione non feci.Attic.127 b,Nihil niſi ſumma ratiõe facere.In Ver.55 a,Si mei cõſilij cauſam rationẽq; cognouerit. At.6 a,Quòd domi te incluſiſti,ratiõe feciſti.pro Ce.292 b,Nequaquã ſatis uerbis cauſam & rationem iuris amplecteretur.I.C.109 b,Bona ratio cõſtigit cũ perdita:id eſt,cauſa,et pars.pro S.R.34 b,Qua ratione illi primùm nunciauit?

Ratio.pro calculis,idq; uariè.Attic.220 d,Rationes ſumptuariæ.I.V.83 a,& de Opt.244 b,Referre rationes. in V.96 a,Referre rationes ad ærarium.et 248 a,Et cuiib.ſuis rationem referre debebat. I.P.92 b,Scriba qui rationes ad ærarium retulit.I.P.93 b, Ratio quidẽ herclè apparet,argẽtum oἰχεται.ex Plau.in Trinũmo.Ep. 27 d,Rationes mei quæſtoris nec uerũ fuit me tibi mittere, nec tum erant cõfectæ,eas nos Apameæ deponere cogitabamus.& 75 a,& At.96 b,Vt apud duas ciuitates Laodicenſem & Apamenſem rationes confectas et cõſolidatas deponeremus.In A.197 b,Pecunia publica, cuius ratio in æde Opis cõfecta eſt. Att.60 b,Putare rationes cum aliquo.pro Flac.150 a, Inferre rationes falſas.de N.74 a,Inita ſubductaq; ratione nefaria ſcelera meditari. de Fin. 77 a, Voluptatiũ ne calculis ſubductis prælium ineunt?I.V.266 a,Cedò rationẽ carceris,quæ diligẽtiſſimè cõficitur quo quiſq; die datus in cuſtodia, quo mortuus, quo necatus ſit.et 97 b,Inducere aliquã pecuniæ ſummam in rationem. At.75 a,Ego eãm rationem Philogeni, et permutationis eius quam tecũ fecit, edidi. & 102 b,Edere rationes alicui.At.247 b,Rationes Erotis propemodũ cognitas habeo.& 83 b, Quid opus eſt,inquam,potius,quàm rationes cõferatis?aſſident, ſubducunt ad nummum,conuenit.pro Cec.303 a, Accipere rationes à colono.

Ratio.pro argumento.de Orat.128 b,Argumentum ratio ipſa cõfirmat,quæ ſimul atq; emiſſa eſt, adhæreſcit. In V.131 b, Quid habuit argumenti aut rationis res,quãobrem ita faceres?de Ora.116 a, Argumentis ac rationib. noſtra confirmare,deinde contraria refutare.Orat.281 a,Argumentorum ac rationum loci.de Na.61 b, Tu autoritates omnes contemnis,ratione pugnas.et 92 d, Rumoribus mecũ pugnas,ego autem rationes requiro.pro Pom.13 b,Omiſsis autoritatib.ipſa re & ratione exquirere ueritatem.Item: Docet enim ratio mathematicorũ,quanta humilitate luna feratur.pro Ce.304 b, Quòd ſi adimi ciuitas illi poſſet, magis tamẽ rationẽ illam omnes quæremus,quemadmodum poſſemus,etc. quàm uti nunc quiſquam exiſtat,qui,etc.de Fi.53 a,Efficere & concludere rationem.de Or.123 a, Vera'ne ſit ſumma cuiuſq; rationis. de Diu. 113 b, Concluditur ergo ratio.ſi enim,&c. de Na.78 b,Neq; id dicitis ſuperſtitioſe atq; aniliter, ſed phyſica cõſtãtiq; ratione. pro Ce.296 b,Cauſæ ratione, nõ uocibus ponderari debẽt. Ep.70 a, Tum rationes in ea diſputatione à te collectæ uebabant,me reip. penitùs diffidere.de Na.74 b,Suggerere rationem alicui ſententiæ.de Fi.108 a,Neq; ſenſui fidem ſine ratione,neq; rationes ſine ſenſibus requiramus.& 55 a,Rationibus conquiſitis de dolore diſputandum. & ibi. Exquiſitis rationibus confirmare aliquid. de Se.93 a,Nec me ſolùm ratio et diſputatio impulit,ut ita crederem,ſed nobilitas etiam,et autoritas ſummorũ philoſophorũ.l. Argumentum.pro Plan. 259 a,Ille hoc magna ratione fecit.

Ratiocinatio.συλλογισμὸς. de In.53 b,Ratiocinatio oratio ex ipſa re probabile aliquid eliciẽs, quod expoſitũ & per ſe cognitũ ſua ſe ui & ratione confirmet.Ratiocinatio,exornatio eſt,per quam nos ipſi à nobis rationem poſcimus,quare quidq; dicamus,et crebrò noſmet à nobis petimus uniuſcuiuſq; propoſitiõis explanationem, ad Her.29 a.

Ratiocinatio,onis.de In.64 a,Ratiocinatio, eſt diligẽs & conſiderata faciendi aliquid,aut nõ faciendi excogitatio.ad He.5 a,Multæ leges afferuntur,è quibus ratiocinatio naſcitur.

Ratiocinatiuus,a,um.genus cõtrouerſiæ, unum ex iis quæ ex ſcripto exiſtunt. de In.46 a,Quartũ genus ratiocinatiuum, quintum definitiuum nominamus.

Ratiocinator, oris.rationum ſubducendarum peritus, quem imperiti Calculatorem uocant.Att.6 b,Hilarem dico ratiocinatorem. Off.12 b, Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo deducẽdoq; uidere quæ reliqui ſumma fiat.

Ratiocinor, aris. rationem habeo,rationem ineo.de In. 76 b, De pecunia ratiocinari ſordidũ eſt, cũ de gratia referenda deliberetur. de In. 74 a,Ratiocinando quod cuiuſq; officij ſit,quæri oportebit.et 69 b,Ratiocinari, quid in ſimilib.fieri ſoleat. I.V.70 a,Etenim ſic ratiocinabantur,ſic inter ſe loquebãtur.Tuſ.149 a, At nos metiẽdi ratiocinandiq; utilitate huius artis terminauimus modum.ad Heren. 27 a,Socij noſtri profectò ratiocinati eſſent etiam atq; etiam quid poſſent facere.ad Herẽ. 22 b, Ex eo quod ipſe facturus eſt, non ex eo quod fieri conue-

cõuenit, ratiocinatur.I.A.171 a, Omnia noſtra mala,ſi rectè ratiocinabimur,uni accepta referemus Antonio. pro Mil.107 b,Cuius illi conatus,ut ille ratiocinabatur, nec ſi uellent, reprimere poſſent.

Rationalis,le.quod in ratione uerſatur.ad Herẽ. 9 b,In cauſa rationali primùm quæretur,ecquid,etc.Ea pars animi, quæ mentis ac ratiõis particeps eſt. l.Particeps. de In.93 b,Vt illa tertia pars rationis & mẽtis eluceat. Top.226 b,& Off.35 a,Ratione utens.)(.Rationis expers.de Leg.160 a, Particeps rationis & cogitationis. de Le.172 b,Quod rationem habet.et de N.64 b,Homo habet ſenſum, & rationem, & orationem.et de Fi. 74 a, Homines rationẽ habent,&c.de In.51 b,Cũ omnis cõtrouerſia in ratione ſiue in ſcripto uerſetur ἀγκρον ἢ ἐγγκρον.

Ratis,tis.genus nauigij planum, & trabib. tantùm inter ſe aptis & connexis factum.Tuſc.164 a,Tanquam ratis in mari immẽſo noſtra uehitur oratio.I.V.236 b,Cũ aut nauibus,aut ratib.conarentur accedere. & ibi.Ratibus coniunctis freto ad Meſſanã tranſiri. & At.148 a, Ratibus exitum portus teneri.

Ratiuncula,de Na.74 b,Atq; huic ſententiæ ratiunculas ſuggerit.Tuſc.218 a,Leues autem eorum ratiũculas, qui,&c.& 181 a,Concludunt ratiunculis Stoici.

Ratus,a,um.firmus,cõſtãs,certus,fixus.)(. Irritus.de N. 45 b,Qui tam certos cœli motus,& ratos aſtrorũ ordines uiderit.& ib.a, Aſtrorum in omni æternitate rati & immutabiles curſus. Tuſ.242 a,Quorum uagi motus,rata tamẽ & certa curſus ſpacia definiant.de D.112 a,Aliquid ab omni æternitate certum fuiſſe,eſſe uenturum rato tempore.de D.117 a,Aliquid rato tẽpore fieri.de Som.128 b,Sonus interuallis cõiunctus imparibus, ſed tamẽ pro rata portiõe diſtinctis.Tuſ.169 a,Omnia iſta perinde ut cuiq; data ſunt pro rata parte à uita,lõga aut breuia dicuntur. pro Cec. 303 b, Si populus hoc iuſſerit,putas'ne hoc iuſſum ratum atq; firmũ futurum? pro Cor.66 a,Dubitãdum fuit,quin quo in genere iudiciorum præmia rata eſſent, in eodẽ iudicia imperatorũ ualerẽt?de Pro.78 b,Cuius tribunatus ſi ratus eſt,nihil eſt,quod irritum ex actis Cæſaris poſit eſſe.I.A.198 b,Quæ ſi leges irritas feceritis,rata eſſe non poſſunt.et At.236 a,Vt omnes acta Cæſaris haberẽt rata. pro Ce. 299 a,Rata autoritas harum rerũ à iure ciuili ſumitur. Par.241 a, Ratum habere iudicium.)(.Reſcindere iudicium.pro Do. 229 a, De agris ratum eſt.fuit enim populi poteſtas.pro Flac.166 a,Si dat tantam pecuniam, nempe idcirco dat, ut rata ſit emptio.pro Q.45 b,& de N.44 a,Quod retuleris,id ratũ habebo.At.71 b,Deinde ut Fauſtæ, cui cautum ille uoluiſſet,ratũ eſſet.pro Clu.45 a,Hoc fixũ & in perpetuum ratum eſſe oportet.de Or.99 a,Teſtamentũ ruptum aut ratum.Ac.8 a, Decretum,ſtabile,fixum,ratum eſſe debet. de Fi. 68 b, Epicuri κυρίαι δόξαι:id eſt,maximè ratæ ſententiæ. Ac. 35 b,Verùm illud certum,comprehẽſum,perceptum,ratum,firmum,fixum fuiſſe uis.de Di.121 b,Scire ratósne habeant,an uanos, pectoris orſus.Att.197 b,Intelligo, te certum illium profectionis diem nõ habere. Off.74 a, At non debuit ratum eſſe,quod actum per uim,quaſi uerò,&c.de Le.173 b, Cœli fulgura regionibus ratis tẽperanto. de L.180 a,Quod pater approbauit,&c.ratum eſt,&c. quod non approbat,ratum non eſt.

Raucus,a,um.qui uocem obtuſam habet, ſeſſus dicendo, uel clamando. de Or.108 a,Itaq; nos raucos ſæpe attẽtiſſimè audiri uideo.Ep. 127 a,Niſi ipſe rumor tam raucus erit factus.de Or.135 a,Cum patronus uocem in dicendo obtuliſſet.de Cl.177 a,Vox permanens,ſubrauca uerò natura.

Rauduſculum,li.pecuniola.æs enim ueteres raudũ uocabant.uide Varronem de Lingua Lat.lib.3, Att.59 a,et 97 a, De rauduſculo,gratum. & 101 a,De rauduſculo Numeriano multũ te amo. & 231 b,Nec mehercule me rauduſculum mouet.

Rauenna,næ.urbs.At.98 b,pro Corn.65 a.

Re.exitu pro quo indiſerti dicunt,actu et effectu.pro Mi, 103 b,Senatum non quod ſentiret,ſed quod ego uellem, re decernere.Epi.51 b,& 148 a, Re ipſa & exitu præſtare aliquid.I.V.118 a,Verbo.)(.Re.

Rẽdifico,as.reſarcio,inſtauro.At.89 a,Putat enim Pompeius, Cæſarẽ immeritò reædificãdo diligentiorẽ fore.

Reapſe,re ipſa.de Diu.97 b,Formæ q̃ reapſe nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt.& de Fin.b.130 b, Quod idem reapſe primum eſt.

Reatinus,na.à Reate oppido.de N.27,de Cl.187 a.

Recalefco,ſcis.cõcalefco,refercſco.de N.31 a,Corpora noſtra motu atq; exercitatione recalefcunt.

Recedo, dis.diſcedo, abeo.pro S.R.37 a,Recede de medio,p aliũ tranſigã.l.A.199 b, Antonius recedat à Mutina.Poſtquam.205 b,Qua ſirage nõnulli permoti magiſtratus,paululum è mea cauſa receſſerunt.pro S.R.21 a,Poſtquam ab armis receſſimus. pro Qu. 12 a,Res abuſitata conſuetudine receſſit.& Att. 186 b, Si à ſententijs eius doctis recedã.& 85 b,Recedere ab edicto ſuo. pro Cec.292 a, A' uerbis recedis,et æquitate uteris.& 296 a, Vt lõgius à uerbo recedamus,ab æquitate ne tãtulum quidem.de Fi. 115 b,Pyrrho penitus à natura receſſit. & Tuſ.217 b,A' uita recedere:id eſt,mori.ad Heren. 17 a,Nullo dolore cogi,ut ab officio recedatur.& ibidẽ:Nec prece nec precio à uia recta deduci oportet. pro Pla.262 a, Accedere ad aliquem.)(.Recedere ab aliquo.l. A.218 a,Non modò ille Gallia non diſceſſit,ſed ne à Mutina quidẽ receſſit.Off.8 b, A' peregrino enim receſſit,et proprie in eo qui contra ferret arma remãſit. & 26 b,Elaborandum eſt, ne animi motus à natura recedant.

Recens,tis. nouus.)(.Antiquus,uetus.de Clar. 168 b,& pro Quint.7 b, Inueteratus.Tuſc.217 b,Epiſtol.177 b, Quocirca Segulũ negligamus, qui res nouas quærit, non quo ueterẽ comederit(nullam enim habuit)ſed hãc ipſam recentem nouam deuorauit.pro Mu.127 b,Itaq; nõ ex ſermone hominum recenti,ſed ex annaliũ uetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ.& ib. Nõ modò Curij antiqui illi,&c. ſed hi recẽtes Marij,etc.Tuſ. 217 b,Aliter ſerat inueterata,aliter recentia.ad Bru.91 b,Recenti illo tẽpore,tu omnia,&c.et I.V.104 a, Recenti re.et de N.27 a, Recentiore memoria:id eſt, haud ita multo antè.At.256 a,Rhegyni quidã uenerũt Roma ſanè recẽtes.et 208 b,Expecto recẽs aliquid:id eſt,nouum. Acad.41 b, Recentiſſima quæq; ſunt emendata & correcta maximè.Ep.43 a,In altera epiſtola.quæ mihi recẽtior uidebatur.de Fi.82 b,At tuliſti aliud humanius

horum

Universidad de Deusto
Biblioteca

horum recentiorum, nunquã dictum ab ipso illo, quod sciã. I.V. 97 a, Datam inter omnes recenti negocio cõstabat. & de L. 156 b, In recenti memoria. At. 133 a, Recentissima tua est epistola Cal. data. I.V. 67 b, Cũ è prouincia recès esset. & Epi. 73 a, Inuidiaq; nõ recenti, sed uetere ac diuturna flagraret. Item: Proximè recèti aduentu meo. de Na. 62 a, Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit: id est, Tyndaridarum. ad Herè. 8 a, Alius alio recentior est in dolore. At. Quanquã recentiora audiebam ex ijs qui ad me ueniebant. de Sen. 92 a, Omnis cõglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur.

Recenseo, es. percenseo, persequor, percurro. Att. 251 a, Obruis enim, recenses multa, quæ uellem mimui.

Recensio, onis. cẽsus, recognitio. pro Mi. 115 b, Qui ædẽ nympharum incendit, ut memoriã publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret.

Recentoricus, ager Siciliensis. contra Rul. 62 b, 77.

Receptaculum, li. receptator locus, perfugiũ. de N. 53 b, Aluus cibi potionisq; est receptaculũ. & Tusc. 159 a, Nam corpus quidem est quasi uas, aut aliquod animi receptaculum. & 251 a, Mors æternum nihil sentiẽtiæ receptaculum. I.V. 109 b, Nisi illud receptaculum classib. nostris pateret. & 247 b, Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. & cont. Rul. 84 a, Capua receptaculum aratorũ. I.P. 81 b, Cui tẽplum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij. I.A. 226 a, Græcia esset receptaculum pulso Antonio.

Receptator, oris. receptaculum. pro Mil. 111 a, Ille latronum occultator & receptator locus.

Receptrix, cis. receptaculum. I.V. 203 b, & 235 & 268, Messana furtorum receptrix.

Receptum, pti. promissum. In Ver. 264 a, Satis est factũ promisso nostro ac recepto. In An. 175 b, Ille induxit ut peteret, promissum & receptum interuertit.

Receptus, ptus. refugium, reuocatio à bello. Plan. Epist. 150 a, Animaduerti nullum alium receptum Antonium habere, nisi in his partibus. & At. 130 b, Neq; ex oppidis cõtrahere copias expedit, ne receptum amittã. Tusc. 141 a, Quis enim reuocante et receptui canẽte senatu, properet dimicare? & I.A. 241 a, Tus. 197 b, A quibus cum cecinit receptui, impellit rursum, & c. id est, à miseriis contemplandis. I.A. 249 a, Receptui signum aut reuocationem à bello audire non possumus.

Recessus, sus.)(. Accessus. de Or. 159 b, Luna accessu & recessu suo solis lumẽ accipit. de N. 32 b, Accessus ad res salutares, à pestiferis recessus. de D. 115 b, Quid de fretis aut de marinis æstib. dicam? quorum accessus & recessus lunæ motu gubernatur. pro Ma. 134 b, Cum in animis hominũ tantæ latebræ sint, tanti recessus. de Or. 152 a, Sed habebat tamẽ admiratio illa umbram aliquã & recessum, quo magis, & c. Att. 194 b, Mihi solitudo & recessus prouincia est.

Recido, dis. cõuertor, cado, redũdo. pro Syl. 184 b, Citò illa omnia ex lætitia ad luctum reciderũt. pro Sest. 28 b, Multo mihi præstat in eandem illam recidere fortunã. pro Plan. 278 b, Quæ si uiginti quiessem dies, in aliorũ consulum uigiliam recidissent. & Att. 1 b, Qui si in nostrum annum recideris. & pro S. R. 31 b, Non modò ad hoc crimẽ restilire uideas, uerùm omnem suspicionẽ in nosmetipsos recidere intelligas. I.V. 269 a, Huccine tãdem omnia reciderunt? Or. 220 a, Ad nihilum omnia recidere: id est, interire. I.A. 214 a, Hunc tantum apparatũ, ne ad nihilũ recidere patiare. Attic. 65 b, Id ego puto, ut multa eiusdem ad nihil recasurũ. & 193 a, Ab his me remedijs noli in istam turbam uocare, ne recidã. ad Bru. 287 a, Is se maledictis nõ abstinet ijs, quæ in ipsum dupliciter recidunt. de D. 105 b, Ramulum adductũ cũ remissus esset, in oculum sibi recidisse. de Cl. 194 b, Cõtentio nimia uocis reciderat, & quasi reserbuerat oratio. pro Qu. R. 52 a, Quorsum recidat responsum tuũ, nõ laboro. At. 386 a, Nónne hoc est in easdem tenebras recidisse? I. A. 193 a, Vt huius amentiæ pœna in ipsum familiamq; eius recidat.

Recido, dis. excido. de Pro. 75 a, Nationes, quæ multitudine hominum poterant in prouincias nostras redundare, ab eodem partim recisæ, partim repressæ sunt.

Recino, nis. resono. de Cla. 179 b, In uocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat urbanius.

Recipio, pis. accipio, adscisco, recupero. Att. 198 a, A te heri duas epistolas recepi: alteram, & c, alterã, etc. accepiq; ab Aegypta literas eodem die, & c. cont. Rul. 78 b, Si qua pecunia ex nouis uectigalib. recipitur. & pro Q. R. 48 b, Recipere quæstus magnos. contra Rul. 84 a, Recipere aliquem tectis ac sedibus suis. pro Arc. 186 b, Luculli eum domum suam receperunt. pro Fla. 159 a, Asia illum suis urbibus recipiebat. & pro Cor. 61 a, Recipere aliquem in ciuitatem. ad He. 39 b, Recipere aliquem in splendidè. & Top. 222 b, Recipere aliquem ad epulas. Off. 76 b, Quanquam tibi hi tres libri inter Crantippi commentarios tanquam hospites erant recipiẽdi. pro S.R. 37 a, Quid recipis mandatũ, si negleturus es? & ibi. Qui mandat, & qui mandatum recipit. At. 245, Recipere aliquem in fidem suam. Ep. 212 a, Recipere aliquem in amicitiam suã. de Se. 79 a, Qui maximus Tarentum recepit. & de Or. 134 a, Recipere arcem amissam. & de Fin. 78 b, Post libertatem receptam. pro Plã. 260 a, Non solũ dignitatis faciendæ iactura est, sed etiã largitionis recipiendæ suspicio. In V. 127 b, Prætor pronunciauit, sese nomen eius recepturum. In An. 212 a, Recipi in senatum, uel in aliquem ordinem. de Som. 128 a, Vt me recepisse id est, collegi. I.V. 204 b, Cũ ex hisce selectis reciperent, & eòdem deferrentur. de Cl. 195 a, Cum anno post è Sicilia me recepissem, iam, & c. Epist. 95 a, Nisi cum ad hyemẽ me ex Cilicia recepissem. Off. 61 a, Qui cum ad diem se recepisset tyrannus, & c. & Att. 62 a, Recipe te ad nos, ad quod tempus cõfirmasti. pro Cæl. 43 a, Et se ad bonam frugem, ut dicitur, recepisse. At. 79 b, Ipse me Laodiceam recipiebam. & Epi. 153 a, Si latro rursus in Italiã se recipere cœperit. I.A. 192 a, Antonius ita se recipiebat ardẽs odio uestri, ut, & c. Græci sedẽtes uocẽ ab acutissimo sono usq; ad grauissimum sonum recipiũt, & quasi quodãmodo colligũt. pro S.R. 18 b, Recipere causam alicuius defendendã. et I.V. 109 a, Hoc onere suscepto, & recepta causa. At. 155 b, Ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidẽ à se reciperẽ uellem.

Recipere. promittere, spõdere. ad Atticũ, 75 a, Thermus omnia se factũrum recepit. Att. 10 a, Tu mandata efficere, quæ recepisti. At. 37 a, Fidem recipere de aliquo. At. 204 a, De æstate policeris, uel potius recipis. et Ep. 148 b, Nihil te cæteris de me frustra recepisse lætor. & 11 b, Quid sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. Ep. 155 b, Omnia ei petenti recepi, & ultrò pollicitus sum. Ep. 65 a, Quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè esse obseruaturũ, diligentissimèq; facturum. Ep. 211 a, b, Tibi spondeo, in meq; recipio, eos, & c. et 208 a, Promitto, in meq; recipio, fore eum, & c. At. 189 b, Lenas hoc mihi recepérat. et Ep. 205 b, Id tu mihi recepisti. Ep. 86 a, Sed tamen ei scripseram, librũ legeret, & ea cõditione daret, si reciperes te correcturum. Qu. de Pet. 208 a, Recipere & confirmare aliquid alicui. Ep. 147 a, Vt iudicares omnia me reip. causa præstitisse, q̃ & tua exhortatione excepi, & mea cõfirmatione tibi recepi. de Ora. Cũ M. Scæuleus ædes L. Fusio uenderet, in mancipio lumina, uti tum erant, ita recepit. Ep. 223 a, Omnes tui pro me recipiẽt ita fore. et 168 a, Pro Cæcina et te, si q̃d uelitis me recipere, recipiã. et 153 b, Recipio nobis celeriter me negotium ex sententia confecturum. de Or. 118 a, Offensio uel negligentiæ, susceptis reb. uel perfidiæ receptis. Cõstituere alicui, idem ferè quod recipere. l. Constituo.

Reciproco, as. uicissim retrò commeo. de Na. 64 a, Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse cõstantius? de D. 8 b, Si quidem ista reciprocantur, ut & si diuinatio sit, dij sint: & si dij sint, sit diuinatio. & ibid: Si sint ea genera diuinandi uera, esse deos: uicissimq; si dij sint, esse qui diuinent.

Recitatio, onis. lectio. pro Dom. 127 a, Literarum recitatio. & pro Cluen. 47 a, & ad Heren. 8 b, & 9 a, Scripti recitatione utemur.

Recitator, oris. autor, lector. de In. 79 b, Recitator scripti alicuius.

Recito, as. tracto, reddo, percẽseo, pronuncio, cognoscamus edictum. pro Quint. 15 b, At. 123 b, Ne ego istas literas in cõcione recitari uelim. & I.V. 83 b, Recita denuò. Epist. 198 a, & 153 a, Pansa tuas literas recitauit. & I.A. 250 b, Dũ eas literas recito, quæso attendite. pro Quin. 16 b, Postea recitaui edictum, quod, & c. & pro S.R. 12 b, Atq; ipsum decretum quæso cognoscite. In Sal. 274 b, Si illud eulogium pro lege palàm uniuersi recitarem. cõtra Rul. 75 b, Quã tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Rom. auctionem. pro Flac. 159 b, De tabulis publicis recitare. pro Dom. 230 a, L. Philippus auunculum suum præteriit in recitando senatu. & ibi. L. Cotta uratus dixit se, si censor tum esset, meo loco sententiam recitaturum fuisse. pro Cec. 295 a, Testamento si recitatus hæres esset pupillus. de Cl. 193 a, Quæ commentatus sis, ea sine scripto uerbis eisdem reddere.

Reclamatio, onis. acclamatio. I.A. 192 a, Præclara reclamatione uestra factum Martialium comprobauistis.

Reclamito, as. reclamo. pro S.R. 28 b, Reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

Reclamo, as. repugno. de Or. 161 a, Si in his modò offensum est, theatra tota reclamant. & pro Dom. 215 a, Ab uniuerso senatu reclamatum est. pro Cor. 67 a, Vna uoce omnes iudices, ne iuraret, reclamarunt. Epist. 177 b, Cum sensissem, & c. ijdem illi qui solent, reclamarunt. et 3 a, Eius orationi uehementer ab omnibus reclamatum est. I.A. 198 b, Legiones Antonij promissis reclamarunt. At. 38 b, Reclamatum est.

Reclino, as. reflecto, inclino. In Arato, At Cepheus caput atq; humeros palmasq; reclinat.

Recludo, dis. aperio. de N. 73 a, Poetæ.

Recogito, as. meditor, reputo. Qu. F. 307 a, Sicut tu mihi uideris in Sardinia de omnibus Pomponianis in ocio recogitasse.

Recognitio, onis. recensio. I.V. 226 a, Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum.

Recognosco, scis. æstimo, considero, agnosco, recensco. I.V. 69 a, Nõ uidetur hæc multitudo cognoscere ex me causam uoluisse, sed ea quæ scit, mecum recognoscere. et 82 a, & 112 a, In Va. 29 b, Is codicem non recitandi causa legit, sed recognoscẽdi. In Ver. 147 a, Hæc omnia summa cura recognita & collata sunt. In C. 98 b, Consilia tua omnia, quæ licet mecum recognoscas, meministi ne, & c. et 99 b, Recognosce mecum tandem illam noctem. & pro Syl. 181 a, Conferte crimen cum uita illius, & c. tum crimen ipsum recognoscite. pro Cor. 57 a, Nos Põpeij decretum iudicium de consilij sententia pronunciatum recognoscimus. Antequàm. 194 a, Qui est qui nostrum periculosissimum casum recognoscat qui nõ, etc. de Le. 193 b, Nũc nõ recognoscimus leges populi Rom. sed, & c. Ep. 188 a, Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Tus. 160 a, Declarat, se non tum illa didicisse, sed reminiscendo recognoscere. In Ver. 250 a, Alij cum à multis recognoscerentur, securi feriebãtur. pro Deio. 144 b, Perturbat me C. Cæsar illud etiã interdum, quod tamen cum te penitùs recognoui, timere desino. In Sal. 272 a, Nihil audietis noui, sed omnia uetera recognoscetis. In A. 208 a, Verba tua recognosce, & aude negare, seruiẽtis aduersus regẽ istas esse preces. & ibid. Quanquam non fuit alienum, personas quasdam à uobis recognosci, ut quibus cum bellum gerãtis, taciti positis cogitare.

Recolligo, is. mitigo, reconcilio. Att. 3 b, Recolligere aliquem.

Recolo, lis. recognosco. pro Arch. 188 a, Si tantum temporis mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. de Ora. 85 a, Ad eas artes, quibus à pueritia dediti fuimus, celebrandas, inter nosq; recolendas. I.A. 257 a, Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo moriere.

Reconciliatio, onis. reditus in gratiam. de Ar. 256 a, & 56 b, Et significat, se illi amicissimũ esse, & reconciliationem esse gratiæ factam. I.C. 116 b, Quæ dissensiones, non recõciliatione concordiæ, sed internecione ciuium dijudicatæ sunt. Postq. 200 b, & pro Cl. 38 b, Reconciliationes gratiarũ. At. 142 a, Cæsar agit de reconciliatione gratiæ suæ & Pompeij. pro R. P. 127 b, Reconciliatio gratiæ C. Memmij fuit mihi causa defendendi Gabinij.

Reconciliatus, a. um. pro Mil. 105 b, Timuit, ne uideretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Ep. 45 a, Vt cauerem, ne cui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. & 153 b, Reconciliata uoluntas. Ep. 60 a, Non intelligo, cur recõciliatã gratiam esse dicas, quæ nunquã immutata est. Antequã. 162 b, Fructu libertatis recõciliato.

Reconcilio, as. placo, in gratiam reduco, in ueterem gratiam restituo, in gratiam cum aliquo redeo, in gratiam alicuius redeo, aliquos distractos perfidia aliquorũ rursus in pristinam cõcordiam reduco. facere pacem cũ aliquo, deponere inimicitias, discedere ab armis, contro-

uersiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersiam dirimo, reduci in gratiam cum aliquo, recipere in gratiam. pacem inter se conciliant, conferunt cõcordiam. de In. 59 a, I. A. 220 a, Si in gratiam reip. redierint. de Ar. 258 b, Nostræ sunt inter nos iræ discordiæq; placandæ. de Pro. 73 b, Hic me meus animus in remp. pristinus cum C. Cæsare reducit, recõciliat, restituit in gratiam. pro Deio. 150 b, Id autem est, te ut planè Deiotaro reconciliet oratio mea. At. 96 a, Quintius filius, currẽtẽ animum patris sui, sorori tuæ reconciliauit. Item: Videsne, ut excipiam te ex improborum subita gratia & reconciliem bonis omnibus? de Pro. 73 a, Quib. cũ omnibus eadem resp. me reconciliauit, quæ alienar. at. pro Dom. 239 a, Inimici in gratiam reconciliabuntur. Att. 2 b, Sallustium restituere in eius ueterem gratiam nõ potui. & 6 a, Reconciliare ueterem gratiam aliquorũ. At. 14. 12 a, Pompeium dedi operam ut reconciliarem. Epist. 3 a, Videbatur enim reconciliata nobis uoluntas senatus esse. & 17 b, Tibi sum autor, ut quibus rebus posis eum tibi ordinem aut recõciles, aut mitiges. Ep. 155 b, Recõciliare se alicui. I. V. 67 a, Reconciliare existimationem iudiciorum amissam. Antequàm. 192 b, Iucundissimo fructu libertatis conciliato.

Reconcinno, as. reficio. Qu. Fr. 311 a, Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.

Reconditus, a, um. occultus, retrusus, abditus, abstrusus. I. V. 204 b, Quod celari oportebat, habeant sepositum ac reconditum. de N. 45 b, & 56 a, Venæ auri recõditæ, & penitùs abditæ. & 114, Res occultæ & penitùs abditæ. de Cl. 168 b, Exercitationem mentis à reconditis abstrusisq; rebus ad forenses & populares causas traducere. de Or. 85 b, Studia quæ reconditis in artibus uersantur. & de N. 97 b, Interiores & reconditæ literæ. Epi. 178 a, Si quid erit occultius, et ut scribis, reconditũ. Ac. 8 b, A me quæ in promptu erant, dicta sunt, à Lucullo reconditiora desidero. de Leg. 161 a, Natura in specie oris penitùs reconditos mores effinxit. pro Dom. 221 a, Venio ad augures, quorum libros, si qui sunt reconditi, nõ scrutor. & 218 a, Nimium reconditus & penitùs abstrusus animi dolor. pro Quin. 10 b, Quintius natura tristi ac recondita fuit. Of. 10 b, Hoc quod dico decorum, non reconditã quadã ratione cernitur, sed est in promptu.

Recondo, dis. condo, sepono. Aca. 9 a, Mens uisa arripit ac recondit, è quibus memoria oritur. pro Syl. 176 a, Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. I. C. 98 a, Habemus senatusconsultũ inclusum in tabulis, tanquam in uagina reconditum. de In. 64 a, Gladium in uaginam recondidit. contra Rul. 74 a, Occultò latère, reconditum esse. de Or. 98 a, Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ.

Recoquo, quis. de Se. 94 b, Quò quidem me proficiscẽtem, haud sanè quis facilè retraxerit, néue tanquam Peliam recoxerit. prouerbium.

Recordatio, onis. memoria, renouatio. Epi. 68 a, Habet enim præteriti doloris secura recordatio delectationẽ. & 70 a, Das enim mihi iucũdas recordationes conscientiæ nostræ. de Or. 104 b, et de Cl. 165 b, Qui patris clarissimi recordatione & memoria, fletũ populo moueret. de Or. 142 b, Acerba sanè recordatio ueterem animi curã molestiamq; renouauit. Att. 109 b, Recordationes fugio, quæ quasi morsa quodam dolorẽ efficiunt. de Cl. 189 b, Præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum. de Pro. 78 a, Vltimi temporis recordatione, et proximi memoria. I. A. 286 a, Primùm in Cæsarum maledicta congessit, deprompta ex recordatione stuprorum suorum. At. 88 b, Suauem habui recordationem clarissimi iurisiurandi. de Or. 85 a, Mihi repetẽda est ueteris cuiusdam memoriæ nõ satis explicata recordatio. Q. F. 307 a, Recordatio præteritæ memoriæ, & 215 b, Recordatio ueteris amoris. de Sen. 78 b, 79 a, Conscientia bene actæ uitæ, multorumq; beneficiorum recordatio iucundissima est.

Recordor, aris. reminiscor, memoria teneo, memoria custodio, memoriam alicuius rei habeo, in memoriam redeo, alicuius rei in memoriam uenit, memoriæ mando, Epistol. 89 b, Memoriæ trado. ad Heren. 23 a, Recogito, animũ ad aliquam rem refero, memoria retineo, memoria alicuius rei me tenet, menti meæ infixum est, memoriam alicuius hominis uel rei teneo uel seruo, aliquid mihi cum grata recordatione in mente uersatur, memoriã ad alicuius rei cognitionem excito, animo teneo, animo ac memoria teneo, mihi non uenerat in mentem, furorẽ optare uobis, memoria repeto, memoriam præteriti tẽporis repeto. P. Syllæ nomen in memoria mihi non fuit, hoc illius memoriam retulit. reuocate animos uestros ad Mithridatici belli memoriam, tuorum meritorum erga me memoriam cõseruabo. quid quisquã meminit, quod non animo comprehendit ac tenet? quæso ut cum diem memoriæ mandetis, nunquam ex animo meo discedit illius optimi uiri memoria, cum ciuium cædes uersari ante oculos atq; animum memoria refricare cœperat. Att. 128 b, At ego qui omnia officio metior, recordor tua cõsilia. & pro Syl. 172 a, Mihi ne ad ea quidem quæ gessi, recordanda & cogitanda quicquam relinquitur tempo ris. de Or. 159 b, Cũ omnis gradus ætatis recordor tuæ. Ep. 27 b, et 19 a, Recordor desperationes eorũ, qui, &c. pro Plan. 281 b, Quoniam istis uestris lachrymis de illis recordor, quæ, etc. contra Rul. 66 b, & pro Syl. 168 b, Nam profectò si recordari uolueritis de nouis hominib. reperietis, &c. de Fin. 150 b, Tu si meliore memoria es, uelim scire, ecquid de te recordere. Tus. 231 a, Multaq; de M. Aquilio recordatur. I. P. 82 a, Iste certè cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. & pro Planc. 274 a, Huius meriti in me recordor: id est, Planci. pro Arch. 185 b, Pueritiæ memoriam recordari ultimã. pro Murẽ. 141 a, Tamen re ipsa admonitus recordor, quantum, &c. Orat. 189 b, Sed ego recordor longè omnibus unum anteferre Demosthenem. Tus. 160 a, Ex quo effici uult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quàm recordari. Ep. 73 a, Cum animi tui magnitudinem diligentius essem mecum recordatus. Tus. 231 a, Prudentia hoc uidet, non omnes bonos esse etiam beatos, multaq; de M. Attilio recordatur, &c. Att. 205 b, Et si, ut recordor missi. & 215 a, Vt mea memoria est. Atti. 276 a, Hoc mihi iam in te placuisse potes ex superioribus literis recordari. de Sen. 93 b, Recordari et reminisci. I. Reminiscor. pro Lig. 143 a, Quoniã hoc est animi tui, te aliquid de huius quæstoris officio cogitãtem, etiam de alijs quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari.

Regula, læ. norma, lex quædã, exẽplũ. de Opt.245 d, Quorũ orationes, si (ut spero) expressero, erit regula, ad quã eorum dirigãtur orationes, qui Atticè uolunt dicere. de Or.160 b, Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio est. Or.220 b, Illi enim à forma ueritatis, & ab Atticorũ regula absunt. Of.22 b, Tamen nos studia nostræ naturæ regula metiamur. Off.66 b, Eadem utilitatis, quæ bonestatis est regula, de Cl.178 d, Habere regulam, qua uera & falsa iudicẽtur. & 168 d, Adhibẽda est ratio, quæ mutari non potest, nec utendũ prauissima cõsuetudinis regula. Acad.35 b, Fontẽ omnium bonorũ in corpore esse, hãc mormam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ, à qua qui aberrauisset, eum nunquã quid in uita sequatur, habiturum. & 15 d, Habeo regulam ut, &c. et 8 b, Hæc est regula totius philosophiæ. de Fi.62 d, Sed uata illa, quæ quasi delapsa de cœlo est ad cognitionem omniũ regula, ad quã omnia iudicia rerum diriguntur. & ibi. Cognitionis regula. Off.45 b, In his aũt ipsis me diocritatis regula optima est. de L.159 b, Lex est iuris atque iniuriæ regula. In Sal.252 b, Sallustius omnium malorum ad unum exemplũ & regulam quærit. Of.68 d, Omnium una regula est, quam cupio tibi esse notissimã, aut illud quod, &c. aut si, &c. l. Perpendiculum.

Regulus, li. I.P.188 b, M. Regulus resectis palpebris in machina religatus, uigilãdo necatus est. & Off.72 d, et de Fin.144 d.

Regusto, as. iterum gusto, degusto. Att.66 d, Ille Latinus ἀτενισμὸς ex interuallo regustandus. & 208 d, Sed cre brò regusto tuas literas, in his acquiesco. Att.220 b, Olim laudationem uolo regustare.

Reiectanea. reiecta. de Fin.122 d, Ille autem morbum, egestatem, dolorẽ, non appello mala, sed si libet, reiectanea.

Reiectio, onis. (. Selectio. pro Corn.60 b, Si ciui Romano licet esse Gaditanũ, siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis. de Or.162 d, Reiectio in aliũ. I.V.69 b, Reiectio iudicũ facta est. pro Pl.267 b, Ex CXV iudicibus, LXX reus reiecit. pro Syl.185 d, Vos reiectione interposita repentini in nos iudices consedistis. pro Pl.266 b, Senatus de ipso ambitu, de reiectione iudicum fieri uoluit iudicium alternorum. de Fin.94 d, Selectio.). Reiectio.

Reiectus, a, um. reiectaneus. I.A.171 b, Reiecta mater amicum impuri filij tanquam nurum sequebatur. de Fin.94 d, & 101 d, Proegmena & apoproegmena, &c. quãquã hæc quidem præposita rectè, illa reiecta dicere licebit. pro Mil. 106 b, Milo de rheda penula reiecta desiluit.

de L.281 d, Quemadmodũ os reiectũ terræ obtegatur.

Reijcio, is. asperno, repudio. de Orat.118 d, Vbi plus mali quã boni reperio, id totũ abiudico atq; reijcio. de Fi.49 b, Qui Ennij Medeam spernit aut reijcit. de D.81 d, & 126 b, Panætius, qui astrologorũ prædicta reiecit pro S. R.44 d, Aliquid à se reijcere et aspernari. de Or.162 d, Cũ aliquid à te ipso reijcias. Tusc.187 d, Refutetur ac reijciatur dolor. Top.211 d, Sed à libris Aristot. te obscuritas reiecit. Ep.162 b, Reijcere scutũ. et de Or.136 d, Abiecto uel reiecto scuto fugere. Ep.23 b, Feliciter ab Antiochia hostem reiecerat. pro Cec.302 d, Vt si qui ex alto, cũ ad patriã accessisset, tẽpestate subitò reiectus, optaret, &c. et Tusc.144 b, Reijci reflatibus uctis. pro Cor.64 d, Qui Scæuola cum de iure prædiatorio cõsuleretur, cõsultores suos nonnunquã ad Furiũ & Caselliũ prædiatores reijciebat. pro Syl.181 b, In hunc igitur gregẽ uos P. Syllã reijcietis? in imperiorũ parte, atq; in parricidarũ numerũ transferetis. de Leg.168 d, Deligere bona, et reijcere cõtraria. I.P.91 b, Lictores togulis acceptis fagula reiecerunt. At.3 d, In mẽsem Quintilẽ reiecti sumus. pro Pl.237 b, Eũ ex senatu cẽsor reiecerat. pro Mur.143 d, Quorum ego ferrum & audaciam reieci in cãpo, debilitaui in foro, cõpressi etiam domi meæ. At.105 d, Sed nec his eadem legas, ad ipsam te epistolã reijcio. et Ep.153 d, Hoc animo esse debes, ut nihil huc reijcias. I.V.154 d, Reijcere & sumere recuperatores. pro Pl.267 b, et At.64 d, Drusius reus est factus à Lucretio, iudicib. reijciendis.

Relangueo, es. oblangueo. At.218 d, Quod autem relanguisse se dicit, ego, &c.

Relatio, onis. de inu. 45 b, Relatio criminis est, cũ ideo in re factum dicitur, quòd alius antè iniuria lacessierit. I. P.85 b, Et quis auduit nõ modò actionem aliquam aut relationem, sed uocem omnino aut querelam tuam?

Relatio. uer borum ornatus quidam. de Orat.162 d.

Relator, ris. Att.133 b, Incipiã sperare cõsilio senatus, autore te, illo relatore, Pompeiũ & Cæsarẽ cõiũgi posse.

Relatus, a, um. oppositus. de Orat. 133 d, Verba relata contrariè.

Relaxatio, onis remissio. de Or.110 b, Ocij fructus est nõ contentio animi, sed relaxatio. & de Fin.84 b, Quæ est ista relaxatio: id est, remissio doloris.

Relaxo, xas. remitto, dilato, libero, soluo, laxamẽtum uel interuallũ do.). (. Astringo. de Nat.53 b, Aluus tũ astringitur, tũ relaxatur. & 54 d, Cibi reliquiæ depelluntur tũ astringentib. se intestinis, tũ relaxantib. de Or.130 b, Risus tristitiã mitigat & relaxat. de Cl.166 b, Relaxa modò paulũ animũ, aut sanè si potes libera. Att.262 d, Si te occupatione ista relaxaris. & Ep.95 b, Si his occupationib. me relaxaro, nãut planè exoluã, nõ postulo. Or.214 d, Relaxare se à nimia necessitate faciẽdi aliquid. de Or. 87 b, Vt ex pristino sermone relaxarẽtur animi omniũ. Of.25 d, Relaxare animũ, & dare se iucũditati. & pro Ar.188 d, Nisi animos doctrina relaxemus. de Diu.85 d, Tu tũ anxiferas curas requiete relaxas. de Fi.84 b, Dolor si lõgus, leuis: dat enim interualla et relaxat. I.A.168 d, Homines quãuis in turbidis rebus sint, tũ si modò homines sint, interdũ animis relaxãtur. At.189 b, Sed relaxor tũ. & 159 d, Quicquid ego astrinxi, ille relaxat. de L.158 d, Sic tu à cõtentionib. quibus summis uti solebas, quotidie relaxes aliquid. de D.129 d, Animus somno relaxatus, solutè mouetur et liberè. de Sen.94 d, Cũ se plane corporis uinculis relaxauerint. Par.231 b, Cõstructio uerborũ tũ coniunctionib. copuletur, tũ dissolutionibus relaxetur. Ac.14 d, Idẽ contingit insanis, ut & incipiẽtes furere sentiant, &c. & cum relaxantur. sentiãt, etc.

Relegatio, nis. amandatio. pro S.R.25 d, Tot prædia tam pulchra pater filio relegationis ac supplicij causa colenda tradiderat? & ibid. Tamẽ nec hæc uita relegatio atq; amandatio appellabitur?

Relegatus, a, um. amandatus. At.29 d, Relegatus mihi uideor, posteaquam in Formiano sum.

Relego, as. amando, exilio mulcto, expello, eijcio.)(Redeo, reporto. Postq.211 b, Nominatim alij cõpellabantur, alij citabantur, alij relegabãtur. & pro Do.226 d, Cato Cyprũ relegabatur. pro Sest.9 d, Eũ in cõcione lege relegauit, edixitq;, ut ab urbe abesset mille passus. Ep.175 b, Lamia à Gabinio cõsule relegatus est. Tusc.179 d, Nõ sæua terris gens relegata ultimis. pro S.R.25 d, Pater hũc in prædia rustica relegaret. & Of.74 b, Pater filiũ ab hominib. relegauit, & ruri habitare iussit.

Relego, is. de N.40 b, Qui omnia quæ ad cultum deorũ pertinerent, diligenter pertractarent, & quasi relegerent, sunt dicti religiosi, ex relegendo.

Releuo, as. leuo. de In.47 b, Cibi sattetas atq; fastidiũ aut subamara aliqua releuantur, aut dulci mitigatur. de D. 109 b, Vt animus molestijs potissimùm releuatur. At.48 b, Hæc eò scripsi, ut potiũ releuares me, quod facis, quã aut castigatiõe, aut obiurgatione dignũ putares. Qu.F. 305 b, Si releuare potes cõmunẽ casum misericordia hominũ, scilicet incredibile quiddã assequeris. I.C.103 b, Ad breue quoddã tẽpus cura & metu releuari. pro Fl. 154 b, Huius mors te ex aliqua parte releuauit, edacem enim hospitem amisisti. I.C.105 b, Vno mehercule Catilina exhausto releuata mihi & recreata respublica uidetur. Att.7 d, Quotus enim quisq; est, qui epistolã paulo grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionẽ releuarit?

Relictio, onis. de relictio. At.256 b, Desperatio & relictio reipub. alter, religio. I.V.83 d, Quibus illam relictionẽ productionemq; consulis sui gratam sperat fore. alter, reiectionem proditionemq;.

Relictus, a, um. de relictus. pro Ra.95 d, Nemo unquã fuit tam ab omni honestate relictus, qui, &c. Tusc.231 d, Ne querantur, se à beata uita esse relictas.

Relicta loca sunt, quæ limites non acceperunt, ut ait Frontinus de limitibus. In Rul. Orat.1, Vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat et dissipet. & paulò pòst: Vtrum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis inuenisti?

Religatio, onis. colligatio. de Sen.88 d, Capitum coniugatio & religatio & propagatio uitium.

Religatus, a, um, colligatus, uinctus. Tusc.198 b, Si prudentia extrinsecus religata pendeat. l. Religio.

Religio, onis. pietas, sanctitas, cultus deorum, cerimoniæ, sacra, religiones sacræ et cerimoniæ, res diuinæ, cerimoniæ et sacra, sacra cerimoniæq;, cerimoniæ religionesq; in deos. de In.82 b, Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ, quã diuinam uocant, curã cerimoniamq; affert. de N.24 d, Sanctitas est scientia colendorum deorum. et ibid. b, Religio quæ deorum cultu pio continetur. Item: Pietas erga deos est honesta de numine eorum & mẽte opinio. l. Pietas. pro Fla.160 b, Sua cuiq; ciuitati religio est, nostra nobis, stantibus Hierosolymis pacatisq; Iudæis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæis,tamen istorum religio sacrorum à splendore huius imperij & maiorum institutis abhorrebat.de D.102 a, Ad opiniones imperitorum esse fictas religiones.& ibi. Ad errorem multitudinis religiõis simulachra fingere. de L.168 a,Cultum deorum & puram religionem suscipere.164 b,Ceremoniæ religiõesq; in deos. Cõtra Rul. 69 b,Religionem superstitio imitatur.Part.237 a, Religio sacrorum.pro Do.234 b,In religionibus suscipiendis caput est interpretari,quæ uoluntas deorum immortalium esse uideatur.pro Plan.276 b,Qui sanctiõqui religionum colentes?nisi qui meritã dijs immortalib.gratiam iustis honoribus & memori mẽte persoluũt.de N. 1 b,Pietas,sanctitas,religio,quæ omnia pure et castè deorum numini tribuenda sunt.de N.40 a,Cultus deorũ est optimus,idẽq; castissimus,atq; sanctissimus, plenissimus quę pietatis,ut eos semper pura,integra & incorrupta mente & uoce ueneremur.de In.42 a,Nondũ diuinæ religiõis ratio colebatur.de N.13 b, Ego ipse põtifex, qui ceremonias & religiones publicas sanctissimè tuẽdas arbitror.& pro Do.234 a,Autor & magister publicæ religionis.pro Do.234 a,Qui religionem è domo pontificis maximè eripuit,& in meã intulit.I.V.217 b,Mercurius apud Tyndaritanos summa religiõe colebatur.et de Ar.250 a,Quæ per se semper summa religione coluerunt.pro Cor.66 a,Sacra Cereris summa religione cerimoniaq; cõfici solita.de L.181 a, Totaq; huius iuris cõpositio pontificalis magnam religionẽ ceremoniãq; declarat.pro Do.238 b, Dedicatio magnam habet religionem.de D.139 a, Sacris ceremonijsq; retinẽdis maiorũ instituta tueri sapientis est.Post.212 a,Mecũ deorũ omnium sanctitates omnes & religiones affuerunt.& pro Dom. 213 a, Pontifices religiones sapienter interpretando.pro Dom.219 b, Alio modo constituere de religione põtificum,quàm ius cerimoniarum cogat. pro Do. 241 b,Qui aram in littore deserto somnijs stimulatus aut religione aliqua consecraret. Item: Tanta religione obstricta est tota prouincia,tãta superstitio mentes illorũ occupauit,ut,&c.pro Dom.238 a, Nunquid igitur is bona Lẽtuli religionibus religauit?de In.62 a, Fani siue tẽpli religio.I.V.178 a,Sancta religio societatis.pro Flac. 148 a,Testimoniorum religionem & fidem nũquam ista natio coluit.pro Qu.R.52 b, Fides & religio iudicis.Ep.182 b,Sum admiratus fidẽ tuã,& in consilio dando religionẽ.I.V.148 a, Declinare à religione officij in aliqua re.pro Syl.168 b, Sin est in me ratio rei,religio priuati officij,nihil minus,&c.pro Mur.124 a,Si illa solennis comitiorũ precatio tantã habet in se uim & religionem,quãta,&c.et pro Rab.96 b,Mẽtes, quæ ex homínum uita ad deorum religionem sanctimoniamq; demigrarunt.pro Fon.280 a,Religio iusiurandi,ac metus deorum immortalium in testimonio dicendo.& ibi.Cæteræ gẽtes pro religionibus suis bella suscipiunt,iste cõtra omnium religiones. Att.201 b, Ego me maiore religione,quàm quisquam fuit ullius uoti,obstrictum puto. de Clar.192 a,Si assueueramus,religio tam nobis adhibẽda est,quàm si testimonium diceremus. Orat.200 a,Hac ego religione nõ sum ab hoc conatu repulsus.de Cl. 191 a,& Orat.199 a,Oratio nimia religione attenuata. Orat.199 a,Eorum religioni cum seruiret orator, nullum uerbum insolens ponere audebat.& ibid. Atticorum aures teretes & religiosæ.pro S. R. 29 a, Magnam uim,

magnam necessitatem,magnam possidet religionem paternus maternusq; sanguis.pro Cecin.203 b,Cum Cotta decemuiris religionem iniecisset, nõ posse sacramentũ nostrum iustum iudicari, quòd,&c.pro Cec.304 a, Vt religione ciuitas soluatur.cõtra Rul.62 a,Sine ad oblatam aliquam religionem.I.C.114 a,Quæ religio C. Mario non fuerat,quo minus Glauciam prætorem occideret.Item:Ea nos religione in P.Lentulo puniendo liberati sumus.cõt.Rul.82 a,L. Sylla omnia sine ulla religione,quibus uoluit,dilargitus est.de N.28 a, Gracchus cũ rem illam in religionem populo uenisse sentiret,rem ad senatum retulit.de Ora.142 b,Sed uide, ne quid Catulus attulerit religionis,opus hoc censorium est,id autẽ cõmittere uide,&c.Epistol.151 a,Oblata religio Cornuto est,pullariorum admonitu.non satis diligenter eum auspicijs operam dedisse.Offi.43 b, Nec tamen ut hoc suspiciendum est,ita habendum est religioni contrariũ,nocentem aliquando defendere.de D. 96 b,Nec eam rẽ habuit religioni,obiecto signo, ne committeret prælium. I.P.92 a,Põtinius susceptis religionibus impeditur.Post quam.200 b,Lẽtulus de so lenni religione retulit.Antequam.194 b, Illi quorum animus est religionis pietate defunctus.pro Syl.180 b, Qui peruersam atq; impiã religionem recordatur,qui illũ neferie cogitasse miretur. de Nat.40 b, Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent,diligenter pertractarent, & tanquã relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo, & c.Part.236 b, Religio est iustitia erga deos. In P. 90 b, Pub. Lentulus prouinciã, quam habebat interpositã religione deposuit.In A.155 a, Ne inexpiabiles religiões in rempublicam inducerentur.de Leg.175 a, Tum maximè religionẽ & pietatem uersari in animis,cũ reb.diuinis operã damus.& ib.b, Cõfiteri religiões.pro Mil.115 b, Expiare solennes religiones supplicio alicuius. pro Deio.146 b, Deiotarũ fide et religione uitæ defendẽdũ puto.In Ver.218 a,Tibi illa Diana religionẽ nullã attulit.

Religiosè.bona fide,eandidè,sanctè,accuratè.Ep 21 a,Facitã; id,quod debent facere ij qui religiosè & sine ambitione commendant:respondebo enim tibi,&c.

Religiosus,a,um.summa religione præditus,sanctus,cõlẽs religiõis,augustus.)(.Impius.de N.41 b,Qui omnia quæ ad cultũ deorũ pertinerent,diligẽter pertractarẽt, & tanquã relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo. Qu.Frat.320 a,b, Vir natura sanctus & religiosus. et I. V.201 b,Homines integri,innocẽtes,religiosi.et in Vat. 29 a,Religiosus testis.pro Cec. 290 a,In testimonio dicendo religiosus.pro Fl.151 a,Natio minimè in testimonijs dicẽdis religiosa.de Or.125 a,Iustus,integer,religiosus, perferẽs iniuriarũ.pro Rab.91 b,De locis religiosis & delubris.& pro Pl.277 b, Altaria religiosissima.de Ar. 246 a,Quòd tres põtifices statuissẽt, id semper omnib, sanctũ,augustũ & religiosum esse uisum.de In.52 a,Religiosum est,q; iurati legib.iudicauerunt.de Ar.251 a, Tua meã domũ religiosã facere potuisti.pro Põ.16 b,Quod fanũ putastis nostris magistrat.b.religiosum?quã ciuitatẽ sanctã? quam domũ satis clausam ac munitã fuisse pro Fl.150 a,Qui nullo impellente fallebat, eos urgẽre Lælio timidos ac religiosos fuisse putamus? At.127 b,Ita taq; alter religiosus etiã nũc dies, alter in uulgus ignotus.Qu.Fr.309 b,Dies erant duo,qui post Latinas habentur religiosi.de Fin.69 a,At qui reperiemus asotos, ita

ita non religiosos,ut edant de patella.Ora.199 a, Atticorum aures teretes & religiosæ.de In.76 a, Res religiosissima.)(.Nefas.

Religo, as.uincio,colligo. Antequã.195 a, Manus ad demonstrandam religantur iniuriam.& de In.81 a,Funiculus à puppi religatus.Tus.171 a,& 80 a, Trabit Hectorem ad currum religatum Achilles.pro Dom 238 a,Nũquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?

Relinquitur,id est,conficitur,sequitur.idq; in argumentorum conclusione.de In.44 b,& 52 a, de D. 111 a, Ita relinquitur,ut ea diuinari possint, quæ,&c.l.Sequitur.

Relinquo,quis.liquo,reliquum uel reliqui facio,missũ facio,relictum esse patior,mitto,desero,cimitto,relictũ facio,tardo,prodo,remoueo,discedo.pro Cæl.47 a,Omittendæ sunt omnes uoluptates,relinquẽda studia delectationis,sermo familiarũ deserendus.I.V.170 b,Audistis hæc omnia quæ nunc ego prætereo ac relinquo.de Pro.70 a,Omitto iurisdictionem cõtra leges,cædes relinquo,libidines prætereo.de Or.87 a, Non contemno ea,quæ Græci dicendi artifices reliquerunt: id est,quæ post mortem scripta reliquerunt.de Or.80 b, Duo illa relinquamus,idq; largiamur inertiæ nostræ.et 110 a, Si quid ab Antonio aut prætermissum sit,aut relictum. de Fin.57 a,Hoc nõ modò in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cuiusquã relinquo.I.V.59 a, In quo quid possim efficere,malo in aliorum spe relinquere,quàm in oratione mea ponere.de Or.120 a, Cum æris alieni aliquantũ esset relictũ.Itẽ ibi. Relinquere alicui quem hæredem testamento.pro S.R.21 b, Nam fundos treis & decem reliquit.pro Cec.299 a,Fundum à patre relictum habere.Epi.27 b, Satis ampium patrimonium relinquã in memoriam nominis mei.pro Cecin. 304 b, Non admittur ijs ciuitas.sed ab his relinquitur atq; deponitur.contra Rul.64 a,Ne libertatis quidem retinendæ spes relinquitur.pro Mur.140 a,Quod dubiũ est,id relinquere incertum:quod dubium non potest esse,id iudicare.In Vat.34 a,b, Qui in summa copia optimorum adolescentium pari uirtute reliquit neminem. pro Qu. 9 a,Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.& Epist.1 a,Sed planè nec precibus nostris,nec admonitionibus reliquit locum.de Cl.168 a,Vt memoriam concinnitatis suæ relinqueret. At.91 b, Videatur ne aut pietatis esse meæ,fratrem relinquere:aut diligentiæ,nugarum aliquid relinquere.Ep.26 a,Si Qu.Fratrem reliquissem, dicerent iniqui,nõ me planè post annũ ex provincia decessisse,quoniam alterum me reliquissem . Epi. 46 a,Vrbs relicta direptioni atq; incendijs pro Cecin. 294 b,Aliquem non solũ relinquere, sed etiã prodere. Atti.83 a,b,Seducit me Scoptius, rogat ut rem sic relinquã.de Di.111 a,Ita relinquitur, ut ea diuinari possint, quæ,&c.pro Cecin.286 b, Nunc uerò quis est, qui uim armatis hominibus factã relinqui putet oportere?Tusc. 181 a,Relinquere multa officia.Acad.45 b,Neutra autẽ in medijs relinquebat.de Or.165 a,Et prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquerat.At.122 a, Tyronem ab altera quartana relictum audio.At.89 a, Ecce autẽ pusilla epistola,quam non relinquam ἀναντιφώνητον.

Reliquiæ,arum.uestigia.de N.54 a, Cibi reliquiæ depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantib. At.174 b, Reliquias bestium Brutus persequitur. Epi.

136 b,& 150 a,Magnæ reliquiæ cœnarum.pro Syl.167 a, In his pristinis fortunæ reliquijs miseris & afflictis, pro Do.232 a,Vidi,si uicissem, tenues reip.reliquias, si uictus essem,nullas futuras.de D.137 a,Reliquiæ earum rerum mouentur,in animis, de quibus uigilantes cogitauimus.pro Qu.9 a,bonorũ emptores, quasi carnifices conueniunt ad uitæ reliquias lacerandas. de Leg.181 a, C.Marij sitas reliquias dissipari iussit Sylla.

Reliquus,a,um.residuus,reiectus,reliqua pars.At.10 a, Quint.Frater Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit.At.262 a, Vt pecuniam reliquã Buthrotij ad diem soluerent.Of.32 b, Deinceps gradatim reliqua reliquis debentur.de L.187 a,Si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit.Postquam.209 a, Si mihi nullum esset officium in omni uita reliquum,nisi,&c.& ibi.Tamen exiguum reliquæ uitæ tempus ad commemorandã gratiam mihi relictum putaretur.I.V.122 a,Erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire uellẽ.pro Clu. 22 a,Hunc tantum unum ex multis fortuna reliquum esse uoluit.Ep.234 b,Neminem præter te reliquũ habeo, in quo,&c.Ep.220 a,Ex qua familia reliquus est.M. Tiburnius.Ep.138 a,Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse,quando canterium comedisti, Romam peruehi.I. V.57 b, Si qua spes reliqua est. contra Rull. 63 a, Deinde reliquum tempus sancti,&c. & Epi.147 b,In reliquum.Atti.15 a, Alexandria reliquaq; Aegyptus.de Diu.95 a,Reliqua diuinationis breui confecta sunt. At. 42 b, Hæc cura addita, uix mihi uitam reliquam fecit. Epi.45 a, Nullum onus efficij cuiquã reliquum fecisti. I.V.147 b,Quibus iste nihil reliqui fecerat, & quibus aliquid reliqui fuerit.I.V.179 a, Duarum ciuitatum mihi reliquos feci agros.de Fi. 86 a, Cum reliqui nihil sit. de Pro.70 b,Qui locum in Græcia tã sanctus est, in quo ullum simulachrum reliquum sit.de Pro.70 b,Off.12 b, Addendo deducendoq; uidere, quæ reliqui summa fiat. pro Syl.184 b,Quod fortuna in malis reliquit fecit. & ibi.Quid enim est huic reliqui?quod,&c.de Amic.96 b,Qualẽ in reliqua Græcia reperiri,neminem, Athenis unum accepimus,&c. Qu.Fr.298 b,Non de reliqua et sperata gloria laboramus,sed de parta dimicamus.de reliqua:id est,futura.pro Sest.19 b,Spe reliquæ trãquillitatis præsentes luctus fugitid est,futuræ. At.260 a, De reliquo quid ego tibi dicãtet Ep.93 a,De reliquo ita uelim tibi persuadeas,&c.& de Or.93 a, De reliquo iam nostra culpa erit,si te dimiserimus. Epist.109 b,Quod quando uterq; nostrũ consecutus est,reliquum est, ut officijs certemus inter nos,etc. At.94 a,Paucos dies habebã reliquos annui muneris.et 65 a,Dies enim XXXIII. erant reliqui. & 245 b,Cum ex reliquis,quæ Non. April.fecit,abundare debeam,cogor mutuari.

Reluceo,es.refulgeo.de N.47 a,Stella relucet. et in Ar.

Rema.l.Roma.

Remaneo,nes.maneo,resto,resideo. Antequã.193 b, Liceat manere,si nõ illum Tullium,&c. at certè reliquias Tullij liceat in urbe remanere. Offic.85 a,Si in uita remaneas. Acad.37 a,Catulus remansit,nos discessimus.et Epi.80 b,Aut eorum qui discesserint,aut eorum qui remanserint.Attic.111 b, Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt.& 133 b,Quòd Lentulum uoluisti hic remanere,Cæsari gratũ.Of.8 a, Catonis filij amore pugnandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnandi in exercitu remanſit.I.C.98 b, Cũ tu diſceſſu cæterorum,noſtra,qui remãſimus, cæde cõtentum eſſe dicebas.pro S.R.23 a, In qua muliere ueſtigia antiqui of ficij remanẽt.pro Pom.14 a,Rhodiorum uſq; ad noſtrã memoriã diſciplina naualis remanſit.Of.8 b,A peregri no enim receſſit, & proprie in eo qui contrà ferret arma,remãſit.Tuſ.153 b,Sed fac,ut iſti uolunt, animos nõ remanere poſt mortem.At. 138 b, Proximè te gaudere oſtendunt,me remanſiſſe.At.163 b,Literæ,quibus maximè ad remanendum commoueri poſſes.

Remanſio,onis.manſio.Quin.Fr.321 a,Tuam remanſio nem etiam atq; etiã probo.pro Lig.137 b,Profectò certè animum tuum nõ debet offendere,num igitur remanſio? bis.

Remedium,dij.medicina,medicamentũ,cautio,prouiſio,fomentum.I.V.56 a, Hoc unum his tot incommodis remedium eſſe arbitror.& Ep.67 b, Remedia incommodorum.Epiſt.71 a,Sed quod illius tanti uulneris,quæ remedia eſſe debent,ea nulla ſunt.pro Syl.179 b, In aduerſis fortunis ſine ullo remedio atq; alleuamento permanere.I.A.251 b,Veneficum appellæ eum,qui tuis ueneficijs remedia inuenit.pro Clu.31 b, Is acrioribus remedijs ſaluti ſuæ ſubueniendum putauit.I.V.66 a, Hoc remedium eſt ægrotæ ac propè deſperatæ reipublicæ. pro Cluen.23 a,Quærere remedium ad aliquam rem.de Nd.51 a,Pantheræ remedium habent, quo cum ſint uſæ, non moriũtur.I.V.240 b, Ad magnitudinem frigorum præclarum ſibi hoc remedium cõparat.Tuſ.243 a,Remedia ad tolerandum dolorem.Oct.326 a, Nulla remedia, quæ uulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria.

Remeo,ãs.remigro,redeo. de N. 49 b, Neque remearet aer,cuius ortus aqua omni exhauſta eſſe non poſſet.

Remex,gis.nauta,qui remos agit.I.V.253 a, Claſſis infirma propter dimiſſionem propugnatorum & remigum. et 217 b,et de Or.97 b,In nautis remigibuſq; exigendis. pro Flac.152 a,& Tuſ.204 b,Imperare remiges. de D. 132 a,Remex ille de claſſe Coponij.Epiſt.189 b,Habere delectum remigum.Or.112 a, Remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras. At.210 a, Arbitrabar ſuſtineri remos,cum inhiberi eſſent remiges iuſſi.

Remigatio,onis.impetus pulſuſq; remorum,remigium. Att.210 b, Inhibitio autem remigum motum habet, & uehementiorem quidem remigationis, nauem conuertentis ad puppim.

Remigium,gij.remigatio,uel remigum multitudo.Tuſ. 230 a, Quæ acies,quod remigium,&c.

Remigo,ãs.nauem remis propello.Att.210 a, Non enim ſuſtinent remos,ſed alio modo remigant.Tuſc.211 a,Vtrum igitur mauis nos ſtatim uela facere,an quaſi è portu egredientes paululum remigare.

Remigro,ãs.redeo,remeo.Epi.138 a, Romam tibi remigrandum eſt.Tuſ.240 b,Atq; ei ne integrum quidem erat,ut ad iuſtitiam remigraret. Acad. 4 a, Remigrare in domum ueterem è nouã. & Tuſ.174 a, Remigrare in domum ſuam.

Reminiſcor,eris.recordor.Ep.50 b,Eapotius reminiſcere,quæ digna tua perſona ſunt.et Tuſ.154 a,Reminiſcere quæ tradãtur myſterijs. Antequam.164 a, In noſtro euentu aliorum reminiſcentes caſus.& Att.55 a,Reminiſcebatur Cal. Ian. Tuſc. 160 a,Diſcere nihil aliud eſt quàm recordari.& ibi.a,Declarat ſe non tum illa diſcere,ſed reminiſcẽdo recognoſcere.de Sen.93 b,Homines ſcire pleraq; antequam nati ſint,quod iã pueri cum artes difficiles diſcunt,ita celeriter res innumerabiles arripiunt,ut non tũ primùm accipere uideantur,ſed reminiſci & recordari.pro Lig.143 a,Aliquem de re aliqua reminiſcentem recordari.

Remiſsè.leniter.de Or.107 b,de Or.152 a,Agere ueruſum leniter,remiſsè,non actuoſe.pro Cæl.44 a,Remiſsè,lehiter,urbanè agere cũ aliquo.)(.Grauiter, ſeuerè, priſcè. I. V. 217 b, Iſte nihilo remiſsius atq; etiam uehementius inſtabat.de Fi.49 a,Remiſsè agere aliquid.)(. Multum ſtudium multamq; operam ponere in aliquare. de Or. 107 b, Tu qui multo dicis remiſsius & lenius quàm ſole bat.pro S.R.20 b,Omnes hanc quæſtionem te prætore de manifeſtis maleficijs quotidianoq; ſanguine, haudre miſsius ſperant futuram.

Remiſsio,onis.relaxatio,diſſolutio.Ep.61 a, Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria,remiſsio animi & diſſolutio.& 141 b,Remiſsio animorũ,)(.Seueritas. de Or.110 b,& 115 a,Ad omnem animi remiſsionem ludumq; deſcendere.pro Cæl.45 b, Quem non quies,non remiſsio delectarent.de Cla.194 a,Remiſsio & moderatio uocis.de Or.128 b, Remiſsio lenitatis in oratiõe. Of. 29 b,Oculorum obtutus,ſuperciliorũ remiſsio aut contractio.de Or.108 a,Demoſthenes una cõtinuatione uerborum binas cõtentiones uocis & remiſsiones continebat.de Amic.110 b, Tales igitur amicitiæ ſunt remiſsioe uſus leuandæ.I.C.121 a, Iam ſenescentis morbi remiſsio. Ep.107 b,I.C.121 a,Remiſsio pœnæ.

Remiſſus,a,um.lenis,demiſſus,contractus.)(. Triſtis,acer,contentus.pro Cæl.40 b,Cum triſtibus ſeuerè,cum remiſsis iucundè uiuere.de Or.126 a, Leni animo & remiſſo eſſe.Poſt.203 a, Qui ulciſcẽdo remiſsior fuit.& I. C.121 a,Sin remiſsiores eſſe uoluerimus.de Fi.90 a, Remiſſus in diſputando.)(. Acer in diſputãdo.& pro Mur. 136 b,Remiſsior in petẽdo.de Or.197 b,Tardiores tibi cinis modos & cantus remiſsiores facere.de Or. 117 b, Quædam dicendi meliora & remiſsiora genera uigue runt. Or.292 a,Contenta uox.)(.Remiſſa uox.pro Fon. 276 b, Maſſilienſes Gallicorum bellorum pericula poliRom.copijs remiſsisq; compenſarũt. I.A.206 a,Hodie neſcio quare obiecta ſenatus remiſsior fuit.& de Se.82 b,Sermo quietus & remiſſus.

Remitto, tis.relaxo, relaxamentum do, deceſsionem de ſumma facio,relinquo,condono. At.116 a, Mulieres, ut ſcripſerã ad te,Romã remittebam. Att.143 a,Demetrij librum de concordia tibi remiſi. Ep.256 b, Volebam ad te Marionem remittere,quem ad me mitteres,cum,etc. Ep.149 a,Vt ſine his nihil de meo ſtudio perſeuerãturq; ſim remiſſurus.I.A.217 b,Remittere iracũdiam. At.156 b,Iſte ardet furore,nec remittit aliquid,ſed indies ingraueſcit.I.V.80 a,Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quã horam de meis legitimis horis remittã.de Cl.182 b, Ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem remittere.de Fi.123 b,Vrgent tamen,& nihil remittunt.I.V.62 a,Ex eo quod ipſe poteſt in dicendo,aliquãtum remittet.& ibi. Multum ſummittere.Or.302 a, Intendere & remittere ſonum uocis.I.V.165 b, Remittere alicui de ſumma.

pro R.P.127 a,Nec enim fuit Gabinij,remittere tantum de ſuo.I.V.109 b,Remiſit D.Brutο CX. milia.I.V.247 b,Remiſiſti quod non oportebat, accepiſti quod non licebat.I.V.204 a,Nauem imperare ex fœdere debuiſti,remiſiſti in triennium.I.V.82 a,Menſes mihi tres cum eripuiſſetis ad agendum maximè appoſitos,reliquum omne tempus huius anni me uobis remiſſurum putaſtis.At.168 b,Dionyſio ego quidem non modò placabilem me præbuiſſem,ſed totũ remiſiſſem. Att.282 b, Italiæ ſua uobis ſtudia profitenti remiſiſtis.I.P.155 a,Remittere aliquid de ſeueritate cogendi.Am.104 b, Addere habenas.)(. Remittere habenas.de Leg.177 b, Varius canendi ſonus tum remittit animos, tum contrahit. Qu.Fr.301 a,Te rogo, ut procuratoribus Flauij remittas de diminuendo, & de Apollonienſibus ne quid perſcribas. At.156 a, Queſti ſunt,quòd non idẽ quoq; ſibi, quod mihi remiſiſſet,& ad Her. 15 b, Si huic fueritremiſſum.I.V.297 a,Meã animaduerſionẽ et ſupplicium, quo uſurus eram in eum quem cepiſſem,remitto tibi,et condono.Ep.66 a, Verùm hoc quoq; uobis remitto . de Or.206 b,In qua tibi remittunt omnes iſtã uoluptatem, & eã ſe carere patiuntur:id eſt,relinquũt.pro Syl.176 a,Noli putare,id omnino à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum atq; conceſſum.pro Syl. 183 a, Sed etiam ſi quid mihi conceditur,id reddo ac remitto.pro Clu. 18 b,Opinionem iam mente antè comprehenſam libenti animo remittere.pro Plan.271 a,Vt eorum reprehenſionẽ uos ueſtræ prudẽtiæ aſſumere,meæ modeſtiæ remittere debeatis.de D.195 b, Reſpondit in agro ambulanti ramum adductum cum remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe.I.A.218 b,Prouinciam remitto,exercitum depono. I. A.209 b,Antonius remittit nobis in Galliã citeriorem. pro Plan.275 a,Tibi remitto atq; concedo, ut eum defendas. Att.225 a,Ego uerò tibi iſtuc mi Antoni remitto. & de Leg.174 a,Remitto hoc tibi.pro Flac.156 b,Neq; in toto Aemonenſium teſtimonio commouebor,etenim quibus iſtam laudationem remittam.I.V.231 b, Requieſcere,& curã animi remittere. de Clar.176 a,Qui cum remiſerant dolores pedum,nõ deerat in cauſis.Top.221 a,Remittere nuncium.Acad.26 b,27 a,Sed tibi aut concedendum eſt ita eſſe,aut memoriã mihi remittas oportet:id eſt,concedas memoriam eſſe.

Remoror,aris.retineo,retardo.pro Pomp.11 b, Sed hæ res quæ cæteros remorari ſolent,non retardarunt. Att. 45 a,Scio te me his epiſtolis potius et meas ſpes ſolitum eſſe remorari.I.C.198 a,Num unũ diem poſtea L.Saturninum mors & reip pœna remorata eſt?ad Heren.5 b, Ne parua quidem dubitatio poteſt remorari damnationem. Antequàm. 195 a, Ne calamitas remorata longius ſerpat atq; progrediatur,præcauete.

Remotio,onis.de In.73 a,Remotio criminis eſt, cum intentio facti in alium,uel in aliud dimouetur.

Remotius,aduer. de Nat.18,Stellæ aliæ propius à terris, aliæ remotius,&c.ſpacia conficiunt.

Remotus,a,um.alienus,relictus, procul diſiunctus, abſum. Epi.246 a, Si quiſquam fuit unquam remotus & naturæ & ratione,atq; doctrina ab inani laude,& ſermonibus uulgi,ego profectò is ſum.& de In.53 b,Hoc à religione & ſapientia ueſtra remotiſsimum eſt.I.V. 192 a,Defenſio remota ab utilitate reipublicæ,& ſeiuncta à

uoluntate legis.& 249 b,Remotus à nauigando.Attic. 237 b,Veſtorius homo remotus à dialecticis.de In.43 a, Procul remotus à uero. pro Cl.18 a, Altera pars, quæ procul à iudicio remota eſt.de In. 82 b, Hoc à breuitate præcipiendi remotum eſt.& 70 b, Hæc à uulgari intelligentia remotiora ſunt. Offi.13 a,Scientia quæ eſt remota à iuſtitia,calliditas appellãda eſt.pro Mur.141 a,Ille à culpa remotus eſt. cõtra Rul.72 b, Cum tu à Gracchi æquitate ac pudore longiſsimè remotus ſis. Or. 199 b, Sermò à forenſi ſtrepitu remotiſsimus.pro Font. 278 b, Teſtis cupidus,iratus,ab religione remotus.& Epiſtol. 267 a,A cupiditate remotiſsimus.de In.31 a,Res à memoria noſtra remotæ. I. V. 252 a, Locus arbitris remotus. pro S.R.40 a,Ego hæc à Chryſogono mea ſpõte remoto Sex.Roſcio,quæro.de Nat.45 b, Remota ſubtilitate diſputandi,& remoto ioco.Epiſt.101 a, pro S. R. 34 a, Lõgè abſum ab eo crimine.de Or. 128 b, Abeſt enim totum à cauſa.Ep.103 a,Locus remotus,ſalubris,amœnus.

Remoueo,es. amoueo,dimoueo, moueo,abduco,auferо, reijcio,deduco,ſubduco,transferо,arceo,abſtraho, auoco,auerto,deterreo,deprecor,deteſtor,deriuo.de Orat. 137 a,& de Clar.168 b,Ea ſecerni arbitror oportere,et ex oratione remoueri.pro S.R.22 a, Multa palàm domũ ſuam auferebat,plura clàm de remedio remouebat. Qu.Fr.294 b,Sublata latrocinia,cædes repreſſæ,oppidorum furta eſſe depulſa,remotam illam calumniã,etc. Epi.262 a, Accepimus conditiones,ſed ita ut remoueat præſidia ex ijs locis quæ occupauit.cõtra Rul.70 b, Remoue te à ſuſpicione alicuius commodi.pro Cl.26 a, Remouere ſe ab aliquo negocio.et Ep.154 b,Remouere ſe à certamine. At.60 a,Quid ſit,quòd ſe àme remouit,ſi modò remouit,ignoro.pro Dom. 217 b, Quòd idem in poſterum M.Catonẽ tribunatu tuo remouiſſes. Or.197 a, Sed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerũt. At. 169 a,b,Tu nouum morbum remouiſti. Qu.F.311 b, Catonem Lentulus à legibus remouit. Off.14 b, Multi & ſunt et fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatẽ expetentes,à negocijs publicis ſe remouerunt,ad ociũq; perfugerunt. Am.110 b,Remouere ſe ab amicitia alicuius.

Remuneratio,onis.gratia,uicißitudo ſtudiorum uel officiorum. Of.47 b, A quo celerior remuneratio fore uidetur,in eum ferè eſt uolũtas noſtra propenſior.de In.70 b,Remuneratio officiorum.de Am.105 b,Nihil eſt remuneratione beneuolentiæ,nihil uicißitudine ſtudiorũ uel officiorũ ucũdius.& pro Do. 218 a, Remuneratio beneuolentiæ.de Am.102 a,Liberales ſumus, non ut exigamus gratiam:non enim beneficium fœneramur,ſed,etc.

Remunero,as.& Remuneror,aris.retribuo,compenſo, beneficium reddo,mutuam gratiam refero,parem gratiam pro beneficio alicui refero,gratiam reſtituo,mercedẽ do,repono. Poſtquam.210 b, Quibus officijs T. Annij beneficia remunerabo? Poſtquam.203 a, Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt,quàm beneficij remunerãdi. et ibi.In beneficijs remunerandis.Ep.250 b,Tibi ad me ornandum ſemper datur facultas,mihi ad remunerandum nihil ſuppetit præter uoluntatem.Ep.39 b,& 20 a,Cõſiderandum eſt,quo nam te remunerer genere . Epi. 130 a,Vt poſſem te remunerari quàm ſimilimo munere.& de Clar.196 a,Vt à te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum,teq; remunerandũ,ſi non pari,at grato tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

munere. At.118 d, Tu si tibi eadem causa est, me remunerere sanè uelim. de In.81 d, Officiorũ remunerandi uoluntas. I.A.191 d, Vt pro tantis eorũ in remp. meritis honores eis habeantur, gratiæq; referantur. 286 d, Nunquam ulla mercede meritum tuũ explere potero. Qu. de Pet. 210 b, Et quoniam nullum aliud tempus futurum sit, ubi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent.

Remurius, locus fuit Romæ ubi Remus auspicium & cõsilium condendæ urbis cepit, & in quo habitauit, ut Dionys. Halicar. & Sex. Pomp. & Plutarchus in Romulo testantur. I.A.208 d, His quoq; diuisit Remuriũ. alij legunt Remuria, alij Semurium, sed mendosè, ut mihi uidetur. Fabius pictor habet Rumurius, qui & Auentinus, quem collem ait Remo conseceratum fuisse. Sed & hic uereor ne sit mendum, Rumurius, pro Remurius.

Remus, mi. Romuli frater. de D.102 b.

Remus, mi. Acad.6 d, Neq; uerò hoc loco expectãdũ est, dum de remo inflexo respondeam. Tusc.195 b, Res tetra, detestabilis, omni contentione, uelis (ut ita dicã) remisq; fugienda. In V.250 d, Nauigium quod erat sacrũ sex remorũ numero. & 263 d, Nullum remum uacuum trahi. de Or.97 b, Intermisso impetu pulsuq; remorum. I. Nauis. Tusc.211 d, Remis nauim propellere. id est, remigare.

Renascor, ris. denuò nascor, exorior, renouor. Attic.275 d, Primi cuiusq; mali excidendi causa est, ut aliud renascatur illo peius. & 281 b, Renatum enim bellum est. & Epi.174 b, Sed bellum istic renatum homines mirantur. de Somn.131 d, & Tusc.159 d, Nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit. ad Atticum, 55 b, Qui mihi pennas inciderant, nolũt easdem renasci.

Renauigo, as. Att.231 d, Perpaucis diebus in Pompeianũ, pòst in Puteolana, & Cumana regna nauigare.

Renauo, as. ad Atticum, 10 d, Renauabo operam. aliter, renouabo.

Renes, num. de Nat.53 b, Humores, qui ex renibus uestcáq; profunduntur: id est, urina. Tusc. 188 d, Ex renibus laborare.

Renouatio, onis. redintegratio. de N.49 d, A quo rursum renouatio mundi fieret. & de Cl.187 b, Vsurpatione & renouatione doctrinæ. Ep.176 d, Renouatio timoris magnam molestiam afferebat.

Renouatus, a, um. instauratus. de N.38 d, Templum Honoris à M. Marcello renouatum. & Epist.192 d, Fœdus quod renouatum erat. de N.49 d, Vaporibus altæ renouataq; stellæ refundunt eadem.

Renouo, as. renouationem facio, interpolo, instauro, refrico, integro, redintegro, refero, repræsento. de D.109 b, Tum pristinis orbati muneribus hæc studia renouare cœpimus. In V.66 b, Hos institui atq; adeò institutum referri ac renouari molestè ferunt. In V.68 d, Renouare & instaurare aliquid. de Ar.248 b, Quorum de sententia illa eadè renouata atq; instaurata celebrãtur. de Pro.73 d, Ne instauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. pro Deiot.145 d, Tu uetus hospitium renouare uoluisti. & I.A.153 d, Athenienses iumq; renouaui uetus exemplum. ad Her.15 d, Vt renouetur, nõ redintegretur oratio. contra Rul.73 d, Renouare ueteres colonias, & deducere nouas. pro Mur.127 b, Memoriam propè intermortuam generis sui uirtute renouare. pro Qu.12 b, Nolo hanc rem commemorando renouare, cuius memoriam deleri oportere arbitror. de Or.142 d, Acerba sanè recordatio ueterem animi curam molestiamq; renouauit. de Ora.127 d, Et animos iudicum ad Qu. Cepionis odium, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam atq; reuocabã. de In.68 d, Animus aut renouatur ad ea quæ restant, aut omnibus iam dictis exuscitatur. de In.47 b, Animus defessus audiendo aut admiratione integratur, aut risu renouatur. Antequàm.194 d, Quid ego improborum facta renouẽ oratione, aut redintegratione illius coniurationis animos' uulnerem uestros? Post.199 b, Qui suo fletu memoriam mei desiderium q; renouaret. Ac.41 d, Hæc inclusa habebam, et ne obsolescerent, renouabã cum licebat legendo. Ep.200 d, Renouare amicitiam. & 103 b, Renouare cõmendationem. & 52 d, Renouare bellum. At.10 d, Renouare operam. pro Mur.132 d, Mithridates se rege Armeniorũ ad iunctio nouis opibus copijsq; renouauit. Q.F.311 b, Appius uult, inquam, renouare honores eosdem, quo minus togam prætextam quotannis interpolet.

Renunciatio, onis. nunciatio. In Ver.84 d, Qui Milesijs rem gestam renunciaret, & ibidem: Renunciationem q; eius, quæ erat in publicas literas relata, illorum legibus tolli iusserat. pro Mur.128 d, Non idem est ordo dignitatis & renunciationis. pro Plan.261 b, Renunciatio suffragiorum.

Renuncio, as. defero, nuncio, declaro. In Ver.69 d, Renũcio tibi te hodiernis comitijs esse absolutum. Qu.Fr.300 b, Renunciari tibi Licinium plagiarium tributa exigere. Sulp.Ep.49 b, Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, & c. Ep.208 d, Qua in re & amicum eius in suscipiendo negocio perspexi, & fidẽ in cõficiendo ac renunciando. & 120 d, Eos q; Parthos esse se natui renunciauisse. I.V.94 d, Qui Milesijs rem gestã renunciarat. de D.123 b, Nunc imperant pullario, ille renunciat. Ep.134 b, Eo modo sacerdos Climachias renunciatus est. de Or.132 d, Renunciare aliquem consulẽ. pro Pom.4 d, & I.V.243 d, Prætor primus centurijs cũctis renunciatus sum. I.V.243 d, Tu cum esses prætor renunciatus. I.V.126 b, Renunciare hospitium alicui, & domo emigrare. I.V.69 b, Renunciare conditionem. Attic.23, Renunciare conductionem. de Orat.104 b, Renunciare Stoicis. I.A.108 b, Cũ legati renũciarint, quod certè renunciabunt, Antonium non esse in uestra potestate. I.A.221 d, Renunciare legationem.

Renuo. aspernor. pro Pl.266 b, pro Cæl.43 d, Qui nullã conniuium remuerit, qui unguenta sumpserit, qui balneis uiderit. pro R.P.128 d, Quib. supercilijs renuentes huic decem millium crimini.

Reor, ris. puto, censeo, arbitror. Offi.39 b, Illos in quibus eas uirtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur. & Top.227 b, Rentur eos esse, quales se ipsi uelint. de Ora.150 d, Quem quidè antea rebar ita dicere, ut, & c. Acad.44 d, Quintum genus Aristoteles quoddam esse rebatur. de D.109 b, Quos quidem plures quàm rebar, esse cognoui. de Ar.225 d, Tam uerò est ratus se posse. At.203 d, Nicias nomen rebatur oppidi esse Pirææ. de N.62 b, Rebantur enim fore, & c. sunt uectes quibus iamiæ clauduntur, & firmantur.

Repagula. de D.96 d, In tẽplo Herculis ualuæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt. & I.V.222 d, Consulis repagulis effractisq; ualuis demoliri signum conantur. I.V.243 b, Perfringere omnia repagula iuris, pudoris & officij.

Repandus, a, um. incuruus, reflexus. de N.17 b, Sospita cum pelle caprina, & calceolis repandis.

Reparo, as. recupero, iterum acquiro. I.V.193 d, Perdere id quod alio prætore reparare possit.

Repastinatio, onis. secunda oratio. nã repastinari aggeris dicitur, cuius natura fodiendo mutatur. de Sen.88 d, Quid agri fossiones repastinationesq; proferam?

Repedo, as. remeo, redeo. de L.187 b, Domum eum laude repedandum.

Repello, lis. propello, propulso, refuto, obuiã eo.)(. Infero. de Or.115 d, Aduersarius, qui sit & feriẽdus & repellendus. & pro Mil.116 d, Ego Clodij furorẽ à cernicibus nostris repuli. Antequàm.292 b, Qui à uestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Or.200 d, Homines audaces ab eius templi aditu ascensuq; repulisti. pro Dom.224. d, Hac ego religione nõ sum ab hoc conatu repulsus. pro Cecin.291 d, Armis repellere, fugare, & auertere aliquem. In C.102 b, Cum te à consulatu repuli. Of.28 d, Gratuitatem retinere, iracundiam repellere. & 27 b, Vt seueritas adhibeatur, contumelia repellatur. & pro Cor.61 b, Ipsæ enim leges te à cognitione sua iudicio publico repulerunt. de Pro.70 b, Byzantij Mithridatis impetum ægrè repulsum, & ceruicibus interclusum suis sustinuerunt. Qu. de Pet.313 b, Ab impediendo ac lædendo repelluntur. Of.13 d, Immanitas omnẽ humanitatẽ pellens. pro Mil.111 b, Repellere uim.)(. Inferre uim. pro Sest.21 b, Vim ui repellere. et pro Mur.131 d, Repellere pericula. & de Fin.55 d, Repellere dolorem à se. de Ora.89 d, Repelli oratorem à gubernaculis ciuitatum, & excludi ab omni doctrina. de Orat.148 b, Non repelletur inde quo aggredi cupiet.

Rependo, dis. reddo, repono. de Or.124 d, Cui pro Graci capite erat aurum repensum.

Repens. repentinus. Tusc.196 d, Ne me imparatum cura laceraret repens. & 201 b, Hostium repens aduentus.

Repentè. de repẽtè, statim, subitò, repentinò, noua quædam illa immanitas exorta est. I. Exorior. I.C.113 d, Is recitatis literis conscientia conuictus repentè conticuit. et Of.24 b, Amicitiã magis decet sensim diffluere, quã repentè præcidere. I.A.173 d, Modò egens, repẽtè dives. & In Sal.275 d, Quibus rationibus repẽtè tanquã somnio factus est tam affluens, & tam beatus. pro Syl.181 b, Ista importunitas repentè exarsit. & ibi. Ista uis repẽtè erupit. pro Cl.20 d, Repentè exorta est mulieris impotentiæ nefaria libido. Ep.49 d, Repentè præter spem dixit, & c. In V.63 b, Repentè è uestigio. & 63 b, Ecce autẽ repentè, & c. & ibi. Cum iste repentè, & c. de Or.107 d, Repentè & subitò.

Repentinò, repentè. pro Qu.3 d, Et moritur repentinò.

Repentinus, a, um. improuisus, insperatus, inspectatus, repens, inopinatus. de Or.129 b, Quæ fuit illa quãta uis, quàm inexpectata, quàm repentina. cõtra Rul.78 d, & pro Dom.215 b, Vnde iste amor tam improuisus ac tam repentinus. Tusc.200 d, & 196 d, Omnia repentina & inopinata grauiora. Epist.64 b, & 15 d, Non repentina aliqua uoluntate aut fortuitò ad tuam amplitudinem meis officijs ampletendam incidi. pro Sest.27 d, et pro Cl.54 d, Repentina morte perijt. Off.6 d, Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. contra Rul.89 d, Et repentinus Sylla nobis exoritur. & de Cl.187 d, Ignoti homines & repentini quæstores celeriter facti sunt. de In.65 d, Idcirco aliquem Callidiũ uocari, quòd temerario & repentino consilio sit.

Reperio. ris. inuenio, perquiro, uestigo. In Ver.171 b, Mihimet ineunda ratio & reperienda uia est, qua, & c. de N.22 b, Nec uos exitum reperitis, resq; tota uacillat ac claudicat. Ep.153 d, Nostræ solicitudinis hîc finẽ reperiemus. Tusc.173 b, Post diem tertium, qui ut illuxit, mortui sunt reperti. de Fin.70 b, Reperiam multos uel potius innumerabiles, qui, & c. de Clar.170 b, In orationibus Catonis omnes oratoriæ uirtutes reperiuntur. de Cl.195 b, Sed si quærimus, cur, & c. causas reperiemus uerissimas duas: primùm quòd, & c. aliud autem genus est, & c. At.103 b, Quid ad hæc repereris? soluamus, inquis. de Clar.165 b, Quibus armis quemadmodum uterentur non reperiebant. de Nat.27 b, Si conferre uolumus nostra cum externis, cæteris pares aut etiã inferiores reperiemur, religione autẽ multo superiores. de Clar.175 d, Iidẽ traducti à disputando ad dicendum inopes reperiuntur. & pro Fl.164 d, Tum uel hoc maximè moliũtur, ut uestræ mentes, uestræ sentẽtiæ optimo cuiq; inimicissimæ reperiantur. Atti.283 d, Facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati esse reperimur.

Repetitio, onis. ornatus rhetoricus. de Or.162 d, Eiusdẽ uerbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio. ad Her.28 d, Repetitio est, cum continenter ab uno atq; eodem uerbo, in rebus similibus & diuersis principia sumuntur, & c.

Repeto, tis. peto, reposco, reuoco, cum ad res ablatas & iudicia pertinet. de Cl.168 b, Cũ res priuatæ iudicij repetercẽtur. In Ve.57 b, Quo nomine abs te sestertium milies repeto. Antequàm.193 b, Nõ peto ut mihi detis uitã, sed datam repeto ut reddatis. In Ver.57 d, Repetere iussium. & pro Syl.84 d, Quæ erepta sunt, non repeto. et pro Cl.31 d, Repetere ab aliquo, quod ei dederis. & Of.8 d, Repetere res ablatas bello. I.A.228 b, Ne mors quidẽ in repetẽda libertate fugiẽda. pro Flac.166 d, Ac repetit eam, quã ego patri suo quondã pro salute patriæ spopondi dignitatem. & pro Plan.280 b, Repetere promissa. ad Her.9 b, Quod argẽtario obtuleris expẽsum, à socio eius rectè repetere possis. Antequàm.193 d, Repetere officij præmium & fructum. pro Clu.39 d, Repetere ab aliquo rationẽ de pecunijs repetũdis. In Vat.33 b, Cum ei, qui expectare uelit antè iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetenda. pro S.R.29 b, & Antequà.195 b, Furiæ, quæ parentum pœnas à conscelératis filijs repetant. pro Dom.242 b, Vos qui maximè me repetistis atq; reuocastis.

Repetere. petere, reuocare, replicare, à capite arcessere. recordari. de Fat.140 b, Longo interuallo hæc studia repeto. de Orat.157 b, Transilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere. Tusc.235 d, Huius sententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur. I.V.225 d, De quo paulò altius ordiar, & repetã memoriã religionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondeo, des refero, respõsum do, responsum reddo, rescribo, renuncio, occurro, refuto, conuento. dicam igitur ad ea quæ sunt à te dicta, parẽ esse, paria reddere uelle facere. At. 10 a, b, Quæris ex me quid acciderit, &c. ego respõdedo tibi ὑστερον πρότερον ὀμαρτικῶς. Ep. 17 b, Quanquã qui istinc nũc ueniũt, partim te superbũ esse dicunt, quòd nihil respondeas: partim contumeliosum, quòd malè respondeas. I. A. 153 a, Respondere ad ea quæ quæsita sunt. & in Vat. Respondere ad interrogata. Ep. 57 b, Quo facilius quibus est iratus, respondere tristius posit. de Fin. 93 a, Ego tibi respõdebo ad singula. & Or. 217 a, Respondere ad singulas res. Att. 251 b, Sæpe ij qui debent, non respõdent ad tẽpus. de Fat. 141 b, Chrysippo primùm de ipsa rerũ contagione respõdeamus. pro Cæl. 411 a, Acutè arguteq; respondere alicui. Atti. 89 a, Habes ad omnia, nõ ut postulasti χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, sed paria paribus respõdimus. At. 89 a, Ecce aũt alia pusilla epistola, quã non relinquã ἀνταπόδοτον. I. V. 78 b, Videat quid de illis respõdeat, quos nec auit. pro Flac. 157 b, De quo toto respondit Hortensius. pro Cl. 27 b, Ego ad respõdendũ surrexi. de Cl. 175 b, Vt etiã pro Bruto respondeã. de Cl. 179 b, Cuius orationi Cæpionis ore respondit Aelius. de Ora. 102 b, Cum nobis non grauatè respondero. ad Her. 35 b, Non contrà tenuiter & nugatorie responsum? de Ar. 247 b, Respõdere grauiter contra mimici contumeliã. & ibid. Refutare maledicta improborum. pro Mu. 124 b, Primũ M. Catoni de officio meo respondebo. de Or. 120 b, Aliquid alicui de iure respõdere. Aca. 6 a, Neq; hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo & de collo colũbæ respõdeã. pro Mur. 126 a, Alicui de iure consulẽti respondere. pro Plan. 272 a, Quæris nõ iuriscõsultus? quasi quisquã sit, q sibi hũc falsum de iure respõdisse dicat. de Cl. 174 b, Rutilius magnũ munus de iure respõdendi sustinebat. & 193 b, Qu. Scæuola consulentibus respondebat. Orat. 210 a, Alteros enim respondentes audire sat erat. pro Mur. 130 b, Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. de L. 175 b. Facultas respondẽdi iuris. de Or. 101 b, Multi in respõdẽdo iure, autoritate plus quàm ingenio ualẽt. pro Cec. 298 a, Aliud iudicari de iure, aliud responderi non oportet. I. C. 109 b, Iam uerò urbes municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis syluestribus. de Na. 124 a, Vt omnia omni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus,paribus paria respondeant. Or.200 d, Vt uerba uerbis quasi demensa & paria respondeant. de Fin. 144 d, Respondent extrema primis: id est, conueniũt. de Ar.255 d, Dixit se uelle ædificare alterã porticum in carinis, quæ palatio responderet. Ep.26 d, Nam ea quæ spe ras, etc. scio cui epistolæ tuæ respõdeant. Or.207 b, Rhetoricã quasi ex altera parte respondere Dialecticæ. Bru. At.277 b, Qui uestris paucorum respõdeat laudibus. de Fin.91 d, Respondere maiorib. suis. de Cl. 175 d, & Tus. 148 b, Respõdere gloriæ maiorũ. Postquã. 209 d, Quæ memoria, quæ magnitudo obseruantiæ tot tantisq; bene ficijs respondere poterit? & Ep.63 b, Mutuò officijs nõ respondetur. Attic. 273 a, Nihil minus hominis uidetur, quàm non respondere in amore ijs, à quibus prouocere. Epi.256 d, Cui quidem ego amori, utinam cæteris rebus possem, amore certè respondebo, quo tamen ipse tibi cõfido futurũ satis. Att.4 a, Tu modo uideto, ut par in hoc mihi sis: id est, ut in hoc mihi respõdeas. Ep.18 d, In omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respõdit. Ep. 19 b, Tua uirtus opinioni hominum respondet. Attic. 60 b, Vt posim tibi aliquid in eo genere respondere. & 57 d, Qu. Fratris liberalitati pro facultatib. nostris respondemus. Atti.228 b, Si bonitas tua responderit iudicio meo, gaudebo. Attic.256 b, Si cui quid debetur, ut fit unde pari respondeatur. Qu. Frat.298 b, Fac ut omnia tua facta atque dicta nostris rebus istinc respondeant. I. A.181 d, Respondebis' ne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? de Am.106 b, Vt nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiterq; respondeat. de Leg.159 d, Non enim quærimus, quid de quaq; consultatione respondeamus. de Vn. 203 b, Respondent autem dextra dexteris, &c. In Sal.272 d, Nihil enim tam obscœnum dicere potes, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat.

Respõsio, onis, respõsum.)(. ἀνακολούθησις. I.V. 244 b, Fuit ista respõsio quõdam. pro Cor.62 b, In quo erat accusatoris interpretatio indigna respõsione, qui ita dicebat, &c. I.P.91 d, Is me respõsione inimica homo protißima lacessiuit.

Respõsito, as, frequenter respondeo. de Leg. lib.1, Summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui id interpretari populo & respõsitare soliti sunt.

Respõsu. pro Cluent. 52 b, Videtis hæc quàm sunt leuia genere ipso, quàm breuia respõsu?

Respõsum, si. respõsio. At.113 b, Hæc ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur. I.V.243 b, Ipsis autem tantis de rebus responsum nullum dedisti. pro Pla.226 d, Cum senatus impediretur, quo minus equitibus Romanis responsum redderetur. I.C.101 d, A' me quoq; id respõsum tulisti, me nullo modo posse. & de Or.105 b, Auferre responsum ab aliquo. I. C.112 b, Ex aruspicũ respõsis. pro Mur.130 b, Responsa atq; decreta iurisconsultorum. & de Or.107 d, Hominum peritorum responsa nobis cognoscenda sunt. de Rep. lib.3. teste Lactantio lib.5. cap.17, Scipio ad intermissa reuertitur, recolitq; suam atq; commendat breuem Reip. definitionẽ, qua dixerat, eam esse rem populi. Populum autem non omnem cœtũ multitudinis, sed cœtum iuris consensu & utilitatis communione sociatum.

Respublica. politia, communis res. pro Cluent. 59 d, Epi. 108 b, Doleo ita communem rem esse dilapsam, ut, &c. pro Sest. 22 d, Res communem utilitatem continentes, quas publicas appellamus. de Or.152 d, Politici philosophi appellati uniuersarum rerum publicarum nomine uocabantur. Ep.146 d, Nihil ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius, quàm de rep. bene mereri. de D.109 b, & Aca.8 d, A' Platone philosophiaq; diceram, naturales esse cõuersiones rerum publicarum. I.V.136 d, Eo censu nullius ciuitatis resp. potuit administrari. Att.282 b, Hoc libello uictores quam remp. simus habituri nescio, uictis certè nulla unquam erit. Qu. Fra. 295 b, Quod fortasse aliquando uniuersæ reip. nostræ, nunc quidem profectò isti prouinciæ contigit: id est, Asiæ. Epist.14 d, Atq; hanc ille causam sibi ait non attigẽdæ reipub. fuisse. &, Capessere remp. l. Capesso. de In. 42 b, Versari in publicis rebus. Offic.31 b, & pro S.R. 19 d, Nondum ad rempublicam accedere. Epist.9 d, Rei totius publicæ ocium exoptandum est. Attic.15 d, & 16 d, Quid dicam in publica re? de L.191 b, Summa respublica: id est, Romana. & ibidẽ: Municipalis respublica. Quint.Fr.295 b, Plato fore beatas respublicas putauit, si aut docti aut sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Quint.Fra.306 b, Qui iudicia impediuisset, eum contra rempublicam esse facturum. Off. 8 d, In quo si mihi obtemperatum esset, si non optimam, at aliquam rempublicam, quæ nũc nulla est, haberemus. Of.31 b, Nam & erudierunt multos, quo meliores ciues in rebus suis publicis essent. de Leg.170 d, Necesse est eã patriam charitate præstare, qua reipublicæ nomen uniuersæ ciuitatis est. At.124 b, Nam sic quinto, ut opinor, libro loquitur Scipio. Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori uictoria: sic huic moderatori Reip. beata ciuium uita proposita, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit: huius enim operis maximi inter homines atq; optimi illum esse effectorem uolo.

Respuo, is. aspernor. repudio. Tusc.178 d, & 207 b, Ergo id natura respuit. de Orat.152 d, Gustatus quod uidde dulce est, aspernatur ac respuit. pro Planc.268 d, Sequestrẽne Plancium? respuerent aures, nemo agnosceret, repudiaretur. Part.231 d, Quod aures respuunt, immutandũ est. de Fat.249 d, Dicere aliquid, quod omnium mentes aspernentur ac respuant. At.196 b, Nunc omnia respuo. & pro Cæl.45 d, & pro Mur.142 b, Calcitrat, respuit. pro Cec.295 b, Respuere aliquid, & pro nihilo putare. de N.30 b, Reliquiæ cibi, quas natura respuit. & Att.117 d, Cæsaris interdicta respuẽtur. At.217 b, Aspernari ac respuere aliquem.

Restinctio, onis. sedatio. de Fin.66 d, Voluptas restinctionis fitis in motu est.

Restinguo, guis. extinguo, sedo, comprimo.)(. Inflãmo, incendo. pro Quint. R. 47 b, Ignis in aquam conjectus continuò restinguitur & refrigeratur. & I.C.111 d, Restinguere ignem uel incẽdium. & Top.225 d, Restinctus ignis. & Orat.199 d, Restinctis animorum incẽdijs. pro Sest.13 b, Animos hominum morte non restingui. de Fi. 66 d, Restinguere sitim. ad Brut. 91 b, Represti impetum, ardorem restinxi. de Fin. 58 d, Restinguere ardorem uoluptatum. de Orat.103 d, Eorum qui audiunt mentes aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere. de Nat.56 d, Eloquentia cupiditates iracundiasq; restinguimus. At.206 b, Sermunculum omnẽ aut restinxeris, aut sedaris. Or.197 d, Nec ipse Aristoteles cæterorum studia restinxit. de D.93 b, Illa etiam tertia parte animi, in qua irarum existit ardor, sedata atq; restincta.

Restipulatio, onis. repromissio. pro Quin. R.51 b, Recita istam restipulationem clarius. & ibi. Quid enim restipulatio clamat? QVOD à Flauio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo.

Restipulor, aris, repromitto. l. stipulor. pro Qu. R. 51 d, Cur igitur decidit? & non restipulatur nemine amplius petituro? & ibid. Hic porrò nõ restipulatur, quod iam pridem ipse exegit. ibi. 54 d, Ex iurisperitorum cõsilio & autoritate restipulari ab aliquo: id est, uicissim sponsionem ab aliquo rogare & petere.

Restituo, is. reddo, reficio, refarcio, refero. In V. 214 d, Pollicetur, sibi magnæ curæ fore, ut omnia ciuitatib. quæ cuiusq; fuissent, restituerentur. & pro S.R.37 b, Damnatus per arbitrum & rem restituit, & honestatẽ omnem amittit. pro Dom.228 d, Vt salutem redditã sibi ac restitutã accipere debuit. pro Flac.161 b, Restituat uxorem, reddat filiam. de D.100 d, Templum est à senatu Iunoni sospitæ restitutum. & Cæ.45 b, Effregit fores, restituentur. Top.222 d, Restituere ædes quæ corruerũt. Ep. 198 d, Vt statua, quam turbo deiecerat, restitueretur. de Di.128 d, Restituere ac corrigere deprauata. I.A.171 d, Antonius Lenticulam de alea condemnatũ restituit. pro Mil.108 b, Quæ fuissetigitur causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eijciendi? pro Dom. 230 b, Rursus illi sunt in suam pristinam dignitatem restituti. I.V.68 b, Restitui in antiquum statum. I.V.238 d, & I.A.171 b, & pro Cluent.38 d, Condemnatos ambitus in integrum esse restitutos. Epi.5 b, Et nisi per te sit restitutus, desertum se atq; abiectum fore. pro Flac. Prædia à nostris magistratibus in integrũ restituta. pro Cecin.291 b, Prætor aut uim fieri uetat, aut restitui factam iubet. & 289 d, Prætor edixit, ut unde deiecisset, restitueret. pro R.P.129 b, Rabirij dignitas, ex qua illi nihil detrahi potest, q; nõ facile restituat. Tusc.220 d, Cum Aiax Danais inclinantibus prælium restituit. pro S.R.28 b, Restitue nobis aliquando ueterem illam tuam calliditatẽ. Qu. de Pet.208 d, Restituere gratiam alicui: id est, referre gratiam. At.5 b, De nostro amico placando, aut planè restituendo. Att.89 d, De Memmio restituendo, ut Curio cogitet, te audisse puto. & 157 b, Omnes qui lege Pompeia condẽnati essent, restituerentur.

Restitutio. onis. contra Rul.68 d, Restitutio damnatorũ. I.P.87 d, Nemini est triumphus honorificentius, quàm mihi salus restitutioq; perscripta.

Restitutor, oris. pro Milo.109 d, P. Lentulus restitutor salutis.

Resto, as. restiti. maneo, remaneo, resideo, supero, superfum, reliquũ esse, restituũ esse. Att.120 b, At si restitero, idẽ fecero quod L. Flaccus: id est, si nõ discedã. pro Mur. 143 d, Qui ab illo in speculis relicti, in ceruicib. nostris restiterunt. Off.74 d, Ita incolumis in patria Regulus restitisset. pro Lig.137 b, Ligarius post aduentum Vari in Africa restitit. pro Syll.181 d, Quæ tamen ei sola in malis restiterunt: id est, studia amicorum. pro Qu.5 b, Illud etiam restiterat, quodheri fecerunt, ut te in iudicio adducerent. At.122 b, Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subueniat. Qu.Fr.318 d, Nihil ei restabat, præter balnearia. de D.123 d, Restat etiam de Chaldæis. de In.76 d, Quid nobis ex eo genere restet, & quare restet, admonendum uidetur. pro Mar. 135 d, Hæc igitur reliqua pars est, hic restat actus. de N. 34 b, Restat igitur, ut motus astrorum sit uoluntarius. & pro Qu.7 d, Restat ut aut, &c. At.282 b, Lõga sunt quæ restant, prætereunda tamen. In C.118 b, Qui ad Catilinam accipiendum Romæ restiterunt. Off.54 d, Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam.

Restrictè. anguste, strictè. de Leg.179 d, Hæc illi placent, sed ego cætera non iam restrictè præfinio. de Finib. 71 b, Nec tamẽ cur id tam parcè tamq; restrictè faciat, intelligo.

Restrictus, a, um. parcus, auarus, tenax. Ep.38 d, Cùm natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. Off.46 d, In ijs tamen, qui, &c. restricti nullo modo esse debemus. At.165 d, An existimas illum in hoc genere Lentulum? aut restrictum? nemo est minus.

Resupinus. supinus. de D.89 b, Exim prostratum resupinum, &c. Accij.

Retardatio, onis. cõmoratio. I.A.200 d, Vnde est adhuc bellum, nisi ex retardatione & mora?

Retardo, as. moror, remoror, moram affero, morã facio, moram & impedimentum infero. de N.46 b, Stellarũ motus tum incitantur, tum retardantur. sæpe etiam insistũt. de N.35 d, Stellam tũ antecedendo, tum retardando mirabiliter multa efficere. pro Pom.8 d, Vt eorũ collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret. Tusc. 164 b, Siue retardabis, siue properabis. pro Pom.6 d, Reprimere ac retardare impetus hostium. et I.V.60 d, Vt animos istius & impetus retardaret. in Vat.29 d, Vt ferocitatem istam tuã comprimerem, audaciam frangerem, loquacitatem retardarem. pro Pom.11 b, & pro Clu.59 b, Sed hæres, quæ cæteros remorari solent, nõ retardarunt. I.A.211 d, Sed animi uires, corporis imbecillitas non retardauit. I.P.96 d, Quum certi homines non studium eius à me alienassent, sed auxiliũ retardassent. Posth.209 d, Quem ad salutem meam uoluntas impulit, uis retardauit, autoritas uestra reuocauit. Ep.72 b, Posteriora autem tempora à me scribendo retardarũt. ad Her.6 d, Ne qua possit animum tuum defatigatio retardare. pro Arch.188 d, A' nullius me unquam tẽpore aut commodum aut ociũ abstraxit, aut uoluptas auocauit, aut deniq; somnus retardauit. pro Sest.18 d, Excitauit illam suam nõ solutam, sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem bene gerendæ reip. Att.20 b, Alij simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardarũt. pro Pom.8 d, Illũ in persequendi studio mœror, hos lætitia retardauit. I.A.226 b, Quẽ nisi in uia caducæ hæreditates retardassent, uolasse eum diceres. de Sen. 89 d, Ad agrum fruendum non modò non retardat, uerùm etiam inuitat atq; allectat senectus.

Rete, tis. plaga, laqueus. de Nat.50 b, Vt in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ ex inopinato obseruant.

Retego,gis.aperio,euoluo.Atti.59 a,Quare in hoc thecam numariam non retexeris,in alijs eris cautior.

Retentio,nis.Att.210 b,& 211 b,bis.Semper Carneades ἀεροβολεῖ pugilis,et retentionē aurigæ similē facit.Ac. 15 b,et 20,Ex his illa necessariò nata est ἀποχή:id est,assensiōis retētio. & 20 a,Illud certè opinatiōe & perceptione sublata,sequitur omniū assensionum retentio.

Retento,as.sustēto,retineo.de D.83 b,Quæ penitus sensus hominum uitasq; retentat. & 121 b,Namq; omnes memori portentum mente retentant.Poetæ.

Retexo,xis.dissoluo,renouo.Ac.23 b,Dialectica quasi Penelope telam retexens.Epi.180 a,An quod adolescens præciti,nunc ætate præcipitata cōmutem,ac me ipse retexam.Ep.174 b,Noui timores retexunt superiora. de Fin.144 b,Audeo dicere,inquit,nō potes,nisi retexueris illa.I.V.121 b,Omnino erāt Metelli huiusmodi,ut totam suam præturam retexere uideretur,id est,irritā facere.I.A.166 b,Itaq; iam retexo orationem meā:id est, quod negabam,confiteor.de Or.123 a,Ea quibus antè exorsa,& potius detexta,propè retexantur.

Reticentia,tiæ.taciturnitas.I.A.264 a,Off.64 b,A' iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Off. 29 b,Ex locutione.)(.Ex reticentia.

Reticentia.figura rhetorica.de Or.162 a.

Reticeo,es.conticeo,obmutesco.de Or.130 a,Hic cū Sulpitius reticuisset,inquit Crassus,&c.Qu. Fr.299 b,Nihil nec temere dicere,nec assuetè reticere debeo. Epi. 59 b,Quæ statueras tibi in senatu de mea laude esse dicenda,reticuisti.ad Her.20 a,Arteriæ reticēdo acquiescūt. pro Cl.18 a,Subterfugere reticēdo,& obscurare dicendo.I.Conuinco. I.A.158 b,Non possum de utriusq; nostrūm errore reticere.

Reticulum,li.In V.241 a,Reticulum tenuissimo lino,& minutis maculis plenum roſæ.

Retinens,tis Qu.E.201 b,Homo sui iuris dignitatisq; retinens.pro Pl.270 b,Homo nimium retinens-equestris iuris.

Retineo,es.obtineo,conseruo,supprimo.)(.dimitto.Att. 208 a,Quare nisi iam profecti sunt,retinebis homines. de L.160 b,Quin labebar longius, nisi me retinuissem. Ep.6 b,Illum suspicantem te ab se alienatum,illa epistola retinuisti.Acad.30 a,Quos natura ipsa in officio retinere non potuisset.Off.73 b,Qui retinendi officij causa cruciatum subierit uoluntarium.pro Qu.13 b,Cogitent ita se graues esse,ut si ueritatem uolēt retinere,gratiam possint obtinere. de Di.124 a,Ius augurū reip. causa conseruatum ac retentum,& ius retinendæ maiestatis.Off.21 a,Ludendi est etiam quidam motus retinendus.de Am.109 b,Retinent tamē charitatē in pastores. Off.41 a,Qui summos uiros cum infimis pari iure retineret.pro Ce.297 a,Ea tametsi uerbis interdicti non cōcluditur,tamē sententia iuris et autoritate retinetur. pro Cl.38 a,Pecuniā acceptam nomine iudicij retinere atq; supprimere.pro Cor.61 a,Sui quēq; iuris,et dimittendi et retinēdi esse dominū.Tus.148 a,Studia retēta animo, remissa temporibus.de Fi.64 a,Qui mos à posteriorib⁹ non esset retentus,Arcesilas eū reuocauit. Tus.244 b,Sunt autē hæ de finibus,ut opinor,retentæ defensæq; sententiæ,I.V.155 a,Retinere ius suum cōtra aliquem:id est,obtinere.Ep.68 a,Etenim ordo ipse annaliū mediocriter nos retinet,quasi enumeratiōe fastorū.i.delectat.

Retorqueo,es.reflecto.I.C.104 b,Catilina retorquet oculos sæpe ad hāc urbem.de Sene.94 b,Quō quidem me proficiscentem, non sanè quis facilè retraxerit, & tanquam pilam retorserit.

Retractatio,onis.reuocatio,recognitio. Tuscul.244 b, Vt sine retractatione liberè dicere auderent,sapientes esse semper beatissimos.At.212 b,Conficies igitur & quidem sine ulla dubitatione & retractatione.& I.A.*.

Retractatus,a,um.limatus.At.252 b,Idē σύνταγμα missi ad te retractatius.

Retracto,as.iterū tracto,recognosco,refrico. pro Mur. 137 a,Nunc tertius ille locus de criminib. ambitus à me retractādus est.item: ἀρχέτυπος crebris locis inculcatus & refectus,sed tamen idē σύνταγμα missi retractatius.At,124 a,Sed hæc omittamus, augemus enim dolorem retractando.

Retraho,his.retro aut in contrariam partem traho,abstraho,reuoco.pro Cæl.51 a,Licinius cum iam manū ad tradendum pyxidem porrexisset,retraxisse.Epist.70 a, Nō habeo certum,quæ te res hinc maximè retrahat. I. Ant.207 a,Hic ita mœstus rediit,ut retractatus,nō reuersus uideretur.de Sen.94 b,Quō quidem me proficiscentem,haud sanè quis facilè retraxerit, ne ie iāquem pilam retorserit.de Fi.76 b,Scipio Annibalē in Africā retraxerit.& I.V.268 b,A' se retractum esse,&c. pro Sest.10 b,Retrahere aliquem à repub.Far.242 a,Genus hoc calliditatis & calumniæ retrahatur in odiū iudicis.

Retrecto,as.detrecto.Tus.lib.1,Siue retrectabis,siue perabis.subaudi,moriendum est.

Retribuo,is.rependo,refero.pro Q. R.52 a,Non mihi detraham,cum illis exactæ ætatis seuerissimè fructū quē meruerunt, retribuam. Antequàm.192 b,Fidei conduxit in loco debitū retribuere.& 193 b,Retribuere quod debetis.

Retro.à tergo.de Di 99 b,Tum ei deus præcepit,ut pergeret protinus:quid retro atq; à tergo fieret, ne laboraret.Ep.124 a,Retro ad alpes uersus iter mihi in citu. de Som 128 b,Orbes qui uersantur retro contrario motu atq; cœlum.In Arat.Sed conuersa retro cœli semper loca portat.de N.65 b,Cum eadē uicissim retro cōmeant. Tus.229 a,Tam longè retro respicere non possunt.Tus. 245 b,Vt omnia quæ sine honestate sint,longè & retro ponenda cēseat.de Finib.144 a,Vide rursus retrò dato, hoc dandum erit & illud.Part.232 a,Et idem quasi sursum uersus retrò, dicatur.de Vn.197 a,Vicissim:id est, πάλιν αὖθις.

Retrorsum,retro.de N.42 b,Deinde retrorsum uicissim ex æthere aer oritur.

Retrusus,a,um.reconditus.I.V.77 b, Simulachra deorū iacent in tenebris ab isto retrusa atq; abdita.& Qu.de Pet.211 b,Abditū & retrusum.de Or.92 a,Hæc sunt penitus in media philosophia retrusa atq; abdita.

Retundo,dis.obtundo.I.C.111 a,Iidem gladios in rēpu. districtos retudimus.& pro Syl.183 a,Cuius nuper feritatem retudi.pro D.226 a,In me omnia,quæ ego quondā retuderam,coniurationis tela adhæserunt.Att.261 a,In præsentia bellē iste puer retundit Antonium.pro Cl.43 a,Censorij styli mucronem multis remedijs retuderint. Epist. 190 b,Retundere improbitatem alicuius.& 115 a,Quo facto retudit sermones.

Retusus,a,um.obtusus.de Di.97 a,Aliæ quæ acuta ingenia gignant,aliæ quæ retusa.

Reuecho,his.refero.de Clar.185 a,Sed ad paulò superiorē ætatem reuecti sumus,nūc ad eam,de qua aliquātum locuti sumus,reuertamur.& I.V.217 b,Diana Segestam Carthagine reuecta.

Reuello,lis,reuelli.refigo.I.V.211 a,Reuelli.claustra,effringi furores.& pro Muren.131 a,Ianua,qua effracta & reuulsa,tota pateret prouincia.I.P.84 b,Id autē tē plum sublato aditu,reuulsis gradibus,armis tenebatur. I.A.196 a,Nisi septis reuulsis introiri non potest.I.P.85 a,De corpore alicuius tela reuellere. Ep.219 b,Tabulā in qua nomina ciuium incisa erāt,reuelli iussit.pro Cec. 198 a,Qui ius ciuile cōtemnendum putat,is uincula rē uellit iudiciorum.I.V.205 b,Nec prius illā crucem,quæ fixa est ad portam,reuellistis.& Ep.219 b,Reuellere tabulam fixam.At.79 a,Honorificisq; uerbis omnes inimicias reuellimus superiores.

Reuenio,nis.redeo.de Or.69 b,Cum miles domum reuenisset,egissetq; lege in hæreditatem paternā.& 100 a, Cum postea Mancinus domum reuenisset.

Reuera.reapse,reipsa.Ep.32 b,Et reuera cōfirmata amicitia,& perfecta fide commemoratio officiorū superuacua est.&I.V.114 a,Etenim reuera,&c.pro Quin.1 b, Aduersarium habet Quintius uerbo Sex.Næuium,reuera huiusce ætatis uiros fortissimos, &c. pro Cor. 65 a, Cuius igitur crimē est?reuera nullius,actione accusatoris,eius unius,qui donauit.ad Her.8 a,Hæc enim eo modo exponi,quomodo reuera gesta sunt.Ep.4 b,Quinūc populi Rom.nomine,re autem uera sceleratissimo latrocinio,si qua conabūtur agere,&c.I.V.161 a,Cuius mortis causam fugitiui sustinent,re quidem uera nemo dubitat,quin.pro Clu.28 b,Verbo ille reus, re quidē uera & periculo,et tota accusatione Oppianicus.At.50 b,Cùm reuera ita sit,&c.In eo non tu quidem tota re,sed tēporibus errasti.I.Erro.I.A.211 b,Milites præsidio sunt,specie consuli,re & ueritate nobis.Para.117 b,Qui hæc cō mutabilia pecuniæ membra solo uerbo bona putauerūt appellanda,cum re de factis longè aliter iudicauissent. pro R.P.126 b,Sint illa magna,quæ reuera magna sunt. pro Qu.10 b,Hæc ille si uerbis non audet,re quidam uera palā loquitur.pro Qu.R.50 b,Hāc rē oratiōe & opinione augere licet,re et ueritate mediocrem inuenietis. pro Do.127 b,Quādo igitur est turpe? reuera quando est pœna peccati,opinione autem hominum,si est pœna damnati.I.V.78 a,Nomine meum.)(.Reuera tuum.I.V. 74 a,Verbo poscere.)(.Reuera poscere.I.V.177 b,Verbo & simulatione.)(.Reuera.pro Plan.274 b,Temporis causa.)(.Reuera.pro Qu.R.50 b,Hæc quæ dico, cogitatione inter se differunt,re uerò copulata sunt.de Fa. 144 b,Quod si minus uerbis,re cogitur confiteri.Par. 122 b,Nec hoc est tam re, quàm dictu inopinatum atq; mirabile.de Somn.131 b, Crassus tum cognomine diues, tum copijs.

Reuerentia,tiæ.honor,obseruātia.Off.20 a, Adhibēda est igitur quædam reuerentia aduersus homines,&c.

Reuereor,ris.uereor,colo,cultu quodam & honore dignor.de Or.118 a,Dicam enim non reuerens assentandi suspicionem.At.33 b,Sed mihi nihil est molestius, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiderẽtur.I.V.268 b, Cum ex illorũ,metu mortis,quasi luce libertatis recreatus reuixisset. At.76 b, Aduentu nostro reuiuiscunt iustitia,abstinẽtia tui Ciceronis. At.90 b, Ciuitates suis legib. suetæ,αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt.I.A.209 b, Senatus ad autoritatis pristinæ spem reuiuiscit.de Ar.255 a,Reuiuiscere,respirare à metu cædis emergere à fluctibus seruitutis. pro Sest.18 b, Res erat & causa nostra eo loci,ut erigere oculos & uiuere uideretur.Para.123 a,Reuiuiscat M.Curius,&c.Oct. 326 a,Templa in quibus reuiuiscente iam libertate,deinde rursus oppressa,senatus nihil consulitur.

Reuocatio,nis.Tu.197 b,Reuocatio ad contẽplandas uoluptates.)(.Auocatio à cogitãda molestia.I.A.249 b,receptui signũ aut reuocationẽ à bello audire nõ possum⁹.

Reuoco,as.retraho,deuoco,seuoco,deduco,detraho,refero.Epist.143 b,Postea quàm de meo cursu reipu. sum uoce reuocatus.& 150 a,Equitatũ reuocaui.pro D.242 b,Vos qui maximè me repetistis atq; reuocastis.contra Rul.87 b,Qui prouecati à me uenire noluerunt,reuocati saltem reuertamur.pro Mur.129 b,Vnde tu me uocasti, inde ibi ego te reuoco.de Pro.71 b, Deducere & reuocare aliquem de prouincia .& 73 a, illũ ex Gallia suis sentẽtijs nõ detrahebant.& 75 a,Nihil est quòd eũ de prouincia deuocent.Post.209 a,Qui me à morte ad uitam,à desperatione ad spem reuocauit.Ep.107 b, Sed si morbũ depulero,facilè(ut spero)illa reuocabo. de Cl. 195 b,Hortẽsius reuocare se ad industriã cœpit.de Ora. 253 b,Meq; ad meum munus pensumq; reuocabo.de Cl. 165 b,Ego me ad pristina studia reuocaui.de Cla.194 b, Studium philosophiæ nũquam intermissum,à primaq; adolescentia cultum & semper auctũ,hoc rursus summo autore & doctore reuocaui.Tusc.148 a,Retuli me ad ea studia,quæ retenta animo,remissa temporibus,lõgo interuallo intermissa reuocaui.de Or. 127 a, Iudicũ animos ad Qu.Cepionis odiũ, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabã atq; reuocabam. de Opt. 244 a,Ad quam eos quasi formulam dicendi reuocent. pro Syl.175 b,Animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam reuoco ipse.& At.283 a,Reflecto.I. C.113 a,Reuocare aliquẽ à furore uel à scelere . pro Do.141, Identidem se ipse reuocãdo,dubitans,&c.Ep.85 a,Scripsi de te parcè & timidè,nõ reuocans me ipse,sed penè refugiens.pro D.216 a,Nonnulli illam rem an illam rationem coniecturamq; reuocabãt,qui,&c. Aca.15 b, Si mulatq; se ipse cõmouit,ad seq; reuocauit.Ep.107 b,Reuocare uires amissas.Tusc.156 a,Reuocare mentẽ à sensibus.At.46 b,Reuocare aliquẽ à turpi cõsilio.I.A.142 a, Quis reuocante & receptui canẽte senatu properet dimicare ? de Fin.73 b,Reuocare omnia ad scientiam. de D.138 b,Hæc ratione explicari,& ad naturã reuocari facilè possunt.de Or.112 b, Non omnia quæcũq; loquimur,ad artem & ad præcepta sunt reuocãda. pro Cec. 292 a,Ad incertum reuocari possessiones omnium. Off. 69 a,Hoc ego nihil inutilius puto,cum ad ueritatem cœpi reuocare rationẽ.pro S.R.37 a, In minimis reb. etiã negligentia in crimen mãdati iudiciumq; infamiæ reuocatur.At.275 a, Quod senatus non censuit, id arroganter nõ prætudico, neq; refero ad arbitrium meum. Qu. Fr.300 b, Testor omnes deos,me hac una uoce à morte esse reuocatum,quod,&c.pro Clu.20 a,b, Eam nõ filij dolor,nõ filiæ mœror à cupiditate reuocauit. Of.27 b, Danda igitur opera est,ut etiam si aberrare ad alia cœperit,ad hæc reuocetur oratio. de Am.107 b, Aliquis omnia ad suam pœnitentiam reuocans.

Reuolo,as.retro uolo.de N.51 a, Dux ipse quia non habet ubi nitatur,reuolat.

Reuoluor,conuoluor,cõtorqueor.de Nat.47 a, Draco subter supraq; reuoluens sese.de Or.121 a, Omnia ab homine ad communes generum summas reuoluentur . Ac. 6 a,Ita imprudẽs eò quò minimè uult,reuoluitur.de Or. 120 b,Nec quotiens causa dicenda est,totiẽs ad eius causæ sepositæ argumenta reuolui nos oportet.de Di.111 a, Primũ eodem reuolueris.nam,&c.& Tusc.150 b,Reuolui eodem.ad Her.11 a, Neq; eodẽ identidẽ reuoluamur. & At.212 a,Reuoluor identidem in Tusculanum.

Reus,rei.ille unde petitur,qui causam dicit, qui lege aliqua tenetur,maleficus, qui aliqua culpa tenetur erroris humani.pro Mur.133 a,I.V.127 b,Si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere uellet. & pro Plan. 270 b, Curis abs te reus non factus est ? Epi.223 b, Vt scorus adolescẽtis rea ne fiat.de Or.125 a,Reos autem appello, non eos modò qui arguuntur,sed omnes quorũ de re dicitur.& 138 a,Reos appello,quorũ res est.pro Syl. 172 b, Parens tum Catilinæ reo de pecunijs repetundis fuit aduocatus. Antequàm.193 a, Non citatur reus auditi, uirtutis reus citatur.de Ar.253 b, Clodius cum propinquis suis decidit,ne reos faceret.& 254 b , Laudare reum.pro Sest.10 b, Cum equester ordo reus à cõsulib. citaretur.pro Mil.108 b,Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius,quoad uixit.Qu.F.323 b, Facere aliquem reum de ambitu. & pro Cl.38 a, Qui causam de ambitu dixerunt.In C.103 a,Leges,quæ de ciuium reorum supplicio rogatæ sunt.ad Atticum,275 b,Alienæ igitur culpæ me reum facis.At.64 b,Domitius à Memmio reus.I.V.258 a,Referre aliquem absentem in reos.et In A.171 a,Absens in reos relatus.pro Q.R.52 a,Petitor.)(.Reus.I.V. 62 b,& pro Mur.135 a,Reus nocens.Ep.100 b,Ego omnib.unde petitur hoc consilij dederim,ut,&c.et de Or. 98 b, Illi unde petitur,&c. pro Mil. 109 b , Milo reus ad populum accusante P.Clodio.& 110 a,Milo reus est præclari facti.& 111 a,Tota deniq; rea citaretur Helvia,&c. pro Dei.151 b , Hieras totam causam suscipit, & criminibus illis pro rege se supponit reum.

Rex,gis.dominus.Of.41 a, Apud Medos, ut ait Herodotus,fruendæ iustitiæ causa uidentur olim bene moratiores constituti.pro Sest.16 a,Rex sedens cũ purpura & sceptro,et illis insignibus regijs,præconi publico subijcitur.Of.68 b, Ecce tibi qui rex populi Romani dominusq; omnium gentium esse concupierit.pro Pom.8 b, Regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad misericordiam,ut regale ijs nomen magnum & sanctum esse uideatur.Epi.183 a,Non regno,sed rege liberati uidemur : interfecto enim rege , regios omneis nutus intuemur.pro R.P.127 a,Regum hæc sunt imperia, Animaduerte & dicto pare,& præter rogitatũ , si quererare:& illæ minæ, si te secũdo lumine hic offendero,moriere.& Att.117 b,Cæsaris interdicta,si secundo lumine hic offendero,respuentur.de Fin.105 b, Rectius enim appellabitur rex,quã Tarquinius,qui nec se nec suos regere potuit.

Rex sacrorum,qui reb.sacris præest.de Ar.246 a,L.Claudius rex sacrorum.& pro D.220 b,Rex sacrorum.

Rex ærarij,qui ærario custodiendo præst.cont.Rul.

Rhadamanthus,thi.iudex apud inferos.Tusc.150 a.

Rhamnusius Antiphon orator , à Rhamno opp. Græciæ.de Cl.168 b.

Rheda,dæ.genus uehiculi.In A.271 b, Sequebatur rheda cum lenonibus.& pro Mil.196 b,Obuius fit ei Clodius expeditus in equo,nulla rheda,nullis impedimentis. & ubi.cum Milo cum uxore ueheretur in rheda penulatus, &c.At.77 a,Hanc epistolã dictaui sedens in rheda.At. 89 a,Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iunctis.

Rhedarius,rij.pro Mil.106 b, Aduersi rhedarium occidunt.

Rhegyum,gyi.urbs Calabriæ.Ep.198 b.

Rhegini,pop.in V.205.

Rhemnia lex.l.Leges uariæ.

Rhenus,ni.flu.97 a, Rheni fossa gurgitibus illis redundans.

Rhetor,ris.orator,dicendi artifex & doctor,qui dicendi præcepta tradit,rhetoricus doctor.de Or.92 a, de Ora. 91 b,Qui rhetores nominabantur,& qui dicendi præcepta tradunt.In A.168 b,Rhetor magister declamãdi. & de Inuen. 43 a, Vis et artificiũ rhetoris.de Cl.168 a, Concessum est rhetoribus mẽtiri,& in historijs,ut,etc. Qu.F.320 b,Cicero noster dum ego adsum, nõ cessauit apud rhetorem.Qu.F.323 b, Pæonius rhetor,homo,opinor,ualde exercitatus & bonus.Itẽ: Quæ potest turpitudinis esse tanta defensio?cupio audire , ut uideam ubi rhetoris tãta merces,ubi cãpus Leontinus appareat. In A.179 b,Quasi rhetor ille te disertum facere posset : de Na.26 a,Nã neq; indisertum Academicũ pertimuissem, neq; sine philosophia rhetorem quamuis eloquentẽ.Of. 26 b,Contentionis præcepta rhetorum sunt, nulla sermonis.de Fi.67 b,Quasi uerò perpetua oratio rhetorũ solum,non etiam philosophorum sit.& 68 a, Latius loquuntur rhetores, dialectici autem compressius.Or.202 b,Sed & Græcè ab eloquẽdo rhetor,& latinè eloquẽs dictus est.& de N.26 a,Rhetor eloquẽs.Or.205 a, Hãc hypallagen rhetores,metonymiam grammatici uocant. Or.200 b,Plato exagitator omnium rhetorum. de Or. 150 a,Corax & Pãphilus rhetores.de In.634 a, Magnus & nobilis rhetor Isocrates.

Rhetorica,cæ. ars rhetorica, rhetoris ars, uis oratoria, oratoris facultas,ratio dicendi,copia dicendi & cõmoditas orationis.ad Her.1 a,de In.43 a, Artificiosa eloquẽtia,quã rhetoricam uocant.de Fi.68 a,Zeno omnẽ uim eloquendi in duas partes tributam esse dicebat, rhetoricam palmæ,dialecticamq; pugno simulem esse,quòd latius loquerẽtur rhetores, dialectici autem compressius. & tibi.Dicãq; si potero rhetoricè,sed hac rhetorica philosophorum, nõ nostra illa forensi,quam necesse est cũ populariter loquamur , esse interdum paulo hebetiorẽ. de Fi.107 b,Scripsit artem rhetoricam Cleantes, Chrysippus etiam.sed sic,ut si quis obmutescere cõcupierit, nihil aliud legat.de Orat. 148 a, Inuenti sunt, qui hanc exercitationem dicendi exagitarent,ut Socrates,etc.de Ora.123 a, Aristoteles in quodam libro exposuit dicendi artes omnium superiorum.Par.230 a,Omnis doctrina dicendi.de Or.85 a,De omni ratione dicendi.& 102 a,Qui de dicendi ratione scripserunt.de Fi.90 b,Artes rhetorum totæ sunt forenses ac populares. de Fi.108 b, Etsi ingenijs magnis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur.ars tamen est dux certior quã natura.

Rhetorica,orum.rhetorũ res,siue præcepta.de Fa. 140 b,Mihi rhetorica uestra sat nota sunt.

Rhetoricè.rhetorico more, copiosè, splendidè,ornatè. de Fi.67 b,Rhetoricè igitur num mauis,quàm dialecticè disputari? Tusc.204 a,At quàm rhetoricè,quã copiosè,quas sententias colligit,quæ uerba contorquet?de Cl. 168 a,Rhetoricè & tragicè ornare aliquid.& de Fi.95 b,Potest id quidem fusè & copiosè, & omnibus electissimis uerbis grauissimisq; sententijs rhetoricè & augeri,& ornari.

Rhetoricoteros.magis rhetor,uel maior orator.de Or. 158 b,Crassum habeo generum,ne rhetoricotero tu sis. Lucilij.Quidam legunt Rhetoristerò.

Rhetoricus,a,um.de Or.96 a,Et nostro more aliquando nõ rhetorico loquamur.& 92 a,Quæ arte sua rhetorici illi doctores complecterentur.& de N.59 b, Exercitationes rhetoricæ.de Or.109 b,& Or.198 a,Rhetorici quidam libri,quos tu agrestes uocas.

Rhodanus,ni.flu.Ep.149,150.

Rhodos.insula.Att.21,Off.62.

Rhodij.pop.de Off.62,pro Pom.14 a.

Rhopographia.urgultorũ stirpiumq; descriptio,qualis ad ripas amnium esse solet,uel natura, uel arte facta. l.Ripula.

Rhythmus.uide Numerus.

Rhythmici,corum.qui studiosè numeros ligãt,quos musici canãt ad lyrã, & omnino rhythmici sunt poetæ lyrici.de Or.160 b, Nec sunt hæc rhythmicorũ aut musicorum acerrima norma dirigenda.

Ricinium,nij.pallij genus,siue uestimẽtum quadratum. de Leg.182 a,Extenuato sumptu tribus ricinijs purpuræ,& decem tibicinibus, tollit etiam lamentationẽ. & 183 a.

Rictus,ctus.os,præsertim minax, & hians. In Verr. 222 a, Rictus simulachri Herculis , & mentum paulo atrius.

Rideo,es.risum edo uel facio.In V.161 b , Ridere cõuiuæ, cachinnari ipse Apronius.Epi. 106 a, Vereris ne,&c. rideamus γέλωτα σαρδόνιον.Proverb. At.314 a,et pro Q.16 a,Risi niuẽ atrã,teq; hilari animo esse & prõpto ad iocãdum ualde me iuuat.Ep.22 b,Dedisti nobis, quẽ semper ridere possemus.de Ar.245 a, Cum riseritis impudentiam hominis,tum à me de tota cõcione audietis. de Fin.146 b,M.Crassius,quẽ semel dit in uita risisse Lucilius,& eare ἀγέλαστον uocatum.Att.230 a, De hæresi Vestoriana,& de Pherionũ more Puteolano , risisse me satis,nihil est necesse me rescribere.

Ridiculè,facetè,perridiculè,iocò.I.V.224 b, Theomnestus quidã homo ridiculè insanus.& ad Her.25 b,Ridiculè facere.Ep.140 b,Dicere aliquid ridiculè.et de Or. 106 a,Colligere multa non modò acutè,sed etiam ridiculè ac facetè.

Ridiculum,li.iocus, facetiæ, dignæ res quæ omnium irrisione ludatur.de Orat.135 a,Sæpe etiam sentẽtiosè ridi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cula dicuntur. Or.103 a, Altero utetur in iacendo mittẽ doq; ridiculo. & ibi. Vitabit etiam ridicula quæsita, nec ex tempore facta, sed domo allata, quæ plerunq; sunt frigida. Item ibid. Ridiculum subobscœnũ. Of.27 a, Perridiculum dicere aliquid.

Ridiculus, a, um. iocularis. At.7 b, Facie magis quã facetijs ridiculus. de Orat.128 b, Inueni ridicula & falsa multa Græcorum. pro Ar.187 a, Est ridiculum ad ea quæ habemus nihil dicere, quærere quæ habere non possumus. In V.64 a, Ridiculum est putare, &c.

Rigeo, ges. conglatio, congelo. Tusc.162 b, Quod aut frigori rigeant, aut urantur calore.

Rigidus, a, um. durus, erectus, rudis. de Nat.21 b, Ibes sunt aues excelsæ, rigidis crurib. procero rostro. & de Cl. 170 b, Canachi signa rigidiora sunt, quàm ut imitentur ueritatem.

Rigo, æs. respergo. de D.84 b, Quæ paruos Mauortis sanguine natos, Vberibus grauidis uitali rore rigabat. ad Her.25 b, Isti cum se fontes esse dicant, & omnium rigare debeant ingenia, non putat, &c.

Rima, mæ. hiatus. At.225 b, Tabernæ mihi duæ corruerũt, reliquæ rimas agunt. Ora.220 a, Neq; inferciens uerba quasi rimas expleat.

Rimor, aris. scrutor, inquiro. de D.107 a, Sed tamen id quod rimatur, quantum potest, Posidonius.

Ringor, ris. l. Subringor.

Ripa, pæ. de N.45 b, Liquores perlucidi amnium, riparum uestitus uiridissimi. de Cl.194 b, Fluuium exire ripas diffluẽtem coercere. I.A.165 b, Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam naui se applicuisset. de D.102 b, Eodem equo aduersam ascendi ripam. & ibid. Ad quandam magni fluminis ripam. de Cl.169 b, Cum plebs prope ripam Anienis consedisset. de Leg.159 a, In uiridi & opaca ripa inambulare. pro Mil.115 b, Ripa lacus.

Ripula, læ. ripa. At.246 b Hæc rhopographia ripulæ uidetur habitura celerem satietatem. l. Rhopographia.

Risus, sus. At.93 b, In quo tamẽ ille mihi risum magis quã stomachum mouere solet. de Or.120 b, Quo pacto concitetur risus, quomodo existat, atq; ita repẽtè erumpat, uiderit Democritus. & ibid. de risu. I.A.174 a, Qui risus hominum de te eratt̃antam esse tabellã, &c. & 218 b, Lætitiæ risus satis maximæ præclarissimæq; pugnæ. in V.205 b, Risus populi atq; admurmuratio omniũ facta est. Ep.119 a, Post repulsam uerò risus facit, ciuẽ bonum ludit, & contra Cæsarem sententias dicit. Q.F.311 b, In tabulam magni risus consequebantur. Ep.59 b, Visa est oratio non in iucũda, & mediocris quidã risus est consecutus. de Cl.292 b, Equidem in quibusdam risum uix tenebam. I.V.161 a, Tenere risum. Qu.Fr.312 b, Memini miros risus nos edere.

Ritè, rectè. de Vn.200 b, de N.12 a, Hunc deũ ritè beatèq; duxerimus, uestrum uerò laboriosissimũ. & 38 b, Quorum animi cum æternitate fruerẽtur, dij ritè sunt habiti. de Fi.72 b, Quæ potest appellari ritè sapientia. de D.84 b, Veteres ritè deos coluerunt. de Ar.249 a, Si ædilis uerbo aberrauit, ludi non sunt ritè facti. pro Do.240 a, Is nihil ritè, nihil castè, nihil more institutoq; perfecit. ad Her.5 a, Testamentũ ipso præsente cõscribunt, testes ritè affuerunt, de L.160 b, Ratio cum perfecta est, nomi natur ritè sapientis.

Ritualis, le. de D.95 b, Rituales libri hi erant Hetruscorũ de ritibus & disciplina ciuitatis.

Ritus, tus. mos, consuetudo rata & firma. de Legibus, 176 a, Deinceps in lege est, ut de ritibus patrijs colãtur optimi. & 176 a, Ex ritibus patrijs optima colunto. de Na. 66 b, Certæ tempestates populi Rom. ritibus cõsecratæ sunt. pro Do.240 a, Quibusnam uerbis, aut quo ritu eius domum consecrares. de Am.102 a, Qui pecudum ritu omnia ad uoluptatem referũt. I.A.172 a, Erat ei inuẽtum latronũ ritu. de L.173 b, Quoq; modo & ritu fiant discunto. & 175 a, Ritus familiæ patrumq; seruari.

Riualis, lis. æmulus, quasi competitor. Qu.Fr.327 a, Pompeius quàm se ipse amans sine riuali. pro Clu.31 b, Petere ædilitatem cum hominibus nobilissimis.

Riualitas, tis. Tusc.221 b, Æmulatio quæ riualitati similis est.

Riuulus, li. de Or.119, pro Cæl.41 b.

Riuus, ui. Top.223 b, Riuorum à fonte deductio. de Fat.142 a, pro Cæl.41 a, Vt riuulus accersitus & deductus ab ipso capite.

Rixa, æ. lis, turba, iurgiũ. I.V.234 b, Ecce autem noua turba atq; rixa. pro Cec.287 b, Definitor nimiũ litigiosus, ba atq; rixa. pro Cec.287 b, Definitor nimiũ litigiosus, concitus ad rixam. Ep.140 a, Academiæ nostræ cum co magna rixa est.

Rixor, aris. iurgio contendo. de Or.131 a, Cum esset cũ ea Tarraeinæ de amicula rixatus.

Roboro, as. corroboro, confirmo, sancio. Or.201 a, Eloquentia educata nutrimẽtis epidiclici generis, ipsa sepostea colorat & roborat. Of.23 a, Cato grauitatem suam perpetua autoritate roborauit. Epist.187 b, Vt hæc autoritate tua roborarentur.

Robur, oris. quercus, siue durissimum lignum. de D.127 a, In robore insculptas fuisse priscarum literarum notas. & b, Quis robur illud incidit, dolauit, inscripsit. pro Mur.142 a, Lacedæmonij qui quotidianis epulis in robore accumbunt.

Robur, firmitas, nerui. pro Pom.5 b, Altera pars, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. pro Domo, 226 b, Cum iam à firmissimo robore copiarum suarum relictus esset. de Ar.248 a, Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos superauimus. pro Cæl.53 a, Cum aũt paulum iam roboris accessisset ætati, in Africã profectus est. pro Cl.50 a, Cn. Tintinnius C. Meccen.s, illa robora populi Rom. pro Mur.137 b, Venio nunc ad Catonem, quod firmamentum ac robur totius accusationis. de Fi.127 a, Dummodo plus in uirtute teneamus firmitatis & roboris. Atti.95 a, Auxilia sanè bona Galatarum (hæc nostra robora.) Orat.200 a, Versaris in optimorum ciuium uel flore uel robore. pro Font.297 b, Equites tantum habuerunt animi, tãtum roboris, ut, &c. de Or.149 a, Virtutes quæ in animi magnitudine et robore positæ sunt. & Tusc.169 a, In animi robore, & magnitudine. Epist.78 a, Quãtum in cuiusq; animo roboris est & neruorum. Epist.165 a, Nam & robur, & sarboles militum interijt. contra Rul.85 b, Si paulũ assumpserint uetustatis ac roboris, non continebuntur. pro Sex.Rosc.43 b, Messala, qui si iam satis ætatis ac roboris haberet, ipse pro Sex.Rosc. diceret. I.A.227 b, alter uirtutis robore firmior quã ætatis, cũ his profectus est. pro

pro Mil.121 a, Milo, est incredibili quodam robore animi septus. Offi.4 a, Animi excelsi atq; inuicti magnitudo ac robur.

Robustus, a, um. fortis, ualẽs, potens, ueruosus, habens firmamentum & robur, multũ uel satisuirium habens, maximis corporis uiribus, lacertosus. cint. Rul.83 b, Robustus & ualens, & audax satelles. et I.C.108 b, Homo ætate confectus, exercitatione robustus pro Pl.263 a, Non enim tribum Tarentinam sed solidam & robustam, & assiduam frequentiam præbuerunt. pro Cæl.38 b, Vellẽ aliquis ex uobis robustioribus hunc maledicendi locum suscepisset. I.A.172 a, Sed hæc quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus. I.A.200 b, Maium inueterãtũ sit plerunq; robustius. de D.87 b, Res ut ustate robustas calumniando uelle peruertere. Tusc.220 a, Robusta illa & stabilis fortitudo. I.V.62 a, In clamando uideo eũ esse bene robustum. pro Syl.I.P.7 a, Nondum statuo te satis uirium habere, ut, &c. & ibid. Quòd si esses usitatæq; ætate robustior, essem, &c. Attic.135 b, Quanto & honor hic illo est amplior, est ipse robustior. de Ar.253 b, Deinde iam robustus, & c.id est, grandior factus. et Of. 14 a, Robustus animus. I. A.203 a, Cn. Pompeius ætate robustior.

Rodo, dis. corrodo, derodo, exedo. de D.120 b, Quasi uerò quicquã interfit, mures noctẽ & diem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. & ibid. Quòd clypeos Lanuuij mures rosissent. pro Cor. 67 a, Qui aliquẽ in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant, ubiq; carpunt.

Rogatio, onis. rogatus, obtestatio, preces. Q.F. 319 b, Ego Curtium rogatione tua diligo. de Ora.62 a, Rogatio & huic finitima percontatio.

Rogatio. lex est de quibusdã, nõ omnibus, sic dicta, quòd rogando pop. feratur. de Cl.172 b, T. Libo tribun. pleb. rogationẽ in Galbam priuilegij similem tulit. pro Cor. 61 b, Rogatio, quæ de Põpeio à Gellio lata est. pro Syl. 179 b, Sylla eam rogationem de se ferri nõ uult. pro Cl. 47 a, Dissuasio rogationis eius quæ cõtra coloniã Narbonẽsem ferebatur. Post 200 a, Tribunitijs illi rogationibus sunt restituti. pro Do.223 a, Si retulit falsum S. C. tũ est rogatio, si nõ retulit, nulla est. pro Sest.8 a, Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. & Attic. 40, & 8 a, Promulgare rogationem. de Or.126 b, Tribuni ex templo pulsi, cũ rogationi intercedere uellẽt. Q. Fr.207 b, Perferre rogationem.

Rogatiuncula, læ. rogatio legis, per contemptum sic appellata. pro D.223 b.

Rogatiuncula, interrogatiuncula. de Fin.57 a, Chrysippus quadam rogatiuncula delectatus, &c.

Rogator, oris. de Nat.28 a, Aruspices responderunt, non iustum fuisse comitiorum rogatorem. & de D.87 b, & 124 a, Qui rogator cẽturiæ fuisset. l.P.87 a, Vos rogatores, uos diribitores, uos custodes fuistis tabularũ. Post. 210 a, Quando tot rogatores, &c. Att.263 a, Quanquã hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris.

Rogatum, ti. pro Flac.148 a, Is nunquã mihi ad rogatum respõdet, & accusatori plusquàm ad rogatũ respõdet.

Rogatus, tus. oratus. de Nat.5 a, Ad eum ipsius rogatu accersituq; uenerã. & de Am.96 a, Vt prodesse multis tuo rogatu. Ep.95 b, Rogatu eorũ, qui, &c. et 219 a, Rogatu meo impetrauit. Atti.5 a, Et ego eius rogatu rogo.

Rogo, as. oro, precor, precariò precor, quæso, deprecor obsecro, obtestor, quæro, appello. Antequam.197 b, Illud à uobis peto & rogo, ut, &c. & Tusc.226 b, Aut rogãdi sunt, orãdiq;, ut, &c. l.V.191 a, Rogat & orat, etc. I.V.55 b, Rogare & orare ne illos supplices aspernaret. I.V.202 b, Profectiõ hinc natũ est, malo emere quàm rogare, prouerbium. I.V.247 b, Quo tempore etiã si precario essent rogandi, tamẽ ab ijs impetraretur. I.V.214 b, Iste petit à rege, & cum plurib. uerbis rogat, uti, etc. et 64 b, Ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat. Epist.37 a, Nihil addidi, nisi quod publicani me rogarũt. pro Flac.151 b, Te oro & obtestor, ut, &c. Ep.49 a, Cæsar dixit, se senatui rogãti de Marcello ne hominis quidem causa rogaturum. At.183 a, Cæsar ne rogari quidẽ se passus de ilo Off.60 b, Mos rogandi iudices, quæ salua fide facere posset. ad Heren.25 b, Sed huius exẽplum aliunde rogabo, tibiq; ostendam. Tusc.151 b, Si te rogauero, nonne respondebis? & 24.6 a, & de Fi.14.4 a, Quid me istud rogas, inquã? Stoicos roga. et Or.197 a, Quod quoniam me sæpius rogas, &c. de Or 162 b, Demosthenes cum rogaretur, quid in dicendo esset primũ, respõdit, &c. l.V.31 a, Tum respondeto ad ea, quæ de te ipse rogaro. I.V.203 b, Tametsi rogatus de Cymbea, tenetis memoria quid responderit. At.7 b, Primũ scito me non esse rogatum sententiam. Post.208 a, Quẽ in senatu tertio loco sententiam rogaris. & Qu.Fr.306 b, Racilius de priuatis me primum sententiam rogauit. At.151 a, Cæsar uolet ut Coss. roget prætor, uel dictatorẽ dicat. Epi. 202 a, Nunc à te illud primum rogabo, ne quid facias, &c. Att.229 a, Meo iure te hoc beneficium rogo. At.163 a, Mi Plance rogo te atq; etiam oro, sic medius fidius, ut, &c. At.286 b, Nos hi sumus, de quorum salute unus homo rogandus uidetur. Qu.Fr.302 a, Hoc te ita rogo, ut maiore studio rogare non possim. ibid.318 b, Taurum de aqua per fundum ducenda rogabo. & 325 b, Quod me de faciendis uersibus rogas, incredibile est, &c. de Am. 108 b, Neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati.

Rogare. est cum populo agere de ferẽda rogatione, uel lege, uel rogare, uel legẽ ferre. Rogassit & rogassint, pro rogauerint: id est, statuerint. de L.185 b, Quod tribuni plebem rogassint, ratum esto. & 186 a, At.50 b, Cũ lex abrogatur, illud ipsum rogatur, quum eam abrogari oporteat. pro Sest.15 a, Illo die mihi pernicies, Gabinio et Pisoni prouincia rogata est. l.C.103 a, Leges quæ de ciuiũ reorum supplicio rogatæ sunt. pro Do.223 a, Hæc lex iure rogata est. pro Cec.303 b, Si quid ius nõ esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum. pro Fl.152 a, Nos hic in mare superum & inferum sestertiũm ter & quadragies rogamus. Att.6 b, De modo rogandi.

Rogus, gi. lignorum strues, ad cadauera cremanda cõparata. de L.182 a, Hoc plus, inquit, ne ficito rogũ, ascia ne polito. de Diu.90 a, Calanus Indus, cum ascenderet in rogum ardentem, inquit, &c. de Nat.77 a, Dionysius in tympanidis rogum illatus est. pro Qu.18 b, Eum existimatio bona usque ad rogum prosequatur. de Fi.206 a, Vsque ad illum à Cyro extructum rogum. Tusc.166 a, Metellum multi filij, filiæ, neptes, nepotes in rogum imposuerunt.

Roma, mæ. contra Rull.85 a, Roma in montibus posita, & conuallibus, cœnaculis sublata atque suspensa. Ante-

quàm.196 b,Princeps omnium terrarum ciuitas.& ibi. Illustrissimum orbis terrarum monumentum. de D. 102 b,Certabant urbem Romam Remamne uocarẽt. Roma arx omnium terrarum,Post red.Roma ciuitas ex natio num conuentu constituta,de Pet.Cons Roma domus uir tutis,imperij & dignitatis, 1 de Or. Roma domicilium imperij & gloriæ,ibid.Roma lux orbis terrarũ,& arx omnium gentium,in Cat.Roma sexennio post Veios ca ptos à Gallis capta, Diuin.lib. 1, Romæ & reges augu res,& postea priuati eodem sacerdotio præditi, remp. religionum authoritate rexerunt, Diuinat.lib.1. Romæ ubi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia,1 ad Qu.Frat.Redij Roman Fonteij causa ad VII idus Quintil. 4 ad Attic.Roma in terris nihil melius,3 de Nat.deor.

Sanguineus, a, um. de Di. 121 b, Imber lapideus aut sanguineus.

Sanguinolentus, a, um. sanguine atratus. ad Her. 36 b, Sanguinolenta palma.

Sanguen. id est, sanguis. de Fin. 131 b, Non refugiat timido sanguen. poetæ ueteris. sic enim legit Nonius, non sanguis.

Sanguis, nis. de Nat. 54 a, Eoq; modo ex his partibus & sanguis per uenas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. & 11 b, Nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. de D. 220 b, Nec enim sanguis nec sudor, nisi ex corpore est. Of. 56 a, Membra quædam amputantur, si & sanguine et tanquã spiritu carere cœperũt. de Or. 104 a, Nec iniquo iudicio exorbeatur sanguis tuus. Att. 84 a, Sanguinem mittere quicquid potest detrahere. de Or. 137 b, Reliquæ duæ sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debent. & Orat. 204 a, Et si non plurimi sanguinis est, habeat tamẽ succum aliquem. et de Clar. 167 b, Succus ille & sanguis incorruptus. et 191 a, Sanguinem uerum deprauare, et uiciosum colligere. Post. 207 b, Cognatio materna transalpini sanguinis. pro S. R. 29 a, Magnam uim, magnam necessitatem, magnam posidet religionem maternus paternusq; sanguis.

Sanies, ei. putridus corruptus ue sanguis aut humor. I. P. 88 b, Saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro. Tusc. 171 b, Ennij.

Sanitas, tis. salus, ualetudo, bona ualedo, integra ualetudo, integritas ualetudinis, corporis bona habitudo, corporis firma constitutio, firma corporis affectio. Tus. 215 b, Corporis temperatio, cũ ea congruunt inter se, è quibus constamus, sanitas est. pro Syll. 183 a, Adeo ne uobis alienus à sanitate uideor? et de Op. 183 b, Qui incorrupta sanitate sunt. de Cla. 169 a, Eloquẽtia omnem illam salubritatem Atticæ dictionis quasi sanitatem perdidit. et 190 b, Sic oratoris uel sanitate uel uitio pro argumẽto ad diluendum crimen usi sumus. de Cla. 191 a, Insulsitatem et insolentiam tanquam insaniam quandam oratorij odi, sanitatem autem & integritatem quasi religionis odi, sanitatem autem & integritatem probat. de Nat. 78 a, Aegrorum salus non ab Apolline, sed ab Hippocrate data. pro Clu. 31 a, Et simul eum saluti desperare uetuit. In P. 89 b, Suum quemq; scelus de sanitate ac mente deturbat. I. A. 238 a, Ego autem ueteranos tueri debeo, sed hos quibus sanitas est, certè timere non debeo.

Sannio, onis. scurra, qui omnibus modis risum mouere nititur. de Orat. 133 b, Quid potest esse tam ridiculum quàm sannio est? Ep. 137 a, Salis enim satis est, sannionum parum.

Sano, as. curo, medeor, tollo, ad salutẽ reduco, sanum facio, salutẽ do uel reddo uel restituo, libero, morbum depello. de N. 74 a, Vomica Pheræi Iasonis, quam medici sanare non potuerunt. de Fi. 121 a, Sanare uulnera. Tusc. 227 a, Citiusq; repetimus oculorum tumor sanatur, quã diuturna lippitudo depellitur. de Diu. 236 b, Eius autem radiculæ uim esse tantam, ut Ptolemæum facilè sanaret. et ib. Qua radicula inuenta Ptolemæus sanatus dicitur. pro Ma. 134 b, Quæ quidem tibi nunc omnia belli uulnera sananda sunt, quib. præter te mederi nemo potest. pro Syl. 182 a, Vt consulescere aliquando & sanari ciuitas posset. & pro Milon. 114 b, Rempub. ægram & labentem sanare & confirmare. I. V. 260 b, Auaritiæ uulnera crudelitatis remedijs sanare. & Att. 77 a, Sanare uulnera, quæ sunt imposita prouinciæ. ad Br. 287 b, Rẽpub. desperatam sanari posse. I. C. 108 a, Quos ego non tam ulcisci studeo, quã sanare. et 106 b, Quæ sanari poterunt, quacũq; ratione sanabo. de Or. 136 b, Quæ sanare non possunt, exulcerant. pro Syl. 172 a, Horũ uoluntates nefarias nec sanare potui, nec tollere. & I. C. 118 a,

Multa meo quodam dolore in uestro timore sanaui. Ep. 71 b, Quæ leuare dolorem tuum possunt, si minus sanare potuisset. At. 207 a, Valde me momorderunt epistolæ tuæ, eædem tamen sanauerunt. Qu. F. 300 b, Thuscenium, cuius causa sanari non potest, non mitigaui?

Sanus, a, um. firmus, ualens, ualidus, salubris, saluus, cui ualetudo est, qui firmo corpore est, qui incorrupta sanitate est, integer, sanæ mentis.) (. Aegrotus, demens, furiosus. I. A. 179 b, Quasi medicus ille te sanum fecisset. pro Sest. 26 a, Non ea est medicina, cum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur. Ep. 197 b, Nullam partem sanæ ac saluæ reip. gustare potuisti. Or. 205 b, Bacchari inter sanos uinolẽtus uidetur. de Opt. 243 b, Attici oratores sani & sicci. pro Sest. 23 b, Qui integri sunt et sani. Item ibi. Sani, & boni, & beati. de Clar. 182 b, Nihil erat in eius oratione nisi sincerũ, nihil nisi siccum atq; sanum. de Cl. 169 a, Asiatici oratores nimis redũdantes, Rhodij saniores & Atticorum similiores. pro Sest. 7 b, Remp. capessere bene sanum non oportere. Off. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento sanus factus fuerit. de L. 188 b, Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit. de D. 128 a, Sanus homo: id est, sanæ mentis. Off. 71 a, Ac. 22 a, Aliquis sanæ mentis.) (. Insaniens. Sanus.) (. Furiosus. Att. 139 b, Literæ sana mente scriptæ, quomodo in tanta insania? At. 151 b, Male sanus, id est, insaniens. Ep. 181 a, Nondum firmo corpore esse.

Sapiens, tis. sophos, bene sanus, magni cõsilij, diuina mente & consilio præditus. Of. 4 a, Qui maximè perspicit quid in quaq; re uerissimum sit, quiq; et acutissimè et celerrimè potest & uidere & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus ritè haberi solet. pro Clu. 35 a, Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi ueniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet. I. C. 118 b, Misera mors uiro sapiẽti nõ potest accidere. de Am. 96 b, Cato quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. & ibid. Vnum accepimus Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. de Am. 96 a, L. Acilius apud patres nostros sapiens appellatus. Of. 41 a, C. Cælius, is qui sapiens usurpatur. de Or. 155 a, Septem fuisse dicũtur uno tempore, qui sapientes et haberentur et uocarentur. de Fin. 65 b, Epicurus se sapiẽtem profiteri est ausus, nam Metrodorum non putat ipsum professum: sed cum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse. de Di. 121 a, Sæpius mulã peperisse arbitror, quàm sapientem fuisse. Of. 10 a, Quoniam uiuitur nõ cum perfectis hominibus, pleneq; sapientibus, sed, &c. ibi. Homo non perfectus, nec sapiẽs. de Or. 99 b, M. Bucculeius homo meo iudicio stultus, & suo ualde sapiens. et 101 a, Vlysses uir sapientissimus. I. P. 93 a, Themista sapientior. pro uerb. I. A. 228 a, Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarum? At. 128 b, Sapiens excusatio. de Di. 98 b, De Tyresia etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere, cæteros umbrarum uagari modo. de Or. 130 a, Crassum cum Catulus nuper audisset, sœnum alios aiebat esse oportere. Ep. 210 a, Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. Of. 55 a, Sapiẽtem Stoicorum more neminem reperiri. Nemo sapiens, nisi sortis, Tus. lib. 3. Ille uerò sapiens nostras ambitiones leuitatesq; contẽnet, honoresq; populi etiam ultrò delatos, repudiabit, Tuscul. lib. 5. Ergo is quisquis est, qui moderatione & constantia quietus animo est, sibiq; ipse placatus, ut neq; tabescat molestijs, neque frangatur timore, nec sitienter quid appetẽs ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens quem quærimus, &c. Tus. q. lib. 4. Sapiens nullo non tempore beatus, iuxta Epicurum, Tusc. q. lib. 5. Sapiens consolatione non eget, ibid. Dolorem uerò sapiens extimesceret? is enim huic sententiæ maximè repugnat, ibidem libro 5. Si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in inuidiam, ibid. lib. 3. Ex quo efficitur, ut sapiens diuina imitetur, humana omnia inferiora ducat uirtute, ibi. lib. 4. Qui à uobis sapiens inducitur, Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. Sapiens ita acrem in omnes partes acie intendit, ut semper uideat sedem sibi ac locum sine molestia atq; angore uiuendi: ut quemcunq; casum fortuna inuexerit, huc aptè & quietè ferat, Tus. quæst. lib. 3. Sapiens nunquam irascitur, ibidem lib. 3. Sapiens uacat iracundia, ibidem. Sapiens nihil opinatur, Aca. quæst. ed. 1. li. 2. Sapiens distinguere potest falsa à ueris, et quæ non possint percipi ab ijs quæ possint, Aca. quæst. ed. 1. lib. 2. Sapiens cum ei res similes occurrunt, quas non habet denotatas, retinet assensum, nec unquam ulli uiso assentitur, nisi quod tale fuerit, quale falsum esse non possit, ibidem. Sapiens semper temperatus est, semper constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine: semper igitur beatus, Tusc. quæst. lib. 5. & de Fin. libro 2. Sapiens, solus rex, solus diues, solus formosus, &c. Acad. quæst. edit. 1. libro 2. Para. Sapiens ab omni concitatione animi semper uacat, Tusc. q. lib. 5. Sapiens utrum omni perturbatione animi possit uacare, nec ne, ibidem li. 4. Sapiens igitur est mundus, & propterea deus, de Natur. deor. 2. Sapiens temperatio iuri consulum superbiori et uolentiori accessit creatione tribunorum, 3 de Legib. Sapientis est enim proprium, nihil quod pœnitere possit facere, nihil inuitum: splendidè, constanter, grauiter, honestè omnia: nihil ita expectare, quasi certò futurũ: nihil cum acciderit admirari, ut inopinatum ac nouum acciderit uideatur: omnia ad suum arbitrium referre: suis stare iudicijs, Tus. quæst. lib. 5. Sapientis esse dixit Epicurus, opinionem à perspicuitate seiungere, Aca. quæst. ed. 1. libro 2. Sapientis nihil esse præstare, nisi culpam, 9 Fam. Sapientis uel maximè esse uidetur statuere quid sit sapiens, Acad. quæst. ed. 1. libro 2. Sapientis negabant Stoici fugere. ad Brut. Præsentis mali sapientis affectio nulla est, Tusc. quæst. lib. 4. Sapientis animus nunquam est perturbatus, ibidem lib. 3. Sapientis animus ita semper est affectus, ut ratione optima utatur, ibi. Sapientis animus semper uacat uitio, nunquam turgescit, nunquã tumet, Tusculan. quæst. libro 3. Sapientis animum nunquam neq; cupiditate moueri, neq; lætitia efferri placet Stoicis, Acad. quæst. ed. 1. libro 2. In animo sapientis semper placidissima pax, Tuscul. quæst. libro 5. Sapientis grauitate atq; inconstantia indignum est, aut falsum sentire, aut quod nõ satis explorate perceptum sit, sine ulla dubitatione defendere, de Nat. deor. 1. Sapientis nullum decretum, nisi comprehensum, perceptum, cognitum, Acad. quæst. ed. 1. libro 2. Sapientis naturæ causas

Universidad de Deusto
Biblioteca

primas conquirere, de Vniuers. Sapienti satis non est, decretum non esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debet, quod mouere nulla ratione queat, Aca. quæ. ed. 1. lib. 2. Misera mors uiro sapienti non potest accidere, 4 in Cat. Sapienti accidere posse dicunt Academici, ut cùm omnia fecerit, diligentißimeq; circumspexerit, existat aliquid, quod & uerisimile uideatur, et abs tl longißimè à uero, Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. Soli sapienti contingit, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus, Para. Quid aut in studijs humanis, aut in tam exigua uitæ breuitate magnũ sapièti uideri potest, qui sentper animo sic excubat, ut ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum, Tusc. quæst. lib. 4. Sapienti aut malum uideri nullum potest, quod uacet turpitudine: aut ita paruum malum, ut id obruatur sapientia, uixq; appareat, Tusc. quæst. libro 3. Sapientem in furore iustimere se ab omni assensu, quia nulla in uisis distinctio appareat, aiunt Academici. Aca. quæst. ed. 1. libro 2. Sapientem, si assensurus sit, etiam opinaturum, falsum esse Stoici dicunt, Academic. quæst. ed. 1. libro 2. Qui animantem sapientemq; mundum esse dixerunt, de Nat. deor. 2. Sapientẽ uel in omnibus tam corporis quàm fortunæ bonis beatum esse, sententia Stoicorum, Acad. quæst. ed. 1. libro 2. Sapientem non esse semper beatum, si corporis & fortunæ incommoda sint in malis numeranda: cum uel in his omnibus uno tempore esse posit, Tus. quæst. lib. 5. Nisi sapientem liberum esse nemimem, Paradan malis autem sapientem esse posse, si essent ulla corporis aut fortunæ mala, Tusc. quæst. libro 5. Sapientem esse non posse, qui aut cognoscendi esse initium ignoret, aut extremum expetendi, ut aut unde proficiscatur, aut quò perueniendum sit, nesciat, Acad. quæst. ed. 2. lib. 2. In sapientem non cadit gaudere alieno malo, Tusc. quæst. lib. 3. In sapientem non cadit inuidere: ergo ne misereri quidem, ibidem. Sapientem nihil opinari, id est, nunquam assentiri rei uel falsæ uel incognitæ, Aca. quæst. edit. 1. libro 2. Nequicquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse nõ quiret, ex Ennio. Off. lib. 3, & 7 Fam. Sapientem nunquam timere, nunquam dolere censuerunt Stoici; Aca. q. ed. 2. lib. 2. Itaq; hac usurum compensatione sapientem putat Epicurus, ut uoluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit: et dolorem suscipiat, maiorem efficientem uoluptatem, Tus. quæst. lib. 5. A sapiente nihil tam alienũ, quàm rei falsæ assentiri, Aca. quæst. ed. 1. lib. 2. Sapientes, incommoda quæ sunt in uita commodorum compẽsatione leniunt, de Nat. deor. 2. Septem sapientes non suo, sed populorum omnium suffragio nominati sunt, de Fin. lib. 2. Quòd si gaudere talibus bonis animi, id est, uirtutibus, beatum est, omnesq; sapientes ijs gaudijs perfruuntur, omnes eos confiteri beatos esse necesse est, Tusc. quæst. lib. 5. Sapiẽtes omnes Græciæ, præter Thalem Milesiũ, ciuitatib. suis præfuerunt, 3 de Or. Sapiẽtes sapientibus etiam ignotis esse amicos censent Stoici, 1 de Nat. deorum. Sapientũ nemo non beatus, de Fimib. lib. 1. Sapientum nomen usq; ad Pythagoræ manauit ætatem, Tusc. quæst. lib. 5. Sapientes turpitudine et delicto suo, non casu & aliorum iniuria commoueri, 5 Fam. Omnib. enim uirtutibus instructos & ornatos, tum sapientes, tum uiros bonos dicimus, Tus. quæst. libro 5. Quis aut sapien-

tior ad coniecturam rerum futurarum, aut, et cætera. 10 Philip. Sapientißimus quisque æquißimo animo moritur, stultißimus iniquißimo, Cat. Duos uerò sapientißimos & clarißimos fratres, &c. Academic. quæst. edit. 1. libro 2.

Sapienter. seitè.)(. Temerè. Ep. 7 a, Si cecidisset ut uolumus, omnes te & sapienter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupidè, et temerè feciss dictu ros. Postquam. 231 a, Pontifices religiones sapienter interpretando. in Ant. 192 a, b, Sapienter & considerate facere aliquid. pro Domo, 228 b, Sapienter.)(. Fallaciter.

Sapientia, tiæ. prudentia, rerum cognitio, philosophia, lumen animi, ingenij, consilijq;.)(. Temeritas. Tusc. quæst. 221 b, Sapientia est rerum diuinarum & humanarum scientia cognitioq;, quæ causa cuiusq; rei sit. & de Finibus, 57 b, Sic sapientia, quæ ars uiuẽdi putanda est. & Aca. 7 a. Off. 31 a, Princeps sq; omnium uirtutum est. illa sapientia, quam σοφίαν Græci uocant. Off. 33 b, Sapientia est (ut à ueteribus philosophis definitum est) rerum diuinarum, humanarum, causarumq; quibus hæ res continentur, scientia. de Finib. 110 a, Sapientia hominis custos & procuratrix. & de Inuen. 43 a, Sapientia moderatrix omnium rerum. Tusc. 202 b, Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. prouerbium. pro Murena 142 a, Peruersa sapientia Tuberonis, uel Stoicorum. in Ant. 247 a, Næ ego istam eruditam sapientiam non audiam. de Cla. Or. 183 b, Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. Of. 33 b, Quid enim per deos optabilius sapientia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? de Or. 156 a, Habere sapientiam iunctam eloquentiæ. et 155 b, Aristoteles rerum cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Or. 203 a, Sed est eloquentiæ, sicut cæterarum rerum fundamentum sapientia. & Part. 236 b, Prudentia, calliditas, quæq; grauissimo nomine sapientia appellatur. de Ora. 148 a, Anceps dicendi faciendiq; sapientia. de Ora. 147 b, Hanc cogitandi pronunciandiq; rationem, uimq;, ueteres Græci sapientiam nominabant. de Orat. 153 a, Sit ne in humano genere sapientia. & pro Mure. 131 a, Sapientia domina rerum. de Orat. 122 b, Sapientia constituendæ ciuitatis. Of. 34 b, Hi uersutos homines & callidos admirantes eorum malitiam, sapientiam iudicant. de Legibus, 160 b, Ratio quum adoleuit atque perfecta est, nominatur ritè sapientia. de Le. 168 a, Sapientia est mater omnium bonarum artium, à cuius amore Græco uerbo philosophia nomen inuenit, qua nihil à dijs immortalibus uberius, nihil præstabilius hominũ uitæ datum est. pro Mur. 131 a, & Epist. lib. 7, Tollitur è medio sapientia, ui geritur res.

Sapientipotens. l. Bellipotens.

Sapio, pis. intelligo, sapientia præditus sum. Offic. 43 a, Quẽ intelligere & sapere plus quàm cæteros arbitrantur. & Tusculan. quæst. 184 a, Non possum tantum uinum nihil sapere dicere. & de Finib. 69 b, Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. & de Diuin. 98 b, De Tyresia etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere, cæteros umbrarum uagari modo. & de Diuinat. 125 a, Nihil est tam ualde uulgare, quàm nihil sapere. & in Verrem, 65 a, Hic planè nihil sapit. & de D. 108 a, Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant uiam. Ep. 107 a, Quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc beatus esse potest. & pro Qu. 3 a, Romæ sibi esse nummorum facultatem, quam si saperet, cõmunem existimaret. At. 224 a, Ista cõiuratio facilè opprimeretur, si rectè saperet Antonius. Ep. 17 b, Quam istic, ubi solus sapere uideare. & 232 b, Puer cum primùm sapere cœpit. Oct. 331 a, Si quid illæ maiorum nostrorum reliquiæ sepultæ sapiunt. aliter, sentiunt. Epist. 99 a, & Of. 64 b, Ex quo Ennius, ne quicquam sapere sapientem, qui sibijpsi prodesse nequiret. Epist. 102 b, Serò sapiunt scilicet Phryges.

Sapor, oris. quod gustatu percipitur. pro Cæl. 46 a, Qui non odore ullo, non tactu, nõ sapore capiatur. Tus. 200 a, Voluptates, quæ sapore percipiuntur.

Sapor. sal, urbanitas. de Cla. 189 a, Tincam multa ridicula dicẽtem Granius obruerat nescio quo sapore uernaculo. Postquam. 107 a, Stipes Aethiops sine sensu, sine sapore, elinguis, tardus.

Sappho. I. V. 229 b, Sappho in Prytaneo Syracusis.

Sarcio, cis. cursu tarditatem corrigo. Epist. 30 b, Vsuram longi temporis, qua caruimus, crebritate & magnitudine officiorum meorum sarcie. Epi. 226 a, Deinde impudentia prosequere, sed idem sarciam.

Sarculus, li. instrumentum quo segetes sarriuntur: id est, purgantur. de Fin. 69 b, Cui nihil dum sit, ius & sarculos abstulerit.

Sardanapalus. Att. 161 b, Nil fortè me Sardanapali uice in suo lectulo mori malle censueris, quàm exilio Themistocleo. de Fin. 87 a, Sardanapalus rex Assyriæ. Tusc. lib. 5.

Sardi, orũ. pop. I. V. 64 b, Ab Sardis rogatus. & pro Cor. 63 a, Epist. 107 a, Habes Sardos uenales, alium alio nequiorem: id est, Tigellium, & eius nepotem.

Sardianus, a, um. Q. Fr. 302 a, Plato quidam Sardianus Epicureus, qui Athenis solet esse multum. et Ep. 224.

Sardinia, æ. insula. de Pro. 72 a, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis gesta.

Sardonius risus. L. Risus.

Sarissa, rissæ. hastæ Macedonicæ. ad Herẽ. 34 a, Vt si quis Macedones, &c.

Sarmentum, ti. I. V. 90 a, Ligna et sarmenta circũdare, ignem subijcere cœperunt. de Or. 116 b, Sicut in uitibus noua sarmenta cultura excitantur. de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, sarmenta. de Se. 88 a, Vitis putanda est ne syluescat sarmentis, et in omnes partes nimia diffundatur. & ibidem: Sarmentorum aliorum amputatio, & aliorum immissio.

Sarracum, ci. genus uehiculi. I. P. teste Quint. lib. 8. ca. 3, Cum tibi tota cognatio in sarraco aduehatur. aliter. sarracum.

Sartus, a, um. integer, incolumis. Antequã. 194 a, Debetis quoq; mihi prospicere, qui, hoc imperij domicilium numini deorum consecratum, sartum tectũ ab omni periculo conseruaui. Ep. 222 b, Hoc mihi da, ut M. Curium sartum & tectum, ut aiunt, ab omni detrimento cõseruues. Epist. 208 b, Sarta tecta ædium sacrarum tueri. I. V. 102 a, b, 103 a, Opus illud quamuis sartum tectum integrumq; esset.

Sat. satis. de Se. 87 a, Tantum quantum sat est. & de N. 73

a, Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. pro S. R. 33 a, Te pugna Canensis accusatorem sat bonum fecit.

Satelles, tis. stipator, minister, administer. cõt. Rul. 72 b, Ianitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, eosdem ministros & satellites potestatis. Attic. 224 a, Vides tyrãni satellites in imperijs. pro Q. 14 b, Administri & satellites Sex. Næuij. In C. 98 b, C. Manlius audaciæ satelles atq; administer suæ. et I. V. 152 a, Minister ac satelles cupiditatum. et 176 b, de Pro. 70 a, Diligentißimus satelles scelerum, minister cupiditatum. de Finibus, 72 b, Virtutes quas tu satellites & ministras uoluptatis esse uoluisti. & de In. 42 a, Pernicioßimæ satellites. de D. 102 a, Hic Iouis altisoni subitò pennata satelles.

Satietas, tis. fastidiũ. pro Mur. 128 b, Hæc res multum affert hominib. satietatis ac fastidij. I. V. 256 a, Non metu aliquo affecti, sed satietate exierunt. de In. 56 b, Omnib. in reb. similitudo est satietatis mater. de Or. 124 b, Nec auditor defatigetur similitudinis satietate. & 151 b, Ab aliquo fastidio quodam & satietate abalienari. & Orat. 214 a, Varietas occurrit satietati. ad Attic. 246 a, Hæc rhopographia ripulæ uidetur habitura celerè satietatem. & Ora. 209 a, Satietate affici. & ad Heren. 32 a, Citò satietate affici. Epi. 24 a, Mirum me desiderium tenet urbis, satietas autem prouinciæ. pro Mar. 153 a, Cũ naturam ipsam expleueris satietate uiuendi. de Sen. 92 b, Omnium rerum satietas, uitæ facit satietatem. Attic. 25 b, Satietas nostri.)(. Desiderium. de Nat. 48 a, Quæ nam unquam ob mortem Myrtelli pœnis luendis dabitur satietas supplicij? Officior. 45 a, In quo tamen ipso una cum satietatẽ memoria quoq; moriatur uoluptatis. Epi. 24 a, Atq; in primis me tenet satietas actæ prouinciæ. et 123 a, Sed earum etiam non satietas, sed quidã modus. de In. 47 b, Cibi satietas, & fastidiũ sub amara aliqua rerelatur. de Diuin. 85 b, Nec tuendi satietas capere poterat. Epist. 19 a, Nec quisquam est, quin satietate iam defessus sit.

Satio, as. saturo, expleo, pasco, famẽ expleo, satietate afficio, satietatem affero, satietatẽ facio, satietate expleo, nec tuendi satietas capere poterat. satietate defessus. de Fi. 70 a, Veniebat enim ad cœnam, ut animo quieto satiaret desideria naturæ. et 91 a, Nec satiari poterat legẽdo. Quin. Fr. 304 a, Inimicorum crudelitas nondum est nostra calamitate satiata. Para. 116 b, Nunquam explebitur, nec satiatur cupiditatis sitis. Partit. 238 b, Explere cupiditates, satiare odium. de Fin. 91 a, Erat ut scis in eo inexhausta cupiditas legẽdi, nec satiari poterat. Top. 252 a, Non patiar te hinc nõ satiatum discedere. pro D. 225 a, Qui ne absens quidem luctu meo mentes eorũ satiare potui. I. V. 214 a, Ait se uelle illud etiam atq; etiam considerare, nequaquam esse satiatum. de Ora. 161 a, Vt neq; bi satientur, qui audient, fastidio similitudinis. Or. 218 a, Numerus satiat. et de Arus. 153 a, Satiare libidines alicuius. de Se. 87 a, Satiatus et expletus cupiditatibus. I. A. 232 a, Atq; in eius corpore lacerando cum animum satiare non posset, oculos pauit suos. de L. 169 a, Equidẽ satiari non queo, &c.

Satio, onis. satus, sementis. I. V. 155 b, Iugera sationum suarum profiteri. de Vn. 203 a, Post autem sationem eam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic satio translatũ est uerbum ad res cœlestes. Et alibi, Aequabilis satio.

Satis. sat, sanè. de Or. 203 b, Peccant, qui non uident quod est satis. pro Qu. 7 a, Cum hominem nomino, satis mihi uideor dicere. et pro S.R. 24 a, Hanc laudare pro dignitate nemo satis cõmodè posset. Ant. 194 b, Nec satis est ne cui iniuriã facias, prouidere, si tamen. Off. 63 b, Homo insacetus & satis literatus. de Fi. 77 b, Sic à me satis testiũ est dictũ. pro R. P. 129 b, Satis multa, &c. Nimis multa, &c. de Cla. 176 b, Hi dicebant de Republica, quod esset illis uiris & consulari dignitati satis. Or. 118 a, Animo iſtuc satis est, auribus non satis. de Cla. 174 a, Brutus cùm literis Latinis, tum etiam Græcis satis eruditus. Ep. 60 b, Si me defendi contra fratrem tuum satis habeas, nihil me etiamnum tecũ de eo conqueri. ad He. 24 a, Non satis habẽt præcipere de artificio, sed, &c. At. 164 a, Sed pusillum loci, ad hanc rem plus etiã satis. I.A. 160 a, Mihi ferè satis est quod uixi, uel ad ætatẽ, uel ad gloriam. Par. 117 a, Quæ uerbis subtilius quàm satis est, disputari uidẽtur: id est, quàm decet uel par est. pro Quint. R. 46 b, Satis superq; habeo quod mihi dederis. pro Pla. 279 a, Satis habeo à te. Epi. 183 a, Ego à te satis habeo. At. 241 a, Atq; hoc in te satis habebit. At. 255 a, et Tuſ. 172 a, Sed id satis superq;. Ep. 133 a, Sũ auidus plusquã satis est gloriæ. Off. 12 a, Mihi iam satis superq; dixisse uideor de Asiatico genere testium. de N. 26 a, Cõtra Epicurum satis superq; dictum. I.V. 206 b, Plusquã satis opus est doleo. Att. 27 a, Quare de hoc satis. Att. 85 a, Nec id satis efficitur in usurã mẽstruam. & ib. Ea uix in fœnus Pompeij quod satis fit, efficiũt. de Orat. 114 a, Satis esse deberet, si, &c. pro S.R. 43 b, Si non satis habes explere, &c. nisi etiam, etc. & ad He. 23 b, Satis erit signi, quod, etc. Top. 221 a, Libri satis multi. de Or. 149 b, Si hæc satius esse putatis. & ibid. Si his contenti estis. de Cl. 174 b, Nihil refert uidere, etc. nisi, &c. ne id quidem satis est, nisi, &c.

Satin. pro satis'ne. de N. 23 b, Satin est id ad illam abundantem bonis uitam beatissimam?

Satis accipio, pis. prædes accipio, ab aliquo caueo.) (. Satis do. pro Qu. 7 b, Si ueretur, ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satis accipiat, quib. à uerbis satis accipiet, ijsdem ipse quod peto satisdet. I.V. 99 b, Aut pro præde litis uindiciarum, cum satis accepisset, sponsionem faceret.

Satisdatio, onis. uadimonium. Att. 68 a, Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium, in his Memmianorum prædiorum.

Satisdato: id est, ex satisdationis formula. Att. 255 a, Hoc quod satisdato debeo, peto à te ut solutum relinquas. & satisdato promittere, apud iurisconsultos.

Satisdo, as. prædes dare, & ut iurisconsulti loquũtur, fide iubere, & uadimonia promittere.) (. Satis accipio. I. V. 105 b, Qui redemerit, satisdet damni infecti. et ibidẽ: Cùm sibi ipsum iubet satisdare Rabonium. et 121 a, Iudicatum solui satisdaturos esse dicebãt. Epi. 216 a, Si quid tibi satisdandum erit, amplius eo nomine nõ peti cures, ut satisdetur fide mea. itẽ, Is postulat, ut procurator indicatum solui satisdaret, negat Alphenus æquũ esse procuratorẽ satisdare, quod reus satisdare non deberet, si ipse adesset. & ib. A' prætore postulat, ut sibi Quintius

iudicatũ solui satisdet. & ibidem, Nõ recusabat Quintius quin ita satisdare iuberet. pro Qu. 7 b, Si uereatur, ut res iudicio facto parata sit, iudicatũ solui satis accipiat: quibus à me uerbis satis accipiet, ijsdem ipse quod peto satisdet. et 8 a, Imò abs te satis accipiam, ego autẽ tibi non satisdabo. pro Qu. R. 50 b, Quid ita satis nõ dedit amplius à se neminem petiturum. et ibi. Qui pro somcijs transigit, satisdat neminem eorum postea petiturũ. et At. 4 b, Ille satisdari abs te amplius non petit. At. 68 a, De satisdãdo te rogo, ut satisdes. Att. 261 a, Sed illi turpe arbitror, eo nomine quod satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere.

Satisfacio, cis. impleo, placeo, morem gero, quod debeo soluo. pro Cor. 55 a, Amici salutis meæ si minus ad referendam gratiam satisfacere potui, ad prædicandam & habendam certè satis sum facturus. Of. 21 a, Cùm gravibus serijsq; rebus satisfecerimus. de Ora. 102 a, Mihi uerò, inquit Mutius, satis superq; abs te uidetur iſtorũ studijs esse factum. At. 78 a, Faciam tamè satis tibi, &c. & satisfaciam utriq;. & 69 b, De nostra continẽtia & diligentia faciemus satis. I.V. 264 a, Satis est factum promisso nostro ac recepto. pro Cl. 23 a, Satisfacere naturæ & legibus: id est, mori & exilio mulctari. Ep. 143 b, Satisfacere uitæ. & 144 a, Satisfacere amicitiæ. & 53 b, Me satis nostræ cõiunctioni amoriq; factũrum. I.V. 177 b, Oportuit illum nõ antè sibi satisfacere, quàm tu omniũ existimationi satisfeciſſes. Ora. 206 b, Histriones in dissimillimis personis satisfaciunt. Att. 36 b, Varro satis mihi facit. I.V. 262 a, Satis officio meo factum esse arbitror. & 62 a, Satisfacere causæ & officio suo. Top. 229 b, Cumulatè satisfacere alicui. Att. 141 b, Cumulatissimè satisfacere alicui. de Or. 99 a, Neq; illũ in hoc iure ciuili, satis illi arti facere posse, nisi dicẽdi copiam assumpsisset. At. 254 a, Is me in omni genere delectauit, in eoq; maximè, in quo minimè putabã, satisfaciebat. I.A. 293 a, Pãsa aut morte, aut uictoria se satisfacturũ reipublicæ spopondit. de Leg. 157 a, Potes autem tum satisfacere in historia, cum sit opus unum hoc oratorium maximè. Att. 25 a, & Or. 210 a, Satisfacere alicui quippiam petentiid est, morem gerere. I. A. 170 a, Nunquam te mihi pro tuis in me iniurijs satis esse facturum putabã. pro Flac. 156 a, Hermippus Fusijs satisfacit, et fidẽ suam liberat. de Fin. 52 a, Quamobrem tandem non satisfacit. Ep. 236 b, Satisfacere deo pie & castè. ad He. 27 a, Pueri tui modò me pulsauerunt, satisfacias oportet. I.V. 92 a, Satisfacere publicè.

Satisfactio, onis. purgatio. ad Atticum, 58 b, Et aliquid satisfactio uidetur habere leuitatis. & Epiſtol. 102 b, Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis.

Satisfit, bat. Satis habeo. pro Pl. 279 a, pro R.P. 130 a, Ut omnium suspicioni satisfiat. et Ep. 27 a, Nam ad bellum quidem qui conuenit? præsertim contra eum cui spero me satisfeciſſe, ab eo cui tamen satisfieri nullo modo potest. Epi. 218 b, Quãquam à te quidem cumulatè satisfit mihi, & omnib. meis. & 336 a, Vide quomodo satisfiat ei, cui scis me satisfieri uelle. I.A. 169 b, Cæsar ad me scripsit, ut mihi satisfieri paterer à te.

Satius est. præstat, melius est. ad Heren. 32 b, Est cum non est satius, si, &c. & ibidem: Non igitur satius est, &c. de Inu.

de Inu. 74 b, Videbatur uel mori satius fuisse, quàm esse cũ ijs. I.V. 126 b, Mori satius est, quàm turpiter uiuere. At. 98 b, Video cum altero uinci satius esse, quàm cum altero uincere.

Sator, oris. seminator. de Na. 43 a, Omnium rerum sator & seminator mundus est. Tusc. 176 b, Tuq; cœlestium sator.

Saticum, ci. opp. At. 318 b.

Satur, a, um. saturus, plenus. de Do. 96 b, Esurientib. pulis res geri poterit, saturis nihil geretur. Ora. 208 a, Satura ieiunè, grandia minutè dicere.

Saturatus, a, um. expletus. de D. 93 b, Mens saturata bonarum cogitationum epulis. pro Pl. 263 a, Homines saturati honoribus.

Saturnalia, orum. Saturno consecratus dies festus, qui XIIII. Cal. Ianuarij celebrabatur. Attic. 97 b, Hilara sanè Saturnalia. I.C. 112 b, Alijs cædem Saturnalib. fieri placebat. At. 221 b, Cæsar secundis Saturnalibus ad Philippum uesperi uenit.

Saturnius, a, um. de Som. 128 b, Illa stella quam in terris Saturniam nominant.

Saturnus, ni. Cœli filius. de N. 38 b, Saturnus appellatus est, quòd saturetur annis. eod. de Na. li. 2, Saturnum autem eum esse uoluerũt, qui cursum & conuersionẽ spaciorũ ac temporũ obtineret: qui deus Græcè idipsum nomen habet. κρόνος enim dicitur qui est idẽ κρόνος tẽporis spacium. & 38 a, Vetus opinio est, exectũ Cœlũ à filio Saturno. & 36 a, Saturni stella, φαίνων Græcè, triginta ferè annis cursum suũ conficit. ibidem, 49 b, Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit. & 68 a, Aether & Dies parentes, Cœlum, Saturnus, Iupiter. de Vn. 201 a, Saturnus Phorcis et Ops fratres, Oceani & Salaciæ filij. Att. 210 b, Saturni ἀσπένδης templũ.

Saturo, as. satio, expleo. I.A. 171 b, Antonius saturauit se sanguine ciuium. de Nat. 72 a, Saturnus quia se saturat annus. & 38 b, Saturnus appellatus, quòd saturetur annis. de Na. 52 a, Nuper nati mammas appetunt, earumq; ubertate saturantur. in Vat. 30 a, Dum odium, quod in bonos habebatis, saturare cuperetis. pro D. 222 a, Explere animos inuidorum, placari odia imperitorum, saturare etiam perfidiam & scelus perditorum. I.V. 169 b, Ut aliquando expleti ac saturati discederent.

Saturs, a, um. de Vn. 202 b, Satis & quasi sparsis animis, &c. Tusc. 161 a, Terra obsecro te, aut sata, aut concreta uidetur, tanta uis memoriæ? & 174 b, Non temerè nec fortuitò sati creatiq; sumus.

Satus, tus. satio. Offic. 24 a, Hoc Herculi Iouis satu edito potuit fortasse contingere. Tusc. 177 b, Philosophia præparat animos ad satus accipiendos. de Fi. 140 b, A' primo satu. de D. 122 b, Herbam asperam credo non humano satu, sed auium cõgestu. de Se. 88 a, Vitium satus, ortus, incrementa. de Diu. 99 b, Quædam etiam oriebantur ex hominum pecudum'ue conceptu & satu. de Vn. 201 b, Oceanum Saliciamq; Cœli satu Terræq; cõceptu generatos editosq; memorant. & 202 a, Vos qui deorum satu orti estis.

Satyrus, ri. bestia de genere simiarũ. in V. 231 a, Satyrus, qui apud Tarentinos in æde Vestæ est. de N. 68 a, Nymphæ, Panisci, & Satyri.

Satyriscus, sci. Satyrus. de D. 88 b.

Sauciatio, nis. uulneratio. pro Cec. 103 a.

Saucio, as. consaucio, uulnero. I.V. 89 b, Ipse Rubrius in turba sauciatur, serui nonnulli uulnerantur. in V. 31 b, Omnia tela sic in te conijcientur, ut nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur. Attic. 236 b, Ille quem Brutus noster sauciauit.

Saucius, a, um. uulneratus. Tuscul. 138 a, Videmus ex acie efferri sæpe saucios. I.C. 109 b, Gladiator ille confectus & saucius. pro Cæl. 41 a, Medea amore sæuo saucia. At. 278 b, Perterritos, inermes, saucios, non suni nostri duces persecuti.

Saxa rubra, locus inter urbem & Veios. I.A. 175 a.

Saxea moles. de N. 44. Accij.

Saxetum, ti. locus plenus saxis. cont. Rul. 97 b, Quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Saxulum, li. de Orat. 101 a, Ithaca in asperrimis saxulis affixa.

Saxum, xi. silex, lapis. de Fat. 141 a, Ex spelunca saxum in crura eius incidit. pro Ce. 296 b, Glebis aut saxis aliquẽ de fundo præcipitem agere. & ibid. Qui saxa iácerent. pro Dom. 215 b, Saxis facta lapidatio est. I.P. 88 b, Vt tu uspiam saxis fixus asperis, etc. Ac. 25 b, E' saxo sculptus, aut ebore dolatus. At. 230 b, De saxo in crucem.

Saxifragæ, undæ. de Or. 158, Poetæ.

Scabellum, li. scamnum. pro Cæl. 51 b, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

Scaber, a, um. asperum.) (. Leue. Tuscul. 196 a, Pectus illuuie scabrum.

Scabies, ei. de L. 165 b, Nos uoluptatis blãdicijs corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carent, non cernimus satis.

Scalæ, arum. I.A. 164 b, Negociumq; transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. & pro Mi. 109 b, Quum se ille fugiẽs in scalarum tenebris abdidisset. l. Gradus.

Scalmus, mi, lignum id est in naui, quo nitũtur remi, dũaguntur. de Or. 99 a, Qui duorum scalmorum nauiculam in portum euerterit. Attic. 256 a, Hæc ego conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scalmorũ, aliter, scami, uel scalmis. de Cl. 182 a, Qui in littore ambulans scalmum reperisset.

Scalpere. incidere, quod uulgò dicũt sculpere. de N. 56 a, b, Itaq; ad pingendum, ad fingendum, ad scalpẽdum, ad neruorum eliciendos sonos ac tibiarum, apta manus est admotione digitorum.

Scalpellum, li. chirurgi ferrum, quo quid scindit & aperit. pro Sest. 26 a, Cum sanæ parti scalpellum adhibetur. de D. 128 a, Quorum linguæ sic inhærent, ut loqui non possint, scalpello resectæ liberantur.

Scammonia, niæ. herba. de D. 83 b, Quid scammoniæ radix ad purgandum possit. & 118 a, Scammoniam, aristolochiamq; radicem.

Scamnum, ni. sedes, scabellum. de Di. 102 b, Auspicio regni stabilita scamna solum. Ennij.

Scando, dis. conscendo. de Se. 80 b, Cum alij malos scandant, alij per foros currant, alij, &c.

Scantia sylua. contra Rul. 61 b, bis.

Scapha, phæ. linter seu nauicula, quæ longis nauib. subseruit. ad Heren. 4 a, Omnes in scapham conscenderunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt, & moderari nauim ex scapha. Att.102 d, ἀπὸ τῶν πρώτων. de In.81 b, Vsque adeò ut dominus nauis in scaphã confugerit. & ibidem: Gubernator nauis in nauem aufugit.

Scaphium, phij. scyphus, seu poculum in formam scaphæ nauiculæ factum. I. V. 208 d, Scaphia cum emblematis Lilybæi empta.

Scateo, es. scaturio. Tus. 163 d, Fontes scatere. Poetæ.

Scaturio, ris. emanare, effluere, erumpere. Epi. 113 b, Totus, ut nunc est, hoc scaturit.

Sceleratè. nefariè, per scelus. Anteq. 195 d, et pro Syl. 179 b, Sed quid ego plura de illorũ aut in me maledictis, aut in uos sceleratè loquar factis? I.C. 102 b, Bellum sceleratè susceptum.

Sceleratus, a, um. cõsceleratus, scelestus, impurus, nefastus, nefarius, improbus, capitalis, impius, scelere astrictus, scelere cõtaminatus, parricidijs contaminatus, & omni scelere coopertus. Att. 151 d, Ego hunc impurũ & sceleratum puto. I.C. 198 b, Quæ mente scelerata & nefaria cupierunt. pro Mur. 139 d, Sceleratus & nefarius fueris, si, &c. de Fi. 103 b, Illa uox inhumana & scelerata. pro Cl. 58 d, b, Cõscelerata mulier. de Ar. 250 d, Brogigarus impurus homo, et sceleratus. I. A. 238 d, Ad facinus prædamq; natus.

Scelestè. At. lib. 6, Scelestè suspicaris.

Scelestus, a, um. sceleratus. in Sal. 273, Scelestus ciuis. pro S.R. 24 b, Scelestum ac nefarium facinus. & 28 b, Res scelesta, atrox, nefaria.

Scelus, ris. flagitium, facinus, fraus, atrocitas sceleris. de Ora. 103 b, Qui animorum motus in iudicum mentibus concitent, scelus eos nefarium facere. pro D. 229, Facere scelera. pro S.R. 22 b, Multa scelera & flagitia fieri. pro Sest. 16 d, Edere scelus in aliquẽ. de Ar. 357 b, Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patria sunt edita. pro Sest. 24 b, Astringi scelere. I. An. 230 b, Suscipere scelus. pro Mil. 107 b, Facere aliquid sceleris. pro Cl. 58 b, Hostiæ cæsæ ad scelus perficiẽdum. Ep. 10 d, Quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt. pro Cl. 57 d, Infestum scelus & immane. ad He. 26 d, Scelus nefarium & truculentum. de Am. 101 b, Scelus detestabile. I.P. 89 d, Conscientia scelerum & fraudum suarum.

Scena, næ, caue 4, fabula. pro Mu. 133 b, Ludorum elegantia, & scenæ magnificentia. de Ar. 249 b, Omne seruitium permissu magistratus liberatum, in alterã scenam immissum. & ibid. Illi cum ludos facerent, seruos de cauea exire iubebãt, tu in alteram seruos immisisti. de Or. 130 d, & 163 b, Miror eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum inspectante Roscio. de N. 73 b, Scena referta est his scelerib. de Or. 139 b, Maxima quasi oratori scena uideatur concio. de Am. 114 d, In scena, in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est. At. 278 d, Nunc populo & scenæ (ut dicitur) seruiẽdum est. de Cl. 162 d, Roscium esse in scena. pro Pl. 265 d, Omitto illa, quæ si minus in scena sunt, at certè quum sint prolata, laudãtur. de Se. 90 b, Idq; tum in uita, tum in scena intelligi potest ex ijs fratrib. q in Adelphis sũt.

Scenicus, a, um. de Or. 163 b, Gestus scenicus uerba exprimens. Off. 23 d, Nec scenici plusquam nos uideantur habere prudentiæ. pro Pla. 265 b, Scenicæ personæ, ut mimi, histriones.

Sceptrum, ptri. uirga regis. pro Sest. 16 d, de Diuin. 84 b, Rex sedens cum purpura, & sceptro, & insignib. illis regijs.

Scheda, dæ. tabella, pagella. Attic. 20 b, Enitere ut ne qua scheda depereat.

Schedula, læ. Epi. 253 d, Hæc tertia iam epistola ante te oppressit, quàm tu schedulam aut literam. Vetusti codices hic scidulam habent, & ad Atticũ scidã, et rectè. nã Charisius autor et doctus, et bonus, et antiquus, scidulã à scindendo, siue schidulã ἀπὸ τῶ σχίζειν dici asserit.

Schema, tis. de Cl. 190 d, Verborum & sententiarũ illa lumina, quæ uocant Græci σχήματα, quib. tanquã insignib. in ornatu distinguitur omnis oratio. de Cla. 170 b, Sententiarũ orationisq; formæ. quæ appellãtur σχήματα. & 177 d, Sententiarum ornamẽta & confirmationes. ib. σχήματα enim quæ uocãt Græci, ea maximè ornãt oratorem, eaq; non tam in uerbis pingendis hæbent pondus, quàm in illuminãdis sententijs. Topic. 223 b, Ornamenta uerborum sententiarumq;, quæ appellãtur σχήματα. Or. 204 b, Lumina quæ Græci quasi alitur σχήματα. Or. 204 b, Lumina quæ Græci quasi alitur σχήματα appellant. I. Ornatus, quos gestos orationis, σχήματα appellant. I. Ornatus.

Scœnobatica. I. Embenetica.

Schola, læ. gymnasium. Off. 52 d, Sed hoc de genere commodius à quibusdã optimis uiris ad medium Iani sedentibus, quàm ab ullis philosophis ulla in schola disputatur. Or. 205 b, E' philosophorum scholis tales fere exeunt. de Di. 124 b, Multa istiusmodi dicuntur in scholis. de Orat. 89 b, Clamabunt credo omnia gymnasia, atq; omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. de Fi. 64 d, Primum deprecor, ne me tanquã philosophum putetis scholam uobis aliquam explicaturũ. id est, uniuersam alicuius sectæ & doctrinæ scholam. in Pis. 92 d, Homo ad persuadẽdum concinnus, perfectus, politus è schola. de Nat. 8 b, Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclites. de Or. 93 b, Qui cum in schola assedissent, iuberent, &c. et ibid. Qui non Græci alicuius loquacitatem sine usu, neq; ex scholis cantilenã requirunt. de Fin. 145 b, Domi in schola definis. & 78 b, In Epicuri schola. Epist. 141 d, Habes scholam Stoicam. In Pis. 92 b, Vertes te ad alteram scholam. Tus. quæst. 149 b, Itaq; dierum quinque scholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli. & ibidem: Vt iam etiam scholas Græcorum more habere auderemus: id est, disputationes. Academ. 20 b, At ille ne scio quis qui in illis scholis nominari solet, mille & octoginta stadia quòd abesset, uidebat.

Scholion. responsio. uel purgatio, uel defensio, uel interpretatio breuior. At. 256 d, Velim σχόλιον aliquod eliimes ad me. & ibi. ἀπόλογον τοῦτον συντάξομαι. & ibidẽ, Quid iam opus est σχολίῳ. At. lib. 13, σχόλια enim tibi uideo placere.

Sciens, tis. prudens, gnarus, peritus, intelligens. de Orat. 103 d, M. Scaurus uir regendæ reipub. peritissimus. de In. 54 d, Nauis quæ scientissimo gubernatore utitur. pro Pom. 9 d, Quis eo scientior unquam fuit? ad Her. 16 d, Tu scientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquũ persequendũ. pro S.R. 27 d, Is apertè calumniari sciens uidetur. & pro Quin. 9 d, Qui nihil alteri sciens incommodat. pro Syl. 185 b, Nullum à me sciente

te & uidente curia malum senatorem. Ep. 125 d, Sciens, prudens feci. pro Pl. 267 b, Plãcius offendit sciẽs neminem. At. 163 b, Ne te sciẽs prudensq; eò demittas, unde, &c. pro Corn. 57 d, Vtrum insciẽte ultis contra fœdera fecisse, an scientem?

Scienter. scitè, intelligenter, sciens. (. Inscienter. de Ora. 96 d, Iis quæ habeas, modicè et scienter uti. & 109 d, Scienter ac peritè dicere. Or. 214 d, Scienter uersari in aliqua re. de Diu. 99 b, Scienter interpretari aliquid. Of. 26 b, Iis quibuscum congregamur, uti moderatè & scienter.

Scientia, tiæ. cognitio, intelligẽtia, doctrina, disciplina, prudentia, studium, rerum cognitio, uirtus. pro Pom. 13 d, Ac. 36 b. (. Inscientia. de Na. 1 d, Vt magno argumento esse debeat causam id est, principiũ philosophiæ esse scientiam. Off. 4 b, Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatẽ. & 5 d, Omnis cogitatio, & c. aut in studijs sciẽtiæ cognitionisq; uersabitur. de Or. 133 d, Aut cognitio rei sciẽtiãq; perquiritur. Off. 13 d, Scientia, quæ est remota à iusticia, calliditas potius quàm sapiẽtia est appellãda, ut inquit Plato. de Fin. 136 d, b, Innatus est in omnibus cognitionis amor & sciẽtiæ. de Di. 99 d, Nec quisquã rex Persarum potest esse, qui non antè magorum disciplinam, scientiãq; perceperit. I.A. 222 d, Seruij Sulpicij in legib. interpretandis scientia. Or. 207 d, Dialecticorum sciẽtia. de Or. 86 b, Omnium magnarum rerum atq; artium sciẽtiam consequi. & 89 d, Rerum maiorum scientia. de Fin. 130 d, Omnes artes in reliqua scientia uersantur. Aca. 39 b, Artẽ sine sciẽtia esse nõ posse. ad Her. 37 d, Certa sciẽtia maleficij, nõ suspicio. de Or. 92 b, Cũ hæc omnia audiẽtur ab ijs quibus nõ esset sciẽtia tradenda, sed exigut temporis, aut falsa, aut certè obscura opinio. et 94 d, Res ab opinionis arbitrio seiunctæ, sciẽtiãq; cõprehensæ. Epist. 94 d, Comprehendere aliquid scientia. de Or. 111 d, Oratoris omnis actio opinionibus, nõ scientia continetur. & ibi. Ars earum rerum est, quæ sciuntur. &, Res quæ mẽdacio nixa sit, quæ ad scientiam nõ fæpe perueniat. & ibi. Pertractandorũ animorum scientiam si quis uolet magnam quandam artem dicere, non repugnabo. & 112 d, Ars quæ faciendorũ uerborũ scientiã profiteatur. de Ora. 148 b, Scientiæ suauitas, qua nihil est hominibus iucũdius. de Fi. 129 b, Herillus sensit nihil esse bonum præter sciẽtiam. Or. 212 d, Scientiã loquendi mihi reseruaui, usum populo cõcessi. pro Syl. 174 b, Cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. Of. 29 d, Modestia est sciẽtia opportunitatis idoneorum ad agendũ temporum. de N. 24 d, Sanctitas est scientia colendorũ deorũ. de D. 80 d, Chaldæi diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effeciisse, ut prædici possent futura. & 98 d, Si dij futura significant, aliquas uias dant nobis ad significationis scientiã. de N. 19 b, Miror in homine esse Romano tantam scientiam. Ep. 97 b, Habere scientiam magnarũ artiũ. et 50 b, Qui in alienis morbis profitẽtur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare nõ possunt. I. A. 162 d, Quo me teste cõuinces? an ebriographo? in quo habes sciẽtiam quæstuosam. Off. 31 d, Prudentia est rerum expetendarum fugiendarũq; sciẽtia. et ib. Prudentia est rerum diuinarum atq; humanarũ scientia. de Or. 90 d, Promere aliquid ex aliqua obscuriore scientia. & ib. Regionum terrestrium aut maritimarum scientia. de Fi. 109 b, Viuere scientiam adhibentem earum rerũ, quæ natura eueniunt. de Di. 113 d, Certè igitur ignoratio futurorum malorum utilior est quàm scientia. & 123 d, In prouidẽdis rebus esse augurandi scientiã. de Di. 134 d, Musæ legen. li, scribẽdi, cæterarumq; artium scientiam somniantibus non dabunt? de Di. 135 b, Si ea dij nobis obijciunt, quorum neq; sciẽtiam, neq; explanationẽ habeamus. pro Pom. 9 d, Sciẽtia rei militaris. & 87 d, Sciẽtia auguratus. de L. 159 b, Iuris ciuilis scientia. (. Ignoratio iuris. Epist. 48 d, Tua scientia excellens ac singularis. I. Literæ.

Scilicet. uidelicet, nã, enim, nimirũ, nempe, quippe, certè, profectò. Or. 207 b, Cognoscet etiam rerum gestarũ ordinẽ, maximè scilicet nostræ ciuitatis. ad Attic. 99 d, Quis? tu ipse scilicet. de Ora. 129 d, Bona dicta nõ possunt teneri, hæc scilicet bona dicta, q̃ falsa sunt. & 150 b, Similiter nũc de oratore loquor, summo scilicet. pro Cæl. 48 d, Cũ scires quantũ ad ſacimus aurũ hoc quæreretur, ad necẽ scilicet legati. de Diu. 130 d, Negant enim id esse maiestatis deorum, scilicet causas omniũ introspicere, ut uideant quid cuiq; cõducat. de Fi. 138 d, Sunt clariora iudicia naturæ, maximè scilicet in homine. Ep. 167 b, Qua mente esset Antonius demõstrauit, pessima scilicet & infidelissima. Epi. 160 d, Tu cogitas ut domi tuæ sis, scilicet ne cum periculo stultus sis. de Fin. 114 b, Me species quædam commouit, inanis scilicet, cõmouit tamẽ. Ep. 258 d, Suspẽso animo expecto te primũ scilicet, deinde Marionem. de Ora. 224 b, Sed annulum quẽ haberet, se sua manu confecisse, scilicet nimis hic quidẽ progressus est. sed, &c. Top. 224 b, Ab adiunctis posui exemplum, multa scilicet adiungi, quæ, &c. pro Q. 10 d, Quid ad hæc Næuius? ridet scilicet nostram amẽtiã. At. 285 d, Arma quærenda putauimus, scilicet ut nouum dominũ pateremur, an ut liberaremus remp. de Fi. 120 d, Istis alio tempore respondebo, tunc scilicet cũ tibi. et Tus. 180 b, At uerò nos, docti scilicet à Græcia, legimus, &c. Ep. 5 b, Me in summo dolore, quem ex tuis reb. capio, maximè scilicet consolatur spes, quod, &c. At. 186 d, Lecta epistola tua de Atticæ febricula, scilicet ualde dolui. Tus. 250 b, Democritus luminib. amissis alba scilicet et atra discernere poterat, at bona et mala nõ poterat. At. 58 d, De Lentulo scilicet sic fero ut debeo. ibi. b, Quo dolore esse debeo? quo sum scilicet. de Or. 114 d, Hæc scilicet fundamẽta nota sunt omnib. Att. 174 b, Quid tu in eo potes? nihil scilicet. At. 204 b, A' te literas expectabam nondum scilicet, nã, etc. At. 213 b, Hortos quoniam hodie eras inspecturus, quid uisum tibi sit, eras scilicet. & 282 d, Est scilicet utriusq; rei modus, sicut reliquarũ. Qu. F. 301 b, Te rogo ne quid perscribas contra Fauium, & Flauij causa, et scilicet Pompeij facies omnia. & 312 d, Et quanquam teipsum scilicet maximè, tamen etiam literas tuas antè expecto. de Se. 82 d, Senes semper agunt aliquid & moliuntur, tale scilicet, quale cuiusq; studium in superiori uita fuit. Epi. 113 b, Quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudices corripuerũt. Of. 33 b, Illæ scilicet literæ fortes et senatoriæ. Ep. 214 b, Peto à te tãto scilicet studio, quãto intelligis debere me petere. Ep. 251 b, Vnus scilicet ille fructus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus, qui in te uidendo est, percipiliteris non potest. pro Mu. 134 d, Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti. Qu. F. 305 b, Si hoc perficies, scilicet mirabile quiddam assequêris. Ep. 122 b, & 139 d, Stomacho est scilicet Pompeius ita languenti, ut, &c. Epi. 106 d, Scilicet ista quidem summa, ne ego, &c. I. P. 83 d, Ego istius pecudis consilio scilicet aut præsidio niti uolebam? de Diu. 117 b, Scilicet si ista Iupiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret. pro Syl. 179 b, Scilicet, is sum, qui, &c. pro Quin. 15 d, Corrigeres hæc tu scilicet postea. I. A. 218 d, Scilicet hæc Pansa non uidit. Ep. 160 b, Scilicet id agitur, etc. At. 216 d, Id populus curat scilicet. puerb.

Scindo, dis. conscindo, discindo, findo, diffindo. Att. 45 d, Ne scindam ipse dolorem meum. Tusc. 204. d, Scindere comam. Ep. 76 b, Hanc epistolam cur non scindi uelim, nulla causa est. Attic. 216 d, Ego ita egi ut non scinderem penulam.

Scintilla, læ. igniculus, Antequam. 194. b, Illa conspiratio conflata ita est restincta, ut nulla scintilla compareat incendij. Epist. 153 d, Vt ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur.

Scintillula, læ. de Fi. 135 d, In pueris uirtutum quasi scintillulas uidemus.

Scio, scis. habeo, teneo, cognosco, cognitum habeo, non ignoro, non sum nescius, scientiam meam non fugit, me nõ præterit, scientia comprehendo, scientiã habeo, perspectum mihi est, me non fugit, mihi conscius sum, mihi certum est de aliqua re. I. V. 174. d, Id adeò sciri facillimè potest ex literis publicis. At. 76 b, Euersam in perpetuũ prouinciam nos inuenisse scito. pro S. R. 34 b, Nondum lucebat, cum hoc Ameriæ scitum est. At. 190 b, Sed scire certum uelim. de Or. 111 d, Ars est enim earum rerũ quæ sciuntur, oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. de Or. 104 d, Nihil certum sciri, nihil planè cognosci ac percipi posse. de Cl. 167 d, Nõ tam præclarè est scire Latinè, quàm turpe nescire. & de Fi. 76 b, Omnes qui Latinè sciunt. & 67 d, Cùm Græcè ut uideor luculenter sciam. At. 37 b, Primùm illud te scire uolo, Sampsiceranum, &c. Ep. 188 d, Scire te uolo, &c. & 14 b, Volo te scire mi Pæte, &c. de Or. 115 d, & 128 d, Magnum est quoddam opus, haud sciam an de humanis operibus longè maximum, dicere, &c. & de Fin. 115 b, Quem haud scio an rectè dixerim, &c. At. 252 d, Sed non uenerat quod sciam. & pro S. R. 21 d, (Quod sciã.) pro Syl. 174. b, Nã de cæteris certè sciebat. et 179 b, De quo aliquid scire & existimare potuisset. pro Syl. 174 b, Cũ is qui de omnibus scierit, de Sylla se scire negauit. de Or. 90 d, b, Socrates dicere solebat, omnes in eo quod scirent satis esse eloquentes. & ibidẽ, Neq; si id optimè sciat, ignarusq; sit faciundæ orationis, diserte id ipsum posse, de quo sciat dicere. de Or. 90 d, De legib. instituẽdis, etc. Lycurgum scisse melius quàm Demosthenẽ. pro Mur. 129 d, Ille tenet et scit, ut hostium copiæ arceãtur. de Orat. 89 d, De quo ipso, si quid scis, uelim scire. I. A. 162 d, In quo scientiam habes quæstuosam. Ep. 176 b, Et si mihi conscius sum.

Sciscitor, aris. scitor, quæro, percuntor. de Nat. 5 b, Epicuri ex Velleio scisciteb ãtur sententiã. et 6 d, Abutraq; autem scisciteor, cur, &c. & de Or. 93 d, Cuius scisciteantur sententiam. At. 151 b, De Domitio (ut facis) scisciteare

ubi sit. & de D. 96 d, Scisciteari de aliqua re.

Scisco, scisis. sancio, edico, scitum facio. pro Plan. 266 b, Plancus primus legem sciuit de publicanis. & pro Cor. 60 d, Vt si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, ut is sit ciuis Gaditanus. Off. 61 d, Durius etiã Athenienses sciuerunt, ut Aeginetis, qui classe ualebant, pollices præciderentur. pro Flac. 149 d, Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet, &c. iuberi uetariq; uoluerunt. pro D. 219 d, & iterum b, Hanc cognationẽ se Sedulius negat sciuisse, de L. 164 d, Nõ omnia iusta sunt quæ sita sunt in populorum institutis atq; legib. & 171 b, Multa pernicioſe scisciuntur in populis. de Pro. 76 b, scisere legem. I. A. 157 b, Populus quæ iure sciuit, &c. de Le. 186 d, Creatio magistratuum, iudicia, populi iussa, uetita, cum sciscentur suffragia, optimatib. nota, plebi libera sunto.

Scissus, a, um. de Or. 163 d, Vocis genus fractum, scissum.

Scitè. scienter, non inscitè.) (. Inscitè. de Fi. 126 d, I. P. 92 b, Rationes ad ærarium retuli, ita perscriptas scitè et literatè, ut scriba, &c. Att. 235 b, Scitè dicere aliquid. Attic. 250 b, Satis scitè hoc quidẽ. I. V. 126 d, Statua scitè facta & uenustè. Epist. 175 d, Et ille cui mandaui, satis scitè et commodè tempus ad te cœpit adeundi. de Le. 163 b, Hæ rationes, quæ satis scitè nobis instructæ & compositæ uidentur.

Scitor, aris. sciscitor, quæro. Orat. 201 d, Sentiebam non te id scitari, qualem, &c. sed quærere, &c.

Scitum, ti. iussum. de Ora. 24. 4. b, De hoc Ctesiphon sciscitum fecit, ut corona aurea donaretur. pro Cor. 63 b, Cũ tum fecit, ut corona aurea donaretur. pro Cor. 63 b, Cũ tum sc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cl.167 b, Scriptor subtilis atq; elegans. de Fi.49 d, Licinius Attilium ferreum scriptorem appellabat. pro Do. 122 b, At qui tulit legum scriptor peritus, uelitis? iubeatis, ut, &c. et ibi. Hoc tu scriptore, hoc consiliario, etc. & 239 d, Si tuus ille scriptor uacuo animo tibi ista non scita, sed portēta conscriberet. Ep.19 d, Domesticarum rerum tuarū habes & scriptores et nuncios. At. 190 b, Profectò illam consecrabo omni genere monumentorum, ab omnium ingenijs scriptorum & Græcorum, et Latinorum.

Scriptum, pti. scriptura, monumentum, literarum monumentum, monumenta annalium, monumentorum memoria. Ep.67 d, Ardeo cupiditate incredibili, nomen ut nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis. Off.33 d, Deinde istis scriptis actiones nostras mādaremus. de D. 84 d, Artis alicuius scripta ac monumēta uolutare. Tus. 225 b, Maximè uerò omnium flagrasse amore Rhegynū Ibycum apparet ex scriptis. Epist.16 d, Quod rogas ut mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, &c. de Ora.126 d, Id quod à Platone in scriptis relictum esse dicūt. Ep.48 b, Scriptorum subtilitas atq; elegantia. et 68 d, In legendo scripto. de Cl.193 d, et Or. 116 b, Quæ cōmentatus sis, ea sine scripto uerbis eisdē reddere. pro Pl.275 d, Oratio quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. Epist.151 b, S.C. ita perscriptum, ut à me de scripto dicta sententia est. contra Rul. 75 b, De scripto legis recitare aliquid. At.56 b, et de Cl. 168 b, & I.A.225 d, De scripto dicere.)(. Memoriter recitare. de Cla.177 b, Crassius multa contra scriptum pro bono & æquo dixit.

Scriptura, ræ. scriptum, scriptio, literæ. Epist.85 d, Cùm mendum scripturæ litura tollatur. & 148 d, Plura illi mandata uerbo quàm scriptura dedi. de Or.97 d, Si subitam orationem commentatio uincit, hanc ipsam profectò assidua & diligens scriptura superabit. Ep.256 d, Cùm ea, quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare nō potueris. Ep.85 d, Genus hoc scripturæ non modò liberum, sed incitatum atq; latum esse debet. de In.8 d, Sequi sententiam legis.)(. Sequi scripturam. et ibi. Ex scriptura aliquid ad suam causam conuertere. Top.229 d, Scriptura contraria.

Scriptura. Item ratio est mancipum, id est, eorū qui portoria, aut pascua publica, aut decumas redimebāt: unde magistri scripturæ & portus dicuntur, qui publicanorum nomine portoria et uectigalia describebant et colligebant. Att.76 d, Tu autē sæpe dare literas tabellarijs publicanorum per magistros scripturæ, & portus & nostrarum diœcesium. In V.143 d, In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. At.176 b, P. Terētius meus necessarius, magnas operas in portu, et scriptura Asiæ pro magistro dedit. Scriptura tamen pro eo uectigali etiā accipitur solo, quod è publicis pascuis aut pecoribus percipitur. I.V.Act.3, & pro Pom. Nam cum hostium copiæ non longè absint, etiamsi irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neq; ex portu, neq; ex decumis, neq; ex scriptura uectigal conseruari potest. hîc uides aliud esse portū, aliud decumas, aliud item scripturam.

Scrupulosus, a, um. ambitiosus, religiosus. Tusc.216 d, E'

quibus tanquam è scrupulosis cotib. enauigauit oratio.

Scrupulus, li. exiguus lapis est, qui in calceo latens interdum pedem lædit, inde ponitur pro re quæ nobis solicitudinem ac dubitationē affert. Est igitur scrupulus hic, suspicio, solicitudo, dubitatio. pro S.R.19 b, Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctesq; stimulat ac pungit. et pro Cl.33 b, Hic tum iniectus est hominibus scrupulus ac dubitatio. de Fin. 114 d, Scrupulum inquam abeunti. de Ar.245 b, Sin scrupulus tenuissimus residere aliquis uidebitur, non modò, etc. At.16 b, Ac do mesticarum quidē solicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo, At.24 b, Numi potius reddātur quàm ullus sit scrupulus. & 66 b, Illud cognitum est, neq; argenti scrupulum esse ullum in insula: id est, ne minimum quidem. & 75 d, Exime de illo domestico scrupulum, quem non ignoras.

Scrupi, orum. lapides quidam erāt, quibus pro tesseris in quodam ludo utebantur. de Or.103 b, Pila bene & duodecim scrupis ludere.

Scrutor, aris. inquiro, excutio. Part.230 b, Imò uerò scrutabimur et quæremus. I.V.145 b, Scrutatus sum quæ potui, et quæsiui omnia. de Nat.67 b, Qui interiores scrutantur & reconditas literas. Qu.Fr.291 b, Scrutari omnes sordes, excutere unumquemq; comitum. et pro S.R. 34 b, Nō excutio te, nō scrutor, si quid ferri habuisti. de Or.122 d, Scrutari locos ex quibus argumēta eruuntur. pro Dom.221 d, Venio ad augures, quorum libros si qui sunt reconditi, non scrutor. In Vat.31 d, Cùm omniū domos furacissimè scrutarere. & de Diuin.114 d, Scrutari plagas cœli. Ep.163 d, Qui locis omnibus dispositi scrutantur tabellarios. pro Sex.R.32 d, Desinamus ea scrutari, quæ sunt inania, quæramus ubi maleficium est. In P. 93, L. Crassius spiculis propè scrutatus est alpes, ut, &c.

Sculptus, ta. incisus. Aca.25 b, E saxo sculptus aut ebore dolatus. aliter, scalptus.

Scurra, ræ. Sannio. I.V.180 b, Quia scurris semper potius gladiator, quàm scurra appellatus sit. pro Qu.2 b, Facetus scurra. & 10 d, Scurrā multo facilius diuitem quàm patremfamiliàs fieri posse. de Nat.20 d, Epicurus Socratem scurram Atticum fuisse dicebat. de Orat.131 b, Rarè tas dictorum distinguet oratorem à scurra. ad He. 27 d, Scurra exhausto pudore, quæ se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet.

Scurrilis, lis. obscœnus, qualis scurrarū esse solet. de Or. 131 d, Vitandum est oratori utrunq;, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Scutatus, a, um. I.A.180 d, Scutati milites: id est, qui scuta gerunt: ut hastati, qui hastis utuntur.

Scutella, læ. Tusc.200 b, Demus scutellam dulciculæ potionis.

Scutulum, li. de Nat.17 b, Sospita cum hasta & scutulo.

Scutum, ti. clypeus. Tusc.186 b, Ignauus miles abiecto scuto fugit quantum potest. de Or.139 d, Abiecto uel reiecto scuto fugere. et Ep.162 b, Reijcere scutum. pro Cec. 296 b, Qui scutis telisq; parati ornatiq; sunt. Att.56 d, Homines cum scutis & gladijs eductis. de Or.133 b, Marianum scutum Cymbricum. I.A.197 b, Ne familiares si scuta ipsi ferrent, laborarent. de D.110 b, Quasi uerò quicquam interfit mures scuta, an cribra corroserint.

Scylla, læ. alterum Siculi freti nauigantibus periculum. Est autem

Est autem saxum siue scopulus, qui fluctuum appulsu et pugna latrare uidentur. Hinc fabulæ de Scylla in canes marinos conuersa, quæ appulsos laceret nautas. de Charybdi, uide suo loco. I.V.165 d, Non Charybdim tam infestam, neq; Scyllam nautis fuisse arbitror. et ibi. Quòd multo se pluribus & maioribus canibus succinxerint. de Ar.258 d, Quis unquam poeta fingendo exprimere potuit tam eminentibus canibus Scyllam, tamq; ieiunis, quàm quib. istū uidetis Gelijs, Clodijs nostra ipsa man-

Scyllæum fretum. pro Sest. (dentem?

Scyphus, phi. poculum. In V.106 b, Iubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre. & 212 b. Ep.105 d, Illuseras heri inter scyphos.

Scyros insula. At.74.

Scytale, les. Attic.164 d, Habes σκυτάλην λακωνικὴν. pro. de Scytale: id est, epistola Laconica. uide Gel.li.17.

Scythes, thæ. Tusculan.246 d, Anacharsis Scythes. & I. V.166.

Scythia, thiæ. regio barbara. I. Pis. 83 d, Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus. & de Nat.43.

Scythicus, a, um. Tusc.246 d, Scythicum tegmen.

Se, pro sine, uetustum. I.m.

Sebusiani. pro Qu.14 b, Roma trans alpeis in Sebusianos biduo ueniunt.

Secedo, dis. recedo, semigro. I.C.103 b, Quare secedant improbi, secernant se à bonis.

Secerno, is. separo, distinguo, disiungo. I.C.103 b, Quare secedant improbi, secernant se à bonis. & ibi. Muro deniq; secernantur à bonis. & 121 d, Hos ego excipio, et secerno libenter. Ep.68 d, Vt à continentibus scriptis secernas hanc quasi fabulam rerum nostrarum. pro Syll. 167 b, Abs te quæro, cur me à cæteris principib. ciuitatis in hoc officio atque in defensionis iure secernas. de Nat.50 d, Belluæ sensu secernūt pestifera à salutaribus. & 53 b, Ab eo cibo cum est secreta bilis, etc. de Or.140 d, Illud tertium genus à præceptis nostris secreueram. I. A.297 d, Nec enim secerni à fratre poterit. de Am. 113 b, Secerni blandus amicus à uero & internosci potest adhibita diligentia. Or.201, Secernere unum ab alio. & I.C.192 d, Secerne te à bonis. Off. 19 b, Hoc secerni ab illo non potest. Tusc.164 d, Secernere animum à corpore. Top.223 d, Secernenda distinguere.

Secessio, onis. abscessio, discessus. pro Mur.135 b, Etenim seductiones testium, secessiones subscriptorum animaduerti. pro Lig.140 d, Secessionem tu illam exanimauisti Cæsar, non bellum.

Secius minus. ad Here.4 b, Impedimento est, quo secius lex feratur.

Seclusus, us. secretus. I.V.240 d, Supplicium à libero spiritu & communi luce seclusum. de Ora.121 b, Illuc eum rapiam ubi non seclusa aliqua aquila teneatur, sed undeuniuersum flumen erumpat. Tusc.63 b, Iis deuium quoddam iter est, seclusum à concilio deorum.

Seclum, cli. seculum. de Cl.268 d, Vt Athenienſium secla numerantur. & 171 d, Multis seclis ante suam ætatem. de L.lib.1, Seclis innumerabilibus.

Seco, as. execo, resecо, scalpellum adhibeo. de N.65 d, b, Omne corpus secari ac diuidi potest. Tusc.242 b, Siuratur, torqueatur, secetur. I. A.217 d, In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri & secari patimur. & Tusc.186 b, C. Marius rusticanus uir cum secaretur, uetuit se alligari, neq; quisquā ante Marium solutus dicitur esse sectus. & Off.27 b, Vt ad urendum & secandum medici ueniunt. de Vn.199 d, Atq; ita permixtum illud, ex quo hæc secuit, iam omne consumpserat. Qu. de Pet.209 d, Qui uiuo stanti collum gladio secuerit. In Ar. Quæ uolat & serpens geminis secat area pennis. de Or.119 d, Atq; isti quidem causas in plura genera secuerunt.

Secretio, onis. disiunctio. Tusc.263 d, Est enim interitus quasi discessus & secretio & diremptus earum partiū, quæ, &c.

Secretò, clàm, remotis arbitris. Ep.107 d, Secretò hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. et 112 d, Neq; hæc incerta tamen uulgò iactantur, sed inter paucos quos tu nosti, planè secretò narrantur. I. V. 223 b, Ex his quæritur secretò quid esset actum. At.106 b, Ab hora octaua ad uesperū secretò collocuti sumus.

Secretus, a, um. separatus, seiunctus, seclusus. de Nat.37 d, Habent suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam. de Nat.53 b, Succus secretus à reliquo cibo. de Or.148 b, Illud etiamsi est uerissimum, tacitum tamen tanquam mysteriū teneat. At. 67 d, Epistolæ tuæ tantum habent mysteriorum, ut, etc. et pro Mur.128 b, Enunciare mysteria. I.V.161 d, Quim. eo est occisus, quòd habere clausa non potuerit sua consilia. de Ver. At.62 b, Hæc tu tecum habeto.

Secta, tæ. familia, schola, disciplina, certa quædam disciplinæ formula, pars uel partes, factio, hæresis, studium, ratio uitæ, ratio philosophandi. I. V.273 d, Horum nos hominum sectam atq; institutionē prosequimur. de Cl. 175 d, Brutus ex uetere Academia philosophorum sectā secutus est. At.274 b, Hostes omnes iudicati, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Pro Rab.39 d, Quam tandē autoritatem, quam uocem, cuius sectā sequi uelles. pro Fl. 166 d, Quotus enim quisq; est, qui hanc in rep. sectam sequatur. pro Sest.23 d, Qui eorum sectam sequuntur. pro Cæl.46 d, Qui hanc sectam rationemq; uitæ secuti sumus. Ep.103 b, Qui Cæsaris sectam atq; imperium secutus. de N.37 d, Omnis natura artificiosa est, quòd habet quasi uitam quandam & sectam quam sequatur. de Or.88 b, Philosophorum sectæ, familiæ, disciplinæ. & Ep.253 d, Hæresis, secta, disciplina. Ep.202 b, Totam hominis rationem quam sequitur in philosophia, deridea-mus licet. pro Mur.142 d, Fuit eodem ex studio uir eruditus apud patres nostros Qu. Tubero.

Sectator, oris. cōsectator, amator, æmulus. pro Mur.140 b, Quid opus, inquit, sectatoribus? quæris, &c. & 141 d, Lex Fabia quæ est de numero sectatorum. pro R. P. 126 d, Num Gabinij comes est uel sectator?

Sectio, onis. auctio. I.A.172 b, Nemo fuit qui ad illud scelus sectionis auderet accedere præter Antonium. I. A. 174 d, Appellatus es de pecunia quam pro sectione debebas. de In.58 d, Si dici posšit ex hostibus equus esse captus, cuius prædæ sectio non uenierit.

Sector, aris. assector, comitor. In V.143 d, Is prætorem circum omnia fora sectabatur. & 234 b, Qui illic eiusmodi est, ut eum pueri sectentur. pro S.R.31 d, Quid? ij serui ubi sunt? Chrysogonium iudices sectantur. pro Mu. 140 b, At sectabuntur multi, doce mercede. et 141 d, Se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctari aliquem totos dies. Qu. de Pe. 210 b, Qui si sectari nō poterūt, necessarios suos in hoc munere constituāt.

Sector, oris. qui proscriptorum bona emit: uel Quadruplator, qui quoq; iure quáq; iniuria nomina de aliquo crimine defert, ut partem multæ, uel bonorum auferat. pro S. Ro. 31 b, Scimus per ista tempora eosdem ferè sectores fuisse collorum & bonorum. pro Sex. R. 35 b, & I. A. 168 a, Sector, hoc est, qui bonorū S. Roscij emptor atq; possessor est. I. A. 172 b, & 252 b, & Ep. 254 b, Antonius sector Pompeij.

Seculum, li. seclum, multorum annorum spacium, ætas. de Fat. 145 b, An hoc falsum potuisset esse, si esset sexcentis seculis antè dictum. de Or. 116 b, Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt. I. V. 310 b, Aliquot seculis pôst Scipio Carthaginem cepit. & 228 b, Parietes, quorum ornatus tot secula manserat. & Ac. 5 a, Nihil' ne tot seculis explicatum putamus? I. A. 170 b, Huius rei ne posteritas quidē omnium seculorū immemor erit. et 191 b, Nihil ex omnium seculorum memoria tale cognoui. de Vn. 195 a, Cùm aliquot secula in Italia uiguissent. I. C. 106 b, Propagare multa secula reipublicæ. de Sen. 81 b, Serere arbores, quæ alteri seculo prosint. de Nat. 36 b, Sempiternis seculorum ætatibus non mutari. de D. 88 a, Nec seculorum reliquorum iudicium pertimescere. Par. 125 b, Ego etiam ipse fortasse in huius seculi errore uersor. & I. A. 223, Huius seculi insolentia.

Secum. At. 132 b, Quis est, tanta præsertim de re, quin uarie secum ipse disputet. de Inuen. 78 a, Ipsum secum admirari aliquid. At. 71 a, Qui etiam à me petierat, ut secum, & apud se essem quotidie. de Off. lib. 1, Secum agere.)(. Cum altero contrahere.

Secundarius, a, um. secūdus, proximus. de Inu. 64 b, [In hoc loco caput illud erit, si, etc. secūdariū, si, & c. de Cl. 187 a, Qu. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius.

Secundò. adverb. iterum, deinde. * Semel hominē allocutus fueram, an secundò mihi redeundum esset, ignorabam, pro Pl. 269 b.

Secundum. post, ex, pro, conuenienter. κατὰ. Ep. 127 b, 128 a, κατὰ διὸ λογον περίεργ. I. V. 71 b, Tres hi homines ex Cal. Ianuarijs non iudicabunt. & ibi. Ita secundū Cal. Ian. magnas accusatoris minas ad nostrū arbitrium eludemus. I. V. 72 b, Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias, mea ut ante primos ludos comperendinē. de Or. 108 b, Sed opinor secundum hūc diem, nam satis multa hodie dicta sunt. Qu. Fr. 321 a, Ille mihi secundum te & liberos nostros ita est, ut sit penè par. At. 44 a, Spem ostendis secundum comitia. Off. 35 a, Proximè & secundum deos homines hominibus maximè utiles esse possunt. I. V. 31 a, Secundū ea, quæro, seruaris' ne, & c. Ep. 56 a, Duo uulnera accepit, unū in stomacho, alterum in capite secundum aurem. de Or. 164 b, In actione secundum uocē uultus ualet. & Or. 202 a, Vultus secundum uocem plurimum potest. ad Br. 90 b, Lepidus secundum fratrem affines habet quos odit proximos. At. 190 a, Secundùm te nihil est mihi amicius solitudine. ad Her. 18 a, Si secundum principium confirmationē utamur. de D. 134 b, Quæ ei secundum quietem uisa sunt, cur secundum quietem uidere uideamur.

Secundum. pro. I. V. 269 b, Secundū arbitrium tuum testes dabo. At. 54 b, Quisq; eorum multa secundum causam nostram iudicauit. Att. 54 b, Prætor secundū mæ decreuit. At. 264 b, At ea quæ Coss. decreuerunt secūdum Cæsaris decreta, cōprobes. pro Fl. 157 a, Qui sententiam secundum Plotium se dicturū ostendit. pro Qu. R. 45 b, Secundum tabulas alicuius litem dare, et secundum aliquem iudicare. & 47 a, Secundū nos iudicari uolumus. de Ar. 251 a, Qui domum secundum fratrem suum iudicatā esse dicebat. ad Her. 8 a, à testibus dicemus secundū autoritatem et uitam testium. At. 68 a, Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium. I. V. 122 a, Quod iudicium secundū Heraclium de compromissis factū erat. & 117 a, Iudicare de absente secundum præsentem. I. V. 99 b, Ita secūdum eum possessio daretur. et Top. 224 b, Dare possessionem secundum tabulas. At. 263 b, Coss. de consilij sententia decreuerunt secundum Buthrotios.

Secundum. conuenienter, congruenter, ex, κατὰ. de Fi. 130 b, Secundum naturam uiuere, & ex natura, uel ex uirtute uiuere. & 55 a, Necesse est quid aut secundū naturam aut contra sit, à natura ipsa iudicari. I. Aestimo. de L. 182 b, Habemus in duodecim tabulis sanè secūdum naturam, quæ norma legis est. de Sen. 91 b, Quid autem tam secundum naturam est, quàm senibus emori. Item, Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Qu. Fr. 324 b, Testimonium secundum fidem & religionem grauissimè dicere. Off. 56 b, Cōtra naturam uiuere, secundum naturam uiuere. I. Viuo.

Secundum. ad, prope, uel propter. At. 120 a, Si Cæsar secundū mare ad me ire cœpisset. & 257 b, Legiones Macedonicæ quæ iter secundum mare superum faciunt.

Secundus, a, um. alter. l. primus. Or. 201 b, Quoniam id secundum erat de tribus. et Ep. 136 b, Quando te secundum Oenomaum Accij Mimum introduxisti. & de Vn. 200 b, Ad secundum supra terram ambitum. Off. 8 b, Secundo eum obligare militiæ sacramento, quoniam priore amisso iure pugnare cum hostibus non poterat. de Fi. 101 a, Quorum ordo proximè accedit, ut secūdus sit ad regium principatum.

Secundus. prosper, ad uolūtatem nostram fluens.)(. Aduersus. pro Pom. 8 b, Noster exercitus prælijs usus erat secundis. con. Rul. 86 b, Nemo unquā tam secunda concione legem agrariam suasit. Tus. 175 b, Vt uel si totā uelit uituperare, secūdo id populo facere possit. At. 18 a, Secunda concionis uolūtate. de Na. 76 b, et pro Pl. 279 a, Nauis secundis uentis cursum tenens suū. Ep. 243 b, Habere uētos secūdos. de D. 86 a, Auspicia quæ alicui secūda euenerunt. At. 22 b, Cæsar cuius nūc uenti ualde sunt secūdi. de N. 78 a, Hominū prosperitates secūdæq; res. Of. 18 b, Homines secundis rebus effrenatos, sibiq; præuidentes tanquā in gyrū rationis et doctrinæ duci oportet. pro Syll. 179 b, Et secundas fortunas amittere, & in aduersis sine ullo remedio permanere. pro Syl. 181 a, Per quos res eius secundæ quondā erant ornatæ, nūc aduersæ subleuātur. Qu. Fr. 321, Ego nullas ἀυτόχειρας ἀρετῶν hæc in Cæsaris rebus habere possum. At. 162 b, Omnia secundissima nobis, aduersissima illis accidisse uidentur. pro R. P. 129 a, Secūdæ res alicuius.)(. Afflictæ fortunæ. Qu. Fr. 306 b, Clodium accusaui multis et secundis admurmurationibus cuncti senatus. Off. 18 b, Nam ut aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est.

Securis, ris. instrumētum quo arbores deijcimus & ligna scindimus. Qu. Fr. 313 a, Tenedia libertas, securi tenedia præcisa est. prouer. I. V. 240 a, Quamobrē fasces præ toribus præferantur, cur secures datæ. Qu. F. 192 a, Prætores cum fascibus et securibus lictores habuisse. I. V. 91 b, Instat ut securi feriantur. I. P. 97 b, Cū miser ille securibus hostilis sui ceruices subijcere gestiret. & ibid. Tu Rabocetum securi percussisti. pro Mur. 131 b, Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? & pro Plan. 274 a, Insligere securim reipublicæ.

Securitas, tatis. requies curarum, ipsum esse sine curis. Tus. 236 b, Qui aūt illam maximè optatam & expeditam securitatē (securitatem aūt nunc appello uacuitatē ægritudinis, in qua uita beata posita est) habere quis potest. de Fi. 229 b, Democriti securitas, quæ est animi tanquam trāquillitas, quā appellat εὐθυμίαν. Off. 14 b, Vt tranquillitas animi adsit et securitas. de N. 12 a, Nos beatam uitā in animi securitate ponimus. de Am. 104 b, Caput esse ad beatè uiuendū securitatem, qua frui nō possit animus, si tāquā parturiat unus pro plurib. Ep. 247 b, Vale, et instituto itinere securitatē diligentiāq; socijs & reipublicæ præsta. At. 65 a, Mirā securitatem uidebis, cuius plurimæ meherculè partes sunt in tuo reditu.

Securus, a, um. sine cura. pro Fla. 150 b, Ep. 159 b, Si Africanæ legiones uenerint, securos uos ab hac parte reddam. pro Fl. 156 a, Securus Hermippus Tennum proficiscitur. At. 203 b, De lingua Latina. securi es animi dices, qui talia conscribis.

Secus. cōtrà, aliter. I. P. 94 a, Rectè an secus, nihil ad nos. de Fin. 99 b, Nobis aliter uidetur, rectè secus' ne postea. Ep. 80 b, Etsi id ipsum nonnullis uideatur secus. de Or. 153 b, Sed paulò secus à me atque ab illo partita sunt. de Or. 110 b, It. q; illud quod dixi, & c. Nō dixi secus ac sentiebam. de Cl. 292 a, Nemo dicet secus. Par. 231 a, Longè secus. & Ep. 54 a, Quod nō multò secus fuerit. pro Mu. 126 a, Tecū agam Serui nō secus ac si meus esses frater. & pro Pl. 259 b, Cuius salutem nō secus ac meā tueri debeo. de N. 67 b, Quē tractat nō secus ac si esset imperator. et Ep. 33 b, Nō secus ac te uidissem. pro Qu. 5 b, Cū in altera re causæ nihil esset, quin secus iudicaret ipse de se, q. iudiciū est grauissimū. Ep. 35 a, De tuo in me animo iniquis secus existimandi, uideris nonnihil loci dedisse.

Secutores. pro gladiatoribus. At. 111 b.

Sed, at, ac, quidem, certè, autem, uerū, haud scio an, uerò. At. 15 b, Nō odio adductus alicuius, sed spe nō corrigendæ, sed sanādæ ciuitatis. Ac. 14 a, Sed nō de me, ut dixi, sed de sapiēte quæritur. de Or. 136 b, Sed ego nō de præstanti quadā et eximia. sed propè de uulgari & cōmuni prudentia disputo. de Ar. 258 a, Sed tamen facilè tacentibus cæteris reticuissem, sed hæc oratio omnis fuit nō autoritatis meæ, sed publicæ religionis. Ep. 13 b, Sed uelle solū, & c. sed etiā, etc. pro Rab. 92 b, Nō modò huius nō sunt, & c. sed ne Romuli quidē, etc. sed Tarquinij, & c. I. A. 200 b, Expectabantur Cal. Ian. fortasse non recte. uerūm præterita omittamus. de Orat. 94 a, Sed siue est ars, siue non, non est quidē ea negligenda, utrum intelligendū, & c. de Or. 64 b, Sed sunt quidā, etc. sunt autē quidā, & c. de N. 13 a, Erat autem difficile. Att. 226 b, Rem non fecit deteriorem, haud scio an fructuosiorem.

Sed tametsi. Epistol. 58 b, Sed tametsi antea scripsi, tamen hoc tempore, & c. Ep. 229 b, Sed tametsi omnium causa quos commendo, uelle debeo, tamen cum omnib. non eadem mihi causa est.

Sedatè. tranquillè, leniter. Or. 205 a, Sedatè placideq; loqui. & Tus. 183 b, Placidè & sedatè ferre dolorem.

Sedatio, tionis. trāquillitas, placatio.)(. Perturbatio. Of. 19 a, Temperantia & modestia omnisq; sedatio perturbationum animi. Tuscul. 227 a, Sedatio ægritudinis. & 204 b, Quotidianæ ueces sedationē mœrendi afferunt. & 236 b, Perturbationes animi.)(. Sedationes animi.

Sedatus, a, um. tranquillus. At. 211 a, Hæc scripsi sedatiore animo quàm proximè scripseram. de In. 81 b, Sedatis fluctibus & tempestate cōmutata. pro Cl. 39 a, Falcula paulò sedatiore tempore est accusatus. Or. 200 b, Alter sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit. & 214 a, Isocrates in transferendis faciendúsq; numeris sedatior. ad Her. 20 a, Sedata & depressa uox.

Sedecula, læ. sedes. Att. 60 b, In sedecul: sedere. aliter, sedicula.

Sed enim. etenim. pro Ar. 186 b, Sed enim hoc non solum ingenij, sed etiam naturæ atq; uirtutis. & pro Cæ. 50 b.

Sedeo, es. aßideo. At. 60 b, Maloq; in illa tua sedecula sedere, quàm in istorū sella curuli. et 101 b, Cum utrgo staret, & Cæcilia in sella sederet. I. C. 169 a, Sedisti in quatuordecim ordinibus. de Or. 155 a, In solio sedens domi. & de Fin. 79 a, Sedere in solio ornatu regali. At. 201 b, Quid enim sedere totos dies in uilla ista? de Se. 90 b, Cō surrexere omnes, & senem illum fessum recepere. pro Mil. 111 b, Cùm Milo ueheretur in rheda penulatus, unà sederet uxor. Ep. 257 a, Si uenti essent, nos hic Corcyræ nō sederemus. pro R. P. 114 a, Modò uos in A. Gabinū iudices sedistis. & pro Cl. 39 a, Sedisti' ne iudex in C. Fabriciū? & ibi. Cū post paucos dies ex subsortitione sedisset. At. 11, Qui mœsti inter sui dissimiles sedebant.

Sedes, dis. sella, soliū, sessio, hemicyclus, subsellium, domicilium. de Or. 97 a, Tum Crassum puluinos popposcisse, et omnes in ijs sedibus, quæ sub platano erat, consedisse dicebat. I. C. 118 a, Hæc sedes honoris. sella curulis. de Or. 144 b, Neq; uerbā sedem habere possunt, si rem subtraxeris. de Or. 141 b, Omnib. reb. quæ sub aspectū ueniūt, sede opus est. de Fin. 72 b, Vt sola ponatur in summi boni sede quam quærimus. de Pro. 76 a, Nam si ille aditus Gallis patuisset, nunquam hæc urbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset. pro Mar. 135 a, Qui sedē stabilē et domiciliū certū nō habet. Par. 118 a, Voluptas mentē ex sua sede & statu dimouet. con. Rul. 85 b, Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, atq; in sedibus luxuriæ collocati. pro Mur. 144 b, Omni in sede ac loco ferrum flammamq; metuamus. pro Cl. 54 a, Sceleratorum sedes atq; regio. & Ac. 40 b, Sedes regionum & locorum. pro Syl. 173 b, Vrbs hæc sedes omniū nostrūm, domiciliū imperij. pro Ar. 187 a, Is sedem omniū rerū & fortunarum suarū Romæ collocauit. Antequàm. 196 b, Dij qui sedē Capitolij in saxo incolitis cōstitutam. Epi. 204 a, Eorū domicilia, sedes, rem, fortunas, tuæ fidei cōmendo. Solū uertere: hoc est, sedem ac locum mutare. l. Solū. pro Clu. 57 b, Aliquam sibi domū sedēq; deligere. & con. Rul. 57 a, Sedes hospitalis. I. V. 110 a, Sedes ac domicilium collocare. con. Rul. 64 a, Hæc sedes urbis atq; imperij. de N. 21 b, Hæc enim mēbra sunt sedes ac domi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cilium uitæ.I.P.90 b, Mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis obuiam procedere uisa est.

Seditio,onis.discordia,dissensio populi,uis,turba impetus populi uel militum,motus populi. At.273 b, Seditio quæ facta est in legione quarta de Antonijs.de Di.91 a, Magna seditio in castris eius inter Pœnos et Siculos milites est facta,pro Cl.38 b,Incursio seditionis,uis multitudinis,impetus Tribunitius.pro Mur.144 a, Cõcitare seditionẽ et discordiã.Ep.164 b, Singulæ cohortes quã dã seditionẽ fecerũt.& 166 b,Seditione facta. At. 75 b, Seditio militũ sedata ab Appio.de Or.119 b,Seditiones ornare et demõstrare multos sæpe impetus populi nõ iustos esse.et 120 a, Multas seditiones esse factas et cõstatas. At.154 b,Solõ capite sanxit, si qs in seditiõe nõ alterutrius partis esset.de Or.126 b,Omnia seditionũ genera collegi.et ib.Nobiliũ dissẽsio et motus populi.& 127 a,Si qs pop.motus factus est.At.23 a,Seditione cõmota.

Seditiosè.pro Cl.18 a,Conciones seditiosè concitatæ. et 37 a,Populariter.pro Mil.102 b, Seditiosè interrogari.

Seditiosissimè dicere.At.lib.2.

Seditiosus.turbulentus,popularis.de Or.113 a,S. Titius seditiosus ciuis & turbulentus.& 121 a, Quod seditiosus de turbulentis & malis ciuibus.I.A.157 b,Adhortari adolescentes ut turbulenti, ut seditiosi, ut pernicioси ciues esse uelint.de In.424 a,& In Vat.20 b,Seditiosa et tumultuosa uita.

Sedo,as.sedationẽ affero,restinguo,mitigo,mollio, compprimo,contraho.)(.Incito.I.C.110 b,Vt bellum intestinum sine ullo tumultu aut motu sedetur.& Att. 306 b, Sermunculum omnem aut restinxeris,aut sedaris.de D. 93 b,Illa etiam parte animi, in qua irarũ existit ardor, sedata atq; restincta.de L.188 b, At aliquando incenditur,& quidem sæpe sedatur.I.A.169 a, Cùm tanta mala florentissimæ familiæ sedaui uel potius sustuli.I.C.122 a, Tum interuentu Pontini pugna quæ erat cõmissa,sedatur.At.75 b,Seditio militum ab Appio sedata.de L.167 a,Hæc cõtrouersia tota sedari potest.Anteq.194 b,Vos quoq; Tribunitiam sedate temeritatem.& I.A.153 a,Sedare discordias.Off.21 a, Appetitus omnes contrahendi sedandiq; sunt.de Or.102 a, Quæcunq; in animis hominum motum res & causa postulet,dicendo uel excitare uel sedare.de Ora.86 b,In eorum qui audiunt mentibus aut sedandis aut excitandis.

Sed quid?quid tum?In A.164 b,Sed quid? ego fauisse me tibi fateor.

Seduco,cis.abduco. At.53 a,Cùm hæc differuissem, seduxit me Scaptius,ait se nihil contradicere.et de Or.105, Sæpe audiui accessisse ad Crassum consulẽdi causa quendam rusticanum,qui cum Crassum seduxisset, ad eumq; retulisset,restõsum ab eo uerũ magis,quã ad suã rẽ accõmodatũ abstulit.I.A.251 a, Nisi quod te id. Martijs à debita tibi peste seduxit.Ep.15 b,Cũ inimicũ meũ modò seuerè seducerent,modò familiariter amplexarentur.

Seductio,onis.pro Mær.125 b,Etenim seductiones testiũ secessionem subscriptorum animaduertebant.

Sedulitas,tis.officium,diligentia.Ep.121 a,Cornelij operam & sedulitatem laudare possum& 9, Idq; cum sentiam,sedulitate mihimet ipsi satisfacere possum,re quidem ipsa,etc,Ep.111 b,Nimiũ arguta sedulitas.pro Cec. 287 b,Non necessitudine aliqua,sed ficto officio simulatq; sedulitate coniunctis.pro Ar.190 b, Qui sedulitatem mali poetæ duxit aliquo tamen præmio dignã.con. Rul.68 b,Finem feci offerendi mei, ne fortè mea sedulitas,aut insidiosa aut impudens uideretur.

Sedulò.diligenter. At.44 a,,Tu quidem sedulò argumentarũ quid sit sperandum,&c.& pro Cluen.29 a, Hoc quanquam sedulò faciebant,tamen,&c.et de Fin. 93 a, & 66 a,Faciam omnia sedulò,quæ te sciam uelle. et 24 a,Sed tamen sedulò fit & in primis à Pathisco.

Sedulus,a,um.officiosus,diligens.de Cla.180 b,Eloquentes uidebare,non sedulos uelle conquirere.

Seges,tis.fruges nondũ demessæ.de Or.201 b, Segetes fœcundæ herbas effundũt inimicissimas frugibus. Tusc. 162 a,Segetes largiũtur fruges.& de Fi.146 a, Seges spicis uberibus & crebris.de Se.88 b,Segetibus & pratis & uineis,& arbustis res rusticæ latæ sunt.I.V. 151 b, Neq; in segetibus,neq; in areis,neq; in horreis.Orat. 204 b, Lætas esse segetes,luxuriosa frumenta.& de Or.157 a, Lætæ segetes.Tusc.177 b,Et si in segetem sunt deteriorem datæ fruges, illæ tamen suapte natura emitent. pro Mil.108 a,b, Quid enim odisset Clodiũ Milo, segetem ac materiam suæ gloriæ.

Segesta,æ.I.V.216 b, Segesta oppidum peruetus in Sicilia,quod ab Aenea fugiente à Troia,atq; in hæc loca ueniente,conditum esse demonstrant.

Segestani.I.V.140.

Segestenses.I.V.166.

Segnis,ne.iners.Attic.126 a, Ego si cui adhuc uideor segnior,dum ne tibi uidear,nõ laboro.pro Fon.277 a,Ne segniores posthac ad imperandum cæteri sint.de Fin.56 a,& pro Dom.224 b, Nec me segniorem adresponden dum reddidisti.

Segnitia,æ.inertia.de Cla.191 a, Vir sine arrogantia grauis,& sine segnitia uerecundus.et de Fin.50 a,Inertissima segnitia.

Segnities,ei.segnitia.de Or.100 a,Castigemus etiam segnitiem hominum & inertiam.

Segregatus,a,um.seclusus.Tusc.244 a, Beata uita sola relicta,& comitatu pulcherrimo segregata.

Segrego,as.separo.de Na.65 a, Eloquẽtia nos à uita immani & fera segregauit.& de Fin.96 b, Qui uirtutem à summo bono segregauerũt.de Aru.249 b, Qui antea uoce præconis à liberis semouebantur, ijs tuis ludis liberos à se segregauerunt. Off.58 a,In figura hominis feritas & immanitas belluæ,à communi tanquam humanitate corporis segreganda. I. A. 200 a, Excluſit illum à rep.distraxit,segregauit scelus illius.pro Ar.186 a, Aliquem à numero ciuium segregandum esse uel non esse. de Or.159 b, Iambum & trochæum frequentem segregat|ab oratione Aristoteles.

Seiugatus,ta.seiunctus.de Diu.95 a, Partem animi quæ sensum habeat,non esse ab actione seiugatam.

Seiunctio,onis.transitio,ornamẽtum uerborum. de Or. 162 a,Et ab eo quod dictum est seiunctio.

Seiunctus,a,um.seiugatus.I.V.192 a, Defensio remota ab utilitate reipub.seiuncta à uoluntate legis.

Seiungo,gis.separo,segrego,semoueo.de Nat.71 b,Fortunam nemo ab inconstantia & temeritate seiunget. et Or.203,Orator seiunctus ab Philosophorũ eloquentia. I.C.102 a,Dũmodo tua calamitas à reip.periculo seiungatur.

gatur.I.V.434 a, Quòd me ex fortissimorũ ciuium numero seiungendum nõ putaris.Ep.10 a,et 146 a,Si hoc tempore omni, quo seiuncti fuimus, & unà Romæ fuissemus.& 67 a,Seiungere ab aliquo.in Vat.52 a,Seiungam te ab illo, &c.

Selectio,onis.electio,secretio.de Fi. 73 b, Vt eam rerum selectione expoliarent.& 94 a,92 b,Selectio.)(.Reiectio.de Legib. 188 b, Malorum enumeratio,uitiorumq; selectio.

Selectus,a,um.electus.de Na.18 a, Selectæ breuesq; sententiæ.pro Cæl.42 b,Prætores urbani iurati debent optimum quemq; in selectos iudices referre.I.V. 115 a,Selecti è conuentu iudices.

Seleucia,ciæ. urbs in Antiochia.Ep.123,Cælij.

Seleuciana prouincia. At. 67.

Seligo,gis.deligo,seiungo.Or.201 a,Nec uerò utetur imprudenter hac copia,sed omnia expendet ac seliget.& 206 a, Quæ exempla selegissem,nisi,&c.de Fi.95 a,et 97 a, Illud autem ut feriat,quasi seligendum,non expetendum.)(.Reijcere.

Selonium,nij.de Di.lib.1.pag.97 a,Roscius,qui cũ esset in cunabulis,educaretur,q; in Selonio,qui est cãpus agri Lanuuini. & lib.2.pag.122,De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum,ut circumligatus fuerit angui, sed ut in cunis fuerit anguis, non tamen mirum est,in Selonio præsertim, ubi apud focum angues nundinari solent.

Sella,læ sedes.I.C.122 a,Nemo opifex inuentus est,qui nõ ipsum illũ sellæ atq; operis & quæstus quotidiani locũ saluum esse uelit.de D.105 a,Illo die,quo primùm in sella aurea sedit.I.C.118 a, Non deniq; hæc sedes honoris, sed curulis,unquã uacua mortis periculo fuit.I.V.127 b, 178 a, Prætor palàm de sella ac tribunali pronunciat,si quis,&c.& 100 b,et 101 b,& 177 b,Prætor properãs de sella exiluit. I. A. 176 b,Sedebat in rostris Cæsar in sella aurea coronatus.

Semeaquæ.Fam. 16.

Semel.pro Fon.279 b, Galli pecuniam semel atq; iterum ac sæpius inuitissimi dare coacti sunt.pro D.226 b, Patria his à me seruata,semel cum,&c.iterum cũ,&c.de In.64 a,Semel & sæpius,&c. At.69 b,Nullas adhuc literas acceperam, præter quæ mihi binæ semel in tribunali redditæ sunt.aliter,simul. At.226 b,Antonius semel induxit animũ,sibi licere quod uellet: id est, omnino.I. A. 198 a, Cum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi afferret. l. Secundò.

Semen,nis.materia serendi.de Sen. 87 b,Terra cum gremio mollito & subacto semen sparsum excepit,&c.de Di. 107 a,In seminibus ineſt uis earum rerũ quæ ex his progignuntur.& 115 a,Semina malorum,quæ in his medijs inclusa sunt,in contrarias partes se uertere.de Sen. 88 a,Terra quæ ex fici tantulo grano,aut ex acino uinaceo, aut ex cæterarum frugũ aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosq; procreat. de N.li.2. pag.42 a, Seminis enim uim esse tantam,ut id,quanquã sit perexiguum,tamen si inciderit in concipientem cõprehendentemq; naturã,nactumq; sit materiam,qua alicquid augeri possit:ita fingat & efficiat in suo quicq; genere,partim ut tantũmodo per stirpes alantur suas, partim ut moueri etiam et sentire, & appetere possint, & ex sese similia sui gignere.de Di. 128 a,Seminũ uis, quæ ad gignendum procreandumq; plurimum ualet. & 122 b,Itáne censes?antè coronam exitisse,quàm herbarum conceptum esse semen?pro Sex.Rosc. 26 a, Attilius ille sua manu spargens semen.I.A.171 a,Vt in seminib. causa est arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti.ad Her.25 b,Triptolemus cum omnibus semen largiretur,&c.in Ara.Semina terræ mando.contra Rul.85 a, Aliquid ingenerari hominibus à stirpe generis ac seminis.& ibidem, Virtus,quæ propria est Romani generis atq; seminis. de Diuina.81 a,Quòd Zeno in suis commentarijs quasi semina quædam sparsisset.in Cat. 103 b, Stirps ac semen malorum omnium.Offic.38 b,Nec uerò unquam bellorum ciuilium semen & causa deerit, dum,&c.

Sementis,tis.satio.de Or. 106 b,Nemo ignorat quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac uitiũ.I.V. 175 b,Semẽte prohibita,ac messe amissa.de Or.133 a,Vt semẽtem feceris,ita metes.de N.75 a, Hanc igitur à dijs tantam arbitramur malorum sementem esse factã?Att. 140 b,Quod scribis molestè fero, in agro Sabino sementem fieri proscriptionis.

Semestris,stre.sex mensium. At.161 a,Iam intelliges id rognum uix semestre esse posse.

Semianimus,a,um.exanimatus,semiuiuus.de Di.101 a, Anguis semianimus.Ennij poetæ.

Semiassus,a,um.semiustus. Tusc.171 b,Heu reliquias semiasi regis.

Semicirculus,li.de Fi.138 b, Circulos aliquos,aut semicirculos consectari.

Semidoctus,a,um.de Or.124 a,Hæc apud doctos semidoctus ipse percurro.

Semiferus,a,um.de Nat.48 a,Corpore semifero magno Capricornus in orbe. & in Arat.

Semigro,as.secedo.pro Cæl.41 a,Cælius permittente patre ab eo semigrauit,conduxit in Palatio domũ.& pro Clu.40.

Semihora,ræ. pro Rab. 91 b.

Semiliber,a,um. At.215 b,Obsecro abijciamus ista,& semilibèri saltem simus.

Seminarium,rij.semẽ. Off.11 b,I.C,109 a, Qui ni perunt, scitote hoc in rep. seminarium Catilinarum futurũ.I.P.100 b,Ex illo fonte et seminario triumphorũ cùm arida folia laurea retulisses. Off. 11 b,Id aũt est principiũ urbis,et quasi seminarium reip.I. A. Or.13,Huc accedũt ueterani,seminarium iudicum tertiæ decuriæ.

Seminator,oris.sator.de N.43 a, Omniũ rerum seminator,& sator,& educator, & altor est mundus.et 73 a, Seminator omnium malorum.

Semino,as.sero,semen spargo, sementẽ facio,semina terræ mando.de L.165 a,Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quàm poetæ uersu seminari potest.de Or.133 a, Vt sementem feceris, ita metes.

Semiplacentinus, a, um.I.P.82 b, Cæsonius Semiplacentinus Caluentius.

Semiplenus,a,um.I.V.248 b,Decem naues semiplenæ.

Semisomnis,ne.et Semisomnus,ni.I.V.255 a,Cum is etiam semisomnis stupuret.Ep. 94 b,Cum illi declarent communes mimos semisomni.

Semissis, assis dimidium, uel nummi pars.pro Sest.15 b,

Vt remißis semißib. & trientib. quinta propè uecti-
gálium tolleretur. Ep. 66 a, Simul uerò semißis homo con-
tra me arma tulit. et 63 a, Homini semißis magna copia
est. aliter, Omnino semißium, uel semißib. ad Her. 4 b,
Lex frumentaria de semißibus & trientibus.

Semita, tæ. trames. I. V. 120 a, Qua uia modò exiuit, eadē
semita reuertatur. cont. Rul. 85 b, Roma in montib. po-
sita & conuallibus, non optimis uijs, angustißimis semi
tis. de Prou. 75 b, Semitā tantū Galliæ tenebamus antea.
Offic. 45 a, Vt Oresti nuper prandia in semitis decimæ
nomine magno honori fuerunt.

Semiuiuus, a, um. At. 101 a, Parthi repētè Bibulū semi-
uium reliquerūt. I. P. 86 a, Abiecti hominis, & semiui-
ui uox. pro Sest. Semiuiuis uocibus mercenariorum re-
clamatum. I. Excrucio.

Semiustulatus, a, um. pro Mil. 108 a, Cadauer P. Clodij
infelicißimis lignis semiustulatum.

Semiustus, a, um. l. A. 177 b, Ipsæ faces, quibus semiustum
latus istius est.

Semoueo, es. secerno, remoueo. de Ar. 249 b, Qui antea
uoce prætoris à liberis semouebātur, tuis ludis nō uoce,
sed manu liberos à se segregabant. de Or. 144 b, Neque
res lumen habere possunt. si uerba semoueris. Ac. 45 a,
& de Fi. 73 a, Strato ab ea disciplina semouendus est. et
73 b, A philosophia semouendas putabo. & 129 a, Cæ-
terorum sententijs semotis.

Semper. omni tempore, totos dies, dies omnes ac noctes,
dies atq; noctes, dies noctesq;, noctes et dies, in omni ui-
ta, dum hominum genus erit, in perpetuum, nunquā nō,
ab æternitate, omne tēpus ætatis, hoc uigebit memoria
seculorum omnium. (. Ad quoddā tempus. Tusc. 159 a,
Quod semper mouetur, id æternum est. Officior. 7 a,
Commutatur officium, ut nō semper sit idem. de Or. 93
a, Semper ego à genere hoc toto sermonis refugi. de Cl.
194 a, Ego hoc tempore omni noctes & dies in omniū
doctrinarū meditatione uersabar. Postquā. 207 a, Qui
dies totos de uirtute disserunt. de Oratore, 123 a, Diem
noctemq; eandem incudem tundere. & 108 a, Noctes et
dies urgeri. At. 108 a, Dies noctesq;. ad Bru. 90 b, Nun-
quam cogitationem dimitto cuius sim filius. I. V. 61 a,
Qui in omni uita nihil aliud egi.

Sempiternus, a, um. æternus. de N. 6 a, Plato dixit mū-
dū fore sempiternū. & 36 b, Nihil immutat sempiter-
nis seculorū ætatib. I. C. 122 b, Ignis Vestæ perpetuus &
sempiternus. de Sō. 128 b, Stellarum cursus sempiterni.
de Or. 124 a, Nostra cōsilia in sempiternū tēpus spectā-
re debēt. de Am. 102 b, Veræ amicitiæ sempiternæ sunt.
Postq. 198 a, Sempiternam pœnam sustinere. Ep. 68 b,
Sempiterna gloria. At. 226 b, Illi non heroes, sed dij fu-
turi quidem in gloria sempiterna sunt.

Semuncia, æ. I. V. 213 a, Semuncia auri. l. As.

Semurius, rij. locus. l. Remurius.

Senariolus. Tusc. 241 a, Tenebam enim quosdam senario
los, quos in eius monumēto esse inscriptos acceperam.

Senarius. uersus. præsertim Iambicus, à sex pedib. dictus.
Or. 215 b, Senarios & hyponactos effugere uix possu-
mus. & ibi. a, Comicorum senarij propter similitudinē
sermonis sic sæpe sunt abiecti, ut nōnunquam uix in his
numerus & uersus intelligi possit.

Senator, oris. pater conscriptus, patres. pro Pl. 260 b, de

Orat. 83 b, Senatores, qui consilio & prudentia regere
remp. possint. et 103 a, Senator bonus, autor publici cō-
silij, rector reip. Postq. 210 a, Cū CCCCX senatores es-
setis. pro Cl. 50 b, Toga prætexta, et sella curulis senato
rū. I. A. 252 b, Is apertā curiam uidit post Cæsaris mor-
tem, mutauit calceos, pater cōscriptus repētè factus est.
de Se. 88 b, In agris erant tunc senatores: id est, senes. de
L. 192 a, Senatori tria iussa sunt: ut adsit, nam grauitatē
res habet, cum frequēs ordo est: ut loco dicat, id est, ro-
gatus: ut modo, ne sit infinitus.

Senatorius, a, um. pro Fl. 155 a, Lysanius adeptus est or-
dinem senatorium. Off. 33 b, Literæ forenses & senato-
riæ. Tusc. 148 a, Senatorijs muneribus liberatus.

Senatus, tus. ordo amplißimus, summus ordo, consilium
senatus, consilium publicum, amplißimum consiliū, sum
mum consilium, amplißimus magistratus apud Lacedæ-
monios. de Se. 81 a, pro Dom. 227 b, Senatus est summū
populi Rom. consilium. de Ar. 257 b, Senatus princeps
salutis mentisq; publicæ. pro Sest. 26 b, Senatus reipub.
custos, præses, propugnator. I. C. 107 a, Senatū in ædem
Iouis Statoris uocaui, rem omnē ad P. C. retuli. pro Syl.
179 b, Cum in Capitolium nos senatum conuocassemus.
Ac. 36 a, Cum Diogenes et Carneades ad senatum in Ca
pitolio starent. cont. Rul. 64 a, de Orat. 143 a, Senatus
frequens uocatu Drusi in curiam uenit. & ibid. Viden
dum sibi esse aliud consilium. Qu. Fr. 195 a, Ii quos S. P.
Q. R. tuæ fidei commisit. At. 85 b, Scaptius inclusum in
curia senatū Salamine obsederat, ut fame senatores qn-
que necarētur. Ep. 46 a, Scripsisse te frustra in senatū,
siue potius in cōuentum senatorum esse uenturum. Epi.
4 a, Senatus haberi ante Cal. Feb. per legem Puppiā nō
potest. & 3 b, Dimittere senatum. pro Fla. 155 a, Lysani
as peculatus damnatus, & bona, & senatorium nomen
amisit. de Se. 85 b, Eijcere aliquem è senatu. I. C. 99 a, In
hoc orbis terrarū sanctißimo grauißimoq; cōsilio. pro
Fl. 155 a, In senatum uenire. & ibid. In senatum peruenī-
re. de Se. 81 a, Consilium, ratio, sententia, quæ nisi essent
in senibus, non summum consiliū maiores uestri appel-
lassent senatum. Qu. Fr. 314 b, Tyrijs est senatus datus
frequens. I. A. 194 a, Antonius senatum: id est, orbis ter-
ræ consilium delere gestit. de L. 189 b, Senatus est domi
nus publici consilij. & 190 a, Potestas in populo, autori-
tas in senatu est.

Senatus, ti. teste Charisio libro primo. Cicero quoq; de
Diuinatione in Verrem, Quod in unaquaq; re benefi-
cio senati.

Senatusconsultum, ti. decretū senatus, lex senatus, au
toritas senatus scripta de aliqua re, principum decretū.
Qu. F. 312 a, S. C. factum est de ambitu in Afranij senten
tiam. de Ar. 245 a, Senatusconsultum, quod cōtra illum
pro religione factum est. Epi. 6 b, Senatusconsultum nul
lum extat, quo reductio regis tibi adēpta sit. Qu. F. 308
b, Ad Apollinis S. C. factū est ea quæ facta essent ad VII.
Iduum Feb. contra remp. esse facta. Ep. 151 b, Ita enim S.
C. est perscriptum, ut à me de scripto dicta sententia est.
Attic. 85 a, S. C. ut nēue Salaminijs, nēue qui eis dedisset,
fraude esset. At. 151 a, Cæsar uolet S. C. facere, uolet augu
rum decreta. I. P. 83 a, Cōsul edicit, ut senatus S. C. ne ob
temperet. I. Ant. 188 a, Antonius effugere festinans, sena
tusconsultum de supplicatione per discessionē fecit, cū
factum

factum esset ante nunquam. At. 134 a, Quæ uerò S. C.
uideo. I. P. 87 a, Iis uerbis ea de me senatus autoritas de
clarata est, ut nemini sit triumphus honorificētius, quā
mihi salus restitutioq; perscripta. Epi. 3 b, Autoritas se-
natus, cui cum Cato & Canimius intercessissent, tamen
est perscripta. I. A. 201 a, b, et 202 b, & 203 a, b, Formu-
la senatusconsulti de D. Bruto.

Senecta, æ. de Sen. 82 a, Ex Cæcil. Tum etiam in senecta
hoc reputo miserrimum, sentire ea ætate esse odiosum
se alteri.

Senectus, tis. propè acta iam ætas, decursaq;, ultimū tem
pus ætatis, maturitas ætatis, ingruescēs ætas, exacta æ-
tas, extrema ætas, exacta iā ætas, canicies, uetustas. Top.
223 b, Senectus est occasus uitæ. de Se. 77 b, Senectutem
ut adipiscantur omnes optāt, eandē accusant adeptam.
& 88 b, Senectus est natura loquacior. de Fi. 132 a, Ho-
mo cōfectus senectute. de Or. 107 b, Subsidium bellissi-
mum esse existimo senectuti otium. de Cl. 180 b, M. Fabi
us uixit ad summam senectutem. Ep. 14 a, Populus Athe
niensis propè iam desipiēs senectute. de Cla. 189 a, Tria
rij plena literatæ senectutis oratio. Or. 213 b, Habet aūt
ut in ætatibus autoritatem senectus, sic in exemplis anti
quitas. de Cl. 185 b, Cū oratio canesceret, haberetq; suā
quandā maturitatem & quasi senectutem. pro Do. 237
a, Peritiores uetustas facit. de Se. 81 a, Temeritas est, ui-
delicet florentis ætatis, prudentia senectutis. Att. 257 a,
Sed abesse hanc ætatem longè à sepulchro uolo. I. Ant.
219 b, Cum esset summa senectute, & perdita ualetudi-
ne. de Sen. 90 a, Apex senectutis est autoritas.

Senonense prælium. A Senonib. Gallis, à quibus Asdru
bal cum exercitu cæsus est. sic enim legendum est, non
Senense. de Cl. 171 a.

Senesco, scis. cōsenesco, senex fio. Tusc. 176 a, Atq; orato
rum quidem laus ita ducta ab humili uenit ad summū,
ut iam, quod natura fert, in omnib. fere rebus senescat,
breuiq; tempore ad nihilū uēturа uideatur. de Or. 109
a, Eandem alicuius iam propè senescētem ab obliuione
hominū uendicare. de Or. 85 a, Sensim & sine sensu se-
nescit ætas. de Di. 115 a, Arbores simul cū luna senescen
tes tempestiuè cædi. Ep. 107 b, Iam senescentis morbi re
missio. de Ora. 127 a, Quo mihi plus ætatis accedit, eo,
&c. id est, quo magis senesco.

Senex, nis. grandis natu, maior natu, ætate confectus, exa
cta ætate, cōfectus senio uel senectute, ætate procēdus,
planè grandis, admodum senex, ætate superior, qui aliū
ætate præcurrit. pro Cæ. 45 a, Tristis ac decrepitus se-
nex. pro Sest. 7 b, Imbecillus senex. item a, Et quia ualet
apud nos clarorum hominum senex de rep. meritorum
memoria etiam mortuorum. de Di. 100 a, de Se. 82 a, Se
nes, sic enim Lacedæmonij cōsilium publicū appellāt.
& 84 a, Senex stultus, credulus, obluiosus. I. A. 219 b,
Qu. Mutius senex & debilis ueniebat in curiam. de Se.
81 b, Nemo est tam senex, qui se annum nō putet posse
uiuere. & 83 b, Illud uetus laudatumq; prouerbiū, quod
monet, maturè fieri senem, si diu uelis esse senex. & 94
a, Vt de me aliquid more senum glorier. I. Cat. 105 a, Ex
ercitus collectus ex senibus desperatis.

Seni, senūm. I. V. Act. 4, Pueri annorum senūm septenūq;
denūm.

Senilis, le. pro Sest. 14 a, Senile corpus. de D. 119 a, Ali-

quis puerili specie, sed senili prudentia. de Se. 84 b, Se-
nilis stultitia, quæ deliratio appellari solet.

Senior, oris. de L. 171 a, Quæ uis non modò senior est
quā ætas populorum, sed æqualis dei.

Senium, nij. senectus. de Vn. 177 b, & 198, Vt unū opus
totum atq; perfectum absolueretur, quod omni morbo
senióue careret. pro Mi. 195 a, Tota ciuitas confecta se-
nio est.

Sensim. pedetentim, leniter. (. Repentè. Tusc. 202 a, Sen-
sim enim & pedetentim progrediens extenuatur do-
lor. Off. 38 a, Sēsim hæc cōsuetudo & disciplina minui
cœpit. pro Cæl. 42 b, Oratio sensim ac leniter accēdit
animos. I. A. 167 b, Ille sensim dicebat, quod causæ pro-
desset, tu cursim dicis aliena. Or. 199 a, Pòst sensim ince
dēs uidit, etc. exultauit audacius. de Or. 117 b, & 159 b,
Sensim obscurari & euanescere. I. V. 183 b, Non sensim
atq; moderatè ad istius amicitiā arrepserat. de Or. 107
a, Græci qui uocē cubantes sensim excitēt. de Fi. 134 b,
Progredientibus ætatibus sensim tarde ue potius, quasi
nosmetipsos cognoscimus. Off. 24 b, Sin minus, sensim
erit pedetentimq; mutatio facienda. & 34 b, Consuetu
do sensim eò deducta est, ut, &c.

Sensum. si sententia, sensus animi. I. Sensus. de Or. 57, Hoc
uno præstamus feris, quòd colloquimur inter nos, &
quòd exprimere dicendo sensa possumus. & 147 b, Sen
sa mentis & consilia uerbis explicare.

Sensus, sus. intima cogitatio. de N. 54 b, Sensus interpre
tes ac nuncij rerum, in capite tanquam in arce mirificè
ad usus necessarios & facti et collocati sunt. Tusc. 158 a,
Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quæ uide
mus. neq; enim est ullus sensus in corpore, sed uiæ quasi
quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares à sede animi
perforatæ. & ibi. Eæ partes, quæ quasi fenestræ sunt a-
nimi. de N. 15 a, Epicurus omnes sensus ueri nūcios dixit
esse. de L. 161 a, Natura homini sensus tanquā satellites
attribuit ac nuncios, & rerum plurimarū obscurarū &
necessarias intelligētias enodauit, quasi fundamēta quæ
dam scientiæ. contra Rul. 67 b, Ii quibus natura sensum
dedit. de Fi. 108 a, Neq; sensum fidem sine ratione, neq;
rationes sine sensib. exquiramus. Or. 197 b, Quod neq;
oculis, neq; aurib. neq; ullo sensu percipi potest. et 214
a, Aures uel animus aurium nuncio naturalem quandā
in se continet uocum omnium mansionē. de N. 22 a, Spe
ciem dei percipi cogitatione, nō sensu. et 55 a, Sensu au-
ditus etiam dormiētes egemus, à quo cum sonus est acce
ptus, etiā è somno excitamur. & ibid. b, Ad sensus capi
endos & perfruendos multæ artes repertæ sunt. de Fin.
92 b, Fieri aūt non posset, ut appeterēt aliquid, nisi sen-
sum haberēt sui. Tusc. 168 a, Habere sensum alicuius rei.
de Na. 65 b, Omne animal sensus habet, sentit enim cali
da & frigida, & dulcia & amara, nec potest ullo sensu
iucunda accipere & nō accipere contraria. & 66 b, Si
uoluptatis sensum capit, doloris etiam capit. pro Sest. 13
b, Animos hominum sensusq; morte non restingui. pro
Ra. 96 b, Mortui sensu & uita carent. & 80 b, Etsi nō
ero, sensu omni carebo. de Fi. 75 b, Oculorū sensus acer
rimus. I. A. 182 b, Stupor sensus. Tusc. 249 b, Etiamne si
sensu carebit oculorum? si auriumq; de Or. 142 b, Sensus
uidendi acerrimus. de Na. d. 34 a, Sidera animalia sensu
acerrimo esse. in Ver. 157 a, Sensum expone, quē oculis
animoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

animoq; accepit. de D. 130 b, Is habet sensum oculorum uera cernentiũ. Anteq. 193 b. Vti cũ spiritu sensum quo que adimãt iucũditatis. de Sõ. 129 a, Sensus audiẽdi hebes. et ibi. Sẽsu audiẽdi carẽs. de D. 95 a, Pars animi quæ sensum, quæ motũ, quæ appetitum habet. de Vn. 195 b, Omnia corporata sensus mouẽt, sensuq; mouẽtia quæ sunt, eadẽ in opinatione considunt. de Di. 131 b, Qui humanos sensus amiserit, diuinos assecutus sit. et ib. 110 a, Quæ sensib. percipiuntur, quæ sensu accipiuntur, quæ sentiũtur. et 97 b, Vt eum uis quædã abstraxisse à sensu mentis uideretur. de Or. 142 b, Ea animis effingũtur nostris, quæ sunt à sensu tradita atq; impressa. & 161 a, Ea sunt in cõmunib. infixa sensib. pro Cl. 21 a, Quod in cõmunib. hominũ sensib. & in ipsa natura positũ atq; infixũ est. de Or. 86 a, Quod lõgissimè sit ab imperitorũ intelligẽtia sensuq; disiũctũ. & ib. In dicẽdo uitiũ à uulgari genere orationis atq; à consuetudine communis sensus abhorrere. & 91 b, Sed hæc erat spinosa et exilis oratio, longeq; à nostris sensib. abhorrebat. & 94 a, Oratio ad uulgarẽ popularẽq; sensum accõmodata. & 114 b, Quæ uersãtur in cõsuetudine uitæ, in cõmuni hominũ sensu. pro D. 232 b, An ego poterã iustificari me esse hominẽ, et cõmunẽ naturæ sensũ repudiare? pro Ar. 191 b, Siue hæc à meo sensu post mortẽ obscura sunt, siue ad aliquã animi mei partẽ pertinebũt. pro Ar. 189 a, Si ipsi hæc neq; attingere, neq; sẽsu nostro gustare possemus. pro Fl. 166 b, Qui quoniam id ætatis est, sensum iã percipere potest ex mœrore patrio. pro Mur. 142 a, Fouere hominũ sensus, delinire animos, adhibere uoluptates. de Ora. 122 a, de Am. 108 a, Vultus sensum animi plerũq; indicat.)(. Fronte occultare sententiã. Part. 241 a, Penetrare ad sensum opinionemq; iudicis. Post. 212 a, Caius mei sensus testis est hic idem, qui, etc. I. V. 86 b, Ad speciem)(. Ad sensum & cogitationem. de Or. 161 a, Tacito quodam sensu iudicare aliquid. de Sen. 85 a, Sensim et sine sensu ætas senescit. At. 45 a, Sensus præsentis memoriæ.)(. Recordatio præteritæ felicitatis. de Or. 194 a, Dicẽdo sensus hominũ mentesq; pertractare. I. Verr. 239 b, Ne cũ sensu doloris aliquo spiritus auferatur. & 207 a, Sciebat istũ in his rebus aliquem sensum habere, q̃ in cæteris nihil simile hominis haberet. At. 55 b, Qui sit hoc tempore aut mẽtis meæ sensus, aut omnino uitæ status. & 152 b, Tanta eius humanitas, is sensus, etc. de Pro. 69 a, b, Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei à sententia dicẽda amouebo. pro Cor. 63 a, Gaditani ab omni studio sensuq; Pœnorũ mẽtes suas ad nostrum imperium nomẽq; finxerũt. de Arusp. 248 a, Nec deniq; hoc ipso huius gentis ac terræ domestico natiuoq; sensu Italos ipsos ac Latinos superauimus. & 256 b, Ad quẽ metũ si deorũ monitis nõ duceremur, tamẽ ipsi nostro sensu cõiecturaq; raperemur. Off. 56 a, Si unũquodq; mẽbrũ sensum hãc haberet, ut putaret, etc. pro Cæl. 50 a, Cũ iam cæteris ex partib. oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam reip. reseruauit. pro Sest. 7 b, Deniq; etiam sermonis ansas dabat, quib. reconditos eius sensus tenere possemus. pro Mar. 133 b, Nostri enim sensus ut in pace semper, sic in bello etiam congruebant. I. P. 82 b, Odium inclusum nefarijs sensib. impiorum. Epi. 12 b, Vnus ferè sensus fuit bonorum omnium. & 10 a, De quo ostendam paulo pòst qui sit sen-

sus meus. Ep. 9 a, Difficile est sensum in rep. præsertim rectum & confirmatum deponere. de Or. 125 a, Hoc maximam habet uim, si est suauiter & cum sensu tractatũ. & ib. Sensu quodam & ratione dicendi. et 125 b, In cõmouendis iudicib. ijs ipsis sensibus ad quos illos adducere uolo, permoueor. de Or. 164 a, Sententiæ sæpe acutæ non acutorum hominum sensus præteruolãt. de Cla. 181 b, Oratio popularis ad sensum uulgi moueri debet. Orat. 104 b, Vultus quo significant ingenuc, quo sensu quodq; pronunciẽt. & 215 a, Oratio ad animorũ sensus exprimẽdos reperta. Epi. 16 a, In hunc sensum allicior, & c. I. C. 120 b, Ego enim de meo sensu iudico. nã, & c. At. 288 b, Potuissem tibi aliquid de meo sensu perscribere. pro S. R. 40 a, Hæc ego pro me ipso & animi mei sensu ac dolore pronũcio. et 44 b, Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis ex animo amisimus. de Vn. 196 b, Quod in cernẽdi sẽsum caderet. I. A. 225 a, Quis est iste tuus sensus? quæ cogitatio? Brutos ut nõ probes, Antonios probes? & 213 a, Si quis est sensus in morte. et 236 b, Si me rectis sensib. euntem dij adiuuerint. et de Se. 92 a, Integra mente, cæterisq; sensibus. & ib. b, Iam sensus moriẽdi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat. de Or. 118 b, Tũ definitio & in sensum, & in mentem iudicis intrare non potest. At. 237 b, Ego perspexi omnem Hircij sensum. et 241 b, Valde mihi placebat sensus eius de rep. At. 278 a, Ne idipsum carere omni sensu doloris, sit miserius quàm dolore. de Am. 101 a, A natura mihi uidetur orta amicitia, applicatiõe animi cum quodam sensu amãdi. & ibi. Bestiæ ex se natos ita amant, & ab eis amantur, ut facilè earum appareat sensus. & ibi. b, Deinde cum similis sensus extitit amoris, si, & c. Para. 116 b, Vereor ne cui uestrũm ex Stoicorũ hominum disputationibus, nõ ex meo sensu deprompta hæc uideatur oratio. de L. 169 b, Quare inest nescio qd & latet in animo ac sensu meo, quod, & c. pro Mil. 109 b, Nihil tam flexibile, quàm uolũtas erga nos, sensus q̃ ciuium. et 215 a, Non sum tam uestri sensus ignarus atq; expers, ut nesciã quid de morte P. Clodij sentiatis. Qui. de Pe. 211 b, Cuius & frõs, & uultus, & sermo ad eorũ quos cõuenerit, sensum & uolũtatem commutandus est. Oct. 331 a, Si nõ unà cum corpore sensus omnis uno atq; eodem cõsumptus est igni. I. A. 294 a, Qui sensum ueræ gloriæ reperit. item, Omnes illius sensus cognitos habeo, nihil est illi rep. charius. de Am. 97 b, Moriendi sensum celeritas abstulit.

Sententia, tiæ. sensus, mens, consilium, uoluntas, significatio, res, suffragium, argumentum. de Op. 243 a, Sententiarum totidem genera sunt, quot diximus esse laudum: sunt enim docẽdi acutæ, delectãdi quasi argutæ, commouẽdi graues. de Op. 243 b, Est uitiosum in sententia, si quid absurdum aut alienum, aut non acutũ, aut subinsulsum sit. ad Her. 29 b, Sententia est oratio sumpta de uita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in uita, breuiter ostẽdit. de Ora. 95 b, Sententiæ philosophorũ. & 111 b, Acutæ crebræq; sententiæ. de Clar. 190 a, Concinnæ acutæq; sententiæ, & recõditæ exquisitæq; sententiæ. de Na. d. lib. 118 a, Itaq; in illis selectis eius breuitatibusq; sententijs, quas γνῶμας ἀποφατικὰς appellatis, hæc sententia est. de Finibus, libro secundo: Quis enim uestrũm nõ edidicit Epicuri γνῶμας ἀποφατικὰς: id est, maximè ratas. Tusc.

Tusc. 161 b, Sententiæ uberes. de Or. 111 b, Huius est in dando consilio de maximis reb. cũ dignitate explicata sententia. & 91 b, Non quo aperiret sententiã suam, hic enim est mos Academiæ, sed tamen hoc significabat, etc.

Rogare sententiã, dicere sententiam, ferre sententiã, etc. Q. F. 306 b, Postea Racilius de priuatis me primũ sententiam rogauit. Item: Dixit enim seueram, et grauem, rep. dignam sententiam, & c. Item, Si quis eorum qui pòst rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eã sciturum. Off. 65 a, M. Cato sententiã dixit. de Am. 106 b, De quibus tres uideo ferri sententias, quarum nullam probo. Item, Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. Of. 60 b, Cũ uerò iurato dicẽda sententia sit. de U. 109 b, In libris sententiam dicebamus, cõcionabamur. I. A. 203 b, Sententiã loco prætorio dicere. Ep. 156 b, Dicere sententiã de aliqua re. Postquam. 205 b, P. Lẽtulus nunquam dubitauit sententiam de salute mea et de rep. dignam dicere, cum à tribunis pleb. uetaretur, cum præclarũ caput recitaretur, ne quis ad uos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibret, ne scribendo adesset. Item, Ego eam sententiã dixi, cui sunt assensi ad unũ. de Ar. 246 b, Qui primi de hac domo sententiam dixistis. de Fi. 72 a, Ep. 3 a, Iudices sententiam pronunciãt. de Or. 105 a, Socrates dãnatus est nõ solum primis sententijs, sed etiam illis, quas, etc. pro Fla. 157 a, Dicere sententiam secundum aliquem. de Cl. 172 a, Cõsules re audita amplius de cõsilij sentẽtia pronũciant. pro Cor. 63 a, De quo fœdere populus Ro. sententiam nõ tulit. I. P. 100 b, Tum tu ipse de te sententiã tulisti, tu iudicium pronunciasti. In V. 207 b, Iudices cũ de te sententiam ferrent. I. V. 224 b, Sententiã de aliquo per tabellam ferre. pro Cl. 32 b, Palàm ferre sentẽtiam. ad Her. 9 b, Lata sententia.

Diuidere sententiam, ire in sententiam. Diuidere sententiã, est de singulis referre separatim, si sentẽtia duo pluraue capita, de quib. singulis seorsum consultãdum est, complectitur. Ire autem in sententiam, uel discedere, est alicuius assentiri sententiæ. Nam cum senatus duobus diseretur, aut singulorũ exquisitis sentẽtijs atq; suffragijs, aut per discessionem: id est, senatorib. in duas partes diuisis, in hoc altero genere, propositis duab. sententijs, qui in utramuis inclinabant, in alterã partem discedebant, ibantq; pedib. hinc pedarij senatores, quòd nõ uerbis sententiam dicerẽt, sed in alienam pedib. irent: hinc quoq; facere discessionem, dicta esse uidentur. Ep. 3 a, pro Mi. 104 a, Diuidere sententiam, ire in sententiã alicuius, facere discessionem. Item, Frequẽtes ierunt in alia omnia. Qu. F. 306 b, Ibatur in eam sententiam. Ep. 11 a, & At. 53 b, Factum est S. C. in meam sententiam. l. Pedarius.

Mutare sententiam, manere in sententia, et id genus alia. de Fin. 55 b, Hanc ego cum teneam sententiam, quid est, & c. pro Mu. 139 a, Mutare sententiam, & decedere de sententia. At. 135 a, Manere in sententia. & 20 b, Permanere in pristina sentẽtia. Ep. 15 b, Permanere in una sentẽtia. & 13 a, Constare in sentẽtia. pro Qu. R. 54 b, Perstare in sententia. Off. 23 a, Semper in proposito suscepto q; cõsilio permansit. Epist. 28 b, Decedere de sententia. de Fi. 128 a, Discedere de sentẽtia. & 62 a, Desistere sententia, & de sentẽtia. Tuscul. 181 a, & 177 b, Deijci

de sententia. de Di. 125 a, Deterreri de sententia. de Cl. 175 a, Deduci de sententia. Tusc. 188 a, Deducere aliquẽ de sententia. Epist. 18 b, Deducere aliquem in suam sententiam. & Attic. 257 a, Octauius uetera nos perduxit ad suam sententiam. ad He. 23 b, Pluribus uerbis ad eam te hortari non est sententia. de Fi. 52 a, Quot homines, tot sententiæ. pro Muren. 124 a, Vt nostræ mentes & sententiæ cum populi Roman. uoluntate suffragijsq; consentiant.

De sentẽtia alicuius aliquid facere, & c. Epi. 6 b, De sententia alicuius scribere aliquid. At. 40 a, Capere consilium de sententia alicuius. & 253 b, Coss. de consilij sententia decreuerunt, secundũ Buthrotios. & 253 a, Cum ei præscriptum esset, ne quid sine Sestij sentẽtia ageret. pro Cæl. 52 a, Facere aliquid de sentẽtia atq; autoritate alicuius. At. 104 b, Nihil faciam nisi de sentẽtia tua. & 253 a, Nihil faciam sine sententia tua. pro Syl. 177 a, C. Memmius, cuius de sentẽtia tota res gesta est. & 176 b, In hac rogatione non iudicum sententiam, sed legis uitium corrigebat.

In eam sententiã aliquid disputare, scribere, & c. Off. 26 a, Plura in eam sententiam ab eisdem cõtra uerecundiã disputantur. At. 146 a, Multa disputas huic sentẽtia cõuenientia. & 158 b, Curionis sermo eandem ferè sentẽtiam habuit. Ep. 19 a, Scribere plura in eandem sententiam. Attic. 37 a, In eam sentẽtiam multa dixit. Qu. Fr. 321 b, Sed etiam aliam in sentẽtiam de suburbio scribis. de Or. 209 a, Contimenter unum uerbum non in eadem sententia ponere pro Deio. 148 a, Deiotarus de Domitio dixit uersum Græcum eadem sentẽtia, qua etiã nos habemus latinũ, & c. I. V. 232 a, Incipit loqui Diodorus, cuius oratio hanc habet sententiã, senatum, & c. ad Herẽ. 18 b, Et quæ similes sententiæ habebãt. At. 193 a, Omnia scripta, quæ sunt in eam sententiam. Ep. 146 a, Cõmemoratio tua paternæ necessitudinis, cæterarũq; rerum, quæ ad eam sentẽtiam pertinebant, magnam mihi lætitiam attulerunt. & 98 a, Multa dici possunt in hãc sententiã, sed non necesse est. I. C. 113, Recitatæ sunt tabellæ in eadem ferè sententia. Tus. 199 b, Quæ sequuntur in eadem sententia sunt. Of. 54 b, Quod à Stoicis dicitur conuenienter naturæ uiuere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum uirtute cõgruere. de Di. 113 b, Hoc idem significat Græcus ille in hãc sententiã uersus. pro Cor. 58 b, Sed totum hoc iudices in ea fuit positum sem per ratione atq; sententia, ut, & c.

Ex sententia, uel ex animi sententia. Epi. 21 b, Quoniã sanè feliciter, & ex mea sententia remp. gessimus. At. 49 a, Omnia sunt ex sententia. & 62 a, Itinere ex sentẽtia confecto. & 278 a, Omnia ex sentẽtia succedunt. Epist. 7 a, Ex sententia gerere aliquã rem. & 153 b, Ex sententia conficere negociũ. Off. 73 b, Quòd ex animi tui sententia iuraueris, & c. de Ora. 95 a, Nonnunquam summis oratoribus non ex sententia dicendi euentũ procedere. At. 80 b, Te ex sentẽtia nauigasse gaudeo. de Ora. 133 b, Ex animi sui sententiæ uoto habere.

Sententia uarijs modis usurpata. de Ora. 89 b, Verborũ sonitus inanis nulla subiecta nec sententia, nec scientia. Ora. 13 b, & 135 b, Vt nescias, utrũ res oratione, an uerba sententijs illustrẽtur. Orat. 213 b, Colligere sententiam uerbis. de In. 77 a, Vti uerbo uno pluribus uel in ea sententia,

sententia,in qua is,qui dicit accipiendū esse demōstrabit.ad Her.421 a,Cum acerbum potest in duas plurésue sentētias accipi.de In.55 b, Scripto legis amisso,scripto ris sententia consideranda est. pro Pl.267 b,Sed factum tuum à sententia legis discrepat. & ibi.Fugisti sententiā legis,æquitatem omnem reiecisti.& Part.239 b,Significatio scripti:id est, sententia.de Fa.146 a,Licet enim immutare,ut fati nomen non adiungas, & eandem tamen sententiā teneas.de D.81 a,Qui totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam. de D. 139 b, Cōferre causas,& quid in quāq; sententiā dici posit ex promere.& ib.Stoici acutissimè sentētias suas prudentissimeq; defendunt.de Ora.122 a,Nihil aliud affirmare possum,nisi sententiam atq; opinionem meam.de N.26 a, Habere stabilem & firmam sententiam de aliqua re. & de Fin.80 a,Certa sententia & stabilis.Ep.49 b,In hac sum sententia,ut,&c. de Or.117 b,Demetrius omniū istorū mea sententia politissimus. At.131 b,Nō repe rio scribendi ullam sententiā.At.17 b,& 131 b,Argumētum & sententia epistolæ.de Orat. 87 b,Sapientissimis sententijs,grauibusq; uerbis ornata oratio & perpolita.de Or.99 a, Quoniā sentētiæ atq; opinionis meæ uoluistis esse participes, nihil occultabo.Ep.4 a,Frangere sententiā alicuius de aliqua re.At.154 a,Sed aliquando sententiam terminemus.I.A. 250 b,Eas literas dū recito,dumq; de singulis sentētijs breuiter disputo, quæso attēdite.de Am.108 b,Aperte uel odisse magis ingenuū est,quàm fronte occultare sententiam. Qu.F.309 b,Sextius omnibus sententijs absolutus est. Qu.F. 312 b,S.C. factum est de ambitu in Afranij sententiam.Offic. 9 a, Pyrrhi quidem de captiuis reddendis præclara sentētia est.ibi.Regalis sanè & digna Aeacidarū genere sententia.Off.75 b,Si honestatem tueri sentētia est.de Am.96 a,Cuius disputationis sentētias memoriæ mādaui. de L. 164 b,Sentētiæ iudicū. de Le.168 a,Cuius præcepti tāta uis,tāta sententia est,ut non homini cuipiā,sed Delphico deo tribuatur. de Leg.171 b, In ipso nomine legis interpretando inest uis ac sentētia iusti et iuris colendi.de L.191 a, Ego in ista sum sentētia,qua te fuisse semper scio,&c. de L.191 b,Quæ lex hanc sententiam contimet,ut omnes leges tollat,quæ postea latæ sunt.

Sententiola,læ.I.A. 187 b.

Sententiosè,grauiter,scitè.Or.220 b,Sentētiosè dicere. & 135 a,Sæpe etiam sententiosè ridicula dicuntur.et de In.61 b,Oratio grauiter & sententiosè habita. ad Her. 40 b,Sententiosè loqui.

Sententiosus,a,um.scitus.de Cl.195 b,Sententiosum et argutum genus dicendi.

Sentiens,tis.de D. 115 b, Ad hostiam diligendam ducem esse uim quandam sententiam atq; diuinam.

Sentina,tinæ.fundum nauis,siue ima interior pars. nam ut carina est ima pars exterior, et quasi uēter, sic sentina interior aluus, et quasi uēter est:quæ quia mali odoris esse solet, quòd in eā sordes omnes confluant,idcirco pro pestiferis hominibus capitur, ut exempla subiecta declarant. de Se. 8 b, Cum alij per foros cursent,alij sentinā exhauriāt.Ep.134 b, I. C.99 b, Sin exieris,exhaurietur ex urbe comitū tuorū magna & perniciosa sentina reip.I.S.274 b,Nisi fortè in ea te castra reiecisti,quò omnis sentina reip.cōfluxerat.I.C.105 b,O' fortunatam rem,si quidem hanc sentinam huius urbis eiecerit. At.18 a, Exhaurire sentinam urbis. cont. Rul. 80 a,Hoc enim uerbo usus est, quasi de aliqua sentina loqueretur: id est,uerbo exhauriendi.

Sentio,tis.sensu accipio, sensibus percipio,sensum alicuius rei capio,sensum ex mœrore patrio percipio,odore quodam suspicionis aliquid sentio, sensu gusto,sensum alicuius rei habeo,gustum alicuius rei habeo, conscientia teneo,intelligo,attendo,audio,exaudio.)(. Sēsu doloris careo,sensum uoluptatis adimo.I. A.182 a, Quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatē cibi non sentiunt.de N.54 b,Gustatus,qui sentire eorum, quib. uescimur,genera debet,in ore est.Ep. 72 a,Nulla uideri miseria debet,quæ nō sentiatur.pro Sest.13 b,Animos hominum post mortem sentire & uigere. Orat. 216 a, Aristoteles ait,pæne uti omnes,sed ipsos nō sentire.Off.3 b,Quæ aspectu sentiūtur.Or. 213 a, Meæ aures & curta sentiūt, nec amāt redundantia.de N.37 a, Hæc ipsa qui nō sentit uim deorū habere,nihil omnino sensurus uidetur. de Fi.61 b,Sētire uera de ijs immortalibus.de D.120 a, Quæ sentiūtur,quæ sensibus percipiuntur,quæ sensu accipiuntur. pro Pla.266 a, Hic quod cum cæteris animo sentiebat, id magis quàm cæteri uultu promptum habuit & lingua.pro Do.214 b,De quibus habeo ipse quid sentiam,non habeo autem quid tibi assentiar.Item:Nec cum ijs sentio,qui,&c.pro S.R.42 a,Fateor insaniisse,qui cū illis senserim,tametsi inermis sensi.de In.43 a,Sentire cū aliquo.)(. Dissentire ab eo. pro Qu.R.25 a,Hoc cum sentit Saturius esse apertum, repugnare cōtra ueritatē non audet.pro Syl.183 a,Omnes de communi salute apertissimè senserūt. In C.111 a, Qui omnia de repub.præclara atq; egregia sentiūt.& de Am.112 a,De amicitia omnes ad unum idem sentiūt. I.C. 121 b, In hac causa omnes sentiunt unum atq; idem. Tusc.149 a,Fieri enim potest ut rectè quis sentiat,& id quod sentit,politè eloqui non possit.de Ora. 185 a,Nō ut dictum est,intelligitur,sed ut sensum est. At.105 a,Dices, quid tu igitur sensurus es?non idem quod dicturus. Item: Sentiam enim omnia faciunda,ne armis decernatur.de Am.115 b, Ego illum ne minima quidem re offendi,quod quidem senserim. At. 223 b,Nescio cur nō animo quoq; sentiāt. At.274 a,Nam de cæteris rebus quid senserim,quidq; censuerim, audisse te arbitror.

Seorsum,separatim.ad He.17 b,Seorsum hoc ab illo tractandum est.Ep.119 b,Seorsum à collega puto mihi omnia paranda.

Separabilis,le.quod separari potest.Tusc.ul. 152 b,Nec animum à corpore separabilem esse.

Separatim.seorsum,sigillatim,præter cæteros.de N.59 a,Dij separatim ab uniuersis singulos diligūt.Ep.27 b, Nihil accidit ei separatim à reliquis ciuibus. & 208 a, pro D.240 b, Separatim semel,iterum cū uniuersis.de Or.115 a,de Cla.Ora.182 a,Etsi hoc nunquā separatim facere didicisset.I.A. 158 a,Hoc seiungi potest.separatimq; perscribi.pro Cl.31 a,Tamē de illo separatim cognoscite.de Le.163 a,Separatim, articulatim,distinctè. Ep.209 a,& de In.47 b,Cōmuniter.)(.Separatim.At. 102 a,Ipsum Pompeium separatim ad concordiam hortabor. de Or. 85 b, Qui non aliqua in re una separatim elaborarint,sed omnia quæcunq;,&c. cōprehenderint.

Separatius.aduerb.distinctius.de Inue.81 b, Separatius aliquid adiungere.

Separatus,a,um.remotus,distinctus.Tuscul.quæst. 116 a,Virtus ipsa per se sua sponte,separata etiam utilitate, laudabilis.de N.7 b, Aperta simplexq; mens nulla re adiuncta.ad Her. 22 b, Nam utraq; altera separata minus erit firma. At.252 a,Ista uerò quæ tu connecti uis,aliud quoddam separatum uolumen expectant.de In.55 a,Separatum ab aliquo,& separatum extra aliquod.

Separo,as.seiungo,distinguo,secerno,seuoco, distraho, diuello,distermino,diseluso.)(.Coniungo.cont. Rul. 83 b, Cùm illa duo maria pertenui discrimine separentur. Epi.67 b, Qui omnes à perpetuis suis historijs ea quæ dixi bella separauerunt. Of.19 b,Quod cogitatione magis à uirtute potest,quàm re separari.

Sepelio,lis.humo,in sepulchro condo,corpus terræ reddo,humo iniecta contego,sepultura afficio,ad sepulturam do,in sepulchrum infero,tumulo mādo, mortuum in aliquem locum infero.de Leg.181 b,Mortuum in urbe ne sepelito,ne'ue urito.& ibi.Non qui uritur,sepelitur,sed qui humatur. Tusc.171 a, Surge & sepeli natum. Ep.56 a, Vt in quo uellemus gymnasio eū sepeliremus, nobis permiserunt.I.P.81 b, Hæc sunt ô carnifex in gremio sepulta cōsulatus tui.pro Fl.164 a,Qui uos in complexu coniugū uestrarū trucidatos incendio patriæ sepelire conatus est.pro Pom.9 b,Bellum aduentu Pompeij sublatum atq; sepultum est.de Or.141 a,Simonides dicitur,&c.demonstrator uniuscuiusq; sepeliēdi fuisse.

Sepes,pis.septum.de Nat.51 b, Loca syluestribus sepibus densa.

Sepia,piæ.piscis.de Nat. 51 b, Atramenti effusione sepiæ se tutantur.

Sepimentum,ti uallum.de Leg.168 b, Atq; hæc omnia quasi sepimento aliquo uallabit differendi scientia.

Sepio,pis.munio,uallo.de N. 54 b, Natura oculos membranis tenuissimis uestiuit ac sepsit.et 55 a, Oculi excelsis undiq; partibus sepiuntur.I.A.250 a, Antonius Mutinam operibus munitionibusq; sepsit.Ep.245 b, Oppidum sex castellis castrisq; maximis sepsi.pro Mil.101 b, Quanquā præsidijs salutaribus & necessarijs septi sumus.Ep.266 a,Philosophiæ præsidijs septus sum. I. A. 196 a,Omnes aditus septi sunt.pro Sest.22 b,Tum domi cilia cōiuncta,quas urbes dicimus,mœnibus sepserūt.de Or.122 a,Vbi eum locum omnem cogitatione sepseris.et 96 b, Inuenta uestire atq; ornare oratione,pòst memoria sepire.de Diu.83 b, Aetheris æterni septa atq; inclusa cauernis.At.50 b, Nulla lex est quæ nō ipsa se sepiat. de Or.88 a,Genus hominū prudentium consilijs impulsum,se oppidis mœnibusq; sepsisse. Attic.148 a,Populi Romani exercitus Cn.Pompeium circumsidet,fossa & uallo septum tenet.I.A. 157 b, Forum sepietur, omnes claudentur aditus.& 244 a,Cum septus sis legibus,& iudiciorum metu,non sunt omnia timenda.

Sepis,pis.I.V.141 b,Ante ipsum sepim.

Seplasia,siæ.forum Capuæ, ubi unguentarij negociabantur.I.P.84 a, At fuit incessus saltem Seplasia dignus & Capua.cont.Rull.85 a,In Albana & Seplasia.

Sepono,nis.segrego,reseruo. At.184 b,Scio uenire nunc nihil posse,sed seponi et occultari possunt.Or.210 a,Vt ij qui docerēt,nullū sibi ad eam rem tempus ipsi sepone rent.de Or.155 a,Vt alius aliam sibi partem,in qua elaboret,seponeret.& 98,Si ea,ut dicis,sepositæ essent. et 86 b, Græci sepositerunt à cæteris dictionib. eam partem dicendi,quæ,&c.id est,separarunt.

Sepositus,a,um.seiūctus,remotus.de Di.131 b, Quāobrem Syllam quidem sepositam & conditam habeamus. I.V.204 b,Quod celari oportebat, habebāt sepositum ac reconditū. Qu.de Pet.205 a, Eius facultatis adiumenta quæ scio esse sepositā,ut parata & prōpta sint,cura.

Septem.de Som.129 a, Qui numerus omnium ferè rerū modus est.de Am.96 b,& 107 b, Nam qui septem appellantur,eos qui ista subtilius quærunt,in numero sapientum non habent.de Fin. 65 b,Bias,qui sapiens habitus est,unus è septem.de L.175 a,Thales qui sapientissimus inter septem fuit.

Septemaquæ.locus. At.62.

September,bris.I.Dies.I.Mensis.

Septendecim.contra Rul.69 b.

Septemuir,uel Septemuiri. At.lib.15.249 b,Dic mihi C. Antonius uoluit'ne fieri Septemuir?fuit certè dignus.I. A.208 a,Septemuirum acta sustulimus.et 198 b,200, Septemuiros,Septemuiris.

Septemuiralis,le. Att.243 b,& 232 a,Lentonis Cesennij septemuiralis autoritas.

Septemuiratus,tus.I.A.179 a.

Septenarius.uersus genus,à septem pedibus,ut senarius à sex.Tusc.171 a, Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.

Septendecim.I.Ver.261 a, Nos in septendecim Siciliæ populis non eramus.

Septentrio,nis.stellæ septem. At.143 a,De septentrione planè ita est.Attic. 138 b, Ex ea die fuere septentriones uenti,naues quibus usus nō est,incendisse dicitur:id est, Etesiæ.de Nat.35 b,Sol cursum suum inflectit tum ad septentriones,tum ad meridiem. Tusc.162 b,Ad stellas septem.Ac.17 a,Sed ad Helicen & clarissimos septentriones.de Nat.47 a,Stellæ,quas nostri septem soliti uociture triones.et 48 a,Minorem septentrionem Cepheus subsequitur.

Septenus,a,um.I.Binus.

Septies millies sestertiūm.I.A.178 b,& 196 a.

Septimùm consul.id est,septies cōsul. de Nat.76 a, Cur enim Marius tam feliciter septimum consul domi suæ senex est mortuus?

Septimus,a,um.Tusc.207 a,Aeschines in Demosthenem inuehitur, quòd is septimo die post filiæ mortē hostias immolasset.

Septimusdecimus.pro Cl.33 a.

Septingenti.Or.207 b, Septingentorum annorum memoria.pro Qu.14 a,Septingenta millia passuum.

Septingentesimus,a,um.Att.lib.6, Post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimoquinto.

Septuagesimus,a,um.de D.90 a.

Septuaginta.in V.174 b.

Septum.pti.munitio,sepimentum.Attic.66 b,In campo Martio septa marmorea sumus facturi, eaq; cingemus excelsa porticu.pro Sest.20 b,Hunc adoriuntur alij gladijs,alij fragmentis septorū & fustibus.pro Mil.107 a, Cū ille ui in septa irruisset.in A.196 a, Nisi septis reuulsis introiri in forum non potest.ibidem 247 a, Quibus

enim septis tam immanes belluas continebimus?

Septus, a, um. stipatus, munitus. I. V. 243 b, Tutus, clausus septus, munitus contra aliquem. de Ar. 247 a, Domus tot senatusconsultis munita atq; septa. pro Sest. 23 a, Qui stipatus semper sicarijs, septus armatis, munitus municipibus fuit. I. C. 123 b, Quòd si, &c. firmissimo me muro septum arbitrabor. de Ar. 249 b, Populus Rom. septus & inclusus. item, Ara, quam septam uidemus. I. V. 249 b, Locus septus undiq;. de Orat. 100 a, Regio quæ nullis terminis septa teneatur. de Fin. 59 b, Septum undiq; uepribus sepulchrum. Och. 331 a, Gladiatores, quibus ille septus omnia misceret. Off. 41 a, Nullis præsidijs septi multis afficientur iniurijs.

Sepulchrum, chri. tumulus, bustum, monumentum. I. A. 223 b, Maiores nostri statuas multis decreuerunt, sepulchra paucis: sed statuæ intereunt uetustate, sepulchrorũ autem sanctitas in ipso solo est. & ibid. Sepulchra fiunt sanctiora uetustate. I. A. 224 a, Vtiq; locũ sepulchro consul pedes triginta quinq; uersus designet, quo Seruius Sulpicius inferatur, quod sepulchrum ipsius, liberorum posterorũq; eius sit. pro Ar. 190 a, Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse cõstitutus è marmore. pro S. R. 22 b, Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulchrum patrium relictum est. & 43 a, Nec sibi quicquã paternum ne monumenti quidẽ causa reseruauit. Tusc. 253 a, Ceremoniæ sepulchrorum. & 154 b, Quid sepulchrorum monumẽta, quid elogia significant? Sepulchrũ portus corporis: ex Ennio, Tusc. q. li. 1. Sepulchrum quo tempore incipiat, et religione teneatur, 2 de Leg. Sepulchrum Archimedis ab Syracusanis ignoratum, à Quæstore indagatum, Tusc. q. lib. 5. Sepulchrum eorum qui conditi sunt, antè non est, quàm iusta facta, & corpus incensum est, 2 de Leg. Sepulchrum septum undiq;, & uestitum uepribus & dumetis, Tusc. quæst. li. 5. Sepulchri uestibulum, bustum'ue, quod lex usucapi uetat, tuetur ius sepulchrorum, 3 de Leg. 182 a. Sepulchrum altius uetat extrui Plato, quàm quod quinq; diebus absoluerint, nec è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudẽ mortui incisam quatuor heroicis uersibus, quos longos appellat Ennius, 2 de Leg. Longè à sepulchro hanc ætatẽ abesse negant oportere, 16 ad At. In sepulchro C. Figuli, quos ad sumptus progressa res ista sit, uides, 3 de Leg. In sepulchro, quod procul ad fontis aras, eodem ritu regẽ nostrum Numam cõditum accepimus, 2 de Leg. 181 a. Sepulchro uetat Plato ullam partẽ sumi ex agro culto, eoq; qui coli posßit, sed quæ natura agri tantummodo efficere posßit, ut mortuorũ corpora sine detrimento uiuorũ accipiat, ea potißimùm ut complectatur. Quæ aũt terra fruges ferre, & ut mater cibos suppeditare posßit, eam ne quis nobis minuat, ne'ue uiuis, ne'ue mortuis, 2 de Le. Sed cùm multa in eo loco sepulchra fuissent, ubi dedicata est ædes Honoris extra portam Collinã, exarata sunt. statuit enim collegium, locũ publicum non potuisse priuata religione obligari, 2 de Leg. Ob sepulchrorũ, quas in Ceramico uidemus, amplitudines, lege sancitũ est, ne quis sepulchrum faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo: neque id opere tectorio exornari, nec Hermas quos uocãt, licebat imponi, 2 de Leg. Sepulchrorũ magnificentiam esse minuendam, ibidem. Sepulchrorum tanta est religio, ut extra sacra & gentem inferri sus negẽt esse, idq; apud maiores nostros Torquatus in gente Popilia iudicauit, 2 de Legib. Sepulchra habere communia, Of. 1. Nec sepulchra legens uereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipsis legendis redeo in memoriam mortuorum, de Sen. 81 a. id est, inscriptiones sepulchrorum, quas hodie paßim epitaphia uocãt. De sepulchris duæ leges: quarum altera priuatis ædificijs, altera ipsis sepulchris cauet, 2 de Leg. De sepulchris habemus autoritatem Platonis, à quo funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinq; usq; ad minam, ibidem. De sepulchris nihil est apud Solonẽ amplius, quàm ne quis ea deleat, ne'ue alienum inferat: pœnaq; est, si quis bustum, aut monumentum, aut columnam uiolarit, deiecerit, fregerit, ibid. 183 a. Sepulchris nouis modum finiuit Demetrius: nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columnellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, & labellum, & huic procurationi certum magistratum præfecerat, ibid.

Sepultura, ræ. humatio, bustum. I. V. 263 a, Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas fuisse. itẽ: Cum ijdem bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant. de Diu. 92 a, Simonides ignotum quendam mortuum uidit, eumq; humauit. et ibidem, Ab eo quem sepultura affecerat. Ep. 56 a, Ab Atheniẽsibus locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui. de Le. 181 a, Antiquißimum sepulturæ genus, quo apud Xenophontem Cyrus utitur: redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. I. An. 163 b, Ad sepulturam corpus uitrici sui negat à me datũ. et 264 b, Iiq; nec inhumati sunt, nec dispersis bustis humili sepultura cremati. de Sen. 92 b, Cuius interitum ne crudelißimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est. I. A. 153 b, Qui illam insepultam sepulturam effecerant.

Sepultus. humatus, situs, conditus, constitutus, quem hmmus iniecta cõtegit. de Le. 181 a, b, I. C. 120 b, Cerno animo sepultam patriam, miseros atq; insepultos aceruos ciuium. pro Ar. 190 a, Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus ex marmore.

Sepyra, oppidum in Amano monte. Ep. 245.

Sequani, pop. At. 17.

Sequester, stris, stre. ad quem pecunia corrumpendi iudicij, aut tribuum deponebatur, ut suffragia obtinerẽtur. Iurisconsulti sequestrem esse dicũt, apud quẽ plures rem de qua controuersia est, deponunt: sed Cicero in hac significatione non usurpauit, quod sciam. pro Cluen. 32 b, Res parum certa uidebatur, sequester & confirmator pecuniæ desideratur. & 22 b, Quo sequestre in illo iudice corrumpendo est usus. in Ver. 73 a, Qui aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse. & 130 b, Sequester istius interpres, confector negociorum. pro Plan. 268 b, Doce id quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. pro Cæl. 40 b, Sodales ac sequestres alicuius. pro Planc. 267 a, Cuius tu tribus uenditorem, & corruptorem, & sequestrem Plancium fuisse clamitas. pro Clu. 35 b, Sed quid opus est ad eam rem iudice sequestre?

Sequor, ris. comitor, excipio, cõsequor, insequor, comes sum, exequor, prosequor, consilium, ratio. Orat. 201 b, Oratio

Oratio ita flexibilis, ut sequatur quocũq; torqueas. I. C. 120 a, Cæsar hanc reip. uiã, quæ popularis habetur, secutus est. de Ar. 252 b, Pœna quæ sequeretur illud scelus. de In. 44 b, Nam eum eadẽ omnia incommoda sequentur. de D. 112 a, Qui hæc prædicunt, quam rationem sequantur, uides. & ibid. Qui hæreditatem uenturam dicunt, quid sequuntur. de Or. 127 b, Trademus etiã quæ nos sequi in dicendo, quæq; maximè spectare solemus. At. 127 b, Neq; si ego quid tu sis secutus, non perspicio, idcirco minus existimo, te nihil nisi summa ratione fecisse. Ep. 47 b, Qui autoritatem & consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occiderũt. Par. 122 a, Sequi & colere leges. Off. 22 a, Sequimur igitur in hac quæstione potißimùm Stoicos. Ep. 14 a, Idem ille Plato, quem ego autorẽ uehementer sequor. pro Cec. 196 a, Perge porrò hoc idẽ interdictum sequi, homines, &c. Or. 212 b, Qua tempestate Paris Helenam, & quæ sequuntur. de Leg. 169 b, Ego uerò cum liceret plures dies abesse, & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. Off. 45 b, Panætius, quem in his libris secutus sum, non interpretatus.

Sequi, pro spectare. de Off. lib. 1, Nollem Corinthum excisam, sed credo illos secutos opportunitatem loci.

Sequitur, relimquitur, fit, conficitur, colligitur, quæ apta sunt ad concludendũ uerba. Par. 116 b, Sequitur igitur, ut etiam uitia sint paria. de N. 41 a, Quo constituto sequitur, &c. Tusc. 232 b, Assentior alterum alteri consequens esse, ut quem admodum si quod honestum sit, id solum sit bonũ, sequatur uitam beatam uirtute effici, &c. de Fi. 69 b, Non enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. de Di. 130 b, Significant ergo, ne id quidẽ sequitur. de Fat. 142 a, Vt enim & ingenioſi et tardi ita nascantur antecedentibus causis, etc. non sequitur tamẽ, ut etiam sedere eos, et ambulare principalibus causis definitum sit. et 144 b, Sequitur enim ut si alia ab alia nũquam depellatur, ne contingat quidem alia aliã. & 145 b, Nec si omne enunciatum uerum aut falsum est, sequitur illicò esse causas immutabiles & æternas. & 146 a, Si hoc uerum nõ est, sequitur ut falsum sit. de Fat. 148 b, Qui si non sint, &c. non sequitur, ut ne appetitus quidem, &c. at hoc sequeretur, si, &c.

Serapis. dea. de D. 134 a.

Serenans, tis. de D. 84 a, Luce serenanti. Poetæ.

Serenitas, tis. serenum tempus, serena tempestas, cœlum serenum. (. Perturbatio cœli. de Diu. 128 a, Hæc igitur cũ sint, tum serenitas, tum perturbatio cœli est, ne, &c. I. V. 240 b, Nullus unquam dies Syracusis tam magna et turbulenta tempestate fuit, quin aliquo tempore solem eius dici homines uiderint.

Serenus, a, um. serenans. de Di. 125 b, Cum tonuit læuum bene tempestate serena. ex Ennio. ad Her. 39 a, Falsi amici sereno uitæ tempore præstò sunt. Epist. 259 b, Austro leniſsimo, cœlo sereno. Tusc. 197 a, Tranquilla & serena fronte.

Series, ei. cõtextus uel continuatio quædam rerum. de D. 106 b, Fatum est ordo seriesq; causarum. et de Fat. 144 a, Qui introducũt causarum seriem sempiternam. Item: Mirabilis quædam continuatio seriesq; rerum. de Nat. 4 a, Est enim admirabilis quædam continuatio seriesq; rerũ, ut alia ex alia, & omnes inter se aptæ colligatæq; uideantur. Ac. 6 b, Cætera series deinde sequitur maiora

nectens, ut hæc, Si homo est, animal est, &c. de Or. 114 b, Sine ulla serie disputationum. de Le. 166 b, Videtis'ne quanta series rerum sententiarumq; sit, atq; ut ex alio alia nectantur? Part. 242 b, Tanta series artis est, & sic inter se sunt pleraq; connexa & apta, ut, &c.

Seriphos. insula. de N. 18.

Seriphius, a, um. de Sen. 78 b.

Serius, a, um. grauis, uerus.) (. Iocosus. Off. 27 a, Si de serijs rebus loquatur, seueritatem adhibeat: si de iocosis, lepõrem. Off. 21 a, & 27 a, Cum grauibus serijsq; rebus satisfecerimus. l. Iocosus. ad Her. 20 b, Sermo serius, & iocus liberalis. de Fin. 82 b, Qui cùm ioca, seria, ut dicitur, qui cùm arcana, qui cùm occulta omnia.

Sermo, onis. locutio, mentio, oratio. Of. 22 b, Sermone eo debemus uti, qui notus est nobis, ne ut quidã græca uerba inculcantes, iurẽ optimo rideamur. ad Her. 20 b, Sermo diuiditur in partes quatuor: dignitatem, demonstrationem, narrationem, iocationem. de Or. 136 a, Cum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audiẽtibus esset de te institutus. & 141 b, Habetis sermonem bene longum. de Ar. 251 b, De Alexandrinis uideo esse sermonem. In Vat. 29 a, Nullus mihi omnino cum illo sermo, nulla unquam de re fuit. de Somn. 120 a, Quid autem interest ab ijs qui postea nascẽtur, sermonem fore de te, cum ab ijs nullus fuerit, qui antè nati sunt? & pro Pla. 149 a, Sermo est tota Asia disßipatus, Pompeium, &c. de Or. 93 a, Crassus princeps eius sermonis ordiendi fuit. Att. 116 a, Multus est sermo, te iudicium iam de causa publica fecisse. Ep. 10 a, Hac me mente fuisse, tu in nostris sermonibus collocationibusq; ipse sæpe uidisti. Ep. 194 a, Cũ mihi in sermone iniecisset, se uelle Asiam uisere. & 130 a, Feci sermonẽ habitum in Cumano inter nos. & Att. 100 b, Sermo quẽ habuit de triumpho. & de Sen. 83 a, Cyrus in sermone, quem moriẽs habuit, &c. de Or. 109 a, Habere sermonem inter se de aliquibus. de Sen. 77 b, Omnem autẽ sermonem tribuimus Catoni seni. de Am. 96 a, Vt tanquã à præsentibus coràm haberi sermo uideretur. & 95 b, Is exposuit nobis sermonem de amicitia habitum ab illo secum & cum altero genero Scæuola. & ibi. Incidere in sermonem alicuius. & ibid. Incidere in mentionẽ alicuius. de In. 80 a, In sermone quotidiano. de Or. 93 a, Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem delaberer. & Att. 212 a, Date in sermonẽ. Qu. Frat 298 a, Primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis. Off. 26 b, Sermo in circulis, disputationibus, congreßionibus familiarium uersatur. Off. Curandum est, ut eos quibuscum sermonem cõferimus, & uereri & diligere uideamur. Off. 40 b, Habere quibuscum familiares posßis conferre sermones. I. V. 256 b, Habere malos sermones de aliquo. de Inuen. 63 b, Conferre sermonem cum aliquo. Att. 103 b, Sed hæc coràm, nam ista multi sermonis sunt. de Inuen. 120 a, Res in ore atq; in sermone omnium cœpit esse. & Att. 13 a, In sermonibus: id est, in communi sermone. et Epist. 2 a, Nam cùm in sermone quotidiano, tum, &c. & Ac. 39 b, Sermo uulgaris. Ep. 120 b, Sed nuncij uarios sermones excitarũt. Ep. 15 b, Perferre sermonem alicuius ad aliquem. Epistol. 42 b, Maleuolis sermonibus de aliquo credere. de Ora. 94 a, Fortuitò in aliquem sermonem incidere. Epist. 136 a, Incidunt in sermone uario multa. Ep. 127 a,

Dabimus sermonem ijs, qui, etc. I.V.202 b, In sermonem hominum, atq; in magnam uituperationem uenirem. de Fin. 4.9 a, Tractare aliquid græco sermone. de Na. 19 b, Scito sermone & Attico loqui. & 20 b, Sermo & oratio. At. 103 a, Elegantia sermonis Terentiani.

Sermocinatio. figura. ad He. 37 a, & 40 a, Sermocinatio est, cum alicui personæ sermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis.

Sermocinor, aris. sermonem habeo, loquor. de Inu. 68 b, In consuetudine scribendi aut sermocinandi eo uerbo uti solent homines. I.V. 104 a, Ait se cum isto diligenter sermocinaturum.

Sermunculus, li. l. Sedo. & pro Deio. 150 a, Non'ne intelligis Cæsar, ex urbanis maleuolorum sermunculis esse collecta.

Serò. tardè. At. 165 a, I.V. 269 b, Producam Cossanos, qui te nunc serò doceant, iudices non serò. et At. 104 b, Serò resistimus ei quem aluimus contra nos. de Cl. 168 a, Elo quentia serò prodijt in lucem. Ep. 21 a, Longè abfum, audio serò. et 45 b, Serò enim ueneram. & 105 b, Domum serò ueneram. pro Qu. 7 b, De controuersijs uult dijudicari serò: uerùm, &c. Qu. Fr. 301 a. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo. serò est enim. de Am. 97 b, Factus est Coss. I I. primùm ante tempus, iterũ sibi suo tempore, reipublicæ penè serò. At. 115 a, Eo die alter consul uenit serò. ad Her. 12 b, Serò acto negocio uenisti. Epist. 102 b, Serò sapiunt. ſ. Phryges. prouerbium est, à Phrygum tarditate natum.

Serius. tardius. de Or. 49 b, Ad mysteria biduo serius ueneram. I. C. 98 a, Hoc serius à me factum est, &c. de In. 51 a, Serius.)(. Ocyus.

Sero, ris. seui, satum. sementem facio, semen spargo. semino. I.V. 173 a, In iugere agri Leontini medimnũ ferè tritici seritur. & infrà: Vt tantum decumæ sit, quantum seueris. de Nat. 52 a b, Ager mollitus & oblimatus ad serendum. Antequàm. 192 b, Serere beneficium, ut metere possis fructum. Tus. 154 b, Serere arbores, quæ alteri seculo prosunt. & de Ora. 134 b, Da mihi ex ista arbore, quos seram surculos. de Clar. 166 a, Seremus igitur aliquid tanquam in occulto & derelicto solo. de L. 160 b, Materia serendi generis humani. de Se. 18 b, Serere, percipere, & concedere fructus. & ibi. Serere arbores. de Fat. 145 b, Nisi ex æternitate causa causam serens hoc erit effectura. Tus. 177 b, Philosophia præparat animos ad satus accipiendos, eáq; mandat his, & ut ita dicam, serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant. de Vn. 303 a, Alios in reliquas mundi partes spargens quasi serebat. At. 135 a, Tertullæ nollem abortum, tam enim sunt Cassij iam quàm Bruti serendi. de Sen. 89 b, Multæ etiam istarum arborũ meâ manu sunt satæ. de Le. 156 a, Hæc quæreus fata est ingenio. et 160 b, Genus humanum sparsum in terras atq; satum.

Serpens, tis. de N. 50 b, Quædam serpentes ortæ extra aquam, simulatq; niti possunt, aquam persequuntur. & de Ar. 256 b, Iam ista serpẽs, quæ tum hìc delitescit, tum se emergit, illisa morietur. Tus. 235 b, Serpentes quasdam. quasdam esse gradientes: id est, bestias. de D. 90 b, Bellua uasta, circumplicata serpentibus. In Vat. 28 b, Repentè te tanquã serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti.

Serperaster; stri. à serpẽte, ut oleaster, sardaster, et id genus alia. At. 103 a, De serperastris cohortis meæ nihil est quod doleas: ipsi enim se collegerunt admiratione mitæ integritatis meæ. Serperastris dixit, pro hominib. uilissimis & pernicioſiß. quasi serpentum proles sint. Sunt quib. placet, Cerberastris, quasi famelicis hominibus, et ad pecuniam tanquam Cerberus ad offam latrantibus. Alioqui superastra curriculi. i. parui currus sunt puerorum, teste Varrone.

Serpo, pis. irrepo, progredior. de Nat. 50 a, Alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. ad Her. 39 b, Iste tanquã iubatus draco serpit. In Ara. Quæ uolat, & geminis serpens secat aera pennis. de Fi. 135 b, Serpere anguiculos. de Se. 88 a, Vitis serpens multiplici lapsu & erratico. I. A. 153 b, Cum serperet in urbe infimitum malum, idq; manaret indies latius. pro R. P. 125 a, Serpet hoc malum mihi credite longius, quàm putatis. Ant. 195 a, Ne calamitas remorata longius serpat atq; progrediatur, præcauete. & de Or. 151 b, & I.V. 65 b, Serpit malum consuetudine peccandi. I.C. 119 a, Latius epi nione disseminatum est hoc malum, manauit per totam Italiam, obscurè serpens multas prouincias occupauit. de Ora. 127 b, Ecce autem serpere occultè cœpisti, nihil dum suspicantibus alijs. I.V. 65 b, Si hæc consuetudo serpere ac prodire cœpit. & pro Mur. 134 b, Serpit hic rumor. At. 7 b, Sed uereor, ne hoc quod infectum est, serpat longius. et 230 b, Sustulisse mihi uidetur simul satio nem desiderij, quæ serpebat in dies. de Am. 104 a, Serpit enim deinde res, quæ procliuis ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. & 112 a, Serpit enim nescio quomodo per omnium uitas amicitia.

Serra, ræ. instrumẽtum dentatum, quo ligna et tabulæ uel tenuissimæ secantur. Tus. 250 b, Ne stridorem quidem serræ audiunt, tum cum acuitur.

Serrula, læ. pro Cl. 55 b, Serrula aduncа ex omni parte dentium, & tortuosa.

Sertorius, rij. de Clar. Or. 180.

Sertorianus. I. A. 232 b, Sertorianum bellum est.

Sertum, ti. corona. Tus. 199 b, Incendes odores? & sertis redimiri iubebis & rosa? I. C. 106 b, Sertis redimiti, unguentis oblìti.

Seruator, oris. conseruator.)(. Perditor pro D. 233 a, Cicero seruator urbis. & pro Pl. 281 a, Seruator mei capitis. I. Soter.

Seruiens, tis. At. 286 b, A' seruientibus abero. & I. A. 228 b, Vita nulla est seruienti. At. 284 b, Preces seruientis ad uersus regem.

Seruilis, le. famularis. Antequàm. 197 a, Respublica metu est debilitata seruili. & pro Syl. 177 b, Munus seruile. et I.P. 79 b, Color seruilis. & 99 b, Vestis seruilis. & de Or. 138 b, Seruilis percunctatio.

Seruiliter. abiectè, timidè. Tus. 187 a, Ne quid seruiliter muliebriter'ue faciamus.

Seruilius. lacus Romæ fuit. pro S.R. 33 a.

Seruio, uis. deseruio, seruitutem seruio, seruitutẽ patior, præstò sum, cõsulo, operam alicui do. lenocinor. de Or. 100 a, Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seq; liberasset. & I.A. 209 a, Populum Romanum seruire fas non est. At. 112 a, Cato ipse iam seruire quàm pugnare mauult. pro R. P. 126 a, Alteri parère & seruire. Top.

Top. 223 a, Quorum nemo seruitutẽ seruiuit. de Am. 111 a, Cupiditatib. quibus cæteri seruiũt, imperare. I. C. 106 a, Qui aliorum amori flagitioſiſſimè seruiebat. de Pro. 69 a, Sed ego in hac sententia dicẽda non parebo dolori meo, nec iracundiæ seruiã. pro Cæl. 54 b, Vt in alterius dolore uel pietati uel indulgentiæ uestræ seruiatis. pro Sest. 5, Sed agam moderatè, & huic tempori potius seruiam, quàm dolori meo. Tusc. 155 b, Optimus quisq; maximè posteritati seruit. & pro Plan. 261 a, Honores si magni non putas, noli seruire populo. pro Mar. 135 b, Serui etiam ijs iudicibus, qui, etc. Qu. Fr. 294 b, Alicuius commodis utilitatiq; seruire. & 295 a, Consulere populorum commodis, & eorum utilitati salutiq; seruire. pro S.R. 25 a, Rei familiari maximè seruire, &c. de In. 79 a, Seruire rebus suis & commodis. pro Plan. 279 a, Reipublicæ seruiui semper, nunquam mihi. de Cl. 187 a, Multorũ obedire tempori, multorumq; honori uel periculo seruire. & pro Sest. 7 b, Seruire dignitati. Postquam. 202 a, Virtuti & gloriæ seruire. & Tusc. 229 b, Seruire pecuniæ. de Or. 138 b, Seruiendum est breuitati uel uetustati. Or. 214 a, Seruire numeris. et b, Compositio, quæ tota seruit grauitati uocũ. & 219 b, Attici maximè numero seruiẽtes. At. 278 a, Ac mihi iũ Brute officio solùm erat & naturæ, tibi nunc populo et scenæ, ut dicitur. seruiendũ est. Ep. 263 b, Sed indulge ualetudini tuæ, cui quidè adhuc tu, dum mihi deseruis, seruisti non satis. I. A. 62 a, Alienus tibi seruiet, tibi lenocinabitur. At. 221 a, & 75 b, Ac magis mihi isti seruiunt, 'si obseruare seruire est. & In C. 102 a, Spero meos omnes seruire laudi meæ. de Or. 138 a, Aliquẽ uenustati uel maximè seruire. & 124 a, Seruiamus uecligalib. At. 120 b, & 159 b, Seruire tẽpori cũ necesse sit. & Ep. 158 b, Seruire corpori. & 144 b, Seruire tempori. Qu. Fr. 299 a, Te rogo, ut ualetudini tuæ diligentissimè seruias. I. A. 219 b, Magnũ est. personã in rep. tueri principis, quæ non animis solũ debet, sed oculis seruire ciuiũ. Of. 75 b, Cum traderetur Atreus, personæ seruiendũ fuit. Ep. 72 b, Et cõstantiæ seruiendũ. de Fi. 130 b, Huius ætati & huic nunc hoc primùm fortasse audiẽti seruire debemus. At. 69 b, Dionysius mihi operam dat egregiam. L. Misellus.

Seruire. cũ ad rustica prædia uel urbana refertur, aliqua re grauari & obligari. contra Rul. 89 a, Prædia omnia quæ seruiebant, non seruient. de Or. 99 b, & Off. 65 a, Aedes Sergio seruiebant, sed hoc in mancipio Marius non dixerat.

Seruitium, tij. seruus. de Ar. 249 b, & I.V. 237 b, & I.C. 118 b, Omne seruitium in alteram scenam immissum: id est, omnes serui. pro Fl. 164 b, Seruitia fileant. pro Cæl. 54 a, Incitare ad cædem seruitia. de L. 189 a, Seruitia incitata. At. 286 b, Neq; desistam abstrahere à seruitio ciuitatem nostram, id est, à seruis, uel à seruitute.

Seruitus, tis. seruitiũ, famulatus.)(. Libertas. Antequàm. 192 b, Omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis. & ibid. Qui à uestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Par. 122 b, Seruitus est ficut obedientia fracti animi, &c. & 123 b, Durissima seruitus. Par. 123 b, Omnis animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, seruitus est. et pro Deio. 149 b, In dominatu seruitus sit, in seruitute dominatus. I. A. 220 a, Diutius seruitutẽ perpessi sumus, quàm captiui frugi & diligentes solent. Oct. 331 b, Populus Rom. pro turpi stupro datus in seruitutem. I.P. 97 b, Qui socios nostros in seruitutẽ adduxerunt. & de Pro. 71 a, Tradere aliquem in seruitutem alicui. & ibi. Iudæi et Syri nationes natæ seruituti. pro Do. 239, Ciuitas seruitute oppressa. In P. 82 b, Emori potius, quàm seruire præstat. pro Mar. 138 b, Seruire seruitutem. At. 281 b, Repellere seruitutem à suis ciuibus. pro Cl. 21 b, & 221 a, Esse apud aliquem in seruitute, uel in ergastulo. Qu. Fr. 318 b, Aquæ iure constituto, & seruitute illi fundo imposita. Att. 285 b, Nisi fortè non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis. Off. 16 b, Mors seruituti turpitudiniq; anteponenda est. I. A. 181 a, Seruitus est postremum malorum omnium. I.A. 209 a, Aliæ nationes seruitutem pati possunt, populi Romani est propria libertas.

Seruo, as. cõseruo, asseruo, adseruo, obseruo, tueor, custodio, teneo, non discedo, sto, maneo, colo. Epi. 141 a, Ego seruo & seruabo Platonis uerecundiam. At. 145 a, Volumen epistolarum tuarum sub signo habeo, seruoq; diligentissimè. pro S.R. 33 b, Nihil mali est, canes ibi quàm plurimos esse, ubi permulti obseruãdi & multa seruanda sunt. pro Rab. 92 b, Ius libertatis defendendo seruari oportere. pro Clu. 24 b, At id quod conceperat, seruaret, ut saluum parere posset. de Am. 101 a, Seruare amicitiam summa fide. & Off. 19 b, Seruare decorum. pro Pl. 262 a, Sed seruare necesse est gradũ. Of. 7 b, Officia etiã aduersus inimicos seruanda. pro Cl. 37 b, Iudiciũ in quo nõ modus habitus, non consuetudo seruata. & 36 a, Seruare consuetudinem. de Or. 129 a, Parcebat enim aduersarij dignitati, in quo ipse seruabat suã. I.C. 116 b, Ciues integros incolumesq; seruari. I. A. 213 a, Seruare pacem cũ aliquo. Off. 13 b, Seruare æquitatem. & Ep. 28 a, Seruare leges. Epist. 153 b, & 13 a, Si omnia mihi integra & ipse & fortuna seruauerit. Tusc. 163 b, Seruare se integrum & castum. At. 263 a, Decreta Coss. quæ de Cæsaris actis interposita sunt, nõ seruãtur. pro Ar. 189 b, Vrbem ex omni impetu hostiũ ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atq; seruatam. pro Fl. 160 b, Iudæi uicti, elocati, & seruati. pro Pl. 261 b, Ad ea tẽpora reuocaui, ad quæ tute ipse seruaris. At. 77 a, Paucis dieb. habebam certos homines, quibus darẽ literas, itaq; eò me seruaui. de D. 101 b, Seruo & obseruo, idem. & Of. 11 a, Tenere, seruare, & obseruare, idem.

Seruare de cœlo, augurale uerbum est. et auspicia de cœlo obseruantis, significat enim augurem aliquid obseruasse uidisseq; in cœlo, hoc est in aere, quo seruato cum populo non licet agere: ut si fulserit, si tonuerit, si tactũ aliquid erit de cœlo. quæ Cicero de Diu. docet. pro Do. 221 a, Te interrogant augures, respondérunt, cũ de cœlo seruatum sit, cum populo agi nõ posse. & ibidem sæpe. Item in A. 176 a, At. 31 b, & 56 b.

Serus, a, um. tardus. Ep. 21 a, Sera gratulatio reprehendi non solet. I. A. 194 b, Vt magis exoptatæ Cæsari, quàm seræ esse uideantur. & de D. 122 a, Tarda & sera nimis.

Seruulus, li. pro Qu. 4 b, pro Ce. 296 a, b. l. Prehendo.

Seruula, læ. famula. Att. 7.

Seruus, a, um. seruitium, famulus, puer, mancipium, seruiens, qui non est sui iuris, qui libertatẽ perdidit, arbitrio suo carens.)(. Liber. pro Cor. 59 b, Serui, quorum uis & fortunæ conditio infima est. & ibid. Seruos de rep.

bene meritos perſæpe libertate, id eſt, ciuitate publicè donari uidimus. I. V. 149 b, Hũc ſerui ancillæq; amant. At. 122 a, Pollucem ſeruũ à pedibus meum Romam miſi. I. A. 226 b, Neq; tam ſerui illi dominorum, quàm tu libi dimum. & 87 b, Seruus cupiditatum. & Ep. 12 b, Seditionum ſeruus & miniſter. Ep. 13 b, Coſſ. ſeditionum ſerui ac miniſtri. pro Clu. 48 b, Legum idcirco omnes ſerui ſumus, ut liberi eſſe poßimus. At. 195 b, Serui, mancipia, pueri. pro Cæl. 54 a, Supplex miſericordiæ alicuius. Item: Supplex potentiæ alicuius. cont. Rul. 88 b, Prædia libera meliore conditione ſunt, quàm ſerua. Q. fr. 293 a, Seruus egregiè fidelis. pro S. R. 42 b, Ego ſeruum habeo nullum. Off. 23 a, Vlyſſes contumelias ſeruorum ancillarumq; pertulit. Par. 122 b, Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos ſicut mancipia, quæ ſunt dominorum ficta nexu, aut, &c.

Seſamenus, na. à Seſamo oppido. At. 82 a.

Seſelis. de N. 51 a, Ceruæ paulò ante partum perpurgandæ quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur. aliter, ſeſeli.

Seſqui, ἡμιόλιος. ſeſquiplex. Or. 215 a, b, Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut neceſſe ſit, partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tãto, aut ſeſqui eſſe maiorem, ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, ſeſquipæan.

Seſqui alter, a, ũ. ἡμιόλιος, ſeſquiplex. de Vn. 199 a, Deinde detraxit tertiam, quæ ſecundæ ſeſquialteræ. & ibi. Seſquialteris interuallis, & ſeſquitertijs & ſeſquioctauis ſumptis, ex his, &c.

Seſquimodius, dij. modius cum dimidio. I. V. 196 b.

Seſquioctauꝰ, a, ũ. ἐπόγδοος. de Vn. 199 a. l. Seſqtertiꝰ.

Seſquiplex. ſeſquialter. Orat. 216 a, Modus aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par.

Seſquitertius, a, um. ἐπίτριτος. de Vn. 190 a, Ex his colligationibus in primis interuallis ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat. De hiſce proportionib. uide Perionij de optimo genere interpretandi utiliſſimos pariter & eruditiſſimos commentarios.

Seſsio, onis. ſitus genus unum. de N. 20 a, Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeßio. de Fin. 132 b, Quamobrem etiam ſeßiones quædam contra naturam ſunt. Off. 62 a, Status, inceſſus, ſeßio, accubatio.

Seſsio. pro ſede, aut quouis loco, ubi quis ſedere poteſt. de Or. 110 b, Porticus, palæſtra, & tot locis ſeßiones. de Fin. 114, Cuius etiam illa ſeßio fuit, quam uidemus.

Seſsio. pro conſeſſu. l. Pomeridianus.

Seſsito, as. inſideo. de Cla. 169 b, Quam deam in Periclis labris ſeßitauiſſe ferunt.

Seſſus. ſeßio, uel ordo ſedentiũ. Ep. 164 a, Herenniũ Gallum in quartumdecimum ſeſſum deduxit. Pollionis.

Seſtertium, tij. & Seſtertius, tij. cuius hæc eſt nota, H S. I. V. 118 b, Numerantur illa H S ducenta quinquaginta Syracuſis. & At. 179 b, Minutius X II. ſola curauit: id eſt, H S. et Ep. 217 a, Ea pars eſt ad XXX ſeſtertia. Ep. 226 a, Nicẽſes ei grandẽ pecuniã debẽt ad ſeſtertiũ octogies. I. A. 241 b, Antonius ſeſtertiũm ſepties millies pecuniæ publicæ auertit. I. P. 98 a, Seſtertiũ centies et octogies ex ærario tibi attribuit, Romæ in quæſtu reliquiſti. pro Fl. 152 a, Nos hic in mare ſuperũ & inferum ſeſtertiũm ter & quadragieſies rogabamus. Ep. 76 a, H S centum millia. & ibi. b, H S centum. bis. & ibi. Omnem pecuniam apud publicanos depoſui, id fuit H S XXII. Ep. 76 b, Si mihi expenſa iſta H S centum tuliſſes. Of. 64 a, Dixit ſe pluris æſtimare, addidit centum millia. & I. V. 75 b, Seſtertiũ millies. I. V. 59 b, Pro frumẽto in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegit. pro Clu. 55 b, Ipſe armarij fundum execuit, et ſeſtertiorum & auri quingẽ pondo abſtulit. pro R. P. 130 a, Bona alicuius nummo ſeſtertio cuipiam addici. Or. 211 b, Seſtertium nummium, non nummorum. Off. 70 b, Cum teſtamento ſeſtertium millies relinquatur. & Par. 125 b, Capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta ſeſtertia, ego centena ex meis.

Seſtertius dictus eſt, quaſi ſeſquitertius: ualet enim duobus aßibus æris & ſemiſſe. Idem autem erat quod numus: etiamſi utrunq; nonnunquam coniungatur. Seſtertium autem genere neutro, mille ſeſtertios ſignificat, hoc eſt, argenti aſſes duos (quas libras alij uocant) & ſemiſſem. Additur etiam ſæpenumero uerbũ mille, aut aduerbium alicuius numeri, hac formula: Mille ſeſtertiũm, uel millies ſeſtertiũm. & tunc ſeſtertiũm pluralis genitiuus eſt, pro ſeſtertiorum. Vbi uerò aduerbium adiunctũ ſeſtertio eſt, intelligendum eſt centũ: ut decies ſeſtertia, id eſt, decies centena. Colligamus igitur iſta, ut facilius cognoſci & retineri poſſint.

Mille ſeſtertiũm
Mille ſeſtertiũm numũm } idẽ ſunt: id eſt, XXV. aurei nummi, ſiue coronati.
Mille numũm
Mille ſeſtertij

Seta, æ. de Or. 164 a, Natura equo & leoni ſetas, caudam, & aures ad motus animorũ declarãdos dedit. Tuſ. 24 a, Gladiũ è lacunari ſeta equina appẽſum demitti iußit.

Setinus ager. cont. Rul. 79 a.

Seu. ſiue. pro Qu. 14 b, O' fortunatũ hominẽ, qui huiuſce modi nuncios, ſeu potius pegaſos habet. & 5 b, & pro Cec. 298 a, Seu rectè ſeu perperam facere cœperunt.

Seuerè. auſterè, Stoicè. pro Qu. R. 52 a, Seuerißimè exacta ætas. & Off. 17 a, & pro Mur. 134 a, Seuerè dicere. & 136 b, & I. V. 66 a, Lites ſeuerè æſtimare.

Seueritas, tis. grauitas, triſtitia, duritas.)(Comitas, humanitas. Ep. 199 b, Vt ſumma ſeueritas ſumma cũ humanitate iungatur. pro Mur. 140 a, Si illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati ſeueritatiq; aſperſeris. de Or. 130 b, Riſus triſtitiam ac ſeueritatẽ mitigat & relaxat. & 113 a, Iudex tum ad ſeueritatẽ, tum ad remiſſionẽ animi eſt contorquẽdus. pro Syl. 185 a, Sic uos ſeueritatem iudiciorum, quæ per hoſce menſes in homines audaciſſimos facta eſt, miſericordia mitigate. Qu. F. 294 a, Seueritatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigare. de Ar. 250 a, Priſca illa ſeueritas ſacrificij. I. P. 81 a, Seueritas cenſoria magiſtra pudoris et modeſtiæ. de Cl. 195 a, Laxare iudicũ animos, atq; à ſeueritate pauliſper ad hilaritatem riſumq; traducere. Or. 201 b, Duritas & ſeueritas, et quaſi mœſtitia oratoris. et 214 a, Oratores cum ſeueritate audiri, poetas aũt cum uoluptate. Quinc. Fr. 293 a, Summa in iure dicendo ſeueritas. & I. C. 121 a, Seueritas animaduerſionis. Acad. 35 a, Ipſa ſeueritas & grauis & rectaratio mihi obſeruatur. de Fin. 53 b, Adhibere ſeueritatẽ in aliquo. de Cl. 173 a, b, Homo ipſa triſtitia & ſeueritate popularis. Att. 11 a, Xenocrates & Metellus Numidicus, ſeueritate clari. At. 12 a, Seueritas conſulatus mei. & ibid. Senatum ad priſtinam ſeueritatem reuocaui. de Cl. 177 b, Craſſus in ſumma comitate habebat etiã ſeueritatis ſatis. Off. 18, Et tamen ita probanda eſt manſuetudo atq; clemẽtia, ut adhibeatur reip. causa ſeueritas. de Se. 91 a, Seueritatem in ſenectute probo, & eam, ſicut alia, modicam: acerbitatem nullo modo.

Seuerus, a, um. grauis, triſtis, auſterus, acerbus, uehemẽs, aſper, durus, ac penè agreſtis.) (. Diſſolutus, indulgens. Off. 75 a, Qui nuper indulgens in patrẽ, idè acerbus & ſeuerus in filiũ. pro C'. 29 a, Iudex ſeuerus in ſicinoroſos. Tuſ. 218 a, Imperia ſeueriora nulla eſſe putãt ſine aliqua acerbitate iracundiæ. de Cla. 175 a, Tubero uita ſeuerus, & cõgruẽs cũ Stoica diſciplina. de Or. 153 b, Seuerus & triſtis iudex. & 129 b, Omniũ grauißimũ et ſeueriſſimũ eſſe. I. V. 231 a, Poſtea iudicia ſeuera Romæ fieri deſierũt. de Cl. 195 b, Sententiæ nõ tã graues & ſeueræ, quã cõcinnæ et uenuſtæ. pro Põ. 11 b, Nõ põteſt eſſe ſeuerus in iudicãdo, q; alios in ſe ſeueros eſſe iudices nõ uult. I. A. 187 a, Nũ putatis ipſum recentẽ eſſe aliquã re triſti & ſeuerã? de Cl. 174 b, Triſte & ſeuerũ genus dicendi.

Seuoco, as. ſeparo, abduco, aufero. de N. 63 a, Difficile eſt mentem ab oculis ſeuocare. Tuſ. 165 b, Qui ſe à corporibus ſeuocaſſent. & 164 a, Seuocare animum ab omni negocio. & de D. 93 b, Cum eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate corporis. Or. 203 a, & 202 b, Ab his hæc eloquentia ſeuocanda eſt. pro Qu. 2 b, Næuius de communi quicquid poterat, ad ſe in priuatã domũ ſeuocabat.

Sexagena millia. I. V. 247 a.

Sexageſimus. At. 74 b, Sexageſimo & quinto poſt pugnam Boullam. l. Septingeteſimus.

Sexagies. In A. 169 a, Sexagies ſeſtertiũm. pro S. R. 19 a, Bona quæ ſunt ſexagies. l. Centies.

Sex & quinquaginta. pro S. R. 21 b, Sex & quinquaginta millia paſſuum.

Sexaginta. de Leg. 182 b, Att. 222 a, Sexaginta duobus.

Sexennium, nij. I. A. 195 b, de D. 101 a, At. 85.

Sexcenteni. I. V. 248 a, Sexcentenos nummos cõſtituere. aliter Sexcenos.

Sexcenti, tæ, ta. I. V. 132 b, Cn. Sextium mille modiũm, ſexcentos præterea alios, &c. At. 94 a, Belli periculum, mitium improbitas, ſexcẽta præterea alia. de D. 115 a, Sexcenta licet eiuſmodi proferre. At. 33 b, Et ſexcenta ſunt. & 32 b, Ad annos ſexcentos. Attic. 100 a, Venio ad epiſtolas tuas, quas ego ſexcentas uno tempore accepi.

Sexcenties. At. lib. 4, Contempſimus ſexcenties H S.

Sexceni. I. V. Act. 7, Sexcenos numos conſtituere.

Sexprimi. ut Quinqueprimi, & Decemprimi. de N. 74 b, Id quoq; L. Alienus fecit, cum chirographum ſexprimorum imitatus eſt.

Sextans, tis. ſextula: id eſt, duæ unciæ. Ep. 217 a.

Sextarius, rij. menſuræ nomen, continetq; minas duas ſeu cyathos duodecim. Off. 44 b, Si emere aquæ ſextarium uina cogerentur.

Sexdecim. pro Cluent. 36 a.

Sextilis, lis. Auguſtus menſis. l. Quintilis. Ep. 160 a, Si in ſextilem comitia.

Sextula, læ. ſextans. pro Cec. 288 a. l. As. Item aſpergo.

Sextũm conſul. ut Septimùm conſul. I. A. 83.

Sexus, us. de In. 50 a, Hominum genus in ſexu conſideratur, uirile an muliebre ſit.

Si. cum, ut, etiam ſi. pro Cecin. 294 b, Neq; uerò quicquam opus ſit uerbis, cũ ea res, cuius cauſa uerba quæſita ſunt, intelligatur. & ibi. Sermo herculè familiaris non cohæ rebit, ſi uerba inter nos aucupabimur. Ep. 6 a, Si uolo is eſſe, quem tu me eſſe uoluiſti. I. V. 106 b, Hac conditione ſi quis, &c. de Or. 91 a, Sed is, ſi quis eſſet, aut ſi etiã unquam fuiſſet: aut uerò ſi eſſe poßit, tu eſſes unus profectò, qui, &c. Att. 122 a, Moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. pro Sy. 182 b, Cõcedius, ut nobis libertatem retinere liceat, ſi minus dignitatem. & ibi. Graue ſi appetimus aliquid, ſi eum cæteri de nobis ſilent, nos ipſi non taceamus. pro Cl. 18 b, Deinde ſi quam opinionem mentibus ueſtris comprehendiſtis, ſi eam ratio cõnellet, ne repugnetis. et 20 b, Non timuiſſe ſe minus uim deorũ, ac noctem illã, &c. & 21 a, Atq; ea ſi obliuione nõ poſſet, tamen taciturnitate ſua tecta eſſe pateretur. pro Q. 14 a, Et meherculè ſi nihil diceret, tacito ipſo officio me moueret. de Or. 111 b, Ergo id qui toto in genere fecerit, is ſi non planè artem, at quaſi artem quandam effecerit. & 144 a, Alicui ſi nequaquam parem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam referre. Or. 206 a, Alicuius rei ſi nõ profectio, at conatus tamẽ, &c. de Orat. 114 b, Si minus ut, & c. at certè, &c. I. V. 207 a, Hic uenit in iudicij, ſi nihil aliud, ſaltem ut, etc. Att. 110 a, Vt nihil aliud, hoc tamen perfecit, etc. At. 4 a, Id te ſcire uolui, ſi quid fortè ea res ad te pertineret. Qu. F. 300 b, Nihil reprehendo niſi iracundiã tuam, & ſi fortè rarò literarum miſſarum indiligentiã. At. 209 a, Nitor orationis noſter, ſi modò eſt aliquis in nobis. Att. 261 b, Is malè intellexit, ſi quiſquam malè intelligit. Ora. 295 b, Is magnus orator eſt, ſi non maximus. de Orat. 135 a, Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor: cõtra Rul. 75 b, Et mihi quæſo ignoſcite, ſi appello talẽ uirum ſæpius. de D. 123 b, Dicito ſi paſcuntur aues. & ibi. Dicito ſi ſilentium eſſe uidebitur. Antequam. 193 a, Non queunt, ſi maximè cupiant. et pro Q. 6 a, Si maximè uelim. de Fin. 49 a, Qui ſi hoc maximè placeat, tamen uolunt, &c. de N. 13 a, Roges me quid ſentiam, nihil reſpondeam: id eſt, ſi roges. I. A. 134 b, Aſſenſero: id eſt, ſi aſſenſero. & ib. Negauero: id eſt, ſi negauero. Ep. 106 a, Etenim ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat, pictura delectat. At. 10 b, Si unquã tibi uiſus ſum fortis, certè me tũc admiratus eſſes. Atti. 54 a, Si unquam fuimus, &c. aut ſi unquam, &c. tum profectò. At. 9 a, Si unquam mihi epiſtolæ cheremata ſuppeditarunt, illo tempore. Ep. 90 a, Si quis eſt, &c. is ego ſum. Ep. 146 a, Si quiſquam fuit unquam, &c. ego profectò is ſum. pro Seſt. 3 a, Si quis antea miratur, quid eſſet quod, &c. ex hoc tempore miretur potius, &c. de Cl. 265 b, Si fuit tempus ullum, cum, &c. tũ profectò fuit. pro Mil. 103 a, Si tempus eſt ullum iure hominis occidendi, quæ multa ſunt, certè illud eſt nõ modò iuſtum, ſed etiam neceſſarium, cum uis illata defenditur. I. A. 221 a, Quod ſi cuipiã iuſtus honos habitꝰ eſt in morte legato, in nullo iuſtior quàm Sinerꝰ. Sulpitio reperietur. Ep. 222 b, Si ullã in amicitia ſpẽ habes. ſi, &c. ſi, &c. hoc mihi da atq; largire, ut, etc. Ep. 184 a, Si abeſtis, etc. ſin, &c. pro Syl. 179 b, & pro Seſt. 29 b, Si, pro quia uel quoniã. de Amicit. 112 b, Si aliquid, &c. & ibi. Si aliquẽ. Of. 38 a, Noſtri imperatores ex una hac re maximã laudam capere ſtudebant, ſi prouincias, ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent.

Si.cum in argumentatione uersatur. de In. 55 a, b, & deinceps. de Orato. 123 b, et 124 a, Topic. 221 b, 222 a, 225 a, Vt si peperit, uirgo non est. Si oportet sapere, dare operam philosophiæ conuenit. l. Connexum.

Sibilo, as. At. 34 a, Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt. ad Her. 33 a, Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Sibilus, li. pro Qu. Ros. 50 a, Erotes comœdus è scena nõ modò sibilis, sed etiam cõuicio explodebatur. Ep. 112 b, Hic tibi clamor tonitruum & rudentum sibilus. in Pis. 93 b, Dã te populo, committe ludis, sibilum metuis? Att. 33 a, Fusum clamoribus, & sibilis confectantur. de gloria teste Charisio lib. 2, In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorij sibili.

Sibylla, læ. de Di. 97 a, Nam terræ uis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. & 87 b, Vaticinans per furorem, ut Sibylla Erythræa. de Ar. 250 a, Hac uate suadente, &c. id est, Sibylla. De qua, et eius ratione tota, uide Sibyllina oracula à Sebastiano Castalione è Græco in Latinum eleganter conuersa.

Sibyllinus, a, um. I. V. 225 b, Additum est ad libros Sibyllinos, à quibus inuentum, Cererem placari oportere. de Di. 80 b, Furoris diuinationes Sibyllinis maximè uersibus cõtineri. in C. 112 a, Ex fatis Sibyllinis aruspicumq; responsis. de Nat. 27, Ex Sibyllinis uaticinationibus. de Ar. 249 b, Sibyllinus sacerdos.

Sic. eadem ratione, ita, item, quod, hoc modo, isto modo, perinde, similiter. de Di. 133 b, Siue sic est, siue illo modo. Epist. 229 a, Apud eum sic fui, tanquum domi meæ. pro Plan. 293 a, Huius præfectura plena est uirorũ fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit. Of. 51 b, Ipsa inter se corporis comparantur sic, etc. & ibid. Cum externis corporis hoc modo cõparantur. &c. de Arusp. 245 a, Atq; hoc sic moderetur & cogitet, si, &c. sin, &c. Or. 208 b, Omnis pars orationis debet esse laudabilis, sic ut nullum uerbum nisi elegans excidat. Or. 218 a, Verborum ordinem immuta, fac sic, cõprobauit filij temeritas. Itẽ: Et sic frangor sæpe misericordia. Epist. 103 a, Sic ei te commendaui, ut grauissimè potui. & 114 b, Sic, &c. quomodo. In An. 169 a, Vis ne igitur te inspiciam à puero? sic opinor. de Senect. 82 a, Literas Græcas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Ep. 156 a, Sic fit, ut, &c. ita fit, ut, etc. de Leg. 165 b, Illa quæ alijs sic, alijs secus, nec ijsdem semper uno modo uidentur, ficta esse dicimus.

Sica, cæ. gladius. l. Percussor. in Cat. 100 b, Iam tibi extorta est sica ista de manib. & 109 a, Pueri qui sicas uibrare, & uenena spargere didicerunt. de Nat. d. 74 b, Sicæ, uenena, peculatus.

Sicarius, rij. gladiator, grassator. pro S. R. 20 a, Homines sicarij atq; gladiatores. in V. 77 b, Non sicariũ, sed crudelissimum carnificem in iudicium adduximus. de Fin. 75 b, Cum prætor quæstionẽ inter sicarios exercuisset. pro Cl. 48 b, Quæstio M. Pletorij, & C. Flaminij inter sicarios, C. Orchinij peculatus, mea de pecunijs repetũdis. pro S. R. 33 b, Qui inter sicarios & de ueneficijs accusabant. in Ant. 166 a, Si ostẽderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. de Or. 118 a, De sicarijs, de ueneficijs, de peculatu inficiari necesse est.

Sicca, cæ. opp. At. 255.

Siccine. pro sic ne, uel an sic. de Fin. 36 a, Siccine eos censes? &c.

Scitè. preßè, subtiliter. de Opt. 244 a, Atticè dicere: id est, quasi siccè & integrè.

Siccitas, tis. gracilitas. Q. F. 318 a, Aqua sanè bellè fluens, præsertim maxima siccitate. & cont. Rul. 80 a. l. Siponti mus. de Se. 83 a, Summa in eo est corporis siccitas. Tusc. 247 b, Siccitas consequitur continẽtiam in uictu. de N. 26 a, Siccitas orationis. & de Cl. 191 a, b, Inopia, ieiunitas. ad Her. 25 b, Siccitate arescere.

Sicco, as. exhaurio. I. A. 195 b, Ille paludes siccare uoluit.

Siccus, a, um. ieiunus, sobrius, pressus.)(. Vinolẽtus. Ac. 224, Vinolentorum & furiosorum uisa imbecilliora esse dicebas, quàm siccorum & sanorum. de Opt. 243 b, Attici oratores sani & sicci. in Bruto, Sicca oratio.

Sicilia, liæ. Insula. I. V. 109 b, Cato ille sapiens cellam penariam reipub. Siciliam nominauit.

Sicilienſis, se. de N. 64 a, Fretum Siciliense. & Epist. 220 a, Quæstura mea Siciliensis. et I. V. 70 b, Ei quoq; negocio fisci Siciliensis minabantur.

Siculi. I. V. 55, Siculi hominum genus nimis acutum & suspicionsum.

Sicubi, si quo in loco. In V. 238 a, Atq; hæc sicubi facta sunt, ut, &c. & Tusc. 170 b, At. 250 a, & pro Cor. 61 b,

Sicunde. si alicunde. At. 124 b, Sicunde potes, erues.

Sicut. sicuti, ut, æquè ut, itẽ ut, ita ut, similiter atq;, tanquã, uelut. Tusc. 176 a, At. 276 b, Hac in re scripsi ad eum, ut tuo iudicio uteretur, sicut in rebus omnibus. et Epist. 65 a, Si me sicut soles, amas. et 12 a, Si ab improbis ciuib. teneri remp. uiderẽ, sicut et meis tẽporib. scimus, et nõnullis alijs accidisse accepimus. Itẽ: Me sicut alterũ parentẽ et obseruat et diligit. Ep. 84 b, Ille me amplectitur sicuti neminẽ. de Or. 104 b, Quãuis scelerati fuissẽt, sicut fuerũt. Ep. 16 a, Quamobrẽ eius causam defendi in senatu, sicut mea fides postulabat. Epist. 40 b, Quãquã perspexisses, sicuti perspicies, &c. Ac. 28 b, Amaui hominẽ sicut ille me. et 91 a, Sicut adhuc feci. et 44 a, Sicut tu ocut ille me. et 91 a, Sicut adhuc feci. et 44 a, Sicut tu optas. et de Or. 113 b, Sicut mihi uidetur. Par. 122 b, Sicut sapiẽs poeta dixit. Ep. 70 b, Sin, sicut hìc dũ eras, etiã doles, &c. Ac. 30 a, Defendere aliquẽ sicut caput & famã suã. de Or. 147 b, Species alia magis alia formosa est, sicut hæc uis, &c. de Or. 105 b, Quib. quidẽ in causis omnib. sicut in illa M. Curij, quæ, &c. fuit inter eos magna dißẽsio. Or. 209 b, Sũt enim omnia sicut adolescẽtis, nõ tãre quã spe laudati. de Or. 94 b, Nihil est q. cogat bomines, sicut in fòro nõ bonos oratores, itẽ in theatro mos dctores ppeti. de In. 64 a, Hic locus est sicut aliquod fundamẽtũ huius cõstitutionis. de D. 132 a, Ita ut constãtib. hominibus par erat. de In. 76 b, Ita ut facilitatiũ. & I. V. 251 b, Ita ut Nico ille fugit. I. V. 246 b, Item ut, &c.

Sicyon, nis. urbs. At. 7. Of. 50.

Sicyonius, a, um. de Or. 105 a, Calcei Scyonij.

Sida, æ. urbs. Ep. 33. & 193. Lentuli.

Sidicinus. At. 89. & I. A. 180.

Sidon, onis. urbs. At. 44 b.

Sidonius Antipater. de Or. 161.

Sidus, ris. stella, astrũ. Tusc. 241 b, Cum sidera uiderit innumerabilia cœlo inhærentia, cũ ipsius mũdi motu cõgruere, certis infixa sedibus, septem alia suos quoq; tenere cursus, multũ inter se aut altitudine, aut humilitate di-

stantia, &c. de N. 8 a, Sidera quæ infixa cœlo sunt. et de D. 127 a, Sidera quæ uocantur errantia. de Som. 128 b, Illi sempiterni ignes, quæ uos sidera stellasq; uocatis. de Nat. 9 a, Signa sideraq; cœlestia. Tusc. 162 b, Forma cœli undiq; sideribus ornata. de Na. 33 b, Sidera, quæ ex nobilissima purissimaq; ætheris parte gignuntur. & ibid. Sidera esse calida & ignea. de Fin. 86 a, Cum omniũ siderum eõdem unde profecta sunt, fiat ad unum tempus reuersio. de N. 57 b, Circuitus solis & lunæ, reliquorumq; siderum.

Sigæum, gæi. Græcè σιγεῖον, promontorium. pro Aru. 190 a, Achillis tumulus in Sigæo. Ep. 68.

Sigillatim, singillatim, sigillatim.)(. Generatim atq; uniuerse. I. V. 265 a, Antequã. 196 b, Quib. sigillatim sæpe supplex ad pedes iacui. At. 9 b, Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio. I. V. 157 b, Sigillatim unicuiq; denunciabat. Tusc. 246 b, Hæq; uoluptates sigillatim extenuantur, quarum genera non contemnunt.

Sigillatus, a, um. crustis et emblematis ornatus, signis ornatus. I. V. 206 b, Iubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre. & 210 a, Sigillata simulachra. l. Puteal.

Sigillum, li. signum, emblema. I. V. 211 a, Appositi patellam in qua sigilla erant egregia. & ibid. Sigillis aulsis religuum argentum reddidit. & 234 a, Tabulæ in quibus sigilla perscripta erant. Aca. 21 b, Si in eiusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero. At. 5 b, Putealia sigilla duo.

Signatus, a, um. cõsignatus, cælatus. I. V. 248 b, Argentũ factum atq; signatum. Tusc. 161 a, Memoriam esse signatarum rerum in mente uestigia.

Signifer, ri. qui signum aut uexillum præfert. de Diu. 96 b, Cum signifer primi hastati signum nõ posset mouere lõco. & 122 b, pro Syl. 173 b, Cũ Torquatus signifer esset iuuentutis. I. V. 124 b, Signifer in exercitu. pro Mur. 136 a, pro Mil. 119 a, Dux et signifer calamitosorũ. pro Plan. 275 b, Qui causæ nostræ duces & quasi signiferi fuerunt. At. 22 b, Te signifero ac principe.

Signifer orbis: id est, ζωδιακὸς. l. Zodiacus.

Significantius. clarius. Ep. 44 b, Tamẽ hac mihi affinitate nunciata nõ maiore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem.

Significatio, onis. sententia, uis, notio, potestas, uirtus, signum. Part. 239 b, Cum autem plura significantur scripto propter uerbi aut uerborum ambiguitatẽ, ut liceat ei qui contrà dicat, significationem scripti eò trahere, quò expediat aut uelit. et 242 a, Vterq; enim hanc significationem qua utetur ipse dignam scriptoris prudẽtia esse defendet. de In. 514, Tempus est pars æternitatis cũ alicuius annui, mensrui, diurni nocturni'ue spacij certa significatione. Tusc. 192 a, Hæc res hanc habet uim. Off. 60 a, Hoc uerbũ quid ualeat, nõ uidẽt. de Fi. 74 b, Neq; uidẽt sub hac uoce honestatis quæ sit subijcienda sententia. ad He. 41 a, Verborum ancipites & multiplices potestates. cõtra Rul. 67 a, Sed mihi ad huiusce uerbi uim & interpretationem uehemẽter opus est uestra prudẽtia. de Or. 152 a, Vim uerbi in aliudatq; cæteri accipiãt, posse ducere. Orat. 209 b, Significatio sæpe erit maior quã oratio. de Or. 161 b, Præcisio, & plus ad intelligendũ quã dixeris significatio. et 133 b, Arguta etiam significatio est, cum, &c. Epi. 93 b, Ad me autem literas quas

misisti, quanquã exiguam significationem tuæ erga mẽ uolũtatis habebant, tamen mihi scito iucũdas fuisse. pro Cl. 24 a, Is cum testamentum mutare cœperit, in ipsa significatione huius uoluntatis est mortuus. Qu. F. 298 a, b, Theatrũ Asiæ ita resonãs, ut usq; Romam significationes uocesq; referantur. pro Pom. 5 a, Qui una die tota Asia, uno nuncio atq; una literarũ significatione ciues Rom. necandos trucidandosq; denotauit. de Ora. 122 b, Orator, qui quàm minimã artificij alicuius, deinde nullam Græcarum rerum significationem daret. & 125 a, Pudoris significatio. I. A. 256 a, Sed quoniã significatio uestra declarat quid sentiatis, ad literas uenia. Of. 26 b, Ex quibus magna significatio fit, non adesse cõstantiã. ad He. 41 a, Ita hæc consequẽda, quæ cõficiunt huiusce modi significationem. et 28 b, Exclamatio conficit significationem doloris. de Cl. 163 b, Gestus sententiã, non demonstratione, sed significatione declarãs. ad He. 40 b, Significatio est quæ plus in suspiciõe relinquit, quã positum est in oratiõe. Of. 329 b, Significatio sensus absentium. de D. 137 b, Valetudinis significationes. i. signa. de Na. 9 a, Rebus inanimatis per quandam significationẽ, deorum esse tributa nomina. de Di. 134 a, et 119 a, Diuina uis consulẽs nobis, somniorum significationes facit. Item, Quæ est enim ista à dijs profecta significatio, & quasi denunciatio calamitatum? de Di. 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immenso, et significatione euentus animaduersa ac notata. & ibid. Obseruatis longo tempore significationibus futura prænunciare. de Ora. 138 a, Omne principium rei totius quæ agitur significationẽ habere debebit. Of. 104, Aliquis, in quo aliqua significatio uirtutis appareat. de Am. 102 a, Facta significatione probitatis. et 105 b, Si qua significatio uirtutis eluceat.

Significo, as. noto, declaro, indico, ostẽdo, demonstro, de signo, describo, significationem facio uel cõficio, signũ do, signum ostendo, documentum do, signum mitto, aliquid argumenti habeo, signum sum, sententiam significo, uim uel sententiam habeo, sono, sum. pro Cec. 301 b, Videtis igitur hoc uno uerbo significari res duas. de In. 77 a, Cum scriptum duas plures'ue res significat. de Fin. 75 b, Res uerbis significãtur. de Or. 147 a, Verba usitata & propriè demonstrãtia ea quæ declarari ac significari uolemus. Tusc. 185 a, His ego pluribus nominib. unã rem declarari uolo, sed utor, ut quam maximè significẽ, pluribus. Tusc. 177 a, Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere uelis: inest enim uelle in carendo. & ib. Triste est nomen ipsum carendi, quia subijcitur hæc uis, habuit quis, non habet. & 234 a, Huic uerbo cum beatũ dicimus, subiecta ea notio est, &c. de L. 191 b, Quæ lex hanc sententiam continet, ut tollat. &c. Tusc. 139 a, Præceptum Apollinis hoc significat, & ibi. Præceptum Apollinis hanc habet uim. Epist. 30 a, Accepi literas tuas, &c. quæ quo tempore te expectarem, mihi non significabant. & Atti. 118 b, Literæ breues, sed benuolentiam significantes. Epi. 69 b, Itaq; hoc sæpius dicendũ, tibiq; non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror. pro Sex. Ros. 27 b, Canes publicè alũtur in Capitolio, ut significent si fures uenerint. de Offic. 27 b, Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significãdum est, ipsius causa, qui obiurgatur, esse susceptum. & de L. 174 b, Quòd autem lex pietatem adhiberi iubet,

ri iubet, significat probitatē gratam esse deo. de Ar. 256 a, Is hunc unum esse in hac ciuitate dignum huius imperij dicit, et significat se illi amicißimum. I. V. 196 a, Hoc mihi significasse atq; annuisse uisus est. de Or. 95 a, Hīc omnes abēsti significare inter sese et colloqui cœperūt. de Or. 91 b, Non quo aperiret sentētiam suam, sed tamē hoc significabat, eos, &c. & 125 a, Facilitas significādi. At. 53 b, significare gratulationem alicui plausu maximo. de Cl. 192 a, Cum surgitis qui dicturus est, significatur à corona silentium. Qu. de Pe. 208 a, Significare parem uoluntatem erga aliquē. pro Fl. 155 b, Nō enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclitū. de Or. 125 b, Tātus dolor oculis, uultu, gestu, digito deniq; isto tuo significari sōlet. pro Pl. 270 a, Nihil est de te detractū, sed aliquid etiam de uirtute significatum tua. & 275 b, Huius in periculo non dolorem meū significarē de D. 80 a, Omnes futura significari censent. ibi. Chaldæi stellis notatis, quid cuiq; significaretur, memoriæ prodiderūt. de Ar. 249 b, Periculum ex aliquo monstro significatū cauere. Offic. 28 b, ἐυτραφίαι, quā interpretamur modestiā, quo in uerbo modus inest. et ib. ἐυτραφίαι, in qua intelligitur ordinis cōseruatio. & ibid. Itaq; uidetur eadem uis ordinis et collocationis fore. I. A. 173 b, Si dignitas significaretur in nomine, dixisset aliquādo, credo, auus tuus, se & cōsulem & Antonium. de L. 160 a, Ratio, potestas, mens, numen, &c. siue quod est aliud uerbū, quo planius significem, quod uolo. Qu. de Pe. 211 a, Primū id quod facis, ut homines noris, significa, &c.

Signo, as. desigo, cōsigno, imprimo. de Fat. 149 a, Visum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem. Ac. 18 b, Aliquid signari in animis nostris. de L. 185 a, Aes, argentum, aurum ue publicè signāto. & Ep. 217 a, Cum signaretur argentum Apolloniæ. I. A. Signaq; signauit cœlestia, &c. Or. 202 b, Quanquam omnis locutio oratio est, tamē unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. At. 250 b, Signata iam epistola Formiani uenerunt. & 170 b, Accepi à te signatū libellum.

Signum, gni. nota, indicium, documentum, uestigiū, monumentū, significatio, insigne. de In. 52 a, Signū est quod sub sensum aliquem cadit. Aca 10 a, Propriū in cōmuni signo notari non potest. Ep. 83 b, Habeo alia signa quæ obseruem. & ibi. Notare signa ad diuinandum. Qu. Fr. 323 a, Occupationum mearum signū tibi sit librarij manus. At. 131 a, Lippitudinis me e signū tibi sit librarij manus, & eadem causa breuitatis. de Di. 106 a, Potest accidere ut aliquod signum dubiè datum pro certo sit acceptum. & 120 a, Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati signum dabat? & b, Callisthenes dixit deos gallis signum dedisse cantādi. I. A. 190 b, Signum date populo Rom. uos non deesse reip. et 210 b, Is maximum signum illo die dedit uoluntatis suæ, cum, &c. Att. 78 b, & Epi. 177 a, Hoc magni amoris signum. de Fin. 91 b, Puerū dare signa pudoris & ingenij. I. V. 90 b, Satis signi dedit, se tacere nō posse. pro Cl. 40 a, Perinde quasi nō satis signi esse debuerit, &c. de Ora. 125 b, Signa doloris ultu ostendere. de Or. 124 a, Signa & notas ostenderē locorum. de Ar. 249 a, Hæc nobis & scelerū indicia ostendit, & periculorum signa patefecit. pro Sest. 14 a, Hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certißimum. pro Cæcin. 205 a, Homo in utraq; forma cognitus

multis signis & uirtutis & humanitatis. At. 223 a, Bona signa consentientis multitudinis. & b, Illa signa non bona, &c. signa bella. pro Cæl. 39 b, Habuit ille permulta maximarum nō expressa signa, sed adumbrata uirtutū. pro Mar. 131 a, Ergo his ad bene de omni rep. sperandū quasi signum aliquod sustulisti. I. P. 87 a, Mei capitis seruandi causa Romā uno tempore quasi signo dato Italia tota conuenit. de Ar. 248 b, Vis innumerabilis seruorū in scenā signo dato irrupit. In V. 222 b, Signū quod erat notum uicinitati buccina datur. I. A. 198 b, pro Fla. 147 a, Ille furens infesta iam patriæ signa inferebat. pro Fō. 283 b, Infestis signis inferri in hostem. de Am. * Habere quasi signa quædam & notas, quib. eos qui ad amicitiā essent idonei, iudicarent. Att. 2 b, Signa sunt ad Caietā exposita. & ibi. 25 b, Neq; utar meo chirographo, neq; signo. de Or. 102 b, Tū adiungeremus, de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationib. de Cl. 184 a, Magna hæc immemoris ingenij signa. de Diu. 138 b, Medici signa quædā h. bēt ex uenis, & ex spiritu ægroti, multisq; ex alijs futura præsentiunt. I. A. 199 b, Legationis ultrò missæ nomē signū esse timoris uidebatur. in Ca. 107 a, Signa militaria. At. 257 b, Aliquem suis signis legiones ducere. Epist. 97 a, Signa tyrone & collecto exercitu cum legionibus robustißimis contulit. I. P. 9 a, Conferre signa cum hostibus. Atti. 96 a, Collatis signis decernere cū aliquo. de D. 102 b, et 105 a, Mittere signū. pro Mur. 133 a, Tēpestates sæpe certo aliquo cœli signo cōmouentur. sæpe improuiso, nulla ex certa ratione, ob scura aliqua causa cōcitantur. I. C. 113 a, Tum ostēditabulas, tēculo, et quæsiui cognosceret ne signum, annuit: est uerò, inquam, notum signum, imago aui tui. et 112 a, Literæ omnes integris signis prætoribus traduntur. ad Bru. 91 a, Nec signum tuū in epistola, nec dies appositus est. I. V. 100 a, Tabulæ testamēti obsignatæ nō minus multis signis, quā è lege oporteat. et 282 b, Obsignare literas publico signo. & 256 b, pro Fl. 153 b, Signū publicū. I. V. 232 b, Literæ obsignatæ publico signo. et 213 a, Signū in creta, quo epistola obsignata erat. At. 171 b, Signum & manum meam requirent. & 1454, Librum tuum habeo sub signo, seruoq; diligentißimè. com. Rul. 64 b, Horreum belli sub signo claustrisq; positum. I. V. 200 a, Signū æneum, marmoreū, eburneū. de Or. 98 a, Signa ac tabulas propalàm collocare. Ep. 106 a, Martis uerò signum quo mihi pacis autori? de Di. 105 b, Si luna defecisset in signo leonis. de Sō. 130 b, Signis omnib. ad idē principiū stellisq; reuocatis. de In. 54 a, Signorū ortus & obitus definitū quendā ordinē seruant. I. V. 132 a, Signū, nota, uestigiū. et 131 b, Signū, iudicium, tropheū.

Silentium, tij. taciturnitas, reticētia. de Or. 98 a, Hæc cū Crassus dixisset, silentium est consecutum. et 156 a, Ipse conticuit, & cæteris silentium fuit. I. P. 86 a, Curiæ taciturnitas annua. & ib. Silentium perpetuum iudiciorū. de Or. 114 a, In eodem silentio multa alia oratorū officia iacuerūt. Qu. Fr. 306 a, Lupus egit eā causam, & auditus est magno silētio. de Di. 93 a, Tu tamē silentium fieri iußisti. ad Heren. 39 a, Facere silētium. Tus. 185 a, Cum eos uideris excipientes grauißimas plagas & ferentes silētio. de Or. 109 a, Laudē alicuius iā propè senescētē ab obliuiōe hominū atq; à silentio uindicare. Par. 257 a, Silētio præterire aliquid. pro Sy. 178 b, Ac ne hoc quidem

dem mihi uidetur silentio prætereundum. et At. 34 b, Silentio transire aliquid. I. A. 248 b, Silētio prætermittere aliquid. de D. 123 b, Id enim silentiū dicimus in auspicijs, quod omni uitio caret. At. 76 b, De Partho silentiū est.

Silenus, ni. de Sileno. Tusc. 39 b.

Sileo, les. taceo, reticeo, silētium facio, obmutesco, silētio prætereo, silentio utor, tacitus prætereo, silentio prætermitto, tacitum aliquid prætereo. pro Syl. 182 b, Si cū cæteri de nobis silent, non etiam nos ipsi taceamus, graue. & Post. 204 a, Nunquam de me siluistis. & I. V. 160 a, et de Cl. 178 b, Silebitur de maximis illius factis. et 189 b, & de D. 122 a, Silere de aliqua re. Ac. 39 a, Silēt enim diutius Musæ Varronis quàm solebant. pro Fl. 157 b, Si luerunt principes. & de L. 192 a, Ambitus nunc silet.)(. Nunc fremunt arma, tempus mutum à literis. I. Mutus. pro Fl. 147 a, Ea res silētur, uox de quæstura nulla missa est, muta est huius tēporis accusatio, prætuæ intrisdictio nō attingitur. Par. 237 a, et I. A. 248 a, Silere, silētio præterire, silētio prætermittere. At. 33 b, Tu hæc silebis.

Silex, cis. lapis durus, è quo excuti ignis solet, uiuum ulgus uocat. de Na. 62 a, Ergo illud in silice tanquam uestigium ungulæ Castoris creditis esse? et Ep. 115 a, Adhærere in silice. Tus. 192 b, Nō enim e silice nati sumus. de D. 126 a, Cum iuberetur certo in loco silicem cædere, perterritus uisis id agere cœpit.

Sili, qui nasum bene extantem & repandum habent.)(. Simus. de Na. 27 a, Sili, Flacci, Capitones, Frontones.

Simia, miæ. de Na. 20 b, Simia quàm similis turpißima bestia nobis. ex En. de Diu. 122 b, Quid minus mirū, quàm illam monstrosißimam bestiam urnam euertisse? sortes dißipauisse?

Simiolus, li. Epi. 96 a, Hic Simiolus, animi causa, me in quē inueheretur delegerat. Simius. Epi. 66 a, Simius, nō semißis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi.

Similis, le. cōsimilis, parilis, æqualis, par, geminus, eiusdē modi, germanus, instar, cui similitudo est cū aliquo, qui similitudinem gerit speciēq; alicuius, qui ad aliquid habet similitudinem, exprimens aliquē uel uita, uel cōsuetudine, qui habent similitudinē inter se, imitor.)(. Dissimilis, dispar, diuersus. de N. 56 a, Itaq; plectri similem linguam dixere, chordarum dentes, nares cornibus ijs, quæ ad neruos resonant in cantibus. At. 152 a, Nihil malo, quàm & me mei similem esse, & illos sui. Tus. 155 a, Phidias sui similē formam inclusit in clypeo. In Sal. 273 a, Tu par ac similis sceleratorū ciuiū. de N. 57 a, Vita beata par ac similis deorū. pro Ce. 305 a, Nemo existat nisi tui Sexte similis, et stultitia, et impudētia, qui dicat, etc. de Cla. 169 a, Rhodij Atticorum similiores. de Fi. 101 a, Vt paupertatē, ignominiam, similia horum. & ibidem, Vt gloriæ, diuitiarū, similiū rerum. At. 210 a, Carneades παροβολὴν pugiles, & retentionem auriga similē facit. pro Q. R. 34 a, Simillima & maximè gemina societas hæreditatis est. Epist. 187 b, Idq; eo facilius credebatur, quia simile uero uidebatur. In V. 242 a, Filius similis patri: id est, moribus. Tus. 156 b, Africani fratris nepos. facie uel patris, uita omniū perditorū similis. de D. 120 b, Decoloratio quædā similis sanguini. pro Lig. 138 a, Hæc sunt prodigijs similia. de D. 122 a, Postremò quid simile habet passer annis. pro S. R. 24 a, Est'ne hoc illi nō simile? Or. 204 b, Aut simile est illi, unde transferas. Atti.

278 a, Id amisisti cui simile in terris nihil fuit. Ep. 139 a, Quid enim simile habet epistola, aut iudicio, aut cōcioni. ad Her. 39 a, b, Ibāt in prælium corpore tauri ualidissimi, impetu leonis acerrimi similes. Off. 11 b, Viri bonis moribus similes. et pro Cl. 26 b, Homines cùm forma, tūm moribus similes inter se. Item: Et uorum inter se simile tudo. de Or. 117 a, et 262 a, & 148 a, Multi naturis differunt, uoluntate autem similes sunt inter sese, et magistri. Ac. 29 b, Democritus huic in hoc similis, uberior in cæteris. I. V. 192 a, Docear oportet aliquid ab isto simile æstimatione atq; à cæteris esse factum. At. 24 a, Hoc simile atq; ire in Salonium. de Fi. 134 a, Ita similis erit finis boni atq; antea fuerat. Ep. 6 a, Simillimāq; in re dissimili tui temporis & nostri quondam fuisse rationē. de Fin. 123 a, Ecce aliud simile dissimile. de Fin. 100 a, Vtunturq; simili. & 101 b, Ab his hoc simile ponitur, ut enim inquiunt, etc. de D. 135 b, Similes sunt dij, si ea nobis obiiciunt, quorum neq; scientiam, neq; explanationem habeamus, tāquam si Pœni in senatu nostro sine interprete loquerentur. de Or. 100 a, Similiq; in genere, inferiore ordine. Ep. 237 a, Et me aliquando cum similibus nostri remp. defensurum. Ep. 238 a, Vestri similes fœminæ sint'ne Romæ. In Sal. 272 a, Aequalē ac parem uerbis uitam agere. Ac. 29 b, Particulę similes inter se. de Or. 117 a, Aliquos inter se pares esse: id est, similes. & Ac. 31 b, Paribus in locis. de Or. 128 a, Par atq; una ratio est spei. Acad. 31 b, Eiusdem modi.)(. Dissimilis. & 21 b, Centum Alexandros eiusmodi. Att. 142 b, Festino enim, simillimus decurro, atq; cursu ἐβραϊκῷ meos commētari non desino. Or. 199 b, Nactus sum etiam qui Xenophōtis simile esse se cuperet. pro S. R. 38 a, Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Of. 24 b, Superioris Africani filius, nō tam potuit patri similis esse, quàm ille fuerat sui. de Se. 80 b, Similesq; sunt, ut si qui dicāt, etc. & de Am. 105 b, Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius, quàm natura, etc. de L. 161 a, Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos sumus.

Similiter, simillimè, simili ratione, itē, idem, æquè, pariter, simili modo, eodem modo, una & eodem modo, sic. de Or. 162 a, Illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt simpliciter. Tus. 214 a, Similiter cæteri morbi. & Ac. 4 b, Similiter nos. pro Pō. 8 a, Ita reputo, à nemine istorū L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. de Or. 115 a, Similiter arbitror in hac arte, &c. & 150 b, & de Or. 98 a, Similiter nunc petes à Crasso, ut, &c. et de Fa. 145 b, Similiter ad motus animorū, &c. Off. 17 b, Qui similiter faciunt, ut si, &c. Of. 18 a, Similiter facis ut si, etc. & Tus. 217 b, Similiter facis ut si quis, etc. & de Fi. 69 a, Idq; si ita dicit, etc. dicit absurdè, similiter et si diceret, &c. In An. 154 b, Nec eum similiter atq; ego eram, commotum esse uidi, contra Rul. 63 a, Hic excipi Pompeium, simillimè ut mihi uidetur, atq; in illa lege qua peregrini Roma ejiciuntur, excipitur Glaucippus. Tusc. 187 a, Vt enim corpus, &c. simillimè animus, &c. Aca. 18 b, Similiter à nobis cōmemorari de antiquis philosophis atq; seditiosi ciues, &c. de N. 61 b, Tu autem qui id quæris, similiter facis, ac si me roges, cur, etc. de Cl. 186 a, Omnia ferè ut similiter et uno modo dicerētur. et Of. 2 b, Eodēq; modo de Aristotele iudico. de In. 54 b, Simili

modo

modo. Ac. 12 b, Animi inaniter mouentur eodẽ modo rebus ijs quæ non sunt, ut ijs quæ sunt. de Fi. 114 a, Vtriq; idem faciunt, ut si, &c.

Similè. pro similiter. Acad. lib. 4.

Similiter cadens, similiter desinens. ornamenta uerborum sunt. ad Heren. 30 b.

Similitudo. cum est ornatus, est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. ad He. 38 b.

Similitudo. cum locus est argumẽti. Or. 124 a, Top. 224 a, Vide ibi multa præclara.

Similitudo, nis. exemplar, forma, species, collatio, simile, imago. de In. 65 b, Omnib. in rebus similitudo est satietatis mater. et de D. 120 a, Nonnunquam etiam errorẽ creat similitudo. Or. 133 b, Similitudo quæ aut collationẽ habet, aut imaginem. et 128 a, Sed est quædã in his generibus difficilis ad distinguendum similitudo. de Cl. 170 a, Et quodammodo est nonnulla in ijs etiam inter ipsos similitudo. et 177 b, Est quædam uobis cum illis similitudo. de Fin. 141 b, Gloria habet formam honestatis & similitudinẽ. I. A. 252 b, Omnes habent maximã similitudinem inter se. Tusc. 165 b, Ea sunt autem quæcũq; sunt, quæ similitudinem faciunt. ad Her. 39 a, Non enim res tota toti rei necesse est similis sit, sed ad ipsum ad quẽ cõferetur similitudinẽ habeat oportet. Tus. 172 b, Arripere similitudinem aliquam uirorum clarorum. Off. 55 a, Qui similitudinem quandã gerunt speciemq; sapientum. de N. 58 b, et Ep. 106 a, Vt exerceamur in uenando ad similitudinẽ bellicæ disciplinæ. de Or. 95 a, Vt ad hanc similitudinem huius histrionis, oratoriam laudem dirigamus. Or. 205 a, et de Or. 157 a, Verbum per similitudinem translatum. & 107 b, Quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus. de D. 86 b, Quod ab eius litui, quo canitur, similitudine, nomen inuenit. Orat. 197 b, Nec uerò ille artifex cum faceret Iouis formã, cõtẽplabatur aliquẽ è quo similitudinẽ duceret. Orat. 202 b, Sophistarum distinguenda est similitudo. & 109 b, Comparare similitudines. & Tusc. 214 a, et de In. 64 b, Conferre similitudines, & similitudinũ collatio. pro Cl. 26 b, Similitudo studiorum ac naturæ multam uim habet ad coniungendas amicitias. In An. 210 b, Nos studiorũ honestissimorũ societas similitudoq; coniunxit. de Or. 113 a, Hanc similitudinẽ scribendi multi secuti sunt: id est, annalium. & 141 a, Artis imago quædã & similitudo. 115 a, de Di. 116 b, Quanquam tu quidem nõ hostiarũ casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. de Fi. 128 b, Multa est dissimilitudo in similibus bonorum & malorum. & 95 a, Est etiam huic alia cum illo dissimilitudo. de Am. 105 b, Similitudo illicit atq; attrahit ad amicitiã. de Le. 161 a, Est igitur homini cum deo similitudo. de Vn. 196 a, Nullus animantium deus in fingendo mundo similitudinem secutus est. de Nat. 33 b, Bene igitur Chrysippus, qui similitudines adiungẽs docet omnia in perfectis esse meliora, ut in equo quàm in equulo, &c. de Nat. 7 b, Parmenides commentitum quiddam coronæ similitudine efficit, Stephanon appellat.

Si mimus. de Fat. 144 b, Quod si mimus uerbis, re cogitur confiteri. l. Sin.

Simonides Chius poeta, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse. de Or. 141 a.

Simplex, cis. uniusmodi, apertus, solitarius, purus, credulus, antiquus.)(. Cum aliquo coniunctus atq; connexus, iũctus, callidus, uersutus. de Fa. 146 a, Quædam sunt in rebus simplicia, quædã copulata. de N. 31 b, Solitarium & simplex.)(. Cum alio coniunctum atq; connexum. et de In. 82 a, Simplex.)(. Iunctum. Ora. 204 a, Verba simplicia.)(. Verba collocata. Ac. 44 b, Principes qualitates sunt uniusmodi et simplices, ex ijs autem ortæ uariæ sunt & quasi multiformes. pro Fon. 178 b, Vnum est et simplex aurium iudicium. pro Sy. 168 b, Simplex est officiũ, atq; una bonorũ omniũ causa. At. 178 a, Cretio hæreditatis simplex. de In. 83 b, Simplex et absoluta necessitudo.)(. Cum adiunctione. Aca. 40 a, Illud uerũ et simplex bonum. & Of. 26 b, Quæ sunt recta & simplicia, laudãtur. At. 159 a, Nihil simplex, nihil sincerũ. pro Ce. 285 b, In causa aperta ac simplici. de Ora. 104 b, Ornatius dicere quàm simplex ratio ueritatis ferat. In V. 181 b, Disertissimum cognoui auum tuum, aut te etiam apertiorem in dicendo: ille nonnunquam concionatus est nudus, tum hominis simplicis pectus uidimus. pro Pla. 263 b, Fidelis & simplex.)(. Fallax & eruditus artificio simulationis. Of. 13 a, et Or. 219 b, Vir bonus & simplicis ueritatis amicus. & Ac. 28 a, O' uirum simplicẽ, qui nos nihil celat. & de Am. 108 b, Simplicem prætereà, et cõmunem, & consentientem amicum eligi par est. pro S. R. 22 b, Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros singerent, crediderunt. Of. 76 b, Finis bonorum & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus miscẽri & temperari non potest. de Sen. 93 b, Animi natura simplex est, nec habet in se quicquã admistũ dispar sui atq; dissimile. & ibi. Quare nec diuidi potest, &c.

Simpliciter et singulari modo, apertè, sincerè.)(. Dupliciter & bipartitò. ad He. 4 a, Ac. 40 a, Illi enim simpliciter pecudis & hominis idem bonum esse censent. pro Ar. 191 b, 192 a, Quæ de causa pro mea cõsuetudine breuiter simpliciterq; dixi. Postquam. 203 a, Mihi in sententia simpliciter referenda fides non deerit. Of. 39 a, Si est simpliciter breuiterq; dicendum. de In. 63 b, Exponere aliquid simpliciter sine ulla exornatione. Ac. 28 a, Cum simplici homine simpliciter agerẽ, nec magnopere contenderẽ. de In. 75 a, Simpliciter et ex sua ui considerari. Epi. 115 b, Ne parum simpliciter & candidè inimicitias posuisse uideare. de Or. 123 a, & 156 b, Si simpliciter dictum sit.)(. Si coniunctè sit elatum. Top. 228 a, Aut simpliciter aut cõparatè. Off. 19 a, Viuere simpliciter. fideliter, uitæq; hominum amicè.

Simplum. Top. 224 b, Vt duplum, simplum.

Simpulum, uel simpullum. li. uas fictile liquorem minutatim fundens, quo mulieres potissimùm libabant in sacrificijs. de Leg. 191 b, Excitabit enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos pòst filius eius Marius in Aegæo excitauit mari. prouerbium.

Simul. unà, pariter, communiter, cum, in unum. de D. 115 a, Arbores cum luna simul senescentes tempestiuè cadi. I. V. 215 b, Tui nominis æterna memoria simul. cum templo illo consecrantur. de In. 48 a, Simul cum rebus ipsis. & Ac. 39 b, Res, quas tecum simul didici. & Epist. 245 a, Qu. Frater mecum simul. et 259 b, Simul nobiscũ. pro Do. 216 b, Senatus authoritas mecum simul reducta est. Epist. 126 a, Dummodo simul simus. de Clar. 185 b, Qu. Hortensij ingenium ut Phidiæ signum simul aspectũ & probatum est. At. 2 a, Demonstraui hic illi, simul & illud ostendi, &c. & Epist. 67 b, Et simul si, etc. At. 10 a, Quæris ex me, &c. & simul scire uis, &c. & I. V. 68 b, Simul in iure, &c. et 253 a, Simul quod, &c. pro Cor. 66 b, Simul illud nesciebat, &c. Qu. F. 296 b, Simul & illud cogita, &c. Ac. 14 a, & de Ar. 243 b, & Ep. 91 b, Itaq; simul experrecti sumus, uisa illa contemnimus. & Tusc. 210 a, & I. V. 89 b, & Att. 158 b, Simul ut accepi, &c. Itẽ: Si omnia simul concesseris. Item: Congerantur in unum omnia. l. Congero. de Sen. 77 b, Sæpenumero mirari soleo cũ hoc C. Lælio, &c. At. 73 a, Propter propinquitatem totos dies simul eramus iuncti. Att. 194 b, De uoluntate tua ut simul simus, non dubito. de Or. 143 b, Et cum rep. pariter uixisse, & cũ ea simul extinctum esse. de In. 80 a, Alexandrũ Pheræum uxor sua cũ simul cubaret, occidit. At. 91 b, Qui scribis te interdum mori, quòd non simul sis. de Or. 131 b, Abijcere uoluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. de Ar. 543 b, Simul, pro postquam.

Simulac. de Or. 119 a, Vt simulac posita sit causa, habeãt quò se referant. de Nat. 22 b, & Ep. 253 a, Quod simulac mihi collibitum est, præstò est imago. In V. 83. et 104 a, Simulac primùm ei occasio uisa est. & 118 a, Simulac potestas primùm data est. Ac. 15 b, Simulac se ipsa commouit.

Simulachrum, chri. imago, forma, spectrum, idolum, effigies, species, exemplar. pro Ar. 191 b, Statuæ & imagines non animorum simulachra sunt, sed corporũ. Ep. 68 b, Atq; ibi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant. de In. 62 a, Zeuxis Helenæ simulachrũ pinxit. In V. 141 a, Effigies simulachrumq; Mithridatis. & 55 a, Simulachra sanctissima deorũ. pro Do. 235 b, Mulieris simulachrũ è marmore. et ibi. Libertatis simulachrum in domo hac collocabas. de D. 123 b, Hæc auspicia quib. utimur, simulachra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo. Ep. 143 b, Nec omnino simulachrũ aliquod aut uestigium ciuitatis. Off. 10 a, Simulachra uirtutis.

Simulatè. de Nat. 59 b, Siue ex animo id fit, siue simulatè. & Qu. F. 292 a, Fictè aut simulatè loqui.

Simulatio, onis. species simulationis, species quædã assimulatæ uirtutis. Offic. 41 b, Qui simulatione & imani ostentatione fictò non modò sermone, sed etiã uultu statu & gestu se gloriã cõsequi posse rentur, uehemẽter errant. & 64 a, Ex omni uita simulatio dissimulatioq; tollẽda est. de Am. 113 b, Simulatio omniũ rerum uitiosa est, tollit enim iudiciũ ueri, idq; adulterat. Qu. de Pet. 205 a, In paucorũ mensiũ negocio simulatio potest naturã uincere. de Or. 126 a, Nihil opus est simulatione & fallacijs. & de N. 1 b, In specie fictæ simulationis pietas esse non potest. Ep. 14 a, Frõte ac uultu, quib. simulatio facillimè sustinetur. Postquã. 202 b, Qui per simulationem amicitiæ me prodiderũt. de Cl. 169 a, Qui summã prudentiã simulatione stultitiæ texerit. pro Pom. 16 b, Hostiũ simulatione cõtra socios exercitũ mittitis. pro Syl. 177 a, Gladiatores emptos esse Fausti simulatione. cont. Rull. 69 a, et 72 a, Legis agrariæ simulatione atq; nomine. et Postquam. 211 b, Ad speciẽ & ad usurpationem uetustatis. Off. 71 b, Vlysses simulatione insaniæ militiã subterfugere uoluit. I. A. 213 b, Ne æquitatis simulatione fallamur. Att. 99 a, Quàm non est facilis uirtus, quàm uerò difficilis eius diuturna simulatio. Quin. Fr. 314 b, Is me summa simulatione amoris insidiosissimè tractauit. Of. 10 a, Talis simulatio uanitati est coniunctior, quàm liberalitati aut honestati.

Simulator, oris. Qu. de Pet. 211 a, Quibus rebus beneuolus & simulator dijudicari possint. Off. 22 a, De Græcis aũt dulcẽ & facetũ festiuiq; sermonis, atq; in omni oratione simulatorem, quem Græci εἴρωνα nominauerunt, Socratẽ accepimus: cõtra Pythagorã & Periclem, &c.

Simul atq; commodè, cũ. At. 20 b, Alij simul atq; hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardãtur. & I. V. 112 a, Qui simul atq; uenit, statim, &c. & Epist. 39 b, Simul atq; adeptus eris. & de Or. 128 b, Attic. 123 b, Simul atq; aliquid audiero, scribam ad te. I. A. 219 b, Is quotidie simul atq; luceret, &c.

Simulatus, a, um. a simulatus, fictus, imitatione simulatus, fucatus, adũbratus, irritus.)(. Simcerus, uerus. Postquam 207 a, Cum eam præter simulatã irritamq; tristitiam nihil cõmendaret. Off. 41 a, Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidũt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. pro S. R. 37 a, Cur meis commodis officio simulato officis? pro Ce. 287 b, Fictum officium, & simulata sedulitas. In A. 231 a, Complexus summæ benuolentiæ indices extiterunt in amore simulato. Att. 140 a, * Homeri illa Minerua simulata Mentoris.

Simulo, as. a simulo, specie simulationis ostento. pro Po. 5 b, Mithridates Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulauit. pro Cl. 23 a, Ille se tamen tum proficisci simulauit. Ep. 148 a, Multa & simulaui inuitus, & dissimulaui cum dolore. de N. 43 b, Multis partibus sunt illa perfecta quàm hæc simulata solertius. Of. 22 a, Solũ quo reip. prodesset, fuisse se simulauit. con. Rul. 68 a, Aliud occultè moliri, aliud spe et specie simulationis ostẽtare. de Or. 125 a, In eoq; nihil esset nisi falsum & imitatione simulatũ. At. 223 b, Simulare.)(. Animo sentire aliquid. & Ep. 172 a, Tu enim à certo & uero sensu iudicas.

Simultas, tis. inimicitia. pro Cl. 35 b, Cluentius à matre habebat simultates. & pro Pla. 275 b, Is simultates, quas mecum habebat, deposuit. pro Flac. 163 a, An simultates nescio quas cũ libertis suis Flaccus exercet? Ep. 115 b, Cũ quo simultates tibi non fuissent. At. 228 b, Gerere simultatem cũ aliquo. pro Pom. 17 b, Multas simultates partim obscuras, partim apertas suscepi. Epist. 45 b, & ad Her. 17 a, & Att. 33 b, Vetus nostra simultas. Attic. 52 a, Simultatem humanissimè deponere. Quin. Fr. 293 b, Ex quibus nonnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus.

Simul ut. simulac. Tusc. 210 a, Simul ut uelle cepissent.

Sin. uel si. Att. 151 a, Si mihi ueniam quam peto, dederit, utar conditione. sin minus, impetrabo aliquid à meipso. Qu. F. 311 a, Si perficiũt, optimè: sin minus, ad nostrum Iouem reuertamur. Attic. 211 b, Ego ut constitui adero, atq; utinam tu quoq; eodem die: sin (quid enim multa?) utiq; postridie. Offi. 58 b, Sin autem id non sit eiusmodi, &c. id est, si. Ep. 27 b, Si erit ciuitas, &c. sin nõ erit, etc. Ep. 184 a, Si abestis, &c. sin, &c. & 251 b, Si potes, etc. sin planè non potes, etc. pro S. R. 41 a, Sin id actum est, ut, &c. tum uerò, &c. I. C. 99 b, Educ tecũ omnes tuos: si minus, quàm plurimos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sine.expers,uacuus. pro Sef.19 b, Oēs certatim de mea salute, sine ulla uarietate dixerunt. Qu.de Pet.209 a, Homo iners, sine officio, sine ingenio, cum infamia, nullis septus amicis. pro Cæl.54 a, Homo sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, &c. In V.32 a, Dicā sine cunctatione quod sentio. de Or.105 a, Hæc enim ars sine cō trouersia magna est. de Na.64 b, Chrysippus homo sine dubio uersutus. Off.55 b, Sine ullo errore, & abiecta omni cunctatione. Att.169 a, Consilium nostrum spero uacuum periculo fore. Item: Vir expers consilij & ingenij. Item: Remoto ioco, & extra iocum.

Singillatim. singulatim. de Inu.52 b, et 60 a, Singillatim unamquamq; rem attingere. et 61 b, In A.178 a, Ciuitas non singillatim, sed prouincijs totis dabatur.

Singularis,re.unicus,maximè rarus,summus,inauditus,incredibilis,diuinus. de Vn.197, Singularem deus hunc mundum atq; unigenam procreauit. de Or.99 a, Antonij incredibilis quædam & propè singularis & diuina uis ingenij. & 144 a, Incredibilis & singularis amor in aliquem. & Att.231 a, Singularis & incredibilis uirtus. Epist.223 b, Singularis & propè incredibilis fides. Post.205 a, Singularis & præstantißima uirtus P. Lentuli. pro Pom.4 b, Singularis eximiaq; uirtus Pompeij. I.V.194 b, Sunt quædam in me singularia, quæ in nullum alium conuenire possunt. ad Her.15 b, Non uulgare, sed singulare maleficiū. et 26 a, Singularis pœna. de In.76 b, Beneficium singulare.)(. Beneficium uulgare. I.C.110 a, Primùm quòd mihi gratias egisti singularib. uerbis, &c. contra Rul.85 b, Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, uix facilè sese continet. pro Syll.167 a, Sed ita tulit casus, ut tum communi ambitionis inuidia, tum singulari Antronij odio euerteretur. & Ep.10 b, Communi officio, non aliquo singulari beneficio. de D.128 a, Qui animo atq; ingenio singulares. Ep.240 a, Animus singularis et opera præcipua. Ep.220 b, Ago tibi gratias singulares. Ep.6 b, Rutilium & fide et animo singulari. de Fin.138 a, Homo singulari nequitia præditus. & ad He.18 a, Ab omnibus unicam maliciam cognosci. de Cl.192 b, Summus & singularis uir.

Singulares pro singulis. Ac.44, Quintum genus esse dicunt, è quo astra sunt mentesq; singulares, id est, singulas uel singulorum.

Singulariè pro singulariter, quasi unicè, teste Charisio libro 2.

Singulariter,unicè,simpliciter, & singulari modo.)(. Dupliciter et bipartitò. ad Her.4 a. I.V.132 a, Quē ego in quæstura mea singulariter dilexissem.

Singulatim,singillatim. I.V. 66 a, Quæ singulatim & diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdere. & 63 b, Singulatim unicuiq; respondere. l.Diu.l.Singuli.

Singuli,orū.quisq,unusquisq. de Or.262 b, Refert etiā qui audiant, frequentes, an pauci, an singuli. Ora.219 b, Sæpe singulis utendum est, plerunq; binis, non ferè ternis amplius. I.V.263 a, Non modò plures, sed ne singuli quidem possint accedere. de Or.161 b, Veteres cum circuitum uerborum facere nō possent, terna aut bina, aut nonnulli singula etiam uerba dicebant. et ibidē, Dixi de singulorū laude uerborum, dixi de cōiunctione eorum, etc. de In.67 b, Cùm ex singulis, tum ex coniunctis argumenta nascuntur. contra Rul.66 b, Itaq; me nō singulæ

uoces præconum, sed una uoce uniuersus populus consulem declarauit. I.C.121 a, Qui singulas uniuscuiusq; domos, & hoc uniuersum reipub. domicilium delere conati sunt. Antequàm.192 b, Beneficia quæ singulis priuatimq; dātur.)(. Vniuersis. & 193 a, Neq; uerius à singulis quàm ab omnibus repetere officij præmium & fructū. de Fi.73 b, Singula potius, quàm omnia. de Or.113 a, Pont.Ma.res omnes singulorū annorum mandabat literis. Or.217 b, Duo extremi chorei sunt: id est, è singulis longis et breuibus. de Nat.43 b, Quod efficitur in cœlo singulis diebus & noctibus. & 45 a, Sol binas in singulis annis reuersiones facit. & At.71 a, Quotidiè uel potius in dies singulos breuiores literas ad te mitto. & 64 b, Singulis dieb. usq; ad Cal facere aliquid: id est, quotidie. pro Mur.129 b, Qui singulis dieb. ediscendos fastos populo proposuit. de Cl.196 b, Vix singulis ætatibus bini oratores laudabiles cōstiterunt. de Or.85 b, Vix autē singulis ætatib. singuli oratores tolerabiles inuēti sunt. pro S.R.33 a, Etenim in singulis reb. eiusmodi materies est, ut singulos dies posīs cōsumere. de N.16 a, E' gregibus epheborū, uix singuli reperiūtur pulchri. de Cla83 a, Vt causæ singulæ defendātur à pluribus. Postquā.210 b, Vobis singulis, & agam gratias uniuersis. pro D.222 a, Hoc ferre ciuitas potest? ut singuli ciues singulis uersiculis è ciuitate tollantur. Postquā 202 b, Sic ulciscar facinora singula, quemadmodū à quibusq; siem prouocatus. de N.77 a, Dij nec agellos singulorū, nec uiticulas persequuntur. & de Or.109 a, Cætera ferè artes seipsæ per se tuentur singulæ. Qu.F.323 b, Comitiorū quotidie singuli dies tolluntur obnūciationibus. Ep.259 a, Ego singulos Euripidis uersus, singula eius testimonia puto. de Fi.68 b, Illi singulis finibus utuntur. Ep.6 a, Difficile est dictu de singulis. At.151 a, Cæsar legiones singulas posuit Brundusij, Tarenti, Sipōti. At.111 b, Sanè cōmodè Pompeius distribuit binos singulis patrib. familiarū. Qu.F.316 b, Cādidati HS.CCCC. in singulos apud M. Catonē deposuerunt. In Ve.135 a, Describebat Cēsores binos in singulas ciuitates. et 134 a, Lex est quæ in annos singulos Iouis sacerdotē fortitò capi iubebat. In C.98 a, Crescit in dies singulos hostiū numerus. id est, quotidie. contra Rul.72 b, Stipatores ducēdos in annos singulos cōstituit. & 28 a, Et in eo agro dena descripsit in singulos iugera. Ep.100 b, Singulæ, etc. binæ, &c. Of.39 a, Singuli.)(. Vniuersi, multitudo. Ep.87 b, et de Fi.58 a, Singula.)(. Vniuersa. de Leg.165 b, Plures deorum omnium, sine singuli singulorum sacerdotes sunt. Att.37 a, In dies singulos studia hominum in nos augentur. de N.59 a, Quæ si singula uos fortè non mouēt, uniuersi certè tamen inter se coniuncta atq; connexa mouere debebunt. et ibi. Nec uerò uniuerso generi hominū solum, sed etiā singulis à dijs immortalibus consuli & prouideri solet. & ibidē Dij separatim ab uniuersis, singulos diligunt. Att.93 a, Scaptius centesimis renouato in singulos annos fœnore, contentus non fuit. Of 38 b, 39 a, Quæ si pop. Rom. acciderunt, quid debēt putare singuli? I.A.205 a, Quam tam pecuniā militibus in singulos Cæsar pollicitus sit, tantam dari placere. de Vn.202 b, Et singulos adiunxit ad singula. de Fin.96 b, Singulis addere.

Singultus,tus.gemitus: etiam si aliud est singultus, tamen propinqua sunt. Postquam.199 b, pro Plan.275 b,

Non

Non modò lachrymulam, sed multas lachrymas & fletum cum singultu uidere potuisti.

Sinister,a,um.de Di.125 b, Quanquam haud ignoro quæ bona sint, sinistra nos dicere, etiā si dextra sint: sed certè nostri sinistrum nominauerunt, externi dextrum.

Sinistra,æ.læua. de D.98 a, Cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum I.A.207 b, Aspicite à sinistra, &c.

Sinistrà,aduer.Acad.lib.4 Suprà, infrà, dextrà, sinistrà, antè, pòst.

Sino,nis,siui,situm.permitto,patior,fero,locum do. pro Pl.277 b, Qui senatū senatui parēre non siuerūt. et Ep.78 a, Nec uertere à miserijs cogitationē sinūt. de Fi.60 a, Improbitas nunquā sinit eū respirare, pro D.251 b, Tu sororē tuā uirginē esse nō siuisti I.A.237 b, Nō siuerūt. Qu.F.312 a, Cato cōcionatus est, comitia haberi nō siturū. pro Ce.297 a, Non deieci, si nō sibi accedere. I.C.99 b, Non ferā, non patiar, nō sinā. de N.63 a, Nec mihi das respōdēdi locū. Itē, Quid frumētū corrūpi pateris? At.82 a, Nullos hōores mihi nisi uerborū, decerni sino.

Sinor,sineris.permittor. pro Sest.23 a, Accusare eum moderatè, à quo nefariè accusātur, per senatus autoritatem non est situs.

Sinope,pes.urbs. Ponti.I.V.94 a, pro Pomp.7 b.

Sinuessa,sæ.urbs. At.152 a.

Sinuessanus. Ep.196 a, Sinuessanum diuersoriolum.

Sinus,nus.gremiū,complexus. pro Pom.10 b, Maris omnes sinus atq; portus. I.V.265 b, Illi qui sinus quosdā ob sedisse maritimos dicuntur. et 241 b, Vbi primū ex alto sinus ad urbem inflectitur. At.255 a, Duo sinus fuerunt, quos trāsmitti oportet. I.V.266 a, Cedo mihi ex ipsius sinu literas. de L.183 a, Vt sinus & gremiū quasi matris mortuo tribueretur. Qu.F.314 a, Cæsar mihi crede in sinu est, neq; discingor. At.38 a, In sinu ac familiaritate adolescētis. et pro Cæl.50 a, E' sinu gremioq; patriæ abstrahi. Ep.235 a, Iste uerò sit in sinu semper & cōplexu meo. I.C.109 a, Postremū genus est de delectu Catilinæ, imò uerò de cōplexu eius ac sinu. I.V.81 b, Calūniatores de sinu suo apposuit. Tusc.228, Cōsurgere in sinū aliculus. i. tāquā in portū. de N.47 a, Et draco cōficiēs sinus è corpore flexos. At.277 b, Bibulū noli dimittere ex sinu tuo. Vtē: Aetolia procul à barbaris disiūcta gentib. in sinu pacis posita, medio ferè Græciæ gremio cōtinetur.

Siparium,rij.uelum quo scena obtēdebatur, aulæum. de Pro.72 a, Piso cum Græcis iam in orchestra belluatur, antea post siparium solebat.

Sipontinus,a,um. à Siponte opp. contra Rull.80 a, Nisi manubiis in Sipontina siccitate collocari.

Si quando. de Or.97 a, Si quando in dicēdo scriptum attulerit aliquid. de Inu.69 a, Si quando hæc incidūt. de Cl.195 a, Ex qua si quādo opus fuerit, excitet, &c. de Am.100 b, Itaq; si quando exstitit.

Si quid. At.lib.3. Si quid in te peccaui, ac potius, quoniam peccaui. At.lib.1, Et nebulonē illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. At.2, Si qui alij. et lib.2, Si qui ea de causa uenerunt. Ep.lib.15, Si quæ sunt onera.

Si quidē. quoniam quidē, quippe si. de Cla.168 a, Vides ne quàm serò eloquentia prodierit in lucē? si quidē. etc. et Tusc.148 b, Antiquißimū è doctis est genus poetarū, si quidē Homerus fuit ante Romā conditam. I.C.105 b, O' fortunatā rēp. si quidē hāc sententiā eiecerit. pro Fl.149 a, O' morē præclarū, quē à maiorib. accepimus, si quidē

teneremus. et 154 a, O' pastores, etc. si quidē, etc. Ep.132 a, et 43 b, Gratulor Baijs nostris, si quidē ut scribis, salubres repētè factæ sunt. Ep.195 a, Robur et soboles militū interijt, si quidē q̄ nūciantur uera sunt. Or.204 b, Si quidē eorum est gemmare uites. Att.84 a, Quare non oixeræa tua industria, quod uereris, sed præclarè ponitur, si quidē id egisti, ut ego delectarer. Par.120 a, Etiā ne in minimis rebus? si quidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus.

Si quò. At.118 b, Eas si quò ille misit, in publico, &c.

Sirenes, num. marina (ut est in fabulis) monstra. de Fin.136 a, Quæ de Sirenum cāribus Homerus finxerit, neq; enim uocum suauitate uidentur, aut, &c.

Sis.L.Sodes. pro S.R.26 a, Age nūc refer animū, sis, &c.

Sisapo.oppidum in Hispania. I.A.169 b, Tanquā Sisaponem. prouerb.

Sisto,stis.exhibeo. At.52 a, Fac ut te ante Cal.Ian. ubicūq; erimus, sistas. et 169 b, Te uegetū nobis in Græcia siste. I.V.198 a, Remp. sistere nō posse. Of.61 a, Vas factus est alter eius sistēdi, ut si ille nō reuertisset ad diem, morien dum esset sibijpsi. pro Qu.5 a, Ita tamē discedant, ut idibus Septēbribus P. Quintiū sisti Sex. Alphenus promitteret. & ibi. Venit Romam Quintius, uadimoniū sistit. & 12 a, Alphenus promittit Næuio sisti Quintium.

Sisyphus,phi.persona poetica, de quo homine Vir.Aen.6 lib. Tusc.150 a, Sisyphus uersat saxum.

Sitella,læ.cista in qua colligebantur suffragia. de Nat.22 b, pro Cor.apud Ascon.Ped. & de N.lib.1.

Sittybę,arū.mēbranulæ, quarū integumēto libri à pulueris tēporisq; iniuria diutius integri cōseruātur. At.58 a, Bibliothecā mihi tui pinxerūt cōstructione et sittybis.

Sitiens,tis.cupiens. Tusc.231 b, Ego eo grauius ardētiusq; sitiens uoluptates. & pro Plan.261 b, Deinde sitientem me uirtutis tuæ deseruisti.

Sitienter. auidè. Tusc.217 a, Nec sitienter quid appetens.

Sitio,tis. Qu.F.320 a, Ipsi fontes iam sitiūt. et Or. 204 b, Gemmare uites, sitire agros. I.P.92 b, Ipse cū paucis adportam sitiens perueni. I.A.198 a, Etenim aderat L.Frater, qui sanguinem nostrum sitiebat. Qu.Fr.235 b, Nec honores sitio, nec desidero gloriam.

Sitis,tis.de Fin.56 b, Cum cibo et potione fames sitisq; depulsa est. et Tusc.150 a, et 66 a, Siti enecti? Tātali?. Pa.116 b, Nūquā expletur nec satiatur cupiditatis sitis, de Se.82 a, Literas græcas sic auidè arripui, quasi diuturnā sitim explere cupiēs. I.A.198 a, Ipse declamauit sitim quærēs.

Situs,a,um.positus,locatus. I.V.225 a, Qui locus quòd in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur: id est, nemus Ennensium. et de N.9 a, Vim diuinā in natura sitā esse. pro D.216 a, Spes ocij et cōcordiæ in meo reditu sita uidebatur. Tu.235 a, Quid? tu in eo sitā uitā beatā putas? Ant.194 a, In eorū potestate sita salus nostra est. & Ac.10 b, Assensio, quæ in nostra sita est potestate. pro Mu.144 a, Huius rei potestas oīs in uobis sita est iudices. At.108 a, Si pugnādū est, quo tēpore in casu, quo cōstilio in tēpore situm est. de D.86 b, Qui lituus situs est in curia Saliorū. Of.2 a, In officio colēdo sita uitæ est honestas omnis. Ep.19 b, Vel quòd excelso & illustri loco sita laus tua sit. pro Ar.185 b, Huic profectò ipsi quātū est situ in nobis, opē feremus. de Orat.114 a, Hæc.n. sita sunt ante oculos. Tu.246 b, Obscœnas uoluptates faciles, cōmunes in medio sitas esse. et 148 b, Summā eruditionem

tionem Græci sitam censebant in neruorũ uocumq; cantibus. Ac.11 a, Vbi uirtus, si nihil situ est in ipsis nobis? de Fi.60 b, Est autem situm in nobis, ut, etc. de D.126 a, Eo loco, ubi nunc fortunæ sita ædes est. de Fat.148 a, Si causa appetitus nõ est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. de L.181 b, Hic est ille situs, &c. nam siti dicuntur hi qui conditi sunt. de L.181 a, C. Marij sitas apud Anienẽ reliquias dißipari iußit Sylla.

Situs, *tus. positio. cont. Rul.74 a, Vrbs & natura, & situ, et descriptione ædificiorũ. de D.137 a, Oppidorũ situs. Tu.158 a, Terræ situs, forma, circũscriptio. I.V.240 b, Syracusarũ hic situs atq; hæc natura esse loci cœliq; dicitur. Ac.16 a, Eius loci, quẽ incolebãt, situs. I.V.200 b, Ciuitas situ, mœnib. portuq; ornata. & 227 b, De Syracusiis, nã et situ est cõmunito, tũ præclaro ad aspectũ. de N.57 a, Figura situsq; membrorũ. et Ac.30, Situs partiũ corporis. Ac.6 b, Et situs earũ rerũ, quas intuemur, etc. de D.128 b, Plus terrarũ situs, quàm lunæ tractus ad nascendũ ualere. Qu.Fr.317 b, Quos tu situs, quas naturas rerũ & locorum. quem uerò ipsum imperatorẽ habes?*

Situs, *tus. illuuies, sordes, squalor. Tuſ.196 a, Situ nidoris, barba pedore horrida.*

Siue. *seu, uel. pro Se.24 b, Venio ad comitia siue magistratuũ, siue legũ placet. de D.133 b, Siue sic est, siue illo modo. At.120 a, Nil perturbatius hoc ab urbe discessu, siue potius turpißima fuga. Q.F.300 b, Siue tua natura paulò acrior, siue quædã dulcedo iracundiæ, siue dicẽdi sal, etc. de L.169 a, Nã illo loco libenter uti soleo, siue quid mecum ipse cogito, siue aliquid scribo aut lego.*

Smyrna, *næ. urbs. pro Fl.161 a, Cur nõ Pergami? Smyr-*

Smyrnæus, *a, um. pro Arch.189 a.* (*næ?*

Soboles, *lis. propagatio, proles. Ep.165 a, Robur et soboles militũ interijt. Off.11 b, Quæ propagatio et soboles origo est rerum p. I.A.171 a, Omnes soboles iuuentutis. de Or.157 a, Proles, soboles, effari, nuncupari. de L.185 a, Cẽsores populi, ciuitatis soboles, familias, pecuniasq; censento. pro Mar.134 b, Propaganda soboles.*

Sobriè. *Of.21 b, Parcè, continenter, sobrieq; uiuere.*

Sobrini, *orum. qui quæue ex fratribus, uel sororibus, patruelib. uel consobrinis, uel amitinis generãtur, Of.11 b, Sequuntur fratrum coniũctiones post consobrinorum sobrinorumq;, qui cùm una domo iam capi nõ possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt.*

Sobrius, *a, um. siccus.*)(. *Vinolentus, ebriosus. Aca.14 a, & Tusc.252 a, Or.205 b, Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari uinolentus uidetur. I.V.162 a, Homines satis planè frugi ac sobrij. pro Cæl.53 a, Sobrius uir. & de Or.121 a, Sobrius orator.*

Soccus, *ci. Græcorũ calciamentum, ut calceus Romanorum: quo tamen etiã Romanæ mulieres utebantur. I.V.127 a, Consularis homo soccos habuit et pallium. de Or.154 b, Pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset.*

Socer, *eri. uxoris meæ pater. pro Sest.4 a, Ademit Albino soceri nomen mors filiæ. At.95 a, Ego dum Appium orno, subitò factus sum accusatoris eius socer.*

Socialis, *le. I.V.57 b, Hæc lex socialis est. et 111 b, Lege iudicioq; sociali.*

Sociatus, *a, um. de Am.111 b, Solitarius.*)(. *Coniunctus et sociatus cum altero.*

Societas, *tis. consociatio, cõiunctio, communio, cõmunitas, cõmercium, comitatus, pactio, fœdus, ordo. Of.4 b, Vt societas hominũ cõiunctioq; seruetur. et 6 a, Sancta*

societas. I. Sanctus. de Fin.107 a, Nati sumus ad societatẽ cõmunitatẽq; generis humani. Of.5 a, Ratio, qua societas hominũ inter ipsos, & uitæ quasi cõmunitas cõtinetur. Of.5 b, et 31 a, Defendere hominum inter homines societatẽ. pro D.218 b, Dirimere societatẽ. de Cl.165 b, Vir egregius coniunctißimus mecũ cõsiliorũ omniũ societate. Of.12 a, Societas quæ cum rep. est unicuiq; nostrùm. de N.50 b, Pinna cũ squilla quasi societatem initcõparandi cibi. de Or.88 b, Missos facio mathematicos, musicos, etc. quorũ artib. ista uestra dicẽdi uis, ne minima quidẽ societate cõiungitur. pro Q.2 b, Facere societatẽ omniũ rerũ cum aliquo. pro S.R.21 b, Coire societatẽ. I.V.178 a, Sãcta religio societatis. pro Rab.95 a, Coire societatẽ periculi cũ aliquo, uel salutis, uel laboris. Ep.74 b, pro S.R.34 b, Nullã societatẽ neq; sceleris, neq; præmij cũ ullo coiui. de Ar.253 b, Clodius nefarias cũ multis scelerũ pactiões societatesq; cõflauit. I.C.104 a, Latrones scelerũ fœdere inter se, ac nefaria societate cõiuncti. I.A.255 a, Inire societatẽ omniũ rerum cũ aliquo. pro Q.3 a, Nec societas tibi quicquã debet, nec priuatim Qu. debuit. pro Mur.140 b, Quid si oẽs societates uenerũt? pro Pl.265 b, P. Crassus maximarũ societatũ autor, plurimarũ magister. pro Sest.9 b, Societas uectigaliũ. pro Do.242 a, Oẽs societates, oẽs ordines. I.A.177 a, Nulla societas optimis ciuib. cũ importunißimo hoste fœdere ullo cõfirmari potest. Of.11 b, Græcus societatis hominũ. Off.65 b, Societas, quæ latißimè patet. & ibid. Societas interior uel propior eorum, qui eiusdem generis sunt. et 62 b, Societas inter homines cõiuncta. pro Q.14 a, Coire societatẽ uolũtariã cum aliquo. Of.5 b, Deuincire hominum inter homines societatẽ. de Fa.140 b, Cum hoc genere philosophiæ, quod nos sequimur, magnã habet orator societatẽ. I.A.165 a, Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatẽ aut nunquam coiisses. de Am.111 a, Quæ si quos inter societas est, aut fuit. de L.160 b, Prima homini cũ deo ratiõis societas. et 184 161 a, Hominũ societas inter ipsos et coniunctio. et 184 a, Difficillima illa societas grauitatis cum humanitate.

Socio, *as. cõiungo. pro Pl.275 a, Cũ uel periculũ uitæ tuæ mecũ sociare uoluisses. de Le.162 a, Omne genus humanũ inter se sociatũ est. et pro Fl.150 b, Quid si testiũ studiũ cũ accusatore sociatũ est? de Or.154 b, Sapientiã cũ eloquẽtia sociare. de Sõ.127 b, Cœtu hominũ iure sociati.*

Socius, *a, um. cõsors, particeps, gregalis. Ep.16 b, Me qui dẽ certè tuarũ actionũ, sententiarũ, uoluntatũ, rerũ deniq; omniũ sociũ comitẽq; habebis. & 132 a, Cuius fugientis comes rẽp. recuperãtis socius esse debeo. de Cl.108 a, Eloquẽtia pacis est comes omniũ, ociiq; socia. pro Font.284 a, Vitæ socia uirtus, mortis comes gloria fuisset. et 283 a, Sociis ac particeps fortunarũ. et de Cl.165 a, Socius ac cõsors glorioſi laboris. Att.232 b, Vulgò opimo cuius ac cõsors glorioſi laboris. Att.232 b, Vulgò opimo hominũ sociũ me ascribit tuis laudib. de Or.105 b, Duæ artes inter se pares, et eiusdem sociæ dignitatis. et 90 b, Poeta oratori multis ornãdigenerib. socio ac penè par. de Or.87 a, M Antonio homo et cõsiliorũ in rep. socio. I.A.179 b, Quos socios ad epulas habere nemo uelit. p Fl.146 a, L. Flacco socio atq; adiutor cõsiliorũ periculorũq; meorũ. et Att.179 a, Culpæ socio. Ant.197 b, Tecto particeps cõnubij, socia regni regina tuno. pro D.219 a, Fidelißimo socio ad cõparãdã aliquã rẽ. et 223 b, Is mihi socio atq; amico semper fuit. At.173 a, pro Q.2 b, Adiũgere aliquẽ sibi sociũ. Of.5 b, Qui iniustè impetũ in quẽpiam*

facit, is quasi manus uiolenter uidetur afferre socio. in V.158 a, Socij putandi sunt, quos inter res communicantur. pro Qu.16 b, Edere sibi aliquem sociũ. pro S.R.37 b, Qui socium fallit, in uirorum bonorũ numero non est habendus. pro S.R.37 b, Nouem homines honestißimos, eiusdem muneris, legationis, officij, mandatorumq; socios induxit, decepit. in A.169 a, Cum tu tamen nocte socia, etc. pro Mar.133 a, Semper mea consilia pacis & ocij socia, non belli & armorum fuerunt.

Pro socio, *formula iuris est, qua significatur actio, iudiciumq; societatis, si quis socium fraudasset. pro Fl.155 a, Nicomedes qui & furti, et pro socio damnatus est. pro Qu.2 b, Arbitrum pro socio condemnari.*

Socordia, *diæ. stupiditas. ad Her.13 a, Philosophia uitanda est, affert enim socordiam atq; desidiam.*

Socors, *dis. stupidus. de Clar.186 b, Nam M. Glabrionem socors ipsius natura negligensq; tardauerat. & de Nat.2 a, Homines non socordes.*

Socrates, *tis. de Fin.64 a, Socrates, qui philosophiæ parens iurè dici potest. de N.59 b, Ac.41 b, Socrates princeps Philosophorum. de Diu.105 b, Esse diuinum quod dam, quod Socrates dæmonion appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe reuocãti. de Cl.192 a, de Or.104 b, Ironia illa, quam in Socrate dicunt fuisse. Off.22 a, De Græcis autẽ dulcem et facetum, festiuiq; sermonis, atq; in omni oratione simulatorẽ, quẽ ἐιρωνα Græci nominauerũt, Socratẽ accepimus. de Nat.d.1, Socrates apud Xenophontẽ formã dei quæri nõ oportere, eundemq; & solem & animum esse ait, & modò unum, tum plures deos. Tuſ.lib.5, Socrates Archelaum, Anaxagoræ discipulũ audiuit. ibi. Socrates primus philosophiam deuocauit è cœlo, & in urbibus collocauit, &c. Of.2, Socrates hanc uiam ad gloriã proximam & quasi compendiariam dicebat, si quis id ageret, &c. de Diu.lib.1, Socrates quum apud Delium malè pugnatum esset, Lachete prætore, fugeretq; cũ ipso Lachete, ut uẽtum est in triuium, eadẽ qua cæteri fugere noluit. de Di. lib.1, Socrates cùm impijs sententijs damnatus esset, æquissimo animo se dixit mori. Academ.ed.2.lib.1, Socrates ab Apolline omniũ sapientißimus dictus. de Sen. De monstrabantur mihi præterea quæ Socrates supremo uitæ die de immortalitate animorum disseruisset, is qui esset sapientißimus oraculo Apollinis iudicatus. Acad. edit.2.lib.1, Socrates apud Platonem et Xenophontem ita disputat, ut nihil affirmet ipse, refellat alios. Ac. ed. 2.libro 2, Socrates primus philosophiæ moralis author fuit. Acad.ed.1.lib.2, Socrates, quum ei uisum esset nihil sciri posse, excepit unũ tantùm scire se, nihil se scire nihil amplius 8 Attic. Socrates pedem porta non extulit, quum triginta tyranni essent. 2 de Leg. Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, quum ad multa accesserim, ut uix pede tentare id possim, quod in Phædro Platonis facit Socrates. de Diu.lib.1, Socrates Xenophonti consulenti, sequeretur ne Cyrũ? Et nostrũ, inquit, humanũ est consilium: sed de rebus & obscuris et incertis ad Apollinem censeo esse referendum. Tusc.ul.lib.5, Socrates quum interrogaretur, cuiatem se esse diceret? Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. Tuſ.lib.5, Socrates in pompa, quum magna uis auri argentiq; ferretur, Quàm multa non desidero,*

inquit. Orat. Est enim quasi in extrema pagina Phædri his ipsis uerbis loquens Socrates, Adolescẽs etiam nunc ô Phædre Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem, inquit ille? Maiore mihi ingenio uidetur esse, quàm ut cũ orationibus Lysiæ cõparetur: præterea ad uirtutẽ maior indoles: ut minimè mirũ futurum sit, si cum ætate processerit, etc. Tuſ.quæſt.lib.1, Socrates quum penè iam in manu mortiferũ illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, uerùm in cœlum uideretur ascendere. de Fi.lib.1, Socrates uoluptatem nullo loco numerat. Tusc.quæst.lib.3, Quũ Socrates Alcibiadi persuasisset, eum nihil hominis esse, nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum, et quemuis baiulum interesse, &c.2 de Or. Socrates in ironia, dißimulantiaq; longè omnibus lepore atq; humanitate præstitit. 3 de Or. Socrates rebus omnibus, omnium iudicio, quamcunq; se in partẽ dedisset, facilè princeps. Tusc.lib.1, Socrates ad iudicium capitis, nec patronum quæsiuit, nec iudicibus supplex fuit, adhibuitq; liberam contumaciam à magnitudine animi inductam, non à superbia. de Di.lib.1, Socrates quum Critonis oculum alligatum uidisset, quæsiuit quid esset: quum autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse. 1 de Di. Est apud Platonem Socrates, quum esset in custodia publica dicẽs Critoni suo familiari, sibi post tertium diẽ esse moriẽdum, uidisse se in somnijs pulchritudine eximia fœminã, quæ se nomine appellans, diceret Homericum quendam eius uersum, Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit. Quod ut dictum est, sic scribitur contigisse. Brut. Socrates, disputandi quadam subtilitate sophistarum instituta refellebat. 3 de Or. Socrates cuius ingenium uariosq; sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, literã nullam reliquit. 1 de Or. Erat Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio: ex sententia, quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quã quasi æstimationem cõmeruisse se maximè cõfiteretur: quod quum interrogatus Socrates esset, Respondit sese meruisse, ut amplißimis honoribus & præmijs docorarentur, et ut ei uictus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græcos maximus haberetur. 3 de Ora. Socrates sapienter sentiendi, & ornatè dicendi scientiam separauit. de Fin.lib.2, Socrates percontando atq; interrogando elicere solebat eorũ opiniones, quibuscum differebat, ut ad ea quæ ij responderent, si quid uideretur, diceret. 1 de Leg. Socrates execrari eum solebat, qui primus utilitatem à natura seiunxisset. Aca. ed. 1.li.2, Socrates uti solitus est ea dißimulatione, quã Græci εἰρωνείαν uocant, quãdo se nihil scire affirmauit. Ac. ed.1.lib.2, Socrates de seipso detrahens in disputatione, plus tribuebat ijs, quos uolebat refellere. 1 de In. To. Socrates inductione plurimum est usus, propterea quòd nihil ipse afferre ad persuadẽdum uolebat, sed ex eo quod sibi ille dederat: qui cũ disputabat, aliquid cõficere malebat. Ac.ed.1.lib.2, Socrates & Plato tollendi ex eorũ numero, qui negarũt quicquam sciri aut percipi posse. Tuſ.lib.1, Socrates & Theramenes præstantes uiri uirtutis & sapientiæ gloria. Ac.ed.2.lib.1, Socratis omnis oratio tum in uirtute laudanda, et in hominibus omnib. ad uirtutis studiũ cohortandis consumebatur. Socratis

Universidad de Deusto
Biblioteca

multiplex ratio disputandi, rerũ uarietas, & ingenij magnitudo Platonis memoria & literis consecrata, plura genera effecit dissentientiũ philosophorum, Tusc. quæst. lib. 5. Socratem ipsum parentẽ philosophiæ, Zeno, Latino uerbo utẽs, scurram Atticum fuisse dicebat, de Nat. D. Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominũ mores, naturasq; ex corpore, oculis, multu, frõte pernoscere, stupidum esse Socratem dixit & bardũ, quòd iugula concaua non haberet, de Fat. Socratem ferunt, cùm usq; ad uesperum cõtentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret? respondisse, se, quo melius cœnaret, obseruare ambulando famem, Tusc. li. 5. Imitatus est homo Romanus & consularis ueterem illum Socratem, qui cum omnium sapientissimus esset, sanctissimeq; uixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut nõ supplex aut reus, sed ut magister, aut dominus uideretur esse iudicũ: quin etiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei uideretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, nõ in uultus legit, & commodè scriptam esse dixit: sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, nõ uterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent uiriles: sic illam orationẽ disertam sibi et oratoriam uideri, fortem et uirilem nõ uideri, 1 de Or. O Socrates, ô Sacratici uiri, nunquã uobis gratiã referam, 14 ad At. A Socrate omnis quæ est de uita & de moribus philosophia manauit, Tusc. lib. 3. Plures ferè orti à Socrate. quòd ex illius uariis & diuersis, & in omnem partem diffusis disputationibus, alius aliud apprehenderat, proseminatæ sunt quasi familiæ, dissentientes inter se, et multum disiunctæ & dispares, quum tamen omnes se philosophi Socraticos & dici uellent, et esse arbitrarẽtur, 3 de Or. Quid dicam de Socrate? cuius morti illachrymari soleo Platonem legens, 3 de N. Vrgerẽt præterea philosophorum greges, iam ab illo fonte & capite Socrate, nihil te de bonis reb. in uita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione uitæ didicisse, nihil omnino quæsiuisse, 1 de Or.

Socraticus, a, um. Tusc. 199 b, Et si quem tuorum affectũ mœrore uideris, huic acipenserem potius quàm aliquẽ Socraticum libellum dabis? Off. 21 a, Philosophi Socratici. & Parad. 116 b, Aristippus ille Socraticus non erubuit, quum esset obiectũ habere eum Laida. 9 Fam. Xenophon Socraticus, qui Socratis somnia scribit, quorũ exitus mirabiles extiterunt, 1 de D. Antisthenes patientiam et duritiam in Socratico sermone maximè adamarat, 3 de Or. Socratici in utramq; quidem partem disputare, sed tamen ad extremum τῶν ἀφέσεων sententiam pronunciare soliti, 2 ad At. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes ferè Socraticos esse dicebant, Ereticorum, Heriliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, &c. 3 de Orat.

Socrus, crus. uxoris aut mariti mater. pro Clu. 24 d, Dinea, quæ tum ei mulieri socrus erat. I. V. 113 d, Nihil de socru tua audisti? & At. 138 d, Literæ Capuam allatæ ab Clodia socru.

Sodalis, lis. socius, etiãsi sodalis ferè in re leuiore est. Ep. 191 a, Ego qui & sodalis, & familiarissimus Dolabellæ eram. A. 29 b, At hoc Anaximando populari & sodali suo non persuasit. de Or. 127 d, Ego pro meo sodali, qui

mihi, &c. de Sen. 86 a, Primùm habui semper sodales, &c. et ibidem b, Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè. pro Plan. 268 b, de Nat. 76 d, et I. V. 95 d, Plancus in seditione habuit multos cupidos sui. et gratiosos: quos si tu sodales uocas, officiosam amicitiam nomine inquinas crimino so.

Sodalitas, tis. coitio, collegium. pro Cæl. 42 b, Ferd quædam sodalitas, &c. Qu. Frat. 309 d, Ad Her. 2 d, S. C. factum est, ut sodalitates decuriatiq; discederent. In V. 98 b, Officia sodalitatis ab aliquo flagitare. pro Pl. 266 b, Honesta sodalitas. de Sen. 86 d, Sodalitates me quæstore constitutæ sunt.

Sodalitium, tij. sodalitas. pro Plan. 266 b, Lex Licinia, quæ est de sodalitijs. In Sal. 274 d, Non ita est, sed abijt in sodalitium sacrilegij Nigidiani. ad Her. 40 d, Venit in ædes quasdam in quibus sodalitium erat eodem die futurum.

Sodes. Orat. 211 d, Libenter etiam copulando uerba iungebant, ut sodes, pro si audes sis, pro si uis. ad Atticũ 103 b, Tartesium mihi adeunti urbem, iube sodes nummos curare.

Sol, lis. Phœbi fax, rota feruida solis, signum præpotens. de Diuin. 90 d, de Nat. 39 b, Sol dictus est, uel quia solus ex omnibus sideribus est tantus: uel quia cum exortus est, obscuratis cæteris sideribus solus apparet. de Vniuers. 200 b, Deus solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitum. de Orator. 159 b, Videmus sol ut circumferatur, ut accedat ad brumale signum, & inde sensim ascendit, in diuersam partem. de Natu. 33 b, Sol V. diebus, & LX. & CCC. quarta ferè diei parte addita conuersionem conficit annuam. de Natura d. 35 b, Sol qui astrorum obtinet principatum. & Tusc. 162 a, Sol moderator et dux temporum. de Somn. 128 b, Deinde subter mediam ferè regionem sol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminũ reliquorum, mensmũdi, & temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret & compleat. de Natura. 46 a, Solis magnitudine multis partibus terra superatur. Academ. 20 b, & 32 b, Solem Mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem esse quàm terram. de D. 110 d, Sol maior ne quàm terra sit, an uerò tantus, quantus uideatur. In Arat. Sol consistens in capricorno conuertit curriculum. & ibidem, Rota feruida solis. de Natura. 18 b, De sole & luna, eorumq; motu. & 30 d, Solis accessus discessusq; & 33 b, & 44 b, & 46 d, Solem esse candidum & igneum. de Som. 129 d, Sicut solem intueri nequitis aduersum, eiusq; radijs acies uestra sensusq; uincitur. de Natur. 70 b, Soles multi à Theologis proferuntur. & de D. 100 d, Cum duo uisi soles, & tres lunæ. & cum sol nocte uisus est. et de N. 28 b, Sol geminatus quo anno P. Africanus sol alter extinctus est. de Som. 127 d, Cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusq; conuerterit. de Orat. 162 b, His de rebus sol me illa admonuit, ut breuior essem, qui ipse iam præcipitans me quoq; hæc præcipitem penè euoluere coegit. & Tusc. 168 b, Occidente sole. I. V. 240 b, Nullus unquam dies tam magna turbulentaq; tempestate fuit, quin aliquo tempore solem eius diei homines uiderint. de Fin. 69 b, Qui solem (ut aiunt) nec occidentem unquam uiderit, nec orientem. prouer. Att. 217 b, Simul cum sole experrectus

rectus sum. de Som. 126 b, Ago tibi grates summe Sol, uobisq; reliqs, cœlites. de Fi. 63 b, Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora & clariora sunt. Of. 38 b, Multa cõmemorarẽ nefaria in socios, si hoc uno sol quicquã uidisset indignius. d. Vmbraculum. Sol multis partib. maior atq; amplior, quàm terra uniuersa, 2. de Na. 68. & Acad. q. ed. 1. lib. 2. Sol oriens. Contrarium, obiens. Som. Scip. Sol duabus unius orbis ultimis partibus definiẽs motum cursus annuos conficit, de Na. 1. Sol est Apollo: luna autem Dia na, 3 de Na. Sol igneus, Oceani altitur humoribus, de N. d. 2. Sol qui tanta incitatione fertur, ut celeritas eius quãta sit, ne cogitari quidem possit, nobis tamen stare uidetur, Academ. q. ed. 1. lib. 2. Sol Democrito magnus uidetur, quippe homini erudito, in Geometriaq; perfecto, 1 de Fi. Vbi sol suũ totũ cõsecit & peragrauit orbẽ, fit annus, de Vn. Sol geminatus, P. Africani mortem prænunciauit, de N. Sol quũ Phaethontem filiũ in currũ trãstulit, 3 de Na. Sol cur se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemq; brumali, 3 de Na. Sol excidisse mihi è mundo uidetur, 9 At. 145 a, Genus dicendi, quo exprimitur summa admiratio hominis quasi obstupefacti. Sol nocte uisus Romæ, Diui. 1. Solis accessus discessusq;, solstitijs, brumisq; cognoscitur, de N. 2. 30 d, 33 b, 44 b, 46 d. Solis candor illustrior est, quàm ullus ignis, de N. 2. Solis & lunæ circuitus, reliquorumq; siderum, 2 de N. Solis circũuectio proxima lunæ, de Vn. Solis magnitudo, pulchritudoq;, et efficientia, 2 de Nat. Solis motus, cursus ac circuitus unuersa consideratio, de Nat. 2. Solis tactus non tepefacit solũ, sed etiã sæpe comburit, de N. 2. Solis luce clarius. Di. lib. 1. Solis & Perseidos filiæ, Circe & Pasiphaë, 3 de N. Solis radijs incensa luna, &c. de Nat. 1. Solis & lunæ reliquisq;, sideribus, animoq; præterea diuinitatẽ dedit Crotoniates Alcmæo, de N. 1. Apud solem in delubro deposuisse pecuniam in Sicilia Alexander dicitur, 2 de Leg. Solem quasi lumẽ accendit deus ad secundum supra terram ambitum, ut quàm maximè cœlum omnibus colluceret, &c. de Vn. Solẽ ut comites consequuntur Veneris & Mercurij cursus, Som. Scip. Solẽ, lunã, reliqua astra alia aquis, alia uoluptatibus, alia marinis. 3 de Nat. Solem dominari, & rerum potiri putauit Cleanthes, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Solem Epicurus tantum esse censet, quantus uidetur, lib. 1 de Fin. & 2 de Diuin. Id est, bipedalem fortassẽ, uel paulò aut maiorem, aut minorem. In solem procedere, Brut. Solem è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt, Læl. In illo sole tuo Lucrettno aprication ẽ tecũ unam malim, quã, &c. 7 ad At. 108 b. Simul cum sole experrectus essem, 13 ad At. A sole agris tepefactis & ex aquis excitantur uapores, 2 de N. A sole collucere, Acad. q. ed. 1. lib. 2.

Solarium, rij. de Nat. 43 b, Solarium uel descriptum, uel ex aqua, quo horæ declarantur. pro Qu. 10 b, Quintius non ad solarium, non in campo, non in conuiuijs uersatus est. ad Heren. 27 d, Vt ne ad solarium quidem idoneus sis.

Solatium, tij. consolatio, fomentum. Epist. 97 b, Vacare culpa magnum est solatium. & I. A. 223 d, Cuius luctus nullo solatio leuari potest. et de Pro. 72 d, Sed fruatur sanè hoc solatio. I. V. 231 d, Vt illi haberent hæc oblectamẽta & solatia seruitutis. de Cl. 165 b, Vos & præsentẽ mecura leuastis, & absenti magna solatia dedistis. & Atti.

65 d, Multa mihi dans solatia. Tusc. 188 d, Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. pro Arch. 188 b, Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbent. I. V. 262 d, Reportare solatium ex aliqua re. contra Rul. 82 d, Vectigal, &c. solatium annonæ. de Am. 97 d, Sed non egeo medicina, me ipse consolor, & maximè illo solatio, quod, &c. Epist. 179 d, In maximo meo dolore hoc solatio utor, quod, &c. At. 58 d, Nos malo solatio sed non multo tamen consolamur, quòd ipsius uicem minimè dolemus.

Soleæ, arum. crepidæ. de Arusp. respon. 254 d, Soleæ muliebres.

Soleæ: id est, compedes. de In. 81 d, & ad Her. 5 d, Ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt.

Soleatus, a, um. In V. 253 b, Stetit soleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaq; talari. & In Pison. 82 d.

Solennis, ne. quod cum quadam cerimonia consecratum est, celebre, festum. In Piso 90 b, Qui dies quasi deorum immortalium festi atq; solennes sunt aduentu meo celebrati. & Post q. 200 b, Lentulus de solenni religione retulit, & de Arusp. 147 b, Status solennesq; cerimonias pontificatu contineri. Tusculan. 173 d, Solenne & statum sacrificium. pro Dom. 242 d, Nec institutas cerimonias persequi, nec ullum uerbum solenne potuit effari. pro Dom. 238 d, Si tribunus plebis uerbis priscis & penè solennibus bona ciuis cuiuspiam consecrarit. In Ver. 274 d, Omnesq; dij, qui solennes cœtus ludorum initiis ueteribus thensarum. de Arusp. 248 b, Omnia solẽnia ac iusta ludorum summa cum cerimonia sunt seruata. pro Muren. 124 d, Illa solennis, comitiorum precatio. de Na. 4 b, Sacrificia solennia. de Orat. 161 d, Epulæ solennes. de Legib. 185 d, Ludi solennes. & 177 d, Solenne sacrificium & publicum. pro Quin. 4 d, Nullum est officium tam sanctum atq; solenne, quod non, etc. At. 104 b, Tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus: id est, consuetum. de Legibus, 173 d, Nec ulla uiciorum sacra solennia obeunto. pro Milon. 106 b, Iter solenne ante XIII. Calend. Februarij Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodeũdum. & 115 b, Expiare solennes religiones supplicio alicuius.

Solentinus, à Solente opp. Siciliæ. I. V. 129 d.

Soleo, es. solitus sum, consueui, non est meæ consuetudinis. de Orat. 96 d, & 161 d, Ratio consuetudinis meæ, qua quondam solitus sum uti. & de Inu. 42 b, Antipater ille Sidonius solitus est uersus fundere ex tempore. & de Inuen. 42 b, de Amic. 107 d, Si prius quid Scipio reprehẽdere solitus sit, edixero. I. P. 81 b, Sed etiam hilarioribus oculis quàm solitus eras, intuente. de Arusp. 253 d, In Põpeium autorem (ut prædicare est solitus) consiliorum inuehi cœpit. pro Cluent. 52 d, Cum quædam, ut solebat, controuersia esset orta. de Orat. 91 d, Irrisit ille quidẽ, ut solebat philosophiam. & 93 d, Vt in condition ib. scribi solet. Epist. 136 b, Quando tu secundum Oenomaum Accij, ut non olim solebat, Atellum. sed ut nunc fit, Mimum introduxisti. Epist. 136 b, Solebam enim antea delectari oleis. pro Quint. Rosc. 52 b, Qui mentiri solet, peierare consuenit: id est, exilium. de Or. 113 b, Quod optimo cuiq; Athenis accidere solitum est. Offic. 28 d, Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

maxime si aliquando alio domino solita est frequentari.

Solers,tis.ingeniosus,perspicax,sagax.de Na 50 a,Solers subtilisq; descriptio partium corporis. & 52 a,Prouida solers q; natura.de Clar.186 a, M. Pisonis acumen in reprehendendis uerbis uersutum & solers. de Nat. 47 b, Quid hoc homine solertius? de Se.88 b,Insitiones,quibus nihil inuenit agricola solertius.

Solerter.sagaciter.de Leg. 191 a,Ratio naturam imitata, res ad uitam necessarias solerter consecuta est.

Solertius.de Nat.lib.2, Simulata solertius res.

Solertissimè.Solertissimè perspicere.

Solertia,tiæ.sagacitas,perspicax prudentia,animorum incredibiles motus,celeritasq; ingeniorũ.de N. 19 b,Nulla ars imitari solertiam naturæ potest.& 50 b,Quibusdam bestijs machinatio quædam atq; solertia,ut in araneolis.et 12 a, Mundũ uos negatis effici sine diuina posse solertia.de Di.99 a,Chaldæi in Syria cognitiõe astrorum & solertia ingeniorum antecellunt. Of.32 a,Sic homines natura cõgregati adhibent agendi cogitãdiq; solertiam. de Opt. 244 a, Aliquem inscium faciendi, cum aliqua solertia iudicandi, adhiberi ad probandum quippiam.de Na.54 b, Quis tantum solertiam persequi potuisset in sensibus?

Solicito,as. afficio, ango,solicitũ habeo, miserum habeo. At.16 a,Multa sunt,quæ me solicitãt angũtq;.& de Or. 136 a,Hoc me solicitare summè solet. de Fin.59 b, Quæ semper animum excruciant, semperq; solicitant.de Sen. 77 a,Quanquã certò scio, non ut Flammimium solicitari te Attice.Ep.24 a, Sed tamẽ nihil me magis solicitat, quàm,&c. & 27 a,Ea cura me uehemẽtissimè solicitat. Ep.236 b,Omnes molestias & solicitudines,&c.

Solicitudo,dinis.angor,cura, metus, molestia,negociũ.). Securitas.de Le.164 a,Solicitudo conscientiæ uexat impios.& Tus.213 a,Solicitudo est ægritudo cum cogitatione.Tusc.169 a, Nulla cura,nulla solicitudo reliqua est.At.129 a, Nũc scitote me esse in summa solicitudine. & ad Bru.91 b,Sine solicitudine essem.Itẽ: Non minore nunc sunt solicitudine,etc.de Di.137 a,Tibi aũt de me eũ solicitudine cogitanti subitò sum uisus emersus ex flumine.pro Cl.53 b, & Epi.175 a,Quicquid hoc tempore habet solicitudinis et negocij.de Di.126 b,Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt.cont. Rul.68 a,Solicitudo in qua illis temporibus fuistis.Off. 69 a,Angores, solicitudines, diurni & nocturni metus. & pro Clu.27 a,Solicitudo animi & timor. At.81 a,Sed dices me ipsum mihi solicitudinem struere.de Cl. 196 b, Ex te duplex nos afficit solicitudo,quòd & tu repub. cares, & illa te. Attic.93 a, Solicitudine prouinciæ tamen uel maximè urgebamur. de Di.139 a, Somnus est perfugium omnium laborum & solicitudinum.At.281 a, Præ solicitudine ac stomacho multa scribere non possum.

Solicitus,a,um.anxius,suspensus,perturbatus,laboriosus, exercitus.).Securus,solutus,à cura liberatus.cont. Rul.65 a,Ciuitas solicita suspicione,suspensa metu,perturbata seditionibus.& pro Dom.232 a, Tota ciuitas suspensa & solicita est.& At.33 a,Suspenso animo & solicito sum.Att.59 a, Epistola tua solicitum me de Qu F. ualde leuauit.& 173 a, Sum solicitus de te,&c.Ep.23 b, Mirificè sum solicitus,quid nam de prouincijs decernatur.Att.58 a, Amor solicitus atq; anxius.de Fi.76 a, An

xio et solicito animo esse.Ep.254 b,Animus solicitus.). Animus solutus.Ep.26 b,Quæ non animum meum magis solicitum haberẽt,quã tuum.Ep. 154 b,Solicitiorem certè hominem non suis cõtractis neminem puto fuisse. Ep 96 b,Solicitũ autem te habebat cogitatio tum officij,tum, &c. Ep. 24 a, Solicitus eram de rebus urbanis. Att.138 b, Antea solicitus eram & angebar,quo uti cõsilio possem.& 122 a,Quàm sum solicitus quid futurum sit.pro Cec.285 b,De quibus antea laborabam.). Nunc æquissimo animo sum.Qu.F. 317 b,Magis sum solicitus expectatione ea,quàm metu.de Sen. 91 a,Quarta restat causa, quæ maximè angere,& solicitam habere senectutem debet.de Am. 106 a,In uita tyrannorum omnia semper suspecta atq; solicita.

Soliditas,tis.firmitas,eminẽtia.de Vn.197 b,Cum soliditas mundo quæreretur, solida aũt omnia uno medio.de Fin.52 a,Soliditas corporis induidui.de N.11 b,Non soliditate quadã, sed imaginibus similitudine perceptis.& 22 a,Nec ullam habent soliditatem, nec eminentiam.

Solidus, a, um.habens soliditatem,uerus,eminens.de Di. 90 b, Alexander cum columnam auream uellet auferre, dubitauit utrum solida esset, an,&c.de Vn.197 a,Nihil tangi potest, quod careat solido:solidũ aũt nihil est,etc. de Nat.35 a,Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus,ex planis circulus aut orbis.de Na.164 a,Species deorum,quæ nihil concreti habeat,nihil solidi,nihil,&c.de N.45 b,Terra solida & globosa.& de Fi.52 b, Illa inditi uidua & solida corpora.Tusc. 190 b, Res solida & expressa,non adumbrata. de Fi.62 b, Non tam solido,quã splendido nomine uirtutis.Top.222 a, Paries directus,solidus,uel fornicatus.pro Planc.336 b, A corporibus solidis fluere imagines.& 265 a,Hæc sunt indicia solida & expressa.Attic.85 a,Pompeius fortè cauet usuræ, nec ea solida contentus est. de Or. 152 b,Vt orator suauitatem habeat austeram & solidam.Of.65 b,Sed nos ueri iuris, germanæ iustitiæ solidam & expressam effigiem nullã tenemus.In Ant. 294 a,Vera,grauis,& solida gloria.Itẽ: Præceps & lubrica dominandi cupiditas.in Vat.30 b,Solida laus,& uera dignitas.pro Sest.22 b,Solidam ueramq; laudem quærere. & At.274 a,Solida uerãq; gloria.de Cl.192 a,Solidum genus orationis.pro Planc.263 a,Non enim tribum Tarentinam,sed solidã,&c.in Ver. 58 a, At enim solidum:id est,ut me Siculi maximè uelint: alterum illud,credo,obscurum est,&c. id est, ratum & firmum.in Pis.92 b,Quibus ex rebus nihil est,quod solidum tenere possis.de Finib. 63 b, Solida utilitas. pro R. P.230 a,Ita bona ueneant,ut solidum suum cuiq; soluatur:id est, integrum.

Solipuga,pugæ.teste Plin.li.29,cap.4.,Est, inquit,& formicarum genus uenenatum,non ferè in Italia:Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bœtica.

Solistimus, a, um.augurij genus.de Di.123 b,Cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant.& 86 a, & Epi.83 b.

Solitarius,a,um.solus,soliuagus,remotus ab oculis populi,uita inculta & deserta ab omnibus.(.Coniunctus & sociatus cum alĩero.de Am.111 b,& de Na.31 b,Non solitariũ neq; simplex,sed,&c. Off.40 b, Solitarius ac rarũ atq; in agro uitam agens.de In.57 b, Solitarium ac rarũ iudicatum.de Am. 112 b, Natura solitarium nihil amat.

Solitudo

Solitudo,nis.regio derelicta,locus desertus, recessus,secessus,uiduitas,inopia,derelictio.I.V.227 a,Audistis quę solitudo esset in agris,quæ uastitas,etc.I.P.91 a,Tibi soli tudo erat pro frequẽtia.de In.50 b, Solitudo loci. (. Celebritas loci.Ep.26 b,Vt discederẽ fortasse in aliquas solitudines.de D.113 a,Si scisset se in solitudine Aegyptiorũ trucidatũ iri, etc.de Cn.Põp.loquitur.ad Hc.2 a,Inopia, solitudo,calamitas.pro Q.2 b,Inopia et solitudo alicuius. At.194 b,Sed mihi solitudo et recessus prouincia est. de Cl.185 a, Tũ erat ab oratorib.q̃dã in foro solitudo. I. V. 271 a,Disertissima solitudo.de Sõ.129 b,Vasta solitudo. pro Cec.287 a,Ebutius iste, qui iã diu Cæsenniæ uiduitate et solitudine alitur.de Am.112 b,Si qs nos deus ex hac hominũ frequẽtia tolleret, et in solitudine uspiã collocaret.& ib.Solitudo aufert fructũ uoluptatũ. de Or.101 b, Vt ista ab solitudine domũ meã uindicarẽ. et 121 b,Cum Crassius se de turba, & à subselliis in ocium solitudinẽq; contulerit.Of.28 a,Ampla domus dedecori domino sæpe fit,si est in ea solitudo.& 31 a,Si solitudo tãta sit,etc.

Solitus, a,um.usitatus,uetus.de Am.112 b,Illud è Tarẽtino Archita, ut opinor,dici solitum.de Cl.191 a,Nõ insolita adolescentibus gloria.

Soliuagus,a,um.solitarius. Of.32 a,Soliuaga cognitio et ieiuna uideatur. Tus.235 b,Earum ipsarũ partim soliuagã,partim cõgregatas.i.bestias.de Vn.198 b, Cœlum soliuagum,& uolubile, & in orbem incitatum.

Solium, lij. sedes.de Fi.79 a, Sedere in solio,ornatu regali.de L.158,Vt more patrio sedẽs in solio consulentib.responderem.et 155 a,In solio sedẽs domi.de Or.129 b, Dicet te cum ædes uenderes,ne in rutis quidem & cæsis solium paternum recepisse.

Solium.labrum, cupa. I.P. 94 a,Græci stipati in lectulis ipse solus bibiturus,quæ eodem de solio ministrentur.

Sollicitatio,onis.instigatio.pro Cl.23 b,et 18 a,De sollicitatione Diogenis.Epist.158 b, Hinc illæ sollicitationes seruorum minis & promissis.

Sollicito,as . instigo,urgeo.pro Cl.27 a,Fabricius Diogenẽ ad uenenũ Habito dandũ, spe et precio sollicitare cœpit.et 37 b,Legio est ab eo sollicitata in Illyrico.I.A.229, T.Plãcus,cæteri patres,sollicitãt homines imperitos.pro Cæl.48 a,Sollicitare seruos alicuius ad aliquẽ necãdũ.I. C.111 a,et 112 b,Precio sollicitare animos egẽtiũ.Ep.24.2 b,Se sollicitatũ esse,ut regnare uellet.et 169 a, Sollicitare exercitũ.I.A.212 b,Nõ rursus decuriabit impobos,non agrarios sollicitabit.pro Deio.149 a, Seruũ sollicitare.

Solœca,orum.At.19 a,Lucullus de suis historijs dixerat, se quo facilius illas probaret Romani hominis esse,idcir co barbara quædam & σόλοικα dispersisse.

Solœcismus, mi.ad Her.27 b,Solœcismus est,cũ plurib. uerbis consequens uerbum superiori non accõmodatur, ὑποσόλοικον.At.28 b, et 224 b,Nihil tã σόλοικον ὄ, etc. χρεὼ βαλεῖν ἐμὲ καὶ σὲ. i. mihi & tibi.

Solon,onis.Of.22 a,Solon qui ut reip.prodesset,furere se simulauit.At.154 b,Solon popularis tuus,qui capite sanxit,etc.et 282 a, Solõ qui et sapiẽs unus fuit ex septẽ,etc.

Solonium, nij. uilla. At.24 a,Ire in Soloniũ aut Antiũ. & 28 a,Quem illa βοῶντες,cum è Solonio redierit,ad te est relatura.

Solor, aris.consolor.in Vat. 34 b, C. Antonius hac una re miseriam suam solatur,quòd, &c.

Solstitialis,le.). Brumalis.de N. 66 b,Cũr sol se referat, nec lõgius progrediatur solstitiali orbe,itẽq; brumali.de Vn. 200 b,Astra per cœlũ penetrãtia solstitiali se et brumali reuocatione conuertunt. Tus.260 b, Solstitiali die.

Solstitium,tij.cũ sol ultrà nõ progreditur: estq; duplex, hybernũ alterũ VIII. Cal.Ian.alterũ æstiuũ VIII.Iulij.). Bruma.de N.30 a,Solis accessum discessumq; brumis solstitijsq; fieri. & 36 a,In lanæ cursu est brumæ quædã et solstitij similitudo. de Diu.127 b, In his locis post solstitium canicula oritur,apud Troglodytas ante solstitium.

Soluendo:id est, habere uel non habere unde soluas. Of. 49 b, Is occultat gaudium suum, ne uideatur non fuisse soluendo.I.A.161 a,Nec tu soluendo eras.

Solùm.tantum, modò.I.A.175 a,Nos nuncupationẽ solũ habemus,&c. Orat.212 a,Recto casu solũ Græcè loqui.de Or.126 b,Nõ solũ oratiõe,sed multo magis ui et dolore. At.128 b,Nõ solùm,&c.sed etiã,&c.Ep.60 a,pro Mil. 113 a, Neq; his tantũ,uerumetiã,&c.Tusc.192 b,Quasi uerò atrabili solũ mẽs,ac nõ sæpe uel iracundia grauiore uel timore moueatur.de L. 166 b,Hi de re una solùm dissident,de cæteris mirificè congruunt.

Solum,li.terra,fundamentum,& quicquid alicui rei subiacet.contra Rul.79 b, Quod solũ tã exile et macrũ est, quod,&c.de Cl.166 a,Seremus igitur aliquid tanquã in inculto et derelicto solo. pro Cor. 57 a,Vos mutæ regiones imploro.& sola terrarum ultimarum. Topic.222 b, Solũ ambitus ædiũ.Par.125 b, Aurata tecta,& sola marmorea in uillis facere. de Cl.188 b,Solũ & quasi fundamẽtũ oratoris est, etc.An.196 b,Iupiter Op.Max.cuius nutu sola terrarũ gubernãtur.de Leg.169 b, Quin ipse quoq; sum ipsi uillæ amicior factus,atq; huic omni solo, &c. I.C. 122 a,Patriæ solum omnib. charũ est.pro Cor. 69 a,Qui ciuitatis alicuius solũ ciuitatis mutatione uertissent.pro Ce.394 b,Qui uolunt pœnã aliquã subterfugere,eo solum uertũt,hoc est, sedẽ ac locum mutãt.Par. 121 b, Mutare solum.pro D.229 a, pro Q.18 b, Quò uertẽdi,hoc est,mutandi soli causa uenerant.& 16 b, Vertere solũ exilij causa.I.A. 197 a,Exilij causa solũ uertisse. I.V.254 a, Cleomenes nauẽ in solo fluctuãte reliquerat. Tus. 246 a, Mihi calceamẽtum est solorũ callũ.Ep.143 a,Ibi loquor.q in solũ,ut dicitur. de N.14 a,Abuteris ad omnia atomorũ regno et licẽtia: hinc quòdcunq; in solũ uenit (ut dicitur) effingis atq; efficis. prouerbiũ est de eo qui neq; quid dicat,neq; quid agat,attẽdit: sed omnia de omnib.& loquitur & efficit.Videtur autẽ à figulis sumptum,qui quicquid in solum suum & in rotam uenit,fingunt. Vide Erasmi Chiliades.

Soluo,uis.persoluo,dissoluo,pendo,dependo,appẽdo,numero,adnũero,repræfero,preciũ enumero, preciũ do, pecuniã do,satisfacio,reddo,cõfero,ære alieno exeo,uel me libero.I.V.186 a,Verres ciuitatib. pro frumẽto nihil soluit omnino. pro Fl.156 a, Respõdet se omnẽ pecuniã Fusciis persoluisse. pro Cl.24 b,pro Fl.157 b,Is pecuniã præsentem non debitam mulieri soluit. Qu.F 301 b,Priusquã Fũdanio debitum solutum esset. At. 262 a,Vt pecuniã reliquã Buthrotij ad diem soluerent.Bru.269 a, Pecunia .n. solui potest.At.261 b,Ne Terẽtiæ quidẽ adhuc quod soluã,expeditũ est.pro Qu.R.53 a,Cũ altera pẽsio soluẽda esset.Att. 255 b,Hoc q, satisdato debeo,peto à te ut prouideas, planeq; expedias, & solutum relinquas.

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro Qu.R.514, Quòd à Flauio abstulero partem dimidiã, inde me soluturũ spondeo.At. 251 b,Ex qua pẽsione ipsa maior pars est ei soluta aliquanto ante diẽ. pro Fl. 155 a,Cuius bona,q, is populo nõ soluebat,publicè uenierũt.At.107 a,Soluẽdi sunt nũmi Cæsari.,p Cl.43 b. Qui pecuniã pro potiõe dedit.Ep.122 a,Soluere beneficia alicui.de Ar. 250 a,Si habuerit unde tibi soluat,quod ei p̃ syngraphã credidisti pro Qu.5 a,Vt procurator iudicatũ solui satisdaret.de Cla.166 a, Ego uerò expectabo ea quæ polliceris, neq; ea exigã:sed tamen erunt mihi grata,si solueris. & ibi. Ego tibi Brute nõ soluã, nisi prius, &c.At.232 a,Liberare se magno ære alieno. Qu.Fr.295 a,Quanta tandẽ pecunia penderetur,si omniũ nomine, quicunq; ludos Romæ facerẽt,erogaretur.At.207 a,Magius soluẽdo nõ erat.Ep.37 a,Cũ soluẽdo ciuitates nõ essent.pro Ce. 304 b, Vt religione ciuitas soluatur.de Sõ. 131 a,Ego statim somno solutus sum.ad He.16 b,Soluere aliquẽ legib. de Vn. 292 a, Omne colligatũ solui potest. At.176 a,& 240 a, Delatus ad me fasciculus,solus solui.et 7 a,Soluere ancoras. pro Mu.124 b, Portu soluẽs.)(. Qui in portũ ex alto inuehitur. Att. 103 b, Quid ad hæc reperis?soluamus inquis.de Di.86 a,Agamẽnon soluere imperat auersa naui. Of.62 a, Si idẽ sciret mercatores ab Alexandria soluisse.Ep. 259 b,Nos eo die cœnati soluimus,etc.de Fi. 53 a, Soluere captiosa argumẽta. At. 2 b, Misimus qui pro uectura solueret.I.A.185 b, Soluere uota.Of. 70 a, Soluere nũmos adulterinos pro bonis alicui.pro Ma.133 a,Cũ patriæ q, debes,solueris.l.Denarij.

Soluere á se, est non aliunde pecuniam accipere,aut per alium soluere,sed de suo (ut aiunt) soluere.

Soluere, uel repræsentare, uel dare ab aliquo, est curare ut alius tuo nomine soluat.l.A, & Ab.

Solus,a,um. solitarius, unicus, unus, unus solus, solus per se, unus ex omnib.)(.Cum altero.de Pro.72 b, Tiberius Gracchus solus ex toto illo collegio,& c.de Ora.148 b, Stoici soli ex omnib.philosophis dixerũt, & c.et 154 b, Gorgias solus ex omnib.etc.Ep.28 b,Solus tu ex omnib. At.179 b,Minutius XII sola curauit.de Ar.246 b, Qui locus solus ex priuatis locis omnib.hoc præcipuè ius habet,ut,& c.et ib.Vno solo illo dissentiẽte.de Di.93 a,Cũ in locis solis mœstus errares. Of.60 a,Cui uisum est utili us solũ se quã cũ altero regnare. At.77 a, Scæuola q solos nouẽ mẽses Asiæ præfuit. de Or.86 b,Actio sola per se magna est.Top.225 b,Sapiẽtia sola p̃ se.pro Mur. 134 a, Dicere aliqd alicui soli.i.nemine præsẽte uel audiẽte.

Solutè,expeditè.de Di.129 a,Animus somno relaxatus,solutè mouetur,& liberè. de Cl. 174 b,Solutè & suauiter dicere.& 390 b,Facilè soluteq; uerbis uoluere sentẽtias. & ibid. Tam solutè egit,tam leniter,tam oscitanter.

Solutio,onis. At.203 b,Sustinẽda est solutio nominis Valeriani,dum de Metione sciamus.pro Pomp.7 a, Romæ solutione impedita fidem concidisse.pro Ce. 287 a, Tempori. illis difficillimis solutionis. Of.51 a, Solutio rerum creditarum.pro Cl. 24 b,Si hæc solutio legatorũ,& nõ merces abortionis appellanda est.

Solutio .dissolutio.de Or 94 b,Linguæ solutio,uocis sonꝰ.Tus.203 b,λύσις,quasi λύσις.i.solutio totius hominis.

Solutus,a,ũ. liber,dissolutus.)(.Alligatus.de D.80 b,Animi sine ratione et scientia, motu ipsi suo soluto et libero incitantur. de Fi. 138 a,Motus solutus ac uagus. & 55 b, Cũ soluta nobis est eligẽdi optio,nec impeditur,etc.Ep. 16 a,Si essent omnia mihi solutissima,nõ alius essem atque nũc sum.pro R.P.124 b,Qua lege totus ordo solutus ac liber est.contra Rul. 65 b,Consul solutus à cupiditatib. liber à delictis.pro Do. 234 a,Hominis soluti, & à cura liberati.At.136 b,Quæ soluto animo scribi solẽt, ea tẽporibus his excluduntur.Epi. 254 b, Animus solicitus.)(.Animus solutus.de Or.110 b,Aues passim ac libere solutas opere uolitare.I.V.146 a,Soluto liberoq; animo esse.Or.204 a,Solutum sit quiddam,nõ uagũ tamẽ, ut ingredi libere, non licenter errare uideatur.de Clar. 180 a,Solutus in explicandis sentẽtijs.& , Gellius uerbis solutus. & b, Solutissimus in dicendo,& acutissimus.de Cl.Or.187 a, A' natura ad dicendum satis solutus atq; expeditus.& 190 a, Verba nõ soluta,nec diffluẽtia, sed astricta numeris.et de Or.160 a,Soluta oratio.Or.219 b, Maiorem habent apta uim , quàm soluta.de Cl.185 a,Solutus & mollis in gestum.ad Att. 33 a, Quum uideas uoluntatem ciuitatis solutam,uirtutem alligatã. de Or.159 a,Nec uerba alligata sint,quasi certa aliqua lege uersus: nec ita soluta, ut alligentur.

Somniculosus,a,um. somno plenus.de Sen.84 a,Iners, ignauus, & somniculosa senectus.

Somnio,as. secundũ quietẽ uideo,in quiete uideo,in somnis uidere uideor,in quiete mihi uidetur,somnium facio, in somnis cerno,in somnis uideo,secundũ quietẽ aliquid mihi uidetur , dormienti mihi uidetur, quæ se in quiete per uisum ex Africano audisse dicebat,quæ igitur natura obtulit illã specie Simonidis?cũ tibi obiecta sit species alicuius rei, obijciuntur aũt sæpe formæ, quæ reapse nullæ sunt, speciẽ aũt offerunt. de Diuin. 88 b, Mater somniauit,se peperisse satyriscũ. At. 149 b, Troianũ somniauerã.de Di. 133 b, Si ea dormientes agerent quæ somnarent,alligãdi essent oẽs qui cubitũ irent.de Di. 135 a,Animus cũ lãguore corporis, nec mẽbris nec sensib.uitio testi , incidit in uaria uisa & incerta, ex reliquijs, ut aut Aristoteles inhærentib. earũ rerũ quas uigilans gesserit aut cogitarit , quarũ pertũrbatione mirabiles interdum existunt species somniorũ.de Di.136 a, Defert ad coniectorem quidã,somniasse se,oium pendẽre ex fascia lecti sui cubicularis.de Di. 137 b, Nec mihi magis usquam uideor , quàm cum in curia senatũ uideo somniarẽ.de Di. 137 a, Hanc credo causam somniandi de illo fuisse. Acad. 13 b,At cum somniauit,ita narrauit,& c.de Na.5 b, Miracula non dissentium philosophorũ, sed somniantiũ. de Diu.138 a, Quædam matrona uisa est in quiete obsignatam habere naturam. & ibidem, Cursor uisus est in somnis curru quadrigarum uehi.

Somniũ,nij.uisum, uisum somnij,insomniũ.pro Do.24 b, Qui arã in littore deserto somnijs stimulatus,aut religione aliqua cõsecraret.de D.92 a, Cũq; senatui somniũ narrauisset,pedib.suis saluus reuertit.ibi.Eandẽ in somnijs admonitionẽ fuisse. Acad.qu.13 b,Eadẽ ratio est somniorũ.et 14 a,Eadẽ est in somnijs species.de N.9 b,Chrysippus Stoicorũ somniorũ uaferrimus interpres.de Di. 134 a, Coniector somniorũ. & 88 b, Sõnia Antiphontis interpretatione explicata.et 90 a, Dionysius Persicus, de Cyri somno.de Nat.104, Non philosophorũ iudicia, sed delirantium somnia.de Diu. 891 a, Quo facto somnio, pater, &c. in Sallust. 275 a, Et dic unde tu repentè tanquam somnio beatus,hortos pretiosissimos parãueris.de Di.136 a,Somnium de Simonide,&c.& 135 a, Deos obijcere dormientibus uisa quæda tortuosa & obscura.& ibid. Vt mobiliter animus agitatus,quod uigilans uiderit,dormiẽs uidere uideatur.de Am.98 a, Quæ se in quiete per uisum ex Africano audisse dicebat. de Som. 127 a, Hic mihi Africanus se ostendit illa forma, quæ, &c.

Somnus,ni.sopor,quies.de D.139 a,Somnus est perfugiũ omnium laborum & solicitudinum.de Sen.94 a,Nihil morti est tam simile quàm somnus.Tusc.168 a, Somnus imago uel simulachrum est mortis.At. 118 a, de In.63 b, Tusc.218 a, Ergo si somnum capere tam longis te epistolis non obtunderem. At.144 a,Cùm me ægritudo somno priuaret.de Som.126 b,Deinde ut cubitũ discesimus, me arctior quàm solebat somnus complexus est. & 127 b,de N. 55 a, Quæso, inqt,ne me è somno excitetis.pro Syl 171 b,Ex somno excitare aliquem.Tusc.218 a,Et somno suscitari.de Cl. 190 b, Somnium isto loco uix tenebamus. Tusc. 123 a, Epulati somno se dederunt. Att.217 a, Deinde somno repetito simul cũ sole experrectus sum. Offic.21 a,Ludo autem & ioco uti licet,sed sicut somno & quietibus cæteris. de Fi.138 a,Tusc.168 a, Nisi iucundissimis nos somnis usuros putemus,Endymionis somnũ nobis nolimus dari.de D. 114 a,Animus per somnum cuncta uacuus.de N.17 b,In somnis uidere aliquid.de Di.105 b,Is uera et certa cernit in somnis.de D. 90 b,Annibalẽ cum cepisset Saguntũ,uisum esse in somnis à Ioue in cõcilio uocari.de D.89 a,Mater grauida parere se ardentem facem uisa est in somnis Hecuba. de Diuin. 89 b,& 90 b,In somnis,in somnijs,per somnum,in quiete,secundum quietem.

Sonipes, dis.equus.de Or. 160 a,Sonipedes.

Sonitus,tus.sonus,cantus buccinæ.de Som. 129 a,Hoc sonitu completæ aures obsurduerunt.Tusc. 169 a,Quo sonitu reddito,ridens inquit,& c.de Or.89 b, Verborũ sonitus inanis.de Arusp.258 a,Cogitate genus sonitus,eius quem Latinienses nunciarunt. Orat. 205 b, Eloquentia quæ cursu magno sonituq; feratur.ad Attic. 9 a,Nostram in hac materia sonitus nostros. ad Heren. 28 b, Sonitus tubæ.

Soninia,orum. augurij genus. Epist.lib.6,Nec ex tripudijs solistimis aut soninijs tibi auguror,sed habeo alia signa quæ obseruem.

Sono,as.cano,sonum refero , sonum uel soniũ efficio uel reddo.de Di.122 b, & 96 a,At Lacedæmonijs in Herculis fano arma sonuerunt.de Som.129 a,Natura fert ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè sonẽt.de N.42 b, Ipse aer nobiscum uidet,nobiscũ audit,nobiscũ sonat.Of. 68 b,Et quidem sic hæc duo uerba inter se discrepant,ut tamen unum sonare uideantur.Or.219 b,Idem sunt numeri non modò loquentiũ,sed etiam sonantium omniũ,quæ metiri auribus possumus.& 212 a,Verba bene sonantia.item ibi.Malè sonantia,ijsdem. de Or. 156 b,Verba in quibus plenum quiddam,& sonans esse uideatur.de Cl.187 b, Cotta sonabat cõtrarium Catulo, subagreste quiddam,planeq; subrusticum.pro Ar.199 b, Cordubæ nati poetæ, pingue quiddam sonãtes,atq; peregrinum.de Fin.65 a,Epicurum,qui crebrò dicat oportere exprimi,quæ nis subiecta sit uocibus,non intellige-

re interdũ quid sonet hæc uox uoluptatis:id est,quæ res huic uoci subijciatur.& Fin.74 b,Si in honestate uoluptatem dicant inesse,& ait eos inani uoce sonare.Tus.242 b,Dicatq; nos in uocibus occupatos inaneis sonos fundere.Orat.146 b, Si qua nihil sonare aut olere peregrinũ posit, quo magis antiquitatem,si ita sonet,sermo eorũ retinere uideatur.de Na.30 b,Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numerosè sonantes.

Sons,tis.nocens. Offi.16 b,Idq; est uiri magnanimi, rebus agitatis punire sontes,multitudinem conseruare.I.Ant. 164 a,Comprehensio sontium mea, animaduersio sententia fuit.de Legib. 185 a,Epist. 57 a,Vincula sontium seruanto.& Tuscul.183 b,Aut etiam sontibus opitulari poteram.

Sonus,ni.uox,uocis sonus,uocis cantus.de Na.54 a, Aures cum sonum recipere debeant , qui natura in sublime fertur, rectè in alta corporum parte collocatæ sunt.itẽ, Aures duros & quasi corneolos habent introitus, multisq; cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus:quocirca et in fidibus testudine resonatur.aut cornu & extortuosis locis et inclusis referũtur ampliores. de Som.128 b, Quis hic est,qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus?& ibidem, Hic est,inquã ille sonus,qui interuallis coniunctus imparibus,sed tamẽ proratione distinctis,impulsu & motu ipsorum orbium efficitur , qui acuta cum grauib. temperans æqualiter cõuentus efficit.de Nat. 55 b, Varietas sonorum,interualla, distinctio , & uocis genera permulta. de Orat.107 a,b, Græci uocẽ sedentes ab acutissimo sono usq; ad grauissimũ sonũ recipiunt. de Ora.126 a,Vox ad miserabilẽ sonum inflexa. Orat.213 b,Omnium longitudinum & breuitatum in sonis , sicut acutarum graduumq; uocum iudicium natura in auribus nostris collocauit. Orato. 200 b,Vt extrema referant eundem in cadendo sonum. de N. 56 b,Manus apta ad neruorum eliciendos sonos.de Or. 164 a,Cursus uocis per omnes sonos.de Diu.103 b, Qui sono quodam uocum & Phrygijs cantibus incitantur. de Natu. 56 b, Lingua sonos uocis distinctos & pressos efficit,cum,& c. Acad. 19 a,Ac mihi uidetur dignissimũ rebus his de quibus loquitur, sonum fundere.Tusculan. 242 b, Dicatq; nos in uocibus occupatos, inaneis sonos fundere.& 251 a, Inanis uocis sonus.Orat.212 b,Verbũ, uox,sonus.de Orat.200 b,Sonus pronunciandi. Tuscul. 161 a, Qui sonos uocis , qui infiniti uidebantur,paucis literarum notis terminauit. Offic. 29 b, Sic uiuendum est in uita , ne fortè quid discrepet uel multo etiã magis, quo maior & melior actionum quàm sonorum concentus est.& de Legibus, 177 b,Nihil tam facilè in animos teneros atque molles influere , quàm uarios canendi sonos.

Sophia,æ. l. Sapientia.

Sophisma,tis. Acad.19 a, Contorta & aculeata quædam sophismata , sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.

Sophistes, tæ.Ac.18 b,At quis est hic? num sophistes? sic enim appellantur hi , qui aut ostentationis,aut quæstus causa philosophantur.de Nat.14 a,& Or.200 b,Abderites Protagoras,sophistes temporib. illis maximus.& 200 b,Isocrates,multiq; alij,qui sunt nominati sophistæ. de Finib.64 a, Sed & Gorgiam & cæteros sophistas ius

sos uidemus à Socrate. de Fi. 64 a, Eorum erat iste mos, qui tum sophistæ nominabantur.

Sophocles, clis. poeta tragicus. de Sen. 81 b. bis. & de Finibus lib. 5. de Diu. lib. 1. Att. lib. 2.

Sophocleus, ea. l. Pango.

Sophos. sapiens. de Fi. 69 b, Lælius sophos ille, & c. bis. Tus. lib. 5, Qui à Græcis Sophi, sapientes à nostris nominantur. de N. lib. 1, Sophi motum inanem uocant.

Σώφρων. l. Temperans.

Σωφροσύνη. l. Temperantia.

Sopitus, a, um. quasi somno oppressus. pro Cæl. 46 a, Blandimenta quibus sopita uirtus conniueret. de Di. 93 a, & 104 a, Sopito corpore animus uigilat.

Sopor, oris. somnus. de Diu. 89 b, Cum iam quieti corpus dedi, sopore placans artus languidos. in Sal. 274 b, Noli nobis languorem & soporem exprobrare.

Soranus, na. pro Plan. 263 b.

Sorbeo, bes. sorbui. l. Absorbeo. Qu. F. 328 b, Ista odia nõ sorbeo solum, sed etiam concoquo. I. A. 232 b, Quid eum non sorbere animos? quid nõ haurire cogitatione? cuius sanguinem non bibere censetis?

Sordeo, des. Oct. 329 b, M. Antonius, cui sordebat Macedonia prouincia: id est, putet, & sordida uidetur.

Sordes, dium. lutum, fex. de Nat. 55 a, Prouisum est etiam, ut si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium tanquam in uisco adhæresceret. pro Sest. 16 b, Virtus splẽdet ipsa per se semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. in Sal. 272 b, Non enim procacitate linguæ, uitæ sordes eluuntur. I. A. 156 b, Eluere sordes. I. P. 93 a, de Cl. 185 a, O lutum, ô sordes. &, Is ex summis & fortunæ & uitæ sordibus consul factus est. pro Cl. 21 a, Mater squalore filij et sordibus lætatur. Postquã. 199 a, Alicui quotidianæ lachrymæ, sordesq; lugubres. pro Cluen. 58 a, Spectaculum sordidum atq; luctus, & tanti squaloris alicuius. I. V. 262 b, Aspicite iudices squalorem sordesq; sociorum. pro Do. 225 a, Filiæ meæ fletus assiduus, sordesq; lugubres. Epistol. 233 b, Iacere in lachrymis & sordibus. pro Muren. 142 b, Populus Romanus non amat profusas epulas, sordes, & inhumanitatẽ multo minus. Epistol. 95 a, Sordes hominis: id est, auaritia. Att. 10 b, & 12 b, Satius erat illum in infamiæ relinqui sordibus, quàm infirmo iudicio committi. Attic. 65 a, Iudicum sordes. id est, auaritia. At. 81 a, Has à nostro Qu. Tricinio sordes accepimus. Epi. 123 b, Nam sordes eluere uult.

Sordidatus, a, um. sordidus. de Or. 126 b, Mœstus ac sordidatus senex. I. V. 121 a, Heraclius & Epicrates sordidati maxima barba & capillo. & 209 a, Postq. 206 b, Innumerabilis multitudo supplex ad eum sordidata uenerat. I. P. 94 a, Serui sordidati ministrant. I. A. 2, Sordidata mancipia.

Sordidè. auarè. de Or. 141 a, Sordidè dicere. At. li. 15, Sordidè concionari.

Sordidus, a, um. inquinatus, obsoletus, auarus. Tusc. 202 b, Sæpe est etiam sub pallio sordido sapientia. Attic. 195 a, Villula sordida & ualde pusilla. pro Fl. 157 a, et de L. 191 a, & At. 121 b, Homo egẽs ac sordidus. I. P. 101 a, Nec minus lætabor, cum te semper sordidum, quàm si paulisper sordidatum uiderem. I. A. 156 b, Vt enim quisq; sordidissimus uidebitur, ita libentissimè seueritate iudican-

di sordes suas eluet. pro Mur. 144 b, Squalore sordidus. de In. 76 b, De pecunia ratiocinari sordidũ est. Att. 143 b, Iste omniũ turpissimus & sordidissimus idem est, qui in rep. fuit. Q. F. 293 b, Tuscenius homo furiosus ac sordidus. Of. 30 a, De artificijs & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi. & 37 a, Quæ sordidissima quidem est ratio & inquinatissima. et 43 a, Id enim ipsi sordidũ est ad famam, committere ut accusator nominetur.

Sorites, tæ. de Di. 110 b, Quẽadmodũ soriti resistas, quẽ si necesse sit, latino uerbo liceat acerualẽ appellare, sed nihil opus est: ut enim ipsa philosophia et multa uerba Græcorũ, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Ac. 37 a, Posthac potius disseremus de obscuritate naturæ, & c. quàm de oculorum sensuum reliquorum mendacijs, & de sorite aut pseudomeno, quas plagas ipsi cõtra se Stoici texuerunt. Ac. 13 a, & 23 a, Captiosissimum genus interrogationis, quod genus minimè in philosophia probari solet, cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur, soritas hos uocãt, qui aceruum efficiũt uno addito grano, uitiosum sanè et captiosum genus, sic enim ascenditis, & c. de Fin. 117 b.

Soror, ris. de Di. 89 a, Soror germana. pro Do. 231 b, Non sum tam ineruditus, qui Mineruam Iouis sororem, meã esse sororem dicam. & ibidem, Tu sororem tuam uirginem esse non fiuisti. In A. 179 a, Filiã eius sororem tuam eieci. pro Mil. 115 b, Clodius cum sorore germana ne farium stuprum fecit.

Sororicida, dæ. pro Dom. 218 a, b, Parricida, fratricida, sororicida.

Sororius, a, um. pro Sest. 6 a, Homo fraternis flagitijs, sororijs stupris insanus.

Sors, tis. cum ad diuinationem fatumq; pertinet. de Di. 120 a, Quid enim est sors? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras, in quibus temeritas & casus, non ratio & consilium ualet. et 123 a, Auspicia restant, & sortes quæ ducuntur, nõ illæ quæ naticinationes funduntur, quæ oracula uerius dicimus. de Di. 126 a, Sortes, quæ fortunæ monitu, pueri manu miscentur ac ducuntur. & ib. Sortes quæ hodie fortunæ monitu uoluntur. de Diuin. 93 a, Cum Spartiatæ oraculum ab Ioue Dodonæo peterent, legatiq; illud in quo inerant sortes collocauissent, simia & sortes ipsas & cætera quæ erãt ad sortem parata disturbauit. de Diuina. 122 b, Simia unam euertit, sortes dissipauit. et ibidem, 87 b, Sortes eæ quæ in rẽ aptæ capere possunt diuinitus. & 116 b, Quis cui sors ducatur. & in Ant. 188 b, Sors diuina. de Na. 62 b, Quis cornicis cantum notauit? quis sortes? de Diu. 87 b, Oracula quæ æquatis sortibus dicuntur. & de In. 60 b, Ex sortibus, ex oraculis, ex responsis. de Diuin. 89 a, b, Quô sese uertant tãtæ sortes somniorum? in Ver. 61 b, Sortis religio. de Di. 132 b, Sors illa edita est Crœso, Croesus Halim penetrans, & c. de Di. 126 a, Numerius Suffetius eius sortium inuentor. & ibid. de sortium inuentione. de Diuina. 87 b, Vt hæ sunt sortes, quas ex terra editas accepimus.

Sors. fortuna, alea, casus, conditio. Quin. Frat. 291 b, Quæ florem habes non tuo iudicio delectum, sed eum quem sors dedit. pro Murẽ. 128 a, Quæstura utriusque prope modum pari momento sortis fuit: nullum enim uobis sors campum dedit, in quo excurrere uirtus cognosciq; possit.

possit. pro Sest. 4 a, b, Quæstor hic C. Antonij collegæ mei fuit sorte, sed societate conciliorum meus. In Vat. 31 a, & Ep. 29 b, Cũ tibi aquaria prouincia sorte obtigisset. I. V. 233 a, Sors ducitur, quamobrẽ? nemo erat uoluntarius laudator præturæ tuæ. cont. Rul. 69 b, Pauca tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio ad usurpãdam libertatem uocare. I. V. 134 a, Cum suffragijs tres creati sunt, res renouatur ad sortem. & ibidem de sortibus multa. In Ver. 112 a, Verri sorte prouincia Sicilia obuenit. pro Dom. 219 a, Prouincias extra ordinem sine sorte nominatim dedisti reip. pestibus. Att. 17 b, Cũ de consularibus mea prima sors exisset. Ep. 118 a, Ita sorte in prouincias proficiscerentur. et ibi. b, Conijcere aliquem in sortem. Ep. 177 a, Aequaliter aut sorte assignare aliquid alicui. pro Pl. 266 b, Si sortis, nullum crimen est in casu. I. V. 222 b, Telum, quod cuiq; sors afferebat, arripuit. At. 36 b, Quod sors obtulerit, id acturus uidetur. Qu. F. 295 a, Quod si te sors Afris aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, tamen, & c. Off. 9 a, Vos ne uelit, an me regnare herã, quid'ue ferat sors. pro Lig. 140 b, Tuberonis sors coniecta est S. C. cum ipse non adesset. & ibi. Africa quò senatus eum sorsq; miserat.

Sortilegus, gi. diuinus, ariolus. de D. 108 a, et 131 a, Nunc illa testabor, non me sortilegos, nec eos qui quæstus causa ariolentur, agnoscere.

Sortior, iris. sortitò capio, in sortem cõijcio, sortitionem facio, fortunæ iudicio committo. cont. Rul. 70 a, Sortietur tribus idem Rullus, educet quas uoluet tribus. contra Rull. 70 a, b, Qui tribus quas uoluit uocauit, nullo custode sortitus. pro Cluent. 44 a, Sortiri ad pœnam, & hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimè censorium est. & ibi. Non animaduertes in omnes? sed carpes ut uelis? & paucos ex multis ad ignominiam sortiere? Ep. 17 a, Sortiri prouinciam cum collega. pro Muren. 128 a, Tu illam cui cum quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostiensem prouinciam habuisti. In Verrem, 117 a, Ei uenit in mentem è lege Rupilia, sortiri dicas oportere, educit ex urna tres. de Nat. 21 a, Hoc non est cõsiderare, sed quasi sortiri quid loquare. de Fa. 149 b, An atomi sortiuntur inter se, quæ decliuent, quæ non? Quint. Frat. 306 b, Acilius sententiam dixit, ut ipse iudices per prætorem urbanum sortiretur. Attic. 8 a, Prætores nondum sortiti sunt prouincias. I. V. 70 a, Cum prætores designati sortirentur, M. Metello obtigit, ut is de pecunijs repetundis quæreret. & 73 b, Senatores, qui C. Varro prætore sortiente exirent in eum reum, quem incognita causa condemnarent. Attic. 17 b, Senatus decreuit, ut consules Galliam sortirentur. I. A. 212 a, L. Antonius sua lege cum C. Cæsare magistratum sortitus est.

Sortitio, onis. distributio, quæ sortitò, ductis'ue fit sortib. pro Pl. 270 a, Nunquam maiores nostri sortitionẽ constituissent ædilitiam, nisi uiderent accidere posse ut competitores pares suffragijs essent. et I. A. 188 a, Diuina uerò opportunitas, ut in sortitione prouinciarum, quæ cuiq; apta esset, ea cuique obueniret. & 176 a, Sortitio prærogatiuæ. Qu. F. 306 b, Iudicum sortitione facta comitia haberi. & At. 14 a, & pro Cl. 44 a, Vt sortitione in quosdam animaduerteretur.

Sortitò. sortitione, ductis sortib. Ep. 128 a, Eos sortitò in prouincias mitti placere. I. V. 134 a, Lex Iouis sacerdotem sortitò capi iubet.

Sortitus, tus. sortitio. pro Dom. 223 b, Pluribus de rebus uno sortitu retulisti.

Sospita, tæ. salutaris. pro Mur. 145 b, & de N. 27 b, et de D. 80 b, Iuno sospita.

Soter, eris. conseruator. seruator. I. V. 139 b, Is enim soter, qui salutem dedit. & ibid. Soter latino uno uerbo exprimi non potest.

Spargo, gis. fundo. pro S. R. 26 a, Attilius ille, quẽ sua manu spargentem semen, qui missi erant, conuenerunt. de Se. 93 a, Credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana. pro Ar. 192 b, Ego uerò omnia, quæ gerebam, iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar, in orbis terræ memoriã sempiternam. pro Deio. 148 a, Graues de te rumores sparsi sunt. de Di. 81 a, Quod Zeno in suis commentarijs, quasi semina quædam sparsisset. Tus. 171 a, & I. P. 88 b, Euisceratus latere pendens, saxa spargens tabo. Parad. 123 a, Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, qui spargunt. I. C. 106 a, Qui sicas uibrare, & uenena spargere didicerunt. in Arat. * Spargere amnem lachrymis. In Arat. 186 b, Qui nummos populo de rostris spargere solebat.

Sparsus, a, um. fusus, disiectus. Att. 7 a, Literæ sparsæ sale humanitatis. & Orat. 308 a, Quæ æquabiliter toto corpore orationis fusa esse debet. ad Her. 214 a, Res sparsas & uagè disiectas eligere. In Ar. Stellæ sparsæ fusæq; uidentur.

Sparta, spartæ. Lacedæmon. Attic. 20 a, Quæ tibi obtigit, σπάρτην nunquam dese re. Off. 49 b, Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi auaritia perituram.

Spartacus. de Ar. 249 b, & I. A. 194 a, Athenio & Spartacus duces belli seruilis.

Spartiates, tæ. de Diuinat. 964 a, Tusculan. 245 b, Pueri Spartiatæ.

Sparus, ri. genus teli. pro Mil. 113 b, Sparorum pilorumq; multitudo.

Spacior, aris. ambulo, deambulo. pro Sext. Rosc. 28 a, Residere, deinde spaciari. & de Orat. 243 b, Spaciari in xysto.

Spacium, cij. interuallum, curriculum, tempus cursus, regio, annui temporis dimensio. de Na. 35 b, Stellæ spacijs immutabilibus ab ortu ad occasum commeant. pro Ar. 191 a, Vitæ spaciũ exiguis regionibus circumscriptum est. Item ibi. Non cũ uitæ tempore dimittendã esse commemorationem nominis nostri. de Cl. 193 b, Vt posis uidere quemadmodum simus in spacio Quin. Hortẽsium ipsius uestigio persecuti. Orat. 198 a, Ciceronem oratorem non ex rhetorũ officinis, sed ex Academiæ spacijs extitisse, illa enim esse curricula multiplicium uarioriumq; sermonum. pro Rab. 91 b, Qui ex constituto spacio defensionis in semihoræ curriculum coegisti. pro Arch. 185 b, Quoad longissimè potest mea mens respicere spacium præteriti temporis. Of. 50 a, Propterea quòd tam longo spacio multa hæreditatibus detinebantur. Quin. F. 292 a, Qui tibi biennij spacio nunquam in suspitionẽ auaritiæ uenerit. I. V. 128 a, Et erat spacium dierum ferè triginta ante Calend. Decembr. de In. 51 a, Diurnum

nocturnum ue spacium. de Fi.106 d, Aut spacium sumamus ad cogitandum. de Or.97 d, At.75 b, Cum erit spacij, utrunq; dubo. & 76 a, Surripere aliquid spacij. Of. 24 d, Qui spacium deliberandi habuerunt, utrum, &c. In Ver.76 a, Etiam si spacium ad dicendum nostro commodo uacuosq; dies habuissemus. de Ora.107 d, Quantum in hac acie quotidiani muneris spacij nobis datur. pro Cec.286 d, & Ep.253 b, Spacium alicui ad sese colligendum dare. Tusc.201 b, Considerandi spacium non datur. Ep.128 d, Mihi si spacium fuerit, in Tusculanum ante nonas ueniendi, istic te uidebo. de Or.141 a, Hoc interim spacio conclaue illud cecidit. de Ora.143 a, Nostræ spes in medio sæpe spacio franguntur. Item: Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. de Le.158 b, Quin igitur ad illa spacia nostra, sedesq; peregrinus. de Fin. 114 b, Non sine causa nobilitata spacia. de Orat. 87 d, & pro Mure.141 d, In ambulatione duo spacia uel tria facere. de Leg.159 d, In sylueſtribus spacijs. In A.245 b, De quo mihi, quoniam liberum est spacium, etiã atq; etiam cõsiderandum puto. Ora.216 d, Trochæus, qui eodem spacio est, quo choræus. Trochæus. v. Choræus vvv. et ibidem: Et Cretici æqualis Pæan, qui spacio par est, syllaba longior. ut. v-.-.v v v. In Arat. Huic spacio ducta simili latus extat utrunq;.

Speciatim. nominatim. Post.208 b, M. Messenius legem speciatim de salute mea promulgauit.

Species, ei. forma, figura, spectrum, notio, facies. Ac. 45 d, Mẽs sola cernit id quod semper est simplex & uniusmodi, et tale quale est. hanc Plato ideam appellauit, nos recte speciem possumus dicere. et ibi. d, Materia sine ulla specie, & carens omni qualitate. Off. 68 d, Species, forma, et notio boni uiri. Or.198 d, Insidebit in eius mentẽ species eloquentiæ. & 201 d, Excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus. de Or.136 d, Adhibere quandam in dicendo speciem atq; pompam. & Ora. 197 d, Optima species & figura dicendi. Quin. Fr.299 b, Species tam gratiosi liberti dignitatem nõ habet. Or. 153 b, Forma, & quasi naturalis nota cuiusque, ut auari species & glorioſi. de Or.128 d, Probitatis commendatione boni uiri speciem tueri. Ep.151 b, Hæc quæ habent speciem gloriæ. Ep.216 b, Causæ quæ speciem habẽt magnæ coniunctionis. ad He.29 d, Forma et species, & statura apposita ad dignitatem. de Orat.147 b, Sed tamen est species alia magis alia formosa. & In An.231 b, Misera illa et flebilis species: id est, hominis trucidati. de Nd. 1 b. Pietas in specie fictæ simulationis inesse non potest. & 9 b, Cleanthes finxit formam quandam & speciem deorum. & 11 d, Speciem nullam aliam esse, nisi humanam deorum. Tusc.216 d, Quædam humanitatis quoq; habent primam speciem, ut misericordia, etc. de Na. 69 b, Arcus species, quia speciem habeat admirabilẽ. Thaumante dicitur esse nata. de N.27 b, Veritas auspiciorum spreta est, species tamen retenta. de Or.138 d, Multa ante congressum sunt, quæ non ad uulnus, sed ad speciẽ uidere uideantur. Ac.17 d, Ad rationes has latiore specie, non ad tenue elimatas. de Fi.114 b, Me species quædam commouit, inanis scilicet, commouit tamen. Epist. 49 d, Vt speciem aliquam uiderer uidere quasi reuiuiscentis reip. & 14 d, Qui speciem huius uitæ intuentur. At.285 d, Qui potes ista uel probare, uel ita demisse ac facilẽ

pati, ut probantis speciẽ habeas. contra Rul. 68 d, Aliud obscure moliri, aliud spe & specie simulationis ostendere. contra Rul. 72 d, Comitia uera.). Comitia adumbrata ad speciem, & ad usurpationem uetustatis. In C. 108 d, Horum hominũ species est honestissima, sunt enim locupletes: uoluntas & causa impudentissima. Offi. 34 b, Quorum error eripiendus est, omnisq; opinio ad eam speciem traducenda, ut honestis consilijs se intelligant, ea quæ uelint, consequi posse. Pro Dom. 213 b, Hi tales uiri, qui non solum consilijs suis, sed etiã specie ipsa dignitatem reip. sustiment. & 231 b, O speciem dignitatemq; populi Rom. Off. 39 b, Honestũ per se nobis placet, animosq; omniũ natura & specie sua cõmouet. Of. 40 b, Hic speciem præ se boni uiri fert. pro Cæl. 40 d, Catilina multos uiros bonos specie quadam assimulatæ uirtutis tenebat. de Cl. 185 d, Magis tamen specie atque ipso amictu capiebat homines, quam dicẽdi copia. de D. 84 d, Cũ claram speciẽ nocturno lumine luna Abdidit, &c. de Diu. 97 b, Obijciuntur sæpe formæ, quæ reapse nullæ sunt. speciem aũt offerunt. de D. 119 d, Is autẽ Tages puerili specie dicitur uisus. I. V. 87 b, Vidi forum ornatũ ad speciẽ magnifico ornatu, ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri. & de Nat. 43 d, Mundi partes nec ad usum meliores, nec ad speciẽ pulchriores potuerunt esse. I. P. 84 b, At fuit pompa, fuit species, incessus saltem Seplasia dignus. & ibi. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis. Of. 19 b, Vt in eo moderatio & temperantia appareat, cũ specie quadam liberali. In A. 231 d, Is occisus est ab eo, qui tũ cuius speciem habebat. I. V. 253 d, Præclara classis in specie, sed inops et infirma propter, etc. de Fi. 119 b, Quod propriam speciem habeat, cur appetendũ sit. Tusc. 184 d, Falsa uisione & specie doloris moueri. de Fin. 120 d, Nomina hæc, quæ prima specie admirationem mouerent: id est, primo aspectu. de Orat. 95 b, Hæc quæ sunt in specie posita, in te Sulpiti diuina sunt: id est motus corporis, in cõspectu positus. Tus. 250 d, Species formæ. de Fimb. 74 d, Cuius similitudine perspecta in formarum specie, &c. Tusc. 186 d, Obuersentur species honestæ animo. I. V. 265 d, Nunquã tibi species ipsa huiusce modi multitudinis in oculis animoq; uersata est? de Di. 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. Aca. 14 d, Eadem est in somnijs species eorum quæ uigilantes uidemus. Or. 197 d, Sed ipsius in animo insidebat species pulchritudinis eximia quædam. I. V. 230 d, Duo signa eadem specie ac forma. de N. 11 b, Figura, & forma, et species. de D. 84 b, Species ex ære, et sanctã louis species. & 97 d, Atq; hanc speciem Praxiteles cælauit argento. Top. 226 b, In comparatione spectatur hæc, numerus, species, uis, quædam etiam ad res aliquas adiectio. & de In. 51 d, Cum genere idem sit, sit aliud, quod quadam parte & specie differat. Ora. 207 b, & Off 19 b, Quæ sint eius generis siue formæ, siue partes. Qu. de Pet. 213 d, Postremò tota petitio, cura ut habeat summã speciem et dignitatem. Qu. de Pet. 207 b, Deinde instituendi sunt cuiusq; generis amici ad speciẽ hominis illustris honore ac nomine. de Sen. 89 d, Agro bene culto nihil est nec usu uberius, nec specie ornatius. de Senect. 89 d, Quid de uinearum specie dicam? de Fat. 149 d, Vt sum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem.

speciem. I. A. 182 b, Cæsar aduersarios clemẽtiæ speciem deuinxerat. & 197 d, Si ullam speciem reip. cogitasset. Offic. 76 b, Voluptas speciem utilitatis habere dicitur. de L. 161 d, Tum natura speciem ita formauit oris, ut in ea, &c. de Leg. 175 d, Est enim quadam opinione species deorum in oculis, non solũ in mentibus. At. 65 d, Amisimus mi Põponi omnem nõ modò succum ac sanguinẽ, sed etiam colorẽ ac speciem ciuitatis. At. 236 b, Hæc me species cogitatioq; perturbat. Or. 199 b, Virtutes specie dissimiles, prudentia coniunguntur. Of. 25 b, Natura formam nostram, reliquamq; figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. Of. 28 b, Tertiũ, ut caueamus, ut ea quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatẽ moderanda sint. Of. 53 b, Tertiò, si id quod speciem haberet honesti, pugnaret cũ eo quod utile uidetur. Off 54. d, Quæ uirtuti repugnent specie quadã utilitatis. Of. 55 d, Qui similitudinẽ quandam gerunt, speciemq; sapientum. Off. 58 b, Cum igitur aliqua species utilitatis obiecta est, nos commoueri necesse est. & ibi. Si res speciẽ utilitatis attulerit, tunc utilitas non requirenda est. & 60 d, Species utilitatis animũ pepulit eius, qui, &c. & ibi. b, Muri causam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam.

Species, cum pars est generis. l. Genus. l. Forma. l. etiam Top. 223 d.

Specillum, li. instrumentum quo medici uulnerum, siue ulcerum, altitudinem tẽtant. de N. 71 d, Aesculapiorum primus Apollinis (scilicet filius) quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse, primusq; uulnus obligauisse dicitur. malè legunt quidam hoc loco, speculum.

Specimen, nis. indiciũ, significatio. Tus. 154 b, Num dubitas quin specimen uirtutis capi debeat ex optima quaque natura. et 239 d, C. Cæsar in quo mihi uidetur fuisse specimen humanitatis, salis, leporis. Post. 205 b, Lentulus hoc specimen uirtutis, hoc indiciũ animi sui fore putauit, si me, &c. I. V. 59 d, Tu uerò qua in re specimẽ cæteris aliquod dedisti? aut tui periculum feci sti? de Orat. 257 b, Ingenij specimẽ est quoddam, transire ante pedes posita, et alia longè repetita sumere. de N. 76 d, Temperantiæ, prudentiæq; specimen, Qu Scæuola. de Cl. 81 b, Deniq; hoc specimẽ est popularis iudicij. de L. 186 d, Is ordo iudicio uocato, Cæsaris specimen esto. & 190 d, Specimen, præiudicium, prærogatiua, ἔμετα. I. P. 100 d, Quod specimen habuit hæc ciuitas innocentiæ.

Speciosius, a, um. illustris, eximius. de Cl. 186 b, Dignitate motus sit speciosum et illustre quod dicitur. At. 256 b, Reuersionis has speciosas causas habeo.

Spectabilis, le. aspectabilis. de Vn. 197 d, Et corpus quidem cœli spectabile effectum est.

Spectaculum, li. res ad spectandum proposita, præsertim cum pompa & apparatu, quales sunt ludi, & alia eiusdem generis. de N. 56 d, b, Res cœlestes, quarum spectaculum ad hominem solum pertinet. & 57 b, Circuitus solis & lunæ spectaculum hominibus præbent. Att. 34 d, In theatro ac spectaculis. In Ant. 169 b, Spectaculum apparatissimum. pro Mur. 141 d, & 140 d, At spectacula sunt tributim data, & ad prandiũ uulgò uocati. 141 d, Gladiatoribus uulgò locus tributim datus. et 141 b, Vt locus & in foro, & in circo daretur amicis. Item: Dare spectaculum. pro Sest. 25 b, Magnus ex omnib. spectaculis plausus excitatus est.

Spectat, bat. pertinet. Of. 48 d, Beneficia quæ ad singulos spectant, & quæ ad uniuersos pertinent.

Spectatio, onis. inspectatio. Attic. 219 d, Animum leuari spectatione. & I. V. 189 d, Pro spectatione & collybo. Epist. 95 d, Apparatus spectatio tollebat omnem hilaritatem.

Spectator, oris. contẽplator. de Nat. 54 d, Homo spectator rerum superarum atq; cœlestium. & Epi. 21 b, Spectator laudum tuarum. pro Dom. 226 d, Ille ne auditor quidem gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem. de Ar. 248 b, Ludi quorum ipsi dij te spectatorem esse uoluerunt. Off. 38 d, Socij spectatores se ociosos præbuerũt Leuctricæ calamitatis. de Or. 94 d, Scæuola, quem nunc mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. Quin. de Pet. 208 d, b, Diligẽs spectator officiorum.

Spectatus, a, um. probatus, cognitus. I. V. 71 b, Homo in rebus iudicandis spectatus & cognitus. et pro Cl. 27 d, Cleophantus medicus ignobilis, sed spectatus homo. de Amicitia, 97 d, Maximus & spectatus uir. I. V. 58 b, Vir fortis ac spectatus. pro Fl. 157 d, Lacedæmoniorum spectata et nobilitata uirtus. Post. 212 d, Qu. Metelli spectatæ iam adolescentiæ filius. de Or. 95 d, Cæterarum artium homines spectati & probati. I. V. 56 b, Ad meam fidem quam habent spectatam iam, & diu cognitam, confugiunt. pro S. R. 43 d, Spectatissima fœmina. I. A. 188 b, Alicuius spectata multis magnisq; rebus integritas.

Spectatus, tus. Off. 40 b, Quod in quo uiro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.

Spectio, onis. I. A. 175 b, Consules, & c. habent etiam spectionem. aliter, inspectionem.

Specto, as. spectator sum, æstimo, cerno, sequor. de D. 88 d, Qui ad meridiem spectãs in uinea media cõstitit. pro Dom. 236 d, Quibus spectantibus domus mea disturbaretur. Tusc. 157 b, Cum laxati curis sumus, spectare aliquid uolumus & uisere. de Som. 130 d, Alitè spectare, & ad cœlum cõtueri. de Ar. 248 b, Quod ni tu Megalesia illo die spectare uoluisses, haud scio, &c. et Epist. 200 d, Spectatum esse magno theatro. Att. 78 d, Exercitu Ciliciam propè cõspiciente. Of. 42 d, Iuuenes magna spectare, & ad ea rectis studijs contendere debent. de Ora. 127 b, Trademus, quæ nos sequi in dicendo, quæq; maximè spectare solemus. de Orat. 201 b, In philosophia res spectatur, non uerba penduntur. Qu. 296 b, In pactionibus faciendis legem spectare censoriam. Tus. 234 b, Spectare aliquem ex moribus. pro Mil. 104 b, Quid in iudicando spectare oporteret. pro Mil. 106 d, Qui non honoris gradum spectat, ut cæteri, sed, &c. I. A. 156 b, In iudice spectari & fortuna debet & dignitas. Off. 47 b, At uerò ille tenuis sese spectatum, non fortunam putat. ad Heren. 2 b, Rem, non hominem spectari oportere. de D. 124 b, Virtus quæ uetat spectare fortunam, dum præstetur fides. de Fat. 147 d, Quid enim spectans deus ipse diceret, Marcellum in mari esse periturum. Tuscul. 154 b, Quid spectans? pro Qu. 17 d, Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in uniuersis. Ep. 16 d, Non idem semper dicere, sed idem semper sperare debemus. Tusc. 232 b, et 233 d, Ex maiore parte unamquamq; rem appellari spectariq; dicunt. Ep. 64 b, Vt primũ at-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tigi forũ, spectui semper, ut tibi possem quàm maximè esse coniunctus. de Ora. 107 b, & 108 a, Quod ego non tam fastidiosè in nobis, quàm in histrionibus spectari puto. de Som. 129 b, A' quib. spectare gloriam certè nullam potestis. & Att. 24 a, Hoc à me aiunt, Cæsarem sic spectare, ut non dubitet. de Or. 92 b, Artem rebus unum exitum spectantibus, et nunquam fallentibus contineri. Ep. 204 a, Hæc eò spectant, ut te horter, &c. de Diuin. 133 a, Demosthenes φιλιππίζειν Pythiã dicebat: id est, quasi cum Philippo facere. hoc autem eò spectabat, ut eam à Philippo corruptam diceret. Att. 134 a, Illuc quò spectat animus, qua ueniam. Att. 119 a, Quò igitur hæc spectat oratio? ego, &c. de Orat. 151 a, Quorsum igitur hæc spectat tam longa oratio? Or. 216 b, Prima & media uerba spectare debent ad ultimum. Qu. Frat. 324 a, Præsertim cum ad meum quoq; usum spectent. de Orat. 150 b, Illa semper potiora duxi, quæ ad sapientiam spectarent. Attic. 122 a, Domitius nihil spectat, nisi fugam. de Orat. 156 b, Satis mihi hoc est ad eam, quã specto eloquentiam. de Ora. 120 b, Quærere argumenta spectãtia ad id quod in iudicium uenit. Attic. 227 b, & Quint. Frat. 323 a, Res spectat ad interitum. Att. 239 b, Totum Antonij concilium ad bellũ spectat. de Cl. 192 a, Ad perorandũ spectare uidetur sermo tuus. Of. 70 a, Si ad perniciem patriæ res spectabit. Ep. 236 a, Cognoui ad armatorem spectare. In Ver. 34 a, Quòd ipse ad imperatorias laudes à puero uidelicet spectaret. Of. 33 b, Philosophi, &c. qui semper aliquid acquirunt, quod spectet & ualeat ad bene beateq; uiuendum. Ep. 46 b, Omnia utriusq; consilia ad concordiam spectauerunt. cont. Rul. 80 a, Ad hanc emptionem duo genera agrorũ spectant, unum eorum, &c. pro Sest. 11 a, Ad suam magis ille gloriam, quàm ad salutem reipub. spectabat. cont Rul. 70 a, Quæret quispiam, quid in tanta iniuria spectauerit? consilium non defuit. Offi. 12 a, Tota domus quæ spectat in nos solos, neq; aliud potest habere perfugium. de Or. 124 a, Si barbarorum est in diem uiuere, nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. pro Rab. 96 b, Nihil nisi sempiternum spectat. pro Sest. 14 b, Vos qui dignitatem, qui remp. qui gloriã spectatis. At. 151 a, Cæsar Græciam spectat potius, quàm Hispaniam. Qu. Fr. 302 a, Noli spectare quanti homo sit, parui enim precii est, qui iam nihil sit. Of. 5 b, In quibus maior est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes. Off. 56 b, Hoc enim spectant leges, hoc uolunt, incolumem esse ciuium coniunctionẽ. I. A. 257 a, Deniq; summa iudicij mei spectat huc, ut, &c. de L. 181 b, Sed ea non tam ad religionẽ spectat, quàm ad ius sepulchrorum. pro Lig. 137 b, Ligarius domum spectãs, & ad suos redire cupiens. pro Lig. 139 a, Res enim eò spectat, ut ea pœna in qua adhuc Q. Ligarius est, non uideamini esse cõtenti. pro Deio. 144 b, Ad te unum omn.. mea spectat oratio. In Sal. 272 b, Vitam huius non ex oratione mea, sed suis ex moribus spectare debetis.

Spectrum, tri. idolum, simulachrum, uisio. Ep. 253 a, Qui putãt διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. & ibi. Quæ ille Gargetius, etiã antè Democritus εἴδωλα, hic spectra nominat. & ibi. His autem spectris etiam si oculi feriri possent, animus quî posset, ego non uideo. & 254 a, b.

Specula, læ. uigilia. Ep. 47 a, Tanquam ex aliqua specula perspexi tempestatem futuram. I. V. 74 b, Homines in speculis sunt, obseruant quem admodum se unusquisque uestrũm gerat in retinenda religione. pro Deio. 147 b, Rex semper in speculis fuit, cum à te animo esset alieno. Att. 145 b, Satius existimo uos dispertitos & in speculis esse. I. V. 254 b, Prædonum aduentum significabat ignis è specula sublatus. pro Muren. 143 a, Qui ab illo in speculis atq; insidijs relicti in capite atq; in ceruicib. nostris restiterunt. I. A. 212 a, Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus.

Specula. parua spes. pro Cl. 32 b, Qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat. Ep. 27 b, In communibus miserijs hac tantum oblectabar specula.

Speculator, speculatoris. de Nat. 17 b, Physicus, id est, speculator, uenatorq; naturæ. pro Pomp. 13 a, Alij eum speculatorem quàm legatum iudicari maluerũt. In Ver. 62 b, & 269 b, Fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat. pro Dom. 216 b, Iste speculator communium miseriarum. de Natura deorum libro secundo: Oculi tanquam speculatores, altissimum locum obtinent.

Speculatrix, cis. de N. 68 b, Furiæ speculatrices & uindices sacinorum & sceleris.

Speculor, aris in speculis sum. In C. 98 b, Multorum te oculi & aures speculabuntur atq; custodient. Tus. 239 b, Sic noctu ad eas ueniebat, ut omnia specularetur et perscrutaretur antè. I. V. 269 a, Ait eum speculãdi causa in Ciciliam esse missum. de Orat. 96 a, Quod neq; precibus unquam, nec insidiando, nec speculando assequi potui. pro Fl. 178 a, Cum curia, &c. speculatur atq; obsidet nostra.

Seculum, li. In P. 94 b, Versus, in quib. si quis uelit, possit istius tanquam in speculo uitam intueri. de Fin. 71 b, Infantes, pueri & bestiæ, quæ Epicurus putat esse speculum naturæ. et 139 b, Pueri in quibus ut in speculis natura cernitur. de Vn. 203 b, Speculorum leuitas. pro Sex. R. 25 b, 26 a, Etenim hæc conficta arbitror à poetis esse, ut efficios nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus. loquitur de comœdia, quam significat speculum esse communis uitæ.

Specus, cus. At. 249 a, M. Aelium cura liberabis, me paucos specus in extremo fundo, etc. habituros. Hic ego specus, aquæ ductus significare puto, ut Cæs. Com. de bello Alexandrino.

Spelunca, cæ. specus. I. V. 225 a, Propterea est spelunca quædam conuersa ad aquilonem, infinita altitudine. de Fi. 141 a, Ex spelunca saxum in crura eius incidit. de Fi. 84 b, At Philocteta iam decimum annum in spelunca iacet. pro Fl. 154 b, Qui producti tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt.

Speratus, a, um expectatus, desideratus. Qu. F. 298 b, De reliqua & sperata gloria laborare.

Sperno, nis. refuto, respuo, renuo, despicio, repudio, repello, reijcio. I. Ant. 250 b, Sed multo magis nos spreuit, & pro nihilo putauit. pro Cæl. 45 a, Cur huic, qui te spernit, molesta es? de Na. 27 b, Veritas auspiciorum spreta est, species tantũ retenta. Ora. 198 a, Eloquentia forensis spreta à philosophis & repudiata. & Orat. 205 b, Spre-

tum à subtilibus, repulsum à grauibus. de Se. 78 b, Sperni ab ijs, à quibus coli sis solitus. de Fi. 49 b, Spernere & reijcere aliquid.

Spero, as. spem habeo, spes est, sum in spe, in spe habeo, spe ducor, inducor in spem, sperare uideor, expecto, aspiro, confido, nitor, spes alicuius rei ostenditur, in aliquo spem pono, animo aut spe maiora suscipio, qui illi pecuniæ spe iam atq; animo incubaret, ad spem recuperandæ libertatis erectus sum uel reuiuisco, libertatis spem propositam habeo, magna mihi spes est in aliquo proposita, spe & auaritia deuoro, qui sibi urbẽ ad prædam proposuerunt, si ullum firmamentum in illo teste posuissent, spe pacis uel largitionis oblata, qui hoc unico filio nititur, in huius spe requiescit, quibus literis se magis etiam erexit, tota domus spectat in nos solos, neque aliud potest habere perfugiũ. I. P. 81 b, Spem ab aliquo habeo. (. Despero ab aliquo. Ep. 195 a, Id ego & speraram prudentia tua fretus, & ut confiderem, fecerũt tuæ literæ. At. 97 a, b, Spero quæ tua temperantia est, et herculẽ, ut me iubet Acastus, confido te iam, ut uolumus, ualere. Att. 2 b, Spero tibi me causam probasse, cupio quidem certè. Oct. 330 a, Quid de hoc sperare aut expectare nos oportebat? & At. 140 a, Bene sperare de aliquo. At. 75 b, Spero meos omnes seruire laudi meæ. pro Dei. 151 a, Iubeo te bene sperare, & bono animo esse. & 150 b, Magno & erecto animo esse. At. 91 a, Ego ut spero, propediem te uidebo. pro Arch. 186 a, Res uobis, quem admodum spero, non molesta. Att. 253 a, Vt spero, & ut promittis. de Fat. 140 b, Oratorias exercitationes, non tu quidem, ut spero reliquisti. pro S. R. 20 a, Sin à uobis (id quod non spero) desertr. I. C. 110 b, Quibus ego ducibus in hanc spem sententiamq; sum ingressus. pro Ar. 188 b, Si non hic tantus fructus ostẽderetur. pro Mar. 131 a, Ergo his ad bene sperandũ de omni rep. quasi signum aliquod sustulisti. At. 7 a, A' quo nihil speres boni, quia non uult: nihil metuas mali, quia non audet. Attic. 101 a, Itaq; omnia experiar, & ut spero, assequar. quòd si tu ualeres, iam mihi quædam explorata essent: sed, ut spero, ualebis. & 145 a, Vt ægroto dum anima est, spes esse dicitur: sic ego quoad in Italia Pompeius fuit, sperare non desiti. de Orator. 147 b, Quoniam hæc satis spero uobis quidem certè maioribus molesta & putida uideri. Attic. 208 b, Et si tuæ literæ rectè sperare iubent, tamen expecto recens aliquid. & 231 a, Spero meliora. Quint. Frat. 302 b, Et quidem ut cum spe summa, maxima, tum maiore etiam animo sperent, superiores fore nos, confidant animo, &c. Quint. Frat. 314 a, Id erat huiusmodi, ut magis optandum, quàm sperandum putarem.

Spes, ei. fiducia, expectatio, cogitatio, firmamentum, perfugium, aura, alacritas, lux, cupiditas.). (. Timor. Tusc. 226 b, Si spes est expectatio boni, mali expectationem necesse est esse metum. Att. 179 b, Neq; ab ijs ipsis quicquam ad spem ostenditur. I. C. 109 b, Bona spes cum omnium rerum desperatione consligit. ad Brut. 91 b, Spes hominum egentium et perditorũ imminet templis deorum. Att. 49 b, & 254 a, Injicere spem alicui de aliqua re. At. 247 a, Tantum spei habent ad uiuendum, quantum acceperũt ab Antonio. At. 182 a, Quod quidem nulla habeo in spe. At. 121 a, Sed rursus tam abiectam com-

positionis spem, non desperatissimam esse puto. Att. 44 b, Postea quàm extenuari spem nostram & euanescere uidi. & 70 a, Profectio tua spem meam debilitat. pro Rab. 93 a, Qui libertatis spem propositam habent. At. 177 a, Ne spes quidẽ ulla ostenditur, fore melius. ad He. 10 b, Spes est melius fore. contra Rull. 81 b, Vrbani quibus ista agri spes & iucunditas ostẽditur. & 65 a, Spem improbis ostendisti, timorem bonis iniecisti. cont. Rul. 79 a, Suspensus & incertus, obscura spe & cæca expectatione pendeo. & 63 b, Spe ducor, me posse, &c. Tusculan. 160 a, Magna me spes tenet iudices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortẽ. pro Cl. 19 a, Magna spes me tenet, hunc locum, &c. & I. A. 261 a, Qua spe, ut uenire uelim, tenebũtur? At. 89 a, De Egnatij nomine nec nulla, nec magna spe sumus. At. 95 b, Quo maiorem spẽ habeo, nihil fore aliter ac deceat. & Att. 237 b, Habere bonam spem de aliquo. At. 47 b, Literæ tuæ spem mihi magnam faciunt. & 111 b, Pompeius spem affert, se, etc. I. V. 135 b, Afferre metum.). (. Ostendere spem. I. V. 244 a, Ponere ibi spem in aliqua re. et, Ponere firmamentũ in aliquo teste. Att. 211 b, Sed id quidem mihi in optima spe pono. pro Cluent. 22 a, Cum ei filij recuperandi spes esset ostentata. de Na. 62 a, b, Miserum est, nõ habere nec spei quidem extremum et commune solatium. de In. 76 b, Si tum cum spes deseruissei, opitulatus sit. & Att. 115 a, Deficit enim non uoluntas, sed spes. Epist. 190 a, Si Syriæ spes eum frustrata esset. Att. 172 a, Brutus est in spe magna. & 8 b, Teucri lentum negocium, sed tamen est in spe. Att. 126 a, Nunc autoritate & consilio tuo in spe firmiore sumus. de Or. 87 a, Collocare magnã spem suæ dignitatis in aliquo. & I. V. 68 a, Collocare spem in aliquo honesto præsidio. I. V. 74 a, Habere bonã spem de se. de Or. 121 b, Abijcere spem faciẽdi aliquid. I. V. 80 a, Præcidere spem alicui faciendi aliquid. Att. 128 a, Dum in spe pax fuit. Attic. 27 a, In eam spem adducor, ut, etc. pro Mil. 120 a, O' spes fallaces. & Attic. 20 a, Spes malorum. pro S. R. 36 b, Pro re certa spem falsam domum retulit. Epist. 20 a, Siue habes aliquam spem de republica, siue desperas. et 256 b, Omnẽ spem tui diligenter curandi in Curio habeo. et 40 a, In te ipso maximam spem habebam. Ep. 183 a, Reipublicæ spes omnis in uobis est. de Fin. 63 a, Erigi spe futurorum. Att. 150 a, & Ep. 126 a, Venire in spem. & 70 a, Teneri aliqua spe. Ep. 67 a, Rapi ad spem immortalitatis. de Fi. 145 b, Ponere spem in aliquo. et Tusculan. 235 b, Reponere spem in aliquo. Epist. 70 a, Te enim spes aliqua consolatur. pro Planc. 280 b, Cum tibi uana quædam atq; inania falsa spe inductus pollicebar. & 281 b, Quibus ego magno in metu meo subitò inducor in spem, uos, etc. I. V. 34 a, Propter bonam spem, quæ de illo erat. pro Sest. 22 b, O' dij immortales, quem iam ostendistis exitũ nobis quam spem reipublicæ datis? et Epistol. 62 a, Dare spem alicui pro Syl. 174 b, Qui negare uoluit, quo plus spei Gallis daret. pro Sest. 18 a, Fieri quædam ad meliorẽ spem inclinatio uisa est. et 11 a, C. Marius spes subsidiumq; patriæ. I. A. 169 a, Adolescẽs summa spe et animi et ingenij præditus. Orat. 206 b, Adolescens non tam re & uoluntate, quàm spe & expectatione laudatus. de Na. 65 a, Patrimonia spe bene tradendi relinquimus, qua possimus fallì. Attic. 119 a, In unius hominis quotannis periculosæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ægrotantis animæ, positas omnes nostras spes habemus. de So.130 d, Nec in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum. At.121 d, Et quædam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma. I.C.107 b, De spe conatuq; depelli. pro Pla.270 b, Alia ratio spem huius opprimendi excitauit. & pro Do.218 d, Pompeius ciuitatem ad spem libertatis & pristinæ dignitatis erexit. Postquam.206 d, Quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo, qui, &c. I.C.119 a, Eripi mihi spem, quæ sola hominem in miserijs consolari potest. I.C.123 b, Si uis improborum spem meam fefellerit atq; superauerit. pro Mur.130 d, Itaq; beneficij collocandi spem perdidistis. pro Fl.146 b, Estis iudicaturi de spe bonorũ omnium, si qua reliqua est etiam nunc, quæ fortium ciuium mentes cogitationesq; sustentet. & ibi. Totus status ciuitatis et spes omniũ in uestra potestate et in hoc uno iudicio posita est et defixa. pro Fl.146 b, Salus nostra, quæ spe exigua extremaq; pendet. Antequàm.193 b, Quomodo spes salutis cæteris residebit, cùm ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis? Ep.198 d, Ingredi in spem libertatis. & 8 b, Eximia spes. de Amic.106 d, Amicitia bona spe prælucet in posterũ. de In.56 a, Habere spem in fide alicuius. At.4 b, Omnẽ spẽ delectationis nostræ in tua humanitate positam habemus. Atti.91 a, Magna in spe sum, mihi nihil temporis prorogatũ iri. Att.145 a, Spes quædã me obtentabat, fore ut aliquid cõueniret. & ibi. Aegroto dum anima est, spes esse dicitur. At.170 b, Omnem spem habeo existimationis priuatarumq; rerũ, in tua erga me mihi perspectissima benevolẽtia. Or.197 b, Spem infringi, & langueſcere iniuriam. Att.248 a, Et quidem C C C C.M. certa, reliqua in spe. At.279 a, Spes omnis est in te. & ibid. Spes libertatis nusquam. Quin. Frat.302 b, Vt cùm spe summa, maxima, tum maiore etiam animo sperent, &c. Quint. Frat.303 d, Quare magnum fac animum habeas, & spem bonam. pro S.R.42 b, Facis iniuriam Chrysogone, si maiorem spem emptionis tuæ in huius exitio ponis, quàm in his rebus, quas L. Sylla gesit. Quint. Frat. 327 d, Plura ponuntur in spe, quàm in pecunijs. Oct.329 d, Cedam uita, quæ quanquà solicita est, tamen si profutura est reipublicæ, bona spe posteritatis me consolatur. pro Mil.107 b, Magna Clodio spes erat in Milonis morte proposita. pro Mil. 116 d, In spem maximam, et quemadmodum confido, uerissimam adducti sumus, huuc annum fore, &c. pro Lig. 142 d, Tu idem fer opem, qui spem dedisti. Qu. de Pet. 209 b, In optima spe esse debebis. I.A.186 d, Vt fortissimis militibus spes ostendatur præmiorum. I. A. 191 b, Frequentia uestrũ Quirites et alacritatem mihi summam affert reipublicæ defendendæ, et spem recuperandæ libertatis. & 202 b, Magnam spem in eius uirtute respublica reponit ocij, pacis, concordiæ. & 209 b, Senatus ad autoritatis pristinæ spem reuiuiscit. I.A.231 a, Popularj agros non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentẽ pastum mendicitatis suæ. Of.75 b, Spes alicuius rei explorata. I.A.228 b, Magna spe & propè explorata libertatis causam suscepimus. de Am.107 d, Amici iacentem animam excitet, inducatq; in spem cogitationemq; meliorem. de Leg.175 d, Quoniam expectatione rerum bonarum erigitur animus, rectè à Colatino spes consecrata est.

Sphæra, ræ. σφαῖρα, globus. de Nat.35 d, Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, sic σφαῖραν interpretari placet: ex planis circulus aut orbis, qui κύκλος dicitur. de Nat. 37 d, Habent suam sphæram stellæ inerrantes, ab ætherea coniunctione secretam. de Fat. 143 d, Si in sphæra maximi orbes sunt, medij inter se diuiduntur. Tusc.161 b, et 241 d, Nã Archimedes lunæ, solis, quinq; errantium motus in sphæram alligauit. de N. 53 b, De sphæris Posidonij & Archimedis. et 49 d, Id medium infimum in sphæra est. de Orat.157 b, Sphæram in scenam, ut dicitur, attulit Ennius.

Spica, cæ. de Fin.146 d, Seges spicis uberibus & crebris. de Se.88 d, Viriditas herbescens, &c. cũ è uaginis emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsum munitur uallo aristarum.

Spiculum, li. telum, sagitta. I.P. 93 d, L. Crassus spiculis propè scrutatus est alpes, ut, &c. Ep.68 d, Epaminundas tum deniq; sibi auelli iubet spiculum.

Spicum, spica. de N.47 b, Spicum illustre tenens splendenti corpore uirgo.

Spina, næ. de Nat.50 d, Animãtes aliæ spinis hirsutæ, aliæ uellis uestitæ. In Arat. Ulla usq; ad spinam mergens se cærula condit. de Finibus, 24 d, Spinæ disserendi. & 107 b, Spinas uellere. Tusc. li. 4. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: spinas partiendi & definiendi prætermittunt.

Spinifer, ri. Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit. In Arat.

Spinosus, a, um. durus, asper. Or.207 d, Postea Dialecti spinosiora multa pepererunt. de Or.91 b, Spinosa & exilis oratio. de Fi.90 b, Subtile ac spinosum disputandi genus. Tuscul.151 b, Hæc enim spinosiora prius me ut confitear cogunt, quàm ut assentiar.

Spirabilis, le. flabilis, animalis. Tuscul.156 b, Siue illi sint animales: id est, spirabiles. & 163 d, Sed fac igneam, siue spirabilem. de N.29 b, Animum illum spirabilem sumpsimus ab aere eo, quem spiritu ducimus. & 44 d, Hæc animalis spirabilisq; natura, cui nomen est aer.

Spirans, tis. uiuus. pro Milo.119 d.

Spiratio, onis. de N.42 b. l. Aspiratio.

Spiritus, tus. anima, inspiratio et respiratio, halitus, flamen, animus, elatio animi. de Nat.53 d, Tribus rebus animantium uita tenetur: cibo, potione, spiritu. & ibidem: Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemq; à pulmonibus respirat. & ibid. Os adunctum naribus, spiritu augetur. & ibid. In pulmonibus in eum naribus, spiritu augetur. & ibid. In pulmonibus in est raritas ad hauriendum spiritum aptissima. & 54 b, Anima quæ spiritu in pulmones ducitur, calefecit primũ ab ipso spiritu, deinde, &c. de Nat. 29 b, Aer ille quem spiritu ducimus. et 46 d, Aer spiritu ductus, alit animantes. de Nat.49 d, Aer cœli tenuitate & calore temperatus, uitalem et salutarem spiritum præbet animantibus. de Nat.54 d, Sanguis per uenas in totum corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Orat.206 b, & pro S. R. 30 d, Quid est tam commune, quàm spiritus uiuis, terra mortuis? de Ora.108 d, Demosthenes, cum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicẽdo est assecutus, ut, etc. de D.129 d, In puero refert, ex qua affectione cœli primũ spiritũ duxerit. pro S.R.40 d, Spiritũ quem ducimus, à deo nobis dari. & ad Here. 34 b, Anhe-

Anhelans ex imis pulmonibus, præ cura spiritus ducebatur. & 40 b, Cum magno spiritu. de In. 58 d, Si spiritum ducit, uiuit. Antequàm. 197 d, Liberè spiritum ducendi nullam habeo potestatem. Epistol.143 b, Vt posimus ad id tempus reipublicæ spiritum ducere. de Orator.159 b, Animæ interclusio, & angustiæ spiritus. & ib. Longissima est complexio uerborum, quæ uolui uno spiritu potest. Ora.219 b, Oratio, quæ spiritu pronunciantis debet insistere. de Natu.30 d, Omnia uno diuino ac continuato spiritu contineri. & 65 d, Naturam uno diuino spiritu contineri. de Ar.257 b, Eodem tempore suscipimur in lucem, & hoc cœlesti spiritu augemur. pro Arch.191 b, Cum usque ad extremum spacium nullum tranquillum & otiosum spiritum duxerimus. pro Sest. 20 b, Aliquis extremo spiritu exanguis & confectus. In C.119 b, Eos frui uita & communi spiritu putat non oportere. pro Pomp.10 d, Atque eos portus, quibus uitam & spiritum ducitis. pro Rabir.93 d, Quem non modò foro, sed etiam cœlo hoc ac spiritu censoriæ leges carere uoluerũt. I. C. 100 d, Potest ne huius uitæ hæc lux Catilinæ, aut huius spiritus cœli esse iucundius? cum, &c. I.V.259 b, Auferre spiritum sine sensu doloris. & ib. Excipere extremum spiritum alicuius. & Tusc. 169 d, Ludere extremo spiritu. I. V.240 d, Supplicium à libero spiritu, & communi luce seclusum: id est, in carcere. de Or. 143 d, Lingua uel dualis, spiritu ipso libidinem tuam refutabo. de Orat.160 d, Vt nihil sit, ne spiritu quidem minimo breuius aut longius. pro Syl.172 d, Res gestæ credo meæ me nimis extulerunt, & mihi nescio quos spiritus attulerunt. cõt. Rul. 85 d, Hunc regio spiritu cum uiderem, etc. Item: Flamina uenti. pro Mur.135 b, Vita corpore & spiritu continetur. In Pis.83 b, Contaminatus spiritus. In An.228 b, Non in spiritu uita est, sed ea nulla est omnino seruienti. & ibidem: Eum spiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere. de Senectut. 82 b, Quorum usque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. In Arat.* & de Na.45 b, Aram, quam statu permulcet spiritus austri. de Or.108 d, Demosthenes summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciare consuescebat. Offi. 38 d, Membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquam spiritu carere cœperunt.

Spiro, as. spiritum duco, animam duco, uiuo, ducere animã de cœlo, cœlesti spiritu augeri. de Natu.deor.79 d, Quæ deseri à me, dum quidẽ spirare potero, nefas iudico. pro Sest.15 d, Et spirante etiã republica ad eius spolia detrahenda aduolauerunt. & Qu.Fr.303 d, Quædam effigies spirantis mortui. pro Dom. 240 d, In uiui etiam spirantis caput bustum imponere. de Clar. 175 d, Hanc ob causam uidetur Lælij mens spirare etiam in scriptis, Galbæ autem uis occidisse. pro Se.R. 29 d, Non modò sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt.

Spisse. ægrè, difficulter, uix. de Cla. Or.177 d, Spissè atque uix, ut dudum, etc. sic nunc ad Antonium Crassumq; peruenimus.

Spissus, a, um. densus, obscurus. de Or.128 d, In utroq; genere & principia tarda, et exitus spissi ac producti esse debent. Att.170 d, Omnia adhuc tarda & spissa. de Or.156 d, Sed etiã si: id est, aliquanto spissius, aut ego sum tardior, attamen discant, &c. Qu.Fr.315 d, Scribebam illa politica, spissum sanè opus & operosum.

Splendeo, des. luceo, fulgeo, mico. pro Sest.16 b, Virtus lucet in tenebris, splendetq; per sese semper.

Splendesco, scis. de Sene. 82 b, Etenim canorum in uoce splendescit, etiam nescio quo pacto in senectute. Par.116 d, Nihil est tam horridum, tam incultum, quod nõ splendescat oratione, & tanquam excolatur.

Splendidè. amplè, magnificè. illuminatè. de Cla. 182 b, Id melius est, quod splendidius & magnificentius. pro Qu. 17 b, & de Se.90 b, Magnificè & splendidè ornare conuiuium. de Fi. 50 d, Quæ splendidè dicta sunt. ad Heren. 30 b, Splendidè recipere aliquem. Of.1 b, Ornatè splendidèq; dicere.

Splendidus, a, um. magnificus, delicatus. de Som.128 d, Splendidissimus candor. de Fi.61 d, Non tã solido, quàm splendido nomine uirtutis. de Clar.Orator.189 d, Cæsar splendidam quandam dicendi rationem tenet. Or.212 b, Splendidissimis nominibus illuminatur est uersus. pro Flac.156 b, Splendidissimus atq; ornatissimus uir. de Fin. 77 d, C. Plotius eques Romanus splendidus. Officio. 12 b, Splendidissimum uideri, quod animo magno elatoq; factum sit. Parad.123 d, Reuiuiscat M. Curius, cuius in nulla ac domo nihil splendidum fuit, nihil ornatum præter ipsum. de Cla. Or. Magnificentius & splendidius oratorum genus.

Splendor, oris. nitor, claritas, dignitas, deliciæ. pro Pom. 11 b, Nunc imperij nostri splendor illis gentib. lucet. pro Flac. 151 b, In imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremq; reuocanda sunt. de Orato.101 b, Qu. Mutij ianua maxima quotidie frequentia ciuium & summorum hominum splendore celebratur. pro Cecin.290 d, Falcula senatoris populi Romani, splendor ordinis. & pro Syl.167 d, Dignitatis suæ splendorem obtinere. & pro S.R.42 d, Equestris splendor. pro Clu.59 d, Honesti homines, & summo splendore præditi. Off.14 d, Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo est in posteriore. ad Heren.39 b, Gemmæ nitor, & splendor auri. pro Cæl.53 b, Si te splendor huius, si nitor offendit. de Cla. Orat.175 b, Curioni splendor non defuit. pro Qu. 10 b, Huius splendor omnis his moribus obsoluit. de Clar. 186 b, Actio eius habebat & in uoce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem. & 187 b, & Or.212 b, Splendor uerborum. pro R.P. 128 b, Splendor nominis.

Spoletinus, na. pro Cor.64 b, de Clar.189 b.

Spoliatio, nis priuatio, direptio. pro Mur. 145 d, Miseri cordiam spoliatio consulatus magnam habere debet. pro Sest.13 d, In tanta spoliatione omnium rerum. & I.A.165 b, Spoliatio dignitatis. I.V.224 d, b, & contra Rul. 62 b, Spoliatio templi nobilissimi.

Spoliator monumentorum Verres. I.V. 218 b.

Spoliatrix, cis. pro Cæl. 48 d, Venus spoliatrix.

Spoliatus, a, um. nudatus. I.P. 87 b, Nunc meam spoliatã fortunam cum tua florẽte conferam. Att. 85 d, Nihil illo rege spoliatius, nihil egentius.

Spolio, as. exuo, nudo, denudo, orbo, priuo, dispolio, spolia detrabo, eripio, detrabo. I.V.208 d, Apollonium omni argento spoliasti, & depeculatus es. & pro Syl.180 b, Spoliare fana sociorum. pro Plan.263 b, Est enim grauius spoliari fortunis, quàm non augeri dignitate. & pro Mure.145 d, Spoliatus omni dignitate. de Orator.105 d,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spoliare atq; denudare aliquam artẽ suo ornatu. de Or. 121 b, Ornamento quodam sese spoliatum uideret. pro Dom. 224 b, Cùm proscriptionis metu me frequentia nudarent, uirorũ bonorum præsidio spoliarent. In Verrem, 68 b, Idem monumẽta antiquissima spoliauit, nudauitq; omnia. Tusc. 223 a, Conturbatio sanitate animum spoliat. de Cla. 165 b, Cùm forma uoce erudita spoliatum atque orbatum uideret. pro Cæl. 46 b, Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. pro Ela. 158 b, Spolio.)(. Orno.

Spolium, lij. exuuiæ. pro S.R. 42 b, Si spoliorũ causa uis hominem occidere. & 43 a, Cruenta spolia cuipiam detrahere. pro Pom. 14 b, Cum hunc locum nobis maiores nostri exuuijs nauticis, et classium spolijs ornatum reliquissent. Offic. 46 b, Aliorum spolijs suas opes augere. pro Cor. 66 a, An'ne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit? Tus. 179 b, Nec quisquam è nostris spolia cepit laudib. Off. 12 b, Salmacida spolia sine sanguine & sudore.

Spondalia. est genus carminis seu cantus, à Spondæo (ut uidetur) appellatum. de Or. 126 a, Spondalia illa segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi.

Spondeo, des. promitto, sponsionem facio. cont. Rul. 86 b, & pro Pla. 268 b, Nulli populo Romano pro me maiores mei spoponderunt. Ep. 11 b, Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. Attic. 189 b, Scire uelim quando dicar spopondisse, & pro patre an'ne pro filio. & 190 b, Pro Cornificio ab hinc amplius annis XXV. spopondi. Attic. 251 a, Egit autem pater & filius, ut tibi sponderẽ, sed ita ut tu credere, cum ipse cognosces. pro Cec. 286 a, Qui quod spopondit, qua in re uerbo se uno obligauit, non facit. Ep. 250 a, Hoc tibi spondeo mi Cicero. pro Mur. 145 b, & Epi. 107 b, Promitto & spondeo uobis. pro Fla. 166 b, Filius repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spopondi dignitatem. Epi. 355 b, Quod ego de me tibi spondere possum. Epi. 211 a, Spondebo enim tibi, uel potius spondeo, in meq; recipio eos, & c. & ibi. Sic enim recipiunt, & c. At. 173 b, Ea spondent, confirmant, quæ, & c. I.V. 264 b, Vt aliquãdo spondere se diceret: id est, sponsionem faceret. Atti. 289 a, Reipub. quod sponderis, quemadmodum soluas, nisi is dependi facilè patitur. pro spoponderis. & ibi. Magis enim illum, pro quo spopondi, quàm me obligaui. In A. 200 a, Quib. honores & præmia spopondisti. I. A. 263 a, Pansa aut morte, aut uictoria se satisfacturum reipublicæ spopondit.

Spondęus, ei. Or. 218 a, Ne spõdæus quidem fundiùs est repudiandus, etsi quòd est è longis duabus, hebetior uidetur & tardior.

Spongię. sunt leuia quædam & mollia corpora, in quib. inest raritas, quæ in saxis marmis adnascuntur: ac, si Aristot. credimus, sentiunt. de N. 53 b, In pulmonibus inest raritas quædam, & assimilis spongijs mollitudo. pro Sest. 20 a, E' foro spongijs effundi sanguinem.

Sponsa, sæ. 235 a, Sua cuiq; sponsa, mihi mea.

Sponsalia, orum. sponsio & repromissio nuptiarum, & quæ ad sponsam sponsum'ue spectant omnia. At. 95 b, Certos homines ad mulieres miseram, factis sponsalib. Qu. F. 309 b, Ad VIII. Iduum April. sponsalia Crassipedi dedi, cui conuiuio Quintus tuus defuit.

Sponsio, onis. omnis stipulatio promissioq;, ut Paulus Iurisconsult. docet. l. V. 264 b, Cogere eum cœpit, sponsionẽ facere cum lictore, ni furtis quæstum faceret. pro Ce. 293 b, Vt statim testificati discederent, optimè sponsionẽ facere possent, ni aduersus edictũ prætoris uis facta esset. I. A. 177 b, P. Rubrius Qu. Apronium sponsione lacessiuit, ni Apronius dicitaret, Verrem sibi in decumis esse socium. & 178 a, Sponsio est, ni te Apronius in decumis socium esse dicat. pro Qu. 15 b, Sponsio quæ in uerba facta est, si ex edicto, & c. aliter, ni: pro Quint. 6 a, Negamus te bona possedisse, etc. ni eo sponsio facta est: id est, ni possessa nõ sint. l. V. 177 b, Sponsio fit de capite & fortunis tuis. & 178 a, Facta est sponsio HS. V. mil. pro Qu. R. 46 b, In ea pecunia legitimæ partis sponsio facta est: id est, tertiæ partis. & ibi. Aliquem in angustissimam formulam sponsionis includere. pro Quin. R. 47 a, Pecunia petita est certa, cum tertia parte sponsio facta est. I. V. 99 b, Sponsionem facere. et 122 a, Pœnis compromissis q; interpositis. pro Ce. 289 a, Prætor interdixit, ut ui de deiecisset, restitueret: restituisse se dicit, sponsio facta est: hac de sponsione nobis iudicandum est. pro Qu. R. 47 a, Satis formulæ & sponsioni feci sse uideor. pro Ce. 302 b, Vincere sponsionem. & pro Qu. 15 b, Sponsione uincire. de Le. 178 a, Voti sponsio, qua obligamur Deo. ad He. 31 b, Sed etiã insuper ipse gradi spõsione uinctus est. Of. 67 a, Cum is sponsionem feciss et, ni uir bonus esset. & ibi. Ne aut spoliares fama probatum hominem, si contrà iudicasset, aut statuisse uideretur bonum uirum aliquem esse.

Sponsor, oris. præs. Ep. 82 a, De negocio tuo, quod sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare. & 98 a, Vel spõsor humanitatis tuæ. pro Qu. 13 a, Cur cæteri sponsores & creditores non cõuenerint. et I. A. 207 b, Quotidie spõsores & creditores L. Trebellij conueniunt. de Pro. 78 a, Cn. Pompeius idem mihi testis de uoluntate Cæsaris, et sponsor est illi de mea. Attic. 207 a, Marcellus pro Magio sponsor factus est. Attic. 254 a, Sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crediderit, me sponsorem accipere noluerit. Att. 5 a, Tulliola tuum munusculum flagitat, & me sponsorẽ appellat. et 6 a, Tulliola tibi diẽ dat, sponsorem appellat. At. 245 a, Sponsor promissorũ alicuius. At. 261 a, Sponsores appellare, uidetur habere quãdam ἀνωνυμίαν. & ibi. Possumus, ut sponsores appellentur, procuratorem introducere.

Sponsum, si. sponsio. pro Qu. 5 b, Ex sponso agere.

Sponsus, si. de In. 72 a, Horatia sponsi nomen appellans identidem.

Spontè, ultrò, sua natura, suapte, ui sua. per se, à se. sua uoluntate, suo iudicio. de Inuent. 42 b, Part. 241 b, Qui sua sponte & uoluntate aliquid faciunt. & Attic. 249 b, Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. de Le. 165 a, Vera & falsa sua sponte, non aliena iudicatur. I. V. 113 a, Et quis Volcatio, si sua sponte uenisset, libellam unam dedisset? I. A. 192 b, Gallia ipsa sua sponte suoq; iudicio excitata. de N. 32 a, Ignis per se ipse sponte monetur. Item: Suapte ui & natura mouetur. de Or. 152 b, Si sua sponte, quò impellimus, inclinamur. Ep. 6 a, Pompeius mecum sæpissimè nõ solùm à me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet. Atti. 53

At. 5 b, Et si mea sponte antea faciebam. Att. 96 d, Quintus filius suapte pietate, me quidem certè multum hortante, sed currentem animũ patris sui sororiq; uestræ reconciliauit. de Orat. 160 b, Ipsi pedes occurrent orationi, ipsi inquam se offerent, & respondebunt non uocati. Postquam. 198 a, Sempiternam pœnam sustinerem, mea uoluntate susceptam. & I.V. 59 a, Hoc tibi mea uoluntate concedam. I.A. 215 a, Vt milites fiant sine ui, studio, ac uoluntate. pro Lig. 138 a, & I.A. 201 a, Nulla ui coactus, iudicio meo ac uoluntate. & I.V. 231 a, Meo consilio atq; iudicio. de Orat. 117 b, Suapte natura facere aliquid. de Clar. 177 a, & de Finib. 133 b, & 82 a, Sua sponte, per se, à se. de Clar. 182 b, A' se commotus: id est, sponte sua.

Sportellæ, arum. in secundis mensis numerantur, alioqui multa alta significant. Epist. 138 b, Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani.

Spuma, mæ. de Natu. 71 a, Venus spuma procreata, & c. I. V. 234 b, Cum spumas ageret in ora, arderent oculi, clamare cœpi, & c.

Spumatus, a, um. de D. 82 b, Saxaq; cana salis niueo spumata liquore. Poetæ.

Spumo, as. ad Her. 41 b, Iste spumans ex ore scelus, & anhelans crudelitatem.

Spurcè. obscœnè, turpiter. fœdè, flagitiosè. I. A. 179 a, & ad Her. 2 a, Qui in illam miseram tam spurcè, tam impiè dixerit. At. 178 b, & I.A. 230 b, Deinde perscribit spurcissimè, quas ob causas fecerit.

Spurcus, a, um. lutulentus, impurus, obscœnus, turpis. Tus. 183 b, Samnis spurcus homo. & pro Dom. 218 a, Helluo spurcissimus. de Ora. 244 b, Aesernius non spurcus homo, sed doctus & acer. Ex Lucil.

Sputatilicius, a, um. fœdus, spurcus, quasi cõsputa, uel sputo digna. de Clar. 188 b, Sisenna defendens, dixit quædam eius sputatilica esse crimina. & ibid. Sputa quid sit scio, tilica nescio.

Sputum, ti. de Clar. 188 b, I. Sputatilicus.

Squaleo, es. sordeo, mœreo.)(. Niteo. pro Sest. 9 b, Erat in luctu senatus, squalebat ciuitas. & pro Mil. 105 a, Squalent municipia, afflictantur coloniæ.

Squalidius. aduer. de Fi. 107 a, Sed uos squalidius, eorum uides quàm niteat oratio.

Squalidior, oris. horridior. Ora. 207 a, Sed quia hæc sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit his explicandis quidam orationis nitor.

Squalor, oris. sordes, situs, mœror. Epist. 59 a, In luctu & squalore sum. & 234 a, Mihi ante oculos uersatur squalor uester. Att. 43 b, Ne illius luctum squaloremq; aspicerem. pro Cluen. 21 a, Mater squalore filij & sordibus lætatur. et I.V. 261 b, Aspicite iudices squalorẽ sordesq; sociorum. pro Cluen. 58 a, Spectaculum sordium atq; luctus, & tanti squaloris alicuius. pro Mur. 144 b, Squalore sordidus.

Squama, mæ. qua pisces uel serpentes teguntur. de Natu. 50 a, Animantium pluma alias, alias squama uidemus obductas.

Squamiferi pisces. In Arat.

Squamosi corpore pisces. In Arat.

Squilla, læ. piscis genus. de N. 50 b, Pinna cum parua squilla coit societatem comparandi cibi.

St. interiectio, timoris index, aut silentij. de Orat. 132 b, St, tacete, quid hoc clamoris est? Poetæ. qua etiam Teren. in Phormione usus est.

Stallianum, ni. uilla. Epist. 94.

Stabilimen, nis. firmamentum. de Nat. 73 b, Regni stabilimen mei. Poetæ.

Stabilio, lis. firmo. pro Sest. 27 b, Qui hanc remp. stabiliuerũt. & de Fin. 121 a, Stabilire remp.)(. Euertere remp. pro Mur. 135 b, Sed nisi hæc urbs stabilita tuis consilijs & institutis erit, uagabitur modò nomen tuum, & c. I. C. 122 b, Maximis laboribus fundatum imperiũ, plurimæ uirtute stabilita libertas. pro Sest. 25 b, Brutus, qui libertatem ciuibus stabiliuerat. & de Leg. 168 b, Stabilire leges. de D. 89 a, Semita nulla pedem stabiliat.

Stabilis, le. firmus, constans, immutabilis, qui in stabilitate est, immortalis, certus, perennis, perpetuus, proprius, habens aliquid stabilitatis, fundatus, & optimè cõstitutus.)(. Lubricus, incertus. de Amic. 100 a, Nulla domus tam stabilis, nulla ciuitas tam firma est, quæ non odijs atque dissidijs possit euerti. I. A. 69 a, Curio te in matrimonio stabili ac certo locauit. pro Sest. 16 b, En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur. de Orat. 95 b, Nihil tam ad diuturnitatẽ memoriæ stabile est, quàm id in quo aliquid offenderis. Ora. 218 a, Stabilis quidam, & non expers dignitatis gradus. pro Flac. 166 a, Via præceps & lubrica.)(. Via plana & stabilis. de Nat. 26 b, Non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate tẽporis. de Ami. 110 a, Aliter enim amicitiæ stabiles permanere nõ possunt. pro Mil. 119 b, Vultus semper idem, uox, oratio stabilis, ac non mutata. de Nat. 26 a, Stabilis & certa sententia.)(. Errans & uaga. pro Mur. 135 b, Qui sedem stabilem, & domicilium certum non habet. Topic. 226 b, Stabile.)(. Incertum. de Vn. 196 a, Res stabilis & immutabilis. Tusc. 236 a, Stabile & fixum permanens bonum. & 220 a, Robusta & stabilis fortitudo. Academ. 8 a, Decretum non modò nõ falsum, sed etiam stabile, fixum, ratumq; esse debet. Offic. 2 a, Nulla officij præcepta firma, stabila, naturæ cõuincta tradi possunt, nisi aut ab ijs, qui, & c. de Amic. 160 b, Amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio.

Stabilitas, tis. firmitas. pro Mu. 134 b, Resp. quassata, multa amisit præsidia stabilitatis suæ. de Natur. 49 b, Stirpes stabilitatem dant ijs quæ sustinent. Tusc. 236 a, Quî enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate confidere? de Am. 108 b, Beneuolẽtiam non adolescẽtulorum more, ardore quodã amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus. de Fin. 62 b, Quo loco uidetur quibusdam stabilitas amicitiæ uacillare. & 67 b, Esse in motu.)(. Esse in stabilitate. de Finib. 66 a, Nam restincta sitis stabilitatem uoluptatis habet. & Tus. 245 a, Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant. Tusc. 236 a, Fortunæ stabilitas.

Stabulum, li. pro Sest. 5 b, Cùm Catilina Italiæ caulas & pastorum stabula præclara cepisset. I. A. 173 b, Huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro triclinijs popinæ sunt.

Stadium, dij. curriculum, spacium. Of. 60 a, Qui stadium currit, eniti & contendere debet quàm maximè possit, ut uincat. de Sene. 83 b, Olympiæ per stadium ingressus esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse dicitur Milo, cùm humeris bouem sustineret uiuum. Tusc. 187 d, Cursores in stadio exclamant, quàm maximè possunt. de Sen. 94 b, Quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. ad Heren. 24 b, Sic ut in stadium artis Rhetoricæ prodire non audeant.

Stadium. propriè mensura est centum uigintiquinq; passuum, hoc est, pedum sexcentùm uigintiquinq;. Epistol. 257 b, Is locus est citra Leucadem stadia CXX. de Fin. 124 d, Inde uario sermone sex illa à Dypilo stadia confecimus.

Stagirites Aristoteles, à Stagira patria. Acad. 42 d.

Stagna. de D. 83 d, Absurdoq; sono fontes et stagna cietis. contra Rul. 88 b, Lacus, stagna, &c.

Stans. tis. manens, quod in stabilitate est. pro Fl. 160 b, Stantibus Hierosolymis. Sal. in Cic. 271 b, Aliud stans, aliud sedens de rep. sentis. de Fin. 71 d, Summum bonum puer utra uoluptate dijudicabit? stante an mouente?

Statarius. qui stat, firmusq; stabilis permanet, quiq; in agendo uel dicendo, gestu motu'ue utitur moderato. de Cl. 175 a, Volo enim ut in scena, sic etiam in foro non modò laudari, qui celeri motu & difficili utantur, sed eos etiã, quos statarios appellant, quorum sit simplex in agendo ueritas, non molesta. de Clar. 186 b, C. Piso statarius, & sermonis plenus orator.

Statera, ræ. libra, trutina. de Orat. 123 d, Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

Statasso, stare facio. de Leg. 175 d, Vincendi atq; potiundi, statassandiq; cognomina, statoris & inuicti Iouis.

Statillenses, sium. pop. Epi. 173 d, Ex castris. fimbus Statillensium. Bruti.

Statim. continuò, illicò, mox, quàm mox, protinus, iam iamq;, quamprimũ, confestim, actutum, euestigiò, repẽtè, sine ulla mora, nulla interposita mora, sine recusatione, abiecta omni cunctatione, primo quoq; tempore. I. A. 191 d, & 192 d, Atti. 151 d, Sed tibi omnem illius sermonem statim mittam. Orat. 216 b, Antè enim circumscribitur mente sententia, confestimq; uerba concurrunt, quæ mens eadem statim dimittit, ut, &c. de Aru. 243 b, Haud potest grauioribus à me uerbis uulnerari, quàm est statim in facto ipso ab illo confectus & trucidatus. Ora. 200 d, Itaque hoc sum aggressus statim, Catone absoluto. Attic. 29 b, Literas scripsi statim, ut tuas legerẽ. de Orat. 137 b, Malè se res habet, quæ statim ut dici cœpta est, non melior fieri uidetur. Epist. 14 b, De Vatinio autem reditus interfuerat in gratiam per Pompeium, statim ut ille prætor factus est. & 24 b, Meq; ab eo diligi statim cœptum esse, ut simultatem deposuimus. Attic. 191 d, Philippus ut me salutauit, statim Romam profectus est.

Statio, onis. mansio, & locus in quo naues ac milites ad tempus tutò stare possunt. Epist. 192 d, Vrbs, portus, statio quæ extra urbem est. de Sen. 92 d, Vetatq; Pythagoras iniussu imperatoris: id est, dei, de præsidio & statione uitæ decedere. At. 97 b, Athenis statio mea nunc placet. l. Præsidium & Portus.

Statiua, orum. statio. contra Rul. 74 b, Vrbes, statiua, portus.

Statiuus, a, um. firmus. I. V. 241 d, Iste nouus imperator pulcherrimo Syracusarum loco, statiua sibi castra facie

bat. In A. 244 d, Hæc mea custodia est, hoc præsidium statiuum.

Stator, oris. nuncius, tabellarius. apparitor. Epistol. 28 d, Literas à te mihi stator tuus reddidit Tarsi ad XXI. cal. Sext. & 155 b, Præstò mihi fuit stator eius cum literis. & 30 d, Vt ad testatores meos & lictores cum literis mitterent. I. C. 107 d, Senatum in ædem Iouis statoris uocaui.

Stator Iupiter dictus est, à sisto, quia stitit: id est, stare fecit Romanos in fugam à Sabinis uersos, ut est apud T. Liuium lib. 1. Antequàm. 196 b, Iupiter stator, quem uerè huius imperij statorem maiores nostri nominauerũt, cuius templum à Romulo uictis Sabinis in palatij radice cum uictoria est collocatum. I. C. 99 b, Iupiter stator antiquissimus, custos huius urbis. & 104 d, Iupiter, quẽ statorẽ huius urbis atq; imperij uerè nominamus. de Fin. 104 d, Cùm Iouem salutarem, hospitalem, statorem dicimus, hoc intelligi uolumus, salutem hominum in eius esse tutela.

Statua, tuæ. signum, imago, forma, species, simulachrum. de Na. 88 d, Statua Scipionis, quæ ad Opis per te posita in excelso est. Quin. F. 320 b, Ad Telluris quidem etiam tnam statuam locaui. de Fin. 57 d, Statua est in Ceramico Chrysippi. I. P. 99 b, Illi statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco uoluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant. I. A. 202 b, Eiús statuam equestrem inauratam in rostris statui placet. I. A. 212, Statuam statuerunt. Att. 283 d, Lepido statuam in rostris statuimus. & pro Sest. 21 d, Statuere statuam alicui in foro. pro Do. 229 b, Qui tibi statuã in meis ædib. posuit. pro Sest. 21 d, Ponere statuã. Collocare statuã. Euertere statuam. I. A. 224 d, Vtiq; Coss. eam basim statuamq; faciendam, & in rostris statuendam locent. & 223 d, Statua ænea pedestris. pro Aru. 191 b, Statuæ & imagines non animorum simulachra sunt, sed corporũ. Ora. 206 b, Demosthenis imago ex ære. pro Deiot. 247 b, Signum eneum uel marmoreum. ad Her. 25 b, Charet à Lysippo statuas facere non isto modo didicit, ut Lysippus caput ostẽderet Mironis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti, sed, &c. & I. V. 137 b, Qui statuis faciundis præesset. pro Do. 235 b, Eius simulachrum è marmore in sepulchro positum fuit. pro Dom. 237 d, Quin. Martius signum concordiæ fecerat, idq; in publico collocarat. & ibid. b, Libertatis signum posuisti. de Or. 145 d, Vna sin gendi est ars, in qua præstantes fuerunt Myro, Polycletus, Lysippus. de Cl. 170 b, Canachus, Calamides, Myron, Polycletus. Offic. 68 d, Omnibus uicis statuæ factæ sunt, ad eas thus & cerei.

Statuo, is. constituo, delibero, decerno. sancio. In V. 76 b, Iste certè statuerat & deliberauerat non adesse. Attic. 117 b, Diem ex die expectabam, ut statuerem quid esset faciendum. & 237 b, Ad summam arbitrum me statuebat non modò huius rei, sed totius consultatus sui. Attic. 263 d, Consulibus permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. pro Pomp. 9 d, Statuere modum diuturnitati imperij. pro Milon. 106 d, P. Clodius statuit uexare rempublicam. Antequàm. 169 b, Statutum est atq; decretum, omnia perpeti. Epistol. 47 d, Iam statutum habeo, quid mihi agendum sit. Attic. 152 b, Ex illius sermone statuam, quid mihi agendum sit. de

Or. 153 d, Quid de captiuo statuendũ de sentiendum sit. de Orat. 150 b, Non possum statuere, utrum, &c. an, etc. de Pro. 71 d, Statuit ius non dicere, & in eo perseuerauit. pro Cluen. 56 b, Mulier de amicorum sententia statuerat, satis esse quæsitum. pro Mu. 130 d, Tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, rem an litem dici oporteret. Quin. Frat. 293 b, In rebus statuendis & decernendis, &c. & Attic. 263 b, Res, quas Cæsar statuisset, decreuisset, egisset. pro Syl. 176 b, Te enim exiit imo tibi statuisse, quid faciundũ putares, & satis idoneum officij iudicem posuisse. Att. 258 d, Statueram enim redẽ Apia Romam. pro Do. 234 b, Ius igitur statuetis esse, uniuscuiusq; uestrùm deos penates subiectos esse potestati tribunitiæ? de Or. 115 d, Mentes eorum, qui cum aliqua statuendi potestate audiant, mouere posse. ad Her. 17 d, Statuere ius æquabile in omnibus. pro Cec. 291 d, Vel tenuissimarum rerum iura statuere. Epist. 64 b, Quantum mihi tribuendum putes, statues ipse, & ut spero, statues ex nostra dignitate. Acad. 3 d, Statuere quid sit sapiens, maximè uidetur esse sapientis. Or. 199 b, Statuere contra aliquem.

Statuere. iudicare, putare. Epist. 69 b, Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximã. & 71 b, Statui nostræ necessitudinis esse, &c. de Clar. 177 b, Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. At. 3 b, Qui in te satis constij statuebam esse. et 47 d, Quòd in meipso satis esse cõsilij decreueras. de Orat. 85 d, Quòd ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam. pro Pom. 4 d, Cum statuerem nihil huc nisi elaboratum industria afferri oportere. I. V. 178 d, Nisi hoc ita statuisses, in re tam manifesta quicquid dixisses, te deterius esse facturum. I. V. 256 d, & 209 d, Causam sibi dicendam esse statuerat. Ora. 197 b, & 87 b, Sed ego sic statuo, nihil esse, &c. de Ora. 119 b, et contra Rul. 74 d, Atq; ego sic statuo et iudico, neminem, &c. pro Sest. 28 d, Quẽ ego deum ac parentem statuo fortunæ ac nomimis mei. pro Mur. 131 b, Cum ille esset, ut ego mihi statuo, talis, qualẽ te esse uideo. de L. 185 d, Plato è Titanum genere statuit eos, qui, &c. de Orat. 103 d, Tamen in ea licentiam statuo maiorem esse, &c. pro Quin. 17 d, Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacile cuiuis probaturos statuebamus.

Statuere. ponere, collocare. l. Statua. I. V. 160 b, Statuitur Lollius in illo conuiuio. Attic. 284 d, Statuere documentum, ne quis, &c. pro Sest. 18 d, Quæ regio terrarũ erat, in qua non regnum aliquod l. statueretur? de In. 71 d, Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt. I. V. 118 b, Syracusani statuam postea statuerunt. In C. 115 b, Statuere & collocare aliquam statuam. de Legibus, 183 b, Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, &c.

Statura, ræ. in humano corpore dicitur, quæ figura in Geometria appellatur: ideirco & ipsa statura, figura dicitur: eaq; uel parua, uel magna, uel breuis, uel procera. I. A. 168 b, Velim dicas, L. Tarsecius qua facie fuerit, qua statura. & ad Her. 34 b, Parua statura. de Fin. 132 d, & de In. 51 b, Corporis figura, forma, & statura. Tusc. 159 d, Non enim præcipit, ut membra nostra, aut staturam figuram'ue noscamus. ad He. 39 d, Forma, & species, & statura apposita ad dignitatem.

Status, a, um. statutus, certus. de Aru. 347 b, Statas solennesq; cerimonias pontificatu contineri. Offic. 8 b, Si status dies fit, cum hoste uenito. I. A. 183 b, Certos dies non ut sacrificij, sic consilij expectari solet.

Status, tus. conditio, fortunæ conditio, ordo, locus, casus. Attic. 54 d, Tibi declaraui, aduentus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostræ quemadmodum essent. Attic. 178 b, Quo in statu sim, uides. Epi. 8 b, Ex eodẽ de toto statu rerum omniũ cognosces. pro Cluen. 59 d, De totius municipij statu, dignitate, commodisq; omnibus sententia fertur. pro Syl. 179 d, Status rei publicæ maximè iudicatis rebus continetur. & 173 d, Statum orbis terræ liberaui. pro Muren. 129 d, Omnia quæ sunt in imperio & in statu ciuitatis, ab ijs defendi putantur. & pro Flac. 146 b, Totum statum ciuitatis in hoc uno iudicio positum esse & defixum. de Aruſp. 258 d, Hunc statum, qui nunc est, qualiscunq; est, nulla alia re, nisi concordia retinere possimus. de Orat. 159 b, Hic status est huius totius mundi atque naturæ, rotũdum ut cœlum, terraq; media sit. Quint. Frat. 298 d, Si in medio statu sermonis ac prædicationis res essent tuæ, nihil abs te eximium postularetur. de Nat. 8 d, Nihil semper suo statu manet. Orat. 197 b, Cætera labi, fluere, nec diutius esse uno & eodem statu. Officiorum, 14 d, Res acerbas ita ferre, ut nihil à naturæ statu discedas. Para. 118 d, Voluptas mentem ex sua sede & statu dimouet. pro Cl. 39 b, Declinare de statu suo. & de Prou. 77 b, Quamuis excipere fortunam malui, quàm de meo statu declinare. ad Attic., 132 b, Secutæ sunt epistolæ duæ, quæ me conuellerunt de pristino statu. Epistol. 78 d, Tamen illa quæ requiris, suum statum tenent. & 46 d, Retinere pristinum statum. In V. 110 b, Me de uitæ meæ statu lachrymis suis deduxerunt. Orato. 208 b, Nos aduersarios de statu omni deiecimus. ad Heren. 29 d, Fortuna collocauit eum in amplissimo statu. pro Corn. 58 d, Conditio omnium nostrum, locus quo quisq; est natus, fortuna in qua quisque nascendi initio constituitus. Item: Hunc uitæ statum usque ad senectutem obtinere. de Ar. 258 d. Deteriore statu ut simus, unus est inferior gradu. & ibidem: Vt meliore simus loco ne optandum quidem est. de D. 127 d, Iis qui eodem statu cœli & stellarum nati sunt, eadem accidere. Att. 284 d, Tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum. pro Dom. 222 b, Mihi nihil oberat præter conuersionem status & inclinationem communium temporum. I. V. 68 b, Restitui in antiquum statum. cõtra Rul. 91 b, Regum status decemuiris donabãtur. de Fi. 70 b, Iste nõ dolendi status. de Vn. 203 d, Atque is quidem constanter in suo manebat statu. Att. 19 b, Nã neq; de statu nostræ dignitatis nobis est recedendum. Atti. 95 d, Per fortunas confer te ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. & 141 d, Horum artificijs effectum est, ut resp. in hunc statum perueniret et 156 b, Quem uitæ statum amiserim cogito. Qu. F. 325 d, Liber de optimo statu ciuitatis. pro Cec. 293 d, Vis quæ formidine animum perterritũ loco sæpe, & certo de statu dimouet. Offi. 26 d, Status, incessus, sessio. & 33 d, Atq; utinã resp. stetisset, quo steterat statu. I. A. 210 d, Optimus ciuitatis status. Par. 118 b, Vt in eo statu essem, quẽ neq; fortunæ temeritas, neq; inimicorum labefactaret iniuria. de Le. 160 b, Agnationibus familiarum status distin-

guun

Universidad de Deusto
Biblioteca

guuntur. Or.202 d, Status erectus & celsus, rarus incessus nec ita longus. Att. 88 d, Quam statuam esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. Tusc. 202 d, Eo erant uultu, oratione, omni reliquo motu & statu, ut eos Argiuos diceres. Tusc. 207 d.

De Statibus Rhetoricis uide Part. 233 d, 235 d, 238 b, & de Or. 118 d, & b, et 119 d, Item Or. 201 d, & 208 d, Item Top. 229 d, Refutatio accusationis, in qua est depulsio crimimis, Græcè στάσις, Latinè status uocetur. & 259 d, Status, et quasi conflictio cum aduersario. pro Mil. 104 d, Quid porrò quærendum est? factum'ne sit? & constat: à quo? at patet: uidit etiam in confessione facti, iuris tamē defensionem suscipi posse. pro Mil. 112 b, Quid opus est tortore? quid quæris? occiderit'ne? occidit: iure an in iuria? nihil ad tortorem: facti enim in eculeo quæstio est, iuris in iudicio. Ad diuisionem statuum. pro Cec. 291 d, Ponere rem: id est, aperire statum. l. Constitutio.

Statutus, a, um. Status, ta, tum. pro Mil. 110 d, Dictatoris Lanuuij statuta sacrificia nosse, negocij nihil erat. et Tu. 173 d, Solenne & statutum sacrificium. de Ar. 251 d, Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello statuto loco anniuersaria faciitarunt. Epist. 199 d, Neque enim statutum quid in tanta perturbatione habere potuisti. Ep. 47 b, Item statutum habeo quid mihi agendum sit: id est, constitutum, & deliberatum.

Stella, læ. sidus, astrū, formæ igneæ, flammæ, luces, fulgor, lumen. de Som. 128 b, Orbis extimus, in quo infixi sunt illi, quæ uoluuntur stellarum cursus sempiterni. de Som. 128 d, Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus quæ uos sidera stellasq; uocatis, quæ globosæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos suos orbesq; conficiunt celeritate mirabili. & ibid. Stellarum globi, terræ magnitudinem facilè uincunt. de Nat. 49 b, Sunt autem stellæ natura flammæ. Tusc. 241 b, Sidera certis infixa sedibus et sidera cœlo inhærentia. de N. 8 b, et 36 b, Sidera cœlo infixa. et 46 b, Stellæ inerrantes. Tus. 161 d, Et astra tum infixa certis locis, tum errantia. de Na. 49 b, Vapores, quibus altæ renouatæq; stellæ & omnis æther, refundunt eosdem. de Fi. 142 b, Vt stellæ in radio solis, sic bona corporis in uirtutum splendore ne cernuntur quidem, &c. Offic. 31 b, Dinumerare stellas. Tusc. 161 d, Qui errantium stellarum cursus, progressiones, institutionesq; notauit. de Na. 9 a, Signa sideraq; cœlestia. & de Som. 128 d, Lunæ stella. & de Or. 36 b, Iouis stella. de N. 8 b, Stellæ uagæ. & de D. 83 b, Stellarum motus cursusq; uagantes. & 121 d, Stellæ traiectio. de Nat. 35 b, Stellæ immutabilibus spacijs ab ortu ad occasum commeant. de N. 9 d, Heraclides errantibus stellis diuinitatē tribuit. de Vn. 201 d, Ex quo genere sunt sidera, quæ infixa cœlo non mouentur loco, quæ sunt animantia, eaq; diuina: ob eamq; causam suis sedibus inhærent, & perpetua manent.

Stellans, tis. stellatus. de D. 84 d, Luna stellanti nocte perempta est. & ibid. Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo. Poetæ.

Stellatis, te. contra Rul. 83 d, & 64 b, Ager stellatis.

Stellatus, a, um. Tusc. 229 d, Stellatus Cepheus.

Stellifer, a, um. stelliger. de Som. 219 d, Summus ille cœli stellifери cursus, qui, &c.

Stelliger orbis. In Ar. 389.

Stephane, nes. Parmenidis philosophi deus, coronæ similitudine. de Nat. 7 b.

Stercoro, as. oblino, stercus per agrum spargo et sterno. de Se. 88 b, Homerus Laertem colentem agrum & stercorantem facit.

Stercus, oris. de D. 93 b, Se interfectum in plaustrū à cauponе coniectum esse, ut supra stercus iniectum. de Orat. 157 d, Nolo stercus curiæ dici Glauciam.

Στερέμνια, firma, solida, dura. l. Firmitas.

Στερητικὰ. uide Contrarius.

Sterilis, le. nihil ferens. Qu. F. 313 b, Videt enim hoc genere dicendi si utar, in cæteris Februarium sterilem futurum. cont. Rul. 85 d, Ager nihil ferens, nisi multa cultura et magno labore quæsitum. de Cl. 176 d, Sic omnis fœtus repressus exustusq; flos siti ueteris ubertatis exaruit.

Sterilitas. tis.)(. Fertilitas. de D. 107 b, Quæ sit uel sterilitas agrorum, uel fertilitas fi. tura. contra Rul. 80 d, Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam uastatus atq; desertus. de Ar. 251 d, Sterilitas agrorum, inopia frugum. de Diu. 88 d, Mula peperit, fœtus extitit in sterilitate naturæ.

Sterno, nis. cōsterno, l. Stratus. pro Cl. 20 d, Lectum illum genialem, quem filiæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni iubet. de L. 182 b, Sternere lectos. et I. A. 173 d, Conchyliatis peristromatis sermonum in cellis lectos stratos uideres. I. V. 170 b, Imperauit ut in foro sibi medio lecti sternerentur. & ad Her. 39 b, Vt domi lectuli sternātur. pro Mu. 142 d, Tubero rogatus est à Maximo, ut triclinīū sterneret, atq; ille strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos. & I. V. 169 d, Aproniās triclinīū in foro strauerat. At. 230 b, Dolabella columnā sustulit, locum illum sternendum locauit. At. 156 b, Is qui nos sibi quondam ad pedes stratos non subleuabat. In A. Ille Qui graui moriens constrauit corpore terram.

Sternutamentum, ti. de Di. 126 d, Quæ si suscipiamus, & pedis offensio nobis & sternutamenta erunt obseruanda.

Sterto, tis. arctè & grauiter dormio. Acad. 23 b, Per me uel stertas licet, inquit Carneades, non modò quiescas. de D. stertas licet, inquit Carneades, non modò quiescas. de D. 135 d, Et cum stertentes uiderint, obijcere his quæ à uisa tortuosa, &c. Att. 56 b, Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego uicinus audirem.

Stigmatias, tiæ. seruus cōpunctus notis Threicijs. l. Compunctus. Officiorum, 38 d, Barbarus stigmatias, Græce, στιγματίας.

Στιλβών. L. Mercurius.

Stilla, læ. gutta. de Fin. 99 b, Stillæ muriæ.

Stillicidium, dij. de Or. 99 d, Parietum luminum, & stillicidiorum iura. & Or. 293 b, & Top. 222 b.

Stillo, as. mano. I. A. 166 d, Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur.

Stimulator, oris. pro Dom. 225 d, Seditionis stimulator & concitator tu fuisti.

Stimulo, as. stimulum adhibeo uel admoueo, pungo, excito, incito, curam affero. pro S. R. 19 b, Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctesq; stimulat ac pungit. & Parad. 109 d, Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. pro Dom. 215 d, Fames stimulauit homines. Epistol. 45 d, Nam ut uetus nostra simultas antea stimulabat me, &c. sic curam mihi affert, &c. pro

Planc. 273 b, Nec uides istorum ipsorum charitatē, ad huius salutem defendendam maximè stimulari me, atq; excitari. pro Dom. 241 b, Qui aram in litore deserto somnijs stimulatus aut religione aliqua consecrasset. At. 151 d, Me congressus Cæsaris stimulat, et primas eius actiones horreo.

Stimulus, li. aculeus, incitamentum. pro Arc. 191 d, Nunc insidet quædam in optimo quoq; uirtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat. Tuscul. 189 b, Stimulus doloris, fortunæ fulmen. pro Cæl. 39 b, Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam industriæ quidam stimuli & laboris. Epi. 14 b, Defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus, de quo, &c. pro Sest. 5 d, Admouere stimulos alicui: id est, incitare illū. & Tus. 198 d, Stimulos admouent, ignes adhibēt. In Ant. 176 b, Num expectas dum te stimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

Stinguens, extinguens. in Arat. Quem neq; tempestas perimet, nec longa uetustas interimet stinguens præclara insignia cœli. Priscianus.

Stingui. pro extingui, in prognosticis, teste Prisciano. Vt cum luna means, Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radij cæca caligine tecti.

Stipatio, onis. comitatus. pro Syll. 179 b.

Stipator, oris. apparitor, satelles. pro Dom. 215 b, Sergius armiger Catilinæ, stipator tui corporis. in Verr. 161 b, Apronius stipatores Venereos secum habebat. contra Rull. 72 b, Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, ministros & satellites potestatis.

Stipatus, ua, tus, septus. pro Sest. 23 d, Qui stipatus semper fuerit ys, septus armatis, munitus iudicibus fuit. et de Sen. 82 b, Senectus stipata studijs iuuentutis.

Stipendiarius, ria, rium. uectigalis. In V. 56 d, Socij stipendiarij q; populi Rom. et 150 b, Vectigal, quod stipendiarij dicitur. de Pro. 71 d, Vectigales multos ac stipendiarios liberauit. pro Cor. 59 b, et de Leg. 192 b, Iis præmijs exclusos esse socios, quæ pateant stipendiarijs. in P. 101 d, Liberi populi. (. Stipendiarij.

Stipendium, dij. Ep. 179 d, Dare stipendium militibus. & 8 b, Stipendium Cæsari decretum est. At. 75 b, Stipendium militibus usque ad Idus Quintil. persolutum. pro Cæl. 39 d, Mereri stipendia. et de Or. 132 b, Cum Asellus omnes prouincias stipendia meretem se peragrasse diceret. pro Mur. 126 b, Merere stipendia in bello. pro Cor. 67 b, Senatus uictorem exercitum stipēdio affecit. pro Pom. 9 d, Partem militum, qui iam stipendijs confectis erant, dimisit. At. 287 b, Decernere triumphū ac stipendium alicui, & cum omnib. decretis ornare. de Pro. 74 d, Relatum est ad uos de stipēdio exercitus. pro Cor. 63 d, Hispani agris stipendioq; mulctati. in P. 98 b, Quid stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus numeratum? de Sen. 87 d, Animum tanquam emeritis stipendijs libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse, &c.

Stipes, itis. truncus. Postquam. 207 d, Cū hoc homine, aut cum stipite Aethiope si in foro constitisses, nihil crederes interesse. de Arusp. 244 b, Stipes ille, qui quorum hominum esset nescieremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. in P. 83 b, Qui quanquā truncus aut stipes, si stetisset, modò posset sustinere titulum cōsulatus. in Arat. Hæc medium ostendit radiato stipite malum.

Stipo, as. constipo, circumuallo. In Ant. 189 b, Antonius senatum stipauit armis. & 187 b, Aliquem multis telis stipatum esse. in Pis. 94 d, Græci stipati, quin in lectulis sæpe plures. pro Mur. 136 d, Catilina stipatus choro iuuētutis, nullatus iudicibus atq; sicarijs. in V. 220 b, Illum spoliatum stipatumq; lictoribus uideres. Att. 16 d, Cum ad forum stipati gregibus amicorum descēdimus. pro Mil. 101 b, Non usitata frequentia stipati sumus.

Stips, pis. pecunia, quæ uel in ærarium reponitur, uel dijs offertur, uel mendicis erogatur. de Leg. 174 d, Præter Ideæ matris famulos, eosq; iustis diebus, ne quis stipem cogitet. & ibi. Stipem sustulimus nisi eam quam ad paucos dies propriam Ideæ matris excepimus. Implet enim superstitione animos, & exhaurit domos.

Stipulatio, onis. est uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, factumue se id quod interrogatur, respondet. sic eam Pom. Iurisconf. definiuit. pro Qu. Ros. 51 d, Stipulatione aliquem alligare. & de Or. 118 d, Pacta, conuenta, stipulationes. pro Cec 294. b, & ad Her. 9 d, Aut stipulationes aut pacti & conuenti formula. At. 259 d, Et si nondum stipulationes legeram, tamen rem pridie Idum uelim conficias. de Leg. 181 d, Vt ea pecunia ex stipulatione debeatur.

Stipulatiuncula, le. de Or. 99 d. l. Mihi.

Stipulator, oris. pro Qu. 10 b, Cū astipulatore tuo comparabuntur: id est, testes.

Stipulo, & **Stipulor**, aris. est postulare sibi aliquid promitti solenni formula restipulandi. pro Q. R. 47 d, Reliquū est, ut stipulatū se esse dicat. & ib. Stipulatus es? ubi? quo præsente? quis spopondisse me dicit? & ib. Hæc pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit. & ibi iterum. de Le. 181 d, Is cui legatum est, stipulatus est id ipsum quod legatum est.

Stirpitus, radicitus. Tus. quæst. 227 b, Stirpitus extrahere aliquid.

Stirps, pis. plāta, radix. de Fi. 126 b, Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras. Theophrastus autem stirpium naturas, omniumq; ferè rerū, quæ è terra gignerentur, causas atque rationes. de Fini. 134 d, Non enim iam stirpis bonum quæreret, sed animalis: id est, uitis. & 132 d, Cum arborum & stirpiū ea dem penè natura sit, quæ animalium. in An. 171 d, In seminibus causa est arborum & stirpium. de Na. d. 42 b, Stirpes terræ inhærēt, animātes à respiratione aeris sustinentur. de Nat. 51 b, Baccæ, quæ ex quaque stirpe suspenduntur. & 52 d, Multæ & pecudes et stirpes sunt, quæ, &c. de Nat. 46 d, Terram stirpium asperitate uastari. & 42 b, Stirpes arte naturæ uiuunt & uigent. de Nat. 49 b, Stirpes stabilitatem dant ijs quæ sustinent, & ex terra succum trahunt. & 42 d, Arbores tantummodo per stirpes aluntur suas. Item: Quod ita esset ortū è terra, ut stirpibus suis niteretur. de Nat. 31 d, Quæ ipsa ex se generata stirpibus continentur. de Na. 58 b, Quarūdam stirpium et herbarum utilitates longo usu percepimus. In Arat. Quorum stirpes tellus amplexa prehēdit. Or. 210 b, Omnium magnarum artium sicut arborū altitudo nos delectat, radices stirpesq; non item, sed esse illa sine his non potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stirps. pro capite, origine & familia. pro Cæl. 54 b, Hic nunc primùm floreſcens firmata iam ſtirpe uirtutis. & Tuſc. 193 a, Ita radices ſunt altæ ſtultitiæ. de Diu. 139 a, Superſtitionis ſtirpes omnes eijciendæ ſunt. & in Cat. 103 b, Stirps ac ſemen malorum omnium. de Fin. 107 a, Differo eam partem, quæ eſt quaſi ſtirps huius quæſtionis. de Fimibus, 110 a, Qua ex ſtirpe orirentur omnia. de Am. 109 b, Qui aliquandiu propter ignorãtiam ſtirpis & generis in famulatu fuerunt. de Leg. 169 b, Hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. pro Rab. P. 122 b, Qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hãc ferè qui ſunt eius ſtirpis cupidiſſimè perſequuntur. contra Rul. 85 a, Non ingenerantur hominibus mores, tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm, &c. de Clar. 183 b, Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum. & de Di. 84 b, O' generoſam ſtirpem. Itẽ: Ciuili generoſa ſtirpe profectus. de Nat. 37 a, Regiam contaminari ſtirpem. de Or. 99 b, Marcelli ab liberti filio ſtirpe Claudij, eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediſſe dicebant. Item ibidem, In ea cauſa ſunt oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum. Tuſ. 192 a, & 208 b, Stirps, origo, progreſſio, radix. de Clar. 176 a, Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauit uitio deprauatæ uoluntatis. de Leg. 156 a, Nullius agricolæ cultu, ſtirps tam diuturna, quàm poetæ uerſu ſeminari poteſt. de Le. 180 b, Repetam ſtirpem iuris à natura.

Stiua, uæ. manica ſiue cauda aratri, quæ arantis manu gubernatur. Cicero pro M. Scauro, autore Seruio in Georgicis: Ab ipſa ſtiua mecum homines loquebantur.

Sto, as. conſiſto, maneo, contentus ſum, conſentio. in Piſ. 82 a, Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo. & Epi. 4 a, Cum in ſenatu pulcherrimè ſtaremus. in Ant. 162 b, Qui hoc ipſo tempore ſtant cum gladijs in conſpectu ſenatus. & in Cat. 100 a, Is in comitio ſtetit cum telo. de Diuin. 96 a, Lyſandri ſtatuæ, quæ Delphis ſtabat, in capite corona ſubitò extitit. de Leg. 175 a, Ara uetus ſtat in palatio Febris. de Som. 129 b, Vides eorum partim obliquos, partim auerſos, partim aduerſos ſtare nobis. Academ. 11 a, Antipodes aduerſis ueſtigijs ſtant contra noſtra ueſtigia. pro Sylla, 127 b, Eos qui circum iudicium ſtabant, audire nolebat. pro Flac. 149 a, Qui domi ſtare non poterant. pro Clu. 33 b, Homines, qui tum conſultò propè in occulto ſteciſſent. & de Or. 164 b, Stare occultè poſt aliquem. de Ora. 141 a, Iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui aliquè euocent. cont. Rull. 68 b, Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterant, ſuſpicabantur, &c. Ac. 34 b, & 36 a, Cum ambo ad ſenatum in Capitolio ſtarent. in Ver. 233 a, In curia ſtatua tua ſtabat, & nuda in ea filij. et 140 a, Huius fornix in foro eſt, in quo filius nudus ſtat. in Ver. 88 a, Hæc duo ſigna, quæ ad impluuium tuũ ſtant, & multos annos ad ualuas Iunonis Samiæ ſteterunt. ad Her. 24 b, Stare intra carcerem. pro Quin. 6, Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe. ad Her. 21 a, Stare in ueſtigio. Tuſc. 186 b, Qui ſtat: id eſt, qui in prælio non fugit. & At. 279 a, Qui ſi ſteterit idem: id eſt, ſi nõ mutabitur. de Clar. 189 b, Qui auſi aliquando ſunt ſtantes loqui. de Clar. 192 a, Ad ſtantem iudicem dicere. Att. 246 b, Stetiſſe enim te frustra ſcribis. de Diuinat. 101 b, Cum uirgo ſtaret, Cæcilia ſederet. in Ant. 165 a, Reſpub.

ſtaret, tu cõcidiſſes. Of. 53 a, Reſpublica euerſa.)(. Reſpublica ſtans. de Or. 125 b, Inclinantem erigere.)(. Stantem inclinare. Ep. 83 a, Me ſtante. et 13 a, Pro me ſtante. & 117 b, Per quos ſteterim. Attic. 110 a, Animaduertis quàm ſine conſilio res ſtet. Of. 38 b, Itaq; parietes urbis modò ſtant & manẽt, ijſq; ipſi iam extrema ſcelera metuentes. Of. 33 a, Vtinam reſpublica ſtetiſſet quo cœperat ſtatu. Att. 78 a, Stamus animis, & conſilijs, ut uidemur, bonis utimur, ſperamus etiã manu. in Ver. 136 b, Is uidebat iſtius cenſum ſtare nullo modo poſſe. de Fin. 116 b, Zenonem non ſtantem cum ijs, qui ne dicerent quidẽ ſua ſumma bona eſſe à natura profecta. de Inuent. 80 a, Si quid de æquitate ea, quæ cum aduerſario ſtaret, dicerõ gaſſet. Or. 220 a, Iiſdem uerbis ſtante ſententia. ad Her. 25 a, Contra hoc nulla ſtaret eorum ratio. de Cla. 167 a, Cum is contra populi ſtudium ſtetiſſet. de Clar. 190 a, Nemo contra perditos ciues à ſenatu et à bonorũ cauſa ſtetit conſtantius. de Inuent. 59 a, Stare à mendacio contra uerum. & ibid. A' ſe potius quàm ab aduerſarijs ſtare. ad Heren. 24 b, Probare rationem aliquam, quòd ab ea ſteterint uiri probatiſſimi. Epiſt. 127 a, Modò nobis ſtet illud, unà uiuere in ſtudijs. Attic. 45 b, Neque ad huc ſtabat quo potiſſimùm. de Finib. 58 b, Stare oportet in eo quod ſit iudicatum. Off. 71 a, Stare conuentis. At. 87 b, Extra quam ſi ita negocium geſtum eſt, ut eo ſtari non oporteat. pro Flac. 156 b, Prætor actionem ſe daturum negauit, re iudicata ſtari oſtendit placere. pro Clu. 37 b, Qui his rebus iudicatis ſtandum putat. Attic. 121 a, Alterius potius ſtare iudicio quàm ſuo. Att. 193 a, Meo iudicio multo ſtare malo, quàm omnium reliquorũ. pro Flac. 160 a, Si ſtatuimus ueſtro nobis iudicio ſtandum eſſe de nobis. Off. 74 a, Non enim Regulus ſuo iudicio ſtetit, ſed ſuſcepit cauſam ut eſſet iudicium ſenatus. pro Cluen. 45 a, Nec L. Gellij iudicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius, & uterq; censor cenſoris opinione ſtandum non putauit. Of. 7 b, Promiſſis ſtandum eſſe. At. 112 a, Omnes cupiebant Cæſarem ſtare conditionibus ijs quas tuliſſet. Tuſc. 144 a, & 188 b, Stare ſuis iudicijs, & ſtare iudicio ſapientũ. de Fin. 58 a, Stare in eo quod ſit iudicatum. pro Rab. 96 b, C. Marius dedit fidem, ſed in fide non ſtetit. de Fin. 116 b, & de In. 80 a, Cum aduerſario ſtare. At. 24 b, Si in eo quod oſtenderat non ſtat, mihi placet, ea quæ malè empta ſunt reddi. At. 139 b, Literæ tuæ mihi quiddam quo ſtarem inſtillarunt. in Ant. 164 a, Cum in hac cella Concordiæ cum gladijs homines collocati ſtent. in Ant. 213 a, Equites Rom. qui frequentiſſimi in gradibus Concordiæ ſteterunt. & 221 b, Quorum ſtatuæ in roſtris ſteterunt, uſq; ad noſtram memoriã. de Leg. 136 a, Multo diutius commemoratione manẽt, quàm natura ſtare potuerunt. in Sal. 173 a, At quanto meliore loco reſp. ſtaret, ſi. & 274 a, Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit. l. A, & Ab.

Stoicè, ſeuerè, Stoicorum more. pro Mur. 141 b, Agit mecum auſterè et Stoicè Cato. & de Di. 110 a, Tu quidem, inquam, Stoicè Stoicorũ ſentẽtiam defendiſti, Part. 116 a, Stoicè, nullis oratorijs ornamentis adhibitis dicere.

Stoicus. Attic. 282 b, Brutus Stoicus. pro Mur. 138 b, Fuit quidam ſummo ingenio uir Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur. & ibid. Doctrina non moderata,

rata, nec mitis, ſed paulo aſperior et durior quã aut ueritas aut natura patiatur. & ib. multa de Stoicis et eorum doctrina. Ac. 33 b, Zeno, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. de Or. 148 b, Ab Antiſthene, qui patientiam & duritiã in Socratico ſermone maximè adamauit, Cynici primùm, deinde Stoici. de Cl. 175 a, Oẽs ferè Stoici prudentiſſimi in diſſerendo. & ibid. Stoicorum in disputationibus omnis cura conſumitur. de Ora. 88 b, Stoici diſputationum ſuarum atq; interrogationum laqueis te irretitum tenerent. & Aca. 28 a, Stoicorum dumeta. Tuſ. 243 a, Vt iam à laqueis Stoicorum recedamus. & 193 a, Stoicorum more agamus, qui breuiter aſtringere ſolẽt argumenta. et 195 a, Hæc dicuntur à Stoicis, concludunturq; contortius. de Nat. 9 b, Chryſippus interpres uaferrimus ſomniorum Stoicorum. et 5 a, Q. Lucilius Balbus, qui magnos progreſſus habebat in Stoicis. Ep. Habes ſcholam Stoicam. Stoici acerbi. l. Acerbus. 1 de Fin. Stoici, Chryſippus, Diogenes, Antipater, Mneſarchus, Panætius, Poſidonius. de Fin. lib. 3, Stoici dialecticam et phyſicam uirtutum nomine appellant, et quare. 7 Fam. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum, id utrum Romano more locutus ſit, bene nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe diuites, qui cœlo & terra frui poſſunt, poſtea uidero. 1 de Nat. Stoici cenſent ſapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos. 9 Fam. Stoici nihil ductu turpe uel obſcœnum credebant. de Diuinat. lib. 1, Stoici omnia ferè diuinationis genera defenderunt. Tuſc. quæſt. lib. 4, Stoici & ſapientẽ amaturum eſſe dicunt: et amorem ipſum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis ſpecie definiunt. 1 de Nat. d. Stoici fatalem neceſſitatem εἱμαρμένην dicunt. de Fat. Stoici omnia fieri fato dicunt. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Stoici præcipua uel producta dicunt, quæ Peripatetici bona. Acad. q. edit. 1. lib. 2. Stoici dicunt ſenſus ipſos ſibi aſſenſus eſſe, quos quoniam appetitio conſequatur, actionem ſe quiætolli autem omnia, ſi uiſa tollantur. 3 de Ora. Stoici ſoli eloquentiam, uirtutem, ac ſapientiam eſſe dixerũt. Aca. quæſt. ed. 1. lib. 2, Stoici hunc mundum ſapientem eſſe dixerunt, habere mentem, quæ & ſe et ipſum fabricata ſit, et omnia moderetur, moueat, regat. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Stoici à Peripateticis et Academicis uerbis magis, quàm ſententijs diſſenſerũt. 1 de Nat. d. Stoici bona ſua à commodis, non nomine, ſed genere toto diſtingũt. Top. Stoici in altera tantùm diſſerendi parte elaborarunt. Ac. quæſt. edit. 1. lib. 2, Stoici exiſtimarunt fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Off. 1, Stoici ſtudioſè exquirunt unde uerba ſint ducta. Tuſc. quæſt. lib. 3, Stoici uſuram nobis largiuntur tanquã coricibus: diu manſuros aiunt animos, ſemper negãt. Tuſ. quæſt. lib. 5, Stoici bonis corporis et fortunæ uitã beatam compleri negãt. Ac. q. edit. 1. lib. 2, Stoici negant fieri poſſe, ut quiſquam nulli rei aſſentiatur. de Diu. lib. 2, Stoici negãt quenquã, niſi ſapientẽ, diuinum eſſe poſſe. de Fin. lib. 2, 56, Stoici negãt quicquam eſſe bonum, niſi quod honeſtum ſit. Aca. quæſt. ed. 1. lib. 2, Stoici negant ſine deo poſſe quicquam. de Fi. lib. 5, Stoici negant quicquam poſſe percipi, niſi tale uerũ, quale falſum eſſe non poſſit. ad Brut. Stoici negabant fugere, ſapientis. de Or. 3, Stoici omnino iraſci neſciunt, atq; hanc ab ijs habeo gratiam, quòd ſoli ex omnibus eloquentiam, uirtutẽ ac

ſapientiam eſſe dixerunt. 3 de Finib. Stoici ex omnibus philoſophis plurima nominauerũt. pro Mur. Fuit enim quidam ſummo ingenio uir Zeno, cuius inuentorũ æmuli Stoici nominantur. 1 de Diuin. Stoici, principes diſciplinæ diuinandi. Bru. Stoici in diſſerẽdo prudentiſſimi, in dicendo inopes. 3 Fam. Stoici rectiſſimè putant urbanitatem eſſe uirtutem. 3 de Fin. Stoici, quod æſtimatione omnino aliqua dignum ſit, complecti beatam uitam putant. Aca. ed. 1. lib. 2, Stoici putarunt ſolem, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe, quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & tranſeat. 5 de Finib. Stoici cùm à Peripateticis et Academicis omnia tranſtuliſſent, nominibus alijs eaſdem res ſecuti ſunt. 2 de Or. Stoici de inuentione nihil tradiderunt. 1 de Nat. d. Stoici cum Peripateticis re conſentire uidẽtur, uerbis diſcrepare, inquit Antiochus. Tuſ. lib. 2, Stoici contortulis quibuſdã ac minutis cõcluſiunculis, nec ad ſenſus permanantibus, effici uolunt non eſſe malorum dolorem. 1 de Nat. Stoicorum anus fatidica προφῆτις. 3 de Fin. Stoicorum diſſerẽdi genus ſubtile, uel ſpinoſum potius. Tuſ. lib. 5, Tanquam leuia quædam uina nihil ualẽt in aqua, ſic Stoicorum iſta magis guſtata, quàm potata delectãt. Academ. edit. 1. lib. 2, Pleraq; Stoicorum mirabilia, quæ παράδοξα nominãtur, ſunt Socratica. 3 de Nat. d. Stoicorum de natura deorũ oratio quàm ſit leuis. Aca. edit. 1. lib. 2, Stoicorum princeps Panætius. 2 de Diuin. Stoicorum ſentẽtia de diuinatione nimis ſuperſtitioſa. pro Mur. Stoicorum ſententiæ & præcepta ſunt eiuſmodi: Sapientem gratia nunquã moueri, nunquam cuiuſquam delicto ignoſcere. Neminem miſericordem eſſe, niſi ſtultum & leuem. Viri non eſſe, neq; exorari, neq; placari. Solos ſapiẽtes eſſe, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mendiciſſimi, diuites: ſi ſeruitutem ſeruãt, reges: nos autem, qui ſapientes non ſumus, fugitiuos, exules, hoſtes, inſanos deniq; eſſe dicunt. Omnia peccata eſſe paria: omne delictum ſcelus eſſe nefarium: nec minus delinquere eũ, qui gallum gallinaceũ, cùm opus non fuerit, quã eũ, qui patrem ſuffocauerit. Sapientẽ nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, ſententiam immutare nunquã. 1 de Diu. Stoicis non placet, ſingulis iecorum fiſſis, aut auium cantibus intereſſe deum. Offic. 1, Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominũ omnia creari: homines autẽ hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe alijs alij prodeſſe poſſint. 3 de Or. Alia enim & bona & mala uidentur Stoicis, & cæteris ciuibus, uel potius gentibus: alia uis honoris, ignominiæ, præmij, ſupplicij. 3 de Finib. Ad Stoicos ſe inclinare. 2 de Nat. d. Stoicos nihil de dijs explicare: id eſt, incertã relinquere de dijs quæſtionem. Tuſc. quæſt. lib. 1, Nunquid igitur eſt cauſæ, quin amicos noſtros Stoicos dimittamus? eos dico qui aiunt animos manere, è corpore quum exceſſerint, ſed non ſemper. 15 Fam. Stoicos ruſticos regeram, ut Catium Athenis natum eſſe dicas. Caſij. 9 Fam. Stoicos ſolos ex philoſophis uim uirtutis tenuiſſe.

Stola, læ. ueſtis muliebris. in Ver. 217 a, Dianæ erat admodum amplum ſignum cum ſtola. et in An. 169 a, Sumpſiſti uirilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. & ibi. iterum.

Stolidus, a, um. ſtupidus. de Diu. 123 b, Quanquam ſemper fuit, ut apud Ennium eſt, ſtolidum genus Aeaci-

darum. Topic. 225 b, Quietum nihil agens, & quodammodo stolidum.

Stomachor, aris. indignor, indigne patior, molestè fero, trascor. de Natur. 204, Sed stomachabatur senex, si quid asperius dixeram. At. 264 b, Non dubito quin mirere atq; etiã stomachere, quòd tecum de eadẽre agam sæpius. pro Plan. 273 a, Huic ego stomachans fastidiosè, in quam, &c. Epist. 253, Si enim stomachabere & molestè feres, plura dicemus. Epist. 169 a, Itaq; iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. de Cl. 196 a, Sæpe uidi irascentem et stomachantem Philippum. de Or. 98 b, Dum in campum properaret & ridens et stomachans Scæuola. de Or. 133 b, Scipio cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, &c. At. 236 d, Amariorem me senectus facit, stomachor omnia.

Stomachosè. iracundè. ad At. 159 a, Rescripsi ei stomachosè. aliter, stomachosius. Charisius autem stomachosè, autoritate confirmat.

Stomachosus, a, um. iracundus. de Or. 134 b, Me quidẽ hercle ualdè illa mouet stomachosa & submorosa ridicula. Epist. 44 a, Stomachosiores, quas meas literas dicis esse, non intelligo. de Cla. 186 a, Acumen sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum.

Stomachus, chi. gula, seu guttur, gulæ extremum, per quod, & in quod labitur cibus, et concoquitur. animus, indignatio, ira. 2 de Na. 53 a, Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus, quo primùm illabuntur ea, quæ accepta sunt ore: is utraq; ex parte tonsillas attingens, palato extremo atq; intimo terminatur. de N. 53 a, Plataleam cõchis se implere solere, easq; cùm stomachi calore concoxerit, euomere. Ep. 122 b, Esse stomacho languenti. et 258 a, Καυσῶμαχος. et Seruius Cic. li. 4. 56 a, Accipere uulnus in stomacho. 9 Fam. 4, Stomacho callum obducere. Tironi, lib. 16, 122 b, Ius enim dandum non fuit, quum καυσῶμαχος esses. 4. At. 65 a, Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concaluit. ad Cæliũ, lib. 2, 26 b, Nosti enim nõ modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominũ insolentium indignitate fastidiũ. Qu. F. 326 b, Epistola plena stomachi et querelarũ. At. 232 b, Ne in me stomachũ erumpant, cum sint tibi irati. & 68 b, Hæc mihi maiore stomacho quàm ipsi Quinto fuerunt. in V. 118 b, Homo exarsit iracũdia et stomacho. At. 245 b, Nec tam animũ me quàm stomachũ habere arbitrantur. pro Mur. 130 b, Si mihi homini uehemẽter occupato stomachũ moueritis. Ep. 12 a, Non illi quidem ut mihi stomachũ facerent, quẽ ego funditùs perdidi, sed ut facere se arbitrarẽtur. Ep 26 b, Nosti stomachi mei fastidiũ indignitate hominũ insolentiũ. et 27 b, Ridere in stomacho. At. 73 b, Ita mihi uidetur nõ minus stomachi nostro Cæsari fecisse. & 93 b, In quo tamen nihil mihi risum magis, quàm stomachũ mouere solet.

Strabo, onis. qui oculis est peruersis. de N. 174, Ecquos si non tam strabones, at petulos esse arbitramur?

Strages, gis. clades. Postquam. 205 b, Qua strage nõnulli permoti magistratus paululum à mea causa recesserũt. in Ant. 189 b, Ille autẽ quas fecit strages? ubicũq; posuit uestigia? & de Legib. 188 a, Sed ille quas strages edidit? de Diuin. 84 b, Stragem horribilem cædemq; uereri. At. 10 b, Quis ego pugnas & strages edidi?

Stragula uestis. stragulum. in Verr. 213 a, Per triennium quæ isti plena domo telarum stragulam uestem confecit, nihil nisi conchylio tinctum. & 81 b, 112 b, pro Sext. Rosc. 40 a.

Stragulum, li. peristroma. Tusc. 240 a, Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimè, textili stragulo magnificis operibus picto.

Strangulo, as. faucibus premo, suffoco. Ep. 124 a, Cæsaris hospitem acceptis nummis comprehendit ac strangulauit. & 140 a, Ille patrem strangulauit.

Stranguria, riæ. l. Dysuria. Tusc. 185 a, Quamuis idẽ forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat.

Stratagema, tis. de N. 62 b, Consilium illud imperatorum fuit, quod Græci στρατήγημα appellant. At. 69 a, Rufio noster stratagemate alto percussit Vestorium.

Stratoniceus Metrodorus. Acad. 5 b.

Stratonienſis Menippus orator.

Stratum, ti. peristroma. Tusc. 240 a, Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimè textili stragulo, magnificis operibus picto. aliter, strato pulcherrimo.

Stratus, a, um. in Ant. 173 a, Lecti stratus conchyliato peristromate. & ad Her. 40 a, Triclinium stratum. Tusc. 206 b, Afflictus et stratus. Antequàm. 196 b, Quem singuli stratum atq; abiectũ subleuastis. & At. 256 b, Stratus ad pedes alicuius. de Or. 144 b, Hoc est altius, quàm ut id nos humi strati suspicere possimus.

Stratus, uel Stratos. opp. in Maced. Off. 13.

Strenuè. nauiter, fortiter. Qu. F. 309 b, & At. 259 a, Domus utriusq; nostrum ædificatur strenuè. et Her. 20 b, Is tamen egit sanè strenuè & agit. Ep. 236 a, Sanè strenuè accepi tuas literas. pro Rab. 96 a, Pro illis strenuè arma caperem. At. 235 a, Magis commodò quàm strenuè nauigaui. & ad Herenn. 40 a, Puer satis strenuè & concinnè omnia comparat.

Strenuus, a, um. nauus, industrius. (. Ignauus. Att. 241 a, Noli me tam strenuum putare, ut ante nonas recurram. in Ant. 176 b, Vt cognosceret te si minus fortem, attamen strenuum.

Strepitus, tus. sonitus, stridor. Top. 225 a, Pedum crepitus, & strepitus hominum. et de Cl. 194 b, Strepitus fõri. & cont. Rul. 87 b, & de L. 160 a, Strepitus fulminũ. de Arusp. 248 a, In agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. Ep. 112 b, Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum. Att. 220 b, Heri nescio quid in strepitu uideor exaudisse. & de Nat. 43 b, Ingenti strepitu.

Strepo, pis. rixor, iurgo. de Diuin. 86 a, Cum Achiui cœpissent inter se strepere, &c.

Strictè, restrictè, arctè. de Am. 107 a, Strictè obseruare neplus reddas quàm acceperis.

Strictim, cõpressius. de N. 63 b, Quibus de quæstionibus, tu strictim, nostri multa solent dicere. pro Cl. 23 b, Quæ copiosissimè dici possunt, breuiter à me strictimq; dicuntur. pro Sext. Ros. 34 a, Videamus nunc strictim, quæ, &c. At. 21 a, Strictim attingere aliquem librum.

Strictus, a, um. districtus. in Ant. 164 b, Cum tu illum gladio stricto insectutus es.

Stridor, oris. strepitus. Tusculan. q. 250 b, Ne stridorem quidem serræ audiunt, cum acuitur. & 162 b, Horrifer aquilonis stridor, &c. & de Diuinat. 82 a, Aut densus stridor, &c. contra Rull. 80 a, Veri ac fortis Tribuni plebis

plebis stridorem unum perferre non posit.

Strigilis, lis. instrumentum quo utebantur in balneis, ad corpora stringenda, abstergenda, & polienda: quanquam & ad equos expoliendos huiusce nominis instrumentum adhibeatur, sed dentatum & ferreum, cũ illud eburneum esset, ac sine dentibus. de Fin. 113 a, Si ad illam ampulla aut strigilis accedat.

Strigosus, a, um. gracilis, tenuis. de Clar. 170 a, Verum est certè genere toto strigosior. id est, habitu orationis minus opimo.

Stringo, gis. comprimo. Offi. 74 b, Nullum uinculum ad stringendum fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. in Ant. 164 b, Cum tu illum gladio stricto insectus es.

Strophium, phij. fascia breuis, quæ uirginalem tumorẽ cohibet papillarũ. de Ar. 254 a, P. Clodius à strophio, à psaltrio, &c. factus est repentè popularis. & in Clodium: Strophium accuratè præcingere. Nonius.

Structor, oris. minister ad cibos struendos, mensamq; instruendam comparatus. Quin. Fra. 310 a, In aram tuam ueni, res agebatur multis structoribus. Attic. 223 a, Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti inanes redierunt.

Structura, ræ. constructio, compositio, coagmentatio. de Opt. 243 a, Verborum est structura quædam. & de Cl. 167 a, Verborũ quasi structura. Or. 210 b, Vt fiat quasi structura quædam.

Structus, a, um. constructus. de Senect. 88 a, Frugem spicæ ordine structam. & Orat. 209 b, Res collocatæ, & quasi structæ ac nexæ. & Tusc. quæst. 155 b, Speluncæ saxis structæ asperis.

Strues, is. cuiuscunq; rei constructus cumulus seu moles, ut lignorum. At. 54, Strues salinarum.

Struma, mæ. est tumor (inquit Celsus) in quo subter concretæ quædã ex pure et sanguine quasi glandulæ oriuntur. ad Attic. 28 b, Denique Vatinij strumam sacerdotij λιβάφῳ uestiant. pro Sest. 26 a, Hi medẽtur reipublicæ, qui execant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis. l. Demigro.

Struo, is. molior. Octa. 330 a, Aduersus quos aciem struis? de Orator. 158 b, Collocationis est componere & struere uerba. & Orat. 220 a, Compositi oratoris bene struẽtam collocationem dissoluere, permutatione uerborum. ad At. 145 b, In posterum bellum ἀσπονδον strui existimo. Att. 81 a, Sed dices me ipsum mihi solicitudinem struere. de Orator. 127 a, & de Clar. 190 b, Ex his locis & odium in alios struere discemus, & à nobis et à nostris dimouere. pro Cluen. 55 a, Struere & moliri aliquid calamitatis cuipiam. Quint. Frat. 327 a, Reliqua ad iacturam struentur. aliter, reseruentur. ad Heren. 14 b, Struere cõtrouersiam de nomine. & Ep. 85 b, Struere periculum ruinæ.

Studens, tis. pro Planc. 277 b, Hisce ego auxilijs studentibus atq; incitatis uti poteram.

Studeo, des. studium uel operam do, studium in aliqua re pono, faueo, cupio. de Orator. 85 b, Nemo ferè studuisse ei scientiæ uehementius uidetur, quin quod uoluerit consecutus sit. & in Ver. 61 a, et Epistol. 8 b, Si optimis à pueritia disciplinis atq; artibus studuisses. Ora. 200 b, In hoc orationum genere, cui nunc studes. de Ora. 102 a, Nunc quibus studendum rebus esset, accepimus. de Ora. 108 a, Demosthenes eius ipsius artis, cui studebat, primam literam non poterat dicere. de Orator. 107 a, et de Leg. 158 a, Si ab adolescentia iuri ciuili minus studuerimus. de Cla. 195 a, Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. Postquàm. 207 a, Cum uerò literas studere incipit, & helluo immanis cum græculis philosopha ri, tum est Epicureus. & de Fin. 125 b, Vt id ipsum, quod studet facere, posit ornatius. & Epist. 109 b, Facilè cognoui ex tuis literis, quod semper studui, in, &c. & in Ant. 208 b, Vnum sentiis omnes, unum studetis, M. Antonij furorem extinguere. Ora. 205 b, At hic noster ad hoc unum est natus, huic generi studet uni. de Fin. 121 a, Studere laudi & dignitati. & de Diuinat. 94 a, Tumq; uel maximè laudi student. de Or. 129 b, Cui rei, cui gloriæ, cui uirtuti studes? patrimonio ne augendo? at, &c. ad Her. 14 a, Si partes, quibus illi student lædantur. pro Mur. 142 b, Cur quenquam ut studeat tibi, ut te adiuuet, rogas. pro Cæl. 39 a, Multi boni adolescentes illi homini nequam atq; improbo studuerunt. et b, Cælius studuit Catilinæ iterum petenti. Attic. 62 b, Pompeius Scauro studet, utrum fronte an mẽte, dubitatur. in Ant. 16 a, Ego semper studui. de Fin. 61 a, Cum serò sentiunt frustra se aut pecuniæ studuisse, aut imperijs, aut opibus, aut gloriæ. in Sall. 273 b, Quantum quisq; reipublicæ studuit, tantum mihi fuit aut amicus aut inimicus. pro Cæl. 42 b, Cælius studuit præturæ. in Cat. 97 b, Studere reb. nouis. ad Heren. 33 b, Stude uerum inuenire. de Nat. 74 b, Parens difficilis, qui te nec amet, nec studeat tui. Poetæ. Attic. 210 a, Scire igitur studeo quid egeris. Para. 229 b, Studeo ex te audire, quæ, &c. pro Se. Rosc. 42 b, Studeo facere aliquid. de Or. 122 a, Ars demonstrat, ubi sit illud quod stu leas inuenire. & 93 b, Ego uerò, inquit, istis obsequi studeo. ad At. 283 b, Nos Lepidum honore studuimus à furore reuocare. in Ca. 108 a, Quos ego non tam ulcisci studeo quàm sanare. Epi. 179 b, Dissensionem nascentem extingui summè studui. de Cl. 186 a, Gradus tuos, et quasi processus dicendi studeo cognoscere. Offic. 38 a, Nostri imperatores ex hac una re maxima laudem capere studebant. in Arat. Hoc caue te ponto studeas committere mẽse. de Cla. Ora. 183 a, Sed idem Aelius Stoicus esse uoluit, orator autem nec studuit unquam, nec fuit.

Studiosè. cupidè, studiò. de Cla. 173 a, Studiosè audire aliquem. & Attic. 262 b, Studiosè diligenterq; curare aliquid. de Fimibus, 98 b, Quare studiosè attendite. pro Se Rosc. 33 b, Non studio accusò. sed officio defendo. in Ver. 60 b, Libẽter studioseq; audire. Or. 132 a, Studiosè ludere. ad Her. lib. 1, Eo studiosius hoc negocium suscepimus, quòd, &c. Tusc. lib. 4, Multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus.

Studiosus, a, um. cupidus, amãs, obseruans, qui literis delectatur, cui aliqua res in studio, qui studio est alicuius, alicuius rei studio præditus. in Ver. 132 a, Quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum cupidissimumq; cognoui. Attic. 120 a, Iste restituendi mei quàm retinendi studiosior. & 50 a, Ego mei studiosos habeo Dyrrhachinos. & de Cla. 170, & Epi. 6 b, Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. Ac. 31 a, Democritus studiosus nobilitatis. de Ora. 107 a, Vir dicendi studiosus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Epist.48 d, Studiosius doctrinarum. Acad.24 b, Homo & acutus ut Pœnus, et valde studiosus. de Opt.244 a, Suscepi laborem utilem studiosis. Quin. Frat.323 a, Is summo studio est Pœonis sui præceptoris. et Tus. quæst. 182 b, Quibus magis labor in studio est quàm ocium. ad Att.12 a, Studiosius ac fautor. Item: Attici nostri te valde studiosum esse cognoui.

Studium, dij. cupiditas, benevolētia, singularis uoluntas in aliquem, uoluntas in aliquem propensa, animi uoluntas propensa. de Inuent.50 b, Studium est assidua ac uehemens ad aliquam rem applicata magna cum uoluntate occupatio: ut philosophiæ, poetices, geometriæ, literarum. de Nat.deor.3 a, Vt studia cupiditatesq; honorū ambitionesq; ex omnibus ciuitatibus tollerentur. Item: Vnde hoc philosophandi subitò studium exitit. in Ver. 83 a, Cupiditas & studium defendendæ ueritatis. pro Quint.2 d, Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. Attic.140 b, Me ambitio quædam ad honorum studium duxit. de Orat.108 b, Incensus studio dicendi. et ad Att.260 a, & Top.221 d, Cum cernerem te ardere studio. de Diuin.109 b, Quorum studio legendi meum scribendi studium uehementer indies incitatur. Off.13 a, Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod, &c. Tus. 241 b, Deinde ad inuestigandum ueritatem studio incitato. pro Pom.7 b, Cū classis studio inflammato ad Italiam raperetur. de Cl.Or.163 b, Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. Att.6 b, Summum me eorum studium tenet. & Ac.39 b, Teneri studio alicuius rei. de Orat.93 a, Ego qui ab ineunte ætate incensus sum studio utriusq; uestrum, &c. & ibi. Quod ego non superbia feci, neq; quo tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi uellem. Offic.42 a, Iuuenes magna spectare, & ad ea rectis studijs debēt cōendere. At.260 a, Ardeo studio historiæ. de Or.164 b, Studiū flagrans. Acad.17 a, Ardere studio facere aliquid. de Finib. 77 b, Ardenti studio facere aliquid. de Orat.91 b, Nobis studium illud dicendi acerrimum defuit. & Att.5 a, Efferri studio in aliquā re. & de Nat.d.13 a, Sed elatus studio longior fui. Quin. Fr.295 b, Qui omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. de Clar.178 a, Adhibere multum studij ad dicendum, et ad omnes bonarum rerum disciplinas. de Fi.49 a, Ponere multum studium in aliqua re. de Or.90 a, Qui in his artibus cognoscendis atq; tractandis studium suum omne posuerunt. Tusc. 229 b, Qui in rerum contemplatione studia ponebant. Epist.48 a, Dare studium suum alicui arti. de Orat.102 a, Cohortatione alicuius concitari ad studiū cognoscendæ uirtutis. Qu.Fr.295 b, Cui in doctrina, cui in uirtute atq; humanitate percipienda plurimum à pueritia studij fuisset & temporis. in Cat.106 a, Diuersa Catilinæ studia in dissimili ratione. pro Pl.263 a, Hic habuit studia suorum ardentia. & 261 a, Comitijs ædilitijs studiū est populi, non iudicium. de Cla.193 b, Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam Q. Scæuolæ. pro Quint.12 b, Studium partium. pro Font.279 b, Aliqui ex ciuilibus studijs atq; obtrectatione domestica inimici. et ibi. Cum studiorum suorum obtrectationem sustulissent. pro Clu.32 b, Is uitia quæ ab natura habet, etiam studio atq; artificio quodam malitiæ conducit. pro Cor. 63 d, Gaditani ab omni studio sensuq; Pœnorum mētes

suas ad nostrum imperium nomenq; flexerunt. de Am. 104 b, Studium semper adfuit, cunctatio abfit. de Or.108 b, Patris studium in filijs erudiendis. de Inuen.75 a, Pro meo studio quod in uos habui semper. At.113 b, Tuq; erga me officia plena tui suauissimi studij. At.284 b, Studium tuū curaq; de salute mea. in Ant.169 b, In illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuit absenti. Epist.64 b, Tibi polliceor eximium & singulare meum studium. & in Cat.123 b, Pro meis in uos singularibus studijs. pro Mu.134 b, Hæc amicorum studia debilitant. & ibid. Amici studia deponunt. pro Rab. 92 b, Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari uoluntate Campaniæ uicinitatis ornetur. At.126 b, Te hortor pro tuo singulari perpetuoq; studio in rempub. ut, &c. At.277 b, Tibi omnes nauare operam & studium uolunt. de Ora.240 a, Vellem Bruto tuum studium nauare potuisses. & 245 a, Ex omnibus mi Dolabella studijs in me et officijs, quæ summa sunt, hoc scito mihi, &c. Quin. Fr.323 b, Cicero noster summo studio est Pœonij sui rhetoris, etc. Ep.10 b, Omnia in te ipsum summa & singularia studia debeo. Quint. Fra.315 b, Te rogo, ut omnia tua studia in eum conferas. At. Pompeius significat studium erga me non mediocre. pro Cæl. 47 a, Studia delectationis, ut ludus, iocus, cōuiuium.)(Studia laudis. & Off.21 a, Neq; enim ad ludū & iocum facti esse uidemur, sed ad seueritatem potius & ad quædam studia grauiora atq; maiora. de Legib.172 a, Plato studij & delectationis, non reipub. causa scripsit leges. pro Sext. Rosc.26 a, Studium colēdi agri à patribus familiâs maximè laudatur. & ibidem, Studium, quod ad agrum colendum attinet. de Senect.92 b, Sunt pueritiæ certa studia. & 93 a, Sunt extrema quædam studia senectutis. de Finib.125 a, Suo quisq; studio maximè ducitur. Tuscul.182 b, Lacænæ uirgines, quibus magis palæstra, Eurotas, sol, puluis, labor, militia in studio est, quàm feritilitas barbara. & pro Sext. Rosc.41 b, Me in eo studio esse confiteor. de Am.115 b, In studijs cognoscendi semper aliquid atq; dicendi, remoti ab oculis populi omne ocium tempusq; contriuimus. de Senect.87 a, Studia doctrinæ pariter cum ætate crescunt. & ibi. Si uerò habet aliquid tanquam pabulum studij atq; doctrinæ. nihil est otiosa senectute iucūdius. pro Cæl.49 a, An ille uir illa humanitate præditus, illis studijs, artibus, atq; doctrina potuisset? &c. pro Corn.55 a, Viri literati ac studijs doctrinisq; diditi. de Diuinat.109 b, Tum pristinis orbati muneribus, hæc studia renouare cœpimus. de Fat. 140 a, Hircius hic studijs, in quibus nos à pueritia uiximus, deditus. de Or.87 b, Quare pergite adolescentes, & in studium, in quo estis, incumbite. de Orat.99 b, Homo à iuris studio non abhorrens. Attic.124 b, In studijs ac literis nostris consumo omne tempus. de Or.198 a, Hisce ego cohortationibus Crasse ad studium & ad laborē incitandos iuuenes uehemēter assentior: cætera quæ collegisti ex uarijs & diuersis studijs & artibus, ab oratoris proprio officio atq; munere seiuncta esse arbitror, & 107 b, In omni recto studio atq; humanitate uersari. & 93 a, Totius huius uel studij, uel artificij, uel facultatis disputatio. de Leg.187 a, Demetrius et doctrinæ studijs, & regenda ciuitate princeps est. de Legib.177 b, Ciuitates totas malis studijs malisq; doctrinis repentè euerti.

euerti. Quin. Fr.295 b, Nos ea quæ consecuti sumus, his studijs & artib. esse adeptos, quæ sunt nobis à Græcis traditæ. & 294 a, Vir optimarum artium studijs eruditus. Or.200 a, In maximis occupationib. nunquam intermittis studia doctrinæ. pro Arc.186 a, Vir eruditissimis hominibus & liberalissimis studijs affluens. ibidem: In studijs humanitatis ac literarum uersari. Orato.85 b, Qui in artium studijs liberalissimis sunt doctrinisq; uersati. Attic.65 a, Retuli me ad literas & studia nostra. pro Cæl.42 a, & ibidem, Studium doctrinæ atq; humanitatis. ibi. Adolescens rectissimis studijs atq; optimis artibus præditus. pro Archia, 186 a, Archias se ad scribendi studium contulit. & 185 b, Ratio aliqua ab optimarum artium studijs & disciplina profecta. pro Mu.139 b, Cato recentibus præceptorum studijs flagrans. & 130 b, Qui oratores euadere non possunt, ad iuris studium deuenire. de Aruspic.247 b, Si cui fortè uideor plus quàm cæteri, qui, &c. uersari in studio literarum. Epist.130 a, Exercere studia literarum. de Finibus, 125 b, Vt aliquid suorum studiorum philosophiæ quoque impertiat. et de Diuinat.108 b, Cohortari aliquem ad studium philosophiæ. de Clar.Orator.169 a, Extra Græciam magna dicendi studia fuerunt. Offic. 1 a, Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. de Orator.86 a, Cæterarum artium studia ferè reconditis è fontibus haurūtur. & 85 a, Studia, quæ reconditis in artibus, & in quadam uarietate literarum uersantur. Epistol. 9 a, Referre se ad studia literarum. & de Orat. 85 a, Referre animum ad studia, &c. ad Attic.282 a, Euigilare in studio. & de Ora.146 b, Vocare studijs. Topic.221 a, Vterque nostrūm ad suum studium libros euoluebat. de Orator.86 b, Græcio cio studioq; abundantes. & Epist. 83 a, Plurimo doctrinæ studio. Tuscul.quæst.182 b, Quibus palæstra, labor, militia in studio est. de Inuentio.74 b, Voluntas & studium ferè idem. Of.44 a, Studium & beneuolentia idē. ad Attic.194 b, Voluntas, studium, cupiditas. Postquam. 198 b, Et tum in studijs uestris tanta amicorum declarata est uoluntas, ut, &c.

Stultè. dementer, insipienter, incautè. At.108 d, Stultè & incautè omnia agi uideo. & de Ora.134 a, l. Stultus. At. 105 a, Et si scripseram ad te nunc stultè. de Legib. Stultè arrogans.

Stultitia, tiæ. fatuitas. Tuscul.192 b, Stultitiam enim censuerunt inconstantiam: id est, sanitate uacantem. Tuscu. 193 a, Ita stirpes sunt altæ stultitiæ. & 206 b, Est propriū stultitiæ, aliorū uitia cernere, obliuisci suorū. de N. 6 b, Miserius stultitia nihil dici potest. de Or.95 a, Oratoris peccatum stultitiæ peccatum uidetur, stultitia autē excusationem non habet. de Diuina.127 a, O' deliratione mentem incredibilem, non enim omnis error stultitia est dicenda. de Natur.77 a, Stultitia est, à quibus bona precamur, ab ijs dantibus nolle sumere. pro R.P.126 a, Sed huius facti stultitiā, maior iam superior stultitia defendit. in Ver. Stultitia singularis.

Stultus, ta, tum. fatuus, delirus, mente captus, malè sanus, demens, amens, nullius consilij. Epist.140 b, Stultorum plena sunt omnia. in Anton. 187 b, Vt hominem stultum etiam magis infatuet, mercede publica. in Piso. 92 a, O' stultos Camillos, ô amentem Paulum. Orat.203 b, Stulto sapientis orationem affingere. de Orat.134 a, Non stultum quasi stultè cum sale dicere aliquid. pro Fon.278 b, Stultus auditor & credulus.)(Sapiens iudex. de Se. 84 a, Senex, stultus, credulus, obliuiosus. de Am.114 a, Hæc est in fabulis stultissima persona credulorum atq; improuidorum senum. de Or.156 a, Malo indesertam prudentiam, quàm stultam loquacitatem.

Stupefactus. de Or.147 b, In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur?

Stupeo, es. in Verr. 255 a, Confirmant ipsi se, cum is etiā tum semisomnis stuperet. & Atti. 108 a, Sed stupēt omnes. de Som.128 b, Quæ cum intuerer stupens, quis inquam, &c. de Fi.80 b, Hæc cum loqueris, nos Varrones stupemus.

Stupesco, scis. de Orator. 152 a, Aspicere, admirari, stupescere.

Stupiditas, tis. stupor, tarditas. in Ant.175 b, In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.

Stupidus, a, um. stupens, bardus. de Fat.142 a, Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit et bardū. Para. 123 a, Actæonis tabula te stupidū detinet. ad Her. 40 a, Omnes stupidi timore obmutuerunt.

Stupor, oris. stupiditas. Tusculan. 192 b, Immanitas in animo, stupor in corpore. in Ant.166 a, Sed stuporem hominis, uel dicam pecudis uidete. & 182 b, Qui morbo aliquo uel sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. pro Domo, 232 b, Eamq; animi duriciam sicut corporis, quod cum ur. tur non sentit, stuporem potius quàm uirtutem putarem. de Aruspic. 244 b, Si autem id non sentit, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat. in Ant.186 b, Qui propter hæsitantiam linguæ stuporemq; cordis cognomen ex ignominia traxit. et in P. 79 b, Stupor debilitasq; linguæ, tarditas ingenij. in Ant. 173 a, Quis te tantus stupor oppressit, ut non scias, &c. & 166 a, Esto, sit in uerbis tuis hic stupor, quanto in rebus sententijsq; maior?

Stupro, as. cōstupro, stuprum infero, stuprum offero, uim affero, pudicitiam eripio, stuprum cum aliqua facio. Epistol. 67 a, Qui tot ingenuas matres familiās stuprauit. & de Finibus, 140 a, Virginis interfecit filiam, ne stupraretur. de Finibus, 78 b, Stuprata per uim Lucretia à regis filio, &c. pro Dom.238 a, Qui religiones omnes pellucris, aut ementiendo aut stuprando. de Aruspic.251 a, Puluinar quod stupraras.

Stuprum, pri. incestum, omnisq; lege uetita libido. Offic. 59 b, Gyges reginæ stuprum intulit. & Parad.120 a, In aliquam domum stuprum inferre. In Piso.100 a, Clodius stuprum Bonæ deæ puluinaribus intulit. & de Aruspic. 245 b, & de Leg. 171 a, Sext. Tarquinius uim Lucretiæ attulit. & 140 a, Lucretia per uim oblatum stuprum uoluntaria morte luit. de Na. 73 a, Qui non sat habuit contingem illexisse in stuprum. & in Ca.106 a, Quod nefarium stuprum non per illum. Antequàm.195 b, A' me luxuries ac stupra Cassij pœnas repetunt. Postquā. 306 b, Consul processit somni, uini, stupri plenus. Tus.125 b, Stupra dico & corruptelas & adulteria, incesta denique. pro Dom. 234 b, Iste qui non solùm aspectu, sed etiā incesto flagitio & stupro polluit ceremonias. Octa. 331 b, Pop. Rom. pro turpi stupro datus in seruitutem. pro Mil. 115 a, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.

Stylus, li, instrumentum, quo in tabulis scribebant ue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

teres. hinc factũ est, ut stylus pro scriptione, uel dictione caperetur. Ora. 97 a, Stylus optimus dicendi effector & magister. & ibidem: Omnia sub acumen styli subeãt necesse est. & 197 b, Stylus perfector dicendi ac magister. & de Cla. 273 a, Etiam artifex, ut ita dicam, stylus. & Ep. 107 d, Stylus dicendi opifex. de Or. 160 b, Hanc legẽ cum exercitatione, tũ stylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio est. & ibi. Consuetudo illa sit dicendi atq; scribẽdi. et 117 b, In summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. Or. 210 b, Sed tamẽ stylus exercitatus efficiet facilè hanc uiam componendi. de Clar. 179 b, Oratores Attico stylo scriptæ. & 172 b, Dein cum otiosus stylum prehẽderat, flaccescebat oratio. In Ver. 129 a, Veteres stylũ in tabulis suis. de Aru. 246 a, Cum cætera scelera stylo illo impuro Sextus Clodius conscripsisset. Mucro styli Censorij. l. Mucro. Ep. 85 a, Cum præsertim adhuc styli pœnas dem. de Cl. 173 b, Vnus enim sonus est totius orationis, & idem stylus.

Styx, gis. fluuius. de N. 68 a, Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton.

Suada, dæ. Latinè, Græcè πειθὼ. de Cl. 169 b, Suadæq; medulla. Πειθὼ, quã Græci uocãt, cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius. eius autem Cethegũ medullam esse ult: ut quam deam in Periclis labris Eupolis scripsit, huius hic medullam nostrũ oratorẽ fuisse dixerit. & de Sene. 87 b, M. Cethegus, quem rectè Suadæ medullam dixit Ennius.

Suadeo, des. sum autor, hortor, moneo, suasor & autor sum alicuius rei. Ep. 204 a, Hæc eò spectant, ut te horter & suadeam: reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum. de Pro. 78 a, Nam postea me ut sibi essem legatus nõ solùm suasit, sed etiam rogauit. pro Arch. 188 a, Nisi mihi ab adolescẽtia suasissem, nihil esse in uita, &c. Alti. 217 b, Tu quod ipse tibi suaseris, idẽ mihi persuasum puto. Epist. 21 a, Nemo est qui sapientius tibi suadere possit te ipso. & 97 a, Primùm cœpi suadere pacem. In A. 195 a, Duo tempora inciderũt, quibus aliquid contra Cæsarẽ Pompeio suaserim. de Or. 139 a, In suadendo nihil est optabilius quàm dignitas. Att. 123 b, Quo in suadẽdo plus autoritatis haberem. de Cl. 172 b, M. Cato legem suadẽs, in Galbam multa dixit. et de Se. 80 a, Cum legem Voconiã magna uoce & bonis lateribus suaderet. At. 139 b, Quod suades, ut petam, & c. id iam pridem ago. & 180 a, De obuiam itione ita faciam, ut suades. 129 a, Memini quid mihi suaseris per Theophanem Culeonem. & 249 b, Gaudeo te mihi suadere, quod ego meâ sponte pridiè feceram. in Ant. 165 b, An ego C. Trebonio persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem. pro Milo. 110 b, Suadere rationem.

Suapte & Suopte. l. Pte.

Suasio, onis. hortatio. (. Dissuasio. Or. 200 a, Tales suasiones, qualẽ Isocrates fecit Panægyricum. et de Or. 139 a, Præcepta quæ de suasionibus tradenda sunt. pro Clu. 47 a, Suasio legis Seruiliæ.

Suasor, oris. consuasor, autor, hortator. (. Dissuasor. Of. 64 a, de Ora. 139 a, Atq; huius deditionis ipse suasor et autor fuit. Atti. 256 a, & 263 a, Etsi quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. & in Anton. 154 b, Quanquam hæc epistola non

suasoris est, sed rogatoris. in A. 166 b, Nihil interest inter suasorem facti, & probatorem.

Suauiloquens, tis. de Cl. Or. 169 b, Additur orator Cornelius, suauiloquenti ore Cethegus. Ennij. Item de repub. teste Gellio.

Suauiloquẽtia, tiæ. de Cl. 169 b, Tribuere suauiloquentiam alicui.

Suauior, oris. osculor, suauium do. de Cl. 169 a, L. Brutus, qui de matre suauiando ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit. Att. 253 a, Atticam nostram cupio suauiari, ita mihi dulcis salus uisa est per me missa ab illa.

Suauis, ue. dulcis, cõditus, iucundus. pro Cor. 63 b, Comes, benigni, faciles, suaues, & c. in V. 152 b, Odor suauis et iucundus.). (. Teter. de Clar. 198 a, Hic suauis uideri maluit quàm grauis, & suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.

Suauitas, tis. suauitudo, dulcitudo, iucunditas. de Se. 89 b, Suauitates odorum, qui afflantur è floribus. & Of. 75 b, Conquirere suauitates undiq;. de Fi. 56 b, Voluptas quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet. de Or. 101 a, Mira quædam in cognoscendo suauitas et delectatio. et 105 a, Quem omnes amare pro eius eximia suauitate debemus. & de Op. 243 b, Quædam suauitas coloris. Qu. F. 318 b, Mirifica suauitate uillam habeo. de Diu. 97 a, Responsum est, singulari illum suauitate orationis fere. pro Cæl. 41 b, Suauitas humanitatis. in A. 182, Quidam morbo aliquo et sensus stupore suauitatem cibi non sentiũt. de Am. 108 b, Accedat huc suauitas quædam oportet sermonum atq; morum, & c. de Or. 146 b, Suauitas sermonis Atticorum & Romanorum propria.

Suauiter, dulciter, iucundè. de Or. 146 b, Suauiter loqui, & de Cl. 174 b, Solutè & suauiter dicere. Ep. 256 a, Epistola copiosè & suauiter scripta. et de Fi. 60 b, Et iucũda iucundè ac suauiter meminerimus. Acad. 25 a, Video quàm suauiter uoluptas sensibus blanditur.

Suauitudo, nis. suauitas. ad Her. 20 a, Suauitudo pronunciationis.

Suauium, uij. osculum. At. 259 a, Atticæ, quoniam hilarula est, meis uerbis suauium des.

Sub. in. post. de N. 45 a, Homines sub terra habitantes, qui nunquam exissent supra terrã. de Or. 133 b, Gallus capituus sub nodis distortus, eiecta lingua, buccis fluentibus. cont. Rul. 89 a, Non parum sub hoc uerbo furtũ latet. de Fin. 81 a, Quod non sub dubia utilitatis ratione efficiet. Post. 204 b, Qui cum per se rempub. lacerare non posset, sub alieno scelere deluit. de Vn. 201 b, Nullo posito sub oculis simulachro. In An. 242 b, Sub nomine pacis bellum latet. de Am. 132 b, Sed ille sub Gnatonis persona, & c. ad He. 29 a, Subijcere aliquam rem sub aspectum omnium. Topic. 225 b, Quod sub ea causa subiectum est. pro Do. 223 a, Vt Cyprius rex sub præcone subijceretur. de Fin. 102 b, Prima illa, & c. sub iudicium sapientis & delectum cadunt. de V. 197 b, Cœlum sub aspectum & tactũ cadit. de Vn. 196 b, Quod in cernẽdi sensum caderet. & ibi. Quæ sub aspectum cadunt. & 199 a, Sub intelligentiam cadens. Ac. 19 a, Res subiectæ sensibus, & subiectæ sub sensus. de Na. 47 b, Et natos geminos imisses sub caput arcti. Qu. F. 318 a, Vaporiarum ex quo ignis erumpit, est sub tectum cubiculi. & ibi. Sub grande cubiculũ. I. A. 64 a, Negociumq; transegisses, nisi se sub scalas tabernæ

bernæ librariæ cõiecisset. Qu. F. 306 a, Senatus fuit frequentior, quàm putabamus esse posse mense Decembri, sub dies festos. Ep. 114 a, Sed non statim sub mentionem et conuicium obtrectatorum. & 253 a, Sub eas statim recitatæ sunt tuæ: id est, post eas. de Or. 106 b, Qui eius artis arrogantia subnixi ambulant. At. 141 b, Sub posteaquã literas ad te dedi. ad At. 135 a, ὑπὸ τὴν ἀπόλυσιν: id est sub crepusculum uespertinum. de Cl. 188 b, Cato sonabat subagreste quiddam, planeq; subrusticum.

Sub manu: id est, præstò, in promptu, ad manum ut dicitur. Epist. 147 a, Adiunxi hæc, & cætera. Vocentij sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Planci.

Subabsurdus, da. de Or. 134 a, Subabsurdum tempus. de Or. lib. 2, Sunt etiam illa subabsurda.

Subabsurdè. ibid.

Subaccuso, as. pro Fl. 277 a, Nunc meum discessum quasi reprehendere & subaccusare uoluisti. item Att. 256, Addebat etiam me desiderari, subaccusari. & li. 13, Subaccusa quæso Vestorium.

Subactio, onis. cultura, exercitatio. de Or. 120 b, Subactio autem est usus, auditio, lectio, literæ.

Subactus, a, um. mollitus, cultus, exercitatus. pro Fõ. 276 a, b, Galli à nostris imperatoribus subacti et bello domiti. et 281 a, Victi & subacti populi. de Or. 120 b, Subacto mihi ingenio opus est, ut agro nõ semel arato, sed nouato & iterato. de Se. 87 b, Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit. et 89 b, Humus subacta atque pura.

Subagrestis, ste. de Cla. 188 b, Sonare subagreste quiddam, planeq; subrusticum.

Subamarus, a, um. de Fat. 141 b, & de In. 47 b.

Subarroganter. Ac. 28 b, Vereor ne subarroganter faciãs, si dixeris, & c.

Subauſculto, as. l. Ausculto.

Subcisiuus, a, um. dicitur uel tẽpus, uel opera, quæ à quotidianis & assiduis quasi subeiduntur, subtrahunturq;, & raptim quasi furtim ad alia accommodantur. de Or. 142 a, Quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ subcisiuis operis, ut aiunt. de Le. 157 b, Subcisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. in Anton. 164 b, Nec amicis unquam defui, & tamen perfeci operis subcisiuis, ut meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferrent.

Subcontumelioſè aliquem tractare. At. 26 b.

Subcriſpus. In Ver. 130 b, Videtis illum subcrispo capillo, nigrum: l. Ruber.

Subdebilitatus, ta. At. 172.

Subdifficilis, le. de Am. 109 a, Existit autẽ hoc loco quæstio subdifficilis.

Subdiffido, dis. dubito, subdubito. At. 247 a, Quo die ea diui illum tyrannum in cõcione clarissimum uirum appellari subdiffidere cœpi.

Subdititius, a, um. fictus, subornatus. in Ver. 249 b, Subdititius archipirata.

Subditus, a, um. de Na. 31 b, Aquæ quæ efferuescunt subditis ignibus. in V. 78 b, Subditus in locum alterius.

Subdo, dis. substituo. Epi. 156 b, Te rogo in Hirci locum subdas. & pro Dom. 230 a, Quis in meum locum iudicem subdidit?

Subdoceo, ces. ad Alt. 121 b, Ciceronesq; nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

Subdolè & uersutè. de Cl. 167.

Subdubitare. At. 230. Ep. 24.

Subduco, cis. subtraho, remoueo. Quin. Frat. 324 d, Catodiruptis tabellis de circulo se subduxit. pro Dom. 217 a, Cato quẽ tu nõ pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. de Fimb. 115 b, Neque intelligũt se rerum illarum fundamenta subducere. de Inuen. 80 a, Subducere id quo nititur aduersariorum causa. Tuscul. 183 b, Subduc cibum athletæ, ferre non poterit. Offic. 61 b, Classem Lacedæmoniorum quæ subducta esset, ad Gytheum clàm incendi posse. Ep. 12 a, Subducere rationes. Item: Rationibusq; subductis summam feci cogitationũ mearum. de Fin. 77 a, Voluptatum ne calculis subductis prælium ineunt. Att. 83 a, Subducamus summam. & ibidem: Assident, subducunt ad nummum, conuenit. de Na. 74 a, Inita subductaq; ratione nefaria scelera meditari. Att. 83 b, Hoc quid interfit si tuos digitos noui, certè habes subductum.

Subductio, onis. subtractio. de Or. 120 b.

Subdurum est, re. Qu. de Pet. 212 a.

Subeo, bis. adeo, ingredior. succedo, obiscio, excipio. pro Dom. 227 b, Non peccato meo nomen exulis subeo, sed re iudicata. pro S. R. 23 b, Licet omnia in me pericula impendeant, succurram atq; subibo. Antequã. 196 a, Quæ omnia mihi subeunda sunt. Attic. 280 a, b, Summa supplicia subeunda nobis sunt. pro Quin. 10 a, Subire ultum superbissimum inimici. ad Brut. 289 a, Subire famã temeritatis. & 234 b, Subire uituperationem. At. 129 a, Subire tristitiam temporum. de Or. Subeundus usus omnium, periclitandæ uires ingenij. de Na. d. 60 a, Ne quid inuidiæ subeatur aut criminis. pro Dom. 230 b, Subire uim & tracundiam populi incitati. Qu. Fr. 324. b, Subire periculosas inimicitias. Parad. 235 b, Subire periculũ pro amico. Off. 17 a, Adire pericula. pro Mur. 124 b, Ingredi pericula, subire tempestates reipublicæ. de Arusp. 252 b, Subire tram deorum. pro Dom. 233 b, Eandem pœnam ego subibo & sustinebo. de Pro. 75 b, Vnũ pro uniuersis subire atq; excipere tela. & 77 b, Quamuis excipere fortunam, subire uim, & c. de Or. 97 a, Omnia sub acumẽ styli subeant et succedant necesse est. in Pis. 82 b, Subire sempiternæ fœdissimæ turpitudinis notas. et 98 a, Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesq; subierunt. 3 Ver. Si pupilli calamitas, propinquorum lachrymæ, D. Bruti, cuius prædia subiturus periculum, & c. pro Rosc. Amer. Quoniam quidem semel suscepi, licet Hercules undiq; omnes terrores, minæ, periculaq; impendeant omnia, succurram atq; subibo. ad Att. lib. 8, Eundem, ut quemcunq; fors tulerit casum, sub eam potius cum ijs quidicuntur esse boni, quàm uidear à bonis dissentire. ad Atti. lib. 11, Quanquam quid meæ interfit, ut Eorum odium subeam non intelligo. I. V. 62 a, Poteris ne eius orationis subire inuidiæ & rectè, etiàsi quidam, inuidiam legant, nã & Asconius inuidiæ legit. Bru. Eandem calamitatem subirent liberi bonis publicatis, & c. pro Cl. Ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa fortitio comparata est. ad Atti. 12, Minus sermonis subissem, minus accepissem doloris,

ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum hoc me non angeret. At.3, Istos labores, quos nunc in suffragijs suscipis, non subisses. 15 Fam. Subieris inuidiam, pericula, omnes meas tempestates. 3 Of. Quiretinendi officij causa cruciatum subierit uoluntarium? Tusc. 5, Subire quamuis carnificinâ prius, quàm, &c. 1 ad Qu. F. 52, Subire dimicationem. Tusc. 2, Subire dolorem. 11 Philip. Subire facinus alterius. 14 Famil. Subire fortunam. 3 Offic. Omnia incommoda subire uel externa, uel corporis, uel etiam ipsius animi, quæ uacent iustitia. Qu. Fr. 3, Infamiam sempiternam subire. 1 Ver. Inuidiam orationis subire. de Arusp. Subire iras deorum. Part. Subire iudicium. 7 ad Atti. Subire malum. pro Dom. Exulis nomen subire. 3 Off. Nónne inutile est, uitiorum subire nomina? Cælius Ciceroni, li. 8, Curio omnia potius subire constituit, quàm id pati. de D. Poteris ne orationem eius subire? 3 Off. Dupli pœnam subire. 6 Fam. Subire potentiam aut victoriâ. 11 ad Att. Subire sermonem. Brut. Supplicia subire. pro Cor. Balbo, Pro ciuitate tela ac pericula subire. 2 in Catilin. Tempestatem inuidiæ subire. de Pro. Vim subire atq; iniuriam malui, quàm aut à uestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. pro Cec. Qui si in ciuitate legis uim subire uellent, non prius ciuitatẽ, quàm amitterẽt. 14. ad Att. Postremò se libẽter uituperationẽ subire, quòd amaret etiã mortuum Cæsarem. 7 Ver. Inimicitiæ sunt? subeantur labores, suscipiantur. 2 Tusc. Quæ ut effugias, quis est non modò non recusandus, sed ultrò appetendus, subeundus, excipiendus dolor? in Cat. Sin remissiores esse uoluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiũq; pernicie fama subeũda est. ad Terent. li. 14 b, Quando subeunda fortuna est? pro Fl. Existimabã L. Flacco multitudinis potius imperitæ, nullo tamen cum periculo, quàm sapientissimorum et lectissimorum uirorum iudicium esse subeundum.

Subgrandis, de. Qu. F. 318 a, Subgrande cubiculum.

Subhorridus, a, um. horridus. pro Sest. 7 a.

Subiectio, onis. de Orator. 161 b, Rerumq; quasi gerantur sub aspectum penè subiectio. ad Heren. 29 b, Subiectio rationis. & 11 a, & 31 b, Subiectio quæ est exornatio quædam uerborum.

Subiector testamentorum, qui falsa pro ueris testamenta subijcit & supponit, ut in alienas hæreditates inuadat. in Cat. 105 b.

Subiectus, a, um. Tusc. 221 b, Mare est subiectum uentis. de Nat. 54 a, Ossa, quæ subiecta corpori sunt. de Finibus, 66 b, Subiectus infamiæ aut periculis. & 65 a, Quæ uis subiecta sit uocibus. & 133 a, In his rebus quæ subiectæ sunt sensibus. & 103 a, Estq; illa subiecta quasi materia sapientiæ. pro Quint. 9 a, Subiectus sub præcone. Academ. 19 a, Res subiecta sub sensus. Tusc. 212 b, Sub metum subiecta sunt, &c. & 213 a, Quæ subiecta sunt sub metu. de Fi. 67 a, Sed fortè dicitis, inuidiosum nomen est, & infamiæ subiectum. de Som. 129 b, Hic autem alter subiectus Aquiloni, &c. Off. 19 b, Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut, &c. de Or. 201 b, Hæc tanquã aliqua materies oratoribus subiecta esse debent. & 96 b, His omnibus partibus subiecta sunt quædam argumenta propria. & 89 b, Verborum sonitus inanis, nulla subiecta sententia nec scientia.

Subiectus. obediens, qui in dominatu alicuius est, qui in alterius ditione & potestate est. l. Dominatus. de Diuin.

209 b, Qui in alterius potestate est. ad Heren. 29 a, Subiectus.)(. In sua potestate. de Natu. 41 a, Nulli naturæ est obediens aut subiectus Deus. & ibidem: Omnes res subiectas esse naturæ sentienti. Parad. 122 a, Omnes legibus subiecti esse debemus. ad Her. 27 a, Et ingenuis sub hostilem libidinem subiectis. Tusc. quæst. 228 b, Si uirtus est subiecta sub uarios casus.

Subigo, gis, in potestatem uel ditionem meam redigo, subijcio, subiungo. l. Subactus. pro Sext. Rosc. 35 b, Africanus, qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse. p ro Corn. 59 b, Populi quos armis subegimus, atque in ditionem nostram redegimus. in Cat. 117 a, Mihi uiuendum est cum illis, quos uici ac subegi. pro Font. 276 b, M. Fonteius hostes subegit. & ibidem: Galli subacti & bello domiti. pro S. R. 41 b, In isto bello nõ recreatus, neq; restitutus, sed subactus oppressúq; populus Romanus est.

Subigere. mollire, frangere, colere. de Nat. 88 a, Cum terræ subigerentur fõsione glebarum. & cont. Rul. 83 a, Coloni glebis subigendis excitati.

Subijcio, cis, subiungo, suggero. pro Mil. 120 b, Cum omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subijciantur. pro R. P. 120 a, Tamẽ huic ordini ignem nouũ subijci nõ sinũsti. de Or. 102 a, Orator, qui scelus fraudemq; nocentis possit dicendo subijcere odio ciuium. pro Plan. 271 a, Subijcere fortunas innocentium ficto sermoni. pro Do. 234 b, Omnia subiecta esse libidini tribunitiæ. Of. 37 a, Subijcere se imperio ac potestati alicuius. Or. 200 b, Sæpe rem dicendo subijciet oculis. l. C. 11 a, Tectis omnibus subiectos propè iam igne circundatosq; restinximus. de In. 42 b, Subijcere aliquam materiam arti. ad Heren. 36 b, Subijcere rationes omnibus partibus. de Finib. 66 b, Omnes huic uerbo duas res subijciunt. & 65 a, Id est, quæ res huic uoci subijciatur. de Fin 74 b, Neq; uident sub hac uoce honestatis, quæ sit subijcienda sententia. pro Clu. 19 a, Ne ipsi quæ contraria sunt taciti cogitationi uestræ subijciatis. Top. 223 b, Formæ cuiq; generi subijciuntur. de Som. 128 b, Orbis extimus, cui subiecti sunt septem, qui, &c. ad Heren. 24. a, & 12 a, Subijcere exempla sub singulos artis locos. ad Herẽ. 15 b, 16 a, Subijcere se sub potestatem alicuius. pro Dom. 223 a, Vt Cyprius rex cum bonis omnibus sub præcone subijceretur. ad Herẽ. 39 a, Subijcere aliquã rem sub aspectu omnium. & 17 b, Quæ subijciuntur sub uocabulo recti. Opt. 225 b, Quod sub ea causa subiectum est. Or. 205 a, Mutata, in quibus pro uerbo proprio subijcitur aliud, quod idem significet. de Or. 162 a, Et ad propositum subiecta ratio. de In. 71 a, Subijcere & supponere rationem. & Partit. 231 a, de Diu. 130 a, Et quidem cur sic opinetur, rationem subijcit. pro Syl. 178 b, Iam uerò quod subijcit illos, &c. pro Flacc. 157 a, Hic mihi quasi ministrator aderat, subijciens quid in suos ciues diceremus. in Verrem, 240 b, Cupio mihi ab illo subijci, si quid prætereo. In Anton. 359 b, Subijcere testamenta. l. Subiector. de Legibus, 179 a, Subijcere terram ferro: id est, subigere. colere.

Subimpudens. Epist. 103 a.

Subinanis, ne. uanus. Att. 32 b.

Subinsulsus, a, um. de Opt. 243 b, Est enim uitiosum in sententia, si quid subinsulsum est.

Subinuidere. Epist. 100.

Subinuisus, a, um. pro R. P. 129 a, Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen.

Subinuitare. Ep. 95.

Subirascor, ris. Ep. 161 a, Interdum tibi subirascor. de Fi. 66 b, Etsi satis clemens sum in disputãdo, tamẽ interdũ soleo subiratsci. At. 9, In Epeirum quòd me nõ inuitas comitem non molestum, subirascor.

Subiratus. de Or. 91. Ep. 39.

Subitò. repentè, repentinò, continuò, ecce tibi. Att. 95, Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, subitò factus sum accusatoris eius socer. pro Do. 221 a, Tu auspiciorum patronus subitò extitisti. pro Planc. 269 a, Consul comitia habere cœpit, subitò præter opinionem omnium. Epist. 116 b, Properanti tabellario literas subitò dedi. de Diuinat. 95 b, Alia autem subitò ex tempore coniectura explicantur. de Or. 107 a, Vox & gestus subitò sumi, & aliunde arripi non potest. de Orat. 97 a, Vtile est etiam subitò sæpe dicere, tamen illud utilius, sumpto spacio ad cogitandum paratius atq; accuratius dicere. de Nat. 3 a, Vnde hoc philosophandi mihi subitò studium extitisset. & ib. Nos autem nec subitò cœpimus philosophari, nec, &c. Attic. 108 a, Subitò cœpi consilium ut exirem. pro Cec. 200 b, Cum subitò ecce idem, &c. pro Font. 282 b, Bella subitò atq; improuisa nasci. Oct. 330 a, Subitò iam prostratam rempub. extulisti. pro Syl. 182 a, Vita subitò fingi non potest. Attic. 28 a, Subitò cum mihi dixisset Cæcilius quæstor, puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim.

Subitus, a, um. repentinus, improuisus. de Pro. 78 a, Subita atq; improuisa formido. & Quint. Frat. 305 b, Subita defectio Pompeij. Tusc. 201 b, Omnia subita uideri maiora. Att. 145 b, Subitus discessus & præceps profectio. ad Her. 3 a, Insperatum incõmodum, subita lætitia. Epi. 203 a, Subitum est ei remigrare, &c. de Or. 97 a, Subitam et fortuitam orationẽ cõmendatio & cogitatio facilè uincit. & ibid. Etiam si uehementissimè se in his subitis dictionibus exercuerit.

Subiungo, gis. subijcio, subiugo. de Arusp. 252 a, Video in aruspicum responsis hæc esse subiũcta, sacrificia uetusta, &c. de Orator. 13 b, Omnes artes oratori subiungere. & 205 a, Aristoteles translationi hæc ipsa subiũgit, & abusionem. in Verrem, 87 a, L. Mummius urbes multas sub imperium populi Romani subiũxit. contra Rul. 86 a, Sub uestram iurisdictionem orbem terrarum subiungeretis.

Sublatè. elatè. de Cl. 182 b, Sublatè ampleq; dicere. et pro Dom. 232, Nihil unquam de me dixi sublatius, ascisceãdæ laudis causa.

Sublatio, onis. elatio. de Fi. 66 b, Voluptas est sublatio animi, sine ratione, &c.

Sublatus, a, um. abrogatus, elatus, remotus, eiectus. l. Sustuli. de Or. 196 b, Veteres leges nouis legibus esse sublatas. pro Pomp. 9 b, Bellum aduersũ Pompeij sublatum atq; sepultum est. de Diuinat. 90 b, Amilcarem ab his uiuum esse sublatum. de Natur. 76 b, Deorum iudicio discrimen esse sublatum. in Ver. 254 b, Ignis è specula sublatus. et 201 a, Sublatis manibus. Sublatus.)(. Depressus. cont. Rul. 85 b, Roma cœnaculis sublata ac suspensa. in Verr. 78 b, Sublatus in crucem. Att. 143 a, Dispersione enim Cos. actio de pace sublata est. & 276 b, Lampridẽ

hoc ex nostra consuetudine sublatum esse debet. Quint. Fra. 294 b, Sublata Mysiæ latrocinia, cædes multis locis repressæ, oppidorum furta & latrocinia esse depulsa, remota illa calumnia. pro S. R. 19 a, Non modò ignoscendi ratio, uerum etiam cognoscendi consuetudo de ciuitate sublata.

Subleuo, as. leuo, eleuo. Antequàm. 196 b, et 197 a, Quem singuli stratum & abiectum subleuastis. Attic. 156 b, Alter qui nos sibi ad pedes stratos non subleuabat quidem. & 33 a, Hic status una omnium uoce gemitur, neq; uerbo cuiusquam subleuatur. pro Syl. 181 a, Subleuare res aduersas alicuius. pro Cecin. 289 a, Non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. Qu. de Pet. 205 a, Nominis nouitatem dicendi gloria subleuabis. Epist. 59 a, & 71 a, Quem familiæ nostræ dignitatis debebat subleuare. pro Syl. 174 b, Cum negat se scire Cassius, utrum subleuat Syllam, subleuat apud Gallos. pro Mur. 125 b, Suum laborem hominum periculis subleuandis impartire. in Ant. 213 b, Qui uicinos suos facultatibus suis subleuauit. in Verrem, 56 b, Subleuare causam inimici sui. & 55 b, Defendere & subleuare homines. in Verrẽ, 196 b, Subleuare miseros.)(. Euertere. Tusc. 118 b, Subleuare calamitates alicuius. Ep. 113 a, Subleuare odia. et de Amicit. 112 b, Vna illa subleuanda offensio est. de Orato. 124 a, Foris assumuntur ea, quæ non sua ui, sed extranea subleuantur. ad Her. 39 a, Subleuare mentum sinistra: id est, sustinere.

Subligaculum, li. tegimẽtum quo utimur in balneo, præsertim ad obscœna tegenda. Offi. 26 a, Scenicorum mos tantam habuit à uetere disciplina uerecundiam, ut in scena sine subligaculo prodeat nemo.

Sublimè. altè. de D. 123 b, Eaq; scuta, quæ fuerant sublimè fixa, sunt humi inuenta. et Tusc. 170 b, Theodori quidem nihil interest, humi ne, an sublimè putrescat. de Na. li. 2, Extenuatus aer sublimè fertur. Tusc. lib. 1, Perspicuũ esse debet animos quum è corpore excesserint, siue illi animales: id est, spirabiles, siue ignei, sublimè ferri.

Sublimis, me. altus.)(. Humilis. de Na. 46 a, Aer extenuatus in sublime fertur. & Tusc. 156 b, & de N. 54 b, Sonus natura in sublime fertur.

Subluceo, es. in Arat. Hunc retinens aries sublucet corpore toto.

Submergere. de Nat. lib. 2.

Submersus. de D. li. 1, Submersus equus. de N. lib. 2, Quot genera submersarum belluarum.

Subministro, as. suggero. de In. 43 b, Aristoteles, qui huic arti plurima adiumenta atq; ornamenta subministrauit. Qu. F. 314 b, Quoniam tabellarios subministras hodierni diei, res gestas lupercalibus habebis. pro Cæl. 41 b, Palam in eũ tela iaciuntur, clàm subministrãtur. pro Dei. 148 a, Deiotarus sese expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non subministrare.

Submissus. l. Summissus.

Submitto, tis. demitto.)(. Extollo. de Am. 109 b, Vt hi qui superiores sunt, submittere se debent, sic quodammodo inferiores extollere. l. Summotus.

Submolestè ferre. At. lib. 5.

Submotus. l. Summotus.

Submorosus, sa. de Ora. 134 b, Ridicula stomachosa, & quasi submorosa.

Subne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Subnego, gas. Epist.ol.104 b, Quod tibi propè subnegaram.

Subnixus, a, um. fultus, nixus. de Som.129 a, Duo quasi cinguli terræ, cœli uerticibus ex utraq; parte subnixi. et de Ora.109 b, Qui eius artis arrogantia subnixi ambulant: id est, elati, sublimes.

Subobscœnus, na. Ora.205 a, Subobscœno ridiculo non utendum oratori.

Submolestum. At.lib.16.

Subobscurus. ra. de Cl.167 a, & Or.197 b.

Subodiosus, sa. At.3 b.

Suboffendo, dis. Qu.F.311 b.

Suborno, as. sollicito, instruo. pro Quint.R.53 b, Falsum subornauit testem Roscius Cluuium. & pro Cec. 298 b, Fictus testis subornari solet. & pro Cl.52 b, in Vat.29 b, Confessus es à te accusatores esse instructos & subornatos. in Ant.253 b, Apuleiana pecunia, Brutum subornastis. pro Deiot.47 a, Medicum indicem subornabit, finget uidelicet aliquod crimen ueneni. Ep.158 a, Tu mi Cicero quod adhuc fecisti, idem præsta, ut nos subornes. ad Her.22 b, In altero loco Aesopū et Cimbrum subornaoportet. de Leg.168 a, Homo à natura subornatus in uitam uenit, plura instrumenta habet ad obtinendam sapientiam. l. Exornare.

Subpudet, bat. Ep.126 b.

Subrancidus, a, um. uetustate corruptus, putridus, ut caro subrancida. in Pis.94 a.

Subrauca uox. de Clar.177 a.

Subrepere sub tabulas. pro Sest.

Subrideo, des. pro Quint. Rosc.48 a, Subridet Saturius ueterator.

Subridiculè. de Or.132 a.

Subringor, eris. subirascor. canes enim ringuntur: id est, diducto ore, dentibus retectis, iram declarant. ad Atti.58 a, Nec ij subringantur, qui uillam ne molestè ferunt habere.

Subrogo. l. Surrogo.

Subrostrani. qui sub rostris in concionib. sedebant infra senatores. Ep.112 a, Cælij. al. Subrostrarij.

Subrusticus, a, um. Or.212 a, Quod subrusticum uidetur. & Ep.67 a, & de Cl.188 a, l. Subagrestis.

Subscribo, bis. adscribo, accusationem alicuius comprobo, subsigno. Att.150 a, Cæsar mihi literas misit, quarum exemplum subscripsi. in Verr.174 a, Numerus atratorū quotannis apud magistratus subscribitur. de Inuent.69 a, Quia parricidij causa subscripta esset. pro Clue.42 a, Video errores animaduertisse iudices quosdam illius consilij Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent. & 45 a, L. Gellius in P. Popilium subscripsit, quòd is pecuniam accepisset. pro Clu.38 b, Statuæ, quibus subscripsit, reges ab se in gratiam esse reductos. Quin. Fr.323 b, Gabiniū de ambitu reum fecit P. Sylla, subscribente priuigno Memmio.

Subscriptio, onis præscriptio, adscriptio. in V.172 a, Iugerum subscriptio ac professio. et 72 b, pro Cl.41 b, Subscriptiones censorum. in V.62 b, Qui subscriptionem fibi postularunt, cuicunq; uos delationem dedissetis. Atti.88 a, In Serapionis subscriptione Africani imago.

Subscriptor, oris. adscriptor, causidicus, qui dabatur accusatori custos, ne ei liceret forte corrupto, prævaricari.

in V.62 a, At uenit paratus subscriptoribus exercitatis. et b, Quid sit subscriptor & subscriptio. Ep.116 b, Itaq; sine ullo subscriptore descendit, & Lucium reum fecit. pro Dom.223 a, Ille nouitius Ligur uenalis, ascriptor & subscriptor tuus.

Subsciuus. l. Subcisiuus.

Subsellium, lij. sedes, iudicium publicum, forensis exercitatio. de Cl.192 a, Locus in subsellijs occupetur, cōpleatur tribunal. pro Flac.150 b, Testes ex accusatorum subsellijs surgunt. in Verrem, 123 b, Petilius à subsellijs abire cœpit. & ibi. iterum. de Ora.121 a, Cùm se à subsellijs in ocium contulerit. Ep.208 a, Versatus in utriq; subsellijs optima & fide & fama. & 39 b, Longi subsellij iudicatio & mora. ad Heren.4 a, de Or.108 a, Is qui habitaret in subsellijs. & in Ver. 62 a, Alienus à subsellijs. pro Rab.P.128 a, Dicere ad subsellia. de Clar.192 a, Subsellia grandiorem & pleniorem uocem desiderant. in Ca.100 b, Subsellia erant etiam sedes in senatu. & in Ant.164 a, Cum inter subsellia nostra uersarentur armati. in Anto. 198 a, Cum inter subsellia senatus uersarentur latrones. in Sal.274 a, Sallustius bis ad iudicis subsellia attractus, extrema fortuna stetit.

Subsequor, ris. insequor. de Orat.163 b, Omnes hos motus subsequi debet gestus. & ibid. Manus minus arguta digitis, subsequens uerba non exprimens. de Diuin.108 b, Totidem subsecuti libri Tusculanarū quæstionum. pro Deiot.145 b, Talibus nuncijs patebat ab oriente uia, nec ulli ueri subsequebantur. de Natur.deor.48 a, Minorem septentrionem Cepheus subsequitur. & 36 b, Stella tum anteuertens solem, tum subsequens. & 8 b, Speusippus Platonem auunculum subsequens. de Diuin. 81 a, Quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit. in Anton.251 a, Vt senatum funditùs deleas, reliqui boni & locupletes omnes suum ordinem subsequantur. Adesse, instare, subsequi. l. Instо. Epist.30 b, Mirificè ipse suo sermone subsecutus est humanitatem tuarum literarum. Epistol.152 b, Ipse cum legionibus subsequor. Partit.232 a, Quæ omnia plurimum ualebunt, si cum orationis genere consentient, eiusq; uim ac uarietatem subsequentur. de Orat.159 a, Hanc sententiam subsequitur modus & forma uerborum.

Subsideo, des. consisto. Atti.76 a, Itaq; subsedi in ipsa uia dum hæc summatim tibi præscriberem. in Sallust.275 a, Quicquid impudicorum cilonum, &c. fuit in urbe, sicut in fretis subsederant. pro Mil.11 a, Cur non antè occurrit, ne in uilla resideret? nec in eo loco subsedit, quò ille uenturus esset?

Subsidium, dij. auxilium, profugium. de Orator.107 a, Subsidium bellissimum esse existimo senectuti ocium. de Orat.101 b, Hoc mihi subsidium iam inde ab adolescētia comparaui. et pro Qu.1 a, Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui. in Ant.203 b, C. Cæsar Galliæ prouinciæ cum exercitu subsidio profectus est. Att.254 b, Subsidio currere, & subsidio uenire alicui. pro Font.283 a, Att.129 a, Domitium liberare cupio, neq; subsidio ire possum. pro Pomp.10 b, Atque hæc tria frumentaria subsidia reipub. firmissimis præsidijs classibusq; muniuit. in Cat.106 a, Cùm subsidia industriæ atq; instrumenta uirtutis in libidine audaciaq; consumerentur. Attic.95 a, Bibulus ad me scripsit, ut subsidio uenirem.

nirem. Quint. Fr.309 a, Sestius multis uulneribus acceptis, subsidio bestiæ seruatus est.

Subsido, dis. subsideo. Epist.86 b, A me consilium petis, qui sim tibi autor, in Sicilia ne subsidas, an proficiscare, &c.

Subsignari. pro Fl. Illud quæro, sint ne ista prædia censui censendo, habeant ius ciuile, sint nec ne sint mancipi: subsignari apud ærarium, apud censorem posint?

Subsisto, stis. pro Mil.111 a, Sic Miloni, cū insidiator esset, si illum noctu ad urbē accessurum sciebat, subsistendum atq; expectandum fuit.

Subsortior, ris. l. Sortior. In Verr.71 b, Subsortiemur in M. Metelli locum: in eundē: In suum consilium sine causa subsortiebatur. pro Cluen.36 b, Si ex lege subsortitus non erat, &c.

Subsortitio, onis. pro Cl.36 b, Quod C. Verres subsortitionem eius in eo codicem non haberet. in Ver.108 a, Nam de subsortitione illa Iuniana iudicum nihil dico.

Substerno, nis. consterno. de Nat.d.52 a, Aues nidos construunt, eosq; quàm possunt mollissimè substernunt. de Vniuers.199 b, Deus omne quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo.

Substituo, is. sufficio, constituo. in Ver.184 a, Nunc pro te Verrem substituisti alterum ciuitati. & 250 a, Tum iste in eorum locum alios substituere et supponere cœpit. Quint. de Pet.210 b, Qui si sectari non potuerunt, necessarios suos in hoc munere substituant. de Or.109 b, Philosophiam bis pro reipub. procuratione substitutam putamus.

Substructio, onis. pro Mil.111 b, Quo in fundo propter insanas illas substructiones facilè mille hominum uersaretur. & 118 a, Aræ, quas ille cæsis lucis substructionum insanus millibus oppresserat.

Substuli, sti. l. Sustuli.

Subsum, es. latēre, inesse, subiectum esse. Epist.154 b, Si quid intra cutē subest uulneris. et pro Mar.136 a, Quoniam subesse aliquid putas, quid cauendum sit. de Fin.13 a, Nullam uideo grauem subesse causam. ad Attic.52 a, Nulla spes salutі nostræ subest. ad Her.6 a, Nec firmamentum exquiritur, quoniam non subest ratio. ad Her. 8 a, Non temerè fama nasci solet, quin aliquid subsit. de N.74 a, Si his uitijs non ratio subesset. pro Qu.12, Ne qua suspicio esse posset. et pro Clu.26 b, In qua re nulla subest suspicio. pro Mil.109 b, Præsertim cum dies comitiorum subesset. & Ep.156 a, Subesse propinquis locis. de Orat.86 b, Oratio quæ nisi subest, res ab oratore perceptа & cognita, inanis est. Off.8 b, Causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulo antè, iustas causas esse bellorum.

Subter. Tuscul.152 b, Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. & 228 b, Virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt, subter se habet. de Or.144 b, Omnia quæ suprà subterq; sunt, unum esse. de Natur. 47 a, Toruus draco serpit subter suprаq; reuoluēs sese. & Subter præcordia. de Som.128 b, Deinde subter mediam ferè regionē sol obtinet. in Arat. Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.

Subterfugio, gis. deuito. Ep.203 b, Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate subterfugi. in Ver.67 b, Quoniam criminum uim subterfugere nō

poterat, procellam temporis deuitauit. & 68 b, Quod aut impudentiam eius, subterfugit, aut satietati superfuit. Of.71 b, Vlysses simulatione insaniæ militiam subterfugere uoluit.

Subterraneus, a, um. Attic.249 a. l. Specus.

Subterseco, as. in Arat.

Subtilis, le. acutus, tenuis. de Nat.d.50 a, Solers subtilisq; descriptio partium. & de Or.94 a, Si minus illa subtili definitione, at hac uulgari opinione esse ars uidetur. & de Clar.204 a, Subtilis oratio. de Orat.117 b, Acutissimum & subtilissimum dicendi genus. & de Fin. 90 b, Subtile ac spinosum dicendi genus. pro Planc.261 b, C. Serenus subtilissimus homo, fuit enim animi satis magni et consilij. de Or.94 a, Vir oratione maximè limatus et subtilis. & de Clar.170, In docendo edisserendoq; subtilis. de Clar.267 b, Lysias subtilis scriptor & elegans.

Subtilitas, tis. tenuitas, gracilitas. Ora.204 a, Orationis subtilitas imitabilis quidem illa uidetur esse existimāti, sed nihil est experienti minus. Epist.48 b, Scriptorum tuorum subtilitas. Off.40 a, Alia est illa cum ueritas limatur in disputatione subtilitas. de Cla.192 a, Est etiam in tanta arte huic minutæ subtilitati locus. & 170 b, Ea subtilitas quam Atticam appellant. & ibi. a, Subtilitas, tenuitas, gracilitas.

Subtiliter, acutè, acriter, tenuiter. pro Fl.185 a, Subtiliter ac copiosè disputare de aliqua re. Ora.93 a, Versutè ac subtiliter dicere. Or.198 b, & 234 a, et de Am.99 a, Ad uiuum resecare.

Subtimeo, es. subuereor. In Ant.167 a, Nunquid subtimes, ne, &c.

Subtraho, his. subduco. de Or.144 a, Neq; uerba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. pro Do.215 a, Nónne id agendum nobis fuit, ut materiem subtraheremus furori tuo. de Diu.137 a, Cum autem hæc subtracta sunt, tum, &c. Offic.58 b, Subtrahere de commodis alterius. Qu.Fr.311 b, Quo ego me libentius à curia & ab omni parte reip. subtraho. pro Mur.143 b, Nolite mihi subtrahere uicarium meæ diligentiæ.

Subturpis, pe. de Or.133 b.

Subturpiculus, la. Att.57 b, Subturpicula παλινῳδία.

Subuenio, is. succurro, subsidio uenio. de Diu. 92 b, Alter uisus est illum alterū orare, ut subueniret, quòd sibi à caupone interitus pararetur. in Ant.201 b, D. Bruti opera reipub. difficillimo tempore subuentum est. Attic. 260 b, Grauedini quæso omni ratione subueni. & Ep. 149 b, Subuenire patriæ. pro Cluen.18 b, Subuenire alicui in aliqua re. & in Verr.208 a, b, Subuenisti homini iam collum in laqueum inferenti. de Cla.188, Circumuenior, inquit, iudices, nisi subuenitis. Attic.281 b, Subueni igitur per deos, &c. At.15 b, Huic quoq; rei subuentum est, maximè à nobis. Epist.20 b, A te peto, ut subuenias huic meæ solicitudini. Of.35 a, Tecta uerò unde aut initia generi humano dari potuissent? aut postea subuenire, si cecidissent? Attic.122 b, Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subueniat. At. 128 b, Non dubitaui quin Pompeius Domitio subuenturus esset. pro Cluen.31 b, Acrioribus salutis suæ remedijs subueniendum putauit. Of.31 b, Subuenire & opitulari patriæ.

Subuereor, ris. subtimeo. Epist.55 a, Venit mihi in mem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem subuereri interdum, ne, &c.

Subuolo, as. auolo, euolo. Tusc. 156 b, Sic hæ sursum rectis lineis in cœlestem locum subuolant.

Suburbanitas, tis. in Ver. 110 a, Populo Romano iucunda suburbanitas est huiusce prouinciæ, id est Siciliæ, quam suburbanitatem uocat: id est, quasi prædium magnum ue suburbanum populi Romani.

Suburbanus, a, um. pro Sext. Rosc. 40 b, Habet animi causa rus amœnum & suburbanum. et Quin. Fr. 319 b, Fundus suburbanus. & de Or. 122 b, Ager suburbanus. de Or. 91, Suburbanum gymnasium pro R.P. 126 b, Deliciarum causa & uoluptatis quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mitrella sæpe uidemus.

Suburbanum, ni. prædium uel fundus prope urbẽ, fundus suburbanus, suburbium. Att. 260 a, Malo enim esse in Tusculano, aut ustiam in suburbano. Quin. Fr. 321 b, Suburbanum si quod inuenisset, non dubitaturum esse emere. Att. 197 b, & 198 b, Cras igitur in Siciliæ suburbano. In Ver. 86 a, In suburbana amicorum deportasses. Qu. Fr. 322 a, De suburbano cura ut sciam.

Suburbium, bij. in A. 244. b, Qui Terminalibus nuper in suburbium ire non sum ausus.

Succedo, dis. alterius locum occupo, in alterius locum repono, summittor, succurro, subeo. in Ant. 238 a, Nihil semper floret, ætas succedit ætati. & de Clar. Or. 172 a, Succedere alicui. & Epist. 32 a, & 34 a, Quin nisi ego successor essem, quem tu cuperes uidere, te antea quàm tibi successum esset, decessurum fuisse. in Ant. 172 a, Antonius in Cn. Pompeij locum hæres succesit. pro Flacc. 153 a, Frater meus qui L. Flacco succesit. & 156 b, Att. 280 b, Succedere alicui in patris locum. in Verr. 174 a, Quinquaginta aratores ita uideo deiectos, ut his ne uicarij quidem successerint. & 219 a, Succedam ego uicarius tuo muneri, suscipiam partes tuas. Ora. 206 a, Demosthenes succesit magnis, & maximos oratores habuit æquales. et 200 b, Horum ætati succesit Isocrates. pro Corn. 55 b, Etenim ei succedo orationi, quæ, &c. ad Att. 278 a, Omnia ex sententia succedunt. de Diuin. 86 a, Omnia mihi secunda eueniunt. Ep. 245 b, Si perinde ut mereor, mihi successerit. et 264 b, Cùm omnia uelles mihi successa. Orat. 205 b, Etiamsi minus succedet, magnum tamen periculum non adibis. Quint. Fra. 315 a, Si ex sententia successerit, bene erit opera posita. de Orat. 97 a, Omnia sub acumen stylì subeant & succedant necesse est. pro Dom. 236 b, Is tectum, quod imbris uitandi causa succederet, nullum habebat.

Succensus, a ccensus. in Pis. 88 b, Sapientem in Phalaridis tauro succensis ignibus torreri.

Succenseo, es. irascor. de Ora. 149 b, Vbi ego diutius essem moratus, nisi Athenienses succensuissem. Epistol. 230 a, Ei te uehementer succensuisse audiui. Tus. quæst. 170 a, Nec uerò ijs, à quibus accusatus sum, habeo quid succenseam. pro Quin. Rosc. 252 b, Dij hominibus irasci & succensere solent. & Epist. 84 a, Marcellum cui maximè succensebat, restituit. pro Ar. 188 a, Quis mihi iure succenseat si, &c. et 137 b, De Pompeio quid agã, cui (quid enim negem) succensui. pro Deiot. 150 b, Non enim iam metuo ne tu illi succẽseas, sed ne tibi illũ succensere aliquid suspicere.

Successio, onis. hæreditas. At. 287 b, Merces Antonij oppressi poscitur in Antonij locum successio. Bruti.

Successiuus. l. Subcisiuus.

Successor, oris. uicarius, qui summittitur. pro Fla. 353 a, Cum successor aliquid immutat de institutis priorum. & de Pro. 76 b, Ep. 34 a, Nisi ego successor essem, quẽ tu cuperes uidere.

Succidia, diæ. porcus sale conditus. de Se. 89 a, Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant.

Succinctus, a, um. munitus. con. Rul. 83 b, Carthago ipsa natura ac loco succincta portibus, armata muris. in Ar. 254 a, Ser. Galbam eodem pugione succinctum uidetis. & ad Her. 40 a, Gladio succinctus.

Succingo, gis. in Ver. 265 b, Quòd multo se pluribus & maioribus canibus succinxerit.

Succisiuus. l. Subcisiuus.

Succlamari. Epist. 174 a, Succlamatum est, & frequenter à militibus. Bruti.

Succrescо, scis. succedo. de Or. 164 b, Non enim ille mediocris orator uestræ quasi succrescit ætati.

Sucronensis, se. à Sucrone flumine. et op. Hispaniæ. pro Corn. 55 b, Sucronense prælium.

Succumbo, bis. inferior sum, uincor, cado. de Or. 154 b, Gorgia patrono philosopho succubuit orator. pro Pl. 276 b, Quæ cum ita sint, ita succumbam Laterensis orationi tuæ in eo ipso, in quo nihil potest esse nimiũ. Tusq. quæst. 198 b, & Epist. 131 b, Cur succumbis cedisq; fortunæ? Offic. 13 b, Nulli neq; homini, neq; perturbationi animi, neq; fortunæ succumbere. et pro Syll. 180 b, Non fortunæ ipsi succumbere. pro Do. 216 b, Succubuissem enim potius ipse. At. 26 b, Sed certè non succumbã succumbentibus, nec uincar ab ijs, qui, etc. de Senect. 84 b, Nec languescens succũbebat senectuti. de Fin. 59 a, Succumbere doloribus. & Tusc. quæst. 187 a, Succumbere animo. de Finib. 84 b, Turpe est uiro debilitari, dolore frangi, succumbere. cont. Rull. 80 a, Huic succumbenti & iam oppressæ syllanis oneribus, subuenire uult. pro Deiot. 150 b, Deiotarus nunquam succumbat inimicis, ne fortunæ quidem.

Succurro, ris. subuenio, subsidio uenio, subsidio curro, opem fero, succedo. pro Rab. 91 a, Ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunis q; communibus. & de Orat. 98 b, Laborantibus succurrere, ægris mederi. pro Mil. 107 a, Seruì domino succurrere prohibebantur. de Or. 127 b, Res hoc postulat, ut eorum expectationi, qui audiunt, quàm celerrimè succurratur. aliter, occurratur. ad Atticũ, 222 b, Vt quicq; succurrit, libet scribere. pro Pomp. 4 b, Lucullus ab eo bello discedit, huic qui succurrat non satis est paratus. pro Sexto Roscio, 23 b, Licet omnia in me pericula impendeant, succurram atque subibo.

Succus, ci. de Nat. 50 a, Stirpes ex terra succum trahunt. l. Maturitas. Itẽ, Succus is quo alitur ex intestinis & aluo secretus à reliquo cibo, permanat ad iecur per quasdam uias, &c. de Diuinat. 83 a, Naribus humiferum duxere ex aere succum. ad Atticum, 65 a, Amisimus, Pompeium omnem nõ modò succum ac sanguinem, sed etiam calorem & speciem pristinam ciuitatis. de Senect. 88 a, Vua & succo terræ, & calore solis augescit. de Orator. 117 a, Omnes tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo. & Ora. 204 a, Etsi non plurimi

rimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet. & de Cl. 167 b, Succus ille & sanguis incorruptus. de Or. 151 b, Calore quodam & succo suo.

Succussus. agitatio. Tusc. 185 b, Pedetentim ite, ne succussu arripiat maior dolor. Poetæ.

Succula, læ. l. Hyades.

Sudo, as. sudore mano. de Or. 229 a, Cũ ille diceret se sine causa sudare, minimè mirum, inquit. modò enim existi de balneis. item, Vides me sudare iamdudum laborantẽ, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt. de Di. 100 b, Quid cum Cumis Apollo sudauit? et 120 b, Deorum simulachra sudauisse. pro Scst. 26 b, Sudãdum est his pro communibus commodis.

Sudor, oris. pro Fon. 276 b, Galli multo eius sudore ac labore sub populi Romani imperium ceciderunt. de Ora. 143 a, Cum latus ei dicenti condoluisse, et multum sudorem consecutum esse audiebam. de Or. 207 b, Stylus ille tuus multi sudoris est. de Diu 96 a, Herculis simulachrũ multo sudore manauit. de Diu. 120 b, Nec enim sanguis, nec sudor, nisi in corpore est.

Sudum, di. serenum cœlum. Ep. 163 b, Horologium mittam & libros, si erit sudum.

Suesco, scis, sueui. consuesco, assuesco. de N. 48 a, Has Græci stellas hyadas uocitare suerunt. Epist. 249 a, A te id quod sueui. peto, me defendas, &c. Ep. 86 b, Qui mihi cum suescent libenter polliceri, responderunt, &c.

Suesca, scæ. opp. in Ant. 185, 192, 249.

Suessanus. ad Br. 270 b, C. Nasennium municipem Suessanum tibi ita commendo, ut neminem diligentius.

Suetus, a, um. assuetus. At. 90 b, Omnes suis legibus et iudicijs suetæ, καὶ ἀντονομίαν adeptæ reuixerunt.

Sueui, orum. ad Attic. 226 a, Sueui, Franconcs, &c. aliter, Scænæ.

Suffarraneus, nea, um. à farre factum nomen uidetur. significat autem eum qui far nõ magna quidem copia, sed exiguis et uilibus uecturis conuehit, id quod innuit, subpræpositio præposita, quæ minuit. Cicero apud Pli. N. hist. lib. 7. cap. 43, P. Ventidium mulionem castrensem suffarraneum uocat.

Suffectus, a, um. substitutus. Ep. 66 a, Si Appij eos haberem. in cuius locum suffectus sum, tamen, &c.

Suffero, fers. fero, perpetior, haurio. Epist. 50 a, Nisi hoc peius sit hæc sufferre & perpeti. et pro Fon. 284 a, Victoriæ atque imperij pœnas sufferre. de N. deor. 76 b, Quàm multas Pisistratus pœnas sustulit. aliter, substulit. pro Ce. 394 a, Legis multa, quam ciues sufferre non poterant. in Cat. 210 b, Vt improbus pœnam sui sceleris sufferat. Antequàm 192 a, Malui inimicorum cupiditati quàm reipublicæ et legitimæ autoritati pœnas sufferre.

Sufficio, cis. satis sum, satis habere, suppedito. in Ver. 261 b, Paucorum cupiditati tum cũ obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant: nunc uerò iam adepta est non modò resistendi, sed etiam suppeditandi potestas. in Sal. 264 a, Post eaquàm immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere nõ potuit. in An. 163 b, Quanquã nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt. pro Rab. P. 43 b, Satis habere. Si non satis habes explere, &c. et, Quod illis esset satis. l. Satis. Suffici in locũ alterius. l. Sufficius. pro Mu-

143 b, Nam ne sufficiatur consul, non timet. & 144 b, Vnus erit consul in sufficiendo collega occupatus. Sufficere, inficere. in Hortensio, Sufficere lanam medicamentis quibusdam.

Suffigo, gis. affixus. in Pis. 88 a, Site & Gabinium cruci suffixos uiderem.

Suffimentum, ti. odores incensi. de Legib. 163 a, Nam etiam sine illius suffimentis expiati sumus.

Sufflatus, ta. inflatus. ad Heren. 27 a, Nam graui figuræ quæ laudanda est, propinqua est ea, quæ fugienda est, quæ rectè uidebitur appellari, si sufflata nominabitur. Loquitur de graui figura dicẽdi, quam paulò pòst inflatam uocat.

Suffoco, as. faucibus premo, animam intercludo, comprimo, uocem includo. pro Mur. 138 b, Qui gallum gallinaceum suffocauerit. At. 140 a, Consilium primum est suffocare urbem & Italiam fame, deinde, &c. pro Rab. P. 130 b, Me dolor debilitat, includit q; uocem.

Suffodio, dis. de Ar. 251 a, A Sext. Serano sanctissima sacella suffossa, inædificata, &c. scimus.

Suffragatio, onis. est ipsa uoluntatum & animorum declaratio, quæ fit suffragijs. pro Do. 222 a, Facilis suffragatio pro salute. pro Mil. 108 a, Hic suffragationem consulatus perdidit. pro Mur. 133 b, Vrbana suffragatio. & ibi. a, Suffragatio militaris. & pro Plan. 262 a, et 268 a, & Ep. 149 a, & 20 b.

Suffragator, oris. pro Mur. 127 a, Tua nobilitas populo & suffragatorib. est obscurior. & 134 b, et de Pet. 210. sæpe.

Suffragatorius, a, um. quod suffragijs declaratur, aut in suffragijs uersatur. Quin. de Pet. 209 a, Breuis et suffragatoria amicitia.

Suffragium, gij. punctum, tabella, uox, sententia. de Leg. 190 b, Suffragia in magistratu mãdando aut de reo iudicando, &c. palàm ferrè melius esset. & 193 a, Nihil est in suffragijs uoce melius. in Pis. 80 a, Me uniuersa ciuitas non prius tabella, quàm uoce priorem consulem declarauit. Of. 37 b, Quis est, qui cum contra me ferebatur, inijsse se suffragium confiteatur? Itẽ ibi. Ferre suffragium de salute alicuius. Item, Occulta de honore suffragia. contra Rull. 66 b, Itaque me non extrema tribus suffragiorum. sed primi illi uestri conuersus: non singulæ uoces præconũ, sed una uoce uniuersus populus consulem declarauit. in Verr. 134 a, Cùm suffragijs tres ex tribus generibus creati sunt, res reuocatur ad sortem. At. 1 b, Videtur in suffragijs multum posse Galba. contra Rull. 69 b, Vt unusquisque studio & suffragio suo uiam sibi ad beneficium impetrandum munire posit. et ibidem, Priuare populum suffragijs. & ad Heren. 9 b, Quæ capiunt suffragia populi. pro Muren. 135 b, Confusionem suffragiorum flagitasti. in Ant. 168 b, Tum uerò adhibes magistrum suffragio tuo & compotorum tuorum rhetorem. Postquam. 208 a, Iisdẽ operis suffragium ferentibus. & Epistol. 181 b, Ego te suffragium tulisse audiui. & pro Domo, 222 b, Perditos homines de capite alicuius suffragium ferre. Epistol. 250 a, Fieri consulem cunctis suffragijs. pro Planc. 262 a, Suffragia per tabulam fieri solita. Item, Itaque refert ut uniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodij ferat. in Ant. 234 a, Populus Romanus Crasso bellum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gerendum dedit: id est, suffragijs detulit.

Suffragor, aris. suffragiū fero, faueo.)(. Aduersor, refragor. in Verr. 272 b, Cui legi uestra dignitas uehementer aduersatur, ei insignis istius impudentia maximè suffragatur. de Leg. 156 a, Mihi uideris fratrem laudando suffragari tibi. & in Ver. 58 4, Hortensius tibi suffragatur: id est, auxilio est. Attic. 279 a, Nec destiti accusare eius necessarios, qui eius cupiditati suffragari uidebantur. pro Muren. 141 a, Quorum suffragium tenue est, si ut suffragantur, nihil ualent gratia. pro Pla. 259 a, Ei meorum temporum memoriam suffragari uidebam. pro Pl. 262 b, Sed uide ne hæc ipsa, quæ dispicis, huic suffragata sint. Quint. de Pet. Cons. 209 a, Nemo ab ignotis hominibus nullis suffragantibus meritis honore afficitur. Ep. 160 b, Suffragari laudibus cuiuspiam. & 195 a, Ep. 146 a, Fortuna suffragante uideris res maximas consecutus. & 147 b, Suffragari pro aliquo. l. Suffragatio. Offic. 284, Domus suffragata domino nouo homini ad consulatum putabatur.

Suffringo, gis. frango. perfringo. pro Sest. 27 b, Si canes luce latrent, opinor ijs crura suffringantur.

Suffusus, a, um. respersus, perfusus. de Na. deor. 37 a, Aequabili calore suffusus æther. Tusc. 152 a, Sanguis suffusus cordi. Ep. 16 a, Noui animum tuū, tum mihi amicissimum, tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum.

Suggero, ris. subijcio. de Orat. 129 a, Singulis generibus causarum argumentorum copiam suggerunt. & 139 a, de Na. deor. 74 b, Atq; huic sententiæ rationes suggerit. Suggerere uel subijcere aliquid cuipiam. l. Subijcio. de Fin. 74 a, Si memoria defecerit, tuum est ut suggeras. de Inuent. 48 a, Cur tu his rebus sumptus suggeris? de Or. 118 b, Ambiguum explicatur, cùm ea uerba quæ desunt, suggesta sunt. in Ant. 172 a, Suggerebantur etiam sæpe damna aleatoria.

Suggestum, sti. rostra, locus concionum, qui rectè concio etiam dicitur: alij autbores plerique pulpitum uocāt. de Di. 106 a, Neq; illud suggestum, in quo causam dixerit, ascendenti signum ullum datum, &c. Tusc. q. 236 b, Idemq; cum in communibus suggestis cōsistere non auderet, concionari ex turri alta solebat.

Sugo, gis. haurio, idq; labris & ore, ut qui lac è mammis hauriunt. de Nat. deor. 50 a, Animalia alia sugunt, alia uorant, alia mandunt. Tusc. q. 190 b, Errorem cum lacte nutricis suximus.

Sui, sibi. At. 294 a, Nicias uehementer sua sui memoria delectatur. de Fi. 86 a, Item omnibus mensis dent ad eorum epulas, qui unà secum philosophati sint, ut et sui & Metrodori memoria colatur. in Cat. 119 a, Vterq; pro sui dignitate et pro rerum magnitudine in summa seueritate uersatur. de Vniuers. 203 a, Imitantes genitorem & effectorem sui. pro Syll. 181 a, Hos ne tales uiros, tam cupidos sui perire uoluit? de Vni. 198 a, Ita se ipse cōsumptione & senio alebat sui. At. 252 a, Nihil malo quàm et me mei similem esse, & illos sui. & Ora. 208 a, Commendatio sui. de Nat. 16 b, Natura quasi sui lena. Tusc. q. 240 a, Dionysius alterum interfici iussit, quia uitā demōstrauisset interimendi sui: id est, sui Dionysij. de Cl. 173 b, Præsertim cum ille Quin. Scæuolam sibi prætulisset: id est, Fannio. Or. 206 a, Ne ipse quidem mihi persuasisset, ut se dimitterem. pro Quint. 4 b, Testificantur isti P.

Quintium non stetisse, et se stetisse. pro Mil. 115 b, Tamen quotiescunq; uellet quis hoc in genere serem iudicatam referre, posse uoluerunt. ad Attic. 321 a, et 320 b, Cum ad illum scribas nihil te recordari de se, de epistolis illis, quas, &c. At. 248 a, Cum sibi nego cūdaret Antonius, ut eum dictatorem efficeret: id est, se. ad Att. 283 b, Quod ad te scripseram, ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripserit, te cum eo locutum: id est, secum. ad Att. 240 b, L. Cæsar ut ueniam ad se rogat in nemus, aut scribam quò se uenire uelim. pro Lig. 138 a, Atq; hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerē, ignosceret. pro Lig. 143 a, Non solùm sibi ipsos, sed etiam reipub. condonaueris. Tusc. q. 239 b, Dionysius instituit, ut filiæ barbam sibi & capillum adurerent. Antequàm. 192 b, Qui charissimam uestram procreationem sibi esse duxit: id est, suam. Tusc. q. 187 b, Sin erit ille gemitus flebilis ei qui se dederit, uix eum uirum dixerint: id est, gemitum. de Fi. 130 a, Bonus pater intelligit omnes æque filios se attingere, ad secq; pertinere: id est, se patrem. At. 55 a, Sui pro ei. de Aruisp. 249 b, Id monstrum sibi ipsum est.

Sulcus. de Diuin. 110 a, Cùm terra araretur, & sulcus altius esset impressus.

Sulmo, onis. Ouidij patria. Att. 129 a.

Sum, es. consto, ualeo, ad precium relata. Parad. 125 a, b, Vt quisq; quod plurimi est pōsidet, ita ditissimus habēdus est. At. 121 a, Scio quanti reipublicæ sit. Off. 50 b, Vt cōmodius putarēt numerari sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. in Ver. 192 a, In nullo loco frumentum tanti fuit, quanti ista æstimauit. in Verr. 191 b, Quanti Ephesi sit frumentum, tantum dare in Phrygia. in Ver. 191 a, Cum in Sicilia H S. I I. tritici modius esset. & ibi. Quanti frumentum esset. & 187 a, Quanti erat in Sicilia triticum. pro Sext. Rosc. 19 a, Bona huius quæ sunt sexagies, duobus millib. nummūm sese emisse dicit Chrysogonus. pro Quin. Rosc. 50 b, Ager nunc multo pluris est, quàm tunc fuit. pro Ros. 49 b, Is ex qua parte erat, Fannij nō erat H S. L I I I. ex qua parte erat Roscij, amplius erat H S. C C C. L I I I. & ibi. Alter CCCLIII. quod sit in societatem affert. Offi. 70 b, Emere denario quod sit mille denariūm. Epist. 102 a, Audio Treuiros capitales esse, mallem auro, argento, ære essent.

Esse. pro uersari, & manere, uel habitare. Att. 124 b, Esse cum aliquo. Item, Dixit etiam alia quædam de seruulis suis, quare nobiscum esse non posset, morē gesti, dimissi à me. de Cl. 19 a, Eram cum Stoico Diodoro, qui cū habitauisset apud me, cūq; uixisset, nuper est mortuus domi meæ. Epist. 57 b, Amplector eius familiarissimos qui me admodum diligunt, multumq; mecum sunt. & 77 a, Tamē erat nemo qui cum essem libentius quàm tecum, & pauci quibus cum essem æquè libenter. & ib. Ponere diem cum aliquo. Ep. 53 a, Nōnne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ. Ep. 22 a, Cùm Athenis decem ipsos fuissem dies. et 86 b, Vt esses in Sicilia, quoad uelles. Qu. Fr. 302 a, Plato Midam Sardianus, Epicureus, qui Athenis solet esse multum. de Arusp. 249 b, Si essetis uersareminiq; nobiscum. de Orat. 111 a, Vos oro ut hic sitis hodie. in Ver. 254 b, In publico esse non audet. & 129 a, Non licet mihi esse Romæ.

Esse aliquid alicui cum aliquo, pro accidere uel negocium

gocium habere. pro Qu. 4 b, Alicui cum aliquo familiaritatem uel societatem esse. in Ant. 175 a, Mihi cum illa posthac nihil erit. de Diu. 103 a, Cum ita solutus est animus, ut ei planè sit cum corpore. in Ver. 113 a, Quæsiuit à Gallis quid sibi esset cum his. pro Cl. 54 a, Quid huic cum Habito? nihil. in An. 226 b, Cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? At. 190 b, Mihi ante ædilitatem nihil erat cum Cornificio.

Esse cum genitiuo, pro pertinere, uel officiū, rem opus' ue esse. Tus. 221 a, Libidinem laudare, cuius est libidinis? & ibid. Aegritudinem laudare, &c. quorum est tandē philosophorum? pro Cl. 18 b, Non est nostri ingenij, uestri auxilij est iudices, huic subuenire. At. 247 a, Meus discessus desperationis est, non legationis. Quint. Fr. 194 b, Est eius qui alijs præsit, eorum quibus præsit commodis utilitatiq; seruire. pro Pom. 7 a, Erit igitur humanitatis ac sapientiæ uestræ prohibere, &c. uidere, &c. Oct. 329 b, M. Antonius uir sapientis consilij fuit. de Cl. 188 b, Cuius penes quos laus adhuc fuit, nō fuit rationis aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis. ad At. 275 a, Nihil mihi minus hominis uidetur esse quàm, &c. de Or. 116 b, Clamare contrà quàm deceat, hominis est impudentis. & ibi. Quorū alterum diuinitatis mihi cuiusdam uidetur, alterū humanitatis. in Ver. 207 a, Est boni iudicis facere coniecturā, &c. de Fin. 102 a, Est hominis ingenui, uelle, &c. ad At. 139 a, Boni ciuis & uiri puto, quouis supplicio affici, quàm, &c. Ora. 103 b, Musicam philosophi non esse. Att. 193 a, Fortis ægroti est accipere medicinam. pro Rab. Posth. 124 b, Hic iam indices uestri consilij res est nostræ sapientiæ, quod deceat, &c. Or. 203 a, Magni igitur iudicij et summæ facultatis esse debebit moderator ille huius tripartitæ uarietatis. Ep. 7 a, Est & tuæ & nostri imperij dignitatis, &c. Orat. 197 a, Suscipere tantā rem uix arbitrabar esse eius, qui, &c. de Fin. 86 a, Hæc non eius erat, &c. Ep. 71 b, Statui nostræ necessitudinis esse, &c. & 72 b, Non est iam grauitatis ac sapientiæ tuæ. Epist. 52 a, Magnæ est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis quiescendi. pro Mur. 143 b, Tuum est Cato uidere, &c. Att. 195 b, Fuit meum quondam rempublicam regere. pro Corn. 91 b, Non enim meum dicere contra tuos, &c. Attic. 151 b, Sed tu id quanti æstimes, tuum iudicium est. At. 265 b, Tota potestas eius rei tua est. & ibid. a, Consules quorum & lege & S. C. cognitio & iudicium fuit. de Fin. 93 a, Erat enim si cuiusquam, certè tuum. Tuum consilium est uel tui consilij. l. Consilium.

Esse cum datiuo. de Cl. 273 a, Hæc res P. Africano uituperationi fuit. in V. 239 a, Hæc res erit tibi crimini uel inuidiæ. At. 86 b, Postrema tua pagina mihi magnæ molestiæ fuit. in V. 177 b, Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi esse debent. in V. 166 b, Sicilia tibi prædæ et quæstui fuit. Off. 28 a, Aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit. At. 236 b, Clementiam Cæsari malo fuisse. ad Her. 7 a, Hoc alijs quoq; bono fuit. pro Sext. Ros. 20 b, Quibus occidi Roscium bono fuit. de Inuen. 54 a, Quæ signo sunt omnia, ratione mundum administrari. de Cl. 168 a, Iam tum erat bonos eloquentiæ.

Esse cum ablatiuo, idq; sine præpositione. de Diuin. 88 b, Oraculum illud nunc minore gloria est. & ibi. Sic cum in tanta gloria non fuisset. de Orat. 115 b, Annibalis nomen magna erat apud omnes gloria. Quint. Frat. 302 a, Cùm spe sum maxima, tum etiam maiore animo pro Qu. Ros. 48 a, Hic capite & supercilijs semper est rasis. Ep. 85 a, Qua in re singulari sum fato. At. 56 b, Mira sum alacritate ad ltigandum. Ep. 262 a, In redibili sum solicitudine. & 51 b, Sum magno dolore. de Or. 124 a, Qua nos indulgentia in liberos nostros esse debemus? Ep. 234 a, Esse mirifico studio in aliquem. & 34 a, Esse bono animo erga se. Ep. 254 b, Spero homines intelecturos quanto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amori proritas & clementia. Ep. 93 b, Tu qui coniunctissima fuisti mecum & sententia & uoluntate. Orat. 216 a, Trichæus eodem spacio est, quo Chorœus. Or. 215 b, Iambum nimis è uulgari esse sermone.

Esse cum ablatiuo, & præpositione in. de Am. 115 b, Diutius in hoc desiderio esse nō possum. In Ant. 167 b, Magnam molestia sum. Att. 178 a, In eadem sum uoluntate. in Verr. 231 b, Cum diutius in eo negocio curaq; fuerim, ad Carpinatium reuertebar. pro Syll. 174 a, Si hic esset in eodem scelere. In Verr. 202 a, Non modò ipsum in ære alieno nullo, sed in suis numis multos esse, semperq; fuisse. in Verr. 200 a, b, Esse in amore atq; delicijs alicui. Att. 37 a, Esse in summa infamia sceleris. Att. 127 a, In eadē opinione fui, qua cæteri omnes. te, &c. de Di. 87 a, Cum uicini omnes ad unum de rebus suis referrēt, erat in magno nomine & gloria. de Fin. 97 a, Timere, mœrere, in libidine esse, peccatum est etiam sine affectu. de Finib. 91 b, Esse in principibus. pro Sext. Ros. 31 a, In egestate, & in insidijs uersari. Ep. 91 b, Esse in decurionibus. Epist. 88 b, Quod est uno te, quæ sunt in fortuna. Esse in uitio aut uirtute. l. In. Et locis suis.

Esse uarijs modis usurpatum. pro existere, constare, extare, haberi, numerari, cadere, consistere. etc. de Or. 123 a, Omne quod eloquimur fit, ut id aut esse dicamus, aut nō esse. Top. 222 b, Definitionum autē duo sunt genera primum earum rerum quæ sunt, alterum earum quæ intelliguntur. Esse ea dico', quæ cerni tangiq; possunt, &c. non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrari ue non possunt, cerni tamen animo, atq; intelligi possunt, &c. de Or. 109 a, Talem uerò existere eloquentiā, qualis fuerit in Crasso, non potuisse confirmo. Postquam. 201 b, Cn. Pompeius uir omnium qui sunt, fuerunt, erūt, uirtute princeps. de Ora. 132 b, Sæpe etiam uersus interponitur, uel ut est, uel paululum immutatus. In Ant. 153 a, Quæ credo eis fuisse futura communia. Qu. Fr. 317 a, Plus unus fuerit Cato, quàm omnes leges. Epi. 25 a, Iam me Pompeij totum esse scis. pro Quin. Ros. 53 b, Quod uniuersæ societatis esset. Itē, Quod suæ partis esset. Ep. 230 a, Esse magni apud aliquem. Epi. 252 b, Magni mihi erunt literæ tuæ. in Ver. 344 b, Fuit ista respōsio quondam. At. 82 a, Si erit ut uolumus. Tusc. q. 233 a, Est ubi id isto modo ualet. ad Herenn. 32 b, Est cum non est satius. Epist. 234 a, Tutò esse, & Esse cum telo. At. 38 b, de Or. 134 a, Quid tibi est ista mulier? uxor. Ora. 198 a, Ab ijs qui dicendi numerabantur magistri. de Opt. 242 b, Omnes qui Attici numerantur. pro Mil. 117 b, Si minus fortissimi uiri uirtus ciuibus grata accidisset, Attic. 96 b, Sed nūciant melius esse ei. At. 128 b, Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. Att. 186 a, Ne uiuam mi Attice, si mihi non modò Tusculanum, ubi

-ertè sum libèter, sed μετὰ πάνυ πολλῶν tanti sunt, ut sine teſum totos dies. Qu. Fra. 291 d, Eſſe quocunq; ueneris, & publicè & priuatè maximam lætitiam. Offic. 16 d, Quanquam hæc quidem res nõ ſolùm ex domeſtica eſt ratione, auingit enim & bellicum. &c.

Summa, mæ. caput. genus, conſtitutio, numerus. de Ora. 123 d, Vera'ne ſumma ſit uniuſcuiuſq; rationis. & 121 d, Communes rerum & generum ſummæ. de Fi. 113 b, Circumſpectis rebus omnibus rationibusq; ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum omnium. Ep. 12 b, Off. 12 b, Addendo deducendoq; uidere, quæ reliqui ſumma fiat. Ar. 83 d, Subducamus ſummam. ad He. 2 d, Si ſummam cauſæ breuiter opponemus. de Inuen. 48 b, Summam alicuius rei dicere, non partes eius peſequi. pro Qu. Roſ. 45 b, Nõ refert parua nomina in cedicẽ, imò omnes ſummas. in Piſ. 98 d, Quid auaritiæ, qua crimini bus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicm? generatim ea, quæ magis nota ſunt, dicã. in An. 166 b, Sed tamen hæc eſt ſumma concluſionis meæ. Qu. Fr. 3. 8 d, Et in omni ſumma me ad ocium cõuerto. de Som. 127 d, Cùm hi duo numeri naturali circuitu ſummam tibi fatalem conſecerint. contra Rull. 79 d, Cum ſummam tantæ pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ex ſua uolũtate confeciſſet. in Ver. 165 b, & 166 d, Remittere alicui de ſumma, uel de capite. Att. 111 d, Reliqua patebant, & cum Terentiæ ſumma congruebant. ad Attic. 110 d, Sed etiam ad ſummam proſectum aliquid puto. Ar. 168 b, At ille per pauca locutus, hanc ſummam habuit orationis, ut ſibi igno ſcerem, ſe, etc. pro Quin. 5 b, In hoc ſumma iudicij cauſaq; tota cõſiſtit. pro S. R. 33 b, Qui ſummam rerum administrat: id eſt, imperator. Epiſt. 155 b, Illud certè caui, ne reipublicæ ſumma fallatur. I. C. 121 b, Equites, qui uobis ſummam ordinis conſilijq; concedunt. ad Brut. 91 d, Voluntas mea de ſumma reipublicæ ſemper eadem fuit, quæ tua. pro Cluent. 36 d, Cùm ipſa pecunia quæ Staleno data eſt numero ac ſumma ſua, non modò quanta fuerit, ſed etiam ad quam rem data fuerit, oſtendat. de Leg. 173 d, Leges autem à me edentur non perfectæ, nam hoc eſſet infinitum, ſed ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ. pro R. P. 127 b, Neſcio utrum acceſſionem decumæ centeſimã, an deceſſionem de ſumma fecerit. pro Lig. 141 b, Quicquid dixi ad unam ſummam referri uolo, uel humanitatis, uel clementiæ, uel miſericordiæ tuæ.

Ad ſummam, in ſumma. id eſt, breuiter, uno uerbo, ut uno uerbo dicam, ne plura, ne te uel nos pluribus teneam, ne diutius teneam, ne multa, ne multis, quid multa? ne longus ſim, ne longum ſit, ne lõgum faciam, Quid quæris? At. 222 d, Ad ſummam dic M. Tulli, &c. Officiorum, 30 d, Ad ſummam ne agam de ſingulis, &c. et de Fin. 119 b, Epiſtol. 238 d, Ad ſummam ſorti animo ſitis. Quin. Frat. 317 d, In ſumma quatuor ſententijs ſenatores et equites damnarunt. Attic. 121 d, Summa autem, Afranium cum magnis copijs aduentare. Ar. 158 d, Iurabat ad ſummam amiciſſimum mihi Cæſarem eſſe debere. Attic. 222 b, Ad ſummam non poſſunt iſtæc ſic abire. Attic. 237 b, Deinde ad ſummam arbitrum me ſtatuebat, non modò huius rei, ſed totius conſulatus.

Summanus, ni. Orcus, Pluto. de D. 83 b, lib. 1.

Summarius, a, um. Attic. 155 d, Niſi fortè iſte ſummarius ei poteſt perſuadere, ut, etc. aliter. Summanus: id eſt, Cæ

ſar. Ego uero Nummarius, lego: ut is intelligatur quem eadem epiſtola paulò antè, Emptum pacificatorem' appellauit.

Summatim, aceruatim, breuiter. de Fin. 133 d, Summatim hæc erant de corpore animoq; dicenda. ad Herennium, 3 d, Si ſummatim, non particulatim narrabimus. Att. 79 b, Itaq; ſubſedi in uia, dum hæc quæ longiorem orationem deſiderant, ſummatim tibi perſcriberem. de Ora. 131 b, & pro Cluen. 131 b, Nunc exponemus generatim ipſa ſummatim. de Or. 107, & 122 b, Ius ciuile ſummatim percipi ſine doctrina poteſt. Ep. 161 d, A' me pauca cognoſces, & ea ſummatim.

Summè, maximè, ſummopere. de Orat. 136 d, Hoc me ſolicitare ſummè ſolet. et pro Quint. 12 b, Sicut tu ſemper ſummè concupiſti. & Ep. 52 b, & pro Qu. 14 d, Ab aliquo petere ſummè, & contendere, ut faciat aliquid.

Summergo, gis. demergo, deprimo. de D. 95 b, Summerſus equus uoraginibus non extitit.

Summiſsè, remiſsè, demiſsè. de Orat. 128 b, Breuiter & ſummiſsè dicere. de Or. 126 b, Aliàs contẽtius, aliàs ſummiſsius dicere. pro Pl. 261 d, Summiſsè ſupplicare alicui. Off. 18 b, Tanto ſummiſsius nos geramus.

Summiſsio, onis. remiſsio.)(. Elatio. Top. 227 d, Parium comparatio nec elationem habet, nec ſummiſsionẽ. Or. 204 b, Summiſsio orationis. Offic. 29 b, Contentio uocis.)(. Summiſsio uocis.

Summiſſus, a, um. remiſſus, ſuppreſſus, humilis, abiectus, leuiter.)(. Se efferens. Off. 25 d, Oportet æquo & pari iure cum ciuibus uiuere, neq; ſummiſſum & abiectum neq; ſe efferentem. Or. 263 b, Summiſſus & humilis, conſuetudinem imitãs. de Or. 125 d, Oratio placida, ſummiſſa, leuis.)(. Fortis, acris, uehemens. & 128 d, Intẽta. Or. 199 d, Summiſsius à primo dicere, deinde preſſius, pòſt audacius exultare.

Summitto, ſummittis. ſucceſſorem mitto, ſupprimo, ſubijcio. I. V. 97 b, Iſte ad pupillæ matrem ſummittebat. & 162 b, Summittebat iſte Timarchidẽ, qui moneret, &c. pro Plan. 264 d, Appellaui populum, tribubus ſummiſſme & ſupplicaui. de Cl. 166 b, Tibi ætas noſtra cedit, faſceſq; ſummittit. I. V. 62 d, Aliquãtum remittere ex eo quod facere poſsis, & multum ſummittere. et de Or. 152 d, Summittere aliquid. Epi. 169 d, Summittere animum periculo. de Pro. 70 b, Huic uos non ſummittetis? et Ep. 156 d, Summittere exercitus aliquò.

Summopere, ſummè, maximopere. de In. 48 b, Quæ ſummopere uitare oportebit. de In. 62 b, Cùm puerorũ formas ſummo hic opere miraretur.

Summotus, a, um. pro Flac. Summota concione.

Summoueo, es. pro Qu. 5 b, Et interea noſtros aduocatos iubet acerrimè ſummoueri. pro Seſt. 30 d, Magnitudini pœnæ maleficio improbos ſummoueri. de Leg. 163 b, Academiam placere cupio, ſummoueri non audeo.

Summus, ſumma, ſummũ. ampliſsimus. perfectus, ſingularis, incredibilis, unicus, in quo omnia ſumma ſunt.)(. Infimus, de Or. 108 b, Si homines non eruditi ſummam eſſent prudentiam atq; incredibilem eloquentiam conſecuti. Tuſ. 184 b, Summum eſt quo nihil ſit ſuperius. de Cl. 192 b, Summus et ſingularis uir. pro Pom. 11 d, Summus atque perfectus imperator. Attic. 127 b, Nihil niſi ſumma ratione facere. & pro Qu. 10 d, Summa ſanctimonia.

monia. de Orat. 85 b, Summi homines de ſummis ingenijs præditi. Ep. 226 d, Summa hyeme. Ep. 13 b, Qui & ſumma uoluntate ceſſerit, & egregia animi alacritate abfuerit. pro Pla. 273 d, Vtetiã ſumma reſp. mihi donata fuerit gerẽda. pro Plan. 262 b, Is qui eſt in ſumma ſacra uia. de D. 90 b, Alexander eam buculam in ſummo columnæ collocauit. de Di. 87 d, Bacillũ incuruũ & leuiter à ſummo inflexum. de Fi. 199 d, Summum aquæ.)(. Profundũ aquæ. de Orat. 104 d, Summũ bonum in animo ne ſit, an in corpore, uirtute an uoluptate definiatur. de Leg. 167 b, Summum bonum eſt, ex natura uiuere: id eſt, uita modica & apta uirtute perfrui, aut naturam ſequi, & eius quaſi lege uiuere: id eſt, &c. de Fi. 68 d, Ariſtoteles uirtutis uſum cum perfecta uitæ proſperitate coniunxit. de Am. 99 b, Diuitias alij præponunt, bonam alij ualetudinem, alij potentiam, alij honores, multi etiam uoluptates: belluarum hoc poſtremum eſt: id eſt, illa autem ſuperiora, caduca et incerta. de L. 266 b, Finis bonorum quò referuntur, & cuius cauſa facienda ſunt omnia. Off. 59 d, Quod honeſtum ſit, id eſſe, aut ſolum aut ſummum bonũ. I. P. 88 b, Qui mala dolore, bona uoluptate definiũt. de Finib. 163 b, Epicurei omnia quæ ſequantur in uita, quæq; fugiant, uoluptatib. et doloribus ponderantes. & Off. 76 d, Epicurus bona uoluptate terminauit, mala dolore. & ib. Epicurus ponit ſummum bonum in uoluptate. Off. 75 b, Cyrenaici omne bonum in uoluptate poſuerunt. Aca. 32 b, Herillus in cognitione et ſcientia ſummum bonum ponit. de Am. 111 b, ſummum naturæ bonũ. Tuſ. 245 d, Opiniones de ſummo bono. I. A. 160 d, Cum à ſummis, mediis, infimis, eũ deniq; ab uniuerſis hoc idem fit. de L. 182 d, Omnia infima ſummis paria fecit.

Ad ſummum, uel ſummum. pro quo inepti dicunt, ad plus. ad Attic. 210 d, Expectabam hodie, aut ad ſummum cras ab eo tabellarios. Epiſtol. 18 d, & 234, Bis terũe ad ſummum. pro Quin. 14 b, Biduo aut ad ſummũ triduo, &c. Epiſtol. 77 d, Excepto uno, aut ad ſummum altero. pro Mil. 103 b, Quatuor, ad ſummum quinque. pro Mil. 106 d, Triduo, ad ſummum quatriduo. Attic. 201 b, Scies igitur cras, ſummum, perendie. in Verr. 134 b, Eximunt unum diem, aut ſummum, biduum ex menſe. & 191 d, HS. II. ſummum HS. tercis.

Summuto, as. commuto. Orat. 205 d, Summutantur uerba pro uerbis. & 212 d. Hypallage.

Sumo, mis. aſſumo, arrogo, attribuo, aſciſco. de Cla. Orat. 171 d, Tu qui à Næuio uel ſumpſiſti multa, ſi fateris: uel ſi negas, ſurripuiſti. de Legib. 157 d, Sume ad hanc rem tempus, quæ, &c. de In. 55 b, Ducere, ſumere, trahere ſuſpicionem ex aliqua re. in Vat. 34 b, Sumere inimicitias. ad Attic. 277 d, Sumere aliquem iudicem. ad Attic. 262 b, Hoc pro benuolentia noſtra mihi ſumpſi, ut id à te peterem, quod, &c. Epiſt. 98 d, Vide quid mihi ſumpſerim. Epiſtol. 222 b, Sumpſi hoc mihi, ut ſcriberem, &c. pro Planc. 259 d, Mihi non ſumo tantum iudices, neque arrogo, ut, &c. pro Syl. 183 b, Quid ergo? hoc tibi ſumis, dicet fortaſſe quiſpiam, etc. ego uerò nihil mihi aſſumo. ad Bru. 90 b, Cum mihi tantum ſumpſerim, ut gubernacula reipublicæ prehenderem. de Or. 88 b, Quod uerò in extrema oratione quaſi tuo iure ſumpſiſti, oratorẽ, etc. pro Sext. Roſ. 34 b, Vnum hoc ſumo, quod mihi res manifeſta dat. de Finib. 117 b, Sumere res non conceſſas, &

ex illis efficere quod uelis. Academ. 11 b, Quæ autem ſumunt ut concludant, id quod uolunt. de Diuin. 130 d, Sed cum bis ſumpſit quod uoluit, id tamẽ aſſumit, quod concedi nullo modo poteſt. de Diuin. 130 d, Hoc uos dialectici non facitis, nec ſolum ea non ſumitis ad concludendum, quæ ab omnibus concedantur: ſed ea ſumitis, quibus conceſsis, nihilo magis efficiatis quod uelitis. de Nat. 63 d, Videre oportet Balbe, quid tibi concedatur, non te ipſum ſumere quod uelis. de Nat. 19 d, Beatos eſſe deos, ſumpſiſti concedimus. de Fini. 95 b, Quod enim efficiebatur ex his duobus, quæ erant ſumpta in eo, uides eſſe concluſum. de Natu. 16 b, Arripere mihi uidemini, quaſi ueſtro iure, rem nullo modo probabilem. Offic. 52 b, Ille enim requieſcens à reipublicæ pulcherrimis muneribus, ocium ſibi ſumebat aliquando. pro Cec. His autem de rebus, quas coniectura conſequi poſſumus, non mihi ſumo, ut plus ipſe proſpiciam, quàm, &c. 2 de Orator. Duo denique illa, quæ facillima uidentur, &c. mihi pro meo iure ſumo. ad Atticum, lib. 8, Mihi non ſumo, ut meum conſilium ualere debuerit. 4 Academ. quæſt. Quomodo autem ſumis, ut, &c. 2 Tuſcul. quæſt. Epicurum autem & Metrodorum non ferè præter ſuos quiſquam in manus ſumit. 13 Fam. Sumpſi hoc mihi pro tua in me obſeruantia. de Leg. Agr. 2. Itaq; hoc animo legẽ ſumpſi in manus, ei, &c. 7 Fam. Sumpſiſti tanti. pro tanti emiſti. 11 ad Attic. Sumpſimus à tuo uillico, & aliunde mutuati ſumus. de Nat. lib. 2, Sumpſimus ab igne calorem, qui eſt fuſus in corpore. 7 Verr. Quamobrem ſupplicium non ſumpſiſti? 2 de Diu. Sed quum bis ſumpſit quod uoluit, id tamen quod aſſumit, etc. concedi nullo modo poteſt. pro Cecin. Nam in eas ipſas res, quas improbiſsimè feci, teſtimonia ſumpſit, & eis in cauſa teſtimonijs utitur. ad Sulpit. lib. 13, Literas ad te à M. Lepido Conſule, nõ quæ te aliquid iuberent, &c. ſed quod à nemine alio ſumi poſſet. 1 Tuſc. 2 & 4, Non enim cum ſocero bellum geſsiſſet, non imparatus arma ſumpſiſſet. pro Syll. & 6 Philip. Sumere ſibi aliquid. pro Roſ. Comœd. Arbitrium ſumere de fide tabularum. pro Lig. Sumere arma contra aliquem. pro Cæl. Sumere aurum ab aliquo. 7 Famil. & 2 Philip. Sumere diem. pro Seſt. Sumere doctrinã. 7 Fam. Sumere domum. & 4 ad Att. Sumere domũ pro caſtris. 2 de Di. Tantum ſat eſt intelligi id ſumere iſtos pro certo, quod dubiũ cõtrouerſumq; ſit. in Vat. Sumere inimicitias. Brutus Ciceroni 6, & ad Brut. & pro Qu. liquem iudicẽ ſumere. pro Fl. Sumere legationes. 5 Att. Sumere offenſionẽ. 6 in Ver. Sumere operã. Parad. Sumere publicas operas. 1 ad Her. Sumere orationem. 6 Att. Sumere pecuniã. 3 Verr. Sumere pecunias mutuas. 5 Ver. Sumere recuperatores. 16 Fam. Sumere regionem aliquam tandam. Aca. ed. 1,

lib. 2, Sumere uehementer repugnantia pro congruentibus. 4. de Fi. Res non concessas sumere, & ex illis efficere quod uelis. 10 Philip. Sumere sibi sententias. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Sumere sibi aliquod studium. 4 Verr. Meminero me nō sumpsisse quem accusarem, sed recepisse quos defenderem. pro Ros. Amer. Videtis ne quos nobis poetæ tradiderunt, patris ulciscendi causa, suppliciū de matre sumpsisse? 7 Verr. Dixit se, &c. pecuniam accepisse, neq; de uero archipirata sumpsisse suppliciū, ideo securi non percussisse. pro Cecin. Colloquuntur: dies ex utriusq; commodo sumitur. 4. de Fin. Qua ex omni copia, plurima & certissima argumenta sumuntur ad cuiusq; rei naturam explicandam. pro Leg. Manil. Quantum huius autoritas ualeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur. de Legib. 2, Quoniam & satis iam ambulatum est, & tibi aliud initium sumendum est. 4. de Fin. Nam omnia quæ sumenda, quæq; legenda aut optanda sunt, &c.

Sumptio, onis. assumptio. de Diuina. 131 a, Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici.

Sumptuarius, a, um. de sumptibus. ad Attic. 206 a, Lex sumptuaria. At. lib. 13, Tu uelim è Polluce cognoscas rationes nostras sumptuarias.

Sumptuosius. aduerb. in Cat. 108 b, Sumptuosius insolentiusq; se iactant.

Sumptuosus, a, um. splēdidus, magnificus, lautus. (. Frugalis. Parad. 125 b, Venio iam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Ep. 141 a, Cœna sumptuosa. de Ora. 121 a, Quod sumptuosus de luxuria, &c. & pro Cluent. 82 a, Vir egens, sumptuosus, &c. Qu. F. 327 b, Ludi magnificentissimi, munus sumptuosum & magnificum. in Pis. 94 a, & de Leg. 182 a, Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum, ne magnopere quidē quicquam, præter libidines, sumptuosum.

Sumptus, a, um. delectus. pro Rab. P. 129 b, Vide hos quasi sumptos dies ad labefactandam illius dignitatem.

Sumptus, ptus. impensa, impēdium. in V. 204 b, Mamertini magnum sumptum in Timarchidis prandium fecerunt. et At. 76 b, Nullus fit sumptus in legatos nostros. & in V. 182 b, At habes sumptū unde facias. Epi. 201 a, Facere sumptum in rem militarem. At. 178 b, Consideres uelim, ut sit unde nobis suppeditentur sumptus necessarij. Off. 41 b, Pecuniæ collocandæ ratio est, quæ perpetuos sumptus suppeditet: nec solùm necessarios, sed etiam liberales. Tusc. 247 a, Magnificentia & sumptus epularū. Offic. 45 b, Nostro quidē anno sanè exiguus sumptus ædilitatis fuit. et 28 b, Cauendū est etiā si ædifices, ne extra modū sumptu & magnificētia prodeas. Qu. F. 291 a, Prouincia sumptu exhauriri. pro Ros. 20 b, Sumptus effusi cum probro atq; dedecore. & Ep. 39 b, Sumptus legitimus, sumptus infinitus. At. 122 a, Tyronē Curio cōmendā, & ut petij, si quid opus erit, in sumptum roges. & ibid. b, Sed cum uideo in sumptū ab alijs mutuatū. & 45 b, Quare uelim cures, ut permutetur Athenis, quod sit in annum sumptum ei satis. Ep. 26 b, Vt sumptus egentissimarum ciuitatum minuerem. & 37 b, Mihi uere et remittere sumptū. de In. 73 a, Legatis quæstores sumptum non dederunt. pro Qu. R. 49 b, Sumptu nusquā melius potest poni. in Verr. 199 a, Impendere laborem & sumptum ad incertum casum. de In. 76 b, Insumere magnum sumptum aut laborem in aliquam rem. Ep. 138 b, At illam tuam lautitiam, ueterē dico, cum mecū sumptus habebas. At. 75 b, Aduētus noster ne minimo quidem sumptui fuit. At. 76 a, Ita uiuam ut maximos sumptus facio. At. 81 b, Nullum teruncium, me obtinente prouinciam, sumptum factum esse. & ibi. Hic facit, ut mihi excipiendus sit cum teruncium nego sumptum factū. Brut. 289 b, Impēdent infiniti sumptus in hos exercitus, quibus nunc defendimur. Offi. 45 a, In his immanibus iacturis, infinitisq; sumptibus nihil nos magnopere mirari. Parad. 125 b, Ille sumptus non modò ad fructum, sed etiam ad fœnus est exiguus.

Sunij. pop. de Leg. 170.

Suo, is, sui, sutum. de Nat. 57 b, Tegumenta corporum uel texta uel suta.

Supellex, ctilis. instrumentū, ornamētum aulæ. in Verr. 125 b, Supellex ære elegantior Deliaca & Corinthia. & 208 a, Tu P. Cacurij supellectilem omnem abstulisti. & 223 a, In instrumento ac supellectili C. Verris. contra Rul. 72 b, Deinde ornat mulis, tabernaculis, centurijs, supellecti. contra Rul. 73 b, Multa in mancipijs, in pecore, auro, argento, ebore, ueste, supellectili, cæteris rebus. Para. 107 b, Cogitatio supellectilis ad delicias. de Orat. 98 b, In oratoris uerò instrumento tam lautam supellectilem non uiderem. Orat. 204 a, Oratoria quasi supellex, supellex est enim quodāmodo nostra, quæ est in ornamentis: alia rerum, alia uerborum. in Ant. 173 a, Multa & tanta supellex, & magnifica multis locis, non ulla quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. de Am. 106 b, Amicos parare, optimam et pulcherrimam uitæ, ut dicam, supellectilem.

Super. supra. Atti. 161 a, Sed super hac re nimis. & 137 a, Simul cogitet quid agendum nobis sit super legatione uotiua. & 255 a, Hac super re scribam ad te Rhegyo. ad Heren. 4 b, Paterfamiliās ut super familia sua legauerit, ita ius esto. de Leg. 183 b, Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, &c. Qu. F. 320 b, Tectum quod super conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum. de Fi. 77 a, Et nolle imprudentem super eam assidere: id est, aspidem. de Legi. 180 b, Super dicebant quicquid cœpisset, astringi, rursus sacris liberantur. de Nat. 26 a, Contra Epicurum satis superq; dictum est. pro Qu. Ros. 46 a, Satis superq; habeo, quod mihi dederis. & Ar. 247 b, Satis superq; prudentes sunt, qui, &c. de Or. 102 a, Mihi uerò, inquit Mutius, satis superq; abs te uidetur istorum studijs, si modò sunt studiosi, esse factum.

Supera. supra. in Ar. Supra terras semper tenet ille.

Superbè. cōtumaciter, arroganter. pro Pom. 5 b, Appellare aliquem superbius. Atti. 86 b, Contumaciter, arroganter, ἀπειθῶς.

Superbia, biæ. arrogantia, contumacia, intolerantia, insolentia, fastidium animi, spiritus. Part. 237 a, Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extollendis. et Epi. 102 b, Offic. 17 b, Superbiam, fastidium, arrogantiā fugiamus. in V. 221 a, Illa tua, singularis insolentia, superbia, contumacia. de Inu. 61 a, In superbiam & arrogantiam odium concitatur. cont. Rul. 64 b, Superbia nata Capuæ ex Campanorū fastidio uidetur. & 85 b, Coloni Capuæ

Capuæ in domicilio superbiæ, & in sedib. luxuriæ collocati. de Or. 93 a, Quod ego nō superbia, neq; inhumanitate faciebam, sed mehercule istius disputationis insolentia, & earum rerum inscitia.

Superbiloquentia, tiæ. Tusc. 216 b, Poetæ.

Superbire. Act. 13 b, Si habes quod liqueat, neq; respondes, superbis: si non habes, ne tu quidem perspicis.

Superbus, a, um. arrogans, insolens, imperiosus, elatus, inflatus, non ferendus, se efferens, spe atq; animo inflatus, asper, difficilis, grauis, qui fastidio & contumacia effertur. Epist. 101 b, Vtrum superbiorem te pecunia facit, an quòd te imperator consulit? Attic. 93 b, Grauius autem non contemnere se, & reges odisse superbos. At. 121 a, Is superbum se præbuit in fortuna quam putauit nostram fore. Item, Qui alicuius artis arrogantia subnixi ambulant. l. Subnixus. cont. Rul. 85 a, Hunc Capuæ Campano præsidio ac regio spiritu cū uiderem, Blosios illos mihi uidebar uidere ac Iubellios. Item, Verbum incedendi ad superbiam accommodatum. Lincedo.

Supercilium, lij. pars frontis extrema, oculos à fronte, pilis quasi limite distinguēs. In superciliorum motu, existunt animi motus. præsertim arrogantiæ, grauitatis ac seueritatis, frontis nubecula. in Pis. 82 a, & 83 b, Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresse supercilio. pro Quin. Ros. 48 a, Ipsum caput & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam uidentur. Of. 29 b, Superciliorum remissio aut cōtractio, mœstitia, hilaritas, risus. Postquam 207 b, Hic uos rugis supercilioq; decepit. pro Sest. 6 b, Tanta erat grauitas in oculo, tanta frōtis contractio, ut illo supercilio tanquā Rhadamanthus ille niti uideretur. de Pro. 70 b, Libidines, quas fronte et supercilio contegis.

Superficies, ei. quod supra solum ædificatum est. Att. 56 a, Superficiem arcæ Coss. ex S. C. æstimabunt. & 55 a, Superficiem ædium Coss. æstimarunt.

Superfluo, is. redundo, affluo, effluo, abundo. de Diui. 93 b, de Cl. 194 b, Is redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam licentia repressit.

Superi, orum. cœlites. Top. 228 b, Superi dei.)(. Manes.

Superior, ius prior, qui excellit, qui aliquam præstantiā uirtutis, ingenij, fortunæ consecutus est. Epist. 29 b, Habes enim nemimem honoris gradu superiorem. & 204 b, Superior ordine, inferior fortuna. de Ora. 105 b, Cum hic turisconsultus fuerit superior discessurus, si, &c. & Posq. 203 a, Superiorem esse contra improbos. de Or. 128 a, Inuident homines & paribus & inferioribus & superioribus. pro Cor. 62 a, b, Ille populus in superiori conditione causaq; ponitur, qui, &c. de Nat. 74 b, Superiora de pecunia.)(. Posteriora de incestu. in Ver. 259 a, Superius facimus nouo scelere uincere. de Nat. 54 a, Omnis odor ad superiora fertur. de Di. 119 a, Quid? idē nō poterat Deus hominibus disciplinam superiore ex loco tradere? in Ver. 129 a, Dicere aliquid de loco superiore.)(. Ex loco inferiore. & Tusc. 174 a, Atq; ita uelut è superiori loco concionandum. de Inu. 77 a, Ex superiore et inferiore scriptura. At. 264 b, et 159 a, et 152 a, Quæ superiob. literis à te petij. de Fat. 145 b, Præterea ea uera dicimus, quorū superiore tempore uera fuerūt instātia. in Ca. 97 b, Quid proxima, quid superiore nocte egeris. pro D. 233 a, Vtriusq; temporis fructum tuli maximū, superioris quod, &c. posterioris quod, &c. de Ar. 247 a, Negocium magistratibus est datum anno superiore, ut curarent, &c. Tusc. 231 a, & 236 b, Sententia quæ erat superiorib. diebus agitata in Senatu. pro Plan. 269 a, Comitijs superioribus est Plancus designatus Ædilis. pro Cor. 60 a, Multi etiā superiori memoria, etc. in Ca. 100 a, Cū morte superioris uxoris nouis nuptijs domum uacuā fecisses. pro Fla. 151 a, Senatus nihil à superiorib. continuorū annorum decretis decessit. Or. 218 a, Proximus superior pes. de Di. 156 b, Cyrus superior. & de Fi. 141 b, Superior Africanus, & posterior Africanus. de Clar. 185 a, Superior ætas.)(. Inferior ætas. de Fin. 95 b, Duorum autē è quibus effecta conclusio est, contra superius dici solet. Ep. 72 b, Superioribus temporibus nullas ad te literas misi. de Am. 113 b, Superior loco, fortuna, fama. de Se. 82 a, Senes semper agunt aliquid, tale scilicet, quale cuiusq; studium in superiore uita fuit. Attic. 289 a, Hoc mihi iam in te placuisse, potes ex superiorib. literis recordari. Offi. 18 b, Philippum regē, rebus gestis & gloria superatum esse à filio, facilitate uerò & humanitate uideo superiorem fuisse. & ibi. Quanto superiores sumus, tanto nos summissius geramus. in Ver. Cum magistratum aut aliquem superiorem inuitassent.

Superlatio, onis. exuperatio, ὑπερβολή. de Or. 162 a, Tū augēdi minuendi'ue causa ueritatis superlatio atq; traiectio. & Or. 209 b, Sæpe suprà feret quàm fieri possit. ad Her. 34 b, Superlatio est oratio superans ueritatem alicuius, augendi minuendi ue causa.

Superlatus, a, um. Parad. 234 a, Verba superlata: id est, superlatio.

Supero, as. uinco, excello, præsto, præpondero, superior sum, exupero, redundo, superfluo. in V. 259 a, Nam si cū alijs certet, longè omnes multumq; superabit. Ep. 64 a, et 113 b, In quo etiam si multi mecum contendent, tamen omneis facilè superabo. de Or. 90 b, Teq; in ijs ipsis rebus quas abs te didicerit, dicēdi arte superabit. pro Plan. 260 a, Quærit enim qua se laude, qua uirtute Plancus superarit. de Or. 67 a, Si subitam orationem commentatio facilè uincit, hanc ipsam profectò diligens scriptura superabit. de Orat. 101 a, Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi uidetur XII. tabularum libellus, & autoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. Ep. 13 b, Superare aliquem grauitate & constantia. & Tusc. 148 b, Superare aliquem doctrina. Quin. F. 279 b, Epistolas ipsa fama, sua celeritate superat. in Catil. 123 b, Si uis improborum spem meam fefellerit atq; superauerit. Tusc. 159 a, Quā regionem cum superarit animus, &c. in Verr. 192 b, Cum emisses, quanti esset quod superaret pecuniæ retulisses. de Or. 116 a, In diuisione generum et deesse aliquam partem & superare, mendosum est. Att. 129 b, Quæ arma superabūt, ea si Brundusium tumētis deportaueritis, uehementer reipub. profueritis. de Fin. 134 a, & 135 a, De eo quod ipsis superat, alijs gratificari uolunt. 220 a, Quintū delegabo, si quid æri meo alieno superabit. Parad. 125 b, Vter igitur est ditior, cui deest, an, cui superat? de Vn. 199 a, Altera pari numero præstans extremis, pariq; numero superata.

Supersedeo, des. abstineo, tempero. de Inu. 49 a, Quod cum accideret, omnino narratione supersedendum est. et 164, Sunt qui putent posse complexione supersederi. et

Universidad de Deusto
Biblioteca

48 b, Verborum multitudine supersedendum est. Epist. 48 d, Ita censeo facias, ut supersedeas hoc labore itineris. & ad Her. 19 a, Commodè poterimus principio supersedere. Epi. 118 b, Nam si mihi non dedisset eas, &c. potuit supersederi. ad Heren. 11 d, Hæc causa, quod, etc. ideò non uisa est supersedenda. & ibi. Complexione supersedendum est, si res breuis est.

Superstes, tis. qui mortuo supersit, saluus, incolumis. Q. F. 303 d, Vtinam te non solùm uitæ, sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissem. Epist. 80 d, Cùm superstitem te esse reipub. ne si liceat quidem uelis. Epist. 137 d, Superstitem alicui uiuere. pro Mur. 130 d, Vtriusque superstitibus præsentibus istam uiam dico inite.

Superstitio, onis. nimia religio, uana uel inanis religio.)(. Impia fraus. de D. 134 b, Omnis superstitio imbecilli animi atq; anilis est. & de Nat. 24 b, Superstitio, in qua inest timor inanis deorũ. de In. 85 d, Superstitio, quæ religioni propinqua est. & Part. 237 d, Religionem superstitio imitatur. de Diuinat. 139 d, Superstitio fusa est per gentes, oppressit omnium fere animos, atq; hominũ imbecillitatem occupauit. & ibi. Nec superstitione tollenda religio tollitur. pro Cl. 58 d, Pietate & religione & istis precibus deorum mentes, non contaminata superstitione, nec cæsis hostijs placare. in Ver. 227 d, Tãta superstitio ex istius fãcto mentes omnium occupauit, ut, &c. pro Fla. 160 d, Huic autè barbaræ superstitioni resistere seueritatis summæ fuit. de Fin. 61 d, Superstitio, qua qui est imbutus, quietus esse nunquã potest. pro D. 134 b, Anilis superstitio. & de Diu. 135 d, Sagarum superstitio. & de Nat. 40 d, Superstitiones penè aniles. de Di. 81 b, Impia fraude obligari. Item, Anili superstitione obligari. de Le. 162 b, Qui canè & felem ut deos colunt, eadem superstitione qua cæteræ gentes conflictantur. de Clar. 191 d, Oratio nimia religione attenuata.

Superstitiosè. de Na. deor. 78 b, Neq; id dicitis superstitiosè atq; aniliter, sed physica constantiq; ratione. et de Diuin. 106 b.

Superstitiosus, a, um. anilis, superstitione imbutus. de N. 40 d, Ita factum est in superstitioso & religioso, alterũ utij nomen, alterum laudis. de Diu. 126 b, Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt. pro D. 234 d, Nimirum esse superstitiosum non oportet. & de Diu. 64 b, Superstitiosæ ariolationes. de Diu. 112 d, Anile et plenum superstitionis fati nomen ipsum. de Di. 125 b, Imbecilli animi facilè superstitiosa ista concipiũt.

Supersum, es. supero, resto, restat, reliquũ est. in C. 116 b, Tantum ciuium superfuturum putabant, quantum infinitæ cædi restitisset. de Or. 151 d, Duæ partes mihi supersunt illustrandæ orationis. et 141 d, Sciunt cui respondeant, quod supersit. Epist. 166 d, Omnes qui supersunt de Hircij exercitu. & pro Ma. 134 d, Nulli de inimicis supersunt. de Or. 118 b, In definitione, neq; absit quicquã, neq; supersit. Ep. 166 d, Nam neq; deesse, neq; superesse reip. uolo. Epi. 226 b, Sed uereor ne iam mihi superesse uerba putes, quæ dixeram defutura. Ora. 202 d, Orator motu sic utetur, ut nihil supersit in gestu. in Verr. 68 b, Quod aut imprudentiam eius subterfugit, aut satietati superfuit. At. 154 d, Quod supereſt, scribe quæso quàm accuratissimè. Off. 33 b, Tantum erat philosophiæ loci, quantum superfuerat amicorum & reipub. temporis.

Supereſſe. superfluere, redundare, præstare, superare. Cic. in lib. de iure ciuili in artẽ redigendo, teste Gel. Nec uerò scientib iuris maioribus suis Quin. Helius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit. Et de Repub. eodem teste, Non grauarer Læli, nisi, &c. præsertim cum heri dixeris te uobis etiam superfuturum: uerùm, siquidem fieri potest, ne desis, omnes te rogamus.

Superuacaneus, a, um. superuacuus, usum non habens. Epi. 32 b, Et reuera confirmata amicitia, cõmemoratio officiorũ superuacanea est. At. 252 d, Cùm enim tua causa fecerint omnia, uereor ne meas literas superuacaneas arbitrentur. de Nat. 21 d, Quod superuacaneum sit, aut usum non habeat. de Nat. 50 d, Vt nihil eorum superuacaneum sit. de Se. 89 d, Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atq; uenatio.

Superuacuus, a, um. inanis, redundans. de N. d. 19 b, Descriptio omnium corporis partium in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacuum est.

Superus, a, um.)(. Inferus. Acad. 31 d, Nicætas cœlum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet. et 32 d, Cogitare supera atq; cœlestia. Tus. 161 d, Vt omnia, supera, infera, media uideremus. in Ara. Supero conuertier orbe. de Na. 54 d, Homo spectator superarum atq; cœlestium. in Ara. Cùm supera sese satiauit luce recedit. & ib. Hìc caput & superas potis est demergere partes, Infera lumborum nunquam conuestiet umbra.

Supinus, a, um.)(. Pronus. de Diu. 105 d, Motus corporis pronus, obliquus, supinus. de Vn. 203 b, Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum.

Suppar, ris. ferè par, uel æqualis. de Cl. 167 d, Huic ætati suppares, Alcibiades, Critius, Theramenes.

Suppeditatio, onis. affluentia. de Na. 23 d, Suppeditatio bonorum, nullo malorum interuentu.

Temperatio,onis.tẽperamentũ, moderatio, modestia. Tuscu.152 b,Animus temperatione naturæ uiget & sentit.Tus.215 a,Corporis temperatio, cùm ea congruunt inter se,è quibus constamus,sanitas.& 162 a,Corporũ temperatio.de N.28 b,Cœli temperatio,fœcunditas terrarũ.de D.128 a,Hoc temperatio lunæ,cœliq; moderatio efficit.& ibid. Quæ à luna cæterisq; sideribus cœli temperatio fiat.de N.31 a,Semina temperatione caloris oriri & augescere.de Som.128 b,Sol mens mundi & tẽperatio.I.V.223 a,Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solus perspicis?& Ac.21 a, Eodem ære & eadem temperatione facere signũ.Tus.162 b, Cõmutatione temporũ quadripartitæ ad temperationẽ corporis aptæ.de L.172 b,Mensium temperatio,&c. & 186 b,Temperatio reip.et 189 b,Temperatio iuris. et Tus. 209 a, Temperatio ciuitatis.de Leg. 189 b, Sed præstò est huius uirij temperatio.de Vn.202 a, Deinde ad tẽperationem superiorem reuertit, in qua omnem animum uniuersæ naturæ temperans permiscebat.

Temperator,oris.Orat.203 a, Moderator ille & quasi temperator huius uarietatis.

Temperatus,a,um.temperans,moderatus, modicus. de N.77 b,Vir iustus,temperatus,sapiens.& Epist.199 b, Temperati moderatiq; mores.Attic.183 a,Moderatione paulo minus temperatus.de D.104 a, Si modò temperatis escis,modicisq; potationibus est affectus.de D.127 a, Perinde utcunq; temperatus sit aer, ita pueros orientes formari.Off.1 b,Aequabile & temperatum orationis genus.Or.128 a,Nec est ulla temperatior oratio, quàm illa in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur.Or.216 a, Oratio permista & temperata numeris.Or.205 b Orator medius,modicus,tẽperatus, mediocris.& 128 a,Nec est ulla tẽperatior oratio, quã illa.&c. & 215 b, Nimis incitatus.)(. Temperatus.)(. Nimis tardus.

Temperius.temperantius.Epi.li.9,Memini te mihi Phædream cœnam narrare, temperius fiat. cætera eodem modo.

Tempero,as.moderor,temperationem facio, misceo.de Diuin.100 a,Lycurgus, qui Lacedæmoniorum rempub. temperauit.Epist.16 a, Nam ea quæ speras Tulliæ meæ prudentia temperari posse,scio,&c. Orato.214 a, Hoc genus Isocrates moderatius temperauit. de Diu. 127 b, Ortus & occasus siderum, quorum ui cœlũ modò hoc, modò illo modo temperatur.de Nat.35 b,Solis tum accessus modici,tum recessus, & frigoris & caloris modum temperant. Off.76 b,Quod simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri & temperari non potest. de Natu.52 b, Etesiarum flatu nimij temperantur calores. Or.202 b,Oculorum & hilaritatis & uicissim tristitiæ modum res ipsæ de quibus agetur,temperabunt. Orat. 206, At hæc interdum temperanda & uarianda sunt. Tus.161 a,Auribus magna oblectatio parta est,inuenta & temperata uarietate & natura sonorum.de Vniuers. 198 a,Ea cùm tria sumpsisset, unam in speciem temperauit.Orato.205 b,Si suam copiam cum illis duobus generibus non temperauit.de Som.129 a,Sonus,qui acutè cum grauibus temperans,æquabiliter concentus efficit. Orator.216 a,In perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi pedes. Attic. 58 a, Hominem in summa animi magnitudine multa humanitate temperatum perdidimus.pro Mar.132 a, Temperare uictoriam. & Tusc.148 a,Temperare remp. optimis institutis & legibus.& Acad.1 b,In constituendis temperandisq; ciuitatibus. de Leg. 183 b, Cœli fulgura regionibus ratis temperanto.de Am.108 a, Vt utamur quasi equis temperatis,sic amicitijs, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum. Attic. 18 b, Sed ita temperata tota ratio est,ut reip.constantiam præstem.In Ant. 244 b, Cuius immanitas naturæ, ne uino quidem permixta temperari solet.

Temperare.abstinere.proCor.67 b,Nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus.I.V.112 a,Verrem nemini ulla in re temperasse.I.V.107 b,Te putet quisquã cũ ab Italia freto disiunctus esses,socijs temperasse?pro Fl.155 a,Temperare sibi,

re si.&Ep.147 b,Temperare sibi in aliqua re.à Herẽ. 11 b,Cui mirum uidebitur,istum à maleficio non temperasse?& 19 b,Eum sibi in conciombus credis à mẽdacio temperaturum.

Tempestas,tis.tempus,procella,turbo,hyẽs,fluctus,uis. de Orator.157 a,Qua tempestate Pœnus in Italiam uenit.& de D.96 a,Eadem tempestate.&Orator.Qua tẽpestate Paris Helenam,etc.pro Ligar.142 b, Tempestate abreptus est unus. Attic.157 a,Eaq; ipsa tempestate euersa est resp.quam ego XIII Lannis antè prospexi.de Nat. 69 b, Imbres,nimbi,procellæ,turbines,cæteræq; tempestates.pro S.R.40 a,Ventus uehemens,immoderata tempestas.I.V.220 a,Erat hyems summa,tempestas perfrigida,imber maximus.pro Sest 13 a,Nauis reipub. fluitans in alto tempestatibus seditionum & discordiarum.In Ver.240 b,Nullus dies tam magna ac turbulenta tempestate fuit,quin,&c.de In.74 a,Fluuius commotus magnis tempestatibus.Epi. 129 a,His tẽpestatibus eos prope solus in portu.Epist.259 a, Ibi propter tempestatem ad VI.Id.morati sumus.pro Cec.302 a, Vt si qui ex alto tẽpestate subitò reiectus optaret, &c. pro Cluent. 37 b,Non fuit illud iudicium,&c.sed uis (ut sæpe dixi) ruina atq; tempestas. pro Mur.133 a, Tempestates sæpe certo aliquo cœli signo commouentur, sæpe obscura aliqua ex causa concitantur.pro Sest.24 a,Tempestas periculi:id est,metus.pro Sest.27 a, Quos repẽtina aliqua uis & tempestas periculi populatis.pro Dom.235 a,Nemo fuit,qui nõ me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. pro Dom.141 a,Tu procella patriæ,turbo & tempestas pacis.pro Pl.261 a, Qui hac populi tempestate iactamur & fluctibus.de In.81 b,Sedatis fluctibus,& tempestate iam commutata.I.C.302 a, Quanta tempestas inuidiæ nobis impendeat de N.59 b,Si segetibus aut uinetis cuiuspiam tempestas uenerit.de In. 74 a, Nautas aduersa tempestate in alto iactari.& Tu.228 b,Iactatus magna tempestate.At.26 a,Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ.de Diu.128 a, Alia Romæ,alia Tusculani euenit sæpe tempestas.Qu.Frat.307 b,Tu uelim quàm primùm bona & certa tempestate conscẽdas. Quint.Frat. 310 b, Dummodo idonea tempestas sit,ne omiseris.& Epist.235 b,Nautæ tempestatem prætermittere noluerunt.de Nat.1 b, Tempestates, ac temporum uarietates,cœliq; mutationes.de In.42 b, Turbida tempestas.& de Diuin.125 b, Cum tonuit lætum bene tempestate serena.de Diuin.127 a,Tempestas cœli:id est,serena uel nebulosa.de In. 74 b, Cùm magna in alta tempestas esset.Par.126 a,Virtus nec tempestatum nec tẽporum permutatione mutatur.de Ora.85 a,Nam qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus fore uidebatur, in eo maximæ molestiarum et turbulentissimæ tempestates exiterunt. Att.149 a,Pridie Quinquatrus fuit egregia tempestas.de Or.148 a,Cum homines tempestatis causa opere prohibentur.pro Flac.152 b,Defendendi facilis est cautio,non solùm latibulis occultorum locorum,sed etiam tempestatum moderatione & conuersione. Offi. 36 b,Procellæ,tempestates,naufragia,ruinæ, incendia. I.A.197 a,Hæc causa, cur lex tam egregia maximo imbri,tempestate uentis,procellis,turbinibus, inter fulmina & tonitrua feratur. In Ant. 210 b,Huius magnitudini animi tempestas est oblata formidolosissimi tẽporis.I. A.214 a, Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam à uectoribus admoneri solent.

Tempestiuè.opportunè,in tẽpore.de N.57 b,Tempestiuè demetere percipereq; fructus.

Tempestiuitas,tis.opportunitas.de Senect.83 b,Sua cuique parti ætatis tempestiuitas est data.

Tempestiuus,a,um.opportunus.Tusc.172 a,Multa mihi ad mortem tempestiua fuerunt, quæ utinam potuissem obire.pro Pom.10 b,Pompeius Sardiniam cum classe uenit nondum tempestiuo ad nauigandum mari.de N. 52 b, Natura quàm tempestiuos dedit, quàm salutares omnibus animantibus ac stirpibus uentos etesias? Of. 35 b,Nec ex his tẽpestiuos fructus capere possemus.de Sen. 78 a,Maturitas tempestiua.

Tempestiua conuiuia dicebãtur, quæ statis temporibus ac diebus solidi tates agitabant, in quibus multa erat licentia,multus sermo,sed festiuus: nam ad omnẽ hilaritatem comparata huiusce modi conuiuia fuisse uidentur. pro Arch.188 a, Quantum temporis alij tribuunt tẽpestiuis conuiuijs.Att.135 a,Multa in me conuiuijs tempestiuis disputãtur.I.V.160 b,Statuitur Lollius in illo tẽpestiuo gladiatorum cõuiuio.de Sen.86 b,Ego propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuijs delector. pro Mur.127 a,Tempestiui conuiuij,amœni loci,multarum deliciarum comes est extrema saltatio.Epist.Quas enim cœnas & facere,& obire scripsit ad me Sestius? quã lautas?quam tempestiuas?

Templum,pli.fanum,ædes,ædes sacra,locus religiosus, uel sacer,cella,domus,cœli pars siue regio auguris lituo definita atque descripta ad augurium captandum. I. V. 222 a, Herculis templum sanè sanctum apud Agrigentinos,& religiosum.Epistol.151 a, Venit Seruilius Iouis ipsi iniquus,cuius in templo res agebatur.de Diui.96 a, Cum in Herculis fano arma sonuerunt.& ibi.In templo Herculis.de L.173 b, Templa liberata & effata habẽto. &,Effari templũ.I.Effaris.de In.62 a, Templũ & fanũ idem,& ædes sacræ.I.A.198 a,& 197 b, In cella Concordiæ collocari armatos,è tẽplo carcerem fieri At.226 a,In Telluris:id est,in templo Telluris.de Somn.127 b, Deus is,cuius hoc templum est omne quod conspicis,& de L.193 b,Cœli partes sibi definitas esse traditas. Tusc. 158 b,Acherontia templa alta,orci pallida. de D. 89 a, Ad cœli cœrula templa.pro Do. 239 b, Curia est sedes ac templum publici consilij. In Vat. 33 b,In rostris, in illo inquam augurato templo ac loco. pro Mil. 119 a, Curia,templum sanctitatis,amplitudinis, mentis, consilij publici,caput urbis,ara sociorum, portus omnium gentium.

Tempus,oris.tempestas,dies,ætas,memoria, maturitas, spacium,periculum.de In. 51 a,Tempus autem est id,quo nunc utimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis cum alicuius anni, menstrui,diurni,nocturniue spacij certa significatione.de Vn.200 b,Siderum errores id ipsum esse quod ritè dicitur tẽpus.de N.6 a,Tẽpus sine mundi conuersione effici non potest.pro Mur.141 a, Quod enim tẽpus fuit aut nostra aut patrum nostrorũ memoria,quo hæc ambitio non fuerit? Attic.151 b, Consilia differre in tempus aliquod.contra Rul.66 b,Vester honos ad mei temporis diem petitus.pro Mu.134 a,Ea dicãt uobis audiẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus amisso iam tempore, quæ ipsi soli re integra sæpe dixit. Off. 33 b, Cum philosophiæ multum adolescens tẽporis tribuissem. pro Domo sua, 214 d, Quamdiu tempus turbulentũ fuit. Ep. 26 b, Tẽpora reipub. turbulẽta. Epist. 149 b, Cuius rei non modò non præterijt tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc fuit. Epist. 3 b, Na ctusq; tempus hoc magis idoneum, quàm antea, &c. & 34 b, Tempus anni idoneũ. In Ver. 127 b, Satis felciter anni iam aduerso tempore naui gaui. I. V. 155 a, Ex tempore admoneri: id est, ut res ferè. I. C. 106 b, Nihil moliris, quo mihi latère ualeat in tempore. de Or. 124 a, Nostra cõsilia in sempiternum tempus spectare debẽt. I. V. 225 a, Flores omni tẽpore anni. de Or. 124 b, Tempus est iam de ordine argumentorũ dicere. At. 114 a, Sed stomachari desinamus, tempori pareamus. de Or. 85 a, Fuit tẽpus illud, cũ putarem, etc. et Epi. 181 b, Veniet tẽpus, cũ, &c. pro Pom. 4 a, Omne meum tempus, amicorum tem poribus transmittendum putaui: id est, periculis uel casi bus. Qu. Fr. 326 a, Hoc nostrũ tẽpus ætatis forensi labo re iactatur. pro Quint. 1 a, Diligentia quanta sit, nisi tẽpus & spaciũ datũ sit, intelligi nõ potest. Qu. Fr. 320 a, At. 75 b, Cùm erit spacium, utrumq; dabo. & 76 a, Surripere aliquid spacij. At. 278 b, Datũ Lepido tẽpus est, in quo leuitatẽ eius experiremur. pro Cec. 299 b, Si tem pus feret. Qu. F. 295 b, Cuipiam in doctrina percipienda multũ studij fuisse & temporis. pro Qu. 9 b, Post tempus in aliena re fãcere, quod ille in sua re cum tempus e rat, non fecit. pro Cec. 288 b, Quadriennium hoc est, ex quo tempore fundus uenijt, quoad uixit, possedit. Ep. 54 b, Tempori cedere, id est, necessitati parère, sapiens sem per est habitum. Epi. 4 b, Eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta sunt, ut, &c. Ep. 71 a, & Tusc. 168 a, Nisi id uerbũ in omne tẽpus perdidissem. 174 b, In multa secula. Tusc. 242 a, Aeterno tempore. de Fi. 62 a, Ex infinito tempore. & 52 b, Ex æterno tempore. Ep. 76 b, Vt ij accipiunt, quibus epistolæ per hæc tempora molestæ sunt. & 71 b, & 94 b, Consumere omne tẽpus in literis. Ep. 242 a, Ponere tẽpus in aliquo magno offi cio. Ep. 51 a, Traducere tempus. Ep. 64 b, In eadem reip. tempora incidimus. Ep. 32 b, & ad Her. 28 a, Ex quo tẽ pore tu me diligere cœpisti. Epi. 71 b, Omne tẽpus unà fuissemus. Epi. 5 a, A' me nullum tempus præmittitur de tuis rebus & agẽdi et cogitandi. de In. 58 a, Difficilia fa ctu longi temporis indigent. Epist. 64 a, Extitit tempus optatum mihi magis, quàm speratum. & 88 a, In tempo rum paruis inclinationibus. Ep. 103 b, Neq; ætatis magis idoneum tempus, hoc si amiseris, nullum unquã es reper turus. Ora. 216 a, Tempus, interuallum, spacium in pede oratorio. ad Her. 7 a, Tempus instans, præteritũ, conse quens. & de Fin. 96 a, Vita acta & consequens. de Fin. 63 b, Tempus futurum, posterum, consequens. Ep. 72 b, 73 a, Tempora priora & prima.). (Posteriora & proxima. I. V. 97 a, Iste nullum temporis punctum uacuum peccato præterire passus est. Or. 207 b, Conseruare & notare tempora. Off. 7 a, Sed incidunt sæpe tempora, cũ ea quæ, &c. In Verr. 217 a, Illo tempore Segestanis hæc ipsa Diana redditur. I. C. 122 a, Atq; illo tempore Lentulus, &c. de Clar. 169 a, Quis Thebanum oratorẽ scit fuisse temporibus illis? I. V. 251 a, Piratæ à quo tempore capti sunt, domi tuæ fuerunt. I. V. 88 a, Ab initio sciisse, uel ex tempore aliquo. Anteqnàm. 196 a, Statutũ in his temporibus ciuitatis omnia perpeti. pro Põ. 25 b, Exercitum difficili reipub. tempore cõficere. pro Cecin. 287 a, Temporibus illis difficillimis solutiõe. pro Sest. 3 b, In grauissimis temporibus ciuitatis. Epist. 57 b, Tristissimo meo tempore. pro Sest. 4 a, et In Verr. 65 a, Temporib. optimis. pro Cluẽ. 46 a, & in A. 200 a, In illo tempore. pro Cluent. 37 a, Optimis herclè temporibus, tum cũ, &c. pro Fon. 272 a, Illis optimis temporibus, cum, &c. pro Corn. 59 a, In periculis, & asperis temporibus, etc. et 61 b, Duris quondam temporibus, etc. Ep. 64 b, Quo ex tempore memoria teneo, &c. Ep. 50 b, Hoc tẽpore, & uno tempore. & 103 b, Diuersis temporibus. et 50 a, Hisce temporibus. & 48 a, A' primis tẽporibus. et 6 b, Temporibus illis. et 10 b, Primis temporibus illis. et 12 a, Meis temporibus accidit, &c. de Finibus, 125 a, Quodã tempore Metopõtum ueni tecum. de In. 42 b, Verisimil limũ mihi uidetur quodam tempore, neq; in publicis re bus infantes & insipientes homines solitos esse uersari. Topic. 221 a, Breui tempore: id est, breui temporis spa cio. cont. Rul. 68 b, Concurrũt plures uno tẽpore libra rij. In C. 119 b, Eos puncto temporis uiuere non oporte re puto. Epi. 82 b, Ne punctum quidem temporis. Epist. 131 b, Breui tempore sum usurus. pro Muren. 139 a, Tẽporis causa irasci licet. Academ. 28 b, Nec dico tẽporis causa, sed ita planè probo. pro Fl. 153 b, Aliquid tempo ris causa facere uel dicere. pro Qu. Ros. 53 b, Eos impro bos temporis causa esse fingo. de Ami. 101 a, Qui simula tione amicitiæ coluntur temporis causa. pro Planc. 274 a, Aliquem ea quæ de aliquo dicat, mentiri, & temporis causa fingere. pro Clu. 23 a, Vno tempore duas res audi re. I. V. 104 b, Alienissimo tempore locare incipit. de Cl. 165 a, Hortẽsius alienissimo reip. tẽpore extinctus est, et cessit è uita suo magis quàm ciuium suorum tempore. Ep. 30 a, Tempus opportunum. Ep. 175 a, Obseruare tẽ pus, faciendi aliquid. At. 251 b, Sæpe ij qui debent, nõ re spondent ad tempus. & 219 b, Ad tẽpus redire. I. V. 104 b, Accurrunt tamẽ ad tempus tutores. pro Cæl. 40 b, Ad tempus accommodare se alicui. Off. 64, Perturbatio ani mi, quæ plerunq; breuis est, & ad tempus. Ep. 149 a, Cà pere consiliũ ad tempus. de Inuen. 72 a, Per idem tempus id est, eodem tempore. At. 130 b, Castra per anni tẽpus, facere non possum. ad He. 4 b, Qui per id temporis quæ stor urbanus erat. At. 62 a, Heratini me ad sua tempora duxerunt, ut agerem causam. pro Arch. 188 a, A' nullius me unquam tempore aut commodũ, aut ocium meũ ab straxit. Offic. 71 a, Nisi fortè eam pecuniam in reip. ma gnum aliquod tempus contulerit. I. A. 203 a, Summo & difficillimo reip. tempore. I. V. 66 b, Summo reip. tempo re. de L. 157 a, Sumere tempus ad aliquam rem. Qu. Fr. 313 a, Tantum sumam à uobis temporis ad scribendum, quantum dabitis. Attic. 8 b, Vt uix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim. I. V. 91 a, Omne tempus, quod mihi ab amicorũ negocijs datur, in his studijs consumo. At. 7 b, Ponere tẽpus in aliquo loco. de Am. 106 a, Coluntur au tem simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus. Epi. 178 a, Scitè & commodè capere tempus adeundi ad aliquẽ. Par. 232 b, Dicere aliquid ad tempus aptè. Atti. 34 a, Eiusmodi sunt ij uersus, ut ab amico Pompeij in tempus scripti esse uideantur. At. 120 b, Necesse est seruire tempori,

pori, & non amittere tempus, cum sit datum. de Or. 156 b, Aut si non potuerim tempus non perdere, cum tamẽ, &c. Att. 285 a, Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicies. Qu. F. 292 b, Si quem fortè tui cognouisti amantiorem quàm temporis. In Ant. 236 b, Necesse est interdum rerum temporibus potius parère quàm mori bus. l. Ex tempore. Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honesteq; uiuendũ, Cat. Tempus breue imparatis longum, 3 Philip. Tempus diuturnum in aliqua re cõsumere, Ac. q. ed. 1. lib. 2. Tempus emeritũ, 6 ad Att. Tempus ereptũ è summis occupationibus, 1 At. Tẽpus graue, de D. 2. Tẽpus hyemale, ibid. Tẽpus idoneũ ad agẽdum, Of. 1. Infinitum tempus ætatis, de Fin. lib. 2. Tempus liberum, quũ soluta nobis est eligẽdi optio, quumq; nihil impedit, quo minus id, quod maximè placeat, facere possimus, lib. 1. de Fin. Opportunum tempus, Cælio, li. 2. Tempus postmeridianum, Tusc. q. li. 3. Tempus ratum, Diuin. li. 2. Repentinum tempus, pro Dom. Suspicioßimũ tẽpus, pro Cl. Tempus uernum, Cat. Vltimum tempus ætatis, de Fin. li. 2. Anni aũt tempus libertatem maiorẽ mihi dato, Pollio ad Ciceronẽ, lib. 10. Tẽpus ciuitatis 5 Phil. Tempusq; discessus absurdum, ad At. lib. 16. Ferendũ id Scipio potius, quàm inimicitiarum tempus cogitandum putabit, L. el. Abijt illud tẽpus, mutata ratio est, pro Mu. Tempus Reip. 3 Philip. & 5 in Ver. Tempus omne corpori datur, 9 Fam. Tempus nihil noui efficit, & primũ quidq; replicat, de D. li. 1. Tempus est actionis opportunum, iuxta Stoicos, Of. 1. De qua alienũ tempus est mihi tecum expostulandi: purgandi autem mei necessariũ, ad Appium, lib 3. Nullum tempus est, quod iusticia uacare debeat, Of. 1. Quod enim tempus fuit aut nostra, aut patrum nostrorũ memoria, quo hæc ambitio nõ fuerit? pro Mur. Erit, erit illud profectò tẽpus, & illucescet aliquando ille dies, &c. pro Mil. Si commodius anni tẽpus esset, At. 9. Hoc nostrum tempus ætatis fortè labore iactatur, 3 ad Q. F. pro, ætas hæc nostra. Tempus quomodo imspiciatur. 2 ad Her. Tempus, ut sacrificiorum libamenta seruentur, fœtusq; pecorum, diligenter habenda ratio intercalãdi est, li. 2. de Leg. Tempus illud longum, cùm non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguũ. 12 At. Quod mihi tẽpus Romæ præsertim ut iste me rogat, manenti uacuum ostẽditur? ad Qu. F. Quum tempus necessitasq; postulat, Of. 1. Præteriit tempus legitimum nõ legis, sed libidinis tuæ, 7 ad At. Tibi quũ omnia mea commendatißima esse cupio, tum nihil magis, quàm ne tẽpus nobis prouinciæ prorogetur, Cælio, lib. 2. Antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendũ sit hoc tempus, Sulpit. lib. 4. Quum tẽpus mortis uenisset, Tusc. li. 2. Temporis aliquid impertias huic quoq; cogitationi, 9 At. Edidi quæ potui, non ut uolui, sed ut me tem poris angustiæ coegerunt, 3 de Or. & 16 Fam. Temporis atrocitas, pro Sest. Temporis beneficium aliquãdo potius, quàm iam suum, 6 Fam. Temporis breuitate ab aliquid faciẽdo excludi, Acad. ed. 1. li. 2. Eò factum est, ut epistolæ tuæ referiberẽ aliquid, cũ breuitate tẽporis tã pauca cogerer scribere, ad At. li. 1. Sed si mihi ante hæc durißima tempora Rei. nihil aliud unquam obiectum est nisi crudelitas illius temporis, quum à patria pernicies depuli, &c. pro Dom. Temporis decursus 3 Fam. Temporis flamma, pro Domo sua. Vtriusq; tẽporis iudicium tuli maximum, pro Domo sua. Id est, utriusq; facti. Deinde profectus est id temporis, quum iã Clodius, etc. redire potuisset, pro Mil. Quos ego iam multis ac summis uiris ad me id temporis uenturos esse prædixeram, 1 in Cat. A' temporis iniuria abesse, 16 Fam. Temporis longinquitas me mitigauit, 6 Famil. Tẽporis medicina, 5 Fam. Ne patiare quicquam mihi ad hanc prouinciale molestiam temporis prorogari, Curioni, li. 2. Temporis motus consignandus è cursu siderum, de Vniu. Multum temporis in ista una disputatione consumpsimus, Acad. q. edit. 1. lib. 2. Nam cum uacui temporis nihil haberem, &c. hæc dictaui ambulans, ad At. lib. 2. Cui tẽporis plurimum fuit in uirtute percipienda, 1 ad Qu. Frat. Temporis procella, 2 in Ver. Propagatio miserrimi temporis, Luceio, lib. 5. Nullo puncto temporis intermisso, de Nat. deor. 1. Illud pugna & enitere, ne quid nobis tẽporis prorogetur, ad Appium, li. 3. Quod cuiq; temporis ad uiuendum datur, eo debet contentus esse, Cat. Affert enim & temporis reliqui recuperandi rationem et præsentis tuendi, 8 ad At. Ad temporis spaciorum significationem mundi partes notæ constitutæ, de Vniuers. Temporis tempestas, 7 Philip. Longinqui temporis usu et pe riclitatione aliquid percipere, 2 de Nat. deor. Nũc nihil prætermittere uidebere usitati & quasi legitimi tẽporis ad petendum. 10 Fam. Temporis usuram sarcire, 3 Fam. Difficilia factu longi temporis indigent. 1 de Inue. Sunt huius temporis, 12 ad At. id est, apta huic tempori. Tempori obedire, Brut. Sed stomachari desinamus, tempori pareamus, ad At. lib. 7. Officijs quæ illi tempori tribui potuerunt. 4 Fam. Non quo me ad tempus occursurum putarem, sed ne tardius, quàm cuperẽ, Reip. gratularer, 1 Philip. Vsq; ad ultimum tẽpus senectutis, Cat. In aliud tempus, 2 ad At. sub. differenda. Considera ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus, Cæsio, li. 5. Quòd in id Reip. tempus non inciderit, sed ueneris, Curioni, lib. 2. Si sibi illa res, atq; ea faciẽdi causa per idẽ tempus accidisset, 2 de Inuent. Duo fuerunt per idẽ tempus dißimiles inter se, de Claris Orat. Quum per anni tempus nauigare poteris, ad nos ueni, 16 Famil. Tempus minimum non amisi tuẽdæ salutis, 12 Fam. Neq; ætatis magis idoneum tempus, hoc si amiseris, ullum unquã es reperturus, Ep. lib. 10. Id est, occasionem. Causam illam totam & tempus arripere, Luceio, lib. 5. Tempus satis scitè et commodè cepit ad te adeundi, 11 Fam. Id est, temporis opportunitatem. Tempus omne consumo, considerans, 8 ad Attic. pro, in considerando. Consumere omne tempus in literis, Luceio, lib. 5. Liberum mihi tempus ad eos deferendos existimabã dari, &c. Rufo, lib. 5. Tempus differre, 8 Philip. Tempus cuipiam lege finire, 15 Fam. Id est, præscribere. Tempus habes tale, quale nemo habuit unquam, 7 Philip. Id est, occasionem habes talem. Vix tempus habuerim huic tantulæ epistolæ, 1 ad Attic. Id est, ocium. Nostrumq; hoc tempus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis iustẽtari, ad Qu. Frat. li. 3. Obseruare tempus faciendi aliquid, Epist. lib. 11. Tempus nascendi nihil ad agendam uitam pertinere, sed uim & naturam gignentium, Diu. lib. 2. Neq; ille tot suspicionibus certorum hominum & scelere exulceratus, quæ meum tempus postularet, satis prolixè mihi pollicere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,pro Dom.& 6 Famil. Ipse cõficior uenisse tempus, quum iam nec fortiter, nec prudẽter quicquam facere poßim,10 ad Attic. Tempore & die memoriam benefici definire,post Redit.ad Quirites. Hic qui Romam uenisset,satisq; feliciter annu iam aduerso tempore natigässet,& c.rẽ ad amicos detulit, 4 Verrinar. Tempore deteriore aliquid facere,pro Quin. Extremo tempore, Catil. Quid tam nouum, quàm adolescentulum priuatum,exercitum difficili Reipub.tempore conficere?pro leg.Manil. Obseruata sunt hæc tẽpore immenso Diuin. lib.1. Tempore ipso, 1 ad Quintum Frat. Ego tam misero tempore nihil noui cõsilij cepissem Planco, lib.4. Scandilius rem se totam relicturum dicit,& suo tẽpore esse redditurum,In Ver. Tuorumq; triſtißimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo, Figulo,lib.4. Quererer tecum atque expostularem,ni, ut supra scripsi, purgare me tibi hoc tute tẽpore,quàm accusare te mallem,3 Famil.Multas uno tempore accepi epistolas tuas, ad Attic. Si tantulum offensum,tu tubatumq; sit,ut ea quæ singulatim ac diu collecta sunt,uno tempore diuersa perdamus, I. Ver. Quòd me de uersibus faciẽdis rogas,incredibile est,mi frater, quàm egeam tempore,ad Quin. Frat.lib. 3. Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit,sed cum grauißimo Reipub.tempore,etc. de Leg. De tempore alicui eommodare,13 Famil. Ex tẽpore consilium capere, Offic.2. Ex tempore dicere pro Arch. Ex tempore futura,& 3 Quæ iam parantur & cogitantur contraria, 10 ad Attic. Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore, de lege Agr. & 1 de Fimb. Nam cum teipsum,ex quo tempore tu me diligere cœpisti,quotidie pluris feci,etc.ad Appiũ,lib.3. Quo quidem ex tempore memoria teneo, neq; meam tibi obseruantiam, neque mihi tuam summam benenolentiam ac liberalitatem defuisse,Licinio,li.5. In tẽpore quid cõsiderandum,2 de In.148. Tempora communia,1 de Or. Dubia formidolosaq; tempora, 7 Verr. Dubia Reipub. tempora,pro Font. Tempora erudita,12 ad At. Tempora Heroica,Diuin.lib.1. Tempora priora in ruinis reip. iacuerunt, 5 Famil. Tempora tria quibus principiò uti non possumus 1 ad Heren. Tempora autem Reipub.quæ futura sint,quis scit?mihi quidẽ turbulenta uidentur fore, Thermo, lib.2. Tempora uim maximam habent, Partit. Tempora quædam successiua incurrunt, quæ ego perire non patior,1 de Leg. Tempora ualent in Repub. plurimum,12 Famil. Temporum casus,1 de Orat. Nulla temporum circumscriptio metitur spacio æternitatem, de Nat.d.1 Fuit hoc siue meum siue Reipublicæ fatũ, ut in me omnis illa inclinatio communium temporum incũberet, pro Corn. Balb.& pro Mil. Id est,ut omnis illa Reipub. fortuna. Motus temporum uenientis anni, 3 ad Qu.Fr. Hæc perturbatio temporum perditorum, Titio, lib.5. Temporum ratio atq; inclinatio permagni momẽti in Rep.7 in Ver. Temporũ triſtitiam subire,8 ad At. Temporum nostrorum magna uarietate,6 Famil. Temporibus assentiendum,ad Lentulum,lib.1. Paruit et temporibus & fortunæ meæ,13 Famil. Temporibus parere præcipiunt omnes politici,12 ad Att. Temporibus nimis seruire,10 Fam. Tempora adipisci, 1 Famil. Conseruare & notare tempora,in Orat. Matutina tempora lectiun culis consumere,Mario,lib.7. Sed casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit,ut,& c. Luceio,lib.5. Tẽporib. amißis quæ plurimũ ualent, præsertim in bellis ciuilibus,15 Fam. Tẽporib. Clodianis,11 Fam. Etsi Reip. causa maximè gaudere debeo,tantũ ei te præsidij,tãtũ opis attulisse extremis penè temporibus, Pl.li.10. Et quoniã in grauißimis tẽporib. ciuitatis,atq;,& c. pro Sestio. Tẽporibus illis,de Am. Sophistes temporib. illis uel maximus,de N.1. Fuit(ut temporib. illis)iuris ualde peritus,de Cla. Erat eũ literis Latinis, tum etiã Græcis(ut temporibus illis) satis eruditus,de Cl. Est aũt boni auguris,maximis Reip. temporib. præstò esse debere.3 de Leg. Tẽporibus his miseris & extremis,11 At. Quibus tẽporibus? Ac.q.ed.1.lib.2.pro,quando? Vel defensu triſtibus temporibus,uel ornatus secundis, Marcello,lib.15. Vesperti nis temporib. delitescere, 2 de N. Temporibus regentur quæ sunt in fortuna, 6 Fam. Remissa temporibus,longo interuallo intermissa reuocaui, Tus.q.lib.1. scilicet Reip. intelligit enim tempora turbulenta bellorũ ciuilium. In temporib. quæ cernenda, Part.21. Et illa oratio potius tẽporis mei,quàm iudicij & authoritatis fuit,pro Cl. Omnes illæ orationes causarum & temporum sunt,non hominum ipsorum ac patronorum,pro Cluent.

Temporè,id est,opportunè,uel in tempore,uel ad tempus. Epist.103 b,Ego enim renouabo commendationem, sed tempore. I.V.134 b, Satis putabat se ad comitia temporè uenturum,si pridie uenisset. Offi.63 b, Ad cœnam temporè uenit Cannius. Epi.168 a, Satis temporè ad eos accedemus,ac ualebunt.

Tempus,oris. Pars capitis. ad Her.4.1 b, At iste Graccho percutit tempus.

Temulentus,a,um. uinolentus, e briosus. pro Sest. 7 d, Cõsul temulentus. Post.207 a, Vox pressa & temulẽta.

Tenacitas,tis. de N.50 a, Quædã animalia unguiũ tenacitate cibum arripiunt, partim aduncitate rostrorum.

Tenax,cis. pro Cæl.45 a, Pater parcus & tenax. & pro Pl.370 b, Restrictum & tenacem esse.

Tendiculæ,larum. laquei,retia. pro Cec.297 a, Aucupia uerborum & literarum tendiculæ.

Tendo,dis. tetendi. to. pono,extendo,porrigo. de Diuin. 109 a, Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo. I.C.122 b, Vobis supplex manus tendit patria communis. de D.89 a,& de In.81 a, Tendebamq; manus ad cœli cœrula templa. pro Fon.284 a, Tẽdere manus supplices ad deos,uel deis, pro aliquo. de Pro.71 a, Imperator dextrã tendens,& c. pro Qu. R. 52 b, & de L.165 b, Tendere insidias alicui. pro Fon.281 b, Non intelligũt se populo Rom. non metum belli,sed spem triumphi tẽdere. de Vn.198 b, Animum autem ut in mũdi medio collocauit,ita per totũ tetendit. de Or.100 a, Propè cũctis ciuibus lucem ingenij & cõsilij sui porrigere atq; tẽdere. At.254 b, Itaq; dubito an Venusiam tendam, ibiq; expectem. I.A.236 a, Græcia tẽdit dextram Italiæ,sumaq; ei præsidium pollicetur.

Tene. es. urbs in Peloponneso, quam Mela Teneam uocat. At.90 a,& I.V.act.3.

Tenebræ,arum. obscuritas, caligo, nox. pro S. R. Qui tanquam si offusa reipub. sempiterna nox esset, ita uiuebant in tenebris, omnia miscebant. de N.45 a, Tenebræ Aetneorum ignium,finitimas regiones obscurauerunt. cont. Rull.74 b, Nunc tetris tenebris & caligine Alexandriam

xandriam se perventuros putant. pro Ar.1884, Quæ iacẽrent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accenderet. Postquam.205 a, Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in rep. respicere cœpistis. pro Do.218 d, Quæ tu in illis reip. tenebris cæcisq; nubibus et procellis constituisti. pro Deiot.149 a, Obscuram familiam è tenebris in lucẽ uocare. Acad.16 a, Offundere tenebras uel caliginẽ alicui rei. Acad. 30 b, Latẽt ista omnia crassis occultata & circumfusa tenebris. Acad.5 a, Obducere tenebras rebus clarißmis. de Fin.98 a, Homines solitudinem & tenebras nacti,& c. At.108 b, Quæso quid agitur?mihi enim tenebræ sunt.

Tenebris.hoc est,nocte,seu noctu, ea forma qua & luce, & uesperi dixere. In Ant.175 a, Primum luce non tenebris intelligitur rediisse.

Tenebricosus,a,um. obscurus. Academ.18 b, Esse sensus nec obscuros dicit,nec tenebricosos. In Vat.31 a. Illud tenebricosum tempus ætatis tuæ patiar latẽre. aliter,tenebricosißimum. I.P.83 a, Tu ex tenebricosæ popinæ extractus,& c. de Pro.70 b, Lateant libidines eius illæ tenebricosæ.

Tenebricus,a,um. tenebricosus. Tus.179 b, Tartarea tenebrica plaga.

Tenedius,a,um. Qu.Fr.313 a, Tenedia securis. Pro.& I. V.86.

Tenedus,di. insula. In V.86 a, Tenedi populi, de Natu. deor.67 a.

Teneo,es. seruo,habeo,astringor,intelligo.)(. De manib. elabitur. de D.137 b, Draco cum radiculam ore teneret, locutus est. Of.65 b, Leges tollunt astutias, quatenus manu tenere res possunt,philosophi quatenus ratione et intelligentia. Orat.205 b, Tenere aliquid animo,uel manu comprehendere. I.A.187 a, Quem omnes certatim amamus,omnibus horis,oculis,auribus,complexu tenemus. pro Do.239 a, Tenere ciuitatẽ oppressam seruiute. Epi.7 a, Qui Ciliciam Cyprumq; teneas. At.91 b, Tenere aliquem inclusum in curia.& ib. Habere aliquem inclusum in curia. I.V.270 b, Habere aliquem uinctum in custodijs. I.A.188 b, Habere exercitum ad urbẽ. Epi. 77 a, Neq; me res ulla alia Romæ tenet. de Cl.177 a, Tenere locũ oratoris in ciuitate. Or.217 a, An numerus in tota oratione tenẽdus sit. de N.76 b, Nauigare, et cursum tenere. Qu.F.296 b, Iuris æquabilẽ tenere rationẽ. de Cla. 183 b, Reliquæ partes suam uim & dignitatẽ tenent. de Clar.189 a, Cæsar splendidam quandam dicendi rationẽ tenet. pro Quin.11 b, Hic te, inquit, teneo. In V.202 a, Num tanta difficultas eum rei numariæ tenuit? tanta egestas,tanta uis oppressit? Orat.109 b, Cum etiam nunc uiuam illorũ memoriam teneamus. At.136 b, Italia tota armis præsidijsq; tenetur. Ora.217 b, Cum is qui audit, ab oratore tam obsessus est ac tenetur. In V.265 b, Qui sinus quosdã obsedisse, aut aliqua promontoria tenuisse dicuntur. I.V.68 b, Verre prætore Siculi neq; suas leges, neq; communia iura tenuerunt. Epist.238 b, Tenere aliquem secum. Ep.12 a, Tenere remp. Of.21 b, Tenere modum uoluptatis fruendæ. Qu.F.321 a, Si ullam partẽ libertatis tenebo. pro Arch.186 b, Archias totam domũ Hortensiorum deuinctam consuetudine tenebat. Off.28 b, In omni actione suscipienda tria sunt tenenda.& ibi. Tenere decui. de D.139 b, Tenebimus hanc consuetudinem à Socrate traditam. Postquam.203 b, Vos qui apud me uim nomenq; deorum tenetis. pro Plan.270 a, Tenere eum cursum quem à prima ætate susceperis.& ibid. Tenere æquabilem rationem iuris. In Vat.35 b, Quæ te tanta tenuit amentia, ut putares,& c. Postquam.198 a, Vt aliquando uos memoria mei,misericordiæ,desiderium q; teneret. Qu.de Pet.213 b, Hoc & tenentur homines Romæ & alliciuntur.& ibid. Perge tenere istam uiam. Ep.24 a, Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile eorum,atq; in primis sanctæ ætatis prouinciæ. Ac. 39 a, Teneri studio alicuius rei. de Na.25 b, St Deus nulla gratia, nulla hominum charitate tenetur, uideat. Attic. 100 b, De triumpho nulla me cupiditas unquam tenuit. de N.11 a, Neq; ira, neq; gratia teneri. I.V.80 b, Me tantum odium urbis tenet,ut foras euolare cupiam. Att.110 a, Tenere se domesticis finibus.& 258 a, Ab ea hasta ægrè me tenui: id est,abstinui, continui. de Orator. 161 b, Tenere rationem numerorum in oratione. pro Domo, 243 a, Qui in mea salute principem semper locũ tenuistis. Acad 36 b, Deinde ita teneri,si scies fallat. In V. 79 b, Manifestò teneri in rebus turpißimis.& , Teneri in manifesto furto. pro Cec.292 b, Ebutius hoc interdicto non tenetur. I.V.139 b, Teneri legib.& de Aruf.247 a, Teneri lege de ui. pro Clu.84 a, Ciuitas, quæ legibus tenetur.& ibid. Legibus aliquando non teneri: id est,astringi. Quint. Frat.309 a, Teneri ea pœna, quæ est de ui. Par.119 b, Quod nõ licet,id hoc uno tenetur. si arguitur non liceret. de N.75 a, Dolum malum Aquilius tum teneri putat,cum aliud simulatum sit,aliud actum. Atti. 225 b, Iam tenetur uenisse cum maximis copijs Pacorum Parthũ. pro Syl.173 a, Causam reip. nõ tenes. id est,non intelligis. de In.56 b, Probè teneo. Epi.86 a, Quibus rebus capiatur Cæsar,nõ tenes. de Fi.99 b. Quod idẽ Peripatetici non tenent. Tus.241 a, Tenebam enim quosdam senariolos. Ep.12 b, Tenebam memoria nobis cõsulibus ea fundamenta iacta confirmandi senatus, ut,& c. & 96 b, Quinetiam ipsum diem memoria tenebo. Or. 222 b, Tenere aliquid firmum id est, pro certo habere. Epist.175 b. Non tenebo te pluribus. de N.47 b, Angui tenens. Att. Tenere uoluntatem alicuius. Att.242 a, Me conturbatum tenuit epistolæ tuæ prior pagina.& 245 a, Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his literis declararem. Of.37 a, Nihil aptius est ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi. In A.180 a, O tecta misera, quàm dispari domino,& c. sed tamen quàm à dispari domino tenebuntur. Of.72 a, Iureiurando teneri. de Sene. 84 b, Appius tenebat non modò authoritatem, sed etiã imperium in suos. Si rectè concluserit, teneo: sin uitiosè, minam Diogenes reddet, 4 Acad. Teneo quam optabã occasionem, neq; omittam, de Leg.& 3 Philip. Quorũ epistolas, spem uictoriæ declarantes, in manu teneo, 12 Philip. Teneo in medijs uectigalibus populi Romani, in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furẽ, 5 Ver. Ego tamẽ teneo ab accusando uix mehercule,& c. Quin. Fr. lib. 3, Teneo facilè meum, 10 ad At. Tulliã adhuc mecũ teneo, Terẽtiæ, li.14. Tenes equitum cẽturias, 11 Fam. Tenet aliquẽ furor, In Vat. Misericordia, desideriũ q; tenet, ad Quirit. post red. in Se. Quis uirtus, ut oẽs fatemur, altissimũ locũ in homine,& maximè excellentẽ tenet, 4 de Fi. Tenet me auiditas, 1 ad Q.F. Me etiam nũc istorũ be-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neficiorũ & literarũ expectatio, ut tibi placet, Thessa lonicæ tenet, ad At.li.3. Magna me, inquit, spes tenet iu dices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortẽ, 1 Tusc. Quamobrem magna me spes tenet, si ea quæ sunt in cau sa explicare, atq; omnia dicendo consequi potuero, etc. pro Clu. Summũ me eorũ studium tenet, sicut odiũ iam cæterarum rerum, Ad At. lib. 1. Sed mihi crede, etiam is qui omnia tenet, sauet ingenijs, Marcello, lib. 4. Nũc ue rò ea pars tibi Reip. commissa est, in qua aut nullã, aut perexiguam partem fortuna tenet, Q. Fr. li. 1. Pompeius se oppido tenet: nos ad portas castra habemus, At. li. 7, & 12 Famil. Et si ob eam rẽ moraris, accipio causam: si te id non tenet, aduola, Tironi, lib. 16. Quòd Cæsaris, quòd Põpeij gratiã tenemus, hæc me, ut cõsidã, faciunt, Q. Fr. lib. 2. Itaq; tũ graues sumus, tum subtiles, tum me dium quiddã tenemus, 3 de Or. Aliter Cæsar Vopiscus, &c. soluatur legibus, quanquam leges eum non tenent. 11 Philipp. Illud arctè tenent, accuratèq; defendunt, uo luptatem esse summũ bonum, &c. in Parad. Quid mul ta tenẽt omnia: dq; ita omnes intelligere uolunt, Q. Fr. li. 2. et 2 Att. Amici regis duo trẽsue perduites sunt, sed ij suum tam diligenter tenent, quàm ego aut tu, At. li. 6. πολιτικὸν in manibus tenebã, & hercule magnũ acer uum Dicæarchi mihi antea pedes extruxerã, 2 At. Mul ta etiã ut in homine Romano literæ, omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella, de Sen. Me & incõmoda ualetudo, qua iam emersera, &c. tenebat duodecimum iam diẽ Brundusij, At. li. 5. Põ pilius imperator tenebat prouinciã, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat, 1 Of. Præter Bononiã, Re giũ Lepidi, Parmã, totã Gallia tenebamus studiosissi mam reipubl. ad Cassium, li. 12. Itaq; tãtum abfuit ut in flammares nostros animos, somnũ isto loco uix teneba mus, de Cl. Illi autẽ, quibus erat in delicijs, uix risum te nebãt, in Vat. & de N. Ego tuis consilijs usus sum, maxi meq; quòd grauitatem in congressu nostro tenui quam debui, ad At. li. 8 et 9. His propositis tenuit prorsus cõ sequẽtia, de Fi. li. 4. Non tenuit omnino colloquiũ illud fide: à ui tamen, periculoq; absuit, 12 Philip. Tenuit per magnam Sextilius hæreditatem, de Fi. Tenuit hoc insti tutum in thuribulis omnib. quæ cũq; in Sicilia fuerũt, 6 Ver. & 16. Fam. Nã miles qui locũ non tenuit, qui, etc. pro Cl. Et tenuit cum hoc locũ quẽdã etiã Ser. Fuluius, & unà Ser. Fabius pictor, & c. de Clar. Itaq; M. Scau rus, qui Cn. Dolabellã accusauit, istum in sua potestate ac ditione tenuit, 3 Ver. Tenuit me Romæ Tulliæ meæ partus, 6 Fã. Qui nos ibi. Nonis tenuit, ad At. li. 5. Id est, uentus. Tenuit se, neq; attulit in iudiciũ quicquã ad læ dendum, pro Fl. & pro Deiot. & 5 Philip. Nec se tenuit quin cõtra suum doctorẽ librum etiã ederet, qui Sosus inscribitur, 4. Aca. Tenuit te dolor, quò minus ad ludos uenires, 7 Fã. Nũc quidem nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburbano, ad At. li. 12. Etsi me facilè omni tuo sermone tenuisti, tamẽ, etc. de Cl. Or. Tenuerũt hoc co rũ posteri iure, 2 de L. Nunquã hunc occupatũ impedi tũq; tenuerũt, pro Cæl. Hũc igitur finẽ illi tenuerũt, etc. 4. de Fi. Interea hoc tenebo, 1 de Fi. Id est, si disputabo. Nec stullã partẽ libertatis tenebo, proficiet, ad Q. F. li. 3. Oppressos uos, inquit, tenebo exercitu Cæsaris, At. 2. Nos non tenebimus iudicia diutius, 2 Verr. 13 ad Attic.

Vt uaricate crimiñ uos attẽtos tenerem, 7 Ver. Secã dissimo uento cursum teneret, &c. 3 de N. & Tus. 4. Ne mo qui memoriam rerum Romanarum teneret, ex qua, &c. de Cl. Quũ penè in manu tiã mortiferũ illud tene ret poculũ, &c. 1 Tus. Vt ius suũ & libertatẽ tenerent, 2 Tus. & 3. & pro Cec. Tenerent religiones quæ essent in more maiorum, 2 de L. Quod multos ãnos tenuisset, Aca. ed. 1. li. 2. Me ipsa suo complexu patria tenuisset, I. P. Quẽ morẽ quum Carneades acutissimè copiosissi meq; tenuisset, fecimus, &c. 5 Tus. Ne diutius teneã, pe cunia attributa numerata est, 3 Verr. Vt per interdictũ meũ ius teneã, etc. pro Cec. Ita me delectãt, quia Latina sunt, ut multa ex ijs memoria teneã, 2 de N. Hãc ego quũ teneã sententiã, quid est, etc. li. 1 de Fi. Ne diutius uos teneã iudices, pro Ros. Amer. & 10 ad At. Nescio utrũ te neas aliquid, an planè sis spoliata, 14 Fã. Teneat oportet cœlũ cõplexu suo omnia animalia, de Vn. Teneat tamẽ eũ cursũ quẽ poterit, in Or. Existimat qui mare teneat, eum necesse rerũ potiri, ad At. 10. Homines scitote esse quosdã, quos tãtũ odiũ uestri ordinis teneat, etc. 13 Ver. Teneat se Apẽnimo, 11 Fã. D. Bruti. Id est, cõtineat. Vos quæso memoria teneatis, pro Cl. Agri colẽdi studia te neamus usq; ad ultimũ tẽpus senectutis. de Sen. Neq; ad huc quã personã teneant, aut quid profiteantur, intelli gere potuerũt, 3 de Or. Si cõsuetudinẽ meã, quã semper in rep. habui, tenuero, 1 Phil. Tenere ædes, de Aru. 27. Aliena tenere, sua amittere, 2 Of. Tenere aliquẽ, 6 Phi lipp. Id est, habere obstrictũ aut deditũ sibi. Tenere alĩ quẽ ad præsidiũ, 11 Fã. Tenere aliquẽ deuinctũ, de Pet. Cõs. Interrogationũ laqueis aliquẽ irretitũ tenere, 1 de Or. Tenere aliquẽ omnibus horis in oculis, in auribus, etc. 3 Philip. Tenere aliquid mordicus, de Fi. 4. Aca. ed. 1. li. 2. Tenere animũ attẽtũ ad decori cõseruationẽ, Of. li. 1. Animis ac memoria tenere. pro Cornel. Balb. Tene nere ãnũ, 5 ad At. Tenere auguria, D. li. 1. Tenere captũ, 4 ad At. Tenere castra, regna, res bellicas, 12 Philip. Te nere causam, pro Cec. pro obtinere. Tenere causas et ra tiões rerũ, Tus 1. Ciuitatẽ oppressã seruitute tenere, pro Domo sua, & Tu. 5. Tenere clauũ, Cat. Tenere cõciões, de Pet. Cõs. Tenere cõstantiam, Of. 1. Tenere cõsuetudi nem decernẽdi debet senator, 3 de Le. Relicti à duce præ fecto; classis, eundem necessariò cursum tenere cœpe rũt, 7 Ver. Modus est optimus, decus ipsum tenere, 2 Of. Decorũ tenere, 1 Offi. Tenere dignitatem, 8 Phil. & 12 Fam. Disciplinam tenere, 2 de L. Tenere dolorem, 12 ad At. Tenere exercitum, 5 Phil. Tenere facultatem rei ali cuius agendæ, 10 Fam. Tenere fasces, pro Ligar. pro. re tinere. Tenere fiduciã, pro Fl. Redeoq; ad illam Platõis, de qua dixeram, rei formam et speciem, quã etsi nõ cer nimus, tamen animo tenere possumus, in Or. Tenere cõ pressum frumentum, pro Dõ. Tenere Consularis digni tatis gradum, Of. 3. Tenere summum gradum. pro Plan Tenere γραμμὰς in re aliqua, 4. ad Atti. Gubernacula reip. tenere, Diuin. li. 2. Vereretur autem ne nõ liceat te nere hæreditatem, 13 ad Attic. Tenere atq; seruare id, quod statuerunt, de Finib. li. 1. Tenere & deponere sum mum imperium, de Na. 2. Tenere iracundiam, Parad. In cunditatem perpetuam uitæ tenere, 1 de Fin. Tenere ius auspiciorũ, de N. 2. Tenere iura ciuiũ, in C. Lachrymas interdũ uix tenere, 6 Ver. i. cõtinere. Tenere legem, I. P.

Tenere

Tenere locũ, pro Sest. Id est, dignitatẽ. Tenere locũ agmi nis, 5 Phil. Honestissimũ locũ seruitutis tenere, in Para. Quum indicia mortis se cõperisse manifestò, et manu te nere diceret, &c. de Cl. Tenere manib. 2 ad Att. Tenere matrimonium alicuius, pro Cæl. Tenere mediocritatẽ, quæ est inter nimium & parum, Of. 1. Diutius memoriã aliquorũ tenere, de Sen. Tenere in sua potestate motum animi & doloré, ad Q. F. li. 1. Tenere suum munus, Tus. 5. Legum nomẽ tenere, 2 de L. Tenere omnia quæ futura sint, nemo, nisi Deus, potest, de D. li. 1. Tenere opes et di gnitatẽ, 4. Fam. Tenere ordinẽ, 5 Phil. Tenere illas par tes, 2 Att. pro, illac iter facere. Populũ cõcionib tenere, Of. 1. Tenere portum, 1 Fam. Præcepta & cõprehẽsa te nere, Ac. li. 2. Tenere præterita, Tus. li. 1. Alijs pars quæ dam cerebri usa est animi principatum tenere, 1 Tus. et 12 Phil. Sentẽtiæ principatum tenere, de Sen. Tenere rẽ familiarem, 11 Phil. Tenere remp. pro Mur. pro Sest. & 2 Phil. & 1 de Or. Tenere stabilẽ scientiã rerum, de Fi. 1. Tenere se Alpib. Brut. ad Ciceronẽ, li. 11. Tenere se do mi, pro Domo sua. Tenere se domo, post Redit. in Sẽ. Se suis finib. tenere, de Fidib. 3. 1. Hoc loco tenere se Triari non potuit, Obsecro, inquit, &c. 2 de Fi. Se uno loco te nere, Plãcus Ciceroni, li. 10. Tenere se cœpit clauso por tu, 12 Fam. Cassij. Tenere senatum, 2 ad Q. Fr. pro, reti nere, Tenere statũ & famã dignitatis suæ, 4 Fam. Tene re suffragia districta, de Ar. respõ. Tenere templum ar matis hominibus, in Vat. Tenere terram, de Ar. respon. Tenere diutius uictoriam, 9 ad At. Cæsaris. Tenere uiã præsidio uel comitatu, 1 ad At. Tenere uolũtatẽ alicuius, 2 At. Meo iustissimo honestissimoq; cõtio te tuã digni tatem summa tua uirtute tenuisse, &c. Cornifi. lib. 12. Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud Centũuiros nõ tenuisse, pro Cec. Teneor uix quin accurrã, 16 Fam. Ex trahitur domo latitans Oppianicus à Manlio, iudex A ilius ex altera parte coram tenetur, pro Clu. In Nausi phane Democrito tenetur, de Na. d. Tenetur igitur iã iu dices, & manifestò tenetur auaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia, 5 Ver. Hoc interdicto Ebu tius nõ tenetur, pro Cec. Tenetur res manibus, pro Sest. Res nõ cõiectura, sed oculis ac manibus tenetur, pro Cl. Terra tenetur natura et uiget, 2 de N. Tenemur undiq;, 2 At. Tenẽtur astricti, Acad. ed. li. 2. Non his modò cau sis, quæ speciem habent magnæ cõiunctionis, sed ijs etiã quæ familiaritate & consuetudine tenentur, Planco, lib. 13. Hoc etiam tenentur Romæ homines & allicitur, de Pet. Consul. Neq; integra re mihi ad consulendũ capes sere mẽ rẽp. tenebar implicatus, 1 Fam. Nemo ita in ma nifesto peccato tenebatur, ut quum, &c. 4. Ver. Neq; so lùm argumentis, sed etiã certis testibus istius audacia te nebatur, 7 Ver. Sed nũc fatemur, posteaquam unũ, quo tenebamur, amisimus, ad Atti. lib. 12. Septimum iam diẽ Corcyræ tenebamur, Tironi, li. 16. Quum uos, quanquã fœdere obstricti tenebamini, tamen, &c. I. P. Lege enim collegij sui non tenebantur, Atti. 3. Multa emptionibus, multa dotibus tenebantur, 2 Of. Nummũ ob sepulturam datum nemini: quæ si dices, tenebere, 7 Ver. Dum hæc de Oppianico constabunt, nec ullo argumento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur, pro Clu. Moderatio modò ui rium adsit, &c. ne ille quidẽ magno desiderio tenebitur uirium, de Sen. Cùm circunsideretur à se, & iam tenere

tur, 14. Att. Quæ nisi tanta esset, & ijs angustijs, quibus plerique putant, teneretur, nunquam esset L. Pisonis no men tantopere laudatum, 3 Tus. Simul & illud Asia co gitet, nullam calamitatem abfuturam fuisse, si hoc im perio nõ teneretur, Q. F. li. 1. Quum autem dominatu unius omnia tenerentur. & c. 2 Of. Nam si negasset uim hominib. armatis esse factam, facilè honestissimis testib. in re perspicua tenerentur, pro Cec. Teneatur modò il lud, nõ inesse in his quicquã tale, quale, etc. Acad. ed. 1. li. 2. Vno quod præuideat animus ipse per sese, quippe qui deorũ cognatione teneatur, 1 de D. Tamẽ ne diutius o ratione mea suspensa expectatio uestra teneatur, aggre diar ad crimen, pro Clu. Ne hoc quidem sibi reliqui fe cit, ut in rebus turpissimis, quũ manifestò teneatur, si re ticeat & absit, &c. 3 Ver. Quo tempore incipiat sepul chrũ esse, & religione teneatur, 2 de Le. Namquũ tribus rebus animantiũ uita teneatur: cibo, potiõe, spiritu, &c. 2 de N. Homines deorum agnatione & gente teneãtur, 1 de Le. Quum homines & bestiæ hoc calore teneãtur, & propterea moueãtur & sentiant, de Nat. 2. Adhibita uerò exercitatione & arte, ut oculi pictura teneantur, &c. 4 Acad. Vt multi spe tui præsidij teneãtur, de Pet. Cons. Vt pompa, ludis, atq; eiusmodi spectaculis teneantur, &c. 5 de Fi. A quo teneri solent aduenæ, 7 Fam. Te neri angustijs, Tus. li. 3. Teneri cognatione deorũ dicitur animus, Diuin. li. 1. Teneri hoc facillimè potest, 1 ad Q. F. Id est, obseruari. Teneri in foro, pro Ligar. Manifestis in rebus hominem iam teneri uidebitis, 4. Ver. Iunctio ne aliqua teneri, 1. Tuscu. Teneri loco uel urbe aliqua, 5 ad At. Tenere nõ potui, quin tibi apertius illud idẽ ijs li teris declararem, 15 At. Transferri nomen ab aliquo nõ potuisse, sed teneri prædes, 5 Fam. Summa religione te neri, 6 Ver. Teneri res aliter nõ potest, 1 Fam. pro, obti neri. Ab improbis & perditis ciuib. Remp. teneri, 1 Lẽ tulo, li. 1. Teneri spe, de Pet. Cons. & 5 Fam. Studio rei alicuius teneri, 1 de L. & Acad. ed. 2 li. 1. Studijs ijsdẽ tene ri, Volũnio, lib. 7. Sed iam quasi uoto quodã & promis so me teneri puto, At. li. 12. O hominẽ cauendũ: quãquã mihi quidẽ, sed tenẽdus dolor est, At. li. 12. Quod aũt af firmate quasi Deo teste promiseris, id tenendũ est, 3 Of. Sine te autem non esse nobis illas partes tenendas pro pter Antonium, ad Attic. lib. 3.

Tener, 4, um. mollis, tractabilis. (Dur⁹, et quasi ferreus. Or. 201 b, Oratio mollis & tenera, & ita flexibilis ut se quatur quocũq; torqueas. & de Cl. 190 a, Nihil tam te nerum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ipsius arbi trio fingeretur. & de Or. 159 a, Tenerũ, flexibile, quod facilè sequatur quocunq; ducas. Tus. 192 b, Sed est natu rale in animis tenerũ quiddam atq; molle. Ep. 77 b, Ve rũ enim dicã, teneriore animo mihi uidebare. de Cla. 168 a, Hic primus inflexit orationem, & eam mollem tene ramq; reddidit. I. P. 98 b, Cum tuis teneris saltatoribus. Atti. 228 b, Tenero animo eius persuadere, non esse tra dendas posteris inimicitias. de Am. 105 b, Virtus in ami citia tenera est, atq; tractabilis. & 109 a, Equis uetulis teneros anteponere solemus. de L. 156 a, Procera & te nera palma. de L. 165 b, Qui teneros & rudes cum ac ceperunt, inficiunt & flectunt ut uolunt.

Teneritas, tis. mollicies. de Fi. 139 a, In primo ortu inest teneritas & mollicies quædam.

Tenedi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tenedi.pop.de Natura, 67 a, Tenedi Tenem consecrauerunt.

Tennum, ni. oppidum, unde Tennites. pro Fl. 155 a.

Tennites, tis. pro Fl. 155 a.

Tenor, oris. cursus, ratio. Or. 198 a, Isq; uno tenore (ut aiunt) in dicendo fluit. Iuris æquabilem tenere rationem. l. Aequalis.

Tentatio, onis. commotiuncula. Attic. 169 b, Valetudinẽ tuam iam confirmatam esse, & à uetere morbo & à nouis tentationibus gaudeo.

Tento, as. attento, experior, periclitor, conor. Epi. 253 a, Tento te, quo animo accipias. cõtra Rul. 69 a, Tentare aliquem leuiter, quo animo ferat aliquid. I. V. 262 b, Homines in prælijs belli fortunam tentare ac periclitari solent. & 236 a, Hæc eadẽ nunc ab illis defensionis uia ratioq; tentatur. Or. 209 a. Nullus modus est, etc qui à me non tentatus sit. At. 286 b, Experiar & tentabo omnia. ad Her. 39 b, Vt res prope manu tẽtari posßit. de Or. 109 b, Tu, quẽ ego omni ratione tentans ad disputandũ elicere nũquam potui. & 93 a, Cũ & per me ipsum egissem, et per Drusum sæpe tẽtassem. pro S. R. 20 b, Nihil aliud hoc iudicio tẽtatur, nisi ut, etc. de L. 69 a, Homo cum se ipse prospexerit, totũq; tentarit, intelliget, & c. pro Cl. 54 a, Cũ essent animi seruorũ & spe & metu tẽtati. & 51 a, Video quãta quæstio tentetur ab accusatorib. cont. Rul. 69 b, Rullus, qui tentauit (ut opinor) patientiam uestram. Tus. 169 b, Tentare prudentiã alicuius. pro Rab. 91 a, In his rebus euertendis unius hominis senectus, infirmitas, solitudoq; tẽtata est. In C. 102 b, Vt exul potius tentare quàm consul uexare remp. posses. de D. 87 a, Cuius cum tentaret scientiã augur atus, dixit ei, & c. de Le. 170 b, Hoc flumẽ ita frigidum est, ut uix pede tentare id posßim. pro Cl. 34 b, & 19 b Iudicium pecunia esse tentatũ nõ à Cluentio, sed cõtra Cluentium. pro Sest. 43 a, Summa reip. in huius periculo tẽtatur. At. 190 b, Habeo nihil tẽtatis rebus omnibus, in quo acquiescã. de Ar. 257 a, Mementote P. C. uerbo illo nefario tentatas aures uestras, & pernicioſam uiã audiẽdi consuetudine esse mutam. pro Cæl. 49 a, Domus illa, quæ tẽtata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis. Tusc. 215 b, Animi ualentes morbo tentari nõ possunt, corpora possunt. In V. 97 b, Vtrũ admonitus an tentatus fecerit, nescio. l. V. 113 b, Vtrum assueratur in hoc, an tentatur: mihi enim res noua est. pro Pom. 8 b, Nationes, quas nunquã pop. Rom. neq; lacessendas bello, neq; tentandas putauit. Of. 37 a, Male enim se res habet, cum quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia.

Tenuiculus, a, um. Ep. 138 a, Tenuiculus apparatus.

Tenuis, e. leuis. pauper, exilis, subtilis, parum locuples ad amplificandum. Tenuia enim propriè dicuntur, quorum partes distractæ disiunctæq; sunt: uel quorum partes nõ cohærent, his sunt contraria crassa. de Ar. 253 b, Corpus nostrum tenuißima sæpe de causa conficitur. cont. Rull. 75 a, Autoritas tenuis, persona leuis. de Or. 98 b, Aliquẽ in minimis tenuißimisq; rebus labi. pro Cec. 291 a, Perse qui tenuißima quæq; ad Heren. 36 a, Huic pater nõ tenuißimum patrimonium reliquit. pro Qu. R. 52 a, Inani & tenui spe te cõsolaris. de Or. 95 b. In artificio & opera quàm tenui & leui adhibere multam diligentiã. pro Dom. 232 a, Vidi si uicissem tenues reipubl. reliquias, si

uictus essem, nullas futuras. I. V. 136 a, Tenuißimus.)(. Locupletißimus. I. V. 101 a, Verres tenuißimũ quemq; contempsit. pro Mur. 135 a, Cõmoti animi tenuiũ, exilium in ordinẽ nostrum. pro Mur. 141 a, Tenuiorũ amicorũ est ista assiduitas. Par. 240 b, Obscurus & tenuis. de L. 189 a, Tenuiores: id est, pauperes. de Fi. 78 b, Tenuis L. Virginius, unusq; de multis. de Nat. 54 b, Tenuißima membrana. & 34 a, Aer purus, tenuis.)(. Crassus ac concretus. Acad. 174, Ratio ad tenue elimata. Acad. 11 b, Tenuis & acuta distinctio. Atti. 48 b, Spes meæ semper fuit tenuior quàm literæ tuæ. de Or. 89 b, Tenui quodã & exiguo sermone disputare. Off. 45 a, Qui prohiberent iniuria tenuiores æquitate constituenda. Testis obscurus & tenuis, in Part. Multi diuitias despiciunt, quos paruo cõtentos tenuis uictus cultusq; delectat, de Amicit. Tenuis causa & inops, 9 Fam. Suspicio tenuis, pro Cec. Athenis tenue cœlũ, ex quo etiã acutiores putantur Attici: de Fato. Bidis, oppidum est, tenue sanè, nõ longè à Syracusis, 4 Verr. Tenuem uictum anteferre copioso, 3 Tusc. Disputare sermone tenui & exiguo, 1 de Ora. Eundem non modò mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus, in Hortensio. Inani & tenui spe te cõsolaris. pro Rosc. Comœdo. Tenues causæ priuatæ, 9 Fa. P. Quintius cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorũ copiæ sunt, pro Qu. Qui tenuioris ordinis essent, 3 de Legib. Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint. 3 de L. Aethereus locus tenuißimus est. & semper agitatur & uiget, de Nat. 2. Tenuißima dubitatio, 4 Ver. Tenuißimũ & plenißimum lumen Lunæ, de Nat. 2. Tenuißimo cultu uiuere, pro Fl. Negat enim tenuißimo uictu, id est cõtẽptißmis escis & potionib. minorẽ uoluptatẽ percipi, quam rebus exquisitißimis ad epulandũ, 2 de Fi. Nã locupletißimi cuiusq; census extenuarant, tenuißimi auxerãt, 4 Ver. In minimis tenuißimisq; rebus labi, 1 de Or.

Tenuitas. gracilitas, angustia, paupertas, subtilitas. de Cla. 170 a, Quosdã ualetudo, modò bona sit, tenuitas ipsa delectat. de D. 114 b, Vbertas frugum.)(. Tenuitas. Tusc. 159 a, Tanta est animi tenuitas ut fugiat aciem. Ep. 264 b, Ex meis angustijs illius sustento tenuitatem, et de Or. 133 b, Tenuitas pro paupertate. de Fi. 98 a, Limata quædam & rerum & uerborum tenuitas.

Tenuiter. angustè, presse. Ora. 201 a, Philosophorũ mos tenuiter disserendi. & ad Her. 35 b, Non contrà tenuiter & nugatoriè respõsum? de In. 68 a, Sed illæ tenuius, subtilius & acutius tractantur. ad Her. 19 a, Sæpe ita tenuiter incidunt, ut, & c.

Tenus. tantum, usq; Ep. 111 b, Illi rumores de comitijs Cumarum tenus caluerunt. In Ar. Tum Cepheus conditur ante lumborum tenus, & c. Item: Et loca conuisit cauda tenus in fera piscis. In Ant. Crateraq; tenus lucet mortalibus hydra. de L. 186 b, Nam ueteres uerbotenus tractarunt, acutè illi quidem, & c. sed, & c. Off. 21 b, Sunt enim quidã homines, non re, sed nomine, et Qu. de Pet. 209 b, Homines rusticani, nomine tantum noti. pro Dei. 150 b, Antiochus à Scipiõe deuictus, Tauro tenus regnare iußus est: id est, ad Taurum usq;.

Tepefacio, cis. calfacio. de N. lib. 2, Is solis tactus est, ut non tepefaciat solum, sed etiam sæpe comburat.

Tepefactus, cta. de Sene. 87 b, Terra semen tepefactum uapore

apore & complexu suo diffundit, & c. & de Nat. 31 a, Glacies tepefacta mollitur, tepescitq; calore. Tus. 235 b, Alia uerno tempore tepefacta frondescunt.

Tepesco, scis. de Natura, 31 a, Maria agitata uentis tepescunt.

Tepor, oris. moderatus calor. de N. 31 a, Tepor ex intimis maris partibus agitatione exercitatus. de Sen. 88 a, Vua uestita pampinis nec modico tepore calet, & nimios solis defendit ardores.

Tipas. l. Monstrum.

Ter. pro R. Ame. Vix ter in anno audire nuncium possunt. de D. lib. 1, Cædunt de cœlo ter quatuor corpora sancta. Att. lib. 6, Ter millia.

Tercenti, orum. In Ant. 185 a, Tercenti uiri.

Ter decies. H S. In V. 189 b.

Terentenus, na. l. Tribus.

Terentius. At. 103 a, Terentius cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à Lælio scribi.

Teres, tis. æqualis, rotundus. de Opt. 244 a, Qui teretes aures habent, intelligensq; iudicium. & Or. 199 a, Atticorum aures teretes & religiosæ. de Or. 161 a, Plena & teres oratio.

Tereus. Accij tragœdia. Att. 252 & 254.

Tergeminum par. I. A. Or. 11.

Tergiuersatio, onis. recusatio. pro Mil. 111 b, Quid ergo erat moræ & tergiuersationis? At. 159 a, Tergiuersationem istam probo.

Tergiuersor, aris. refugio. Quin. Fr. 51 a, Fannium inuitum, & huc atq; illuc tergiuersantem testimonium contra se dicere cogo. Tusc. 244 a, Itaq; eum tergiuersari non sinent, secumq; rapient ad tormenta. pro Plan. 269 a, Quid taces? quid dißimulas? quid tergiuersaris? Offic. 76 a, Atq; in his tribus generib. quoquo modo possint, nõ incallidè tergiuersantur. At. 98 b, Nõ est locus ad tergiuersandum contra Cæsarem. pro Fl. 156 a, Hunc æstuãtem & tergiuersantem iudicio ille persequitur. Tusc. 199 a, Quid tergiuersamur Epicureẽnec fatemur, & c. Att. 109 b, An cunctet et tergiuerser, & ijs me dem qui tenent, qui potiuntur. At. 254 a, Brutus non ualde moratur, non tergiuersans, sed expectans.

Tergo, gis. abs. tergo. Par. 133 a, Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, & c.

Tergum, gi. tota posterior corporis pars, spina, alij dorsum uocant. de Nat. 51 a, Grues in tergo præuolantium capita reponunt. de Nat. 58 a, Boum terga nõ sunt ad onus accipiendum figurata. & 21 a, Redundans aluo, tergo, poplitibus. & 48 a, Namq; ipsum ad tergum cynosuræ uertitur arcti. Ep. 164 b, Manibus ad tergum reiectis. In Ver. 255 b, A latere, à tergo magnam partem urbis relinquere. In A. 189 b, Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur. de D. 90 b, Tum Deus illi præcipit, ut pergeret protinus: quid retro atq; à tergo fieret, ne laboraret. pro Mil. 107 a, et 112 a, A tergo adoriri aliquẽ. & Ep. 261 a, Clodius à tergo hostem intercluſum reliquit. Tus. 168 b, Senectus nos in cursu à tergo insequẽs, nec opinantes assequitur.

Terinæus, æa. à Terina Brutiorum urbe. Tus. 173 b.

Terminalia, orum. Termino deo consecrati dies. In Ant. 244 a.

Terminatio, onis. finis, mẽsura, modus. Or. 216 b, Quo

rum descriptus ordo aliàs alia terminatione cõcluditur. Or. 214 b, Versus inuentus est terminatione aurium. de Fin. 130 b, Terminatio rerum expetendarum.

Terminatus, a, um. circũscriptus, conclusus, finitus. Or. 198 b, Oratio non concluſa.)(. Oratio terminata. de Fi. 38 b, Ipsa natura diuitias, quibus contenta est, parabile & terminatas habet.

Termino, as. finio, determino, concludo, claudo, definio, regionibus aliquibus definio, regionibus circũscribo, latina finibus exiguis sanè cõtinentur. pro Ar. 190 a, Off. 7 b, Itaq; illarum fines, sicut ipsi dixerãt, terminaui. In Cat. 117 a, Quorum alter finem uestri imperij, non terræ, sed cœli regionibus terminaret. pro Arch. 191 a, Si quibus regionibus uitæ spacium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas. pro Cor. 57 a, Pompeij gloriæ domicilium communis imperij finibus terminatur. de Nat. 27 b, An Actij Nauij lituus ille, quo ad inuestigandum suem regiones uineæ terminauit, cõtemnendus est? & 53 a, Stomachus ex utraq; parte tõsillas attingens, palato extremo atq; intimo terminatur. Orato. 200 b, Vt pariter extrema terminentur, eundẽq; referant in cadendo sonum. de Orato. 160 a, Clausulam longa syllaba terminari. & Orat. 216 b, Cadere numerosè terminariq; sententiam. & Atti. 154 a, Sed aliquando sententiam terminemus. Orato. 216 b, In oratione uniuersa comprehẽsio clausa & terminata est. pro Mur. 136 a, Sed unde est orsa, in eodẽ terminetur oratio. pro Cec. 289 a, Ingrediens intra finem eius loci, quem oleæ terminabant. Tuscul. 161 a, Terminare rem infinitam. & 184 b, Terminare modum magnitudinis. Par. 125 b, Non æstimatione census, sed cultu atq; uictu terminatur diuitiarum modus. Off. 76 a, de Fin. 59 b, Epicurus, qui bona uoluptate terminauit, mala dolore. Ep. 44 b, Annuo imperio terminato. de Sene. 94 a, Si iisdem finibus gloriam meam, quibus uitam essem terminaturus. pro Mil. 115 b, Qui Ianiculo, & alpibus spem possessionũ terminabat suarum.

Terminus, ni. finis, regio. de Or. 103 a, Crassus mihi uisus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immensis describere. & 91 a, Nullis terminis circumscribere aut finire ius suum. Acad. 33 a, Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione cõtentio. pro Mil. 115 b, Cui nulli possessionum termini erant. In C. 173 a, Pompeij res gestæ iisdem quibus solis cursus regionibus ac terminis continentur. pro Sest. 18 a, Qui imperium populi Rom. orbis terrarum terminis definiunt. de Sen. 92 a, Omnium ætatum certus est terminus, senectutis autem nullus est certus terminus. & pro Rab. 96 b, Longius quàm uitæ termini postulant, cogitare. de Vniu. 201 b, Quæ de deorum natura præfati sumus, hunc habent terminum. de L. 167 b, Termini, quos Socrates pegit. In Ant. 277 a, In Codi. Ger. Euellere terminos. pro Rab. 92 a, Regiones aliquanto latius excitare, quàm ipsius uicinitatis nomẽ ac termini postulabãt. & pro Quin. 6 a, & Acad. 33 b, Certos mihi fines terminosq; constituam, & c.

Ternus, a, um. de Or. 161 b, Terna, aut bina, aut singula etiam uerba dicere. & Or. 216 b, Ternæ autem sunt utriusq; partes uerborum, & c. l. Binus.

Tero, is, mollio, consumo. Academic. 64, Iam enim hoc uerbum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerbum satis externo sermone triuimus. de Fimib. 93 a, Rerum nominũ nouarum, quæ nunc consuetudo diuturna triuit. In Ant. 200 a, Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescent. de Ora. 154 a, Terere omnem ætatem in nugis discendis.

Terra, æ. globus terræ, humus, tellus. gleba, solum, medius mundi locus. de N. 45 b, Terra locata in media mundi sede, solida & globosa, & undiq; in sese nutibus suis conglobato, uestita florib. de Or. 159 b, Terram mediã esse, ac suã ui nutuq; teneri. Tusc. 162 b, Tum globum terræ eminentem à mari fixum in medio mundi uniuersi loco. Tusc. 242 a, Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis mari sustineatur. Acad. 314 a, Videamus terra ne penitùs defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat. de N. 70 a, Terra ipsa dea est, & habetur, quæ est enim alia Tellus? pro Clu. 58 b, Terra, quæ mater est omniũ. de Som. 128 a, Ille globus, quem in hoc tẽplo medium uides, quæ dicitur terra. & ibi b, Nãea quæ est media & noua tellus, neq; mouetur, & infima est, & in eã feruntur omnia suo motu põdera. cõtra Rul. 78 b, Pecunia tanta, quãta sit in terris. At. 278 a, Id amisisti cui simile in terris nihil fuit. de N. 10 a, Quæ natura fluerent atq; manerẽt, ut aqua & terra, &c. de Amicit. 207 a, Ne quid excidat aut defluat in terram. pro Cec. 296 b, Qui saxa iacerẽt, quæ de terra ipsi tollerẽt. de N. 3 a, Qui terras incolũt in quibus aer crassus est. In V. 265 a, Vbicũq; terrarum & gentium. Ep. 65 b, Terra mariq; conquirere aliquem. de In. 61 b, In terra hostili turpiter iacuit insepultus. de Ar. 249 b, & Epi. 14 b, Aliquid ex ultimis terris accersitum. In Cic. 101 a, Si hic morari non potes, abi in alias terras. pro Dom. 227 b, Quid est enim in terris cõmune tantum tãtulúmue consilium? quod, &c. de Aruſp. 248 a, Huius gentis ac terræ domesticus natiuusq; sensus. pro Planc. 280 a, Iter à Vibone Brundusium terra petere cõtendi. contra Rul. 74 a, Mitylene, &c. quæ terræ nostræ faclæ sunt. In V. 157 a, Vt hæ terræ solent, in quibus bellũ acerbũ est. I. V. 225 a, Subitò non longè à Syracusis penetrauit sub terras. de L. 183 b, Terra fruges fert, et ut mater cibos suppeditat. Atti. 73 a, Nesciebam ubi terrarum esses. de Amicit. 98 a, Philosophi qui in hac terra fuerunt. de Vn. 201 b, Iam uerò terrã altricem nostram, quæ trãsiecto axe sustinetur, diei noctisq; effectricem, eandem custodẽ antiquissimã deorum esse uoluit, eorum qui intra cœlum gignerẽtur. Qu. F. 296 b, Nõ ignoro quid socijs accidat in ultimis terris. pro Pom. 8 b, Mithridates nõ fuit eo cõtẽtus, quòd ei præter spem accederat, ut illã posteaquã pulsus erat, terram unquam attingeret. At. 8 a, Et huic terræ filio nescio cui, &c. Ep. 100 a, Summo genere natus Terræ filius. de Or. 132 b, Quibus nec pater nec mater fit. L. Sepulchra, & Sepultura, Luna, Sol, Plato, et Gero. Terra (inquit Plato) ut focus, domicilium sacrum omnium deorum est. Quocirca ne quis idẽ consecrato, 2 de Leg. Terra enim profectò, quoniam pars mundi est, pars est etiã Dei, de Nat. Terra ad uniuersi cœli cõplexum quasi puncti instar obtinet, Tusc. lib. 1. Terra in aquã se uertit, 3 de N. Terra & aqua in mediũ mũdi locũ gravitate feruntur & pondere, Tusc. li. 1. Terra quibusdã quasi cingulis redimita & circundata. Som. Scip. Terra fœta frugibus, 2 de N. Terra grauidata seminib. omnia parit & fundit ex sese, 2 de Nat. Terra cum cœlo hilarata uideatur, 2 de N. Terra est infima, de N. Terra nata, 7 Famil. Terra noua immobilis manens, ima sede semper hæret, de Somn. 18. Omnis terra, parua quædam insula est, de Som. Terra humatis in ea mortuis, obducta frugibus obserebatur, de Leg. Terra sita in media parte mundi, circunfusa est aere, 2 de Nat. Terra uestita floribus, herbis, arboribus, frugibus, 2 de Nat. Terræ cauernis magna uis caloris continetur, de Nat. 2. Eaq; hyeme densior insitũ calorem cõtinet arctius. Terræ cultum segniorem suspicor fore, si ad eam tuendam, ferroq; subijciendã, superstitionis aliquid accesserit, de Legib. Terræ expers solidum nihil esse potest, de Vn. Terræ expirationibus aer alitur & æther, & omnia sidera, 2 de Nat. Terræ fauci bus patefactis, 2 de Natur. Vmbra terræ soli officies, noctem efficit, de Nat. Terræ in sepultura corpus redditur, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur, 1 de Leg. Reddenda est terræ terra, Tusc. lib. 3. Terram altricem nostram, quæ traiecto axe sustinetur, uoluit Deus esse diei noctisq; effectricem, eandemq; custodem antiquissimam deorum omnium, qui intra cœlum generãtur, de Vniuer. Terram crassissimus circunfundit aer, de Nat. deor. 2. Terram deum esse dicit Plato in Timæo, & in Legi. de Nat. Terram eam esse quæ Ceres dicitur, disputat Chrysippus, de Natu. 1. Terram ab igni formari sensit Parmenides, Acad. edit. 1. lib. 2. In terram cadere dicuntur corpora, Tusc. lib. 1. Terram primum, ignemq; iungebat Deus, terram efficere moliens, de Vn. Præter terrã, rem ullam in mundo moueri negauit Strato, Academ. edit. 1. lib. 2. Terram et cœlum refert in deos Heraclides Ponticus, de Nat. 1. Terram calẽtem fumare uidemus ex recẽti fossione, de N. 2. Quòd si è portu soluentibus, etc. quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram uidentem, in hunc, cui uideo maximas Reipublicæ tempestates esse subeũdas? pro Mur. A terra longissimè se efferre, Tusc. lib. 1. Vna pars est natura differendi, altera uiuendi, tertia natura sic ab his inuestigata est, ut nulla pars cœlo, mari, terrã, ut poeticè loquar, prætermissa sit, 5 de Finibus. Terra et mari bellum comparat, 10 ad Attic. Conquirere aliquem terra mariq;, Vatinius Ciceroni, lib. 5. Cur mortifera tã multa pernicio sa terra mariq; dispersa? Academ. edi. 1. lib. 2. Quàm multa mihi à Verre insidiæ terra mariq; factæ sint, 2 Verr. Vt aliquando uerè uiderentur omnibus gentibus ac nationibus terra mariq; imperare, pro L. Manil. Cedamus igitur, & ut boni ciues simus, bellũ Italiæ terra mariq; inferamus, ad Attic. lib. 9. Quã aut terra aut mari persequar eum, qui ubi sit nescio? ad Atticum, lib. 7. Ex terra succum trahunt stirpes, 2 de Nat. Ex terra aqua oritur, & contrà, 2 de Natur. d. Eorum qui in hac terra fuerunt, magnamq; Græciam, &c. institutis & præceptis suis erudierunt, de Amicit. In terra deos spargens, de Vniuers. Terræ quidem mortiferæ: ut Amphancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia, Diuin. lib. 1. Terrarum uaria genera, Diuin. lib. 2. Terrarum situs, plus quàm lunæ tractus, ad nascendum ualere, Diuin. li. 2. Omnes terras, omnia maria mouere, 8 ad Attic. Accersere aliquem ex ultimis terris, de Aruſp. resp. In terris nemo est, 4 ad Attic.

Terræmotus, tus. de Diui. 96 b, Magnos terræmotus in Liguribus totaq; Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terraq; descẽderint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint, atque omnes mare influxerint. & 100 b, Apulia maximis terræmotibus conquassata est. de Diuinat. 87 b, Cum terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus prædixerint. de Natura deorum, 28 b, & l. C. 115 a, Animos terreri uastitate, pestilentia, terræmotibus. de Ar. 258 b, Terræmotus horribilis eodem tempore in agro Piceno factus. & ibid. Cum ipse mundus, cum agri terræmotu quodã nouo contremiscunt. de Diuinat. 84 a, Aut cum se grauido tremefecit corpore tellus. Officiorum, 35 a, Si tecta aut ui tempestatis, aut terræmotu, aut uetustate cecidissent. l. Puteus.

Terrenus, a, um. terrestris. de Natura deorum, 22 a, Bestiarum, terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles. & 34 a, Humor marinus uel terrenus longo interuallo extenuatus. Tuscul. 157 a, Corpora nostra terrena principiorum genere confecta. & 118 a, Tamen terrenis concretisq; corporibus sunt interspersa. Tusc. 256 b, Terrena & humida suopte nutu in terram feruntur. & de Diuin. 120 a, Decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena potest sangũini similis esse.

Terreo, res. terrorem affero, terrorem infero, terrorem uel timorem injcio, metum affero, metum mortis infero, timorem facio. de Leg. 164 a, Nonpœna neq; metus, sed turpitudo terrere debet ab iniuriosa uita. de Ar. 245 a, Qui omnia cæde incendijsq; terreret. Ep. 27 a, & Tusc. 201 b, Nec me ista terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. l. P. 89 b, Homines impulsu deorũ terreri furiarum tædis ardentibus. Par. 118 b, Hunc tu hominem terreto, si quem eris nactus istius modi minus.

Terrestris, stre, terrenus. In V. 249 b, Apronius terrestris archipirata. & 235 b, Terrestre præsidium. de Natura deorum, 41 a, Res cœlestes atq; terrestres. de Vniuer. Terrestre animal. I. V. Act. 6, Domicilium terrestre.

Terribilis, le. horribilis. Para. 119 a, Mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguuntur. & In A. 172 b, Pompeius cuius uirtute terribilior erat populus Ro. exteris gentibus. pro Sest. 6 b, Alter ô dij boni quàm te ter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu. Or. 205 a, Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Ex Enn.

Terrigena, æ. de D. 136 a, Poetæ. l. Coclea.

Terripauium. l. Tripudium.

Terripudium. l. Tripudium.

Territo. as. terreo. ad Her. 30 b.

Territorium. terra, ager. In A. 176 b, Vt florentis coloniæ territorium minueretur.

Terror, oris. minæ. de Fimib. 132 a, Qui sibi iniecto terrore mortis horrescunt. & in V. 92 b, Causam huius tanti terroris occultas. Tusculan. 213 a, Terror est metus concutiens, ex quo fit ut terrorem pallor & tremor & dentium crepitus consequatur. de Pro. 78 a, Terror iniectus Cæsari de eius actis. de Clar. 168 b, Athenæ uim et terrorem Periclis timuerunt. pro Font. 381 a, Alicuius minis ac terrore cõmoueri. Officiorum, 74 b, Iurauit hoc terrore coactus Pomponius. Pro Cecin. 291 a, Armis, uiris, terrore periculoq; mortis repulit, fugauit, auertit, &c. pro Font. 280 b, Aliquẽ uagari erectum passim toto foro cum quibusdam minis & immani terrore uerborum. Attic. 96 b, Batonius miros terrores ad me attulit, Cæsarianos.

Tertianus, a, um. de Natura deorum, 64 b, Tertianæ & quartanæ febres, quarum reuersio & motus constans est.

Tertiò. pro Deiot. 146 a, Ille iterum, ille tertiò auctionibus factis pecuniam dedit.

Tertium. aduerb. de Diuinatione, 135 b, Iterum ac tertium iacere.

Tertium. nomen, pro medio. Epistol. 12 a, Sed si res coget, est quiddam tertium. & 240 a, Nihil esse tertium. Philip. 2, Nego quicquam esse medium. ead. paulò pòst, Non igitur homicidæ, sequitur ut liberatores suo iudicio sint, quandoquidem tertium nihil potest esse.

Tertius, a, um. Attic. 79 b, Mancipia ueniebant Saturnalibus tertijs.

Teruncius, tij. numulus, quem Plin. triuncem uocat, & quadrantem, quòd tres uncias continet, & libellæ pars quarta est. de Fini. 99 b, In diuitijs Crœsi teruncij accessio. Ep. 28 b, De præda meum teruncium nõ attigit quisquam. Atti. 77 a, Sic in prouincia nos gerimus, ut nullus teruncius insumatur in quenquam.

Teruncia, æ. Attic. 100 b, Fecit palàm te ex libella, me ex teruncia, id est, te omnium bonorum hæredem, me ex quarta parte.

Tessera, ræ. talus. de Sene. 89 a, Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. & de Or. 148 a, Pila, tessera, tali. item: Quid enim est fors? idem prope modum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio & consilium ualet. de D. 118 a, Quadringentis talis iactis centum uenereos non posse consistere.

Tesserula, læ. de Or. 128 b, l. Emblemma.

Testa., stæ. concha & uas fictile. de Nat. 46 a, Beluæ ad saxa natiuis testis adhærentes. ad Her. 25 b, & 41 a, Ipse à uicinis cum testa carbunculos corrogaret.

Testæ, arum. nauigij genus. Attic. 253 b, Et testis utemur. aliter, tectis, ut intelligas nauibus. Sunt autem naues tectæ, naues constratæ.

Testamentarius, rij. subiector testamẽtorum. pro Sest. Cum scurrarum locupletum scorto, cum sororis adultero, cum ueneficio, cum testamentario, cum sicario, cũ latrone. Officiorum, 66 a, Neque enim de sicarijs, ueneficijs, testamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est.

Testamentarius, ia, ium. de testamentis. I. V. 98 a, Lex testamentaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testamentum, *ti. suprema uoluntas. Vlp. autem, Testamentum (inquit) est uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod post mortem fieri uoluerimus. In V. 98 b. Multi testamenta eodem modo fecerunt. & de Orat. 99 b, de Orat. 164 b, Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis. de Natura deorum, 27 b, Ex quo in procinctu testamenta perierunt. de Ar. 253 b, Clodius mortuorum testamenta conscripsit. de Orat. 106 a, Constat agnoscendo rumpi testamentum. & 99 a, Testamentorum ruptorum aut raptorum iura. pro Cec. 298 b, Cui filius agnatus sit, eius testamentum esse ruptum. pro Cl. 24 a, Mutare testamentum. Top. 224 a, Tabulæ quas is instituit, cui testamenti factio nulla esset. & Epist. 105 a, Qui fictionem testamenti non habuerit. de L. 180 b, Cui plus legatum est, quàm sine religione capere liceat, is per æs & libram hæredem testamenti soluat. Para. 224 b, Si testamenta amicorum expectas quidem, atque ipse supponis. & de L. 164 b, Falsa testamẽta suppone re. In Ant. 259 b, Subijcere testamenta. & Par. 125 a, & I.C. 105 b, Testamentorum subiector. de L. 180 a, Si in testamento deducta scripta non sint. Attic. 100 b, Eius testamentum de Tortorio Ciceronem signis obsignatũ. Attic. 106 b, Dolabellam uideo Liuiæ testamento, cum duobus cohæredibus esse in triente. Atti. 245 a, Ego testamentum composui, quod cum uoles obsignabis. In A. 281 a, Antonius testamentum irritum fecit. & ibid. In publicis actis nihil est lege grauius, in priuatis firmissimum est testamẽtum. Officiorum, 70 b, Cum testamento sestertiũ millies relinquatur. pro Mil. 110 b, Vnd fui, testamentum simul obsignaui cum Clodio. & ibidẽ: Testamentum palàm fecerat, & illum & me hæredem scripserat.**

Testatus, *a, um. contestatus. pro Fl. 151 b, Nihil religione testatum, nihil ueritate fundatum reperietur. Epist. 181 a, Hæc quæ testata sunt & illustria. In V. 74 b, Huiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita manifestas proferam, ut, &c. & pro Mur. 134 b, Aut testatam rem obijciunt, &c. ad Attic. 10 b, Nihil dixi pro testimonio, nisi quod erat notum atque testatum. Epistol. 15 b, Vt quasi testata esset populo Rom. nostra gratia. pro Cæl. 51 a, Vt res esset multorum oculis testatior. Epistol. 18 b, & 75 b, Vt testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. Par. 232 b, Si testata dici uidebuntur: id est, testimonijs firmata.*

Testes, *testiculi. Epist. lib. 9.*

Testes, *uerbum honestissimum in iudicio, alio loco non nimis.*

Testiculi, *testes. ad Heren. 22 b, Medicus testiculos arietinos tenens.*

Testificatio, *onis. testimonium, formula testimonij. In V. 221 b, Si eius rei testificatio tolleretur, cautumq; esset eos testimonium non esse dicturos. & 236 b, Vt si quando opus esset, hac uidelicet testificatione uteretur. de Cl. 190 b, Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones rem manifestam deferre. & pro Mur. 315 b, Epistol. 2 a, Cum summa testificatione tuorum in se meritorum. In An. 225 b, His honoribus habitis Ser. Sulpitio repudiatæ legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.*

Testificor, *aris. testor, attestor, notum facio, testibus firmo, testimonium dico. de Orat. 129 a, Brute testificatur pater se tibi Priuernatẽ fundum reliquisse. In V. 239 d, Hæc cum maximè summa hominũ frequentia testificaretur, in uinculà coniectus est. Attic. 117 d, Sed uti in urbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non retinenda testificabar sententiam meam. Orat. 200 a, Testificor me recusantem hoc feciſſe. & de Finib. 65 a, Quippe qui testificetur, se, &c. Attic. 15 a, Abs te aliquando testificata tua uoluntas fuit. & 123 b, Nã quod testificor me expertem belli fuiſſe, scripsi, &c. de Orat. 160 b, Quod eo sæpius testificor, ut, &c. Epistol. 19 b, Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. & Tuscul. 221 a, Vt sæpe testificor. de Finib. 75 b, Quasi testificare laudari honestatem, &c. In Vat. 35 b, In faciendo quod fas non fuit, testificatus est se supplicationes illas non probare. cõt. Rul. 72 a, Ad testificãdam uictoriam nostram. pro Qu. Testificantur isti, P. Quintium non stetisse, & se stetisse. pro Ce. 293 b, Vt statum testificati discederent. In Atti. 206 b, Testificor, denuncio, antè prædico nihil eum facturum, &c. ad Heren. 24 b, Non confirmandi, neq; testificandi causa, sed demonstrandi. Epist. 124 b, Nam deos homines, amicitiamq; nostram testificor me, &c. Tuscul. 134 b, Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris quid dixerim aliquando, aut scripserim.**

Testimonium, *nij. iudicium, iureiurando deuincta auctoritas. pro Do. 240 a, Senatus mihi testimonium huius urbis conseruatæ dedit. & de L. 184 a, Quandoquidem tam præclarum mihi dedisti iudicij tui testimonium. pro Qu. R. 47 b, Dabit enim nobis iam tacitè uita acta in alterutram partem firmum & graue testimonium. Epistol. 68 b, 69 a, Vt mihi non solum præconium tributũ, sed etiam graue testimonium impartitum esse uideatur. Epist. 73 a, De tuo filio uereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum eius uirtuti uidear testimonium non cepisse. pro Quinto Ros. 46 a, A C. Fannio ipso testimonium sumo hanc pecuniam ei non deberi. de In. 52 a, Testimonium & grauior quædam confirmatio. pro Font. 280 a, Iupiter ille cuius nomine maiores nostri sanctam testimoniorum fidem esse uoluerunt. pro Fl. 148 a, Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. & ibid. Vnde illud est ẽda mihi testimonium mutuũ: totum illud Græcorum est. Qu. Fr. 324 b, Testimonium secundum fidem & religionem grauissimè dicere. & pro Syl. 183 a, Ego qui testimonium de cõuratione dixi in alios. pro S. R. 35 b, More maiorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de suare non dicerent. pro Qu. 14 a, & In V. 141 b, Tuum testimonium quod in alienare leue esset, id in tua quoniam contra te est, grauissimum debet esse. pro Cec. 303 a, Sunt in eã rem testimonia. pro Cec. 289 a, In eas ipsas res quàm improbissimè fecit, testimonia sumpsit. pro Cecin. 295 a, Exemplum, quod testimonio sit,**

sit, non ex uerbis aptum pendère ius. Attic. 130 b, Cui rei testimonio sunt literæ, quas Brussenus ad me misit. pro Quin. R. 46 b, Eius rei ipsa uerba formulæ testimonio sunt. pro Qu. R. 514 a, Alia certiora testimonia in causa habeo. Ante. 193 a, Tot præclaris testimonijs monumentis uirtutis comparatis. ad Heren. 11 b, Cuius rei mors indigna alamedis testimonium dat. In V. 286 a, Dare testimonium: id est, dare testes. pro Planc. 270 a, Dicere testimonium de ambitu. In V. 95 b, Dicere testimonium in aliquem. de Natura deorum, 76 b, Dicere testimonium contra aliquem. pro Cæl. 49 a, Religiosè dicere testimonium. de Natura deorum 17 a, Petere testimonium ueritatis ab aliquo. Ac. 20 b, Dicere falsum testimonium. pro S. R. 35 a, & In V. 78 b, Dicere aliquid pro testimonio. Attic. 10 b, Neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat notum atque testatum. pro Clu. 45 a, Lentulus Popilium in ambitus iudicio pro testimonio diligentissimè laudauit. ad Her. 24 a, Ridiculus sit si quis in iudicio domestico pugnet, & sui ipsius testimonio abutatur: ut enim testimonium, sic exemplum rei confirmandæ causa sumitur. & ibid. Hoc igitur interest inter exemplum & testimonium: exemplo demonstratur id quod dicimus, cuiusmodi sit testimonio esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. Epistol. 153 b, Esse testimonio alicui. Epistol. 148 b, Habere testimonium alicuius rei. & 59 a, Habere testimonium nocti alicuius de Cl. 192 b, Si assecuerimus, uide ne religio nobis tam adhibenda sit, quàm si testimonium diceremus. In A. 204 b, Tribuere testimonium uirtutis alicui. In A. 260 b, Is demum est mea quidem sententia iustus triumphus ac uerus, cum optimè de rep. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. pro Mil. 110 b, Legite testimonia testiũ uestrorum, dixit C. Cæsinius, &c.

Testis, *tis. testimonium, author, laudator, obsignator, conscius. In V. 178 a, Locupletissimus quisque certissimus testis est. & de Cl. 195 a, Ab inferis locupletissimos testes excitare. & de Fini. 78 b, Excitare testes ex monumentis annalium. Epistol. 6 b, Præterea quidem de cõsularibus nemini posse aut studij erga te, aut officij, aut amici animi esse testis. Epistol. 18 b, Graui teste priuatus sum ameris summi erga te mei. de Finib. 63 b, Testis incorruptus atq; integer. pro Qu. 13 b, Testis grauis.).(Testis leuis. de Orat. 109 b, Testis unus & præsens. et pro Ce. 299 a, et In Vat. 29 a, Testis religiosus. de Ora. 94 a, Te meæ mineptiarum testem & spectatorem fortuna cõstituit. Antequã. 195, Apud uos loquor, quos habui innocentiæ & uirtutis meæ testes. de Orat. 116 b, Stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligere. pro Flac. 154 b, Vt qui locuples testis sanguinis sui non fuerit, idem sit grauis author iniuriæ publicæ. Postquam. 201 b, Qui rerum mearum gestarum auctores testes, laudatoresq; fuerunt de Pro. 78 a, Cn. Pompeius idem mihi testis de uoluntate Cæsaris & sponsor est illi de mea. Officiorum, 60 b Cum uerò iurato dicenda sententia sit, meminerit deum se habere testem. de D. 114 a, Hoc philosophi non arbitror testibus uti, qui aut casu ueri, aut malitia falsi ficti; esse possunt. In A. 163 a, Quæ si negem, &c. quo me teste conuincest? an chirographo? pro Quin. 16 b, Id testibus planum faciam, qui & scire debent, & causam cur mentiantur, non habent. pro Qu. R. 45 b, Suum cod.cem testis loco recitare. pro Cecin. 290 a, Duo præterea testes, P. Cæsennius author fundi, non tam authoritate graui quàm corpore. In V. 210 a, Cum testes ex Sicilia dabo, quẽ uolet eligat. In V. 214 a, De qua credo satis idoneum, satis grauem testem Qu. Minutium dicere audistis. & 57 a, Deinde sunt testes uiri clarissimi, &c. pro Fon. 277 b, Testis cupidus, iratus, coniuratus, ab religione alienus. & ibid. a, & ad Herẽ. 22 b, Testis & conscius alicuius rei. pro Fl. 147 a, De quibus uos testes alijs esse debetis, de ijs ipsi alios testes audietis? & b, De testibus refutãdis. In V. 274 a, Castor & Pollux arbitri & testes omnium rerum forensiũ. de Or. 128 b, Tu mihi testis esse potes, nullam esse artem salis. In V. 78 b, Producere testes ad iudices. In V. 76 a, Dare testes in singulas res pro Qu. 13 b, In hanc sponsionẽ testes dare oportebat. Att. 77 a, Dare tres augures qui dicant, &c. de Finib. 77 b, Dare testes. & ibid. Sic à me satis testium est dictum. Epistol. 62 b, Pro ijs rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. Epistol. 140 b, Testes uerbũ honestissimum in iudicio, alio loco non nimis. Officiorum, 15 b, Citeturq; Salamis clarissimæ testis uictoriæ. pro Fl. 152 b, Cuius rei cuncta testis est Asia. In A. 245 b, Quorum cõmoda, ut uos optimi testes estis, semper oratione firmaui. Item: Quorum testem non mediocrem. sed haud scio an grauissimũ Regulum nolite quæso contemnere. & ibid. Testis locuples. pro R. P. 130 a, Possum excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ.**

Testor, *aris. testificor, testimonium do, testem uoco, uel adhibeo, testimonio sum, denuncio, appello, implоro, testamentum facio. de Natura deorum. 54 a, Venæ & arteriæ crebræ multaq; toto corpore intextæ uim quãdam increatibilem artificiosi operis diuiniq; testantur. pro Mur. 143 a, Ego quod facio, me omnium uestrũm causa facere clamo atque testor pro Cor. 63 a, Testantur & mortuos nostros imperatores, se hoc tuis esse uelle, ut sibi &c. In A. 166 a, Is me potissimũ testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. Epistol. 11 b, Ipsum meum fratrẽ testatus est, se egisse, etc. pro Qu. 12 a, Alphenus testatur omnibus audientibus se, &c. & pro Cl. 22 a, de D. 108 a, Nunc illud testabor, non me psychomantiam agnoscere. pro Rab. 96 b, Quapropter equidem testor, me putare, &c. Orat. 219 b, Sæpe enim hoc testandum est. pro Syl. 173 b, Atque hoc uos iudices testor, mihi, &c. pro Syl. 179 a, Implorarem fenestras uestros, & uniuscuiusq; in ulgentium testarer in suos. pro Cl. 58 b, Preces illius et uota cognoscimus, quibus illa deos de suo scelere testatur. pro Syl. 183 b, Deos testor, integro me animo ac libero P. Syllæ causam defendere. Ant. 197 a, Testor deos deasq; omnes immortales, uestrasq; maximè mentes, me, &c. & pro Cec. 301 a, Ego omnes homines deosq; testor. de Finibus, 78 b, Stuprata per uim Lucre**

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia à regis filio testata ciues, se ipsam interemit. de Diuin. 98 b, Clarißimis monumentis testata consignataq; antiquitas, quem non mouet? In A. 225 b, Laus Bruti nõdum autoritate publica testata est: id est, nondum de eius laude S.C. factum est. pro Syl. 174 b, Recenti memoria senatus autoritatem huius iudicij monumentis publicis testatus sum. In Sal. 272 a, Est quædã calumnia quam unusquisq; uestrùm testãte animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. At. 123 b, Testatum esse uolo de pace quid senserim. de In. 20 a, Posśit ne quisquam de filij pupillire testari: id est, testamentum facere.

Testudo, nis. animal, & locus fornicatus. de Natura deorum, 50 b, Bestiæ aquatiles, ueluti crocodili, fluuiatiles testudines. de Diu. 136 a, Nam Pacuuianus Amphion de testudine, etc. Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera, capite breui, ceruice anguina, aspectu truci, euiscerata, in anima cum animali sono. de Clar. 172, Vsque illum in quadam testudine cum seruis literatis commentatum fuisse. Quint. Frat. 318 a, Nunc hoc uel honestatem testitudinis, uel ualde bonum æstiuum locum obtinebit.

Teter, a, um. fœdus, flagitiosus, Officiorum, 52 a, In V. 219 a, At uidete quanto hic tetrior tyrannus. & Quint. Fr. 314 a, Homo teter & fœdus. pro Sest. 6 b, Teter, truculentus, terribilis aspectu. pro Cæl. 40 a, Quis tetrior hostis huic ciuitati? de Pro. 72 a, Immanis & tetra bellua. Tusc. 218 b, Tetra & immanis bellua. de Finib. 84 b, Tetri cruciatus. I. C. 99 b, Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam pestem effugimus. de Natura deor. 54 b, & Atti. 259 a, Quæ tetri aliquid essent habitura. & Officiorum, 59 a, Tempestates, quibus nihil tetrius. Tusculan. 172 a, Quo nihil tetrius nec fœdius excogitari potest. In Vat. 30 b, Quanquam sis omni diritate atque immanitate teterrimus. & Epistol. 56 a, Vir clarissimus ab homine teterrimo occisus est. Tusc. 169 a, Teterrimus in aliquem. Attic. 282 b, Tetrum enim spectaculum oppressa ab impijs ciuitas oppitulandi potestate præcisa. Quin. Fr. 311 b, Ei tres sententiæ teterrimæ in consilio desierunt. Off. 49 b, Nullum uicium est tetrius quàm auaritia.

Tetradrachma, orum, nummus quatuor drachmis æstimatus. Ep. 189 b, Cassij. I. Drachma.

Tetrarcha, chæ. qui quartam regni partem tenet. pro D. 225 a, & In Vat. 35 a, & pro Cor. 57 a, Attic. 28 a, Qui prædia tetrarchis dederunt.

Tetrarchia, chiæ. quarta regni pars. de D. 86 a, Deiotarus à Cæsare tetrarchiæ regno mulctatus est.

Tetrè. fœdißimè. de Diuin. 93 b, Facere multa impurè atque tetrè. Attic. 262 a, Teterrimè gerere se in prouincia. pro Do. Aliquid impurißimè teterrimeq; uiolare.

Teucris. Tragœdiæ nomen. Attic. 6 b.

Texo, xis. detexo, pertexo, contexo, conficio, compono. e Natura deorum, 50 b, Vt in araneolis aliæ quasi retexunt, aliæ ex in opinato obseruant. & 56 b, Tegumenta corporum uel texta, uel suta. de Orat. 164 a, Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio uiuendi, ut, &c. Epistol. 27 b, Togam prætextam texi Appio, puto te audisse. Quint. Frat. 325 a, Sanè texebatur opus luculenter. Attic. 66 b, Paulus basilicam texuit iisdem antiquis columnis. Ac. 37 a, Quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. Epistol. 139 a, Texere epistolas quotidianis uerbis.

Textilis, le. textus. de L. 179 a, In delubris communibus textile, nec operosius quàm mulieris opus menstruum. Tusculan. 240 a, Textile stragulum. 179 a, Ipse illigatus peste interimor textili. In V. 200 a, Pictura textilis aut in tabulis. de L. 179 a, Color albus præcipuè decorus Deo est, tum in cæteris, tum maximè in textili.

Textor, oris. pro P. 272 a, Si mancipiũ pro fabro aut pro textore emimus.

Textrina, næ. textoris officina. In Ver. 213 a, Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste textrinam non instituerit.

Textrinum, ni. textrinã. In V. 224 a, Quod tamen oppidum isti textrinum per triennium ad muliebrem uestem faciendum fuit.

Textus, a, um. de Natur. 56 b, Tegumenta corporum uel texta, uel suta.

Thaumantis, Iridis pater. I. Arcus.

Theanum. opp. pro Cl. 23 a, 59. & contra Rul. 85.

Theatralis, le. pro Sest. Theatrales concessus.

Theatrum, tri. caueа. de Or. 161 a, Si in his paulum modò offensus est, theatra tota reclamant. de Diuinat. 93 a, Idq; frequentißimo theatro, incredibili clamore et plausu comprobatum est. Attic. 34 a, In theatro ac spectaculis. ad Atticũ, 209 b, Theatrũ quidem sanè bellum habuisti. pro Clu. 37 a, Gradus illi Aurelij tum noui, quasi pro theatro illi iudicto ædificati uidebantur, quos accusator concitatis hominibus complerat. pro R. P. 129 a, Multas equidem C. Cæsaris uirtutes cognoui, sed sunt certè hæ maioribus quasi theatris propositæ, et cætera. de Clar. 165 b, Forum quod fuisset, quasi theatrum illius ingenij. In V. 243 a, Quæsturam meam, quasi in aliquo orbis terrarum theatro uersari existimabam. Epistolarum, 200 a, Familiaritas, quæ mihi cum Lamia est, magno theatro spectata est. Tum cum, & cætera. de Am. 100 b, Qui clamores tota caueа nuper in noua fabula M. Pacuuij, &c.

Thebæ, arum. de D. 96. L. Crassus, & Pinguis.

Thebani. de Fat. 141. de In. 71.

Theca, cæ. arcula in qua aliquid reponitur. In Ver. 215, Efferri sine thecis uasa. ad Atticũ, 59 a, Theca nũmaria.

Thecula, læ. At. 140 a.

Themista. In P. 20 a, Themista sapientior. prouer.

Themistocles, clis. Noctu ambulat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset: quærentibusq; respõdebat, Miltiadis trophæis se è somno suscitari, Tusculan. q. libro quarto. Themistocles laudum suarum uocem libentißimè audiuit, pro Arch. Themistocles, quòd adiutorem contra patriam inueniret neminem, mortem sibi conscíuit, Læl. Themistocles post uictoriam eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione se habere consilium

silium Reip. salutare, sed id sciri opus non esse: postulauit ut aliquem populus daret, qui cum communicaret, datus est Aristides, 3 Officiorum. Aristides dixit peruti le esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minimè honestum, 3 Officiorum. Quale tibi consilium Pompeij uidetur? (Hoc quæro, quòd urbem reliquerit.) Fecit idem Themistocles. fluctũ enim totius Barbariæ ferè urbs una non poterat. ad Attic. libro 7, Themistocles fuit regnante iam Græcia, nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata, Brut. Post hanc ætatem aliquot annis, ut ex Atticis monumentis potest perspici, Themistocles fuit, quem constat quum prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse, Brut. Apud Græcos fertur incredibili quadam magnitudine consilij atque ingenij Atheniensis ille fuisse Themistocles, ad quẽ quidam doctus homo atq; in primis eruditus accessisse dicitur, eiq; artem memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, pollicitum esse se traditurum. quum ille quæsisset, quid'nam illa ars efficere posset? dixisse illum doctorem, Vt omnia meminisset. & ei Themistoclem respondisse, gratius sibi illum esse facturum. si se obliuisci, quæ uellet, quàm si memimisse docuisset, 2 de Orat. & de Finib. lib. 2. Themistocles in odio apud Lacedæmonios et apud suos ciues, 10 ad Attic. Quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen, quàm Solonis, illustrius, citeturq; Salamis, clarißimæ testis uictoriæ, quæ anteponatur cõsilio Solonis, ei quo primùm cõstituit Areopagitas: nõ minus præclarum hoc, quàm illud iudicandũ est, Officiorũ 1. Themistocles imperator bello Persico seruitute Græciam liberauit, Læl. Themistocles mori maluit, quàm cõtra patriam armari. 9 ad Attic. Themistocles propter inuidiam in exilium missus, Læl. Themistocles omniũ ciuium nomina perceperat, Cat. Themistocles, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes cõtulit, conatumq; iracundiæ suæ morte sedauit, Brut. Themistocles quum consuleretur, utrum bono uiro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret, Ego uerò inquit, malo uirum qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ uiro, Officiorum 2. Themistocles quum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior, Tusc. q. lib. 1. Themistocles Seriphio cuidam in iurgio dicenti nõ eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum, respondit, Nec hercle, si ego Seriphius essem, nobilis: nec tu, si Athenienśis esses, clarus unquam fuisses, Cat. Themistocles non uidit quid Artaxerxi polliceretur, 10 ad Attic. Cuius studium in legendo non erectum Themistocelis fuga, reditúq; retinetur? 5 Fam. In qua uidetur illud esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit. sed id & antiquum est, & omnium ciuitatum: siquidem etiam Themistoclis liberi egerunt, ad Brut. Themistoclis prudentia ex uerbis Thucydidis, ad Attic. 10. Themistoclem à defendenda Repub. non deterruit nec Miltiadis calamitas, nec Aristidis fuga, pro Se. Sed quo plus in negotijs gerendis res, quàm uerba prosunt, hoc erat memoria illa præstantior, quam fuisse in Themistocle, quem facilè Græciæ principem ponimus, singularem ferunt, Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. Omnia fuisse in Themistocle paria et Coriolano, ut Coriolanus sit planè alter Themistocles, Brut. Themistocleum exilium, Attic. 160 a. Themistocleum cõsiliũ, Atti. li. 10.

Thempsa, sæ. opp. I. A. 244 a.

Thempsamus, ma. I. V. 543 b, 244 a.

Thensa, sæ. sacrum deorum uehiculum ex argento. In V. 274 a, Omnes dij, qui uehiculis thensarum solẽnes cœtus ludorum initis. de Ar. 249 a, Si puer ille terram non tenuit, si thensam aut locum omisit. In V. 149 a, Qui ex thensarum orbitis prædatus est. & In V. 107 b, Via thẽsarum & pompæ.

Theodectes, ctæ. Or. 213 b, Theodectes politus scriptor atq; artifex.

Theogonia, niæ. de Nat. 9 a, Hesiodi Theogonia: id est, origo deorum.

Theologus, gi. rerum diuinarum peritus. de N. 70 a, Ioues tres numerant hi, qui Theologi numerãtur. & ibid. b, Soles multi à Theologis proferuntur.

Theopompino genere aut etiã asperiore aliquid pangi. Attic. 26 a.

Theopõpus, pi. historicus Isocratis discipulus. de Ora. 113 b. I. Calcar.

Theopompeus, ea, um. Ora. 17 a, Theopompeo more dicere.

Theophanes, scriptor rerum Pompeij. pro Ar. 190 b.

Theophrastus, sti. Or. 202 b, Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. de Cl. 175 b, Theophrastus in dicendo dulcis. & 180 a, Acad. 45 a, & Tuscul. 133 a, de Theophrasto. Theophrastus autor haud deterior Timæo, meliorem multi nominãt, 2 de Leg. Theophrastus, homo doctißimus, Brut. Theophrastus institutus ab Aristotele, abundauit in eo genere rerum, 3 de Leg. Quid Theophrastus? mediocriterne delectat, quum tractat locos ab Aristotele antè tractatos? 1. de Finib. Si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus ijs, de quibus disputauerũt, eloquẽtes, & in dicẽdo suaues atq; ornati fuerunt, 1 de Orato. Theophrastus autem uir & oratione suauis, & ita moratus, ut præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferat, uehementius etiam fregit quodammodo ueteris disciplinæ autoritatem. Spoliauit enim uirtutem suo decore, imbecillamq; reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè uiuere, 1 Acad. Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras: Theophrastus autem stirpium naturas, omniumq; ferè rerum, quæ è terra gignerentur, causas atq; rationes, 5 de Fin. Hoc illud est quo Theophrastus sustinere non potuit. Nam quum statuisset uerbera, tormẽta, cruciatus, patriæ euersiones, exilia, orbitates, magnam uim habere ad malè miserèq; uiuendum, non est ausus elatè & amplè loqui, quũ humiliter demisseq; sentiret: quàm bene non quæreretur: constanter quidẽ certè. Hic autem elegantißimus omnium philosophorũ & eruditißimus non reprehenditur, quum tria genera dicit bonorum: uexatur autem ab omnibus. Primùm in eo libro, quẽ scripsit de uita beata, in quo multa dispu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat,quamobrem is qui torqueatur,qui crucietur,beatus esse non posit, 5 Tusc. Vexatur idem Theophrastus & libris & scholis omnium philosophorum, quòd in Callisthene suo laudarit illam sententiam: Vitam regit fortuna,non sapientia,5 Tusc.ul.Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quòd ceruis & cornicibus uitam diuturnam,quorum id nihil interesset: hominibus, quorum maximè interfuisset,tam exiguam uitam dedisset:quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse,ut omnibus perfectis artibus,omni doctrina hominum uita eruiretur, 3 Tuscul. Theophrasti discipulus Demetrius Phalereus, 1 Officio. Nec uerò Theophrasti inconstantia ferenda est. Modò enim menti diuinum tribuit principatum, modò cœlo,tum autem signis syderibusq; cœlestibus,1 de Nat. Quod maximè efficit Theophrasti de uita beata liber, in quo multum admodũ fortunæ datur:quod ita si se habeat, non posit beatam præstare uitam sapientia,5 de Finib. Primum Theoph. Strato physicum se uoluit:in quo etsi est magnus,tamen noua pleraq;,& perpauca de moribus,5 de Fin. Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας affer mihi de libris Quint. Fratris,2 ad Atticum. aliàs, περὶ φιλομαθίας. Quomodo Theophrasto placet uerecunda tralatio,16 Fam. Vt ego iam non mirer illud Theophrasto accidisse, quod dicitur,quum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid uenderet:& respondisset illa atq; addidisset,Hospes non pote minoris:tulisse eum molestè,se nõ effugere hospitis speciem,quum ætatem ageret Athenis, optimeq; loqueretur,Brut. Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in uirtute teneamus, quàm ille tenuit firmitatis & roboris,5 de Finib. Meretricula etiam Leontinum contra Theophrastum scribere ausa,2 de Nat. Quis Aristotele neruosior? Theophrasto dulcior? Brut. 62 a. A Theophrasto leges etiã cognouimus,5 de Fin. Sæpe ab Aristotele,à Theophrasto mirabiliter est laudata per se ipsa rerum scientia,5 de Finib. Sed huius loci de magistratibus sunt propria quædã, à Theophrasto primùm, deinde à Dione Stoico quæsita subtilius, 3 de Legib. Quoniam tanta controuersia est Dicæarcho familiari tuo, cũ Theophrasto amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longè omnibus anteponat,hic autem τὸν θεωρητικὸν, Attic. 2.

Theorema,tis. de Fa. 142 a,b, Percepta appello,quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Item: Sint igitur astrologorum percepta huiusmodi: Si quis,uerbi causa oriente canicula natus est, is in mari non morietur, hæc uera & emendata lectio. lege Victorij castigationes.

Thermæ.oppidum Siciliæ,ubi sunt aquæ calidæ. In Verrem,125 b.

Thermitanus,na. In V. 125 b.

Thermopylæ,arum.locus in Græcia. Offi. 13 a.

Thesaurus,ri. est(ut iurisconsultus definit) uetus quædã depositio pecuniæ,cuius non extat memoria,ut iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenit, quod non alterius sit. Capitur autem præterea, pro rerũ omnium preciosarum copia reposita, aut pro loco in quo

res ipsæ custodiũtur. de D. 112 d, Qui thesaurũ inuenturum aut hæreditatem uenturã dicũt, quid sequũtur? & 136 d, Respõdit cõiector, thesaurum defossum esse sub lecto. At. 249 b, Tibi de gloria excudã aliquid, quod late at in thesauris tuis. In A. 248 d, Seruus domini patrimonium circũplexus, quasi thesaurũ draco. & de Sen. 81 a, Obruere thesaurũ alicubi. de Or. 86 b, Thesaurus rerũ omniũ, memoria. Par. 239 b, Qui illos locos tanquã thesauros aliquos argumentorũ notatos habet. Epi. 272 b, Non si Varronis thesauros haberem, sustinere sumptũ possem. de Fin. 78 b, Suppeditare alicui aliquid de thesauris suis. In A. 278 d, Vbi est septies millies sestertiũm, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat?

Theseus,sei. de Nat. 75 b, de Off. 7 d, & 72 d.

Thesis,sis. Top. 227 b, Quod Græci θέσιν appellant, nos propositum possumus nominare. & de Or. 153 d, Omnem ciuilem orationem in alterutro genere uersari, aut definita controuersia certis temporibus ac reis, hoc modo: Placeátne à Carthaginensibus captiuos nostros redditis suis recuperari: aut infinitè de uniuerso genere quærentis, quid omnino de captiuo statuendum ac sentiendum sit, atq; horum superius illud genus causam aut controuersiã appellant, eamq; tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt: hæc autem altera quæstio infinita, & quasi proposita cõsultatio nominatur. At. 142 b, θέσεις meas cõmentari non desino. Att. 336 b, Sed tamẽ ne me totũ ægritudini dedã, sumpsi mihi quasdam tanquã θέσεις, quæ & politicæ sunt, & horũ temporum. Orat. 201 d, Orator à proprijs personis & temporibus semper, si potest, auocat controuersiam. latius enim de genere, quàm de parte disceptare licet, ut quod in uniuerso sit probatum, id in parte sit probari necesse. hæc igitur quæstio à proprijs personis ad uniuersi generis rationem traducta, appellatur Thesis. Par. 116 b, Cum hæc quæ uocantur in scholis θέσεις, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus. Or. 208 b, νεύρωσιν ita dici placet, ut traducatur ad perpetuã quæstionem: atq; ut de genere uniuerso dicatur. & de Ora. 121 d, Perpetui iuris & uniuersi generis quæstio. de Cl. 195 d, Nemo qui dilatare posset, atq; à propria ac definita quæstione hominis ac tẽporis ad cõmunem quæstionem uniuersi generis orationẽ traduceret. de Or. 121 d, Omnia necessariò ab homine & tempore ad cõmunes rerum & generum formas reuoluentur. pro Fla. 147 d, At læditur à testibus, antequàm dico à quibus, dicam de genere uniuerso. & ibi. b, Primũ dicam (id quod est cõmune) Græcos. pro Fla. 151 d, Quærendum est ergo de communi genere testium, dicit enim nato, &c. pro Fla. 147 d, Et hoc dico de toto genere Græcorũ. de Or. 154 d, Vniuersorũ generum infinitæ quæstiones. de Or. 115 d, Nõ mihi minus operis uidetur, de uniuersis generibus rerum, quàm de singulorum causis dicere. pro Plac. 157 d, Ad singulos testes accedere, cum uniuerso genere confligere. de Ora. 132 b, θέσεις philosophorũ esse, cum antea essent oratorum. & 152 d, θέσεις oratorum esse.

Thesmotes, Apollo. I. V. 228 d.

Thespiæ,

Thespiæ,arum.opp. Siciliæ. I. V. 200 b, Cupido ille, qui est Thespijs. & Ep. 213 d.

Thespienses,ium. I. V. 231 d.

Thesprotia,iæ. Græcia ora. At. 92 b.

Thessalia,iæ. regio. pro Flac. 159 b.

Thessali. pop. pro Cluen.

Thessalonica,cæ. urbs. Att. 14 b, & de Ar. 251 b.

Thessalonicenses. pop. de Prou. 69 b.

Theutoni. pop. pro Pom. 15 b.

Theys, siue ut alij Theyi, siue ut Suidas uult, Thoyth. de Nat. 70 b, Quintum Mercurĩ Aegyptij Thoyt appellant, eodemq; nomine anni primus mensis apud eos uocatur. is est September, lector ne id ignores.

Thrasimenus lacus. pro S. R. 33, de Clar. 169 b.

Thracius,a,um. de Pro. 79 b, Castra Thracia.

Thrax,cis. I. A. 207 b, Myrmillo Thrax. Item: Vt rex Ariobarzanes consulem uestrum ad cædem faciendam tã quam aliquem Thracem conduceret.

Threicius,a,um. Off. 37 b, Barbarus compunctus notis Threicijs.

Thucydides,dis. de Or. 123 b, Post Herodotum Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facilè uicit. de Clar. 191 b, Thucydides rerum gestarum pronunciator sincerus & grandis fuit, hoc forense concertatorĩ iudiciale tractauit genus: orationes, quas interposuit, eas ego laudare soleo, imitari neque posim si uelim, nec uelim fortasse si possim. Or. 199 b, Thucydides autẽ res gestas & bella narrat, & prælia grauiter sanè & probè: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum: ipsæ illæ conciones ita multas habẽt obscuras abditasq; sententias, uix ut intelligãtur. quod est in oratione ciuili uicium uel maximũ. de Opt. 244 d, Thucydidis quidam eloquentiã admirantur, id quidem recte: sed nihil ad eum oratorem, quem quærimus. & ibi. de Thucydide multa. Q. Fra. 314 b, Secutus ille capitalis, creber, acutus, breuis, penè pusillus Thucydides. Orat. 220 d, In Thucydide orbem modò orationis desidero, ornamẽta comparent. Att. 99 d, Sed hæc, ut ait Thucydides, fuerit ἐκβολὴ λόγου, non inutilis, id est, egressio orationis.

Thucydidius,a,um. Or. 199 d, & de Opt. 244 d, Ecce autem aliqui se Thucydidios esse profitentur.

Thuribulum,li. acerra. I. V. 218 d, Num etiam de L. Papyrio thuribulum emisti? & eod. Quem uolet eligat, quem ego interrogem de patellis, pateris, thuribulis.

Thurij,orum. opp. At. 154 d.

Thus,thuris. Officiorũ, 68 d, Omnibus uicis statuæ sanctæ sunt, ad eas thus & cerei. I. V. 218 d, Thura & odores incendere.

Thusculanum,ni. uilla Ciceronis, & aliorum. Sæpissimè ad Atticum, & alibi occurret.

Thusculanus,na. de D. 180 b, Thusculanæ disputationes. & alibi sæpe. aliàs, Tusculanus.

Thusculanenses,se. Ep. 129 d, Equidem hos tuos Thusculanenses dies instar esse uitæ puto.

Thusculum,li. Municipium Romæ finitimum. pro Fon. & de D. 128 d, & in Rul.

Thuscus,a,um. Hetruscus. de Nat. 28 d, An uos Thusci & Barbari auspiciorum populi Rom. ius tenetis? de D. 130 b, Cur enim Thuscis potius quàm Latinis darẽt? de Or. 149 d, Mare inferum Thuscum.

Thyamis,flu. At. 100.

Thyestes,ui et thetragœdiæ nomen. de Nat. lib. 3, & in Bruto.

Thyesteus, a, um. I. P. 88 d, Thyestea ista execratio est.

Θύμωσις. I. Excandescentia.

Thyome,es. Bacchi mater. de Nat. 71.

Thyreum,ei. opp. Ep. 226 b.

Tibareni,orum. pop. Ep. 245.

Tibi. Acad. 30 b, Ecce tibi è transuerso, &c. & Epistol. 112 b, Hic tibi strepitus. & 124 d, Nunc tibi milites, &c. et 126 b, At tibi repentè, &c. At. 114 b, Ecce tibi III. Non. Feb. manè accepi, &c. pro S. R. 40 b, Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis, &c. Epist. 119 d, & 118 b, Eos tibi & rem de qua misi, uelim curæ habeas. I. V. 92 d, & 107 b, & 129 b, Mihi eodem modo positum, quo tibi. Ep. 214 b, Item de Pantheris, ut eos accersas, curesq; mihi ut uehantur. At. 9 b, Hic tibi rostra Cato aduolat. At. 27 b, Ecce tibi nuncius, pueros uenisse Roma. Of. 68 b, Ecce qui tibi rex pop. Ro. esse concupierit.

Tibia,biæ. fistula. de Or. 139 b, Tibicen sine tibijs canere non potest. & 141 d, Vt epularum solẽnium fides & tibiæ indicant. de Nat. 30 b, Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numerosè sonantes. de Cla. 181 b, Si tibiæ inflatæ nõ referãt sonum, tibicen eas abijciat. pro S. R. 41 d, Canius uocum, neruorum, & tibiarum. Tus. 171 b, Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. ad Her. 34, Tibiæ nuptiales.

Tibicen,nis. qui tibijs canit. de Or. 130 b, Tibicẽ sine tibijs canere non potest. de Cl. 181 d, Tibicen Antigenidas dixit discipulo sanè frigenti ad populum, Mihi cane & musis. Acad. 6 b, Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt. & 21 b, Simul inflauit tibicen. de L. 182 b, Ad cantus & ad tibicinem prosequi laudes clarorum uirorum. de Ar. 249 d, & de Nat. 30 b, Tibicen repẽtè cõticuit. & 64 d, Tibicinis scientia. pro Do. 238 b, Tibicen adhibebatur in consecratione. Or. 216 b, Non sunt in oratione tanquã tibicini percussionũ modi, sed uniuersa cõprehensio, &c. pro Mur. 129 b, Transit idẽ iurisconsultus tibicinis Latini modo. I. V. 165 d, Rhodius tibicẽ. & Ep. 107 d, Bellus tibicen.

Tiburs,tis. à Tibure opp. ut Tiburs ager. de Ora. 129 d, In Tiburti. & 133 d, Villam in Tiburte habes. Att. 132 d, In Tiburti. Lepidi: sic enim legendum est, non Aut Lepidi.

Tiburtinum. uilla Scipionis. Philip. 5.

Tignarius,a,um. de Cl. 178 d, Faber tignarius: id est, qui domus ipse fabricatur. nam tigni nomine omnis materia, è qua ædificia constant, continetur, & si tignum trabem significet. idcirco Plaut. materiariũ appellauit.

Tignium,ij. opp. Att. 111.

Tigurinus ager. pro Tullio, apud Quintilianum.

Timæus, historicus longè eruditissimus. de Or. 113 b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Timeo,es.metuo,horreo,extimesco,pertimesco, reformido,uereor,periculum meum me cõmouet, in metu sum, timore afficior,motus animo obijcitur, mente uix consto.(.Mihi confido.pro Flac.147 a,Epistol.5 d, Sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione quanquã omnia sunt timẽda,nihil magis quàm perfidiã timemus. Ep.88 d,Quotidie aliquid fit leuius & liberalius, quàm timebamus.pro Syl.178 d,A' quo quidem genere iudices ego nunquam timui.At.275 b,Itaq; timeo de consulatu, me, &c. At.105 d,& 122 b,De rep.ualde timeo.&,Timere de honore suo.l.Pertimesco. Qu.Fr.305 d, Familiarissimus quisq; sibi pertimuit. At.194 d,Quid possem,timebam.Ep.172 b, Timeo quẽadmodum hæc explicari possint.At.42 d,Nunc istic quid agatur,magnopere timeo. Tusc.217 b,Aut ne opprimare,mente uix cõstes.At.81 d, Ne quid mihi prorogetur, horreo.At. 75 b, Magno timore sum.Ep.168b,Amici nostri maximo timore de nobis afficiũtur.Tusc.177 d,Metũ animo obijci.Qu.F.234 b,Sine timore sum,id est,nihil timeo.

Timidè.ignauè,timido animo,dubitanter, diffidenter.)(. Fidenter.pro Qu.9 d,& Ep.85 d, Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum descendere.I.A.244 d, Timidè hoc dicam,etc. Tusc.187 d,Ne quid abiectè,ne quid timidè,ne quid ignauè faciamus,etc.pro Cec.299 b, Nam ipso præsente de eius uirtute timidius dicerem. de Fi.125 b, Tũ ille timidè,uel potius uerecũdè.pro Syl.182 d, Quã quam à me de ea timidè modicéq; dicetur.pro Plã.264. d,Timidè dico,sed tamẽ dicendum est.de D.122 b,Timidè fortasse signifer euellebat,quod fidenter infixerat.

Timiditas, tis. angustus & paruus animus. Part. 237 d, Verecundiam timiditas imitatur.& de Fin.118 d, & Tusc.l.238 b,Ex rebus enim timiditas, nõ ex uocabulis oritur.Tusc.193 d,& de Fi.118 d, Quæ qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem & ignauiam.de Or. 136 d, Cautio mea & timiditas in causis.pro Clu.444 d, Supplicium in bello timiditati militis propositum esse. I. A. 173 b, Tu ei bello propter timiditatẽ defuisti. pro Cæl. 45 d,Qui propter nescio quã credo timiditatem,& nocturnos quosdam inanes metus tecũ semper cubitauit. Para.123 b,Omnis debilitata,& humilis,& fracta seruitus est.de Or.109 b,Tu pudore à dicendo,& timiditate ingenua quadam refugisti.

Timidus,a,um.ignauus,parum animi habens,nullius animi,circumspectans omnia, quicquid increpuerit pertimescens, diffidens,imbellis, uecors, timidus, & omnia circumspiciens pericula.pro Mil.120 d,pro Mar.134 d, Si in alterutro sit peccandum,malim uideri nimis timidus,quàm parum prudens.pro Sest.10 b, Me timidum, nullius animi,nullius consilij fuisse confiteor. Epistolar. 103 d,Timidus in labore militari.Epistol.176 d, & ad Her. 35 b, Timidum atque ignauum iudicari. I.A.244 b,Nemo me minus timidus,nemo cautior.I.P.95 b, Timidus ac tremens.& pro Cec.288 d, Homo timidus atque imperitus. Offic. 16 b, Ne imbelles timiditq; uideamur.pro Dom.224 b,Fac me timidum esse natura,quid, &c.Att.115 b,Timidissimæ in oppidis conciones.Offic. 75 b,Quæ timido animo,humili,demisso,fractóq; fiant, ea non esse utilia.

Timolus,uel Tymolus mons.quem Mela Tymolum si integra lectio est,uocat.pro Flac.155 b.

Timon,nis.de Am.112 d,Si quis ea asperitate est, & immanitate naturæ, ut congressus societatemq; hominum fugiat atq; oderit,qualem fuisse Athenis Timonẽ nescio quẽ accepimus.Tusc.214 d,Vt odium in hominũ uniuersumgenus,quod accepimus de Timone,qui μισάνθρωπος appellatur.& 214 b,Similiter definitur mulierum odium,ut Hippolyti & Timonis generis humani.

Timor,oris.metus.formido.Tusc.213 d, Timor est motus mali appropinquantis.& Ep.5 d, Et animos à minore cura ad summum timorem traduceret. Attic. 79 b, Nostris animus accessit,hostibus timor iniectus est.& 247 d,Ciuitas perculsa magno timore. de Som. 127 d, Ades, inquit,animo,timorem omitte.I.A.77 b,Quanquam te bonum timor faciebat,nõ diuturni magister officij.Att. 275 b,Vtinam inspectare posses timorem de illo meum. contra Rul.65 d,Spem improbis ostendisti,timorẽ bonis iniecisti.de D.92 b,Tum ego contremui timore perterritus.Epist.23 b,Aestas quæ sequitur,magno est in timore,Epist.154 d,Res quæ mihi facit timorem.Ep.168 b,Amici nostri magno timore de nobis afficiuntur. At. 175 b,Magno timore sum.& Qu.Fra.324 b,Sine timore sum.At.75 b,Magno timore sum, sed bene speramus. Offi.37 b, Dionysius quo cruciatu timoris angi solitus, qui,&c.

Timotheus,thei.musicus,de L.177 b, Seuera illa Lacedæmon neruos iussit, quòd plures quàm septem haberet in Timothei fidibus,inde demi.

Tinctus,a,um. imbutus. de Cla. 183 b, Ergo illam patris elegantia tinctam uidemus.de Orat.116 b, Sit enim mihi tinctus literis.de Or.119 b, Alterum quod totum arte tinctum uidetur.

Tincta, orum. de L. 179 d, Color autem albus præcipuè decorus deo est,cùm in cæteris, tum maximè in textili. Tincta uerò absint, nisi à bellicis insignibus.

Tingo,gis.coloro,imbuo.de Nat. 74 d, Tunica sanguine centauri tincta.

Tinnio,is.At.236 b,Maximè autem expecto, ecquid Dolabella tinniat,id est,an afferat nummos.

Tiretius pons.At.259.

Tissenses.pop.I.V.166.

Tityus,saltationis genus.de Cl.185 d.

Titanes.num.Gigantes.de L.185 d, Plato è Titanum genere statuit eos, qui ut illi cœlestibus, sic aduersentur magistratibus.l.Gigantes.

Titan, nis. sol. In Arat. Quem cum perpetuo uestiuit lumine titan.

Titillatio,onis.suauitas motus. de Nat.22 b, Voluptates, quibus quasi titillatio sensibus adhibetur. & Se.86 b, Non est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

Titillo,as.moueo, sed cum quadam suauitate. de Finibus, 57 d,Voluptas quæ quasi titillat et sensus,ut ita dicã, & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur. & 60 d, Aut

Aut pluris esse contendat dulcedinem corporis,& titillantem ex ea re natam lætitiam,quàm,&c.& Tusc.200 b, Nisi sensus,quasi titillarẽtur uoluptate. Of.46 d, Assentatores populi multitudinis leuitatem uoluptate qua si titillantes.

Titubanter.dubitãter.pro Cæl.40 b,Posuistis enim, atq; id titubanter,& strictim,hunc,&c.ad Her. Titubanter & inconstanter loqui.

Titubatio,onis.hæsitatio.de Inu.lib.2,Metus,lætitia,titubatio.ad Her.8 b, Vt ne paruula quidem titubatione aut offensione impediremur.

Titubo,as.hæsito,nec uox,neq; lingua consistit.pro Fla. 150 b,et pro Cæl.51 b,Testes,si uerbo titubarint,quò res uertantur,non habebunt. Att.28 b,Qui nihil titubarũt. de Orat. 160 b, Versus debilitatur,in quacunq; eius sit parte titubatum.pro Dom. 241 b,Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid.Epistol. 187 b,Si quid fortè titubatum est,ut fit in bello.ad Her.7 b, Erubuisse,expalluisse,titubasse.

Titulus,li.index.I. P. 83 b, Qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modò, posset sustinere tamen titulum consulatus.Tuscula. 334 d,Iidem dicant semper beatum esse sapientem, quos si titulus hic delectat insignis & pulcher, Pythagora, Socrate Platone dignissimus, indicãt animum,&c.

Toga,gæ.I.P.65 d,Toga pacis est insigne et otij. pro Sest. 28 d,Cui superior annus idem & uirilem patris,& prætextam populi iudicio togam dedit.& pro Cluent.50 b, Tota prætexta,& sella curulis.I.C.109 d, Socij Catilinæ uelis amicti,non togis.In Vat. 34 d,In epulo cum toga pulla acũbere.& ibid. Cedo, quis unquam cœnauit atratus.I.V.212 b,Verres cum tunica pulla & pallio.I. A.169 d, Sumpsisti uirilem togam,quam statim muliebrem stolam reddidisti.de Am.102 b,Pueri togam sumẽtes, prætextã deponebant. Att.107 d, & 80 b,Concio in qua erat accusatio Pompeij,usq; à toga pura. & 86 b,& 128 d,& 152 b,Dare togã puram alicui.I.V.99 d, Eripies igitur pupillæ togã prætextã. Att.80 b, Quin to sororis tuæ filio togã puram iubeo dari.l.Prætexta.

Togatam agere.id est,comœdiam.In Vat.30.

Togatus,a,um. de Or.94 d,Quasi unus è togatorũ numero.pro Syl.183 b,Cui uni togato senatus supplicationem decreuit.I.A.197 d,Græcus iudex modò palliatus, modò togatus.pro S.R.41 d,Magna cæterua togatorũ. Att.141 b,Sibiq; satis esse dixit,si togatus officia urbana sibi præstitissem.

Togula,læ.I.P.91 d, Att. 17,Togulæ lictoribus ad portam præstò fuerunt. At.li.1.17, Pompeius togulam illã pictam silentio tuetur suam.

Tolerabilis, le.uendibilis,probabilis, non contemnendus.patibilis.de Sen.78 b, Moderati senes tolerabilem agunt senectutem.& Att.87,Ergo Græci soluunt tolerabili fœnore.de Fini.76 b, Quem quidem uos cum improbis pœnam proponitis,impatibilem facitis,cum sapientem semper boni plus habere uultis,tolerabilẽ. At. 283 b, Ignoscere etsi in cæteris rebus tolerabile est, in hoc bello pernicioſum puto.I.C.122 d, Seruus est, qui modò tolerabili conditione sit seruitutis,qui non, &c. de Or.103 b,Ac si iam placet,etc. tolerabilius est fie dicere,ut boni oratoris sit,&c.& ibi.Philosophi qui tolerabiliores motus esse uolunt,&c.de Or.85 b, Vix singulis ætatibus,singuli tolerabiles oratores inuẽti sunt. & de Cla.180 b,Orator sanè tolerabilis.At.160 d, Regnum nemini tolerabile.

Tolerabiliter, toleranter. Epist. 25,Quo tolerabilius igniculum desiderij tui feramus. de Fi.99 d,Etiam si dolores tolerabilius patiantur.

Toleranter.Epist.51 b,Ferre aliquid toleranter.& Tuscul.184 d,Toleranter dolorem pati.l.Humanè.

Tolerantia,tiæ.Parad.120 b,Tolerantia rerum humanarum,contemptio fortunæ,&c.

Toleratio,onis.de Fi.84 b, Quæ nam alia toleratio est uerior?

Tolero,as.fero,patior, perfero, obduro,sustineo,sustento,haurio.At.14 b,Nobis inter nos nostra sunt uicia toleranda.& I.C.109 b,Nisi idcirco se facilius hyemẽ toleraturos putant.de D.121 b,Ferte utri.& duros animo tolerate labores.& Epist.103 b, Forti animo istam tolera militiam.Brut.ad Atti.285 b,At qui potuimus tolerare nostram fortunam. Qu.Fr.294 b, Sumptus & tributa ciuitatũ ab omnibus tolerari æqualiter. Offi.42 d, Omnia militari labore tolerãdo. Tusc.178 b,Res ad patiendum tolerãdumq; difficilis.de Fin.118 d, Dicunt illi dolorem esse difficilem toleratu.

Tollo,lis.sustuli,sublatum.aufero,detraho, deleo, extinguo,remouco,de medio remouco,eximo.de Ora.124 d, Auaritiam si tollere uultis,mater eius est tollenda luxuries.de Fin.56 b,et pro Sest.23 b,Vt tollatur error omnium imperitorum.pro Sest. 10 d, Gradus eius templi tollebãtur.At.84 b, Alterius iniquè constituta & acta tollere.& ibid.d,Rescindere constituta ab alio.Acad.6 d,Hoc infirmat tollitq; Philo.de Fi.70 b,Cupiditas tollenda est, atq; extrahenda radicitùs. pro Qu.12 b,Tollere funditùs, ac delere memoriam alicuius rei.Ep.38 d, Tollere discordias ex amicitia.Ep.2 b,Vt exercitum religio tollat, te autorẽ senatus retineat. At.188 d,Vt mihi omnẽ dubitationẽ tolleret.I.V. 201 b,Idcirco nemo superiorũ attigit,ut iste tolleret? At.219 d, Da negociũ alicui,ut id nomẽ ex omnibus libris tollatur. pro Sest.15 b, Vt censoria notatio de repub.tolleretur. Qu.F.296 d, Inportorijs Italiæ tollẽdis.Ep.85 d, Cũ mendum scripturæ litura tollatur. pro S. R. 19 b, Vt deleatis ex animo suo suspicionẽ omnẽ, metumq; tollatis. de L. 175 d,Augures possunt à summis imperijs comitia tollere.pro Dom.122 d,Tollere aliquẽ è ciuitate.pro S.R. 21 b,Tollere aliquẽ de medio.pro Mur.131 d, Tollitur è medio sapientia,ut geritur res.ad Her. 11 b, Tollere aliquẽ è medio.pro.Cl.22 d,Deinde ipsum Auriũ tollendũ interficiendũq; curauit. Or.217 b,Delere, tollere, auferre, detrahere. pro D.122 d, Si qua res illũ diè sustulit, tota causa sublata est. pro Q.2 b,Tollitur ab atrijs licinijs, atq; à præconũ cõcessu in Galliã Næuius, & trãs alpes usq; transfertur.I.V.155 b,Tolle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

b,Tollere frumẽtum de area.At.204 d, Cuius festinatio nem mihi tollis,quoniam de æstate polliceris,uel potius recipis. At.212 d, Menda librariorum tolluntur. Quint. Fr.301 d, Tolle omnes,si potes,iniquas, tolle inusitatas, tolle contrarias. Qu.Fr.312 b, Sed mea factum est inuisa uerecundia,ut te proficiscens non tollerẽ.de Fat.142 d, Vicia naturalia extirpari ac funditus tolli non possunt.

Tollere,extollere.pro Cec.296 b, Qui saxa iacerẽt,quæ de terra ipsi tollerent.I.V.148 d,Tollere aliquid oneris: id est,suscipere.Offi.71 d,Phaethon optauit, ut in currum patris tolleretur,sublatus est insanus.I.V.222 d,Clamor à fani custodibus tollitur. de Or.152 b,Augere aliquid,& tollere altius dicendo.de Ar.251 b, Tollam altius tectum,non ut despiciam,sed,&c.Tusc.235 b,Tollere se à terra a'tius.Acad.16 b,Tollere manus ob admirationem.Epist.176 b, Quod diceret se dixisse laudandũ adolescentem,ornandum,tollendum,se nõ esse cõmissurum, ut tolli possit. hîc tollere ambiguum est. Ita enim dixerat, quasi esset extollendus & ornandus Octauius, sed re uera remouendum et extinguendum intelligebat, ut etiam ipse Octauius intellexit.

Tolosa.urbs.I.V.272.

Tolosanum aurum.prouerbium.de N.74 b.

Tondeo,des.Tusc.239 b,Regiæ uirgines,ut tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris.& ibid. Dionysius ne tonsori collum committeret,tondere filias suas docuit.

Tonitrus,trus,& Tonitruum,trui.aeris sonitus, cœlestis clamor.de Diuin.117 d,Placet Stoicis eos anhelitus terræ,qui frigidi sint,cum fluere cœperint,uẽtos esse: cum aũt in nubem induerint,eiusq; tenuissimã quamq; partẽ cœperint diuidere atq; disrumpere, idq; crebrius facere & uehementius,tum & fulgores & tonitrua existere.Epist.112 b,Hic tibi strepitus,fremitus,clamor, tonitruũ.de D.116 b, Quòd homines tonitrua iactusq; fulminũ extimuissent.I.A.196 d,Quæporrò illa tonitrua? quæ tẽpestas? & ib.Tonãte Ioue, & propè cœlesti clamore prohibente.de Or.157 d, Cœlũ tonitru cõtremit.

Tono,as.de D.139 d,Si fulserit,si tonuerit, si tactum aliquid erit de cœlo.de N.39 d, Iupiter in cœlo fulgens & tonans.aliter,Iouem fulgere & tonare.de D 117 d, Ioue tonante & fulgurante,comitia populi habere, nephas: & I.A.195 b, Ioue tonante cum populo agi fas non est. de D.125 b,Cum tonuit Leuum.ex Enn.Orat.199 d, Pericles ab Aristophane poeta fulgurare,tonare,permiscere Græciam dictus est.

Tonsillæ,arum.glandes ad radicem linguæ,quæ saliuam conficiunt,quanquam tonsillæ in homine,in sue glandulæ,teste Plin.appellantur.de Nat.53 d, Stomachus ex utraq; parte tonsillas attingens,palato extremo & intimo terminatur.

Tonsor,oris. Tuscul.229 b, Dionysius ne tonsori collum committeret,tondere filias suas docuit.

Tonsorijs.de Officior.lib.2, Dionysius cultros metuens tonsorios,cadente carbone sibi adurebat capillum.

Tonstricula,læ.Tusc.239 b,l.Tondeo.

Tonsus,a,um.I.P.83 d,Cum illa saltatrice tonsa,&c.

Topiaria,riæ.Qu.Fr.319 d,Topiariam facere.

Topiarium,rij. opus ex arbore aut fruticę, uarie inflexis ramis,& uinctis ad speciem decoremq; hortorum. Quint.Fr.319 d,Topiarium laudaui,ita omnia conuestiuit edera.

Topica,orum.Ep.104 d, Institui Topica Aristotelica cõscribere.& Top.321 d,Aristotelis Topica quædam.

Topice,ces. Top.221 b, Inueniendi ars quæ topice dicitur.

Toreuma,tis.opus torno factum.I. P. 94 d, Toreuma nullum,maximi calices.I.V.134 b,Toreumata sanè nota ac preciosa auferuntur.& 208 b,De hoc Verri dicitur,habere eum perbona toreumata, in his pocula duo quædam,quæ Heraclea nominãtur,Mentoris manu summo artificio facta.

Tori,orum.lacerti ipsi,seu lacertorum capita, in quibus est rubor.Tusc.179 b,O pectora,ò terga,ò lacertorum tori.Or.198 b, Aut addit aliquos ut in corona toros: id est,flexus ornamentorum grauiorum.

Tormentum,ti.cruciatus.supplicium, eculeus, carnificina.Part.234 d. Alij metu mortis uim tormẽtorum pertulerunt.& de Fin.99 b,Vt in omnib.tormentis conseruetur uita beata.pro Cl.55 d, Serui authoritate aduocatorum,& ui tormentorum adducti, in ueritate manserunt.& ib. Nulla uis tormentorum acerrimorum prætermittitur.pro Mil.112 d,Aliquem tormẽtis cogi, quippiam confiteri.& ibi. Quod tormentis inuenire uis, fatemur.I.A.231 b,Tum uerberibus ac tormentis quæstionẽ habuit publicæ pecuniæ.& 232 d, Nec grauiora sunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamẽta morborum.pro Syl.182 d, Quæstiones nobis seruorũ & tormenta accusator minitatur. & ibi. Tormenta gubernat dolor.& moderatur natura cuiusq;.Epist.85 b, Calumnia timoris & cæcæ suspicionis tormentum. de Nat.76 b, Accepimus Zenonem in tormentis necatum. Offi.60 d,Sed tanquam tormenta quædam adhibemus, ut si,etc. I.A.231 d,Mortem naturæ pœnam putat esse,iracundiæ tormentum atq; cruciatum. I.A.232 d, Ponite ante oculos uincula,uerbera, eculeum,carnificẽ, tortoremq; Samarium.I. A. 230 b, Antonius omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

Tormentum,machina omnis est, seu instrumẽtum quo iaculamur,impellimus: ut balistæ,telorum, & lapidum. Tusc.178 d,l.Balista.& I A.218 d,Antonius ante oculos legatorum,tormentis Mutinam uerberauit.

Tormina,num.dysenteria id est,intestinorũ grauis dolor & morbus.Tus.185 d, Quamuis Epicurus torticulum se in torminibus & stranguria sua præbeat.

Torminosus,a.um. Tuscul.214 b,Dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia sæpe sint.

Torno,as.polio. quasi torno facio.de Vn.198 d,Deus mũdum ita tornauit,ut nihil fieri posit rotũdius.& in Ar.

Torpedo,nis.genus piscis.de N.51 d,Atramenti effusione sepiæ,torpore torpedines se tutantur.

Torpeo,

Torpeo,pes.I. Obtorpeo.de N.21 b, Epicurei deum feriatum uolunt cessatione torpere. de D. 122 d, Quid nam torpentes subitò obstupuistis Achiui.

Torpor,oris.stupor.de Nat.51 b,l.Torpedo.

Torquatus,ti.Off.85 d,Hic T.Manlius is est, qui ad Anienem Galli,quem ab eo prouocatus occiderat,torque detracto Torquati cognomen inuenit.

Torqueo,ques.flecto, intorqueo. Acad.31 d, Cum terra circum axẽ se summa celeritate conuertat & torqueat. Orat.201 b,Oratio ita flexibilis,ut sequatur quocunque torqueas.de L.161 b,Opimionum uanitas torquet ac flectit imbecillitatem animorum quocunque cœpit. pro Cæl.40 d,Versare suam naturam,& regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere.& ad Heren.20 b,Torquere uocem à sermone serio ad liberalem iocum. de L.177 d, & Offi.26 b, Ceruices oculósque pariter cum modorum flexionibus torqueant. & Acad. 20 d, Vultus mutantur,ora torquentur.Item:Torquere oculum,& duas ex lucerna flammulas uidere.pro Cec. 299 b,Verbo ac litera ius omne torqueri.de In.67 b, Quod uterque torquere ad suæ causæ commodum debet. Contorqueri & conuolui.l.Conuoluo.de Vn. 198 d, Mundus maxima una conuersione,atque eadem ipse circum se torquetur & uertitur.de Orat.196 d, Torquere hastas amentatas.Attic.108 d, Equidem noctes diesq; torqueor. Para. 119 d, Tuæ te libidines torquent . Epistol. 121 d, Acriter nos tuæ supplicationes torserunt.de Fini. 60 b, Stulti malorum memoria torquentur.67 d, Qui in dolore est,torquetur.Attic.10 d, Apud Rhodios liberi ciuesq; torquentur.pro Syl.182 d, Vita P. Syllæ torqueatur,ex ea quæratur,&c.I.P.99 d, Mitto aurum coronarium,quod te diutissimè torserit,cũ modò uelles,modò nolles.& de Orat.99 d, Verbi controuersia tam diu torquet Græculos homines,&c.de Fini.99 d, Torqueri eculeo.

Torques,quis,colli ornamentum intortum,monile.I. V. 190 d,Qu.Rubrium phaleris & torque donasti. Offic. 75 d,& de Finib.53 b,T.Manlius, qui Galli torque detracto cognomen inuenit.

Torrens,tis.fluuius imbri crescens, qui è montibus lapsus rapidè fertur.Acad.64 b, Cum fertur quasi torrens oratio,multa cuiusq; modi rapit.& ibid. Nusquam orationem rapidam coerceas.

Torreo,res. exuro. de Som. 129 b, Medium autem illum cingulum solis ardore torreri. I. P. 88 b, Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri.

Torridus,a,um.perustus,aridus.contra Rul.85 d, Homo macie torridus,contemptus,abiectus.

Tortor,oris.carnifex.pro Clu.55,Cum iam tortor, atque essent ipsa tormenta defessa,quidam,&c.I.A.232 d,Ponite ante oculos uincula,uerbera,eculeum, carnificem, tortoremq; Samarium.de Finib.113 d,Si sapiens ad tortoris eculeum ire cogatur.& pro Mil.112 d, Quid opus est tortore.

Tortuosus,a,um.flexuosus,aduncus.deNatura deorum, 53 b,Est autem aluus multiplex et tortuosa.& 55 d, Sa-

ni ex tortuosis locis & inclusis referuntur ampliores. pro Clu.55 d,Serrula aduncæ ex omni parte dentium,et tortuosa.de D.135 d,Et cum stertentes uiderint obijcere his quædam uisa tortuosa et obscura.de Am.108 b,Multiplex & tortuosum ingenium. Acad.24 b,Tortuosum genus disputandi.

Tortus,tus. de D. 121 b, Vidimus immani specie tortuq; draconem Terribilem,&c.Tusc.179 b, Hæc interemit tortu multiplicabili draconem.Poetæ.

Toruus, a,um.horribilis. de Natur. 47 d, Toruus draco serpit,&c.

Tostus,a,ũ.exustus.Tus.200 d, Tosti alij stant parietes.

Tot.)(.Quot.de Or.121 d,Quot homines,tot causæ.Att. 59 b,Qui tot annos, quot habet,designatus Cos.fuit.de Ar.247 d,De nullo opere publico tot senatus extat cõsulta, quot de mea domo.pro Pom.13 d,Tot,et tãta res, &c.quot & quantas,&c.I.V.111 b, Tot, & tantæ, & tam graues ciuitates.pro Qu.2 d,Tot tantæq; difficultates.Tus.234 d,In his tot & tantis quæ accidere possunt. pro Mur.138 b, Accesit his tot doctrina paulò asperior. Para.119 b, Animus Reguli tot uirtutũ præsidio munitus,tantoq; comitatu uirtutis septus.pro Cæl.51 b,Antimebant,ne tot unum superare possent.I.Tantus.

Totidem.par numerus.de In.82 d,de D.127 d, Patroclus & Euristenes gemini fratres fuerunt, at hi nec totidem annos uixerunt . anno enim uita Patrocli breuior fuit. Attic.90 b,Istum ego locum totidem uerbis à Dicæarcho transtuli. & pro R. P. 124 d, Hoc totidem uerbis translatum caput est.de Finib. 85 b,Epistola quam modò totidem uerbis interpretatus sum. de Cl. 196 d, Totidem quot dixi,ut aiunt,scripta uerbis oratio.& Aca. 11 d,Totidem uerbis quot Stoici. Orat.201 d,Quot,etc. totidem,&c.l.Quot.

Toties.)(.Quoties.uel Totiens.)(.Quotiens.I.V. 138 d, & 143 b,de Orat. 107 d, Toties quoties præscribitur. Atti.109 b,Velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties.pro Mar.134 d, Quotiẽs,&c.totiẽs,&c.

Totus,a,um.omnis,cunctus,uniuersus,omnes partes, plenus,integer, solidus, ex omni parte, corpus. pro Mil. 113 d,Tota resp.omnis Italiæ pubes,cuncta populi Rom. arma.& de Vn.196 d,Vt tota oratio sibi constet,& ex omni parte secum ipsa consentiat.de Finib.88 d, Omne cœlum,totamq; cum uniuerso mari terram mente complecti.Off.17 b, Alterum ut totum corpus reip.curẽt,nedum partem aliquam tuentur,reliquas deserãt.de Ora. 118 d,Vbi plus mali quàm boni reperio, id totũ abiudico atq; reijcio.de D.109 d, Erit abunde satisfactum totũ huic quæstioni.de Or.111 d,Hoc totũ quicquid est, siue artificiũ.siue,&c.& 129 d,Leue est enim totum hoc risum mouere.de Ar.245 b, Gaudeo mihi de toto hoc ostento,quod,&c.datam esse causam dicendi.I.V.145 d, Tantum agam de hoc tuo nomine societatis.Att.226 b, Octauius uenit mihi totus deditus.de Cl. 193 b, Totũ ei me tradidi.& Ep.256 b,Eite totũ trade.Qu.Fr.307 d, Plautius totus noster est.Ep.249 d,Vt & sim totus uester,& esse debeam.I.A.240 d,Qui se totos & animis

& cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& corporibus in salutem reip. contulerunt. pro Clu. 32 b, Homo qui esset totus ex fraude & mendacio factus. Off. 55 a, Vulgus quid absit à perfecto, non ferè ex toto intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. Attı. 189 b, 201 b, Totos dies scribo. et pro Mu. 143 a, Totos dies atq; noctes de rep. cogito. Top. 225 b, Totæ actiones, & perpetuæ actiones.)(. Partes orationis. Epi. 86 a, Totum & omne. & de Fin. 106 b, Totũ & uniuersum. Top. 226 b, Tota.)(. Partes. de Or. 103 b, Quo in studio hominum ingeniosissimorum totas artes uidemus esse contritas. Atti. 254 a, Quintus præceptis meis commutatus est totus. de Vn. 197 b, Vt unum opus totum atq; perfectum, ex omnibus totis atque perfectis absolueretur. de Fin. 42 b, Corporis bona alia ponebat esse in toto, alia in partibus: ualetudinem, uires, pulchritudinem, in toto: in partibus autem, sensus integros, & præstantiam aliquam partium singularum.

Trabalis, le. robustissimus. I. V. 246 b, Beneficium, ut dicitur, trabali clauo figere.

Trabea, eæ. uestis. Famil. lib. 9, Quare nihil tibi opus est illud à trabea, sed potius ἀποφθέγμα meum.

Trabs, bis. ad Heren. 12 b, Abiegnæ trabes. de Natur. deorum, lib. 3.

Trachiniæ, arum. Sophoclis tragœdia. Tusculan. 179 a.

Tractabilis, le. lenis, mollis, facilis, flexibilis. de Ami. 105 b, Virtus in amicitia tenera est atq; tractabilis. & Atti. 165 a, Nihil est eo tractabilius.

Tractabilis. quod sub tactum cadit. de Vn. 197 a, Corporeum & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse, quod natum est.

Tractatio, nis, usurpatio, usus, tractatus, explicatio. de Diuin. 110 a, Qui tibijs uti uolunt, earum tractationem accipiunt à musicis. & de Ora. 161 b, Vt hi qui in armorum tractatione uersantur. Academicarum, 2 b, Tractatio philosophiæ opinio quoque dignissima est. de Clar. 166 a, Tractatio literarum mihi salutaris fuit. Orator. 202 a, Tractatio atq; usus uocis in nobis est. de Orat. 89 b, Orator tractationem orationis sibi assumet. & 94 a, Quæ obseruata sunt in usu & tractatione dicendi, de Orat. 124 b, Tractatio autem uaria esse debet. & ibid. de tractatione. Orat. 216 b, Est enim in utroque & materia & tractatio: materia in uerbis, tractatio in collocatione uerborum. Off. 36 a, Quæ in usu & tractatione belluarum fiunt.

Tractatus, a, um. uersatus. pro Arc. 196 a, Persona in iudicijs minimè tractata.

Tractatus, tus. tractatio. de Or. 130 b, Qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in uita aliud agunt.

Tracto, tas. tango, attrecto, gero, accipio, uerso, habeo, in manibus habeo, cum aliquo ratione alicuius rei habeo, afficio. de Orat. 90 a, Qui in his artibus cognoscendis atq; tractandis studium suum omne posuerunt. de Orat. 155 b, Euclides Geometriam tractauit. Tus. 249 b, Vt ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus. de Or. 147 b, Quæ omnia oratori tractata atq; agitata esse debent. Tus. 242 a, Hæc tractanti animo, & noctes & dies

cogitanti, exiſtit illa cognitio, &c. de Or. 45 a, Tractare res comicas tragicè. Or. 202 b, Grammatici hunc locum tractant in poetis, eloquẽtes in omni genere & parte causarum. Offi. 53 b, Qui locus à Posidonio breuiter tractatus est in quibusdam commentarijs. de Fat. 140 b, Nec ea quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem. & de Leg. 156 b, Tractare historiam. Acad. 7 a, Tractare artem: id est, exercere. Orat. 207 b, Orator habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos. pro Qu. 11 a, Tracta edictum. Tus. 220 a, Tracta diffinitionem fortitudinis. Of. 4 a, Quocirca huic quæ si materia, quam tractet, & in qua uersetur, subiecta est ueritas. de Ora. 119 a, Tractare argumenta. & ibi. Inuenire, excogitare. de Ora. 124 b, Nequaquam satis est inuenire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis. Offi. 31 a, Tractare & contemplari res cognitione dignissimas. de Senect. 84 b, Ius pontificium & ciuile tracto. de Orat. 99 a, Tractare atq; agere causas amicorum. pro Cor. 55 a, Aliquem omnia quæ facere uelit, facillime tractare. pro Plan. 262 b, Contentio uestrum, quæ tractari sine contumelia non potest. de Ar. 251 b, Cuius arbitrio sicæ nunc omnes, atque omnia uenena tractantur. de Cl. 165 b, Arma quæ tractare cœperam, & quibus me assueueram. pro Sest. 7 a, Clauum imperij tenere, & gubernacula reipublicæ tractare. Para. 123 b, Aliquis Matellionem Corinthium cupidissimè tractans. Epistol. 231 b, Qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit. I. V. 248 a, & Epistol. 28 a, Vt is eam pecuniam tractaret, quem ipse præfecisset. I. V. 145 b, Mihi uideor eorum consuetudinem usu tractãdoq; cognouisse. de Finibus. 134 a, Tractare & tueri uites. pro Qu. R. 48 a, Tractare personam alicuius in scena. Orat. 205 b, Eloquentiæ est tractare animos, & omni modo permouere. Orator. 203 a, Nec omnis auditor eorundẽ aut uerborum genere tractandus est, aut sententiarum. de Ora. 111 b, Per tractare animos hominum, & captare eorum uoluntates. Quint. Frat. 311 b, Tractare aliquem nimis asperè. I. V. 111 a, Liberaliter tractari ex cibarijs alicuius. & Epistol. 118 b, Me tractat liberaliter Curio, ut si te ita tractatum docuisses, & cæt. id est, malè acceptum. Atti. 67 b, Cæsar Quintum meum, dij boni, quem admodum tractat honore, dignitate, gratia, non secus ac si ego essem imperator. I. V. 70 b, Cõmemorat quàm liberaliter eos tractasset etiam antea. pro Pom. 5 b, Mercatores iniurioſius tracti. Epistol. 4 a, Omnibusq; rebus eum ita tractes, ut intelligat, &c. Epist. 28 b, Quam quemadmodum tractare audiebam. & 119 a, Sic tu, inquit, Hirrum tractasti. Epi. 40, Qui à te tractatus est præstanti fide. pro Cæl. 38 a, Quòd pater parum piè tractatus à filio diceretur. I. V. 250 a, Vt is uictu cæterisq; rebus quàm liberalissimè commodissimèq; habeatur. I. C. 117 a, Deinde ita me in republica tractabo, ut, &c. ad Heren. 31 b, An ad suam reuertetur antiquam uitam, alicubi honestè tractatam? Epistol. 209 a, Quò in munere ita se tractauit, ut, &c. id est, gesſit. Para. 116 a, Cato cum sententiam in senatu diceret, locos graues ex philosophia

philosophia tractabat. & de Leg. 159 b, Explicãda est natura iuris, cõsiderandæ leges, quibus, &c. tractanda iussa & iura populorũ. de Am. 108 b, Quæ omnia pertinent ad eam quam iamdudum tracto, constantiã. Attic. 80 b, Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur. et 191 b, Hoc tu tractabis ut tibi uidebitur. de Ora. 91 b, Omnia quæ tractarentur ab oratoribus, dubia esse & incerta. Epistо. 103 a, & ad Atticũ 229 a, Liberalissimè atque honorificẽtissimè tractari ab aliquo. Attic. 245 b, Id etiam ad dignitatem meam pertinet, eum non modò perliberaliter à nobis, sed etiam ornatè cumulatèq; tractari. Quint. Frat. 304 b, Hortensius me sceleratissimè, insidiosissimèq; tractauit. I. A. 162 b, Nõ tractabo illum ut consulem, ne ille quidem me ut consularem. Officiorum, 73 b, Cùm te tractaret Atreus, personæ seruiendum fuit.

Tractus, a, um. Or. 202 b, In concionibus tracta quædã, & fluens petitur oratio.

Tractus, ctus. regio, copia. pro Plan. 263 b, Totus ille tractus celeberrimus Venafrenus, se huius honore ornari arbitratur. de Orator. 127 a, Quæ hæsitatio tractusq; uerborum. de Ora. 113 b, Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. de Diuinat. 128 b, Lunæ tractus. aliter, tractus.

Traditio, onis. Top. 223 a, l. Abalienatio.

Trado, dis. do, dedo, doceo. pro S. R. 224, Tria prædia uel nobilissima Capitoni propria tradũtur. & ibid. b, Prædia uacua alicui tradere. Epistol. 98 b, Totum denique hominem tibi trado, de manu (ut aiunt) in manum. & 31 a, Tradere prouinciam alicui. de Orator. 104 b, Cui populus ipse regendi sui potestatem tradidisset. Qu. F. 308 b, & Ep. 256 b, Tradere se totum alicui. Epist. 70 b, Lachrymis & tristitiæ te tradidisti Luceij. Postquam. 200 b, Tradere se autorẽ inimicis reip. de Pro. 714, Tradere aliquem in seruitutem alicui. pro S. R. 28 a, Quos traduros sperabas, uides iudicari. Offic. 12 b, Qui se in Africa Cæsari tradiderunt. pro Syl. 184 a, Id metuit, cui honori integros fructus non sit traduturus, ne æternam memoriam dedecoris relinquat. Atti. 228 b, Nõ esse tradendas posteris inimicitias. de D. 102 b, Et traditus pòsteris. Ep. 103 b, Sic te Cæsari commendaui & tradidi, ut grauissimè diligẽtissimèq; potui. Off. 41 a, Lælius facilè bellũ reliquis tradidit. I. A. 256 a, Quem ego iniustiũ ueriſsimis maledictorum notis tradam hominũ memoriæ sempiternæ. Idẽ pro Mar. Tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitùs totosq; tradimus. Tuscu. quæst. lib. 5, Victi & debilitati obiecta specie uoluptatis tradunt se libidinibus constringendos, nec quid peruenturum sit, prouident. 1 de Finib. Totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio cõcitatus. de Clar. Orat. 193 b, Hominem comprehendit, & in cu stodiam Ephesi tradidit. ad Quint. Frat. lib. 1, Iam uerò publicanos miseros, me etiã miserũ, illorũ ità de me meritorum miserijs ac dolore, tradidit in seruitutem Iudæis & Syris nationibus natis seruituti. de Prouinc. Consul. Qui tradidit nostra, &c. 8 ad Atticum, Domũ (ut

debuimus) ad eum statim uenimus, cui; nos totos tradidimus. ad Quint. Frat. lib. 2, Qui se totos tradiderũt uoluptatibus. Læl. At enim te in disciplinam meam tradideras. 2 Philp. & 1 de Diuin. Ades, inquit, animo: et omitte timorẽ Scipio: & quæ dicam, trade memoriæ. in Somn. Scip. Ei te totum trade, &c. ad Tironem, lib. 16, Per manus hanc prouinciam tradat ei, cui maximè uos uelitis. de Prouinc. Consul. & Epist. lib. 3, Quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa & tumultuosa uita, se in studium aliquod traderent quietum. 1 de Inuẽt. 42 b, Qui salubri et moderato cultu atque uictu quieti se tradiderit. 1 de Diuinat. 105 b, & 93 b, Alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimasq; gentes, ad diripiendum tradidisses. pro Domo: Quæsiuit quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere. 2 Verr. Tradere equum domitori. Officiorum, 1, Tradere poculum alicui. Tusculan. quæst. libro 1, Traditur gratiæ aut authoritati reliquæ populi uolũtas. 3 de Leg. Tum quum florebat imperium, decreuit, ut de principum filijs, sex singulis Hetruriæ populis, in disciplinam traderentur. 1 de Diuinat. Quum uerò potentibus redditi, id est, magistris traditi sumus, tum ita uarijs imbuimur erroribus. 3 Tusculan. Trado, doceo, demonstro, dico, prodo. Nam Galbam, Aphricanum, Lælium, doctos fuisse tradunt. 1 Tusculan. Socratis ingenium, uariosq; sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. 3 de Orator. 148 b, Non facile est inuenire, qui quod sciat, nõ tradat alteri. de Finibus, libro 3. 104 a, Si optimarum artium uias traderẽ ciuibus meis. de Diuin. libro 2, 108 b, Qui dicendi præcepta traderent. de Orat. 91 b, Tradere & ponere præcepta. Topic. 221 a, Tradere aliquid artificio & uia. de Finibus, libro 4, Tradere elementa loquendi. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2, Hoc est, Grammaticam. Qui hæc subtilius uelim tradere, libro 1 de Finibus. Tradere topica alicui, Topic. 221 a. Tradere uias nõ tam iustitiæ, quàm litigandi, 1 de Legibus 13. Aristides qui omnium iustissimus fuisse traditur, pro Sestio 271 a, dicitur uel memoratur. Homerus Lycurgi temporibus fuisse traditur, Tusculã. 229 a. Earum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt, de Inuent. 62 b, & pro Quint. Rosc. 45 b. Earum rerum, quæ quasi in arte traduntur, in scientia, de Orato. 93 a. Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris nõ alienis præceptis, sed suis imperijs est tradita, pro Põp. 9 a, b. Virtutem hominibus (si modò tradi ratione possit) instituendo & persuadendo, non minis & ui ac metu tradi, de Orat. lib. 1. 106 b, Qui quidem etiam pollicẽti cuidam se artem ei memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, traditurum, respõdisse dicitur, obliuiſci se malle, discere, 4 Acad. Et qui se artem dicendi traditurum etiã cæteris profitebatur, ipse omnibus turpissimus iudicijs cõuictus est, pro Flacco. Idemq; etiam disputandi & intelligendi iudicium dicas te & artificium traditurum, 4 Acad. Cùm hæc omnia audirentur ab ijs, quibus non scientia esset tradẽda, sed exigui temporis aut falsa aut obscura opinio, de Orat. libro 1. 92 b. Impellimur au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem natura, ut prodesse uelimus quamplurimis, in primisq; docendo, rationibusq; prudentiæ tradendis, 3 de Finib. Sic enim est traditum, de Legibus, 156 b. Tenebimus consuetudinem à Socrate traditam, de Diuin. 139 b. Hoc est nobis à maioribus traditum, pro Domo sua, 219 b. Vt traditum est ab ijs, qui dijs ortos se dixerunt, de Vniuersitate, 49. Isocratem dixisse traditum est, etc. de Claris Oratoribus, 183 a. Nam istum doctum & sapientem uirum fuisse memoriæ traditum est, in Parad. & 1. Tusculanarum.

Traduco, cis. transduco, confero, transfero, conuerto, abduco, auoco. de Prou. 73 b, Inimicitias in uiris fortibus non solum extinguit reipublicæ dignitas, sed etiam ad amicitiam consuetudinemq; traduxit. Epist. 3 b, Vt mihi uiderer animũ hominis ab omni alia cogitatione ad tuã dignitatem tuendam traducere. de Leg. 157 b, Ego uerò animi pẽdeo, cum quid exorsus sum, si traducor aliò. de Or. 127 a, Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandã Cepionis fugam. de Or. 136 b, Et animos ad nostram defensionem conor traducere.)(. Abducere à cõtraria defensione. Ep. 5 a, Quæ animos à minore cura ad summũ timorem traduceret. de Ar. 249 a, Ludi ab lætitia ad metũ traducti sunt & ibi. Qui ludos ad luctũ conferre uoluit. & ib. Ludi penè ad cædẽ conuersi sunt. de Or. 154 a, Adolescentes à minutis concertationibus, ad omnẽ uim dicendi traducendos puto. Or. 201 a, Quæstio à proprijs personis ad uniuersi generis rationẽ traducta. de Cl. 195 a, Iudices à seueritate ad hilaritatẽ traducere. Or. 216 a, Traducere eos qui audiunt, in magnã admirationẽ. de N. 10 a, Traducere partũ Iouis ad physiologiam, & * Accommodare fabulas poetarum ad ea quæ dicimus. pro Cl. 48 a. Is traduxit me ad suã sententiam. de Cl. 175 a. Idem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiuntur. de Fi. 106 b, Traducere aliquẽ ad se. Attic. 236 b, Sic homines traducere ad optimates paro. de In. 74 a, Fluuius ita magnus factus est, ut eò traduci uictimæ nullo modo possent. pro Cl. 45 b, Deinde iussit equum traducerẽ. Epi. 52 a, Traducere tempus. Item: Vt antè commentemur inter nos, quà ratione nobis traducendum sit hoc tempus. At. 72 b, Summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducemus. de Sen. 94 a, Vitam ociosam & quietam sine ullo labore & contentione traducere. pro Pl. 165 b, O adolescentiã traductam eleganter. ad Br. 285 b, Traducere uitam egregijs factis.

Traductio, onis. pro Sest. 6 b, Traductio ad plebem furibundi hominis. de D. 106 b, Sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficietis, sed primum quidq; replicantis.

Traductio, cum exornatio uerborum, est quæ facit, ut cum idem uerbum crebrius ponatur, non modò non offendat animum, sed etiam concinniorem reddat orationem, hoc pacto: Qui nihil habet in uita iucundius uita, is cum uirtute uitam non potest colere. ad Her. 28 b.

Traductio, id est, metonymia. de Orat. 138 a, Traductio atq; immutatio in uerbo.

Traductor, oris. Attic. 28 a, Hic Hierosolymarius traductor ad plebem.

Traducx, cis. stirps arboris, uel uitis aliò traducta, uiui radicem appellant rei rusticæ autores. de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, sarmenta, iutes traduces, propagines.

Tragicè. sublatè, amplè. de Cla. 165 a, Rhetoricè & tragicè ornare aliquid. de Orato. 145 a, Res tonicas tragicè tractare.

Tragicus, a, um. ut Tragici poetæ. de Natur. 12 b, de Cl. 185 a, Grandis, & ut ita dicam, Tragicus orator. de Or. 129 b, Sed hæc tragica atq; diuina. In V. 89 b, Tragico illo Oreste, aut Athamante dementior.

Tragœdia, diæ. genus poematis grande, & magnis motibus cõcitatum. Hinc fit, ut tragœdia pro magnis motibus & flammis animorum sumatur. de Orato. 103 b, & 104 a, Nec uerò istis tragœdijs tuis Crasse perturbor. pro Mil. 105 a, Nunc eiusdem Appiæ nomen, quantas tragœdias excitat? de Orat. 127 b, In paruis rebus adhibere non debemus has dicendi faces, neq; tragœdias agere in nugis. Tusc. 225 b, At quas tragœdias effecit? Qu. Er. 326 b, Quatuor tragedias XVI. diebus absoluisse cum scribas, tu quicquam ab alio mutuaris, & ἀφέσεις quæris, cum Electram & Troadem scripseris? & ibid. Istas & Erigoniam mihi uelim mittas. In Ar. 233 a, Quorum alter commẽtatus est mimos, alter egit tragœdiam. de Se. 81 b, Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit.

Tragœdus, di. tragœdiæ actor. de Orat. 95 b, Vox tragœdorum, gestus penè summorum actorum. Ora. 206 b, Comœdum in tragœdijs, & tragœdũ in comœdijs placere uidimus.

Traho, his. duco, allicio, haurio, rapio, libo. de Di. 98 a, Magnes lapis est, qui ferrum ad se allicit & trahit. de D. 103 a, & de Nat. 31 a, Ex puteis iugibus aquam calidam trahi. de Di. 95 a, Animos hominũ quadã ex parte extrinsecus esse tractos atque haustos. pro Pomp. 7 a, Non possunt una in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatẽ trahant. Antequàm. 195 b, Serui, qui ad supplicitũ trahuntur. Offic. 4 b, Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem. pro Arch. 190 b, Trahimur omnes laudis studio. & ib. Optimus quisq; maximè gloria ducitur. de Cl. 166 b, Ab isto initio tractus est sermo. & ibi. Hinc Pomponi ductus est sermo. Or. 207 b, Omnis ratio, quæ ad dicendũ trahi possit. de In. 65 b, Ducere, sumere, trahere cõiecturam ex aliqua re. pro Cor. 96 a, Trahere sholia de hostibus. de N. 54 a, Nerui à corde tracti & profecti in omne corpus ducuntur. I. V. 263 a, Vacuum tractum esse rerum. Anteq. 194 a, Nos hic tutam tranquillamq; pacem trahimus. pro Mil. 106 a, Comitia tracta esse. id est, dilata. ad Her. 2 b, Trahere aliquem in inuidiam. Ep. 47 a, Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie reipub. molestiam traxerit. id est, acceperit. I. A. 192 b, Regio Martia, quæ à Marte traxit nomen. & 231 a, Corpus tractũ & laceratũ abiecit in mare. Attic. 65 a, Per me ista pedibus trahantur. & 160 a, Si trahitur bellum, quid expectem? & 52 a, Quinetiam idcirco

idcirco trahebam, ut quàm diutissimè integrum esset. I. A. 164 a, Aliquid enim salis ab uxore mima trahere poteras. & 186 b, Qui ex contumelia cognomen traxit.

Trahere, extrahere, differre pro Mil. 106 a, Comitia tracta esse: id est, dilata. Att. 160 a, Si trahitur bellum, quid expectem? & 252 a, Quinetiam idcirco trahebam ut quàm diutissimè integrum esset.

Traiectio, onis. uel trãsiectio. ad Her 34 a, Att. 133 a, Cautior certè est mansio, honestior existimatur traiectio. de Di. 80 a, & 111 b, & 121 a, Assyrij traiectiones motusq; stellarum obseruauerunt. Or. 219 b, & ad Her. 28 a, Traiectio uerborum. de Or. 262 a, Tum agendi minuendi ue causa ueritatis superlatio atq; traiectio.

Traijcio, cis. transeo. Attic. 116 a, Et si terra quidem, qui possim? si mari, quo traijciam? Post. 202 b, Marius cum parua nauicula traiectus est in Africam. Ep. 149 a, Exercitum Rhodanum traieci. & 150 a, Rhodanum copias traiecissem. et 154 a, Dum Brutus copias traijceret. Ep. 172 a, Si se Alpes Antonius traiecerit. & 174 a, Si quo casu Hispaniã se traiecerint. I. Sal. 275 a, Ex Africa tantũ hic exhausit, quantũ potui aut fide nominũ traijci, aut in naues contrudi. de Fi. 111 a, Murumq; iaculo traiecit. Or. 220 a, Traijcere uerba. l. Transgredi 10.

Tralatio, onis. trãslatio. Ep. 263 a, Vt sit, quomodo Theophrasto placet, uerecunda tralatio.

Tralatitius, a, um. translatitius, translatus: hoc uerò caput ex quo suspicio nata est, me exquisisse aliquid in quo te offenderẽ, tralatitiũ est. & 115 a, Nosti enim hæc tralatitia. Att. 5 b, Alterum caput est tralatitium.

Tralles, ium. opp. At. 75, & contra Rul. 74 a.

Trallianus, a, um. pro Fla. 257 a, Orator. 220 a, In Ant. 186 a.

Trames, tis. semita. In A. 244 b, Non idem in Apennini tramitibus potero facere? In A. 250 a, Egressus est non uijs ñ d tramitibus paludatus.

Trano, as. quasi trans no, traijcio. de Nat. 31 a, Vis ignea, quæ tranat omnia. de Som. 129 b, Non cuiusquam nostrum nomen aut Caucasum transcendere, aut Gangen tranare potuit.

Tranquillè. placatè. Orat. 205 b, Tranquillè & leniter. & Tus. 195 b, Tranquillè, placidè traducere uitam. At. 82 a, Velim tranquillè à Parthis.

Tranquillitas, tis. placatio. de Orat. 85 a, Locus quietis & trãquillitatis plenissimus. pro Mur. 137 a, Qui remoti à studijs ambitionis ociũ ac tranquillitatẽ uitæ secuti sunt. Of. 14 b, Vt tranquillitas animi adsit, quæ afferat dignitatẽ. de Fin. 129 b, Securitas est animi tanquam trã quillitas. l. P. 81 a, Lex Aelia & Fusia propugnacula, muriq; tranquillitatis atq; ocij. Ac. 25 a, Tranquillitas maris. At. 97 a, Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. l. ἐνθυμία, & Securitas.

Tranquillo, as. placo. de Fimib. 59 a, Tranquillare animos. Top. 229 b, Vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur.

Tranquillus, a, um. sedatus, pacatus, placatus, lenis, omni perturbatione carens. Attic. 105 b, Cætera uidentur

esse tranquilla, tranquillissimus autem animus meus. pro Cl. 46 a, Mare, quod sua natura tranquillum est. de Fin. 63 b, Placata, tranquilla, quieta, beata uita. de Ora. 87 b Pacatæ et tranquillæ ciuitates. Orat. 214 a, Isocrates, in faciendis uerbis tranquillus. Tus. 197 a, Tranquilla & serena frons. Ep. 51 a, Tranquillus animo. Off. 20 b, Appetitus sint tranquilli, atq; omni perturbatione animi careant. de Sen. 92 b, Tranquillo animo esse, & trãquillo animo consistere.

Trans. Att. 191 b, Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. de Diuin. 111 a, Si scisset sibi trans Euphratem esse pereũdum. pro Quin. 2 b, & 14 b, Næuius trans alpes usque transfertur. pro Mil. 115 b, Domino trans ripam inspectante. Ep. 26 b, Trans montem Taurum etiam de matrimonio est auditum. de In. 52 a, Ego eò ipso tempore trans mare fui. de In. 47 b, Vt qui trans flumen essent, uidere possent.

Transactor, oris. I. V. 122 b, Timarchides rerum omnium transactor & administer.

Transactus, a, um. de Ora. 110 a, Sed transactis iam meis partibus ad Antonium audiendum ue nistis. Tusc. 221 a, & ad Her. 7 b, Rebus iam transactis & præteritis.

Transalpinus, a, um. Ep. 134 a, Transalpinæ nationes. Post. 207 b, Cognatio materna trãsalpini sanguinis. Of. 88 b, Trãsalpina bella. In Ver. 132 a, Aegritomanus trãsalpinus. pro Mur. 145 a, Transalpina Gallia.

Transcendo, dis. transeo. I. C. 119 a, Hoc malum manauit non solum per Italiam, sed etiam transcendit alpes. de Som. 129 b, Num cuiusquam nomen aut Caucasum transcendere potuit, Gangen tranare.

Transcribo, bis. exscribo, describo. de N. 74 b, Qu. Sosius, qui transcripsit tabulas publicas. pro Clu. 25 b, Oppianicus testamẽtum in alias tabulas transcriptũ signis adulterinis obsignauit. ad Her. 25 a, Si uestra manu fabulas aut orationes totas transcripsissetis.

Transcurro, ris. prolabor. de Cl. 191 a, Alexander & Cyrus, qui suũ cursum transcurrerant. ad Her. 34, Nè sine delectu temerè uideatur in rem dissimilem trãscurrisse.

Transducere. I. V. act. 6.

Transenna, næ. fenestra, cancelli. de Orator. 98 a, Eam copiam quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus.

Transeo, is. traijcio, transmitto, transcendo, transgredior, præteruehor, trano, permeo, delabor, deflecto, abeo, accedo, defluo, leniter facio. de Nat. 28 a, Cum Gracchus pomœrium transiret, auspicari est oblitus. de Di. 87 a, Quod inauspicatò pomœrium transgressus esset. I. P. 92 a, & Orat. 210 b, Cum mare uastissimum hyeme transibas. At. 128 b, Horum studiorum causa mare transiui. 128 a, Pompeius mare transijt. Attic. 106 a, Cum legis dies trãsierit. Ac. 30 a, Quædam animalis intelligẽtia per omnia permeat & transit. Tusc. 235 b, Nulla animans in alterius animantis uitam transire potest. Att. 81 a, Iulia lege transita, semel tamen in diẽ. Ep. 126 a, Spero tamẽ, si te uidero, & ea quæ premant, & ea quæ impendeant, me facilè transituram. Nam qui appetitus longius

Universidad de Deusto
Biblioteca

euagantur,& c.ij sine dubio finem & modum transeũt, de Offic.lib.1.Transijt Formias,9 ad Attic.Transijt hic nimbus,15 ad Att.Transierant illuc, 8 Fam.Cælij:id est, in illam sententiam. Transi multa, 8 Fam. Cælij: id est prætermitte Quòd si me Cæsar audisset,atq; Apenninũ transisset,Brutus ad Cice.lib 11.Sicut mos maiorũ serebat,repentè relmquas,deseras, ad aduersarios transeas, 8 Verr.Video iam quò inuidia trãseat,& ubi sit habitatura,& c.ad Attic.lib.2.Deinceps ad partitionem transeamus, 1 de Inuent.Si uos semel in iudicando finem æquitatis & legis transieritis,5 Verr. & Officiorum , 1. Transire ad plebem,2 ad Attic.Transire ad sermonem, 3 ad Heren.Transire amnes auspicatò,Di.lib.2.Transire ea quæ premunt & ea quæ impendunt,9 Fam.Rectius diues quàm Crassus, qui nisi eguisset. nunquam Euphratẽ nulla belli causa transire uoluisset, 3 de Fin. Varisidium equitem Romanum familiarem meum ad te ipsum transire iußi.Planc.Cic.lib.10 . Transire legem, 5 ad Att.Siquidem est peccare, tanquam transire lineas, Parad.Transire locum,2 ad Att.Transire maria,Orat. Sed in animo est leuiter trãsire,ac tantũmodo perstringere unamquamque rem,pro Rosc.Amer.Aegrè tulisse P.Rutilium,& c.sed tamen transisse uidetur modũ quip pe qui ob eam causam à uita recesserit,4 Tus.& de Of. lib.1.Equidem maluerã, quod erat susceptum ab illis,silentio transire,ad At. lib.2. Cuius similitudine perspecta in formarum specie à dignitate transitum est ad honestatem dictorum atq; factorum,2 de Fin.

Transfero,fers.traduco,confero, remoueo, transfundo, reuoco,deporto, deriuo.de Orator. 96 a, Sed si placet, sermonem aliò transferamus.pro Mur.135 a , Cùm te de curriculo petitionis deflexisses, animumq; ad accusandum transtulisses pro Mur.124 a , Cum omnis potestas deorum immortalium aut translata sit ad uos, aut certè communicata uobiscum. pro Quint. 2 b , Tollitur à præconum consessu in Galliam Nœuius, & trans alpes usque transfertur.I.A.189 a , Ad se omnia ex hortis ornamenta transtulit. de Cla. 168 b , Totumq; se ad arietes componendos transtulit.pro Milone,106 a,Clodius reliquit annum suum , seseq; in proximum transtulit. In V.216 b,Hoc translatum Carthaginem , locum tantum mutarat. pro Domo , 225 b , Cum domus in palatio , uilla in Tusculano , altera ad alterum consulem transferebatur.de Fat.143 b,Quid est, quod non possit ex connexo transferri ad coniunctionum negationem? & Attic. 252 b , Archetypus in Macrocolla translatus. pro Quinto R. 464 , Quin tabulas conficiunt mensruas penè rationes in tabulas transferunt I. V. 134 d, Hoc idem transfero in magistratus.de In 67 b, Argumẽta , quæ transferri in multas causas possunt.de Orator. 238 a , Nec in alias causas posse transferri. l. Definitio. Epistol. 70 a , Transferre animum ad aliqua.pro Fon. 277 b,Transferre culpam in alios. & Attic. 250 a , Vt omnem culpam in te transferas. pro Sest. 21 a , Transferre crimen in aliquem. Aca 13 b , Nihil de suo genere transferri in aliud genus potest. pro Syl. 182 a , In hunc igitur gregem uos P.Syllam reiecistis? in parricidarum numerum transferetis? de Finib.67 a , Hanc iucunditatem transfer in animum Orator.205 a,Translata ea dico, quæ per similitudinem ab alio transferuntur.et 204 b,Cum uerbum aliquod alrius transfertur. Orat. 256 b, Verbum trãsferri,& quasi in alieno loco collocari. Orator.202 a,Transferre uerba apertius . pro Cl. 44 a, Nec est probandum, illos adnotationes censorias exemplum à consuetudine militari transtulisse . de In. 49 b, Transferre aliquid ex philosophia.de Leg.182 a,Iam cætera translata ferè sunt de Solonis legibus . Epist. 37 a, Vt de tuo edicto totidem uerbis transferrem in meum. de Orat.120 a,Delegare aliquod munus ad aliquem: id est,in eum transferre. Par.241 a.Ea litera de accusatore solet dari iudici id est, transferri in iudicem.Tus.242 b, Iustitia nihil in suam domum inde deriuet:id est,transferat. Att.90 b,Istum ego locum totidem uerbis à Dicæarcho transtuli.pro R.P.124 a,Hoc totidem uerbis translatum caput est,quod fuit antè in lege Seruilia.de Orat. 147 a,Non ualde producti ijs , quæ similitudinis causa ex alijs rebus transferuntur.de Ora.148 a , Alij à regendis ciuitatib.totos se ad cogitationẽ rerũ transtulerunt. At 207 b,Totam Academiã ab hominibus nobilißmis abstuli,transtuliq; ad nostrũ sodalem. At.208 b,Academicen illam σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. Officior.3 b,Similitudinem natura, ratioq; ab oculis ad animum transferẽs. Officiorũ,31 a,Quod ab Ennio positum in unare transferri per multas potest.

Transfigo,gis.configo,transuerbero.de Diu. 102 a , Ipsa feris transfigens unguibus anguẽ.& de Fi.95 a , Transfixus hasta.

Transfuga,gæ perfuga. qui ad hostes profugit . de Diu. 101 a , Non omnia illum transfugam ausum esse senatũ dicere.Sal.in C.271 b,Leuißime transfuga, neq; in hac, neq; in illa parte fidem habens.

Transfugio,gis.perfugio,profugio.pro Quint.17 b, Ab afflicta amicitia transfugere,& ad florentem aliam deuolare.

Transfundo,dis.transfero.I.A.175 a, Omnem amorem abiecit illinc,atq; in hanc transfudit . Epistol.133 b,Libentius omnes meas laudes ad te transfuderim,& c.

Transgredior,ris.migro.de Diu.87 a, Quòd inauspicatò pomœrium transgressus esset.& Epi.37 b , Taurum transgressus sum.& 167 a,Transgredi alpes.

Transgressio,onis.transitus. In P.97 a, Alpium uallum contra ascensum,transgreßionemq; Gallorũ.de Orato. 162 a,Verborum concinna transgreßio.ad Heren.34 d, Trãsgreßio est,quæ uerborum perturbat ordinem peruersione,aut transiectione,& c.

Transiectio,onis.l.Traiectio.

Transigo,gis.decido,pactionem facio.conficio,absoluo, facio,perficio,gero.I.V. 125 a , Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. & pro S. R. 36 a,Transigere atq; decidere cum aliquo.pro Qu.R.54 d,Transigere cũ aliquo de aliquare.I.V.104 b, Quod erat uix HS.quadringentorum milium,transigunt HS. ducentis millibus.

millibus.Att.66 b, Cum priuatis nõ poterat transigi minore pecunia.pro Cl.25 b,Itaq; Manilius rem cũ Oppianico transigit,pecuniam ab eo accipit.pro Quint. Rab. 48 b,Is se ternis nummis, in pedem tecum transegisse dicebat.pro Qu.18 a,Transigere cum aliquo qualibet dũ modo tolerabili conditione.At.24 b,Amabo te, cura ut cum Ticinio transigas.pro Qu.R.53 a,Hoc tu per nuncium transigere potuisti.In C.114 d, Atq; illud quod faciendũ primum fuit,factũ atq; transactum est.Ora.209 b,Vt cum transegerit iam aliquid,definiat. & de In.49 b,Transigere quæ posita sunt in partitione . de In.51 a, Transigere multas res uno tempore.& ad Her. 7 a, Ad eam rem transigendã.& I.V.207 b,Quod uerbo transigere possum.I.V.61 b,& In C.121 b,Transigere,absoluere,expedire unumquodq;.pro Quint.13 b , Transigere susceptum negotium:id est,conficere munus susceptum. Ep.209 b,Negotium cõficiendum curas, ipse suscipias, transigas.I.V.124 a,Transacto aut dilatato iudicio. & ad Her.7 b,Transacto negotio,& re transacta. Att.3 a, Nos hic de C.Macro transegimus.& In V.100 a,Trãsigere de aliquo.At.3 a , Transigere aliquam controuersiam.de In.77 a, Aliquid facilè transigi:id est,fieri. I. V. 107 b,Prima actio VIII.diebus à nobis transacta est.pro S.R.37 a,Recede de medio,per alium transigam.& 43 a,Quæ domi gerenda sunt,ea per Cæciliam transigunt.Ep.235 a,Sin ut ego metuo transactum est, fac ueniας.Epi.114 b, Profectò aut transigetur aliquid,aut turpiter intercedetur.ad Heren.3 a,Verùm hoc in exercendo transigetur.I.A.164 b,Quidnam homines putarẽt? si tum occisus esset,cum tu illum gladio stricto insecutus es?negotiumq; transegisses,nisi se abdidisset.At.194 a, Prius enim rem transegit,quàm,& c. At.194 a,Benefecit Aulus Silius,qui transegerit,& c. pro Qu.3 b, & 4 a,Vt quoniam suspicaretur de aliqua re fore controuersiam,uideret ut quàm primùm tota res transigeretur, sed res conuenire nullo modo potuit. Quin.F.307 b,et 308 a,Sed res multis querelis de Rep. interpondis,nulla transacta est.

Transilio,lis.migro,prætereo.de Ora.157 b , Transilire ante pedes posita.& de Fi.115 a,Cum autem ad summũ bonum uolunt peruenire,transiliunt omnia, & c. In A. 176 b,Sed ne rem unam pulcherrimam transiliat oratio,ueniamus,& c.

Transitio,onis.de Natur.deorum,11 b,Imagines similitudine & transitione perceptæ.de Cl.170 a,Transitiones ad plebem.& Epistol.189 b,Qui spem sæpe transitionis præbuit.

Transitio,onis.seiunctio,exornatio quædam . ad Heren. 32 a,Transitio uocatur,quæ cum ostendit breuiter quod dictum sit,proponit item breui quod cõsequatur.& ibidem,3 a,Rem breuiter narrare poterimus, etc.et si transitionibus nullis utemur.

Transitus,tus.Tus.239 b , Eiusq; fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxit.

Translatio , onis. exornatio est , cum uerbum in quandam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem rectè uidetur posse transferri.ad Her.34 b,et de Orat.157 a,Translationes quasi mutationes sunt , cum quod non habeas,alunde sumas. & 103 a , Vnius uerbi translatio aut inuersio uerborum. Orat.205 b, Iam cum fluxerunt,continuæ plures translationes , alia planè fit oratio: itaq; genus hoc Græci appellãt ἀλληγορίαν nomine rectè, genere melius ille,qui ista omnia translationes uocat. de Orat.158 a , Verecundè debet esse translatio.& 157 b,De translatione.In Verrem, 221 b, Nomen suum alicui ad translationem criminis commodare.Offic.9 b,& Syllæ & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos , non debet liberalis uideri.l. Tralatio.

Translatitius,a,um.tralatitius I.V.99 b , Et hoc uetus edictum translatitiumq; esse.l.Tralatitius.

Translatiuus,a,um.de In.69 a,& 45 a,Cum autem actio translationis aut commutationis indigere uidetur, constitutio translatiua appellatur.

Translator,oris.I.V.266 b,Translator quæstus.

Translatus,a,um.Or.205 a,Translata uerba, quasi stellæ illustrant orationem.

Transmarinus,a,um.quod trans mare est,uel inde petitum.I.A.236 a,de Or.155 a, Transmarina & aduentitia doctrina.& con.Rul.82 a , Transmarina uectigalia. I.V.244 b,Accersere res transmarinas.

Transmissio,onis.traiectio. I.A. 254 a , Quod ab urbe ea transmißio in Græciã laudabatur. At.66 a, Nauigationem me herclè ualde timebam, recordans superioris tuæ transmißionis.

Transmitto,tis.transeo,traijcio. de Natura deorum, 51 a, Grues cum maria transmittunt, trianguli formam efficiunt.ad Attic. 125 b , Lentulum antè puto transmissurum,quàm potuerit conueniri. & Quint. Frat. 312 a, Aiebant te prima nauigatione transmissurum . de Di. 119 b, Cæsar in Africam transmisit.pro Pom.10 a, Cum exercitus nostri Brundusio transmiserunt.pro Pom. 4 a, Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putaui . de Finib. 145 a , Cur maria transmisit? Attic. 255 a, Pestanum & Vibonensem , utrumque pedibus & equis transmisimus.pro Pompeio, 12 a , Quis dubitat,quin hoc tantum bellum Pompeio transmittendum sit?

Transnare.L.Trano.

Transnumero,as.ad Heren.39 b , Si hodie uis transnumerari.

Transpadanus,a,um.Epistol.29 a,Officiorum,69, ad Atticum,69.73.

Transporto,as.traijcio,transfero.ad Atticum,112 b, De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam . & 129 b , Vt copiæ nauibus Dyrrachium transportarentur. I. P. 89 b, Macedonia , in quam tantum exercitum transportaras. ad Atticum,214 a, Quid eas quas Anius transportauit?

Transtra , sedes in naui in quibus sedent remiges. I. V. 263.

Transtyberini.pop.Att.194 a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Transuectio,nis.Tusc.150 a,Transuectio Acherontis.

Transuehor.traijcior,transeo.de Fin.136 b,Nam nemo hæc unquam est transuectus cærula cursu, Quin prius astiterit uocum dulcedine captus.Ex Homero, de Sirenum cantu.

Transuerbero,as.transfigo.Epist 95 a, & Tusc.180 a, Cùm præclara bestia uenabulo transuerberabatur.

Transuersus,a,um.Obliquus.)(rectus.I.V.228 a, Vna uia lata perpetua,multæq; transuersæ Syracusis.At.68 a.Nunc uenio ad transuersum illum Epistolæ tuæ uersiculum.de Vn.200 a, Orbium motio transuersa.de Ora. 155 a,M.Manlius transuerso ambulans foro.At.210 a,In omni uita sua quemque à recta conscientia transuersum unguem non oportet discedere.& Ac.15 a,Ab hac mihi non licet transuersum,ut aiunt,digitum discedere.Atti. 240 a,& Ac.30 b,Ecce autem de transuerso L. Cæsar, ut ueniam ad se rogat.& ad Her.27 a,Ecce tibi à transuerso,etc.de Cl.196 b, Cuius in adolescentia per medias laudes quasi quadrigis uehentem transuersa incurrit sera fortuna reip.

Transuolo,as Ep.163 b, Num etiam alpes poterã transuolare?Pollionis & ad Her.31 a,Oceanum Macedonum gloria transuolasset.

Trapezophoros. statua erat pro tripode, ad mensam sustinendam.Ep.106 a, Quod tibi destinaras trapezophoron si te delectat,habebis.

Trasymenus.pro S.R.33 a, Multos cæsos non ad Trasymenum lacum,sed ad Seruitium uidimus.de Cl.169 b,C. Flaminius apud Trasymenum interfectus.

Trebulanus ager.Att.69.

Trecenti,æ,a.de Fi.85 a.

Threcidicus,ca,cum.quasi Threicius dicitur.Significatur autem ea uoce, quod Thracis gladiatoris est.I.A.212 a, Cum ornasset Threcidicis comitem & familiarem suum, illum miserum fugientem iugulauit.Threcidicis, scilicet armis & uestitu.Et Auson.poeta: Threcidicum gladium dixit.

Tredecies HS.I.V.Act.5.l.Terdecies.

Tremebundus,a,um.tremens.pro Dom.240 b, & In Ar.Is postem tremebũda manu tetigit.ad Her.20 b,Tremebunda uox.

Tremefacio,cis.concutio.de D.84 a, Aut cùm se grauido tremefecit corpore tellus.Poetæ.

Tremefactus,a,um.concussus.Offi.37 b, Quamuis enim tremefacta sit libertas,tamen,& c.

Tremo,mis.contremisco.Aca.13 a, Qui tremunt & exalbescunt obiecta re terribili.& Tusc.219 b, Tremere toto pectore.& Qu.Fr.290 b,Tremo animo.de Or.135 a,Sapiens si algebis,tremes. In P.95 b, Timidus ac tremens.& 201 a,Horrens,tremens.Qu.Fr.322 b,Tremenți uoci.Ora.105 a,Africa terribili tremit horrida terra tumultu.Ex Ennio.

Tremor,oris.Tusc.213 a,& Ac.13 a, Terrorem pallor & tremor,& dentium crepitus consequitur. pro Flac. 148 a,Tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit?

Tremulus,a,um.crispus,radiatus.de Natur.47 b, Magnu'leo tremulam,quatiens è corpore flammam.de D. 84 a,Vidisti & claro tremulos ardore cometas.I.A.Tũ fixũ tremulo quatietur frigore corpus.de D.83 a.Haud modicos tremulo fundès è gutture cãtus. Poetæ omnis.

Trepidatio,onis. metus, commotio. pro Deiot.147 b, Num quæ trepidatio?num qui tumultus?

Trepido,as.metuo. de Orat. 158 b, At Romanus homo, & c.corde suo trepidat.

Tres constantiæ.Tusc.4.

Tres tabernæ.Att.7,28,29,30.

Ad tres horas dormire.At.lib.10.

Tres uiri.contra Rul.72.

Treuiri,pop.Galliæ.Ep.192,Treuiros uites censeo: audio capitales esse:mallem auro,argento,ære essent.locus ex ambiguis:intelligit enim triumuiratum Cæsaris, Pompeij & Crassi,qui tres uiri, si ex auro, aut argento, aut ære essent,nulli nocere possent.

Triaugulus,li.de Nat.51 a, Grues cùm maria transmittunt,trianguli formam efficiunt.& ibid. Basis triãguli, quam grues efficiunt.de Di.127 a, De triangulis & quadratis astrologorum.l. Quadratum.

Triarius,rij. At.64 b,l.Senectus.

Tribuarius,a,um.ad tribus pertinens, nam à tribu dicitur.pro Pl.268 b, In hoc sodalitiorum tribuario crimine.266 b,Tribuaria res.

Tribulis,lis.curialis.pro Sex. Ros.15 b, Possum multos proferre uel tribuleis,uel uicinos meos,qui,& c. Quint. de Pet.209 b,Qui apud tribuleis suos plurimum gratia possunt.ad Attic. 17 a, C. Herennius tribulis tuus est.& 13 a, Singulis tribulibus. In Vatin. * Marsi & Peligni tribules tui.pro Pl.260 b, Tribules decuriare. Epi. 225 a,& 198 b, Lege tribulis municeps, & familiaris meus.

Tribunal,lis.proprie iudicis sella,puteal.I.V.227 b,Prætor de sella ac tribunali pronunciat,si quis,& cætera.et de Or.98 b,Nobis in tribunali Quin,Pompeij prætoris urbani sedentibus.de Cl. 192 a, Hoc oratori contingat, ut cum auditum sit eum dicturum, locus in subsellijs occupetur,compleatur tribunal,& cæt.In Vatin.33 a,Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus.Post. 200 b,& pro Dom.224 a,Aurelium tribunal. Epistol. 36 b,& 37 a, Pro tribunali.& I.P.81 b, Pro tribunali Aurelio.

Tribunatus,tus.magistratus,qui auxilij causa constitutus est.pro Quint.11 b,& Antequam.197 a, de Orato. 87 a, Cotta qui tribunatum plebis petebat. pro Sest. 20 b, Fretus sanctitate tribunatus. Quint. Frat. 316 b, M. Curio tribunatum ab Cæsare petiuit.Tribunatus et præfectura, gloriolæ insignia sunt. 7 Familiarium 25, Tribunatus C. Gracchi quid iuris honis uiris reliquit? 3 de Leg.20,Tribunatus commoda, dempto labore militiæ, 7 Familiarium 18. Vitia quidem tribunatus præclarè Quinte perspicis, 3 de Leg. 33 a. Auferre tribunatum, Quint.Frat.lib.2.165 a. Neque tribunatum, neq; præfecturam,neque ullius beneficij certum nomen,7 Familiarium

liarium 15.De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem,non libet augurari,de Amic.39 a. Pernicioſe enim Philippus in tribunatu,cùm L.Agr.uiã ferret,etc.2 Of.

Tribunitius,a,um. contra Rullum,194 b, Tribunitius furor.ad Quintum Fra.316 b,Tribunitij candidati.I.A. 253 a,Tribunitius uir.Tribunitius ictus,post Red.in Senat.Actio Tribunitia,2 de Lege Agr.Tribunitia libido, pro Domo sua.Quum tribunitia potestas esset constituta 2 de Or.120 a. Tribunitia potestas in seditione,et ad seditionem nata, cuius primus ortus inter arma ciuiũ et obsessis & occupatis urbis locis procreatus.3 de Leg. Tribunitia potestate plebi à patribus concessa,arma ceciderunt,restincta seditio est,inuentum est temperamentum, quo temniores cum principibus æquari se putarint,in quo uno fuit ciuitatis salus, 3 de Leg. De tribunitia potestate taceo,3 de Legi. In Tribunitia potestate inest quiddã mali, sed bonum quod est quæsitum in ea, sine isto malo non haberemus,3 de Legibus. Tribunitium mucronem exacuit in nos,3 de Leg. Tribunitiæ leges,in Rul.Tribunitij terrores.2 Familiarium. Tribuni tijs aut priuatis consilijs res est mantenda,16 Familiar. Qu.Ciceronis.

Tribunus,ni.quasi ephorus, apud Romanos populi defensor & custos. Tribunus militum, magister militum. contra Rul.69 a. Tribunus plebis. quem maiores præsidem libertatis custodemq; esse uoluerunt.de L.187 a,Vt Lacedæmone ephori regibusoppositi sunt,sic apud nos consulibus tribuni. pro Quint. 5 a, Appellanur tribuni,à quibus cum esset certum auxilium petitum, tamen, & c.pro Quint.5 a,& 11 b, Non est iudicio defendere, cum auxilium à tribunis petas.& ibid. Ita tamen more & instituto,per eum magistratum, qui auxilij causa cõstitutus est.& 12 a, Quid si M.Brutus intercessit? uidetúrne intercessisse appellatio tribunorum,nõ more, sed auxilij causa?de Orator.126 b,Tribuni ex templo pulsi cum intercedere rogatione uellent.ad Attic.279 a,Nemo tribunus plebũ, nemo alio magistratu autor extitit. pro Dom. 224 a, Hæc furiosa uis uesani tribuni plebis. de Pro.79 b, Si patritius tribunus plebis fuerit, contra leges sacratas fuisse.ad Attic.11 a,& Qu.Frat.311 b,Tribuni ærarij, qui militibus pecuniam numerabant.et 317 a, Qui una cum senatoribus & equitibus iudicabant. Epistol.243 b,Quinque cohortes sine legato,sine tribuno militum,denique etiam sine centurione ullo. Quint. Frat.316 a,Hoc autem est eius quotidianum se ne tribunum militum quidem facere.pro Cluent.38 a, Qui M. Aemilio clarissimo uiro legati & præfecti et tribuni militares fuerunt.de Se.83 a, Cum tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas.& de Am.113 b,Lex C. Papyrij de tribun.pl.reficiendis. Epistol.170 b, Cum tribuni pl.edixissent, senatus adesset, ad XIIII. Calend. Ianuar. haberẽtq; in animo de præsidio Coss. designatorum referre.de L.185 b,Plebes, quos pro se contra uim auxilij ergò diem creasset,tribuni eius sunto.Aca.16 b,Tantum enim te modò monuit, ut caueres ne quis improbus tribunus plebis, quorum uides quanta copia semper futura sit,arriperet te,& inquireret,qui tibi constares, cũ idem negares, quicquam certi posse reperiri, idem comperisse te dixisti?

Tribuo,is.do,impertio.Officiorum 4 a, Hominum societatem tueri,& suum cuiq; tribuere.Item: O dij immortales,uobis enim tribuam,quæ uestra sunt,nec uerò possum meo tantum ingenio dare,ut,& c.pro Syl.168 b,et de D.81 a,Nec testimonio fidem tribui cõuenit, nec defensioni autoritatem.pro Cæ.43 a, Tribuere silentium orationi alicuius.pro Cor.62 b,Tribuere beneficiũ,tribuere præmium,tribuere ciuitatem.de Som.132 a, Quis animis hanc naturam esse tributam neget? Quinc. Frat. 327 b,Pompeius Miloni nihil tribuit,omnia Gutt.æ.Or. 202 a,& de Cla.172 a, Vt non sine causa Demosthenes tribuerit primas & secundas & tertias actioni. de Cla. 169 b,Tribuere suauiloquentiam alicui.de Orat.156 a, Plus enim aliquanto attulisti quàm tibi esset tributum à nobis ac denunciatum.Officiorum libro 1, Generi animantium omni à natura tributum est,ut se,uitam, corpusq; tueatur,& c.de Ora.89 a,Tamen huic ipsa multa tribuat & concedat necesse est.de Cl.192 a,Tribuere sapientiã eis,qui eam sibi arrogant.& Qu.Frat.198 a, Tribuere humanitatem alicui. de Orat.112 b,Cui primũ hunc honorem tributũ puto.Epi. 69 a, Tribuere præconium alicui.de N.2 b,Tribuere pietatẽ, sanctitatẽ,& religionẽ numini deorum.de Cl.181 b,Ille mihi benevolẽtia credo ductus tribuebat omnia. At. 154 b.& de Fi. 79 a,Pater eius,cui semper uni tribui plurimũ. Epi.213 b,Si ei tantũ tribueris,quantũ cui tribuisti plurimũ.Ep. 207 a,Cum ordini publicanorũ semper libentissimè tribuerim.de D.138 b, Nihil prorsus somnijs tribuendum est.Offic.16 a,Pompeius hoc mihi tribuit, ut diceret se frustra,& c.pro Pom.5 b,Initia illa præclara nõ felicitati eius,sed uirtuti:extrema autẽ hæc nõ culpæ, sed fortunæ tribuenda uidentur.Epist.46 a, Tantũ tibi tribuo quantum mihi arrogo.de Am.67 b, Tu autem quod tantum mihi tribuis,quantum ego nec agnosco, nec possulo,ficis amicè.Of.21 b, Qui aliquid tribuunt uoluptati. & ibidem,Altera quæ proprijs singulis est tributa. de Or.150 a,Sed plus operæ foro tribuebat,amicis, rei familiari.de Am.98 a, Qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt.pro Mil.119 b,Tribuere miseritordiam alicui. Ep.55 b,& Off.12 b,Tribuere officium alicui. Ep.27 a, Quod illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id existimari posse non arbitror.de Am.110 a,109 b, Tantum cuique tribuendum est,quantum ille quem diligas atq; adiuues, sustinere possit.At.246 b,Vt ergo in eiusmodi re tribues nobis paulum operæ.& 253 a, Hæc ego conscendès è Pompeiano tribui actuariolis decẽ scalmis. Of.10 a,Primum illud est in officio,ut ei plurimũ tribuamus, à quo plurimũ diligimur.& 33 b,Cum philosophiæ multũ discendi causa temporis tribuissem.de Sen.90 a,Lacedæmoniæ plurimum tribuitur ætati. Tribuere, pro distribuere,diuidere.de Cla.178 a,& Orator.198 a,Tribuere rem uniuersam in partes.de Fi.67 b,Omnẽ uim loquendi,in duas tributam esse partes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tribus,bus.à tribuendo, hoc est distribuendo appellata. de Leg.libr.3.185 a, Populi partes in tribus distribuunto. Tribuum aliæ rusticæ, aliæ urbanæ. Rusticæ tribus laudatissimæ eorum qui rura haberent: urbanæ uerò, ignominiæ esset, desidiæ probro. Itaque quatuor solæ erãt à partibus urbis,Suburbana,Palatina,Collina,Esquilina.Plin.li.18.cap.3, Aliæ atq; aliæ initio urbis tribus fuerũt,sed Ciceronis ætate triginta quinq;.I.V.78 b, Credẽt omnes V.et XXX. tribus homini grauissimo. In Rul.69 b, Quæro à populari tribuno plebis, ecquãdo nisi per XXXV. tribus creati sint: scilicet tribunipl.I.A.207 b,Num quisquã est uestrũm, qui tribũ nõ habeat,certè nemo. Atqui illum quinq; & triginta tribus,patronũ adoptarũt. In libris aũt Ciceronis qui extant,nominatæ tantũ XVIII.leguntur.pro Pl. 267 a,b, Terentina,Volitinia,Lemonia,Veientina,Cruſtumina. Eadem,270 a,Anienſis.in Rul.81 b,Romilia,Otriculana,Narnienſis.Ead.85 b, Pinia.pro Seſ. 25 a, Palatina. In Vat.36 b,Sergia.Att.30 b,Aemilia.& 63 a,Pontina, ſiue Pomptina,Metia,Velina.Ep.117 b,Quirina,Popilia. Reliquæ tribus apud alios autores ſunt, Cornelia, Claudia,Collina,Eſquilina,Falerina,Fabia,Galeria,Vſentina,Papyria,Pollia,Poblicia ſiue Publicia,Suburrana,Scaptia,Stellatina,Sabatina,Tromentina,Veturia. Sunt tamen qui putent, Romiliam & Quirinam eandem eſſe:itemq;,Sabatinam & Fabiam:atque in earum locum reponant Pontinam& Atheſinam.Vide Alexandri Geniales.Iam loquẽdi modos ſubijciemus.pro Murena,134 a, Multæ tribus, quæ ex municipijs Vmbræ conficiuntur.pro Clu.42 b, In ærarios referri,ac tribu moueri.de Ora.134 a, Cenſor Cẽturionem quendam notatum, tribu mouit.I.A.161 a,Aut tum cũ es factus Augur, unam tribum ſine Decurione ferre potuiſſet. & 234 a, Africanus duas tantũ tribus tulit. pro Pl. 270 b, Nam quod queſtus es, plures te teſtes habere de Volitinia,quàm quod in ea tribu puncta tuleris, &c. De ferendis tribubus, & quid ſit ferre tribum, & id genus alia,uide pro Planc.270 a.Itemq; edere tribum, pro eodem,266 b,& 287 a.& pro eod.270 a, Concedere alicui tribum. Att. 13 a, Qui numos in tribu pronunciauerit,ſi non dederit,impune ſit.I.V.70 b, Diuiſores omnium tribuum. Illud quoq; notandum proprium tribus nomẽ ſine adiectione uſurpari.ut,Pro Planc.270 b, Habere teſtes de Volitinia, ſubaudi tribu: & auferendi caſu.I.V.70 b, Inuentum tamen eſſe fortem amicum ex eadem familia, Qu. Verrẽ Romilia.& Philip.nona Sulpicius Lemonia.& Epiſtol.117 b,C. Septimius T.F. Quirina, ſubaudi tribu,pro Cornel.60 b,Certa tribu, certo numero eſſe.

Tributarius,a,um.ſtipendiarius,uectigalis.In V.234 d, Tabellæ non commendatitiæ,ſed tributariæ.& ibid.Tributariæ literæ.

Tributim.per ſingulas tribus.pro Mur.140 d,Si gladiatorib.uulgò locus tributim eſſet datus.& 141 a, Spectacula tributim ſunt data. & pro Fl.149 a, Tributim & centuriatim deſcriptis ordinibus. Attic. 64 b, Scaurus populo tributim domi ſuæ ſatisfecerat.

Tributio,onis.diſtributio.de Natur.12 a,Eam eſſe naturam,ut omnia omnibus paribus paria reſpondeãt:hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus:id eſt, æquabilem tributionem.

Tributum,ti.omne id appellatur, quod à ſubditis magiſtratibus tribuitur,& penditur.I.V.135 a,Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt.& 169 a,Imacharenſes tributum ferre coegiſti.pro Fl.150 a, Duæ rationes pecuniæ conficiendæ:aut ueſura,aut tributo.& ib.Tributi confectio.& 155 b, Menſa publica numerat aut ex uectigali,aut ex tributo.Ep.35 a,Cum ad me additum eſſet ab ijs, qui dicerent à ſe intolerabilia tributa exigi. ad Br.289 a,b,Tributum,& c. centeſima collatum,impendenti cenſu locupletũ.I.A.178 a,Pecunia, quæ nos à tributis poſſet uindicare.Epi.201 a,Vt optime meritis militibus promiſſa ſoluantur,quod fieri ſine tributo poſſe non arbitror. At.84 b,& 85 a, Et tamen ſi nunc ſolutur,triceſimo quoq; die talẽta Attica triginta,et hoc ex tributis.Qu.Fr.294 b,Sumptus & tributa ciuitatum tolerari æqualiter.Offic.48 b,Danda eſt opera ne tributum ſit conferendum.Off.49 a,Vnius imperatoris præda finem attulit tributorum.

Tributus,a,um. ut tributa comitia quæ ex omnibus tribubus conſtabant.de Leg.183 a.l.Comitia.

Tricalinum,ni.locus in Sicilia.In V.237 a.

Tricæ,carum.impedimenta. Epiſtol. 115 a, Vt plus biennium in his tricis moretur.Attic. 161, Ferre domeſticas tricas.& Ep.115.

Tricenus,a,um.ad Her.22 a,Paulò plus aut minus pedum tricenũm.

Triceps,tis. Orator.212 a,Tricipitem, non tricapitem dicimus.Tuſcul.150 a,Triceps apud inferos Cerberus. & Or.212 b.

Triceſimus,a,um.Of.38 b, Triceſimo anno pòſt.Epiſt. 283 b,Triceſimo pòſt die. Attic. 84 b, Triceſimo quoquo die.

Tricies.In V.95,ad tricies HS.

Triclinium,nij.à tribus lectis ſternendis dictum.conclaue,cœnaculum pro Mu.142 a,Atq; ille rogatus, ut triclinium ſterneret, ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos.I.V.160 b, Apronius triclinium in foro ſtrauerat.& 170 b,Imperauit, ut in foro ſibi medio lecti ſternerentur.& 145 b, Quinquaginta tricliniorum lecti. de Or.133 a,Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis?cum tu,inquit,de cubiculo alieno. Att.221 b,Triclinium,ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet. Atti.222 a,Tribus triclinijs accepi οἱ περὶ αὐτὸν ualde copioſè.

Tricor,aris.nugor,nugas ago.Atti.244 b, Brutus Vectienum accuſat,tricatur ſcilicet.Attic. 234 b, Publius tecum tricatus eſt.

Triduum,dui. pro Mil. 106 b, Clodius reſpondit illum triduo,ad ſummum quatriduo eſſe periturum.de Leg.li. 2,Cotta cenſet habendas triduum ferias.

Triennium,nij.Epiſtol.lib.15, & de Cl. Or.179, Biennium aut triennium eſt, quum uirtuti nuncium remiſſi

ſti.Qu.Fr.lib.1,Cum imperio fuiſſe in Aſia triennium. I.V.act.Triennium prouinciam obtinere. Acad. lib.4, Triennio tardius.

Trierarchus. trieris, id eſt, triremis nauis præfectus. In V.86.act.3.

Triens, tis. aſsis pars tertia.ad Atticũ,106 b, Dolabellã uideo Liuiæ teſtamento, cum duobus coheredibus eſſe in triente.& ibidem: Cum ſciemus quantum ſit in trientis triente.ad Heren.4 b, Lex frumentaria de ſemiſsibus & trientibus.

Trieteris, dis. trium annorum ſpacium. de Natura deorum,71 a,Trieterides à Dionyſio quinto conſtitutæ putantur.

Trigemus,a,um. de Sen. 80 b, & pro Fl.150 b,Cuius à morte iam tertius & trigeſimus eſt annus.

Triginta. pro Clu. 33 a, In conſilium erant ituri iudices triginta & duo:ſententijs decem & ſex abſolutio confici poterat.

Trinundinum,ni.ternæ nundinæ.In An.195 b,Vbi promulgatio trinundinum.Epi.261 a, Neq; ſe iam uelle abſente ſe rationem haberi ſui, ſe præſentem trinundinum petiturum. Item: Lex non iure lata diceb atur,niſi trinundino antè eſſet promulgata.pro Domo ſua: Trinundinum accuſatio.

Trinus,a,um.In P.100 a, Nulla trinis æſtiuis gratulatio. Attic.58 b, Caſu enim trinas acceperam. Trinundinum. l.Nundinum.ad Atticum, 181 a, Tullia mea literas reddidit trinas.

Triones,num.boues.de N.47 a,Quas noſtri ſeptem ſoliti uocitare triones.

Tripartitò.aduer.ad Heren.30 Top.25,& Tuſc.5.

Tripartitus,uel tripertitus.ad Heren.11 b, pro Seſt. 23, Argumentatio breuiſſima eſt tripertita.de Inu.43 b,Oratoris ars tripartita. de Offic. 54, Diuiſio tripartita. Poſt.Red.Oratio tripartita.I. V. act.5, Tripartita cauſa.Acad.lib.primo: Tripartita bonorum ratio. & pro Seſtio,23.

Triplex,cis.Tuſcu.152 b, Plato triplicem finxit animam. Acad.lib.1,Ratio triplex philoſophandi.Att.lib.13,Remittere triplices literas,id eſt,tribus reſpondentes.

Tripliciter aliquid commutare.ad Heren.37 a.

Triplus,a,um.de Vn.199 a,Deinde inſtituit dupla & tripla interualla explere.

Triptolemus,mi.ad Heren.25 b.

Tripudians,tis.pro Seſt. Sed illum tot iam in funeribus Reip.exultantem,ac tripudiantem,legum,ſi poſſet, laqueis conſtringeret.

Tripudium,dij.de D. 123 b, Sed quia cum pulli paſcuntur,neceſſe eſt aliquid ex ore cadere,& terram pauire, terripauiũ primò pòſt terripudium dictum eſt, hoc quidem iam tripudium dicitur:cũ igitur offa iam cecidit ex ore pulli,tum auſpicanti tripudium ſoliſtimũ nunciant. et 112 b, Etiaſi tripudiũ ſoliſtimum pulli feciſſent.de D. 86 a, Hoc quoq; quod dixi coactum tripudium ſoliſtimum dicitis.& ibid.Tripudium fieri, ſi ex offa quid in ſolum caderet.de N.27 b, Cum C.Flaminius tripudio auſpicaretur, pullarius diem prælij committendi differẽbat,quòd pulli non paſcerentur.

Tripus,odis.inſtrumentum tribus pedibus conſtans, quo menſæ ſuſtinerentur. Trapezophoros. de Natura deorum, 67 b, Hercules, quem concertaſſe cum Apolline de tripode accepimus.

Triremis, mis, nauis tres remorum ordines habens. In Verr.244 b,Nauem maximã triremis inſtar ædificauit.

Tris,pro tres,in accuſatiuo.Acad.lib.4.

Triſticulus,a,um.de Di 101 a, Paulus filiolam ſuam animaduertit triſticulam.

Triſtificus,a,um.de D.82 b, Triſtifica certant Neptuno reddere uoces.& 84 b, Voces triſtificas chartis promebat Hetruſcis.Poetæ.

Triſtis,ſte.mœſtus,mœrens,dirus.)(.Remiſſus,hilaris,bono animo.I.V.206 b, Is triſtis & conturbatus domũ rediit.& de Diu. 93 a, Qui cum te triſtem uidiſſet,bono animo eſſe iuſsit. pro Cæl. 40 a, Cum triſtibus ſeuerè, cum remiſsis iucundè.pro Mur.134 b,Videsne illum triſtem,demiſſum?iacet,diffidit,& c.de Or.235 b, Seuerus ac triſtis ultus.de Cla.174 b, Triſte ac ſeuerum genus dicendi.Att.116 b,Cum dediſſem ad te literas triſtes,& metuo,ne uerus.de D.115 b,Cum triſtiſſima exta ſine capite fuerint,quibus nihil durius uidetur eſſe.de D.100 b, Quod auſpicibus triſtiſſimũ uiſum eſt.I.P.86 a,Omnibus triſtiſſimis aliquẽ exeuntẽ perſequi.de Fi.89 b,Maiores noſtri ærumnas triſtiſſimo uerbo nominauerunt. ad Br.90 b,Triſtes de Bruto nuncij afferebant. de Pro. 78 a,Medium illud triſtiſſimum tempus, &c. pro Mur. 134 a, Quid ſua ſors? triſtis, atrox,&c. pro Qu. 10 b, Quintus natura triſti ac recondita fuit.Epiſt.234, Triſtia tempora.)(.Secunda tempora.Ep.57 b, Tuorumq; triſtiſſimo meo tempore meriorum erga me memoriã conſeruabo.

Triſtius.Ep.57 a, Quo facilius quibus eſt iratior,reſpondere triſtius poſſet. de Sen. 91 a, Adoleſcentes grauius ægrotant,triſtius curanturiid eſt,difficilius.

Triſtitia,tiæ.ſeueritas.)(.Lætitia,hilaritas. At.200 a, Hilaritatem illam,qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi. 128 a, Triſtitiam illorum temporum non ſubijiſſem.Ep.38 b, Propter quãdam triſtitiam temporum.de Am.108 b, Triſtitia autem, & in omni re ſeueritas abſit.de Cl.173 a, Homo ipſa triſtitia & ſeueritate popularis.de Or.115 a, Iudex tum ad triſtitiam,tum ad lætitiam eſt contorquendus.de Natur. 46 b,Receſſus ſolis quaſi triſtitia quadam cõtrahit terram. de Orat.87 a,Vt cũ lauti accubuiſſent,tolleretur omnis illa ſuperioris triſtitia ſermonis.Epiſt.70 b,Lachrymis & triſtitiæ te tradidiſti.de Or.130 b, Triſtitiam & ſeueritatem mitigare & relaxare.de Or.140 a,Acutè & hilarè dicto aliquẽ à triſtitia atq; ab acerbitate deducere. Off.8 b,Lenitate uerbi triſtitiam rei mitigãre.& Poſtquam.207 a,Simulata triſtitia.ad Her.21 a,Hilaritas.)(. Triſtitia.)(.Mediocritas uultus.

Tritia,uel Trittia,opp.At.90 a.

Triticum, ci. frumentum. Offic.62 a,de D.96 b, & 122 b,Mido

Universidad de Deusto
Biblioteca

b, Midæ dormienti formicæ tritici grana in os congesse runt. I. V. 186 a, Sexagintà millia modiùm tritici.

Triton, ónis. monstrum ex homine & pisce cõflatum. de Natura deorum, 16 b, Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus inuehens belluis, adiunctis humano corpori. Attic. 28 a, Tritones piscinarum. de hominibus qui busdam hoc dicitur.

Tritonia, armipotens, &c. id est, Pallas. Antequã. 196 b.

Tritus, a, um. decantatus, contritus, peruagatus, contemptus. de Cl. 191 a, Via laudis, quam maiores eius ei tritã reliquerunt. & tritas uias relinquere. I. Indago. I. A. 154 a, Iter illud quod tritum in Græciam est. Ac. 44 a, Verbum usitatum ac tritum. Offic. 7 b, & 67 b, Tritum sermone uel uetustate prouerbium. de D. 110 b, Sic Sorites satis Latino sermone tritus est. pro Fl. 160 a, Quid porrò in Græco sermone tam tritũ ac celebratũ est? quam si quis, &c. Item: Res trita, communis, et peruagata. Ep. 335 b, Habere aures tritas notãdis generibus poetarum. de Cl. 175 b, Tritæ nostrorum hominum aures, & erudita ciuitas.

Tritus, tus. de Nat. 31 a, Lapidum conflictu atq; tritu ignis elicitur.

Triuium, uij. area in urbe, siue spacium quod se findit in tres uias, aut ubi tres uiæ concurrunt. con. Rul. 62 a, In triuijs aut in compitis auctionari. & pro Mur. 126 b, & de D. 106 a, Arripere maledictum ex triuio.

Triumphalis, le. In P. 89 b, Prouincia, quæ fuerit ex omnibus una maximè triumphalis. In Sal. 275 a, Bis triũphalem fieri. I. P. 91 a, Porta triumphalis. & 92 b, Vehicula triumphalia.

Triumpho, as. triumphum agò, Capitolium curru inuehor, in Capitolium cum insigni illa laurea inuehor. pro Mur. 126 b, Sedere in equis triumphantium prætextati potißimùm filij solent. & ibi. Vt rebus communiter gestis penè simul cum patre triumpharet. & 127 b, Pater amplißimè atque honestißimè ex prætura triumphauit. pro Pl. 272 a, Iis commißi sunt magistratus, in quibus rebene gesta triumpharent. pro Pom. 15 b, Quid tam inauditum, quàm equitem Romanum triumpharè? at Pompeius triumphauit. Epist. 24 b, Spes triumphi in qua satis glorioſe triumpharẽ. de Pro. 76 a, Is in Capitolium inuehi uictor cum insigni illa laurea gestit. pro Clu. 20 b, Palàm exultare lætitia, & triumphare gaudio. Attic. 162 a, Meum factum abs te laudari triumpho & gaudeo. Lætari, exultare, triumphare. l. Lætor. I. V. 260 a, Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. ad Attic. 21 a, Plus accusatori dabatur, quàm postulabat, triumphabat. I. C. 104 b, Hoc ipsum in quo exultat & triumphat oratio mea. I. A. 234 a, Africanus de Numantinis triumphauit. & 217 b, Ex transalpinis gentibus triumpharunt. Attic. 99 b, Cæsar triumphat de sententia Catonis. pro Fl. 152 b, Acinas pugil Olympionices, hoc est apud Græcos propè maius & glorioſius, quã Romæ triumphasse. Of. 38 a, Vidimus ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam imperatores nostri ex transalpinis bellis triumpharunt.

Triumphus, phi. corona laurea, laurus, uicloris ducis aut imperatoris pompa. pro Corn. 56 b, Qui tot habuit triumphos, quot oræ sunt terrarum. de Som. 127 a, Cum triumphum egeris. & I. V. 256 a, Agere triumphum de aliqua re. Epist. 40 a, Ages uictor ex inimicorum dolore triumphum. Offici. 16 a, Pompeius dixit frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse, nisi, &c. pro Mur. 131 b, Triumphus M. Curij de rege Pyrrho. Ep. 66 a, Quasi uerò non iustißimi triumphi in Dalmatia res gesserim. I. V. 249 b, Viuum tu illum seruabas, quem per triumphum credo, quem ante currum tuum duceres. & 251 b, Ducere captiuos per triumphum. In Vatin. 36 b, Omnes ita te oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint. Ad Heren. 40 b, Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata. Epistol. 247 b, Si triumphi prærogatiuã putas supplicationem. I. P. 92 a, Quid est quòd consectio formidoloſißimo bello coronam illam lauream tibi tantopere decerni uolebas à senatu? I. A. 260 b, Is demum est mea sententia, iustus triumphus ac uerus, cum bene de rep. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. I. P. 91 b, Disseres de triumpho, quid tandem habet iste currus? quid uincti ante currum duces? quid simulachra opidorum? quid argentum? quid aurum? quid legati in equis, & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid uehi per urbem? &c.

Triumuiratus, tus. triumuirorum munus. de Cl.* Qui quidem in triumuiratu iudicauerit, contra P. Africani auunculi sui testimonium.

Triumuir, ri. Or. 211, Triumuiri capitales. l. Tribus.

Trochæus, chæi. choræus uel chorius, cordax. de Orat. 159 b, Cum sint numeriplures, iambum & trochæum frequentem segregat ab oratione Aristoteles & Orator. 216 a, Trochæus, qui est eodem spacio quo choræus, cordax ab Aristotele appellatur. Orator. 215 b. Spondæus & trochæus, quòd alter ex lõgis constat, alter breuibus fit. & 216 a, Trochæus temporibus & interuallis est par iambo. -v.v-.

Trœzen, nis. opp. Offic. 61 b.

Trogloditæ, tarum. populus Aethiopiæ. de Diuinatione. 127 b.

Trogini. pop. de D. 125, Troginorum tetrarchia.

Troia, iæ. In Ver. 216 b, Aeneas fugiens è Troia. et de Am. 110 a, Neptolemus Troiam capere potuit. ad Her.

Troianus, a, um. pro Mur. 143 a, Intus est equus Troianus. de Or. 117 a, Tanquã ex equo Troiano. Ep. 102 b, In equo Troiano, scis esse in extremo, seròsapiunt. Prouerbia sunt hæc tria, de quibus Erasmus.

Troiani, orum. de Di. 125 b, & alibi sæpe.

Troicus, a, um. de Cl. 168 a, Troicis temporibus. & 67 a, Troicum bellum.

Trophæum, phæi. indicium uictoriæ. I. P. 99 a, Hic in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis uictoriæq; insignia & monumenta sunt. & de Pro. 79 b, Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed trophæis, quæ multis uictorijs erat triumphisq; pacata. pro Do. 233 a, Non est habitandum

dum in ea urbe, in qua trophæa de me uideam constituta. de In. 71 a, Thebani æneum in finibus statuerũt trophæum. pro Ar. 180 a, Nostra sunt trophæa, nostra monumenta. ad Heren. 40 b, Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata. & de Fin. 86 b, I. V. 131 b, Signũ cupiditatis, trophæum necessitudinis, indicium amoris. de In. 55 b, & de Fin. 86 b, Clarum & exornatum trophæũ. Tusc. 172 b, Salaminium trophæum.

Trophoniana Chæronis narratio. Att. 90 a.

Trophonius, nij. de Nat. 69 a, An Amphiaraus deus erit & Trophonius? & 70 b, Mercurius is, qui sub terris habetur, idem Trophonius. de D. 96 a, Cum apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret.

Tropus, pi. modus. de Cl. 170 b, Verborum immutationes, quos appellant τρόπους. de Orat. 157.

Trucidatio, onis. cædes, clades I. A. 193 b, Trucidatio ciuium. Qu Fr. 306 b, De Clodianis insidijs, trucidationibus, lapidationibus.

Trucido, as. pluribus uulneribus concido. I. C. 121 a, Qui nos, coniuges, liberos nostros trucidare uoluerunt. I. C. 99 a, & de Ar. 243 b, Quos ferro trucidari oportebat, eos nondum uoce uultuero. pro S. R. 20 b, Ante oculos iudicum trucidari. Epist. 60 b, Qui senatũ trucidare uoluerunt. pro Pomp. 5 a, Qui una die ciues Romanos necandos trucidandosq; denotauit.

Truculenter. atrociter. contra Rul. 68 b, Nullus truculentius se gerebat quàm cæteri.

Truculentus, a, um. terribilis aspectu, trux, atrox. pro Sest. 6 b, Alter truculentus & terribilis aspectu. de Nat. 47 b, Aduersum caput huic Helice truculenta tuetur. ad Her. 26 a, Scelus nefarium & truculentum.

Trudo, dis. impello. Attic. 13 a, de Ar. 258 a, Quò ne trudamur, dij immortales nos admonent. Tusc. 173 b, Trudi ad mortem. At. 56 a, Cum se ad supplicium præsens trudi uideret.

Trulla, læ. I. V. 214 a, Erat etiã uas uinarium ex una gemma pergrandi: Trulla excauata cum manubrio aureo. et ibid. Trulla gemmea.

Truncus, ci. stipes. de Orat. 159 b, In arboribus truncus, rami, folia. & de N. 50 a, Trunci obducuntur libro aut cortice. & de D. 102 a, Trũcus arboris. de Se. 88 a, Terra ex minutißimis seminib. tantos trũcos ramosq; procreat. I. Arat. Demidat foliis ramos & cortice truncos. Tusc. 208 b, Stirpes ægritudinis trunco euerso omnes elidendæ sunt. Truncus, translatum. Orator. 202 a, Non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, &c. pro Qu. Ro. 49 b, Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. de Natura deor. 18 a, Quì potest esse in eiusmodi trũco sapientia? I. P. 183 b, Qui tanquam truncus atque stipes, si sletisset modò, posset sustinere, tamen titulum consulatus.

Trutina, næ. statera. de Orator. 123 a, Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

Trux, cis. truculentus, atrox. con. Rul. 79 b, Horridus &

trux tribunus pleb. de D. 136 a, Ceruice anguina, aspectu truci. de Natur. 47 a, E trucibusq; oculis duo feruida lumina flagrant.

Tu. persona tua. pro Rabirio, 92 b, Tu mihi etiam legis Portiæ, tu Gracchi, tu horum, & cætera mentionem facis. I. Tute.

Tuba, bæ. buccina. I. C. 107 a, Cum tubas & signa militaria scirem esse præmissa. pro Syl. 170 a, Ille arma misit, cornua, tubas, falces. pro Mu. 132 a, Tubarum sonus. ad Heren. 28 b, In bello sonitum tubæ ferre non potes.

Tubus, bi. fistula. de L. 169 b, Ductus aquarum, quos isti tubos & euripos uocant.

Tuendus, a, um. Epistolarum, 14 a, Nunc à quibus tuendus fuerat, derelictus est. Epistol. 3 b, Ad tuam dignitatem tuendam.

Tueor, eris. tutor, conseruo, seruo, custodio, foueo, præsideo. de L. 171 a, Ille cœlum atque terras tuens & regens deus. Attic. 15 b, Sic tueor ut possim illam à me congluti natam concordiam. I. V. 232 b, Vt quisq; eis rebus tuendis conseruandisq; præfuerat. Epi. 44 b, Quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt. & 72 b, Tuenda tibi est dignitas. contra Rul. 67 a, Cogitatio tuendi consulatus. I. C. 123 b, Quæ quidem non minore labore tueor quàm comparo. Post. 205 a, Nõ legum præsidio, sed parietum, uitam suam tuebantur. pro Sest. 11 a, Hæc ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes præstare tuerique deberent. de Ora. 99 a, Armis prudentiæ causas tueri atque defendere. pro R. P. 129 a, Hunc Cæsar solus tuetur & sustinet. de Sen. 89 b, Xenophontis liber de tuẽda re familiari. de Natura deorum, 69 a, Natio dea, quòd partus matronum tueatur. Attic. 179 b, Huius pecuniæ permutatione facilè fidem nostram tuebere. Attic. 172 a, Lucium ut possum, tueor apud hos. pro Deiot. 147 b, Tueri fines suos ab excursionibus hostium. Attic. 35 a, Cæciliũ quibus rebus possumus, tueor uiliganter. Quod reliquum est, tuum munus tuere. Epistol. lib. 5, Atq; etiam L. Paulus Africani pater, personam principis ciuis facilè dicendo tuebatur. de Cl. Orat. 171 & 8 Phil. Ab hoc igitur genere largitionis, ut alijs detur, alijs auferatur, aberunt hi qui Rempub. tuebuntur. 2 Offic. & de Diuin. lib. 2, & Tusc. quæst. lib. 5, Tuentor Censores urbis templa, uias, aquas, ærarium, uectigalia. 3 de Leg. Si de tua in me uoluntate dubitarent, multis à te uerbis peterem, ut dignitatem meam tuerêre. Brutus ad Cicer. libr. 11, illud perficiam profectò Quirites, ut ea quæ gessi in Consulatu, priuatus tuear atq; ornem. 3 in Cæl. 117 a, Te tamen oramus, quibuscunq; erimus in terris, ut nos, liberosq; nostros ita tueare, ut amicitia nostra, & tua fides postulabat. ad Cælium, lib. 2, Quo magis ample xetur ac tueatur iudicium suũ. Atti. 380 a, & 2 in Verr. Vt essent qui terras tuerentur. Cat. 70, Vobis turpißimum sit, illud quod accepistis, tueri & conseruare non posse. pro L. Manil. 6 a, Tueri amicum. de Finib. l. 2, Tueri beneficium. 2 Philipp. & pro Cæl. Tueri commoda hominum. Officiorum, 1, Tueri uitæ communem cultum atque usitatum 3 Tus. Dignitatem tueri. 2 Tusculan. Fines

suos

Universidad de Deusto
Biblioteca

suos ab excursionibus hostium tueri, pro Deiot. Tueri institutа maiorum sacris, cæremonijsq; retinendis, Diuin.lib.2. Tueri mores & instituta uitæ, Tusc.quæst.lib. 1. Tueri munus Geometriæ, Tusculan.quæst.lib.5. Tueri munus officij, Cat. Tueri negotia, 8 ad Attic. Tueri omnia officia, 3 Fam. Tueri ordinem Senatorium, 13 Famil. Tueri patrocinium, 5 Fam. Vatinij. Tueri pollicitum, 13 ad Attic. Non est enim inhumana uirtus, neque immunis, neque superbia, quæ etiam populos uniuersos tueri, eisq; optimè consulere soleat, de Amic. Tueri pro uinciam, 7 in Verr. pro munus obire. Tueri rem domesticam ac familiarem, Tuscul.quæst.lib.1. Tueri rẽ, gratiam & authoritatem suam, 13 Fam. Tueri & munire se beneuolentia multorum, 1 de Finibus. Tueri se sua sanctitate, 2 de Finib. Tueretur se uigilanter, 15 Fam. Tueri se, uitam, corpusq;, Officiorum, 1. Tueri societatẽ hominum, Officiorum, 1. Tueri munificè & æquè societatem coniunctionis humanæ, de Finibus libr. 5. Totus est nunc ab ijs, à quibus tuendus fuerat, derelictus, Lentulo, lib. 1. Vt mihi uelim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia, de Nat. lib. 1. Aedem Castoris iudices, P. Iunius habuit tuendam, &c. 3 Verr. Mihi uiderer animum hominis ab omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere, Lentulo, lib. 1. Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias, & reliquas charitates, quid natura ualeat, hæc una cognitio potest tradere, 3 de Finibus.

Tugurium, rij. casa. pro Sest. 24.

Tuitio, onis. custodia. Top. 228 b, Tuitio sui.

Tum. tunc, partim, modò. Attic. 105 a, Nisi fortè illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. & de In. 49 a, Tum cum: id est, tum cum. pro Clu. 55 b, & pro Mu. 129 b, Quid tunc inde? I.V. 88 b, Tum præterea. & 76 a, Deinde tum, &c. de In. 68 a, & Post. 203 a, Tum etiam: id est, præterea. Tum denique, &c. Epistol. 233 b, & de Or. 137 b, de Or. 116 a, Primum, etc. deinde, &c. pòst, &c. tum ad extremum, &c. pro Fl. 164 a, Cùm alia multa certi homines, tum hoc uel maximè moliuntur, ut, &c. de Or. 125 a, Animos iudicum conciliari ad beneuolentiam, cùm erga oratorem, tum erga reum. Quin. Fr. 302 b, Cùm spe sum maxima, tum maiore etiam animo. pro Mar. 131 a, Cùm summo consensu senatus, tũ præterea iudicio tuo grauissimo. Ep. 55 a, Cùm in omni re, tum in hoc maximè negotio. de In. 55 a, Ex his illud perspicuum est approbationem tum adiungi, tum non adiungi. Attic. 137 a, Scripsi sti epistolam ad me plenam consilij, summæq; tum beneuolentiæ, tum etiam prudentiæ. & ibi. Differo in utramq; partem tum Græcè, tum Latinè. I.V. 130 a, Tum semper, tum in his rebus. de In. 45 b, Eius autem genera, &c. quiq; sunt. Nam tum uerba ipsa uidentur cum sententia scriptoris dissidere: tum inter se duæ leges aut plures discrepare: tum id quod scriptum est, duas aut plures res significare uidetur: tum ex eo quod scriptum est, aliud quoq; quod nõ scriptum est, inueniri: tum uis uerbi exquiri. de Na. 22 a, Bestiarũ terrenæ aliæ, partim aquatiles. & 8 b, Modò unum, tum

autem plures. de Ami. 98 a, & Top. 233 a, Qui tum hoc, tum illud dicit. l. Cum.

Tumeo, es. turgeo, in tumore sum. Tuscu. 194 a, Sapientis animus nunquam turgescit, nunquam tumet. Att. 223 b, Tument negotia.

Tumesco, scis. turgesco. de D. 82 b, Inflatum mare cum subitò penitusq; tumescit.

Tumidus, a, um. turgidus, tumore præditus, inflatus. In Vat. 29 b, Serpens inflato collo, tumidis ceruicibus. Tusculan. 194 a, Membrum tumidum ac turgidum uiciosè se habet.

Tumor, oris. inflatio. Attic. 224 a, Ne deserere uiderer hunc rerum tumorem. Tus. 194 a, Num manus rectè affecta est, cum in tumore est? ad Her. 27 a, Corporis bonâ habitudinem tumor imitatur. & 7 b, Tumor, liuor. & 14 b, Mortuus, deformatus, tumore præditus. Tu. 227 a, Repentinus oculorum tumor. Tus. 2, Cum tumor animi resedisset, Tusc. 4. Vetat Chrysippus ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere. & Tus. 3, Erat enim in tumore animus. Att. li. 14, Ne deserere uiderer hunc rerum tumorem.

Tumultuor, aris. turbas facio, inquietus sum. pro Cæl. 45 b, Quid tumultuaris soror? quid insanis? cont. Rull. 86 b, Qui sæpe et sine causa tumultuer. Of. 16 b, Tumultuantè de gradu deijci, ut dicitur. ad Her. 28 b, In otio tumultuaris, in tumultu solus est otiosus.

Tumultuosius. Attic. lib. 5.

Tumultuosissimè, per tumultuosè, maximo tumultu. V. 116 a, Quàm tumultuosissimè aliquem adoriri.

Tumultuosus, a, um. turbulentus. Epi. 24 a, Ita tumultuosæ conciones, ita molestiæ quinquatrijs afferebãtur. de In. 42 b, Seditiosa & tumultuosa uita.

Tumultus, tus. motus, trepidatio. l. A. 200 b, Tumultum decerni, institium indici, saga sumi dico oportere. pro Deio. 147 b, Num quæ trepidatio? num qui tumultus? I. C. 110 a, Vrbi sine uestro motu ac tumultu, satis esse præsidij prouisum est. Att. 81 a, Quo autẽ die literæ Cæsij uictrices in senatu recitatæ sunt, eodem meæ tumultum nunciantes. l. A. 214 b, Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur, unde etiam nomen ductum est tumultus. & ibid. Potest esse bellum sine tumultu, tumultus sine bello esse non potest.

Tumulus, li. locus ex terra leuiter eminens. Antequàm. 196 b, Dij deæq; immortales, qui excellẽti tumulo ciuitatis, sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. I.V. 254 b, Ignis è speculo aut tumulo sublatus, prædonum aduentum significabat. & I.C. 109 b, Tumuli syluestres de D. 84 a, Cum tumulos Albano in monte nitiales. Tuscul. 204 b, Quo magis est æquũ tumulis mandare peremptos. pro Ar. 190 a, Cum Alexãder in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, inquit, &c. de L. 181 b, In cæta gleba tumulis & humatus est, et gleba dicitur. pro Mil. 118 a, Albani tumuli atq; luci. de L. 183 b, Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam. At. 227 b, Quæris utrum magis tumulis prospectuq;, an ambulatione delecter?

Tunc

Tunc, tum, illo tempore, per id temporis. ad Heren. 4 b, & ad Attic. 64, & In Ver. 17 a, Temporibus illis. Officiorum, 67 b, l. A. 211 b, Sed erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est. & Officiorum, 68 a, de Ami. 97 b, Etiam tunc.

Tundo, dis, cædo, pulso, uerbero. I.V. 26 b, Cum illi iacenti latera tunderet. & ibidem: Bacillo oculos alicui tundere. de Orator. 123 b, Eandem incudem diem noctemq; tundere.

Tunica, cæ. uestis breuior sine manicis, uirorum & Romanorum propria: quæ autem manicas haberet, non sine probro gestabatur. In A. 212 b, Verres cũ tunica pulla & pallio. & 242 a, Iste cum pallio purpureo tunicaq; talari. I.C. 109 a, Manicatæ & talares tunicæ. de Orat. 126 b, Vt discinderem tunicam, & cicatrices ostenderẽ. Tus. 239 b, Cum pila ludere uellet, tunicamq; poneret, adolescentulo gladium tradidit.

Tunicatus, a, um. con. Rul. 85 a, Iam uerò qui metus erat tunicatorum illorum? & pro Cæl. 39.

Tunicula purpurea. de Leg. lib. 2.

Turba, bæ. multitudo, conuentus hominum, uulgus, seditio, tus. I.V. 69 b, Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem. & 140 a, Domus erat non meretricio cõuentu, sed prætoria turba referta. de Natura, 9 b, Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum. de Ora. 137 b, Mediocria in mediã turbam atq; in gregem cõijciantur. de Cl. 175 b, In hac turba nouorum uolumnum. & 176 b, Turba patronorum & uulgus patronorum. de Sen. 94 b, Cum ex hac turba & colluuie discedam. & Tus. 237 b, Turba stultorum. pro S.R. 33 b, Multa sæpe imprudentibus imperatoribus uis belli ac turba molitur. I.V. 234 b, Ecce autem noua turba atque rixa. & 242 a, Facere maximas turbas in castris. Attic. 87 a, Magna turba est. Ep. 84 b, Exponerem etiam quemadmodum hic & quanta in turba, quantáq; in confusione rerum omnium uiueremus.

Turbatus, a, um. I.C. 108 a, Turbata resp.)(. Quieta. & pro Pl. 261 a, Placare mentes turbatas.

Turbidè, turbulentè. Tus. 214 a, Iactantibus se opinionibus inconstanter & turbidè.

Turbidus, a, um. turbulentus. Tus. 247 a, Cum aquã turbidam & cadaueribus inquinatam bibisset. Tusc 165 a, Mens, quæ omni turbido motu semper uacet. Tus. 216 a, Turbidi animorum concitatiq; motus. Epi. 91 a, Si turbidissima sapienter ferebas, tranquillissima lætè ferae. In A. 168 a, Homines cum in turbidis rebus sunt, tamen interdum animis relaxantur. & de Diu. 101 a, In turbidis rebus, etc. de In. 42 b, Turbida tempestas. pro Syl. 175 a, In quo ego tam subito & exiguo & turbido tempore multa diuinitùs dixi.

Turbo, as. perturbo, obturbo, turbas facio, misceo. de Natura deorum, 8 b, Aristoteles multa turbat à magistro Platone dissentiens. & Quin. Fr. 322 a, Et simul ne quid ille turbet, uide. de L. 188 a, Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. de Fini 56 a, At id ne ferè quidè faciunt, ut ita ruant atq; turbentur, ut earum motus atq;

impetus quò pertineat, non intelligamus. pro Clu. 56 a, Mare quod sua natura tranquillum est, uentorum ui agitatur atq; turbatur. de Ar. 254 a, Miscere & turbare omnia. Quint. Frat. 328 a, Ad te ne hæc quidem scribo, quæ palàm in rep. turbantur. I.V. 133 b, Non modò illa permiscuit, sed etiam in his turbauit. pro Syl. 178 a, Si in Hispania turbatum esset.

Turbo, inis. coni figura inuersa. Lege Conus. Lege Cylindrus.

Turbo, nis. uentus omnia turbans & inuoluens. de Natura deorum, 69 b, Imbres, nimbi, procellæ, turbines, cæteræq; tempestates. de Ora. 157 a, Vndique omnes uenti erumpunt, sæui existunt turbines. pro Cæl. 54 b, Aliquon tanquam turbine aliquo aut subita tempestate peruerti. pro Dom. 241 a, Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis & otij. & pro Sestio, 8 a, Cum illi essent duo reipub. turbines. Epistol. 198 a, Vt Minerua, quam turbo detexerat, restitueretur. I. P. 83 b, Qui maximis turbinibus ac fluctibus reipublicæ nauem gubernassem. de Legib. 186 a, Turbasit, pro turbauerit. alias, turbassitur.

Turbulentè. turbulenter. pro Dom. 241 b, Raptim & turbulentè facere aliquid. Tus. 222 b, Qui non turbulentè humana patiantur.

Turbulenter. turbidè. Epi. 27 b, Nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus.

Turbulentus, a, um. turbidus. I.V. 140 b, Magna & turbulenta tempestas. Epist 29 b, Tempora mihi quidè turbulenta uidentur fore. In P. 86 b, Meum turbulentissimũ tempus tuo tranquillissimo præstat. Ora. 202 b, Res placatæ & minimè turbulentæ. de Fin. 53 a, Turbulenta cõuersio atomorum. de Natura deorum, 40 a, Errores turbulenti. pro Cec. 291 a, Ea sunt & turbulenta & temeraria & periculosa. de Ora. 113 a, Seditiosus ciuis & turbulentus. & 121 a, Turbulentus & malus ciuis. de Cla. 174 a, Ciuis ut uita, sic oratione turbulentus. Par. 236 b, Graue, insedatum, turbulentum. At. Regem mecum habui turbulentis in rebus. Animus turbulentus, 4 Tuscul. Libido, temeritas, ignauia, mens turbulenta, 1 de Finib. Turbulenta Resp. cui Pax opponitur, 12 Familiarium. Negotium turbulentum, ad Atticum, libro 7. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appij, furiosissimæ Publij, ad Atticum, libro quarto. Turbulẽta consilia, 15 ad Atticum, 9. Quæ turbulenta exigue, aere, aqua, atq; terra, & rationis expertia homini insederint, cum ipse ratione depulerit, & ad primam atque optimam affectionem animi peruenerint, de Vniu. Regem mecum habui turbulentis in rebus, ad Atticum, 6. Tribunatus turbulentissimus, de Cl. Orator. 53 a. In illa turbulentissima tempestate Reipub. mea sponte despexerim, pro Sylla. Turbulentissimæ res, 9 Familiarium, 1.

Turgeo, ges. tumeo, inflatus sum. ad Heren. 27 a, Oratio quæ turget & inflata est.

Turgesco, scis. tumesco. Tuscul. 194 a, Animus sapientis nunquam turgescit, nunquam tumet.

Turgidus, a, um. tumidus, inflatus. Tusculanar. 194 a,

Membrum tumidum ac turgidum uicioſe ſe habet.

Turma, mæ. ordo militaris, & eſt equitum propriè. Af. 82 b, Appius noſter turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret. & Epiſtol. 244 b, Equitum turmæ. Atti. 88 a, Turma auratarum equeſtrium. pro Mur. 132 a, Nihil tibi ex iſta laude cohors, nihil turma decerpit.

Turmalis, ale. equeſtris. de Orator. 133 a, Turmales ſtatuæ.

Turpè. turpiter. ad Atticum, 113 b, Turpè pace nobis utendum eſt.

Turpiculus, la. ſubturpiculus. de Or. 131 b, Iocus in turpiculis rebus & quaſi deformibus ponitur.

Turpificatus, ta. deformatus. Offi. 73 b, Deprauatio & fœditas turpificati animi.

Turpis, pe. inhoneſtus, deformis, diſtortus, fœdus, inquinatus, infamis, flagitioſus, habens turpitudinem, nequã. Officiorum, 25 a, Luxuria cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Officiorum, 25 b, Quod facere non turpe eſt, modò occultè, id dicere obſcœnum eſt. In An. 176 b, Quid hoc turpius? quid fœdius? Tuſcu. 198 b, Quid eſt autem nequius aut turpius effœminato uiro? Officiorum, 25 b. Partes corporis, quæ aſpectum eſſent deformem habituræ atque turpem. pro Fon. 281 a, Turpis & infamis uita. pro S. R. 29 b, Vita omnibus flagitijs inquinata pro Sex. Roſ. 26 b, Turpiſſimus & inhoneſtiſſimus homo. ad Atticum, 88 a, Nunc uideo Metelli ἀνιπόφευκτον turpem. ad Atticum, 123 a, O rem turpẽ, et ea re miſeram. At. 138 b, Hoc turpe & indignum putarẽt. Att. 143 b, Iſte omniũ turpiſſimus, & ſordidiſſimus, idem eſt in repub. qui ſemper fuit. de Am. 103 b, Neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Multis uexat⁹ contumelijs, plurimis iactatus iniurijs, non turpis ad te, ſed miſer confugit, pro Quin. Turpis homo, 9 ad Atticum. Pugna, ne turpis inueniar, 5 ad Attic. Turpis cauſa dicitur, cùm ipſa res animum à ſe auditoris alienat, 1 ad Herennium. Trecentoſq; eos quos eduxerat Sparta, quũ eſſet propoſita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, oppoſuit hoſtibus, 2 de Fin. Habere enim quæſtui Rempub. non modò turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium: itaq; quod Apollo Pythius oraculum edidit Spartam nullæ alia niſi auaritia eſſe periturã, 2 Officiorum. Quod turpe ſit, id ſolum miſerum eſſe, 8 ad Attic. Turpe genus argumentationis, 1 de Inuent. Turpe genus cauſæ, 1 ad Heren. 1 b. Turpes decuriæ iudicum, 1 Philipp. Turpi nihil turpius, de Finibus libro quarto. Turpiſſimum eſt, quando cum uita pugnat oratio, Tuſcul. quæſt. lib. 2.

Turpiter, turpè, obſcœnè, nequiter. ad Atticum, 139 b, Timeo ne quid turpiter faciam. & Tuſculan. 198 b, Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. ad Atticum. 93 b, Hortenſius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitioſè ac turpiter. Att. 101 a, Cato in me turpiter fuit maleuolus. pro Mil. 103 a, Turpiter perpeti, calamitoſè.

Turpitudo, nis. deformitas, obſcœnitas, infamia, macula flagitium, dedecus, labes, deformatio, deprauatio, fœditas. de Orato. 130 b, Locus & quaſi regio ridiculi turpitudine & deformitate continetur. & 131 a, Verborum turpitudinem & rerum obſcœnitatem uitare. de Finibus, 98 a, Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo deterreat. de Ar. 215 a, Sex. Seranus ſanctiſſima ſacella omni turpitudine fœdauit. pro Dom. 25 a, In illo pœna legitima turpitudinem non habuit propter uim temporum. & Heren. 2 b, ſi cauſa turpitudinem habebit. pro Fon. 281 b, Turpitudo, quæ à libidine aut à petulantia, aut ab audacia nata ſit. I. A. 211 b, Quanta illa erit reip. turpitudo, quantum dedecus, quanta labes? dicere in hoc ordine ſententiam M. Antonium conſulari loco. Officiorum, 73 b, Nullum eſt maius malum turpitudine, quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis, quãta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet uideri.

Turpo, as. fœdo. Tuſc. 166 b, & 200 a, Iouis æram ſanguine turpari. Poetæ.

Turris, ris. propugnaculum, ſpecula. Tuſ. 239 b, Dionyſius concionari ex turri alta ſolebat. de Pro. 69 b, Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum, non turribus ſed trophæis munita.

Turtur, ris. auis nota. de Fin. 87 b, Turtures curſu & peregrinatione lætantur.

Tuſculanum & alia. l. Tuſculanum, &c.

Tute. tuipſe. Epiſtol. 9 a, Vt tute mihi præcepiſti. ad Atticum, 119 b, Et ut eſſet, à me eſt (tute ſcis) multo antè prouiſum. de Orator. 93 a, Non me tibi negaſſe, tute paulò antè dixiſti. ad Atticum, 231 b, Quemadmodum tute ſcribebas.

Tutè. tutò. pro Rab. 95 b, Qua in cauſa tutè eſſe potuiſſes. & ad Her. 27 b, ad Atticum, 117 b, Non quæro ubi tutiſſimè ſit. & 125 b, Nam te hic tutiſſimè puto fore. ad Heren. 18 a, Eum tutè uiuere qui honeſtè uiuat. & ibid. b, Tutè cauteq; agere aliquid.

Tutela, læ. fides, commiſſio. Eſt autem tutela (ut Seruius Sulp. definiuit) ius ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum qui per ætatem ſuam ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa. quæ definitio quoniam pupillares modò tutelas comprehẽdit, ſi generalem facere uis, ut etiam mulierum, & furioſorum tutelas contineat, ã definitione tibi ſunt illa uerba remouenda: per ætatem ſuam. ad Atticum, 4. a, De tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil uſucapi poteſt. pro Quint. R. 47 b, Fraudare pupillum, qui in tutelam peruenit. de Orator. 99 b, Niſi poſthumus, antequàm in ſuam tutelam ueniſſet, mortuus eſſet. & 126 a, Filius eius paruus, qui tibi in tutelam eſt traditus. & 99 a, Tutelarum iura. Officiorum, 17 b, Vt enim tutela, ſic procuratio reipub. ad utilitatem eorum, qui commiſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa, gerendæ eſt. pro Fla. 162 a, Nihil poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum autoritate diminui. de Pro. 76 a, Quare ſit in eius tutela Gallia, cuius uirtuti, fidei, felicitati commendata eſt. de Finib. 114 b, Vt omnia illa prima huius tutelis ſubijciantur, itaque non di-

diſcedit ab eorũ curatione, quibus præpoſita uitam omnem debet gubernare. pro Seſt. 17 b, In eius magiſtratus tutela reges atque exteræ nationes ſemper fuerunt. Officiorum, 64 a, Tutela XXII. tabulas erat uindicata. de Natura deorum, 70 b, Apollo is, cuius in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe uoluerunt. pro Murena, 129 a, Omnia hæc noſtra latẽt in tutela ac præſidio bellicæ uirtutis. de Finibus, 144 b, Nullam partem neque animi neque corporis uacuam tutela reliquerunt. & 104 a, Salutem hominum in Iouis eſſe tutela. de Or. 95 b, Ac ne is pro quo ipſe diceret turpi tutelæ, iudicio, atq; omni moleſtia, ſtultitia aduerſarij liberaretur. de Orato. 104 b, Sulpitius Gallus duos filios ſuos paruos tutelæ populi commendauit.

Tutiſimò, aduerbiũ. ad Attic. li. 6, Vbi tutiſſimò eſſem.

Tutò. tutè, impunè. At. 116 a, Igitur iſtic me ſic poſſe tutò, an etiam honeſtè? & pro Seſt. 20 a, & Epiſt. 234 b, Vt à ſuis munitus tutò in foro eſſet. Epi. 148 a, Nec mihi tutò in Senatum uenire licet.

Tutor, aris. tueor. de Natur. 55 a, Genæ tutantur oculos ab inferiore parte ſubiectæ, leuiterq; eminentes. An. 196 a, Nihil acerbi mihi erit, quod rempublicam tutabitur. et de Somn. 127 b, Ad rempublicam tutandam. & pro Pomp. 6 b, Vectigalia ad ipſas prouincias tutandas. pro Syl. 178 b, Hunc tamen per uos tutari conſeruareq; cupiunt. In Antoniũ, 191 b, Qui rempublicam patrimonio ſuo & tutatus eſt, & tutatur. & pro Seſt. 33 a, Hic eſt ſe tutatus.

Tutor, oris. defenſor. de Orator. 104 b, Qu. Seruius Galba populum Romanum tutorem inſtituere ſe dixit filiorum ſuorum orbitati. & Epiſt. 226 a, Inſtituere aliquem tutorem & ſecundum hæredem filio ſuo. pro Fl. 162 b, Quecunque ſine tutore autore eſt dicta dos, nulla eſt. & pro Cec. 298 a, Quod mulier ſine tutore autore promiſerit, nõ deberi. de Finib. 140 a, Non tutores miſimus regibus. pro Murena, 130 a, Mulieres propter infirmitatem conſilij, maiores in tutorum poteſtate eſſe uoluerunt. pro Fl. 161 a, Tutor his rebus Græcorum legibus aſcribendus fuit, Poſtquam. 200 a, Reſp. orba conſulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit. & 205, Cum Reſpub. non ſolum parentibus perpetuis, uerum etiam tutoribus annuis eſſet orbata. de Aruſ. 246 a, Caſtus tutor religionis de Orator. 143 a, Parens bonus & tutor fidelis. I. A. 207 b, Patronus & tutor ad Attic. 195 b, Amo illum mortuũ, tutor ſum liberis, totam domum diligo. de Cl. 196 a, Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus.

Tutus, a, um. metu uel periculo uacuus, tectus, cautus, ſeptus, munitus, ſanctus, ſacroſanctus, ſartus tectus, incolumis, nihil inſidiarum habens, bonorum omnium præſidio munitus, in tuto locatus. pro Dom. 235 a, Quæ maiores noſtri religionibus tuta nobis & ſancta eſſe uoluerunt. & ibidem: Quid ſanctius, quid omni religione munitius, quàm ſua cuique domus? pro Pomp. 10 a, Quis locus tam firmum habuit præſidium, ut tutus eſſet? pro Cec. 293 a, Fuga tutam uiam quærere. Antequam. 194 a, Quo enim ſe ſatis tutum arbitrabatur præſidio? uirtutis & gloriæ? Attic. & c. & ibidem b, Qui hoc imperij domicilium numini deorum conſecratum, ſartum tectũ ab omni periculo conſeruaui, & uos ut tutam tranquillamq; pacem traderetis, mea perfeci uigilantia. Epiſtol. 163 a, Tutus ab inimicis. & de Natura deorum, 50 a, Tutus à calore & à frigore. I. V. 243 b, Tutus, clauſus ſeptus, munitus contra aliquem. de Ar. 256 a, Quare cũ dij immortales monent de optimatium diſcordijs, in tuto collocant Clodium. & Epiſtol. 184 a, Eſſe in tuto. I. C. 113 b, Firmiſſimo muro ſeptum eſſe. pro Fl. 152 a, Multi chariſſimi uiri, qui cum prædonem nullum cepiſſent, mare tamen tutum præſtiterunt.

Tuus, a, um. Atti. 62 a, Tam longè à tot tuis, &c. de Orat. 88 b, Panætius ille tuus. & alibi millies.

Tyba, bæ. urbs. Ep. 240.

Tyberinus, a, um. pro Pomp. 10 b, Ante oſtium Tyberinum. Philip. 3, Canutius Tyberinus.

Tyberis, ris. Tybris flu. quo Roma alluitur. poteſt etiam cum iota ſcribi, autoribus bonis. Atti. 191 b, Cogito trãs Tyberim hortos aliquot parare. In C. 111 a, Vt Tyberis inter eos & pons intereſſet. Atti. libr. 15. cum eſſet trãs Tyberim in hortis.

Tyburs, tis. l. Tiburs.

Tyche, es. urbs Siciliæ. In V. 228 a, Tertia eſt urbs, quæ quòd in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata eſt.

Tymbos. buſtum. de L. 183 a, Si quis buſtum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam uiolarit.

Tyndarum, ri. urbs Sicil. I. V. 262 a.

Tyndaritani, orum. I. V. 140 b.

Tyndareus, rei. de Fat. 147 a.

Tyndaridæ fratres. Caſtor & Pollux. Tuſ. 154 a, de N. 72 a, de Or. 141 a.

Typus, pi. ſignum, forma. Attic. 5 b, Præterea typos tibi mando. Attic. 5 b, τὸν παρόντα κατάστασιν τύπον δός. id eſt, Præſentem ſtatum forma aliqua deſignato.

Tyrannicè. ſuperbè, crudeliter. In Verrem, 172 b, Regiè ſeu potius tyrannicè ſtatuit. Attic. lib. 10, Vide quàm ad hæc τυραννικῶς.

Tyrannicus, a, um. de Leg. 164 b, Leges tyrannicæ. pro Dom. 236 b, Priuilegijs tyrannicis irrogatis. de Inu. lib. 1. 15 b, Tyrannicum factum.

Tyrannio, onis. uiri nomen. Quin. Fr. 306 b, & ad Atticum, 57 b.

Tyrannis, dis. dominatio, regnum, crudeliſſimus dominatus. ad Atticum, 104 b, Ex uictoria cum multa mala, tũ certè tyrannis exiſtet. Tuſculanar. 186 a, Potius quàm conſcios delendæ tyrannidis indicaret. ad Atticum, 225 b, O dij boni, uiuit tyrannis? & 120 b, Idem facere quod in Cinnæ dominatione, & Marij tyrannide Philippus. Of. 70 a, Occupare tyrannidem. At. 231 b, Sublato enim tyranno, tyrannida manere uideo.

Tyrãnoctonos, ni. uindex & oppressor dominationis. ad Atticum, 231 a, Sustulit simulationem desiderij, ne periculosa nostris tyrãnoctonus esset. Item ad Atticum, 261 a, & Fam. lib. 12.

Tyrannus, ni. ereptor libertatis, ciuitatis oppressor. I. V. 229 a, Imagines Siciliæ regum ac tyrannorum. & ibidem: At uidete quanto hic tetrior tyrannus. & in Vat. 33 b, Intolerandus tyrannus. Tu. 239 a, Dionysius Syracusanorum tyrannus fuit, is cùm V et XX. natus annos dominatum occupasset, diu seruitute oppressam tenuit ciuitatem. pro Mil. 108 b, Quo tandem animo hoc tyrãnum tulisse creditis? I. A. 249 b, Qui erant in eum tyranni. & pro Deiot. 146 b, Esse tyrannum in aliquem. Officiorum, 37 b, Quem armis oppressa pertulit ciuitas. et ibidem: Qui ui oppressos imperio coercet. & ibidem de tyrannis. I. A. 115 a, Cupido coniungendi cum tyrãno: id est, Cæsare. & ibidem: Phalaris & Pisistratus. de Natura deorum, 76 b, Dionysius & Apollodorus tyranni. de D. 91 b, Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli domina tu premebatur. Of. 58 a, Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio.

Tyresias, siæ. augur & uates Thebanus. de Diuin. 98 b, De Tyresia etiam apud inferos Homerus ait solum sapere, cæteros umbrarum uagari modo. de eod. de Natura deorum, lib. 2. & Tusc. lib. 5.

Tyria purpura. I. V. 265, & pro El.*

Tyrus. urbs Phœnicæ. ibidem.

Tyro, onis. nouus miles, rudis in aliqua re, qui aliquam artem discit. (. Veteranus miles. Epistol. 158 b, Quantum autem in acie tyroni sit committendum, scimus. & Tusc. 283 a, Aetas tyronum. I. A. 238 b, Tyrones milites.). Veterani milites. & 244 b, Cum essem tyro in Pompeij exercitu. pro S. Ro. 21 a, Qui nuper se ad eum lanistam contulit, qui cum ante hanc pugnam tyro esset, facilè ipsum magistrum scelere atque audacia superauit. I. V. 62 a, L. Apuleius usu atque exercitatione tyro. & 112 a, Tametsi non prouinciæ rudis erat & tyro. de Orator. 203 b, Fateor enim oratorem, nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atq; hospitem in agendo esse debere. Officiorum, 8 a, In Pompilij exercitu Catonis filius tyro militabat.

Tyrocinium, nij. rudimentum. In Sal. 274 a, At lapsus ætatis tyrocinio, postea se correxit, & c.

Tyrotarichus, chi. cibi genus, cuius confectionem docet Apicius libro 4. Attic. 233 a, Eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam. Att. 59 a, Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quàm patina tyrotarichi. & Epist. 136 b. Quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? eod. Tu uerò ad tyrotarichum antiquum redi.

Tyrrhenus, a, um. Thuscus. ut Tyrrhenum mare. de D. 84 a, Tyrrhenæ gentis aruspex.

Tysias, siæ. princeps & inuentor artis rhetoricæ. de In. 62 b, & de Orat. 92 b.

V

Litera interdũ pro y usurpatur. ut Sulla, pro Sylla: Sullanus pro Syllanus. Eadem maiuscula significat quinq;, id quod sæpe legendis Ciceronis libris occurret.

Vacatio, onis. feriæ, cessatio, immunitas. pro Syl. 172 a, Me neque rerum gestarum uacatio, neque ætatis excusatio uendicat à labore. & pro Cæl. 43 b, Erat enim meum deprecari uacationem adolescentiæ, ueniamq; petere. de Leg. 158 a, Ego uerò ætatis potius uacationi confidebam. de Natura deorum, 32 a, Nos uitam beatam in omnium rerũ uacatione ponimus. & In Ver. 147 b, Vacatio omnium rerum. de Clar. 175 a, Vacationem augures, quo minus iudicijs operam dent, non habere. pro Font. 277 b, Falsum est ob uacationẽ precium datũ, cum immunis nemo fuerit. In An. 204 b, His liberisq; eorum militiæ uacationem esse placet. & 200 a, Delectum haberi sublatis uacationib. In Ver. 204 b, Pro hisce rebus uacatio data est laboris & sumptus & militiæ & rerum omnium. Epistol. 129 a, Quæ studia uacationem habent publici muneris. & Ac. 30 b, & Att. 17 b, Ne uacationes ualerent. de Leg. 158 a, Nullam tibi à causis uacationem dari uideo.

Vacca, cæ. de Natura deorum, 16 b, Cur non gestiret taurus equæ contrectatione? equus uaccæ? & ad Herennium, 27 b.

Vaccus, ci. pro Dom. 233 b, In Vacci pratis domus fuit M. Vacci.

Vacei, pro Pl. 277 a, Putabam in Vaceis dicturum. error pro Nicæis.

Vacillo, as. nuto, labo, fluctuo, titubo. de Natura deorum, 22 b, Nec uerò exitum reperitis, resq; tota uacillat ac claudicat. & Officiorum, 76 a, Iustitia uacillat uel iacet potius. de Finibus, 62 b, Quo loco uidebitur stabilitas amicitiæ uacillare. de Clar. 184 a, Curio in utramq; partem toto corpore uacillans. ad Atticum, 186 a, Vacillare memoria. In C. 109 a, Partim etiam sumptibus in uetere alieno uacillant. I. A. 189 a, Antonius cum una legione, & ea uacillante L. fratrem expectat. Epist. 262 a, Accepi tuam epistolam uacillantibus literulis.

Vaco, as. nihil ago, cesso, ocium habeo, ocium est, otiosus sum, uacuus uel expers sum, liber sum, careo, priuatus sum. de Natura deorum, 1 b, An dij ab omni curatiõe & administratione rerum uacent. Epistol. 113 a, Hoc mihi iucundissimum uacanti negocium erat, tecum id ocij tẽpus consumere. Epistol. 201 a, Quamuis enim occupatus sis, ocij tamen plus habes: aut si ne tu quidem uacas, noli mihi molestiam exhibere. & de D. 82 a, Ita tamen, si uacas animo, & c. Att. 199 a, Scribes aliquid si uacabis. de D. 109 b, Tãtum huic studio relinquendum, quãtum uacabit à publico officio & munere. Officiorum. 3 a, Nulla uitæ pars uacare officio potest. & Orat. 216 b, Quare id uacare numero non oportet? Officiorum, 27 b, Sic eiusmodi motibus animus debet uacare. de Fin. 97 b, Sapiens perturbationibus semper uacabit. Et, Vacandum

dum est omni animi perturbatione. &, Vt ab omni animi perturbatione liber sis. Of. 26 b, Histrionum nonnulli gestus ineptiis non uacant. Epist. 97 b, Vacare culpa magnum est solatium. & 18 a, Præsertim cum in quo accusabar, culpa uacarem. de L. 186 a, Is ordo uicio uacato. Epistol. 53 b, Qui locus hoc dominatu uacat? Tusc. 188 b, Amplitudo animi una est omnium rerum pulcherrima, eoq; pulchrior, si uacet populo, & c. de Nat. 37 a, Cœlestem ordinem, qui uacare mente putat, is ipse mentis expers habendus est. & 38 b, Natura ætherea uacat ea parte corporis, quæ, & c. Tus. 162 a, Animus & terra uacat & humore. & de Na. 7 a, Si ipsa mens constare potest uacãs corpore. I. A. 138 b, Qui utrisq; armis uacant. de Natura deorum, 14 b, Nihil est quod uacet corpore, corporibus omnis obsidetur locus. de L. 157 b, Vacare cura & negocio. & Tus. 153 a, Vacans nomine. de Cla. 190 a, Nullum tempus illi unquam uacat aut à forensi dictione, aut à scribendo. Sal. in Cice. 271 a, Cuius nulla pars corporis à turpitudine uacat. ad Atti. 288 a, Quid nostra refert uictum esse Antonium? si uictus est, ut alij uacarent, quod ille obtinuit? ad Atti. 188 b, Tota domus uacat superior. Atti. 221 b, Villa ita completa mi litibus erat, ut uix triclinium ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, uacaret. de Natura deorum, 5 a, M. Piso si adesset, nullus philosophiæ uacaret locus. de Ora. 146 b, Domi cilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus uacant ciues. de D. 82 a, Ego uerò, inquam, philosophiæ semper uaco. Officiorum, 13 a, Ea animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus, si iustitia uacat, pugnatque nõ pro salute communi, sed pro suis commodis, in uicio est. de Sen. 84 a, Senum ætas uacat muneribus ijs, quæ non possunt sine uiribus sustineri. pro Deiot. 148 b, Deiotarus quicquid à bellis populi Romani uacabat, cum hominibus nostris consuetudines amicitiasq; iungebat.

Vacuitas, tis. Officiorum, 15 a, Quo magis his & magnitudo animi est adhibenda & uacuitas ab angorib. de Finibus, 55 b, Vacuitas omnis molestiæ. & libro secundo, Vacuitas doloris. & Tusculanarum, 236 b, Securitatem nunc appello, uacuitatẽ ægritudinis. L. Indolentia.

Vacuitas, quam sedem uacantem uocant. Famil. libr. 11, Quantam perturbationem rerum urbanarũ afferat obitus consulis, quantam cupiditatem hominibus injiciat uacuitas, non te fugit. Bruti.

Vacuus, a, um. inanis, expers, exhaustus, nudus, ieiunus, liber. I. C. 100 a, Cum morte superioris uxoris nouis nuptijs domum uacuam feciſſes. & ibidem b, Ab euẽtu tuo ista subsellia uacua facta sunt. de Orato. 154 a, Possessio quasi caduca & uacua. & pro S. R. 22 b, Prædia uacua alicui trader e. & Par. 125 a, Possessiones uacuæ. In V. 263 a, Remum uacuum trahi. Quin. Frat. 316 a, Nullum mihi uacuum tempus ostenditur. ad Attic. 37 b, Cum uacui temporis nihil haberem. I. V. 76 a, Habere dies uacuos. Antequàm. 194 b, Aures non obtusæ crimination e, sed uacuæ præbebuntur. de Cl. 166 b, Itaque hunc elegimus diem, cum te sciremus esse uacuum. & ibidem, Esse animo uacuo. & pro Do. 239 a, Vacuo animo facere aliquid. de L. 158 a, Ego uerò libenter quoniam uacui sumus, dicam. ad Attic. 199 a, Amicum uacuum ad res difficiles scribendas afferre. pro Mur. 133 b, Gladius uagina uacuus. Tu. 192 a, His rebus mentem uacuam appellauerunt insaniam. de D. 114 a, Animus per somnum sensibus & curis uacuus. I. C. 118 a, Hic locus nunquam uacuus mortis periculo atq; insidijs fuit. Epist. 58 b, Nihil insidijs uacuum uideo. & 48 b, Vacuus molestijs. Antequàm. 195 b, Proficiò istis hora nulla electo Tullio uacua periculo, aut periculi expectatione relinquitur. pro Do. 218 a, Nullus locus uacuus extraordinarijs fascibus fuisset. Attic. 169 a, Vacuum periculo consilium. Epistol. 125 a, Oppidum uacuum à bello. de Fini. 114 a, Locus uacuus ab omni turba. I. V. 204 b, Vacuus, expers, solutus ac liber ab omni sumptu, munere, molestia. Post. 208 a, Vacuo à bonis atque inani foro. de Ar. 245 b, Mea domus ab ista religionis suspicione uacua atque pura est. de Cl. 194 a, Ab exercitationibus oratorijs nullus dies mihi uacuus est. de Fa. 140 a, Quondam uacuo ab interuentoribus die. de D. 93 b, Itaque huic obijciuntur uisa à mente ac ratione uacua. In Ver. 200 b, Ciuitas ab his rebus sanè uacua atque nuda. & 82 b, Nulla hora uacua à furto ac scelere reperietur. de In. 65 a, Si animus à talibus factis uacuus atque integer erit. de Natura deorum, 14 b, De inanitate: id est, de eo, quod uocant uacuum. ad Attic. 27 b, Inanis aliquare utili: id est, uacuus. Quint. Frat. 304 a, Sin eris ab isto periculo uacuus, ages scilicet si quid, & c. & 324 b, Animus uacuus ab omni cura. 327 a, Plura ad te uacuo animo scribam, cum, & c. de Vn. 197 a, Nihil igni uacuum uideri potest.

Vada. locus inter Apenninum & Alpes. Epistol. 174 a, Bruti.

Vada Volaterrana. pro Qu. 4 a.

Vadimonium, nij. sponsio sistendi in iudicio ad certum diem, quam deserere non licet. I. V. 155 b, Iura Siculorum, quæ habent è populo Rom. ne extra suum forũ uadimonium promittere cogantur. & 264 b, Hominem iubet Lilybæum uadimonium Venereo seruo promittere. I. V. 165 a, Promittunt Herbitenses uadimonium Syracusas. pro Qu. 4 a, Ego iam neque uado amplius, neque uadimonium promitto. & ibidem: Quintius cum cæteris quæ habebat, uadimonia differt. & ibidem: Cùm uadimonia sæpe dilata essent. & ibidem: Ex eo tempore res esse in uadimonium cœpit. & ibidem: Hic hominem in præsentia nõ uadatur, ita sine uadimonio discedit ur. et 8 a, Qui postea quoque uadimonium missum fecerit. pro Quint. 5 b, Venit Romam Quintius, uadimonium fistit. & 8 b, Ad uadimonium non uenerat, & uadimonium sibi ait esse disertum. & 9 b, Obire uadimonium alicui. & 10 a, Vadimoniũ tibi cum eo nullum fuit. Atti. 26 b, Differre uadimonium cum aliquo. & Ep. 22 a, Vadimonia dilata. pro Quint. 10 b, Quo die uadimonium istuc factum esse dicis? Quint. Frat. 316 a, Nemo fuit in tanta multitudine, qui uadimonium concipere posset. de Sen. 81 a, Vadimonia constituta. & I. C. 105 a, Decoratores

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctores qui uadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerunt.

Vado, dis.eo, iter facio, ingredior. Att. 60 b, Ad eum postridie manè uadebam, cum hæc scripsi. ad Her. 11 b, Cũ feras bestias uideamus alacres & erectas uadere, ut alteri bestiæ noceant. In Ar. Post hunc ore fero capricornus uadere pergit. Attic. 226 b, Lentulus Spinter hodie apud me, cras manè uadit. Fam. Ep. lib. 7, Vadunt solidaui.

Vador, aris. in ius uoco, ad uadimonium sistendum uoco. I. V. 153 b, Cum Apronius ex Leontino usq; Lilybæũ aliquè uadaretur ex miseris aratoribus. pro Qu. 4 a, Si iã neq; uadari amplius, neque uadimonium promittere. & ibid. Hic hominem in præsentia non uadatur, ita sine uadimonia disceditur. pro Quin. 11 a, b, Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: uadari uis, promittit: in ius uocas, sequitur: iudicium postulas, non recusat.

Vadum, qua flumen transire, aut pedibus, aut equo possumus. pro Cæl. 48 a, Sed emersi iam è uadis, & scopulos præteructa est oratio. de Or. 211 a, Hoc motu radiãtis eteſiæ in uada ponti.

Vafer, a, um callidus. de Natura deorum, 18 a, Homo minimè uafer. & Off. 63 a, Veterator, uafer. de Rep. lib. III. Non sunt in disputando uafri, non ueteratores, non malitiosi. de Natura deorũ, 9 b, Chrysippus Stoicorũ sommorum uaferrimus interpres. Attic. 19 a, Vafer ille Siculus Epicharmus.

Vafrè. callidè. In Verrem, 135 a, Nihil uafrè, nec malitiosè fecit.

Vagè. dispersè. ad Heren. 33 b, Quas exornationes ideirco non uagè dispersimus, sed à reliquis separauimus, quod, &c. 24 a, Res sparsæ & uagæ disiectæ.

Vagina, næ. gladij theca. de In. 63 b, Ille gladium è uagina eduxit. de Natura deorum, 33 a, Vt clypei causa inuolucrum uagina autem gladij, sic, &c. pro Mar. 133 b, Gladius uagina uacuus. I. C. 98 a, S. C. inclusum in tabulis, tanquam in uagina recõditum. de Se. 87 b, Viriditas hor bescens culmo erecta geniculato, uaginis iam quasi pubescens includitur.

Vagio, gis. eiulare, puerorum infantium more plorare. de Sen. 94 a, Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerescam, & in cunis uagiam. de Fin. 71 a, & ad Heren. 33 b.

Vagor, aris. euagor, uolito, passim uolito, erro. pro Sest. 22 a, Quodam tempore homines fusi per agros ac dispersi uagabantur. & de In. 43 a, Cum in agris homines passim bestiarũ more uagabantur. & de D. 98 b, Cæteros umbrarum uagari modo. pro Fl. 152 a, Prædones toto mari dispersi uagabantur. de D. 125 a, Aues huc & illuc passim uagantes. cont. Rul. 73 a, Quacũq; uelis uagari. & 75 a, Vagari per orbem terrarũ. I. A. 131 b, Is nunc tota Asia uagatur, uolitat ut rex. pro Fon. 280 b, Hi contrà uagantur lætiq; erecti passim toto foro. & de Or. 100 a, Vagari magna cum caterua toto foro. & Att. 225 Tota urbe uagari. ad Her. 36 a, Volitare & uagari toto foro. pro Mar. 135 b, Vagabitur nomen tuum longè atque latè. Acad. 17 a, Eo fit ut errem & uager latius. Tuscul. 193 a, Deinde instituto nostro uagabimur. de Orat. 102 b, Ne uagari & errare cogatur oratio. de Ora. 160 b, Ne fluat, ne uagetur oratio. & 91 a, Eadem illa facultate uagari qua uelit. & 154 a, In hoc tam immenso cãpo uagari liberè. ad Attic. 118 b, Vagamur egentes cum coniugib. & filijs. de Or. 159 a, Vt uerba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege uersus, neq; ita soluta ut uagentur. Attic. 258 a, Vtinam eum diem uideam, cùm ista oratio ità liberè uagetur, ut etiam in Siccæ domum introeat. Oct. 329 a, In urbe milites uagantur. Offi 349 a, Non enim sumus hi quorum animus uagetur errore.

Vagus, a, um. errans, inconstans, dispersus, incertus. Attic. 109 a, Itaq; uagus esse cogitabam. & 117 b, Dionysio, dũ existimabã uagos nos fore, nolui molestus esse. pro Clu. 54 b, Aliquè uagum & exulem errare. Orato. 204 a, Solutũ quiddam sit, non uagum tamen, ut ingredi liberè, non licenter errare uideatur. de N. 26 a, Errãs & uaga sentẽtia.)(. Stabilis & certa. & de Orat. 114 b, Pars quæstionum uaga, libera, & latè patens. de Vn. 201 a, Si dera quæ uaga & mutabili ratione labũtur. de Fin. 138 a, Bestiæ motus solutos ac uagos à natura sibi tributos requirunt. ad Her. 22 a, Loci præter modum ampliuagas imagines reddunt. I. A. 242 b, Vt uitam inopem & uagam prosequamur. pro Mil. 114 b, Vaga, uolubilis fortuna.

Valde. uehementer, admodum, mirum uel maiorem in modum, egregiè, nõ mediocriter. per quàm, sanè quàm, impensè, magnificè, grauiter, in primis, etiam atq; etiã, ita. ad Attic. 210 a, Inhibere illud, quod mihi ualde arriserat, nunc uehementer displicet. Ep. 9 b, Rem te ualde bene gessisse rumor erat. de Ar. 244 b, Cui destinatam iam laudem præripere ualde esset iniquum. de D. 125 a, Nihil est tam ualde uulgare, quàm nihil sapere. Att. 106 b, Quid opus est de Dionysio tam ualde affirmare? & 24 b, Valde hoc uelim, antequàm proficiscare conficias, &c. & 9 a, Valde grauiter pertexuit hunc locum. & 58 b, Epistola ualde bella est. & 59 a, Epistola tua valde me leuauit. & 22 b, Valde uehementer eum usum & liberè dicere. & ibi. Hic quicquid uolet, ualde uolet. de Le. 184 a, Tu uerò eum nec nimis ualde unquam, nec nimis sæpe laudaueris. Famil. lib. 2, Nam suos ualde quã paucos habet.

Vale. fac, uel cura, uel da operã ut ualeas. ad Attic. 78 b, Etiam atq; etiam uale patrone, &c. Q. F. 312 a, Mi frater uale. & 262 b, Da operam ut ualeas. Ep. 258 b, Vale mi Tyro, uale uale & salue. Epist. 257 a, Cura ut ualeas etiam atq; etiam Tyro noster. Ep. 256 a, Valebis igitur, meq;, &c. A. 123 a, πολλὰ χαίρειν τῷ πάλαι dicere. Epi. 111 a, Ego uerò multam salutem & foro dicam et curiæ.

Valens, tis. robustus, fortis, firmus, ualidus, potens, sanus.)(. Imbecillus. I. V. 264 b, Lictores ualentissimi, & ad pulsandos uerberandosq; homines exercitatissimi. I. A. 244 a, Semel circumsessus lectis ualentissimorum hominum uiribus cecidi sciens. pro Cl. 154 b, Statius quidã colonus homo ualens. contra Rul. 83 a, Robustus & ualens, & audax satelles. pro Cæl. 51 b, Imbecillus.)(. Valens

lens. Ep. 95 a, Cùm homo imbecillus à ualentissima bestia laniatur. et 77 a, Quàm uiribus cũ ualentiore pugnare. Ac. 44 b, Nihil enim ualentius est à quo intereat. de Cl. 170 a, Quãquã in Lysia sunt sæpe lacerti, sic ut fieri nihil possit ualentius. de Ar. 258 a, Fuit quõdã ita firma hæc ciuitas & ualẽs, ut iniurias ciuium ferre posset. pro Domo, 220 b, Imberbis adolescentulus, bene ualens & meritus. de Vn. 202 a, Nec fraus ualẽtior quàm cõsiliũ meũ. de Fa. 142 a, Diodorus ualẽs dialecticus. At. 238 a, Ibi bene ualentẽ uidi Pyliam. Ep. 256 b, Malo te serò ualentẽ, quàm statim imbecillũ uidere. pro Cl. 23 a, Cũ puer hora XI. in publico ualens uisus esset, ante noctẽ mortuus inuentus est. Itẽ, Cũ morbo alicui mederi uis, cõsuetudo ualẽtis & natura corporis cognoscenda est. Ac. 6 a, Sẽsus si sani sunt & ualentes, etc. Att. 102 a, Mallem respondentas ei uires non dedisset, quàm nunc tam ualenti resisteret. Off. 35 b, Quæ esset oblectatio ualentium?

Valentini. pop. I. V. 243 b.

Valeo, les. possum, polleo, potens sum, uim habeo, uires habeo, monumentum uel põdus uel autoritatem habeo, alicuius momenti putor, operor, proficio, momentum affero. de Finib. 60 b, Epist. 8 a, Qui plus opibus, armis potentia ualent. & 137 a, Ftet quodcunq; uolent, qui ualebunt: ualebunt autẽ semper arma. et de Ar. 256 b, Opibus ualere. At. 66 a, Domitius ualet amicis. et 257 b, Vereor ne ualeat Antonius. At. 61 b, Et quo animo Coss. ferant hũc ὄχλον, referibas ad me quantum potes & uales. pro Dõ. 216 a, Quasi ego in isto genere animo quicquam aut curatiõe aut potestate ualerem. de Cl. 169 a, Is longè plurimùm ingenio ualuit. Epist. 85 a, Quicquid authoritate ualebo & gratia, ualebo tibi. & 180 b, Nõ uereor, ne meæ uitæ molestia parum ualitura sit in posterum cõtra falsos rumores. Of 21 b, Videmus alios uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctãdum ualere. de Clar. Or. 169 b, Dicitur etiam C. Flaminius ad populũ ualuisse dicendo. I. C. 101 a, Tu ad leges non solum negligendas, sed etiam perfringendas ualuisti. pro Clu. 58 b, Omnes Larinates, qui ualuerũt, uenerunt Romam. I. C. 217 b, Hæc res mihi ualet ad gloriam. pro Mur. 133 b, In hoc felicitatis fama sermoq; ualet. pro Mur. 118 a, Iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere de Leg. 161 b, Vna definitio in omnes homines ualet. Ep. 52 b, Ad consolandum autem cum illa ualeant, &c. de Fi. 108 a, Ex eo genere, quod ad differendũ ualet. At. 67 a, Vtinam ualeat ad celeritatem reditus tuus. de Or. 152 b, Hoc ualet ad agendum, &c. de D. 228 b, Plus terrarũ situs quàm lunæ tactus ad nascendũ ualere. de Cl. 177 a, Res ubi plurimum proficere & ualere possunt, collocari debent. pro Sest. 16 a, Ignari quid uirtus uaOne. de Orato. 110 a, Experiar ut ne Sulpitius plus quàm ego apud te ualere uideatur. de Cl. 176 b, Sp. Torius satis ualuit in populari genere dicendi. pro Cec. 295 b, In uno seruulo familiæ nomen nõ ualet. & 302 a, Nã illud uerbum unde, in utramq; rem ualet. Top. 229, Verbũne plus an sententia ualere debeat. Offic. 60 b, Hoc uerbũ quid ualeat, non uidet. de N. 60 b, Quod eò ualebat, ut, &c. pro Ce. 296 b, Quod etiam si uerbo differre uidentur, re tamen est unum, & in omnibus causis idem ualet. & Top. 223 b, Idem ualere.)(. Differre & distare. de Fin. 66 b, Quærimus uerbum Latinum pro Græco, & quod idem ualeat. Epi. 12 a, Præmia quæ apud me minimum ualẽt. & 55 a, Authoritas tua plurimũ apud me ualet. de D. 86 b, Aut si ualuit, id ualuit, ut peccatum ineo hæreat. & 132 b, Tamen intelligere potuisset, uincere te Romanos, nihil magis in se quàm in Romanos ualere. de D. 141 b, Vt ad quasdam res natura loci pertinet, ad quasdam autem nihil: sic affectio astrorum ualeat si uis ad quasdam res, ad omnes certè non ualebit. de Or. 125 a, Hoc igitur exprimere, &c. mirum quiddam ualet uel maximè habet uim. Epist. 55 a, Valere in omnes partes. Epi. 94 a, Valere animo. pro Deiot. 144 b, Hoc ad uincendum ualet uel ad uincendum graue est, uel ad dicendum leue est. Aca. 22 a, Hoc contra te ualet. de Orat. 138 a, Multa ante congressum fiunt, quæ nõ ad uulnus, sed ad speciem uidere uidentur. & ibi. Quæ ualent contra falsam criminationem. Of. 33 b, Qui semper aliquid inquirunt, quod spectet & ualeat ad bene beateq; uiuẽdum. de Fat. 143 a, Quanquam hoc Chrysippo non uidetur ualere in omnibus. de Fin. 132 b, Sed certè opus est ea ualere & uigere, & naturales motus usuq; habere. de Or. 95 a, Diuturna in eo ualuit opinio tarditatis. Post. 206 b, Legem Tribunus plebis tulit, ut lex Aelia & Fufia ne ualerent. pro Dom. 229 a, De agris ratum est, fuit enim populi potestas, de ciuitate non ualuit, &c. de Cl. 171 a, Filius Scipionis si corpore ualuisset, in primis habitus esset disertus.

Valere. ad sanitatem morbósue relatũ. Epist. 93 a, Hic tuè omnes ualent & 70 b, Ego ualeo sicut soleo paulò etiã deterius quàm soleo. de Fi. 73 b, Optimè ualere.)(. Grauissimè ægrotare. Att. 77 a, Si modò ualuisti, & Romæ fuisti. & 97 b, Confido te iam ut uolumus, ualere. & 1 b, Si melius uales, uehementer gaudeo. Ep. 178 b, Nos hic ualemus rectè, & quo melius ualeamus operã dabimus. At. 100 a, Significant enim tuæ literæ, te prorsus laborare. & ibi. Quia indicabat te nõ ualere. At. 213 b, Attica plane ualet. & 74 a, Cùm ego nõ bellè haberẽ. Q. Fra. 325 a, Valent pueri, studiosè discunt, diligenter docẽtur. At. 189 b, Vt in malis rectè habeã. Qu. F. 327 a, Cum (ut spero) se Cicero noster bellè habebit. Epi. 130 a, Tullia nostra rectè ualet, Terẽtia minus belle habuit, præterea rectissimè sunt apud te omnia. et 262 a, Bellè habere. At. 58 b, Literæ, quibus erat scriptũ Lentulo melius esse. et 96 b, Tironem grauiter ægrum Esseæ reliqui, sed nunciãt melius esse ei. & 231 b, Antè sciui ei rectè esse, quã nõ bellè fuisse. & Tus. 166 b, Pompeio melius est factũ. Qu. F. 318 a, Apud eum rectè erat. Epi. 130 a, Rectissimè sunt apud te omnia. Epist. 256 b, Meliusculè mihi est. et Att. 223 b, Spero tibi iam esse ut uolumus. Epi. 152 b, Frater meus laborib. assiduis concursationibusq; confectus grauiter se habet. Ep. 155 b, Si rectè istic erit.

Valere, salutantis in discessu. ad Atticũ, 92 a, Valebis igitur, & ualere Pyliam nostram & Cæciliam iubebis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſaluebis à meo Cicerone, & 69 a, Illum ſalutaui, poſtea iuſſi ualere. Ep. 33 a, Valete mea deſideria, ualete. Epiſt. 158 b, Vale mi Tyro, uale uale & ſalue. Att. 57 b, Sed ualeant recta conſilia. & de Na. 25 b, Si deus nulla hominum charitate tenetur, ualeat. Att. 123 a, πολλὰ χαίρειν τῷ πάλαι dicere. de Am. 100 a, Amici imbecilles ualent. Attic. 261 b, Quare iſta ualeant.

Valetudo, nis. Off. 51 b, Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis & obſeruatiõe earum rerum, quæ res aut prodeſſe ſolent, aut obeſſe, & continentia in uictu, omniq; cultu corporis tuendi cauſa & prætermittendis uoluptatibus. de D. 134 a, Offic. 35 a, Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem ualetudinis. & 97 b, Qui ualetudinis uicio ſiurunt, & melancholici dicũtur. Epi. 134 a, Ex literis tuis intellexi animũ meũ tibi perſpectũ eſſe circa curã ualetudinis tuæ, quã tibi eſſe gaudeo. & 133 a, Multi ualetudinis cauſa in hæc loca conueniunt. & 136 a, Valetudo, quam intermiſsis exercitationibus amiſerã. de Cl. 170 a, Quoſdam ualetudo, modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat. At. 71 b, Me incõmoda ualetudo, qua iã emerſerã, tenebat iã duodecimũ diẽ Brunduſij. & 105 b, Sed prorſus te commoueri incommodo ualetudinis tuæ uolo. de Cla. 176 a, Is ualetudine incõmoda fuit. de Cl. 180 b, Is ſemper infirma atq; etiã ægra ualetudine fuit. et 165 b, Diuturna perturbatio totius ualetudinis. At. 183 a, Scripſeras enim te quodam ualetudinis genere tẽtari. de Ora. 101 a, In eius infirmiſſima ualetudine affectaq; iam ætate. & Ep. 77 b, Iſtinc ne te moueas tã infirma ualetudine. de Or. 108 b, Nunc Scæuola paulũ requieſcet, dũ ſe calor frãgat, & nos ipſi, quoniã id tẽporis eſt, ualetudini demus operã. Qu. Fr. 299 a, Te oro, ut ualetudini tuæ ſi me et omnes tuos ualere uis, diligentiſsimè ſeruias. Poſtq. 210 a, Quis quacunque aut ætate aut ualetudine eſſet, putauit, & c. pro Mur. 135 b, Quibus cõtra ualetudinis commodũ laborandum eſt. pro Clu. 27 a, Erat infirma ualetudine Habitus. Or. 204 a, & de Fi. 78 a, Eſſe integra ualetudine. I. A. 219 b, Cùm eſſet ſumma ſenectute & perdita ualetudine. de Or. 95 a, Valetudine impeditus nõ potui, etc. I. P. 82 a, Vti excuſatione ualetudinis. Epiſt. 134 b, Tãta perturbatio ualetudinis tuæ. Epi. 212 b, Aſclaponis medici ars mihi iucunda fuit, quam ſum expertus in ualetudine meorũ. Ep. 45 b, Propter ualetudinẽ domo non exeo. Epi. 153 b, Quod illa ualetudine magis conficere ſe quàm me tueri poterit. & 138 a, Amittere ualetudinẽ. Epi. 179 b, Cùm eũ obiurgarẽ quòd parum ualetudini parceret. Ep. 79 b, Grauitas ualetudinis, & 95 b, Imbecillitas ualetudinis. & 94 b, Infirmitas ualetudinis. Tuſ. 227 a, Mala ualetudo animi. 234 a, Et perdita ualetudo. de Fi. 57 b, & de Opt. 243 b, & Poſtq. 198 b, Bona ualetudo. de Fi. 119 b, et 144 b, Valetudo.) (. Morbus. Qu. Fr. 313 a, Marius & ualetudine eſt, & natura infirmior. & I. A. 221 a, Si ad grauem ualetudinem dolor acceſsit. At. 169 b, Valetudinem tuam iam confirmatã eſſe, & à ueteri morbo, & à nouis tentationibus gaudeo. Of. 56 a, Si unumquodq; membrum ſenſum hunc habe

ret, ut poſſe putaret ſe ualere, ſi proximi membri ualetudinẽ ad ſe traduxiſſet. & de D. 137 b, Nõnullæ ſignificatiões ualetudinis, ut hoc ipſum pleni enectiue ſimus ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicũtur. de Senect. 84 a, Quàm fuit imbecillis P. Africani filius, quàm tenui aut nulla potius ualetudine? et ibi. At id quidem non proprium ſenectutis eſt uicium, ſed commune ualetudinis. de Ami. 100 a, Valetudo opportuna eſt, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis.

Validiſsimè, ſummopere, enixè. Cæl. Epiſt. 113 a, Cùm pro amicitia ualidiſsimè ſtuerem ei.

Validus, ea, um. ualens. Epiſt. 258 b, Omnia uiceris, ſi te ualidum uidero. et in Arat. Validæ uires. de Finib. 132 a, Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus ualida ſeruari.

Vallatus, a, um. ſtipatus. pro Mur. 136 a, Catilina ſtipatus choro iuuentutis, uallatus iudicibus atq; ſicarijs.

Vallo, as. ſtipo. de Leg. 168 b, Cùm hæc omnia quaſi ſepimẽto aliquo uallabit diſſerendi ratione, & c. de Ar. 251 b, Ius legationis cùm hominum præſidio munitum ſit, tum etiam diuino iure eſt uallatum. pro Arch. 189 b, Pontus & regijs quondam opibus, & ipſa natura regionis uallatus.

Vallum, li. propugnaculum, & munitio caſtrorum. Att. 79 b, Oppidum cinximus uallo & foſſa, & aggere maximo. & Ep. 245 b, Oppidum uallo & foſſa circumdedi. I. P. 97 a, Vallum alpium contra aſcenſum tranſgreſſionemq; Gallorũ. de Sen. 88 a, Et cõtra auium minorũ morſum munitur uallo ariſtarũ. de Na. 55 a, Munitæq; ſunt palpebræ tanquam uallo pilorũ. At. 148 b, Foſſa et uallo ſeptum tenere aliquẽ. & Tuſ. 182 b, Ferre uallũ.

Valuæ, arum. templorum ianuæ. I. V. 229 a, & 88 a, & 222 a, Hæc alia duo ſigna, quæ ad ualuas Iunonis Samiæ ſteterunt. pro Dom. 237 b, Ibi enim poſtis eſt, ubi aditus tẽpli eſt, & ualuæ ambulationis. de D. 96 a, In templo Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſubitò ſeipſæ aperuerunt. I. A. 181 b, Cùm ualuæ Concordiæ non patent.

Vaneſco, ſcis, euaneſco. de L. 174 b, Labes nec diuturnitate euaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt.

Vanitas, tis. inanitas. de Leg. 161 b, Si deprauatio conſuetudinem, ſi opinionum uanitas non imbecillitatẽ animorum torqueret, & c. Tuſc. 109 a, Vt uanitati ueritas cedat. Of. 10 a, Talis autem ſimulatio uanitati cõiunctior eſt quàm liberalitati. de D. 108 a, Leuitate, uanitate, malitia excluſa diuinationem probo. Off. 63 a, Qui in uẽdendo orationis uanitatem adhibent. & de Ami. 214 b, Blanda orationis uanitas, & ad Her. 12 b, Idq; comitate fit magis quàm uanitate. Part. 231 b, Attende uanitatem comitatis eſſe oppoſitum.

Vanus, a, um. falſus, mendax, futilis, inanis, leuis. pro Pl. 280 b, Memini cum tibi uana quædã miſer atq; inania falſa ſpe inductus pollicebar. de Diuinatio. 88 a, Aruſpices uanos futilesq; eſſe dicamus. pro Qu. 4 b, Si ueritate amicitia colitur, qui amicum prodit, uanum ſe fateatur neceſſe eſt. pro S. R. 38 a, Credere orationi uanæ alicuius. & ad Her. 12 b, Vana ratio: id eſt, falſa.

Vapor,

Vapor, ris. humor mauius uel terrenus extenuatus, expiratio, anhelitus terræ, afflatus ex terra. de Natura deorum, 31 a, b, Aer oritur ex reſpiratione aquarũ, & earũ quaſi uapor habendus eſt. & 49 b, Vapores, qui à ſole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur. de Sen. 83 b, Terra ſemen tepefactum uapore & complexu ſuo diffundit, & c.

Vaporarium, rij. Qu. F. 318 a, Vaporarium ex quo ignis erumpit, eſt ſub tectum cubiculi.

Vapulo, as. cædor, uerberor. Epiſtol. 112 a, Alius equitatum perdidiſſe, alius ſeptimam legionem uapulaſſe. At. 30 a, Tum ſe omnium ſermone ſentiet uapulare.

Vardæi. pop. Ep. 65 b, Vatinij.

Variatus, a, um. pro Mil. 103 a, Aliquem reum uariatis iudicum ſententijs diuina ſententia eſſe liberatum. de D. 137 a, Hæc ſcilicet in imbecillo remiſſoq; animo multa omnibus modis confuſa, & uariata uerſantur.

Variè. diſſimiliter, diuerſe. de Cl. 198 a, Numeri non eodem modo, ſed uariè concluſi. At. 132 a, Quis autem eſt, tanta quidem de re, quin uariè ſecũ ipſe diſputet? pro Sect. 23 a, Numerus huius generis latè & uariè diffuſus eſt. & de Fi. 88 a, Variè abundans. de Diu. 127 a, Eamq; uim uariè moueri ab his ſideribus, quæ, & c.

Varietas, tis. diſſimilitudo. de Diu. 127 b, de Fin. 66 a, Varietas latinum uerbum eſt, idq; proprie in diſparibus coloribus dicitur, ſed transfertur in multa diſparia: uariũ poema, uaria oratio, & c. Of. 21 b, 22 a, Vt in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt etiam maiores uarietates. de Se. 88 b, Florum omnium uarietas. pro Cor. 61 a, Diſſimilitudo ciuitatũ uarietatem iuris habet maximam. de D. 110 a, Surdus uarietates uocũ aut modos noſcere nõ poteſt. & 131 a, Varietas eſt propria fortunæ. de D. 97 a, Quæ omnia fiunt & ex cœli uarietate, & ex diſparili aſpiratione terrarũ. pro Ar. 189 b, Bellum magnum & difficile, & in multa uarietate terra mariq; uerſatum. de N. 1 a, & 36 b, Qui deos eſſe dixerunt, tanta ſunt in uarietate ac diſſenſione cõſtituti, ut, & c. & de Fi. 66 a, Iouis ſtella multas effecit uarietates. & 80 b, Voluptas quæ faciat uarietatem uoluptatum. de Or. 113 b, Diſtinguere hiſtoriam uarietate locorum. de D. 127 b, Illi orbes uarietatẽ maximã habent, alijq; in alijs locis ſunt. Or. 206 b, Eaq; eam, quam probo, habent uarietatẽ. de Cl. 191 b, & pro Cor. 55 b, Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſubitò ſe ipſæ aperuerũt. ui deat ne ignoret & gradus, & diſſimilitudines, & uim, & uarietatem Atticorum.

Vario, as. diſtinguo, uarietate diſtinguo, uarietatem facio. de Or. 112 a, Oratoris eſt formare orationem, eamq; uariare & diſtinguere, quaſi quibuſdam uerborum ſentẽtiarumq; inſignibus. de Finibus, 56 b, Vt poſtea uariari uoluptas, diſtinguiq; poſſit, augeri amplificariq́ue non poſſit. Orator. 202 a, Ergo ille princeps uariãbit & mutabit uocem. de Finibus, 127 a, In eo uariari inter eos uidetur.

Varius, a, um. diſſimilis, diſpar, diuerſus, multiplex, diſtans, commutabilis, diſparilis, habens uarietatem, uarie

tate diſtinctus, in uarietate conſtitutus, multiformis. Acad. 44 a, Principes qualitates ſunt uniuſmodi & ſimplices, ex his autem ortæ uariæ ſunt, & quaſi multiformes. & At. 140 a, Noli putare tolerabiles horum inſanias, nec uniuſmodi fore. de Or. 128 a, Multa & uaria & copioſa oratio. & 148 b, Variæ & diuerſæ & in omnẽ partẽ diffuſæ diſputationes. Ora. 198 a, Multiplices uarijq; ſermones. Acad. 42 a, Plato quàm uarius & multiplex & copioſus fuit. pro Fl. 147 a, Prætura iuriſdictio res uaria & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates. de Or. 104 a, Quarum rerum fateor magnam multiplicẽq; eſſe diſciplinam, & multas copioſas uariasq; rationes. de N. 1 a, Variæ & diſcrepantes ſententiæ. Or. 201 b, Natura uariæ & uoluntates, multum inter ſe diſtantia effecerunt genera dicendi. & pro Cæl. 40 a, Varia multiplexq; natura. pro Põ. 9 b, Varia & diuerſa genera bellorũ. I. V. 245 b, Variũ ius ac diſpar conditio. Off. 14 a, Ferre ea, quæ uidentur acerba, quæ multa & uaria in hominũ uita uerſantur. de Am. 113 b, Aſſentatoris animus uarius, cõmutabilis, & multiplex. pro Cec. *In uario iure: id eſt, cum iuriſconſulti de aliqua re cõtraria reſpondent contra Rul. 82 a, Vectigal bellis infeſtũ, fructib. uariũ. de Na. 45 b, Varia genera beſtiarũ, uel cicurum, uel ferarum. de Fi. 66 a, Varium poema, uaria oratio, uarij mores, uaria fortuna, uoluptas uaria etiam dici ſolet. de N. 76 b, Varius homo importuniſsimus.

Varices. uenæ cruribus & inguine tumeſcentes. Tuſcul. 172 b, Cum uarices ſecabantur C. Mario, dolebat.

Varro, onis. I. A. 180 a, De Varrone. & Ep. 172 b, & Atti. 74 a, Varronis theſauri.

Vaſarium, rij. ſupellex uaſorum, ſiue pecunia, quæ magiſtratui in prouincia eunti, uiatici nomine attribuebatur. I. P. 99 a, Nõnne ſeſtertiũm centies & octogies, quod quaſi uaſarij nomine in ũditione mei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti?

Vas, uadis. qui pro aliquo ſpondet, uel obligatur, præſertim in cauſa capitali: qui alicuius cauſam omnẽ ſuſcipit, & ſe pro illo ſupponit reum. Of. 61 a, Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, ut ſi ille nõ reuertiſſet ad diẽ, moriendũ eſſet ſibijpſi. Tuſc. 240 b, Quorum cum alterum uadem mortis accepiſſet, alter ut uadem ſuũ liberaret, præſtò fuit ad horam morti deſtinatam. de Fin. 81 a, Vadem te ad mortem tyrãno dabis pro amico? ad Brut. 289 a, Me pro adoleſcentulo reſp. accepit uadem. Att. 91 b, An ſumptum poſcet uades Scaptius?

Vas, uaſis. I. Ver. 214 a, Erat etiam uas uinarium ex una gemma pergrandi. I. Trulla. de In. 77 a, Vaſa magnificè & preciosè cælata. pro S. R. 40 b, Vaſa Corinthiaca & Deliaca, in quibus eſt Authepſa ipſa. pro Mur. 142 a, Atq; ille expoſuit uaſa Samia. I. V. 211 b, Efferri ſine thecis uaſa. Tuſ. 159 a, Nam corpus quidẽ quaſi uas eſt, aut aliquod animi receptaculum. I. V. 209 a, Mouere caſtra ex loco, & colligere uaſa.

Vaſcularius, rij. qui uaſa ex metallo facit, præſertim ære, argento, auro. I. V. 212 a, I. Cælator.

Vaſtatio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vastatio,onis.uastitas,depopulatio.I.C.108 a,Ergo in uastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas putas? Ep.153 a,Qui Italiam à uastatione defendat.

Vastatus,a,um.pro Sest.15 a,Lex erat lata uastato ac relicto foro.

Vastificus,a,um.Tusc.179 b,Erimanthia hæc uastificam abiecit belluam.

Vastè.de Orat.147 a,Asperè,uastè,rusticè,hiulcè loqui.)(.Presse,æquabiliter,leniter. de Orat.159 a,Verba ne asperè concurrant,neue uastius deducantur.

Vastitas,tis,uastatio,solitudo.I.V.227 a,Audistis quæ solitudo esset,quæ uastitas in agris, quàm deserta, inculta & relicta omnia.de Natur.21 b & cont.Rul.80 a, Volucres, angues ex uastitate Libyæ uento Africo inuehi in Aegyptum.I.P.98 a,Fana uexata hanc tantam effecerũt uastitatem.de Na.28 b,Animos terreri uastitate,pestilentia,terræmotibus.pro Flac.146 a,Cum uastitatem à templis,delubris,urbe Italia depellebam. Epist.165 a, Cum uastitatem Italiæ respexerint.de Clar.166 b, Defendo iudiciorum uastitatem. Off.36 a,Causæ eluuionis, pestilentiæ,uastitatis, belluarũ etiam repẽtinæ multitudines. de D.90 b, Bellua immanis quacunq; incedebat, omnia arbusta,uirgulta,tecta peruertebat.& ibid.Deũ respondisse,uastitatem esse Italiæ.

Vasto,as.uastitatem infero, depopulor, diripio. Epistol. 172 b, Antonius decursionib.per equites uastat ea loca, quæ incurrit.& 120 a,Quæ diripuisse ipse, ut uiderentur ab hoste uastata.Epistol.169 b, Multa castella cepi, multa uastaui. & 66 a, Regiones uastauit. I.V.174 a, Agros uastare atq; eximanire.I.C.101 b, Hæc quæ iampridem uastare studes:id est,urbem.I.C.103 a, Cum bello uastabitur Italia, uexabuntur urbes, tecta ardebunt. & 121 a, Vastare & diripere totam Italiam. de Arusp. 250 a,Qui Pessimantem ipsum de sede matris deorũ uastaris.de Na.46 a, Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate uastari.Att.134 a,Homo magis ad uastandum Italiã,quàm ad uincendum paratus.Oct.330 b, Qui uastares urbem incendio,Italiam bello.

Vastus,a,um.desertus,immanis,magnitudine immani. cõtra Rul.80 a,Ager propter sterilitatem inculus, propter pestilentiam uastus atque desertus.Part.233 a,Loci uasti.)(.Loci coædificati.& de Somn.129 a, Vasta solitudo.Tusc.243 b, Quæ Barbaria India uastior, aut agrestior?de N.20 b,Elephanto belluarum nulla prudentior,at figura quæ uastior?de N.48 b, Quadrupes quæ uasta tenetur.de D.90 b, Bellua uasta & immanis.I.P. 92 a,Cum mare uastissimum hyeme transibas. Or.211 a, Axilla ala fractus est,fuga literæ uastioris.de Ora.94 a, Quidam uultu motuq; corporis uasti atq; agrestes. ad Heren.27 b,Crebræ uocalium cõcursiones, quæ uastam & hiantem orationem reddunt.

Vates,tis.fatidicus,mantis, diuinus sacerdos. de L.173 b, Fatidicorum & uatum effatu incognita interpretari.de Natur.12 b,Aruspices, augures, arioli, uates,coniectores. & de Ar.248 a, Libri uatum Apollinis. & 250 a, Hæc uate suadente id est,Sibylla.de Di.104 a, & de Cl. 170 b,Quos olim fauni uatesq; canebant.de D.87 b, Sibylla Erythræa, Bacchis,Bœotius,Epaminundas Cres.

Vaticanus.Romæ mons.At.216 a,b.

Vaticinatio,nis.oraculum,prædictio.Ac.27 a, Auspicia, oracula,somnia,uaticinationes & Part.230 a, Vaticinationes & responsa sacerdotum,aruspicum, coniectorum.& de Nat.27 b, Ex Sibyllinis uaticinationibus. de D.131 b,Hoc est artis & scientiæ,non uaticinationis & motus. Att.128 b,Quarũ literarum uaticinationem falsam esse cupio.de Nat.59 a,Multa oraculis declarãtur, multa uaticinationibus. & de D.95 a, Exposui somnij & furoris oracula.de D.123 a,Sortes,quæ uaticinatione funduntur.I.Diuinatio.

Vaticinor,aris.diuino,insanio,furo,futura præsentio. At. 125 a, ωφελησίσω igitur noster Attice,non ariolans, ut illa cui nemo crediderit,sed coniectura prospiciens iam iamq; maiora magno tumultu, non multo inquam secus possum uaticinari,tanta malorum impendet ὀλεθρος.Epi. 27 b,Sed ego fortasse uaticinor,& hæc omnia meliores habebunt exitus. Am.100 b, Empedoclem quidem carminibus græcis uaticinatum ferunt,quæ in toto mundo, etc.de D.94 b,Vt uaticinari furor uera soleat.Et Ep.27 b,Sed ego fortasis uaticinor.de D.87 b,Vaticinans per furorem,ut sibylla.& 229 a,Furore diuino incitatus animus futura præsentit.pro Sest.7 b,Qui hæc dicerent, uaticinari atq; insanire dicebant.

Vber,ris mãma.de D.84 b, Martia quæ paruos Mauortis semine natos,Vberib.grauidis uitali rore rigabat.

Vber,ris.fœcundus.ferax,fertilis,abũdans,copiosus. Qu. Fr.318 b,Multis locis aquam profluentem,& eam uberẽ uidi.de Or.94 a,Mot⁹ animi ad explicandũ ornandũq; uberes.de D.81 a,Ea Cleanthes paulò uberiora fecit. de Fi.146 a,Seges spicis uberib.& crebris.de N.57 b, Vberrimi letissimiq; fructus uituũ. & Tusc.174 b, Fructus uberrimus.de Se.89 a,Agro bene culto nihil est nec usu uberius,nec specie ornatius. Off.53 a, Nullus feracior in Philosophia locus,nec uberior,quã de officijs. I.P.100 b, Vbi illa uberrima supplicationib. triũphisq; prouincia.Ep.67 b,Omnia uberiora futura sunt.de Nat.86 a, Maiore delectatione,uberiore spe cõmoueri. Or.198 a, Periclem ab Anaxagora fœcundum atq; uberem fuisse. de Cl.296 b,Vir ornatus uberrimis artib.& 175 a,Nemo plenior & uberior ad dicendum fuit.

Vberius & **uberrimè**. copiosè, affluenter. de Nat.30 a, Vberius ac fusius disputare aliquid.& de D.109 b,Ep. 43 a,Vberrimè.

Vbertas,tis.abundantia, copia, magnitudo. Orat.198 a, Omnis enim ubertas,& quasi sylua dicendi ducta ab Academicis est.& pro Cor.55 a,Orationis ubertas,uarietas,copia.de N.52 a,Nuper nati mãmas appetũt,earũq; ubertate saturãtur.I.V.199 a,Vbertas in percipiẽdis fructib.utilitas in uẽdendis.de Na.77 b,I.V.199 a, Vbertas frugũ & fructuũ.pro Pom.12 b, Summa ubertas agrorũ.Posth.202 a,Frugũ ubertas & copia. de N.58 a,Maxima ubertas & uarietas pomorum.& Tusc.162 b, Ra-

mos bacarum ubertate incuruescere.de Nat.59 b,Satis à Socrate dictũ est de ubertatibus uirtutis & copijs. de Orat.101 a,Bibliothecas omnium philosophorum unus XII.tabularum liber & autoritatis ponderẽ, & utilitatis ubertate superat.de Or.89 a,Vbertas in dicendo.)(. Exilitas.pro Pom.6 b,Asia fertilis est ubertate agrorũ.

Vbi.quo loci.At.114 b,Epistol.17 b,Vt ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quàm istic ubi solus sapere uideare. & 78 a,Nemo est,quin ubiuis,quàm ibi ubi est,esse malit.de Or.113 b,Quid est,inquit,Catule,Cæsar: ubi sunt qui Antoniũ Græcè negant scire? Tusc.233 a,Est ubi id isto modo ualeat.pro R.P.128 b,Vbi terrarũ sumus? de Or.106 a,Cumq; multa colligeres & ex legibus,& ex Senatusconsultis,ubi,etc.id est,in quibus.I.V.89 b,& de Or.144 b,Vbi pro postquam & simul ut. pro R.P. 128 a,Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea non oportet.& I.P.94 a,Vbi galli cantum audiunt.

Vbicunq;.quocunq; in loco.Epist.73 b,78 a,Epist. 19 b, & Ac.26 a,Etsi ubicunq; es,in eadem es naui.I. V.265, Vbicunq; terrarum.

Vbiq;.de Fi.65 a, Aut Epicurus quid sit uoluptas, aut omnes mortales qui ubiq; sunt nesciunt.item 66.123 a,& At.253.Item Tusc.155 a,& Acad.34 a,& de Na.59 a, de D.127 b,& 135 a,& I.V.201 b,& 230 b,cont. Rul.77 b,pro Cor.65 b.Item I.A.226 b,& 262 a.Hæc autẽ particula cum nullo alio uerbo cõiungitur,quàm cum uerbo est:uixq; sine omnis aut quicquid, apud Ciceronẽ reperitur,ut in superiore exemplo demonstratur.

Vbiuis.Ep.78 a,Nemoq; est quin ubiuis,quàm ibi ubi est, esse malit.

Vbiuisnam. Att.lib.13,Volo aliquem Olympiæ, aut ubiuisnam πολιτικὸν σύμμαχον, more Dicæarchi familiaris tui.

Vbiubi.pro ubicunq;. Tusc.lib.1, Nunc ubiubi sit animus,certè quidem in te est.

Ve.uel.& Orat.203 b,Poeta peccat cum probam orationem affingit improbo stultóue sapientis.I.A.271 a,Post hanc habitam concionem duabus tribusue horis literæ uenerunt,&c.I.A.204 b,205 a,Vti C.Pansa,A.Hircius consules alter amboue cognoscerent.pro Flac.148 b, Ne quid plus minusue dicat. Or.208 b, Per orationem inflammantem restinguentemue concludere.de Nat.10 b,Bestiæ quæ in rubro mari Indiaue gignuntur. I.A.168 a, Qui albus atérue fueris ignorans fratris filium præterijt.Orat.211 a, Suaues grauésue sententiæ. pro Cec. 296 a,Qui in Italia sit,absitúe reipublicæ causa.& ibi. b,Hominibus coactis armatisue.Or.218 b, Ne breuitas, &c.néue lõgitudo,etc.I.A.196 a, Lex de actis Cæsaris, &c. déue dictatura, &c. déue colonijs, &c. Ep.14 b, Néue in hoc reo,néue in alijs quæras,&c.& de Or.158 a,Néue hoc,néue illud,&c.At.123 b, Pro tuis rebus gestis amplissimis,amplioribusue quàm meis,quàm Africani.de D.112 a,Omnia quæ fierent futuraue essent. & ibid.Omnia quæ fiunt,quæq; futura sunt. Quin.Fr.290 a,Rogo ne contrahas aut demittas animum,neue te obrui sinas.de Se.89 a, Quid de pratorum uiriditate, aut

arborum ordinibus, aut uinearum oliuetorũue specie dicam? de Leg.136 a,Cum eam tempestas uetustasue cõsumpserit.& 182 b, Lex uestibulum sepulchri bustumue usucapi uetat.de Vn.197 a, ἀναλογία cõparatio proportióue dici potest.Ep.70 a,Nullum membrum reipublicæ reperies, quod nõ fractum debilitatumue sit.Tusc. 156 b,Ne tam uegeta mens, aut in corde,cerebróue, aut in Empedocleo sanguine demersa sit.

Vecors,dis.excors,bardus.pro Dom.242 b, Sed uecors repente sine suo uultu, sine colore, sine uoce constitit, &c.Itaque istius uecordissimi mentem cura metuq; terrebant.I.P.83 b,Cum tu ô uecors,& amens,&c.

Vectigal.lis portorium.pro Pom.6 b, Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui uectigalia nobis pensitant,aut eos qui exercent atq; exigunt?& 4 b, Quorũ magnæ res agũtur in uestris uectigalib.exercendis occupatæ.Qu.F.296 b,Qui pendere ipsi uectigal sine publicano nõ potuerunt.pro Pon.278 a, Vectigal esse impositum fructibus nostris dicitur.& ib. Exigere portoriũ & instituere portorium.& cõtra Rul.77 a, Sicq; agro pergrande uectigal imponitur.Pro Pom.7 a, Vectigalia neruos esse reip.semper duximus.de Pro.70 a,Vectigal ac portoriũ Dyrrhachinorũ totum in huius uitæ quæstum est cõuersum.I.V.150 b,Cæteris prouincijs impositum uectigal est certum, quod stipendiarium dicitur. At.85 a, Ariobarzanes nullũ ærarij, nullũ uectigal habet.contra Rul.89 a,Ego pro aqua crebra uectigal pendam.& Qu.F.296 b,Pẽdere uectigal alicui. Qu.F.294 b,Iniquo & graui uectigali ædilitioru Asiã liberasti. de Cl.176 b,Sp.Torius agrũ publicũ uiciosa & inutili lege uectigali leuauit.Itẽ,Magnũ uectigal est parsimonia. Par.225 b,Ex meo tenui uectigali aliquid etiã redũdat. At.83 a,Atq; etiam minus est aliquanto in Sceptij nomine,quã in uectigali prætorio. At.149 b,Habebit nõ ille uectigal,sed ciuiũ bona. At.191 b, Equidem iam non ego uectigalibus,& paruo cõtentus esse possum. Qu.F.296 b,Exigere uectigalia.pro Pom.6 b,Itaq; neq; ex portu, neq; ex decumis,neque ex scriptura uectigal conseruari potest.Itẽ,Qui uectigalia nobis pensitãt.I.Parsimonia.

Vectigaliorum in genitiuo plur.Cicero ad Atticum teste Charisio,ait enim in ratione uectigaliorum suorum: sed & de lege agraria uectigalium dixit.

Vectigalis,le.stipendiarius,tributarius,publicanus. I.V. 165 a,Ita ciuitas una sociorum duab.mulierculis uectigalis fuit.et 170 a,Ager uectigalis populo Romano ex parte decima.& contra Rul.79 a, Agri uectigales. I.P.98 b,Is uectigalem prouinciam fecit singulis rebus quæcunque uenirent,portorio imposito.& de Pro.71 a,Vectigales & stipendiarios multos liberauit.I.V.94 b, Naues ex uectigali pecunia fecerat.Ep.102 a, Quod cũ pertimuisset Dolabella uastata prouincia, correptis uectigalibus, præcipuè ciuibus Romanis omnib. crudelissimè denudatis ac diuenditis,celerius Asia excesit. Qu.Frat. 296 b,Græci sunt uectigales.I.A.172 a, Tradere equos uectigales alicui.

Vectio,onis. de Officijs, 56 b, Effecimus, etiam domitu nostro

nostro quadrupedum uectiones.

Vectis, *tis.* palus est ferreus quo utuntur fabri ad multa. I. V. 222 *d*, Demoliri signũ ac uectibus labefactare conantur. *&* de N. 5 *b*, Quæ ferramenta, qui uectis. de N. 121 *d*, Si anguis uectem circumplicatus fuisset.

Vector, *oris.* nauigans, qui uehit *&* qui uehitur. Att. 28 *b*, Malè uehi malo alio gubernante, quàm tam ingratis uectorib. bene gubernare. pro Sest. 12 *b*, Si id uectores negarent. de N. 78 *a*, Vectores timidi aduersa tẽpestate. *&* At. 169 *b*, Naui eius, *&* ipso conuectore me usurum puto. l. A. 214 *a*, Summi gubernatores in magnis tempestatibus à uectoribus admoneri solent.

Vectura, *ræ.* uectio. At. 2 *b*, Misimus, qui pro uectura soluerent. *&* I. V. 101 *a*, Vecturæ difficultas. *&* Ep. 28 *b*, Vt *&* mihi *&* populo cautum esset sine uecturæ periculo. At. 24. 6 *b*, Petij ab eo de mulis uecturæ, *&* uicis.

Vegetus, *a, um.* sanus, firmus, ualens. At. 1. 60 *b*, Te uegetum nobis in Græcia fiste. Tusc. 1. 56 *b*, Ne tam uegeta mens in sanguine demersa iaceat. de Diuin. 83 *b*, Vt illa tertia pars rationis eluceat, *&* se uegetam ad somniandum acremq; præbeat.

Vehemens, *tis.* acer, fortis, ferox, incẽsus, immoderatus, effrenatus, nimius, oratio contorta, acris, incitata, uibrans. In Vat. 29 *a*, Nimium est uehemens feroxq; natura. *&* pro Syl. 184 *a*, Ego qui uehemens in alios, inexorabilis in cæteros esse uisus sum. de Or. 125 *a*, Acri et uehementi quadam incitatione inflammari. de Clar. 172 *a*, Galba in meditando uehemens *&* incensus fuit. de Or. 138 *a*, Exordium dicendi uehemens *&* pugnax. de Ora. 113 *b*, Qui illum impetum oratoris non habeat, *&* uehemens minus sit. *&* 127 *a*, Oratio uehemens *&* atrox.) (. Lenitatis *&* mansuetudinis.

Vehementer. acriter, acerbè, asperè, impensè, ualde, longè, nimio opere, etiam atq; etiã, incredibiliter.) (. Remisse. de Fin. 143 *a*, Non illud uehementer repugnat esse beatum, *&* multis malis oppressum. Tusc. 220 *a*, Quæ uehementer, acriter, animosè fiunt. ad Her. 33 *b*, Hoc genus *&* acrimoniam habet, *&* uehemẽtißimum est. At. 96 *b*, Nos etesiæ uehementißimè tardarũt. de Or. 97 *a*, Vehementißimè exercere se in aliqua re. At. 30 *b*, Vehemẽtius *&* acrius. *&* 104 *b*, Acerrimè, id est, uehementißimè et ardentius. At. 210 *a*, Inhibere illud tuum quod mihi arrisserat, uehementer displicet. At. 261 *a*, De summa autem agi prorsus uehementer *&* seuerè uolo. l. A. 217 *a*, Vehementer me agere fateor, iracundè nego.

Vehens, *tis.* qui uehitur. de Cl. 396 *b*, Cuius in adolescentiam per medias laudes, quasi quadrigis uehentem transuersa incurrit misera fortuna reipublicæ.

Vehiculum, *li.* pro Mil. 111 *b*, Quid horum non impudẽtißimum? ueститus an uehiculum? id est, rheda. *&* ibi. Cũ alter ueheretur in rheda penulatus. I. V. 247 *b*, Illi tibi furtorum uehiculum comparauerunt: id est, nauem, qua furta ueheres. I. P. 92 *b*, Vehicula triũphalia: id est, currus. Att. 164 *b*, Ego uerò uehiculo, si nauis non erit, eripiam me ex istorum parricidio.

Veho, *is.* de D. 138 *a*, Curru quadrigarum uehi. *&* de N. 78

a, Vehi in aliqua naui. *&* pro Mil. 111 *a*, Vehi in rheda. I. V. 259 *a*, Quòd in eius quadriremi Cleomenes uectus esset. de Nat 16 *b*, Ille taurus qui uexit Europam. Tusc. 164 *a*, Tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio. de N. 17 *a*, *&* de Cl. 196 *b*, Tritõ natãtibus inuehens belluis. de Vn. 203 *b*, Vt animal sex motibus uehetur. de D. 137 *a*, Equus in quo uehebar, mecũ unà demersus, rursus apparuit. l. P. 92 *b*, Vehi per urbem, conspici uelle. l. A. 171 *b*, Vehatur in essedo tribunus plebis.

Veiens, *tis.* pro S. R. 25 *b*, An aliquem ex agro Veiente nominem. *&* de D. 100 *b*, Veientes, *&* c.

Veij, *orum.* opp. de D. 100 *b*, Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi posse.

Veiouis. Iouis acheruntius, qui non iuuandi, ut Iouis, sine Iupiter ille alter, optim. max. potestatem haberet, sed nocendi tantum ac uexandi. Idcirco appellabatur quidem Iouis, uerùm præposita ue particula, quæ priuat uerbũ ea ui quam haberet, si ue præpositum non fuisset. ut in uecors, *&* uesanus. Et, ut uno uerbo dicam, Veiouis, Orcus est, ad nocendum, è cœlo summo, ad impia tartara deturbatus. de Nat. 72 *a*. Quid Veioui facies?

Vel. ue, seu, siue, aut. de Orat. 106 *b*, Cui nostrùm non licet fundos suos obire? aut res rusticas uel fructus causa uel delectationis inuisere? Quin. Fra. 315 *b*, Sunt ista quidem uel magna, uel potius maxima. de Nat. 85 *a*, In his uel asperitatibus rerum, uel angustijs temporis. de Cl. 187 *d*, Multorũ uel periculo uel honori seruire. At. 20 *d*, A' curia aũt nulla me res diuellet, uel quod, *&* c. uel quod, etc. uel quod, *&* c. At. 9 *a*, Intellexi hominem moueri, utrum Cæsum inire tantũ gratiam, *&* c. an esset tantas res nostras, *&* c. id est, uel quod, *&* c. uel quod, *&* c. pro Planc. 260 *d*, Vel quod multo minus est ferendum. pro Lig. 38 *a*, Cuius ego industriæ gloriæq; fauео, uel propter propinquam cognationem, uel quod, *&* c. uel quod, *&* c.

Vel. pro etiam. Vel mori satius est, quàm, *&* c. l. Satius. Epistol. 102 *a*, Quàm morosi sint qui amant, uel ex hoc potes cognoscere. de Na. 58 *b*, Hoc mihi uidetur uel maximè cõfirmare, *&* c. de Or. 87 *b*, *&* 162 *a*, Hoc uno præstamus uel maximè feris. Ora. 205 *a*, Cum id certè sit uel maximè Atticum. de L. 188 *b*, Nam isto modo uel consulatus uituperabilis est. Or. 205 *a*, Hoc in genere neruorũ est uel minimum, suauitatis autem uel plurimum. Ac. 23 *b*, Per me uel sterlas licet, non modò quiescas. Q. Fr. 305 *b*, Vel Lentulum, *&* c. de Ora. 119 *b*, Hæc sunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximè. de Or. 138 *b*, Vt ipsis sententijs quibus proluserunt, uel pugnare possint: id est, etiam.

Velabrum, *bri.* locus Romæ, siue olearium forum, ut Plautus indicat. Attic. 283 *a*, Laurentiæ ad aram in Velabro sacrificium pontifices facere solent.

Veles, *tis.* leuis armaturæ miles, *&* expeditus ad cursum. Ep. 138 *b*, Me autem à te, ut scurram uelitem, malis oneratum esse. non molestè tuli. de Cl. 189 *b*, Vt hastæ uelitibus amentatæ traduntur. sic, *&* c. l. Volites.

Velia, *iæ.* urbs. At. 256. Ep 104. I. V. 128.

Velienses. Ep. 105. pro Cor. 66.

Volisi-

Velificatio, *onis.* Ep. 16 *a*, Cùm id possis mutata uelificatione assequi, stultum est, *&* c.

Velificor, *aris.* uela facio, aurũ popularem capto. Epi. 120 *b*, Ne aut uelificatus alicui dicaris, aut, *&* c. in Rull. 65 *a*, Si quis uestrùm spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori uelificari suo.

Velinus lacus. At. 62 *b*. Lacus Velinus à M. Curio emissus interciso monte in Nar defluit.

Velitor, *aris.* pugno, contendo, certo. pro Qu. 13 *a*, Hæc est iniqua certatio, non illa qua tu contra Alphenum uelitabaris. alia exemplaria sic legunt: qua tum contra te Alphenus uelitabatur.

Veliuolans, *tis.* quod uelis uolat, ut nauis. mirificè igitur Vergilius mare ueliuolum appellauit. de D. 94 *b*, Et fera ueliuolantibus nauibus compleuit manus littora.

Vellico, *as.* peruello. pro Cor. 67 *a*, Qui more hominum inuident, in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant, ubiq; carpunt.

Vello, *lis.* uelli, *&* uulsi. euello, peruello. I. V. 212 *b*, Illa quæ uellerat ex patellis in aureis poculis illigabat. de Fin. 107 *b*, Spinas uellere.

Velo, *as.* obduco, tego. I. V. 91 *b*, Triumphi nomine tegere *&* uelare cupiditatem suam. pro Dom. 238 *b*, Tu tu, inquam, capite uelato, *&* c. bona illius conseruasti.

Velocitas, *tis.* pernicitas. Of. 21 *b*, Videmus alios uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere. Tusc. 215 *b*, Velocitas corporis celeritas appellatur. *&* 237 *a*, Pernicitas *&* uelocitas. de Sen. 80 *b*, Non enim uirib. aut uelocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio *&* autoritate *&* sententia.

Velociter, *ocyus.* de Som. 130 *b*, Quibus exercitatus animus ueluciter in hanc sedem peruolabit. de Vniuers. Velocissimè moueris.

Veliurus Iupiter. I. P. 97 *b*.

Velum, *li.* integumentum, inuolucrum. Quint. Frat. 292 *b*, Multis simulationum inuolucris tegitur, *&* quasi telis quibusdam obtenditur uniuscuiusque natura. I. V. 241 *b*, Tabernacula carbaseis intenta uelis. I. C. 109 *a*, Socij Catilinæ uelis amicti, non togis. pro Dom. 218 *a*, Cùm ipse Archipirata cum grege prædonum plenissimis uelis nauigares. I. V. 253 *b*, Cleomenes malum erigi, uela fieri, anchoras præcidi imperat. Tusc. 211 *a*, Vtrum igitur mauis? statim ne nos uela facere? an quasi è portu egredientes paululum remigare? *&* ibid. Quærebam igitur utrum pãderem uela orationis statim. Or. 203 *b*, Nunc iam quocunq; feremur, danda nimirum uela sunt. de Or. 125 *b*, Et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, uela do. Tusc. 164 *b*, Quo utinam uelis paßis peruehi liceat: id est, in portum. Tusc. 195 *b*, *&* Qu. Fr. 315 *b*, Res tetra, detestabilis, omni contentione, uelis, ut ita dicã, remisq; fugienda. Att. 10 *b*, Contraxi uela. Of. 75 *b*, Cum his uelis equisq;, ut dicitur, decertandum est. prouerb.

Velut, *&* ueluti. sicut. Tusc. 176 *a*, de Nat. 50 *b*, Pestiæ quæ gignuntur in terra, ueluti Crocodili. de Fini. 89 *a*, Non elogia monumentorum hoc significant? uelut hoc ad portam, *&* c. de Ar. 145 *a*, Si conabitur, *&* c. eius conatum refutabo, uelut hesterno die, cum, *&* c. I. V. 222 *b*, Velut in hac re. de Nat. 2 *a*, Velut in hac quæstione. *&* Tusc. 230. *b*, Velut iste chorus uirtutum, *&* c. de In. 52 *a*, Velut apud Socraticũ Aeschinem. Tusc. 175 *a*, Velut ex ea

disputatione. Tusc. 152 *a*, Velut in cantu, etc. sic in corpore, etc. 185 *b*, ter usurpatum. Q. F. 321 *b*, Ideo multa coniecta sunt aliud alio tempore, uelut hoc, T. Annius, *&* c.

Vena, *næ.* uas *&* receptaculum sanguinis: interdum pro arteria. de N. 30 *b*, Iam uerò uenæ *&* arteriæ micare non desinunt. *&* 54 *a*, Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur. sicut spiritus per arterias. de N. 53 *b*, Vena quæ cæua appellatur, hæc à iecore ad cor pertinet. *&* 54 *a*, In alterum uẽtriculum cordis sanguis à iecore per uenam illam cauam influit. de D. 138 *b*, Medici signa quædam habent ex uenis *&* ex spiritu ægroti, multisq; ex alijs futura præsentiunt. de Fat. 143 *b*, Si cui uenæ sic mouentur, is habet febrim. de Ar. 251 *a*, *&* I. P. 97 *b*, Incidere uenas alicui. de N. 54 *a*, Nerui sicut uenæ *&* arteriæ, à corde tracti *&* profecti, in corpus omne ducuntur. Vena ad alias res translata. l. C. 103 *b*, Periculũ autẽ residebit *&* erit in clusum penitus in uenis atq; in uiscerib. reipub. de Fi. 84 *b*, Cui uiperino morsu uenæ uiscerum ueneno imbutæ tetros cruciatus cient. de N. 56 *b*, *&* 45 *b*, Venæ argenti, auri, æris penitus abditæ. de D. 104 *a*, Reconditæ auri argentiq; uenæ. de Or. 149 *a*, Teneat oportet uenas cuiusq; generis, ætatis, ordinis id est, abditas rationes.

Venabulum, *uenabuli.* uenatica hasta, telum uel spiculũ. Epistol. 95 *a*, Cum præclara bestia uenabulo transuerberatur.

Venafrum, *ri.* op. At. 111 *&* 318.

Venafranus ager. pro Clu. 58 *a*. Venafranus tractus. pro Planc.

Venalis, *le.* quod ut uendatur, expositum est. pro Quint. 2 *b*. Næuius qui uocem uenalem habuerat. *&* ibid. 4. *a*, Publicius, qui ex Gallia pueros uenales isti adducebat. Qu. F. 324 *b*, Non enim hæc uenalia sunt, quæ quidẽ placeant. Post. 207 *a*, Cappadocem modò abreptum de grege uenalium diceres. de Orat. 133 *b*, Syri uenales. *&* pro Dom. 223 *a*, Ille nouitius Ligur uenalis ascriptor *&* subscriptor tuus. I. A. 161 *b*, Cùm domi tuæ turpißimo mercatu omnia essent uenalia. *&* 185 *a*, Vt haberet omnia iura regni uenalia. contra Rull. 89 *b*, Possessiones uenales ac proscriptas hac lege uideo. I. A. 132 *b*, Venalem in Sicilia iurisdictionem habuit. *&* 180 *a*, Habere fidẽ uenalem. *&* 124 *b*, Proponere fidem uenalem. Offi. 49 *b*, Habere rempublicam quæstui. de Or. 106 *b*, Manlianæ leges uenalium uendendorum. In Sal. 244 *b*, Sallustius nihil in eo honore non uenale habuit, cuius aliquis emptor fuerit.

Venalitius, *tij.* uenditor, minutus mercator. Or. 220 *a*, Diuitiæ, quibus omnes Africanos multi uenalitij mercatoresq; superarunt.

Venaticus, *a, um.* quod ad uenandum ualet, ut canis uenaticus. I. V. 206 *b*.

Venatio, *onis.* Att. 253 *a*, Venatio, quæ postridie ludorum Apollinarium futura est. Off. 44 *b*, Prodigi, qui ludorũ uenationumq; apparatu pecunias profundunt. de Sen. 89 *a*, Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atque uenatio.

Venator, *oris.* Tusc. 183 *b*, Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri se patiuntur. de Nat. 17 *b*, Physicus, speculator, uenatorq; naturæ.

Venatus, *tus.* uenatio. Tusc. 247 *a*, Labor in uenatu, sudor, cursus ab Eurota.

Vendibilis, *le.* probabilis, tolerabilis. I. V. 67 *b*, Illi bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na res,huic uendibilis uidebatur. contra Rull.73 b, Herculanea uia uendibilis.de Fi.51 b,Illa uēdibiliora, hæc uberiora sunt.de Cla.180 a,Gellius non tam uēdibilis orator,quàm,&c.& ib.b,Orator sanè tolerabilis.et 189 a, Orator sanè uendibilis.et Am.114 a,Vendibilis oratio.

Vendico,as.libero,eximo,assumo.pro Syl.17 b,Itaq; se ex suspicione tanti sceleris & ex omni hominum sermone uendicauit.& 173 a,Sed me neq; honoris neq; ætatis excusatio uendicat à labore.de N.21 b,Solutus & in libertatem uendicatus.I. V.177 b, Vendicare se existimationi hominum.& At. 64 a, Vendicare se alicui et uendicare aliquem iudicijs.Of.5 a,Ortus nostri partem patria, partem parentes uendicant.Or.202 b, Cæterarum rerū partem aliquam sibi quisq; uēdicat.Of.1 b,Si id mihi assumo, uideor id meo iure quodammodo uēdicare.pro Ar.189 b, Homerum Colophonij ciuem esse dicūt suum, Chij suum uendicant,Salaminij repetunt,Smyrnei suum esse confirmant.pro Mil.109 a, Vt etiam si id Milo feciſſet, cuncta ciuitas eam laudem pro sua uēdicaret.I.C. 129 a,Sed meorum periculorum rationes utilitas reipublicæ uendicat. Par.124 a,In libertatem uēdicare ultrò minimè quid,etc. aliter, uindicari.

Venditatio,onis.ostentatio.Tusc.189 a, Laudabiliora mihi uidentur omnia,quæ sine uenditatione & sine populo teste fiunt.de Am.112 a,Virtus uenditatio quædam atque ostentatio esse dicitur.

Venditio, onis. alienatio. pro S. R. 16 b. Venditio bonorum.& 39 b,Præscriptiones uenditionesq; fieri.I. P. 98 a,Quod quasi uasarij nomine in uenditione mei capitis ascripseras.

Vendito,as.ostento.de Ar.245 b,& 255 a, Cum is P.Tullioni nauaret operam,atq; ei sese,cui totus uenierat, uenditaret.& At.134 a,& pro Syl.172 b. Fallacissimè uenditare se alicui.ad Heren.15 a, Venditare ingeniū & ostentare memoriam.

Venditor,oris.uenalitius.Post.206 a,Mercatores prouinciarum ac uenditores nostræ dignitatis. Off. 62 a, Vt ne quid omnino,quod uenditor norit,emptor ignoret.Top. Venditores liberales.

Vendo, dis. alieno, abalieno, mancipo, do, uenale habeo, uenditorem facio. pro Quint. 3 a,Eum non ita commodè posse ea quæ proscripsisset,uendere. Off.62 a, Vendere aliquid quàm plurimo.et pro Sest. 15 b, Vendere aliquid alicui grandi pecunia. I. V. 175 a, Cur igitur Metelle non ita magno uendidisti? Item, Quod tu Bragitaro addictum pecunia tradidisti.Off.65 a,Cum in uendendo eam rem scisset,&c.de Orator.106 b,Manlianæ leges uenalium uendendorum Of.92 a, Vendo meum non pluris, quàm cæteri,fortasse etiam minoris. et ibid. Quàm optimè uendere.

Veneficium,cij.uenefici artificium & crimen, cantio. de Orator.118 a,De sicarijs,de uenefics, de peculatu inficiari necesse est. & pro Clu. 19 a, Quæstio uenefici. de Cl.184 b,Idq; uenefics & cantionibus factum esse dicebat.I. A.251 b,Veneficum appellas eum, qui tuis uenefics remedia inuenit.

Veneficus,a,um. qui uenena spargit, ut homines tollat, qui cantionibus quibusdam & malis artibus abutitur, ad suam libidinem explendam. I. C. 185 b, I. A. 251 b, Veneficum appellas eum, qui tuis uenefics remedia inuenit. de In.99 a, & pro Sest. 11 a, Cùm uenefici cuiusdam nomen esset delatum.

Venenatus,a,um.ueneno illitus,pestifer.de Ar. 255 b, Vipera uenenata ac pestifera:& de D.136 a, Cū Ptolemæus telo uenenato ictus esset. & pro Qu.2½ a,Falsum crimen quasi uenenatum telum iacere.de Nat. 51 b, Capræ confixæ uenenatis sagittis.adHer.39.b,Venenatus spiritus. In exempl.Germanico.de N. 51 a,Pantheræ, quæ uenenata carne capiuntur,remedium habent: quo cum sunt usæ,nō moriuntur.

Venenum,ni.pestis. pro Cæl. 50 a, Vim ueneni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato,cuius perceleri interitu esset ab hoc comprobatum uenenum. & 48 a, Venenum quod Clodiæ necandæ causa parasse Cælium criminatur. pro Cl.53 b,Oppianicum ueneno esse necatum, quod et datum sit in pane per M. Aselium.I.C.109 a,Qui sicas uibrare & uenena spargere dicerunt.pro Cl.53 a, Aliquem ueneno esse sublatum, uenenum alicuius consilio paratum,dare uenenum in mulso.Tusc.169 a,Venenū biberunt Theramenes et Socrates. & ib. Cùm uenenum obbibisset.& ib.Præbere uenenum alicui.et de Cl. 190 a, Parare uenenum alicui. de Cl. 168 a,Fuit suspicio,Themistoclem ueneno sibi cōsciuisse mortem.de N.76 b,Varius Metellum ueneno sustulit. pro S. R.35 a,Occidere aliquem ueneno. pro Cl.21 b, Cluentius manifestò uenenum deprehēdit.pro Cl.27 a,& pro Cæl. 49 b,Dare uenenum alicui.de N.74 b,Tum hæc quotidiana,sicæ,uenena,peculatus.I.A.233 a,At hic nuper sororis filio infudit uenenum,non dedit.At.35 b,Sed ita lenibus uti uidebantur uenenis,ut posse uiderentur sine dolore interire.Or.208 b,Cùm sibi uenenis ereptam memoriam diceret.pro Cl.49 a,Qui uenenum malum fecit, fecerit.pro Cæl.50.a,Veneni celeritas. pro Cl. 23 b, Cui cū ipse poculum dedisset,subitò illa in media potione exclamauit,se maximo cum dolore mori. & ib. Omnia præterea quæ solent esse indicia & uestigia ueneni, in illius mortuæ corpore fuerunt.& ibi. Eodemq; ueneno fratrē necauit.I.A.251 b,Nimirum rectè ueneficum appellas, à quo tibi præsente pestem uides comparatam.Item,Sumere cantharides.

Veneo,uenis.uendor.pro Qu.13 a,Si ex edicto possedisti, quæro cur bona non uenierint.Ep.96 a,Ei mandasti potissimum cum expediret illum uenire quàm plurimo. & ibi.Quàm illud minoris ueneat.At. 199 a,Si horti uenibunt,quid fieri possit cogitabimus.& 78 b, Mancipia uenibant saturnalibus tertijs.aliter, ueniebant. I. A. 179 a, Populis ueniebant immunitates. At.172 a, Ex proximis literis cognoui prædia non uenisse. de F.85 b, Veneuntq; scripta eius,&c.I.V. 164 a, Primo anno uenierunt eius agri decumæ medimna XVIII.de Ar.243 b,Cum is ei sese,cui totus uenierat,uenditaret.de Or.133 b, Malo cōpilari quàm uenire.ad Her.30 b,Hic uenijt à te, antequam Romam uenit. Att.1 b,Si bona uenirent:id est, uenderentur. de In. 58 a,Prædæ factio non uenierit.

Venerandus,a,um.colendus.contra Rul.85 a,Non eos in deorum immortalium numero uenerandos à nobis & colendos putatis?

Veneratio,onis.honor,reuerentia. de N. 11 a, habet enim uenerationem iustam quicquid excellit.

Venereus, a, um. de D. 136 b, Complexu uenereo iungi. Tusc. 224 a,Cùm fruuntur uenereis uoluptatibus. de Sen. 87 a,Rebus uenereis uti.

Venereus,rei.iactus talorum quatuor,ubi omnes diuersam faciem ostendunt, diuersaq; puncta Venerem uocabant,sed hic intelligitur iactus.de D.85 a,& 118 a, Quatuor tali iacti casu uenereum efficiunt.

Venerei,orum. propria fuit Prætoris Siciliæ apparitorū appellatio pro Cluent.26 a,Vt in Sicilia permulti Venerei sunt,sic Martiales Larini in Martis familia numerantur.I. V.160 b, Mittit ad hominem Venereos. Item ibid. (Hoc quoq; attendite apparitores à Prætore assignatos habuisse Decumanum) adducitur à Venereis, atq; adeò attrahitur Lollius.

Veneror,aris.colo.70 a,Deos augustè omnes sanctèq; uenerāmur.de N.40 a,Deos uenerari & colere debemus. I.V.87 b,& 222 a.I. A.180 b,Simulachra ex suis fanis sublata in foro uenerabātur.Ep.85 a,Cùm ignorit omnibus, qui multa deos uenerati sint contra eius salutem. Tusc. 158 b,& 173 a,Venerari aliquem ut deū. de N.24 b,Dij quos colere,precari,uenerariq; solemus.pro Pl. 279 b, Lapidem è sepulchro uenerari pro deo.

Venia,niæ.licentia,impunitas.I.V.264 a, Hæc si tibi tuus parens diceret,posses ab eo ueniam petere? posses ut tibi ignosceret postulare?pro Pom.5 a, Veruntamen illis imperatoribus laus tribuenda,quod egerunt: uenia danda, quod deliquerunt.de In.61 a, Voluntario facinori ueniā dari non oportere.contra Rull.67 a, Mihi errato nulla uenia, rectè facto exigua laus proponitur.pro Rab.91 a, Ab Ioue pacem & ueniam peto,precorq; ab eo,ut, &c. pro Lig.142 a.Delicti ueniam peto.pro Mur. 139 a, Fatetur aliquis se peccasse,& eius delicti ueniam petit, nefarium est facinus ignoscere.pro Syl. 179 b, Peterem uenia errato L. Cæcilij ex intimis uestris cogitationibus. I.A.22 a, Cæteris autem si errorem suum deposuerint, ueniam & impunitatē dādam puto.Or. 218 b, Ab aliquo cui te purges,ueniam petere.Par.242 b,Ad eius facti deprecationem ignoscendi petenda uenia est. de Or. 126 a, Vix mihi tenuis quædam uenia dabatur excusationis, &c. de D.109 b,Dabunt igitur mihi ueniam ciues mei, uel gratiam potius habebūt,quod,&c.I.V.262 b, Cur tu fortunæ illorum innocentium ueniam ac locū non dedisti?pro Arch.186 a,Quæso à uobis ut in hac causa mihi detis hanc ueniam,ut patiamini,&c.de Or. 87 a,Sed cū, &c.dabis hanc ueniā mi frater,ut nostros græcis anteponam. Att.83 b.Dedi ueniam homini impudenter petenti: id est,concessi quod petebat.Or.200 a, Datur etiam uenia cōiunctis sententiarum.pro Dom.226 b,Cn.Pōpeius diutius furori suo ueniam daturum nō arbitrabatur.pro Cæl.43 b,Deprecari uacationem adolescentiæ,ueniamq; petere.de Pro.69 a,Etiamsi paulò minus utilis nobis sententia uideretur,ueniam tamen aliquam dolori meo tribueritis.de Or.93 a,Date nobis hanc ueniam, ut ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. Orat.110 a,Quis tam durus hanc mihi non daret ueniā? &c.de Am.107 b,Est enim quatenus amicitiæ dari uenia possit.pro Lig. 137 a, Cum à te non solum liberationem culpæ,sed etiam errati ueniam impetrauissent. pro R. P. 128 a,Pace tua dixerim. &, Bona tua uenia dixerim. de L.191 a,Quare frater bona tua uenia dixerim,ista sententia obest sæpissimè. Offic. 69 b, Hoc prouerbio,neque Gygi potest uenia dari,neq; huic, &c. Att.85 b,Impetraui à Salaminijs ut silerent,ueniam illi quidem mihi dederunt:id est,concesserunt. Q.F.320 a,Cæsar tibi amātissimè petenti ueniam non dedit:id est,non concessit. I.P. 101 a,Cui non apud ullum ordinē maximorum scelerum uenia ad ignoscendū dari potest.pro Fon.280 a,In bellis gerendis à dijs immortalibus pacem & ueniam petere. ad Her.28 b,Veniam ad uos,si mihi senatus det ueniā.pro S.R.20 a,Vos oro, ut attente bonaq; cum uenia uerba mea audiatis.de N.23 b,Doleo te(bona uenia me audies) in tam leues,ne dicam ineptas sententias incidisse.& de D. 85 b, Bona hoc tua uenia dixerim.de Or. 106 a, An uerò (bona uenia huius optimi uiri dixerim Scæuolæ) tu,&c. Of.45 a,Veniam necessitati dare.

Venio,nis.eo,aduenio,mano.Quim. Fr. 297 a, Omnes qui istinc ueniunt,commemorant,&c. Offi. 74 a, Is cum prima luce Pomponij domum uenit.pro Fl.155, a, Qui nunquam in senatum uenire potuit.Epist.234 b,Cùm inimici nostri uenire dicentur,tum in Epirum ibo. Atti.228 a, Vtile est me illuc uenire. Or.216 b,Iam à principio uidendum est quemadmodum uelis uenire ad extremā.I. A. 161 a,An ego nō uenirem contra alienū pro familiari meos At.174 b,Multos in Africam uenisse audio. de Na.40 a, Quæ autem dea ad res omnes ueniret, Venerem nostri nominauerunt. de N.66 b,Ad quem dolor ueniat,ad eundem necesse est interitum uenire.pro Q.3 a, Vt ad quem summus mœror morte sua ueniebat, ad eundem quoque summus honos peruenireț.I.V.143 a,Venire in familiaritatem consuetudinemq; alicuius.I. A. 207 b,Propter æs alienum uenire ad arma.I.V. 241 a, Nonnunquam etiam res ad manus atq; ad pugnam ueniebat.de Or. 96 b, Venire in controuersiam.pro Cl.51 b, Quæ res in quæstione uersatur.pro Mur.137 a, Venire in periculum. pro S. Ros.33 a,Is ad quem morte Roscij diuitiæ uenerunt. pro Cæc.299 a,& Philip.2, Hæreditatem uenire alicui, & fundum ad aliquem testamento deuenire. Attic. 274 b, Multos uiros bonos in Africam uenisse audio:id est,iuisse.de Fat.145 b, Tam est immutabile uenturum, cum uerum est, quàm uenisse. pro Deiot. 145 b, A Cn. Pompeio ad Deiotarum legati literæq; uenerunt .Venit dies. pro Planc.Venit legi dies. Att.li.4.,Pugiles uerò,&c. sed quia perfundenda uoce omne corpus intenditur,uenitq; plaga uehementior.2 Tusc.Venit quæstio.pro Corn.Balb. Sæpe enim uenit ad aures meas, te idem istud nimis crebrò dicere.pro Marc.Venit res ad hæredem. pro Quin. Si uenit ad meliores uictoria. 4. fam. Nā hinc ad Remp. plurima commoda ueniūt. 1. de Inu.Mulieres uerò in India,quum est cuiusque earum uir mortuus, in certamen iudiciumq; ueniunt.5 Tusc. & 5 de Fin. Postridie mane homines in concionem ueniunt, quærunt quid optimum factu sit.3.Verr.47 a,Quæ in controuersiam ueniunt,de his,si placet,disseramus.4 de Finib.& pro Qu. Alij capti,alij intercluſi non ueniūt in dubium de uoluntate, eo minus scilicet,&c.ad Attic.lib.11.His armis atq; corporibus sicut omnibus rebus,quæ sub aspectum ueniunt,sedes opus est. 2.de Orat.Quia ueniebat à Roscio, plus etiam scire,quàm sciebat,uidebatur. pro Rosc. Com. Non ueni adiutor,sed auditor.de Nat. d. 1. Veni in eum sermonem, ut dicerem,&c.ad Appium Pulchrum. lib.3.Quòd uerò in C.Marij suauissimi doctissimiq; hominis familiaritatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem uenisti, non dici potest quàm ualde gaudeam. ad Trebatium lib. 7 & 4. in Verr. Neque amissis sacris paternis, in hæc adoptiua uenisti. pro D. Eunti mihi Antium, & uenit obuius tuus pater. ad Att. lib. 2. Mihi credite, maior hæreditas uenit unicuique uestrùm in iisdem bonis à iure & à legibus, quàm ab ijs, à quibus illa ipsa bona relicta sunt. pro Cecin. Sed neque emisti, neq; hæreditate uenit, neque donatus est. 1 de Inuent. Ergo si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem uenit, longius bellum puto fore. ad Att. lib. 9, Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili uenit ad summum, ut iam senescat, breuiq; tempore ad nihilum uentura uideatur. 2 Tuscul. In hanc calamitatem uenit propter prædiorum bonitatem & multitudinem. pro Rosc. Amer. Quod quoniam iam in consuetudinem uenit, & cætera. reprehendendum fortasse minus. pro Cecin. Iam in prouerbij consuetudinem uenit, &c. Largitionem fundum non habere. 2 Offic. Venit enim iam in contentionem, utrum sit probabilius, &c. 2 de Diuin. & Offic. lib. 2, Neque ferè unquam uenit in contentionem de accusando. 1 Verr. Nouo quodam genere in summam gloriam uenit. ad Att. libro 3, Venit in periculum, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt, amittat. pro Mur. Etiámne si uiecit? etiámne si clàm, si precario uenit in possessionem? 3 de leg. Agr. Scilicet defendam Decianum, qui tibi in suspicionem nullo suo delicto uenit. pro Flac. Veninus maturius. Acad. ed. 1 lib. 2, Tamen ad istum uenerunt emptum locum illum Senatorium, non solùm ueteres, sed etiam noui. 4 Ver. Deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione uenerunt. 2 de Inuent. Postremò, in eum casum ueneram, ut omnis mearum fortunarum status unius iudicij periculo contineretur. pro Cl. Nonnullam in spem ueneram, posse me aliquid ex istis discere. 2 de Orat. & Famil. lib. 2. Bruti. Ad uadimonium non uenerat, ut ais, is qui cum tibi affinitas, &c. intercedebat. pro Qu. Et quidem isti libri duo Philonis, &c. tum erãt allati Alexandriam, tt. mq; primũ in Antiochi manus uenerãt. 4 Acad. Alacris obuiam mihi ueniet, complexũ exoptans meum. 4. Tusc. Sed si res in cõtentionem uenict. & 2. Of. Venient in medium: dicent quid statuerint. 4 Verr. Nam quum omni uitio carere lex iubeat, ne ueniet quidem in eum ordinem unquã uitij particeps. 3 de Leg. & 6 Verr. In easdem solitudines tu ipse (ut arbitror) uenies, in quibus non consedisse audies. Cælio, lib. 2, Obuiæ mihi uelim sint tuæ literæ, quæ me erudiant de omni Repub. ne hospes plane uenia. Cælio, lib. 2. Vt enim ad minima ueniam. de Fin. libro 1, Vident omnes de qua causa huic inimicus uenias: sciunt huiusce pecunia te adductum esse. pro Ro. Amer. Ad quem dolor ueniat, ad eundem necesse est interitum uenire. 3 de Nat. Non eò dico C. Aquili, quo mihi ueniat in dubium tua fides & constantia. pro Quin. Vt autem à facillimis ordiamur prima, ueniat in mediũ Epicuri ratio. 1 de Fin. Et simul tibi in mentem ueniat facto, quemadmodum uitam huiusce depinxeris. pro Rosc. Amer. Ad Archesilam, Carneadem q; ueniamus. 4 Acad. Vt ad fabulas ueniamus. pro Rosc. Amer. Quòd scribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ ueniant, si per hostem licet, non erraris. ad Brutum, lib. 11, id est, afferantur. Ad meq; legati eius, & Quæstor, & amici literas mitterent, ut subsidio uenirem. ad Att. lib. 6, & 8, Nõ quam putaui fore, ut supplex ad te ueniré. ad Attic. lib. 16, Vt ad cœnam & esuriens & sitiens ueniret. de Fini. lib. 2, Vt ad id aliquando, quod cupiebat ueniret. Offic. 1, Quum omnium nobilium dignitas & salus in discrimen ueniret. pro Rosc. Am. In tantum periculum uenire. 3 Verr. In sermonem hominum, atq; in uituperationem uenire. 6. Verr. Si in uestrum complexum uenero, &c. satis magnum mihi fructum uidebor percepisse. ad Teren. lib. 14, Veruntamen cùm de Cumanis uenissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Prætori se alacres obtulerunt. ad Att. lib. 5, Non in eam turpitudinem uenisses, ut hoc tibi esset apud tales uiros confitendum, qua tibi uadimonium non sit obitum, &c. pro Quint. 9 b, Quampridem sibi hæreditas uenisset, docet. 3 Verr. Quũ eius filio, Prætore Sacerdote, hæreditas à propinquo magna uenisset. 3 Verr. Quum ad illud prandium crudior uenisset. pro Cluen. Ad inimicitias res uenisset. Quin. Frat. lib. 3, Nam hoc animo prouidebat, quum tanta hæreditas in controuersiam uenisset. 2 de Finib. Quum is, &c. si pupillus antè mortuus esset, quàm in suam tutelam uenisset, pupillo non nato hæredem esse non posse. de Clar. Orat. & 2. de Inuent. & 1 de Orat. Qui regionibus excluſi, intra præsidia, atque intra arma aliena uenissent. ad At. lib. 8, Mirari satis non possum, unde ad istas opiniones uenerit. 1 de Nat. deo. 67, Tu uelim sæpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam uenerit, scribito. ad Att. lib. 1, Si quis uenerit ad domum aliquam, in gymnasium, in forum. de Nat. deor. 2, Et quũ se ipse perspexerit, totumq; tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus in uitam uenerit. 1 de Leg. Omnem spem delectationis nostræ, quam, quum in otium uenerimus, habere uolumus, in tua humanitate positam habemus. ad Attic. lib. 1, Neque enim quicquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod mihi quidem probaretur de ijs, quæ in manus meas uenerint. Offic. 3. Tu tuis uita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: ut etiam si fuerint egregij ciues, certe uenerint in obliuionem. in Sallust. Venire Remp. ad seruos. pro Sest. Venire ad aliquẽ salutandi causa in aliquem locũ. 1 de Fin. Venire ad cõditionem. 5. in Verr. Venire ad Corfinium. 8. ad Attic. Venire ad eundem exitum. Fat. & 5. Tusc. Venire ad nihilum. 11 fa. Venire ad senectutem. Cat. Quanquam magni ad honorem nostrum interest, me quamprimum ad Vrbem uenire contra alicuius existimationem. 1 ad Attic. Venire contra gratiam uel iniuriam. 2 Phil. Venire contra rem alicuius. 2 Philip. Velim scire, quo die uenias. ad Atti. lib. 12, Venire in angustum. pro Pl. In alicuius arbitrium ac potestatem uenire. 3 Verr. Venire in eam causam. 11 ad Atti. pro Lig. Venire in certamen & contentionem. 3 in Verr. In uirtutis certamen uenire. 5 de Finib. Venire in certamen cum aliquo. de Clar. Orat. Venire in ciuitatem. pro Cor. Balb. id est, ciuis fieri. Venire in cogitationem. fa. 4. Serui Sulpitij. Venire in collegium pontificum. pro Domo sua: Venire in cõgressum, et colloquiũ alicuius. 12 Philip. Venire in consilium alicuius. 10 ad Attic. Legatos fide Lepidi dimissos, ad me in cõspectum uenire uetuerã. Pla. lib. 10, & de Finib. lib. 1, Venire in benignitatis consuetudinem. in Piso. In cõtentionem honoris uenire. Antequã. In discrimen existimationis uenire. 1 Verr. Fortunas alicuius in discrimen uenire. ad Dolab. lib. 9, In dubium ue-

uenire de ciuitate. pro Cecin. Venire in forum. 13 fa. Quid uerius, quàm in iudicium uenire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? ad Attic. lib. 2, Nõ necesse est famam alterius in iudicium uenire. pro Quint. 16, & 1. de Orat. pro Mil. Senatusconsulto efficitur, popularem sanè neminem in summum locum, nisi per populum uenire, sublata cooptatione Censoria. 3 de Leg. In oratorum numerum uenire. 1 de Orat. Venire in odium, & Venire cuipiam in odium. 10 ad Attic. 2 de Fin. Illud doleo quæ impensa facienda est, in eius partem miseram & despoliatam uenire. ad Terent. lib. 14. In possessionem Reipub. uenire. ad Att. lib. 7, Venire in possessionem suam. Offic. 1, In rẽ præsentem uenire. pro Cecin. & 1. de Orat. prouerbium, ct 1 Offic. Venire in Remp. 14 fam. Venire in sacerdotium. pro Domo sua, Venire in sacra. pro Domo sua, Qui nunquam in senatum uenire potuit. pro Flac. Id est, Senator fieri. Venire in sinum & complexum alicuius. 2. Philip. Venire in societatem. 9 fam. Venire in societatem belli. pro Ligar. A' te autem peto, ut, &c. meq; aliqua ex parte in societatem tuarũ laudum uenire patiare. Attic. lib. 14. Eos tu canterijs albis nullis calonibus obuiam Vatieno uenisse existimas. 3 de N. Nam à beatis ad uirtutem, à uirtute ad rationem uideo te uenisse gradibus. 1 de N. 123 a, Gracchus, quum comitia nihilominus peregissent, remq; illam in religionem populo uenisse sentiret, ad Senatum retulit. 2 de Nat. In sermonem se post Idus Martij, præter quam Lepidi, uenisse nemini. ad Att. lib. 14. sub. affirmat. Audimus eum uenisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodiriq; ut parricidam. ad Brut. 6, & 14 ad At. Se illuc uenturum esse saluum. Ac. q. ed. 1. li. 2. 91 a, Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti uenturum emolumentum fuisse concedebat. pro Cl. Præsertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris in dubium uentura uideantur. Attic. lib. 16, Veniẽdum est igitur uel ipsam flammam. ad Att. lib. 16, Veniendum ne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona de liberaturus sit. ad Attic. lib. 10, Venire usu, L. usus. Venire in mentem, L. Mens.

Venitur, uĕtum est. Lilybæum uenitur. 7 Verr. Itaq; hac una spe ad iudicium uenitur. 4 Verr. In discrimen uenietur, aut libertas pacta est uictori, aut, &c. 8 Ph. Nemini est enim exploratum, quum ad arma uentum est, quid futurum sit. ad At. li. 7, Ad me uentum in insulam est, hac uerò nihil est amœnius. lib. 2, de Leg. Et quum res agatur, in discrimenq; uentum sit, expedire rem, & consiliũ ex tempore capere posse. 2 Of. Non enim sumus omnino sine cura uenientis anni, etsi sumus sine timore. ad Qu. F. lib. 3, Id est, qui proximè futurus est. Quæ enim uenientia metuũtur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. Tusc. q. lib. 4.

Venonius, nij. Historicus fuit. de Leg. lib. 1. At. lib. 12 Molestè ferò me Venonij historiam non habere.

Venor, aris. aucupor. de N. 58 a, Canum mira alacritas in uenando. Epistol. 24 a, De pantheris, per eos qui uenari solent, agitur mandato meo diligenter. Attic. 156 a, Bene igitur tu quod ἀθωνοσίαν uenaris. Orator. 122 a, Nosse regiones intra quas uenare, peruestiges, quod quæras. ad Her. 24 b, Venari laudem modestiæ in aliqua re. I. V. 210 a, Si minus eiusmodi quippiam uenari poterunt, illa quidem certè pro lepusculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula.

Venter, tris. aluus. de Or. 133 b, Non pecuniam conseruauit, sed tanquam nudus nuces legeret, in uentrem abstulit. pro Mur. 136 b, Etenim sciebam Catilinam non latus, aut uentrem, sed caput & collum solere petere. de D. 133 a, Faba uenter inflatur. pro Cæl. 46 b, Vicium uentris & guttur is id est, gulositas quam uocant.

Ventilo, as. excutio, in manibus iacto. pro Fl. 157 b, Cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio uentilata.

Ventito, as. crebrò uenio. de L. 158 b, Cùm ipse etiã ad Scæuolam uentitarem. de Pet. 207. Quisquis est, qui ostendat aliquid in te uoluntatis, qui colat, qui domum uentitet, is in amicorum numero est habendus. I. A. Domum meam uentitaras.

Ventosus, a, ũ. leuis, inanis, uanus. I. A. 234 a, Extraordinarium semper imperium populare atq; uentosum est. Ep. 172 a, Ventosissimus homo Lepidus.

Ventriculus, li. de Nat. 54 a, Cordis pars quædam, quam uentriculum cordis appellant. & ibid. Cui similis est alter uentriculus, in quem sanguis à iecore per uenam illam ea uam influit.

Ventus, ti. flamen, aura, flamina uenti, spiritus austri. de Nat. 46 a, Aer effluens huc & illuc uentos efficit. de D. 117 a, Placet Stoicis eos anhelitus terræ qui frigidi sint cum fluere cœperint, uentos esse. pro S. R. 40 a, Ventus uehemens & immoderata tempestas. pro Cl. 46 a, Mare quod sua natura tranquillum sit, uentorum ui agitari atque turbari. At. 138 b, Ex ea die septentriones fuere uenti. Ep. 243 b, Habere uentos secundos. Ep. 20 b, Et eorum uentorum, quos proposui, moderator quidam & quasi gubernator. In Ar. Si grauis inciderit uehementi flamine uentus. pro Cl. 33 b, Omnes rumorum & cõcionum uentos colligere. de Cl. 72 b, Cùm omnis motus animi tãquam uentus hominem defecerat. Att. 50. 22 b, Cæsar cuius nunc uenti ualde secundi sunt.

Ventus me retulisset in Italiam. ad Brut. Id est, repulisset, & retrocedentem coegisset reuerti. Ventum excitare in aliquem. pro Syll. Id est, inuidiam ei conflare. Verùm omnes intelligimus in istis subscriptionibus uentum quendam popularem esse quæsitum. pro Cl. Vento Africo inuectæ angues (in Aegyptum) ex uastitate Libyæ. 1 de N. Vento primo eum nauigaturum. 9 ad At. Id est, non expectaturum tempestatem. Vento reiectus aliquo. 16 ad Att. Vento sæuo, non aduerso. 5 At. Mare atq; uĕti res uiolentissimæ. 2 de Nat. Quicunq; uenti, res uiolentissimæ. 2 de Nat. Quicunq; uenti erunt, ars nostra certè non abierit. 12 fam. Ex ea die fuere Septentriones uenti, &c. Att. lib. 9, Neq; tam fui timidus, ut, &c. alios ego uidi uentos, alias prosperi animo procellas. in Pis. Ventis remisq; in patriam omni festinatione properaui. 12 famil. Ventis restantibus reijci. Tusc.

Venundo, as. Offic. 65 a, Cùm in uenundando rem eam scisset, nec pronunciauisset emptori. aliter, uendendo, & rectius.

Venus, ris. uoluptas. de Nat. 40 a, Quæ autem dea ad res omnes ueniret, Venerem nostri nominauerunt. & 72 a, Venus, quia uenit ad omnia. & 71 a, Multas Veneres fuisse. de Natu. 38 a, Sine Cerere & Libero friget Venus. & ibid. Venus Lubentina. de D. 85 a, & Orator. 197 a, Veneris Gnidiæ Coæq; pulchritudo. de Nat. 36 b, Infima est

Universidad de Deusto
Biblioteca

quinq; errãtium ſtella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Latinè Lucifer dicitur.

Venuſia, æ. op. Horatij poetæ patria. Attic. 70. Tuſculan. 167 b.

Venuſinum. uilla in Venuſino agro. Ep. 239 b, Vale IIII. Cal. Octobr. de Venuſino.

Venuſtas, tis, propriè pulchritudo muliebris, præterea lepor, gratia, ſuauitas. Of. 26 a, Venuſtatem muliebrem decere debemus, dignitatè uirilem. & 19 b, Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à ualetudine. de N. 40 a, Ex Venere uenuſtas dicta eſt. de Or. 106 a, Dicendi uis ſumma feſtiuitate & uenuſtate coniuncta. & 159 b, Et reliqua quæ hãc habẽt in ſpecie uenuſtatẽ, ut, &c. & ib. Capitolij faſtigiũ non uenuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. & ib. Utilitatẽ tẽpli faſtigij dignitas cõſecuta eſt. Or. 202 a, Vultus multũ affert, tũ dignitatem, tum uenuſtatem. I. V. 265 a, Homo affluens omni lepore & uenuſtate. de Or. 96 b, Agere cum dignitate & uenuſtate.

Venuſtè. pulchrè, bellè, aptè, commodè. Epiſt. lib. 8. Quæ in re mihi uidetur illud perquàm uenuſtè euenidiſſe.

Venuſtus, a, um. lepidus, feſtiuus. pro Dom. 232 b, Inducis etiam ſermonem urbanum & uenuſtum. I. P. 94 b, Græcus facilis & ualdè uenuſtus. Par. 123 a, Ita uenuſta habeãtur iſta, ut, &c. & de Cl. 183 a, Geſtus & motus corporis ita uenuſtus, ut. de Cl. 195 b, Sententiæ non tam graues & ſeueræ, quàm uenuſtæ & concinnæ.

Veprecula, læ. pro Seſt. 19 a. l. Nitedula.

Vepres. ſpinæ Tuſc. 241 a, Cuius ſeptum undiq; uepribus & dumetis indagaui ſepulchrum.

Ver, ueris. uernum tempus. I. V. 241 a, Veris initium non à Fauonio notabat, ſed cum roſam uideret, tũ incipere uer arbitrabatur Liuius Dec. III. 139 a, Primo uere exercitũ moturus erat. de Senectu. 91 b, Ver tanquam adoleſcentiam ſignificat.

Verax, cis. ueridicus. de D. 88 a, Multis ſeculis uerax fuit id oraculum. de D. 93 b, Tum ei uiſa quietis occurrent tranquilla atq; ueracia. de D. 132 b, Herodotum cur ueracio-rem ducam Ennio. Ac. 20 a, Veraces ſenſus ſuos eſſe dicit.

Verbena. herba quædam, aut etiam omnis herba omneſq; frondes quibus in rebus ſacris utebantur. I. V. 226 a, Sacerdotes cum infulis ac uerbenis.

Verber, ris. uirga, flagellum. Antequàm 195 b, Serui qui ad ſupplicium cæſi uerberibus trabuntur. I. V. 168 a, Mitto uincla, mitto carcerem, mitto uerbera. I. P. 97 b, Verberibus aliquem necare. pro Pom. 5 b, Aliquẽ uinculis & uerberibus atq; omni ſupplicio excruciatum necari. I. A. 231 b, Tam uerberibus ac tormentis quæſtionem habuit publicæ pecuniæ. de Nat. 138 a, Cùm uerò paulùm proceſſerint, luſionibus delectantur, ut ne uerberibus quidem deterreri poſſint.

Verberatio, nis. pulſatio. Ep. 267 a, Mirificam mihi uerberationem ceſſationis epiſtola dediſti.

Verbero, as. cædo, pulſo, uirgis cædo, manus affero, uim & manus affero, manus infero. I. V. 101 b, Videtis pendere alios ex arbore, pulſare alios atq; uerberari, & cætera. & 258 b, Virgis oculi uerberabãtur. & 254 b, Ad pulſandos uerberandoſq; homines excitatiſſimus. Ep. 266 a, Verberaui te cogitationis tacito conuicio. de Finibus 153 a, Qui ſeruum iniuria uerberat. & In Vat. 31 a, Verbera-re matrem. I. P. 93 a, Os tuum ferreum ſenatus conuicio uerberari uoluiſti. I. A. 218 a, Antonius Mutinam tormentis uerberauit.

Verboſè. loquaciter, copioſè multis uerbis. pro Mur. 129 b, Satis uerboſè. Epiſtol. 47 a, & 97 b, Hæc ad te ſcripſi uerboſius.

Verboſus, a, um. multus in uerbis, loquax. de Or. 120 b, & pro Dom. 210 b, Poteſt fieri ut res uerboſior hæc fuerit, illa uerior. Epi. 97 b, Habes epiſtolam uerboſiorem fortaſſe quàm uelles. pro Mur. 131 a, Iſta noſtra uerboſa ſimulatio prudentiæ.

Verbum, bi. nomen, uox, uocabulum. de Or. 120 b, Neq; enim quoties uerbum aliquod eſt ſcribendum nobis, toties eius uerbi literæ ſunt cogitatione conquirendæ. Top. 223 b, Verba ſunt rerum notæ. de Or. 97 b, Verba cuiuſq; rei propria. l. Noſtras. Ac. 44 a, Verbum uſitatũ ac tritum. de Fin. 94 a, Verba grandiora. 203 b, Verba ampliſſima. Part. 234 b, Verba grauia, plena, ſonantia, iuncta, facta, cognominata, non uulgata, ſuperlata. Or. 204 a, Verba propria, uſitata, noua, priſca, inuſitata. & 215 a, Verba translata, facta, iuncta. & 205 a, Verba translata, immutata, mutata. de Opt. 243 b, Verba inquinata, abiecta, nõ aperta, longè petita. de Cl. 190 a, Verbum durũ, inſolens, humile. pro Cor. 62 b, Verbũ priſcum & inuſitatũ. Or. 199 a, Verba dura, otioſa & intolerantia. Or. 199 a, Demoſthenes nullum uerbum inſolens neq; odioſum ponere audebat. Or. 203 a, Iudicium electioq; uerborum, poetarum & oratorum communia ſunt. de Cl. 188 a, Verborum delectũ originem eſſe eloquentiæ. ex Cæſare. de Or. 112 a, Ars quæ uerborum aut faciendorum aut deligendorum ſcientiam profitetur. de Or. 154 a, Rerum copia uerborum copiam gignit. de Or. 122 a, Res atq; ſententiæ uiũ ſuã uerba parient, quæ, &c. de D. 99 b, Portẽtorum uim, uerba ipſa prudenter à maioribus poſita declarãt. I. P. 93 b, Exiſtimatio, dedecus, uerba ſunt atq; ineptiæ. Ep. 62 b, Nam me comperiſſe non audeo dicere, ne ferè id uerbum ponam quod abs te aiunt falsò in me ſolere conferri. Ep. 71 a, Dicerem iucundius, niſi id uerbum in omne tempus perdidiſſem. de N. 25 a, Charum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitia. pro Cec. 202 a, Cùm illud uerbũ unde in utranq; rem ualeat. & 296 a, Verbũ familiæ. I. A. 215 a, Res uerbo fieri interdum deterior ſolet. & 214 b, Quẽdam id uerbũ remouendũ arbitrabantur. & ib. Quidam ignari non modò rerum, ſed etiam uerborum. Par. 124 a, Quẽ enim intelligimus diuitẽ aut hoc uerbũ in quo homine ponimus? I. A. 171 a, Cùctum ſenatũ, omnẽ ſobolem iuuentutis, unoq; uerbo, remp. expulſam eſſe, & externi natam: id eſt, ut uno uerbo dicam. Ep. 263 a, Fideliter, cui uerbo, etc. Tuſ. 23 4 a, Hoc uerbo cum beatũ dicimus, ſubiecta ea notio eſt, &c. pro Dom. 234 a, Ex iſto ore religionis uerbum excidere poteſt? de Fin. 80 a, Verbũ uoluptatis non habet dignitatem. de Fin. 65 a, Non intelligo quid ſonet hæc uox uoluptatis. de Fin. 74 b, Sub hac uoce honeſtatis, quæ ſit ſubiecta ſententia. pro Arc. 189 a, Sit igitur ſanctum apud uos hoc poetæ nomen. Tuſc. 167 a, Triſte eſt nomen ipſum carendi.

Ad uerbum. uerbum è uerbo, totidem uerbis, eiſdem uerbis. de D. 100 b, Quod ſomnium mirificè ad uerbũ cum re cõuenit. Tuſ. 199 b, Aut ea quæ modò expreſſa ad uerbum dixi de libro tollenda. de Fi. 49 b, Latinæ fabulæ ad uerbũ de Græcis expreſſæ. & Acad. 34 a, ad uerbũ ediſcendus libellus. de Or. 97 b, Ediſcere ad uerbũ quàmplurima ſcripta. Ac. 5 b, Aut ſi uerbũ è uerbo uolumus comprehenſio, quã καταλαμψιν illi uocant. Aca. 9 a, καταλαψιν, quam uerbum è uerbo exprimentes, comprehenſionem dicimus. De Finib. 85 b, Epiſtola, quam homo totidem ferè uerbis interpretatus ſum. Top. 223 b, ἰσηγορικῶς, id eſt, uerbum ex uerbo, uerilo quiũ. de Cl. 196 a, Totidẽ quod dixit (ut aiunt) ſcripta uerbis oratio. de Opt. 244 b, Verbum pro uerbo reddere. Att. 90 b, Totidem uerbis transferre aliquem locum ab aliquo autore. & I. V. 152 b, Recitare literas totidem uerbis. de Cl. 193 a, Hortẽſius, quæ commentatus eſſet, ea ſine ſcripto eiſdem uerbis reddebat. Ep. 37 a, Transferre totidem uerbis.

Verbo aliquid facere.)(. Re, & c. Ep. 148 a, Plura illi mandata uerbo quàm ſcripta dedi. pro Fl. 150 b, Teſtes ſi uerbo titubarint, quo reuertantur non habebunt. I. C. 106 b, Quo uerbo ſi aſſequi poſſem, ipſos iſtos eiicerẽ, qui hæc loquuntur. I. V. 122 a, Verbo promittere.)(. Re negare. Tuſ. 151 a, Verbo premere aliquem. In Sal. 173 b, Vbi rerum teſtimonia adſunt, non opus eſt uerbis.

Verba dare. decipere. At. 246 b, Verba dare mihi facilè patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum.

Verba facere uel habere. pro dicere. I. V. 234 a, Facere uerba in ſenatu. de Cl 189 b, Qui nunquam uerbum in publico fecerunt. I. V. 118 b, Facere uerba apud ſenatum. pro Pom. 14 a, Permulta contra legem Gabiniam uerba feciſti. de D. 117 b, Multa uerba feciſti, te, &c. pro Planc. 263 a, Verbum nemo fecit. Quint. F. 322 b, Sicut Calidio uerbum pro eo facere non licuerit. I. A. 187 b, Ad eos tamen ipſos qui aderãt, ne uerbum quidẽ auſus eſt facere de Cæſare. Ep. 60 a, Multa de re uerba feci. & 117 a, Neq; uerbum de re facio. I. V. 234 a, Antequam uerbum facerem, de ſella ſurrexit atq; abijt. Or. 262 a, Verba facimus pro Buthrotijs. I. V. 69 b, Propinquis qui aderant, uerbũ nullum facit. de In. 80 a, Habere uerba. & pro Mur. 136 a, Voces quas habuiſſe in concione dicebatur.

Verbi cauſa, & id genus quædam. de Fat. 141 a, Verbi cauſa. & I. V. 134. b, Si quis uerbi cauſa oriente canicula natus eſt. Acad. 32 b, Verbi gratia. & de Fin. 131 b, Exempli cauſa in nomen, &c.

Meis uerbis, meo nomine. pro Mur. 130 a, Meis uerbis & meo nomine. At. 259 a, Atticæ quoniam hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des. At. 254 b, Tu Atticã quæſo cura, & ei ſalutem & Pyliæ, Tulliæ quoq; uerbis plurimam. Epi. 66 b, Cum Sura locutus ſum, ut ei meis uerbis diceret, &c. & 249 a, Si ei meis uerbis eris gratulatus.

Vercellæ, arum. urbs Italiæ. Ep. 176 b, Bruti.

Verè. reuera, ſcilicet, in ueritate.)(. Falſo, inaniter, fictè. pro S. R. 27 a, Verè nihil potes dicere, finge aliquid ſaltẽ commodè. Ac. 10 b, Cùm ſit incertũ, uerè inaniterne moueatur. pro Mur. 125 b, Cùm graue eſt uerè accuſari in amicitia, tũ etiam ſi falſo accuſeris, nõ eſt negligendũ. pro Planc. 272 b, Verè me Hercules hoc dicã ſic tum, &c. de Or. 110 a, Sed tamẽ uerè dicam, mallem, &c. Of. 54 b, Honeſtũ quod propriè uereq; dicitur, in ſapiẽtibus eſt ſolis. pro Dom. 228 b, Maiores noſtri, qui non fictè & fallaciter populares, ſed uerè & ſapienter fuerunt. Attic. 28 a, Non ναυβολικῶς, ſed ueriſſimè loquor. l. Verus. Quin. Fr. 305 b, Ad me uerè omnia perſcribe. Qu. Fr. 296 a, Si uerè cogitare uolumus. Att. 98 b, Põpeius uerè iudicat. pro S. R. 42 a, Verè ac liberè loqui. Epi. 196 b, Verè tecũ agam, ut neceſſitudo noſtra poſtulat. pro Arch. 190 a, Et uerè: id eſt rectè, uel meritò, uel neq; iniuria.

Verecundè. prudenter. Top. 122 a, & de Clar. 172 a, Verecundè tu quidem ut omnia. de Fin. 115 b, Tum ille timidè, uel potius uerecundè. & Epiſt. 96 a, Verecundè dubitanterq; recipere aliquam cauſam. de Or. 99. a, Verecundius hæc de re iam dudum loquor.

Verecundi-a, diæ. pudor, rubor, modeſtia, ingenuitas. Par. 236 b, Verecundia cuſtos eſt omnium uirtutum, dedecus fugiens, laudemq; maxime conſequens. 257 a, Verecundiam timiditas imitatur. Offic. 19 a, Verecundia, & quaſi quidam ornatus uitæ. Offic. 20 a, Iuſtitiæ partes ſunt, nõ uiolare homines: uerecundiæ, non offendere. & 30 a, Hoc ſolum animal natum eſt pudoris & uerecundiæ particeps. de Fin. 110 a, Cynicorum ratio eſt inimica uerecundiæ, ſine qua nihil rectum eſſe poteſt, nihil honeſtum. Of. 26 a, Scenicorum quidem mos tantam habuit à uetere diſciplina uerecundiam, ut in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. pro Qu. 7 a, Homo timidus uirginali uerecundia. Epiſt. 54 b, In externis locis minor eſt ad facinus uerecundia. Or. 220 b, Verecundia negandi, ſcribendi impudentiam ſuſcepimus. Tuſc. 243 a, Verecundia turpitudinis. Atti. 122 b, Malo Tyronis uerecundiam in culpa eſſe, quàm illiberalitatẽ Curij. Att. 224 a, Meam ſtultã uerecundiam qui uoluerim, &c. At. 279 a, Nihil exiſtimatio ciuium ualet, nihil poſteritatis uerecundia. Quint. Frat. 312 b, Me factum eſt inuita uerecundia, ut te proficiſcens non tollerem. Quint. Frat. 319. b, Cæſar meam in rogando uerecundiam obiurgauit. Off. 26 a, Pleraq; in eam ſententiam ab eiſdem contra uerecundiam diſputantur. de Am. 111 a, Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit uerecundiam.

Verecundor, aris. uereor, erubeſcò, pudore afficior. de Ora. 131 b, Sp. Caruilius grauiter claudicans: & ob eam cauſam uerecundans in publicum prodire. de Or. 146 a, Cunctantem & quaſi uerecundantem incitare.

Verecundus, a, um. pudens.)(. Petulãs. de Orator. 141 b, Habetis ſermonem hominis, utinam non impudentis: illud quidem certè, non nimis uerecundi. & Epiſt. 111 a, Verecundus in loquendo. de Orator. 158 a, Verecunda debet eſſe translatio. Or. 204 a, In transferendis uerecundus & parcus. Or. 202 a, Oratio caſta, uerecũda, uirgo incorrupta. de L. 166 a, Verecundus eſt, qui ut bene audiat, erubeſcit, & pudet impudica loqui. I. A. 169 b, Tu ante ea in te admiſiſti, quæ à uerecundo inimico audire nõ poſſes. Ep. lib. 9. Verecundi admonitores.

Vereor, eris. reuereor, extimeſco, nonnihil commoueor. I. A. 245 b, Quid? ueteranos non ueremur? nam timeri ſe, ne ipſi quidem nolunt. de Fin. 73 a, Quos nõ eſt ueritum ponere, &c. ad Heren. 11 b, A quo ſupplicium uerebatur. At. 129 a Quod ueritus ſum factum eſt. Att. 223 b, Ac uereor Gallica etiam bella ipſe Seſtius quò euadat. Qu. Fr. 303 b, Quem meus Cicero & amabat ut fratrem, & iam ut maiorem fratrem uerebatur. Off. 37 b, Maximeq; curandum eſt, ut eos quibus cum ſermonem conferimus, & uereri & diligere uideamur. de Senectute 48 b, Metuebant eum ſerui, uerebantur liberi. de Amic. 111 a, Neq; ſolum colent ſe inter ſe ac diligent, ſed etiã uerebũtur: nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerecundiam. de Leg. 163 a, Quocirca uereor cõmittere, ut non bene prouisa principia ponantur. pro Mar. 132 b, Vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atq; ego ipse cogitans sentio. Ep. 68 b, Ac non uereor, ne assentatiuncula quadam aucupari gratiam tuam uidear. de Or. 135 b, Non uereor, ne quis iam in isto genere me leuiorem putet. de Or. 94 a, Perge uerò Crasse, inquit Mutius: istam enim culpam quam uereris, ego præstabo. ad Heren. 35 a, Quos aut uereri, aut metuere debemus. & 11 b, Vereri supplicium ab aliquo. Orat. 197 a, Is qui uereretur reprehensionem doctorum atque prudentium. pro Planc. 265 a, Is patrẽ ueretur ut Deum. de Se. 94 a, Vos tamen deos uerentes memoriam nostri pie seruabitis. Att. 203 a, Tyronem habeo citius quàm uerebar: id est, putabam. Attic. 152 b, Vereor quid agas. & de N. 69 a, Qui si dij non sunt, uereor quid agat Ino: id est, dubito, quæro, nescio. Epi. 120 b, Vereor quomodo hoc homines accipiant. de Cl. 166 b, Vereor ecquod nam curriculũ ali quando sit habitura, &c. Att. 105 b, Quod scribis eum in urbem introisse, uereor quid sit: nam, &c.

Vereor ne: id est, uereor ut. de Am. 107 a, Neq; enim uerendum est ne quid excidat. pro Syll. 179 b, In ipsa rogatione, ne per uim quid ageretur, quis tamen uestrum Syllam uerebatur? de Or. 105 b, Verius es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Aca. 35 a, Vos autem mihi ueremini ne labar ad opinionem, &c. Attic. 248 a, Tum me collegi, uerens quid, &c. contra Rull. 65 a, Verendum crede nobis erit, nè, &c. Epist. 78 b, Cuius tanti mali uereor, ne consolatio ulla possit uera reperiri. & ibid. Non uereor ne eum miserum esse nefas sit dicere: id est, non dubito quin. Ep. 180 b, Non uereor, ne meæ uitæ modestia parum ualitura sit in posterum cõtra falsos rumores. Ep. 21 a, Non uereor, ne quid stultè facias. Epi. 30 a, Verebar ne id ita caderet, quod etiam nunc uereor, ne antequam tu, &c. Epist. 18 a, Non enim uereor ne non scribendo te expleam. Epi. 236 a, Quibus literis intellexi te uereri, ne superiores mihi redditæ non essent.

Vereor ut. id est, uereor ne. Att. 183 a, Videtis uereri ut epistolas tuas acceperim. Epist. 238 a, Vereor ut Dolabella ipse satis uobis prodesse possit. Tusc. 185 a, Et tamen uereor ut hoc natura non patiatur? contra Rull. 77 b, & I. C. 131 b, Quod uos fœdus non iusseritis, uereor ut satis firmum sit. de Orat. 88 b, Sed illa duo Crasse, uereor ut tibi possim concedere. Att. 85 b, Quod uereor tibi ipsi ut probem. Att. 113 a, Et tamen uereor, ut his ipsis contentus sit. I. A. 203 b, Ne uerendum quidem est, ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus intemperantibus suis opibus utatur. de Am. 98 a, Vereor ut idem interitus sit animorum & corporum. pro Planc. 279 b, Metuo ut eam non possim sustinere, &c. pro Do. 224 a, Timeo ut possim, &c.

Vergiliæ, arum. stellæ septẽ in dorso Tauri, sic dictæ quòd uere oriantur. de Nat. 48 a, Propter Persei læuum genu Vergilias tenui cũm luce uidebis. & In Arat.

Vergo, gis. inclinatus sum. de N. 49 a, Omnes partes terræ in medium uergentes. Quint. Frat. 320 b, Id tectum nunc honestè uergit in tectum inferioris porticus. At. 236 a, Ni Bruti auxilium ad Italiam uergere, quàm ad Asiam maluissemus.

Veridicus, a, um. uerax, apertissimus. de D. 101 a, Veridicæ uoces ex occulto missæ. pro Fl. Veridicas adiungis causas inimicitiarum, quod, &c.

Verìloquium. l. Etymologia.

Verisimilis, le. similis ueri, credibilis, probabilis, consentaneus, ad ueritatem propensus, quodcunq; te maximè specie ueritatis mouet. de Orato. 116 b, Narrationem iubent uerisimilem esse, & apertam & breuem. pro S. R. 36 a, & 25 a, Non enim ita disputabo, uerisimile est Roscios hoc fecisse. pro S. R. 37 b, Non est uerisimile, ut Chrysogonus horum literas adamarit. de Cl. 179 b, Non uerisimile est, quàm sit in utroq; genere distinctus Cato. pro Quint. R. 48 b, Vtrunque ex utriusque personâ uerisimile uidetur. Academ. 9 b, Volant probabile aliquid esse, & quasi uerisimile. & de In. 48 b, Verisimile & probabile. Tusc. 220 a, Quid esset simillimum ueri quærere. Epistol. 185 b, Id autem eo facilius credebatur, quia simile uero uidebatur.

Verisimilitudo, similitudo ueri, probabilitas. Acad. 27 a, Cùm posit sine assensione ipsam uerisimilitudinẽ sequi. de Vni. 196 a, & Part. 233 b, Bene agi putat, si similitudinem ueri consequatur.

Veritas, tis. uerum, uera ratio. res. de Inu. 82 a, Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. de D. 85 a, Nunquam perfectè ueritatem casûs imitatur. Orato. 220 a, Veritas in occulto latet. pro Cæl. 51 a, O magna uis ueritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam facilè se per seipsam defendit. Offic. 69 a, Hoc ego nihil inutilius existimo, cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. de Legib. 156 a, Qui in isto opusculo non ut à poeta, sed ut à teste ueritatẽ exigunt. de Orator. 104 b, Nec ornatius causam suam dici uoluit, quàm simplex ratio ueritatis ferebat. Officio. 40 a, Subtilitas illa cum ueritas limatur in disputatione. Offic. 3 b, Sunt alij simplices, aperti, ueritatis cultores, fraudis inimici. de Orator. 97 b, Et illa commentatio inclusa in ueritatis lucem proferenda est. de Orator. 92 a, Vide ne plus ei tribuas, quàm res & ueritas ipsa concedat. Tusc. 230 b, 231 a, Cum animum ab ista pictura imaginibusq; uirtutum, ad rem ueritatemq; traduxeris. de Orator. 89 a, Græci contentionis cupidiores quàm ueritatis. & 116 a, Homines expertes ueritatis. Orator. 229. Qui à forma ueritatis, & ab Atticorum regula absunt. Part. 117 a, Plus apud me ratio ualebit quàm uulgi opinio. Offi. 22 a, Cogitatio in uero exquirendo maximè uersatur. & 3 b, Inquisitio & uestigatio ueri, hominis propria est. Ep. 225 a, Pro causæ ueritate. Attic. 52 a, Hæc ueritas etiam si iucunda non est, tamen mihi grata est. de Orat. 111 b, Qui actor in imitanda, quàm orator in suscipienda ueritate iucundior? Offi. 13 a, Vir bonus & simplicis ueritatis amicus.

Veritas debilitata. pro Qu. Veritas in profundo demersa. Academ. q. ed. 2. li. 1. Democriti dictum, ὠβυθῷ ἡ ἀλήθεια, Veritas in sensibus maxima. Acad. qu. edit. 1. lib. 2. Veritas sempiterna futurarum rerum, in lege. de Nat. d. 1. Veritas alicuius. pro Quint. Id est, æquitas & iustitia. ueritas iudicandi. Tusc. qu. lib. 5. Veritas literarum tuarum non me offendit. 11 ad Attic. Veritas prudentiæ, quasi materiæ, quam tractat, & in qua uersetur, subiecta est. Offi. 3, Veritas molesta est, siquidem ex ea nascitur odium. Læl. Veritas in omni re uincit imitationem. 3 de Orat. 119, Veritatis

ritatis consilium petere ab animis consuetudine imbutis. de Natur. deor. 1. Sunt his alij multum dispares, simplices & aperti, &c. ueritatis cultores, fraudis inimici. 1 Offic. Expertes ueritatis homines. 2 de Ora. Veritatis ignoratione, uulgi opiniones in maxima incõstantia uersantur. de Nat. deor. 1. Veritatis iudicium quanquã oritur à sensibus, tamen non esse in sensibus, secundum Academicos. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Veritatis luce, menti hominis nihil dulcius. Ac. edit. 1. li. 2. Veritatis nota. Ac. q. ed. 1. li. 2. Nihil ueritati relinqui. Simplex ratio ueritatis. de Or. 104 b, Ac. qu. ed. 2. lib. 1. Ad ueritatem loqui. Læl. Non opinione solùm, sed etiam ad ueritatem plane uelim mihi persuaderi. de Nat. deor. 1. Nihil contrà inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenio, quum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. 3 Off. Simonidem arbitror desperasse omnem ueritatem. de Nat. 1. Veritatem obtinere. pro Deiot. Veritatem retinere. pro Qu. Ex ueritate pauca uulgus æstimat. pro Rosc. Com. Ex æterna ueritate, causarumq; cõtinuatione cõfluxit, quicquid accidit. de Nat. deor. 1. Pro causæ ueritate. Epi. 225 b, Sine ueritate nomen amicitiæ ualere nõ potest. Læl. Neq; id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam ueritate. ad Acilium, li. 13. Veritate colitur amicitia. pro Qu. Non ueritate solùm, sed etiam fama niteretur. 1. ad Qu. F.

Vermiculatus, a, ũ. ornamẽtis, quasi uermiculis aut tesserulis uariatum & distinctum. de Orat. 158 b, Emblema uermiculatum. de Cl. 190 a, Ex Lucil. Orat. 210 b, Quàm lepidè lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes Arte, pauimẽto, atq; emblemate uermiculato.

Verna, næ. seruus domi nostræ ex ancilla, aut seruo natus. Ep. 124 a, b, Bellienus uerna Demetrij. Fam. lib. 11. Verna rum caussa. Bruti.

Vernaculus, a, um. domesticus. de Cl. 180 a. l. Sapor. Epist. 134 b, Antiqua & uernacula festiuitas. I. V. 179 b, Domesticum atq; uernaculum crimen. de Ora. 151 b, Quotidianæ & uernaculæ res.

Vernus, a, um. ueris. de Sen. 91 a, Verni temporis suauitas. Tusc. 235 b, Alia uerno tempore tepefacta frondescunt. In Ar. Vernum lumen.)(. Autumnale.

Verò. autem. de Orato. 90 b, 91 a, Poeta numeris astrictior paulò, uerborum autem licentia liberior, multis uerò ornandi generibus socius ac penè par: in hoc quidem certè propè idem, nullis ut numeris, &c. pro Cecin. 286 a, Hoc reprehendendum fortassè minus, quærendum uerò magis etiam uidetur, ideo quod, &c. de Sene. 82 b, Non uerò tam isti mortui sunt, quàm tu nugator. de Leg. 171 a, Sed uerò intelligi sic oportet, &c. & 170 b, Est uerò ita, sed, &c. I. C. 113 a, Est uerò inquam notum signum imago aui tui, &c. Tusc. 180 b, At uerò nos, &c. Off. 58 b, Minimè uerò, non enim, &c. de D. 82 a, Dicitur istuc quidem à Cotta, & uerò sæpius, sed, &c. de D. 112 b, Quod enim is qui diuinat, prædicit, id uerò futurũ est. Att. 263 a, Quod sæpè præsens & illi ostendisti, & uerò etiam mihi. pro Mur. 135 a, Exturbare eum. qui & per se & per suos, & uerò etiam per alienos defendatur. de Cla. 174 a, Et uerò maximus ille Scipio uehemens fuit. & 179. Et uerò fuit in hoc, &c. pro Clu. 21 a. Sed ea uerò sic agit, ut, &c. Att. 101 a. Illud tamen de Chrysippo, nam de illo altero, &c. Chrysippum uerò, &c. Tusc. 180 b, Fuisti sæpe credo in scholis philosophorum, A. uerò ac libenter quidem.

Verrea. f. festa Verri dicata. I. V. 119 a, Verrea agere. & ibi. b, O Verrea præclara? I. V. act. 6. Verrea flagitiosa. ead. Verrea turpia, & ridicula, & alibi sæpe.

Verrinus, a, um. I. V. act. 3. Negabant mirandũ esse ius tam nequam esse uerrinum. iocus ex ambiguo.

Verro, ris. est scopis quisquilias, puluerem, & alias sordes auferre, ejicere. Para. 123 a, Qui tractant ist. a, qui tergũt, qui ungunt, qui uerrunt, &c.

Verrucosus, a, um. qui uerrucis plenus est. est autem uerruca, eminens in corpore caruncula, sine pruritu. de Cla. 169 b, Qu. Maximus Verrucosus orator habitus est temporibus illis.

Verrunco, as. uerto. de D. 90 a, Per propinqua hæc bene uerruncent populo. Accij.

Verticolor, ris. dubio uariòue colore. de Fin. 94 a, Plumæ uersicoloris columbis.

Versatus, a, um. tractatus, exercitatus subactus. pro Qu. 1 a, Homo & in alijs causis exercitatus & in hac multum & sæpe uersatus.

Vesiculus, li. Att. 68 a, Nunc uenio ad transuersum illum epistolæ tuæ uersiculum. Ora. 203 a, Versiculi comicorũ. pro Dom. 22 a, Hoc pati potestis, ut singuli cives singulis uersiculis è ciuitate tollantur? pro Mil. 115 a, Ne quid respu. detrimenti caperet, quo uno uersiculo satis armati semper cõsules fuerunt. de L. 172 a, Leges uno uersiculo senatus puncto temporis sublatæ. Atti. 121 b Scripto iam superiore uersiculo Heros mihi dixit, sibi Murenam libe ralissimè respõdisse. At. 281 a, Tribus ne uersiculis his temporibus Brutus ad me?

Verso, as. cõuerso, uoluo, tracto. de Somn. 128 b, Orbes, qui uersantur retro contrario motu atq; cœlũ. de Fat. 149 a, Cylindrum uolui, & turbinẽ uersari putes. Tusc. 159 a, Tũ illud quod Sisiphus uersat saxũ, &c. de Fin. 85 b, & 144 b, Versare se huc & illuc. I. V. 124 a, Itaq; æstuabat dubitatione, uersabat se in utrãq; partẽ. de N. 12 a, Versari eir cum axẽ cœli admirabili celeritate. & 79 a, Deus uersans cœlum. Or. 209 b, Versare sæpe multis modis candẽ rem. pro Cæl. 40 a, Versare suam naturam, & regere ad tempus. pro Cl. 32 a, Ad omnẽ malitiam & fraudem uersare mentem suam, hæc secum cogitare cœpit. de Se. 77 a, Cura, Quæ nunc te coquit & uersat sub pectore fixa. Orat. 169 b, Non ut in iudiciis uersaret causas, sed ut, &c.

Versor, aris. uertor, uoluor, uolutor, obuersor, tracto, nundinor, consuesco, sum. I. V. 265 b, Versabatur in Sicilia lõgo interuallo alter Phalaris. de Ar. 258 a, Vt Deus aliquis cœtus hominum adeat. uersetur in terris. pro Font. 280 b, Sic existimatis eos hic sagatos uersari animo demisso, &c. I. A. 280 a, Pueri ingenui cum meritorijs. scorta inter matres familiâs uersabantur. I. A. 164 a, Cum inter subsellia nostra uersentur armati. Post. 206 a, Hostis intra mœnia uersatus est. pro Mil. 107 b, An uerò tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe uersaris? tuæ peregrin. antur aures, nec in hoc peruulgato ciuitatis sermone uersantur? At. 160 a, Nec uersari inter eos sine dedecore potero. In C. 99 b, Nobiscũ uersari iam diutius nõ potes. de D. 104 a, Versari cum aliquo. de Ar. 249 b, Si essetis, uersaremmiq; nobiscum. Qu. F. 302 a, Plato Epicureus, què Athenis solet esse multum. I. C. 104 b, Non enim iam inter nos sica illa uersabitur. pro Fl. 160 b, Annos iam triginta in foro uersaris. pro Cæl. 38 a, Cælius iamdiu minus

in foro

Universidad de Deusto
Biblioteca

in foro nobiscum uersatur. I. V. 175 b, Cum in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ uersatæ sint. pro Cec. 301 a, In meis castris præsidijsq; uersaris. Qu. Fr. 296 a, In alia qua prouincia cum summo Imperio & potestate uersari. de Ora. 102 a, Orator incolumis inter hostiũ tela uersari potest. pro S. R. 21 a, Eo tẽpore Roscius erat Romæ frequens, atq; in foro & in ore omniũ quotidie uersabatur. Orat. 200 a, Cum in Italiæ luce cognoscaris, uersarisq; in optimorũ ciuiũ uel flore, uel robore. de In. 42 b, Versari in rep. Ep.*. Versari in sermonibus de rep. pro R. P. 126 a, Plato in maximis periculis insidijsq; uersatus est. Offi. 64 b, Perpaucæ res sunt, in quibus dolus malus non uersetur. de L. 175 a, Tum maximè & religionem, & pietatem uersari in animis, cum rebus diuinis operã damus. & 190 b, Dicam Attice, & uersabor in re difficili. Att. 38 a, In commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderióq; uersamur. de Or. 123 b, Omni mente & cogitatione curáq; uersor, ut odorer, &c. de Or. 134 a, In omni tempore decet lepòrem humanitatemq; uersari. de Or. 86 a, Dicendi ratio in medio posita communi quodam in usu, atq; in hominũ more & sermone uersatur. de Ora. 96 b, Causæ, quæ in iudicijs uersantur aut deliberationibus. & 99 b, Num destitit uterq; nostrũ in testamentorũ formulis, hoc est in medio iure ciuili uersari? pro S. R. 35 a, Non uersatur ante oculos uobis in cæde Glaucia? & At. 43 a, Versabatur mihi ante oculos illud tempus, cum, &c. I. C. 120 b, Videor mihi uidere, &c. cerno oculis, &c. uersatur ante oculos, &c. pro S. 13 b, Mihi mors ob oculos uersabatur. I. V. 265 a, Nunquam tibi hæc species in oculis animóq; uersata est? Ep. 233 b, & de Fi. 79 b, & I. V. 254 b, Mihi ante oculos dies noctesq; uersaris. I. V. 241 b, Pudor, qui in magistratuũ cõuiuijs uersari solet. I. V. 226 a, Acerbissimũ tota urbe luctum uersari. pro Mur. 144 b, Versabitur in castris furor, in curia timor, in foro coniuratio. cont. Rull. 62 a, Agri in quibus ille bellũ gerit atq; uersatur. In V. 157 b, Terræ in quib. bellum acerbũ uersatum est. & pro Ar. 189 b, Bellum magnũ atq; difficile, & in magna uarietate terra mariq; uersatum. & Ep. 79 b, Versari in magna uarietate. de N. 77 a, Inuita in hoc loco uersatur oratio. pro Qu. 5 b, Ingenia, quæ antea uersabantur in salute atq; auxilio ferendo. I. V. 171 b, In quæstu ac compendio uersari. I. C. 219 b, Vterq; in summa seueritate uersatur. pro Fl. 164 a, Videtis in quo motu temporum, quanta in cõuersione rerũ ac perturbatione uersemur. pro Pl. 267 b, In tenebris quã in luce causam uersari mauis. I. C. 121 a, Largitionis uolũtas tum in rep. uersata est, & partiũ quædã contẽtio. pro Mur. 126 a, Quarum partiũ una in reprehẽsione uitæ, altera in cõtentione dignitatis, tertia in criminib. ambitus uersata est. Antequam 194 b, Nos quorũ & officia in remp. recentissima, & incõmoda ob remp. frequentissima in familia uersantur. Post. 207 a, In omni parte corporis aliquem delectationem gaudiumq; uersari. I. P. 97 b, Iuuẽtus languet, nec perinde atq; debet in laudis & gloriæ cupiditate uersatur. pro Plã. 264 a, Minturnenses coloni, quod C. Mariũ tecto receperunt, æterna in laude uersantur. pro Mil. 116 b, Vt in cõmuni odio penè æqualiter uersetur odium meum. pro Plã. 276 b, Cui non locus ille ubi quisq; altus est, cum grata recordatione in mente uersatur? Off. 41 a, Qui tãquam in clarissima luce uersantur, & qui in homi

num ignoratione uersantur. pro Cl. 51 b, Quæ res in quæstione uersetur. At. 280 a, Maximo in discrimine resp. uersatur. Ep. 3. a. Versamur in rebus exulceratis & exagitatis, &c. Or. 301 a, Quod in cõtrouersia aut in contentione uersatur. pro S. R. 31 a, Qui in egestate & insidijs uersatur. pro S. R. 32, Qui omni tempore in præda & sanguine uersabantur. At. 25 a, Versari in timore ruinæ. I. V. 101 b, Istius iniquitas in ore uulgi & in cõmunibus prouerbijs uersabatur. cõtra Rull. 66 b, Versantur in animo multæ & graues cogitationes. de Fin. 60 a, Versari in animo alicuius. Aca. 45 a, Bona quæ in animo atq; in ipsa uirtute uersantur. Acad. 10 a, Versari in errore. de Nat. 1 b, Versari in summo errore atq; in omnium rerum ignoratione. cõtra Rul. 67 a, b, Versatur enim magnus error. Ac. 35 a, Versari in uicinitate: id est, esse uicinũ. Ep. 252 b, Versari in gemitu. de Fin. 70 b, Versari in magnis angustijs. Ep. 56 b, Versorq; in eorum naufragijs & bonorum direptionibus. & 96 b, Versari in miserijs. Epist. 67 b, Si uno in argumẽto mens tua tota uersabitur. de Arusp. 24 Versari in studio literarum. Ep. 48 a, Versari in artib. in genuis. Ep. 88 a, Versari in studijs & literis. & 92 a, Versatus in rebus & usu. Aca. 227 b, De rebus in quib. uersatur exercitatusq; est. pro Dom. 220 a, Versor in medio iure publico. pro Fon. 281 b, Homo in hac uitæ ratione uersatus. pro Ar. 185 a, Exercitatio dicendi, in qua me nõ inficior mediocriter esse uersatum. de D. 110 b, Res, quæ in philosophia uersantur. Off. 4 a, Huic quasi materia quã tractet, & in qua uersetur, subiecta est ueritas. pro Qu. 10 a, Non ad solarium, non in campo, non in cõuiuijs uersatus est. Or. 208 a, Nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione uersantur. ad Her. 27 a, Cui etiã nunc pædagogi lites ad auriculas uersantur. Epist. 113 b, Librum uersari inter manus. I. A. 215 a, Ergo illi nunc in pace uersantur. At. 72 b, Nondum enim in negocio uersaris. Att. 91 b, Tu cuius os ante oculos mihi solet uersari. de Ora. 85 b, Mathematici magna in obscuritate rerum, & recondita in arte, & multiplici subtilitq; uersantur. de Ora. 87 a, Quæ quondam accepi nostrorũ hominum in disputatione esse uersata. de Or. 107 b, In omni recto studio atq; humanitate uersari. Att. 239 a, In magnis uersamur angustijs. Offi. 14 a, Ferre ea quæ uidentur acerba, quæ multa & uaria in hominum uita fortunaq; uersantur. Off. 30 b, Opifices omnes in sordida arte uersantur.

Versura, ræ. est creditoris mutatio, ut cum quis alteri se obligat, ut uetus debitum dissoluatur. hinc sunt uersuram facere, & uersuram soluere: estq; aliud nihil quod etiam dicunt Latini ab alio soluere, siue ab alio repræsentare. sic enim fit uersura, creditorisq; conuersio, & mutatio. Att. 161 b, Non modò magno, sed iniquissimo fœnore uersurã facere Aurelius coactus est. pro Fon. 276 a, A quib. uersuras tantarũ prouinciarũ factas esse dicunt? pro Fl. 156 a, & Tus. 150 a, Is negauit omnino uersuram ullam fecisse Romæ. I. V. 146 a, Tabulæ societatis, quæ significabant eos homines uersurã à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. & At. 68 a, Quæ quidem ego uersura facta solui uolo. At. 251 b, Non modò uersura, sed etiam uenditione si modò re coget, uindicabis. Att. 76 a, Vereor ne illud quod tecum permutaui, uersura mihi soluendum sit. At. 247 d, Versuram scribis esse faciendam mensiũ quinque. At. lib. 5, Lex Gabinia de uersura.

Versus. præpositio. At. 258 b, Verti igitur me à Minturnis Arpinum uersus. &c. & de D. 96. b, Cum Aretium uersus castra mouisset. Ep. 20 a, Cum te iam ex Asia Romam uersus profectum esse constaret. Ora. 209 b, Cum gradatim sursum uersus reditur. Par. 232 a, Et idem quasi sursum uersus retroq; ducatur. Ep. 179 b, Cum Brundusium uersus ires ad Cæsarem.

Versus, a, um. pro S. R. 35 b, Videte nunc quàm uersa & mutata in peiorem partem sint omnia.

Versus, sus. carmen, modus. In V. 164 b, De qua muliere uersus plurimi supra tribunal prætoris scribebantur. & 252 a, Versus qui in istius cupiditatem facti sunt. pro Ar. 190 b, Is epigramma in eum fecit tantummodo alternis uersibus longiusculis. pro Deiot. 148 a, b, Deiotarus de Domitio dixit uersum Græcum eadem sententia, qua nos etiam habemus latinum, Pereant amici, dum unà inimici intercidant. de Orator. 132 b, Sæpe etiam uersus interponitur. de Orator. 90 b, Ornatissimis atque optimis uersibus scribere de re aliqua. de Orator. 161 a, uersus uarijs modis atq; numeris fundere. de Orator. 147 b, In ipsa oratione quasi quendam numerum uersumq; conficere. Orat. 203 a, Versus orationis est uicium. & ibid. de uersibus comicorum. Epistol. 16 b, Scripsi etiam uersibus tres libros de temporibus meis. Ac. 7 a, Aut is qui fidibus utitur explere numeros, & conficere uersus posset? Orato. 215 b, Senarij Hyponactei, Anapestici, Aristophanei, Anapesti uersus. Quint. Frat. 325 b, Opus est prima animi alacritate. Att. 32 a, Primus uersus epistolæ. pro R. P. 125 a, Vt cum lex aliqua recitaretur, primum uersum attenderet, si, &c. de Orat. 108 a, Demosthenes multos uersus uno spiritu pronunciabat. de Orato. 161 a, Antipater ille Sidonius solitus est uersus hexametros, aliosq; uarijs modis atq; numeris fundere ex tempore. Quint. Frat. 325 b, Quod me de faciendis uersibus rogas, incredibile est. Parad. 120 b, Cum uersus pronunciatus est una syllaba longior aut breuior.

Versutè. callidè, uafrè, malitiosè. Or. 198 b, Versutè & subtiliter dicere. de Cl. 167 b, Subdolè & uersutè.

Versutiloquus, a, um. de Orat. 157 a, Versutiloquas malicias. & Or. 212 b, Poetæ.

Versutus, a, um. callidus, malicios, multiplex. de Le. 160 a, de Nat. 74 a, Chrysippus homo sine dubio uersutus & callidus. uersutos appello, quorum celeriter mens uersatur. & pro Quint. R. 52 a, Homo callidus & uersutus. de Or. 116 b, Acutus animus atq; uersutus. de Fin. 75 b, Acutus, uersutus, ueterator. de Clar. 186 b, M. Pisonis acumen in reprehendendis uerbis uersutum & solers. de N. 75 a, Malitia est uersuta & fallax nocendi ratio. pro Cec. 301 a, Hoc si uobis uersutius quàm ea consuetudo defendendi fert, uidebitur, sic existimetis, etc.

Vertens, tis. circumactus, completus. de Somn. 130 a, Tum ille uere uertens annus appellatur. et pro Qu. 7 a, Anno uertente sine controuersia. de N. 36 b, Mercurij stella anno ferè uertente significerum lustrat orbem. I. A. 250 b, Apparuisse numen deorum intra finem anni uertentis. In Arat. Annua conficiens uertentia tempora cursu.

Vertex, cis. polus. de Somn. 129 b, Duo quasi cinguli terræ maximè inter se diuersi, & cœli uerticibus ipsis ex utraque parte subnixi. de Na. 49 b, Extremusq; adeò duplici de cardine uertex, Dicitur esse polus. de Somn. 129 b, Ter

ra angusta uerticibus, lateribus latior. de D. 82 b, Celso è uertice montis. & I. V. 225 a, Ignes, qui ex Aetnæ uertice erumpunt. pro Quin. R. 48 a, Ab imis anguibus, usq; ad uerticem summum.

Verto, tis. torqueo, muto, conuerto. de Nat. 45 b, Impetum cœli admirabili cum celeritate moueri uertiq; uidemus. & de Vniuers. 198 a, Mundus maxima una conuersione, atq; eadem ipse circum se torquetur & uertitur. Et 120 b, Sed quæcunq; acciderint intra fines hos uertentur. de Legib. 164 b, Verti rerum naturam: id est, mutari. de N. 65 b, Terra in aquam se uertit. pro Sex. Rosc. 28 a, Video uersa esse omnia. de D. 115 a, Semina malorum in contrarias partes se uertere. I. V. 129 a, Vertere stylum in tabulis suis. Offic. 31 b, Cogitatio in se ipsa uertitur. I. P. 92 b, Vertes ad alteram scholam. I. A. 174 b, Hærebat nebulo, quò se uerteret non habebat. de Diuinat. 139 a, Superstitio instat & urget, & quocunq; te uerteris persequitur. pro Mur. 145 a, Quò se miser uertet? domum ne? &c. In Sallust. 272 a, Quò me uertam patres conscripti? &c. de Diuin. 86 a, Quò sese uertant tantæ sordes somnium. pro Dom. 229 a, Quò uertendi, hoc est mutandi soli causa uenerant. & pro Qu. 11 a, Vertere solum exilij causa. I. V. 63 b, Ex illa pecunia maximam partem ad se uertit. & in A. 196 a, Antonius septies millies falsis præscriptionibus donationibusq; uertit. In Verr. 262 a, Non in supplicio crimen meum moritur. Attic. 132 a, Brundusij autem omne certamẽ uertitur huius primi temporis. de Cla. 177 b, In iure in quo illa causa uertebatur. I. V. 70 a, Omnia in unius potestate ac moderatione uertentur. Epist. 99 a, Ne sibi illæ uicio uerterent, quòd esset à patria. de Fi. 146 b, Qui se fatentur uirtutis causa, nisi ea uoluptatem adcirct, ne manum quidem uersuros esse. de Clar. 177 a, Sed hoc uicium huic in bonum conuertebat. de Fi. 50 a, Si sic uerterem Platonem, ut uerterunt nostri poetæ fabulas. &, Conuertere orationes Græcorum. de Opt. 244 a, Orat. 97 b, Vt ea quæ legerem Græce, Latinè redderem. de Fi. 49 b, Fabulæ Latinæ ad uerbum de Græcis expressæ. & 50 a, Quæ splendidè dicta sint, neq; sint conuersa de Græcis. de Orato. 159 a, Id ad omnem rationem, & aurium uoluptatem, & animorum motum, mutatur & uertitur. Off. 17 a, Callicratides, qui cum multa fecisset egregiè, uertit ad extremum omnia. Attic. 258 a, Verti igitur me à Minturnis Arpinum uersus. pro Quint. Rosc. 50 b, Vereit hic rationem, & id quod probare non potest, fingere conatur.

Vertumnus, ni, uel Vortumnus, deus uertẽdarum rerum, id est mercaturæ, ut Mercurius. I. V. 107 b, Qui à signo Vertumni in circum maximum uenit.

Veruex, cis. mas inter oues castratus. de L. 181, Quod sacrificij genus Lare ueruecibus fiat.

Verùm. sed. de Orat. 94 a, Sed siue est ars, siue non, non est quidem ea negligenda, uerùm intelligendum est, alia quædam esse maiora. & 121 a, Verùm hoc (ut dixi) nihil ad me. & 135 a, & 141 b, pro Dom. 223 b, Eiectio nusquam est, uerùm sit. I. A. 200 b, Sed expectabantur Cal. Ian. fortasse non rectè, uerùm præterita omittamus. Ora. 147 b, Verùm enim oratori, &c.

Verum enim. at enim. de Orat. 147 b, Verum enim oratori, &c.

Verumenímuero. In Verr. 192 a, Verumenimuero duo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

denos ſeſtertios exegiſti.

Veruntamen, ſed tamen. Epi. 135 a, I. V. 252 a, Hæc Cleon amabat, ueruntamen non audebat, &c. & 103 a, & 62 a, Ep. 201 a, Non dubitabam equidem, ueruntamen, &c. & 9 a, Difficile eſt, &c. ueruntamen ipſe me confirmo. Tuſ. 180 b, Et ſi, &c. ueruntamen, &c. de Or. 329 a, & 141 b, Hoc leue eſt, ueruntamen non inutile. I. V. 57 b, & At. 20 a, & 118 b, Veruntamen ſi qua reliqua ſpes eſt, &c. Epi. 104 b, Vide quãti apud me ſis, etſi, &c. ueruntamẽ quod, &c. Atti. 5 a, & I. V. 148 b. Veruntamen pro inquam. de Fi. 49 b, 50 a, Verum opinor ſcriptorem tamen. Atti. 5 a, Veruntamen cum ibi eſſem.

Verus, a, um, ſincerus, ſolidus, expreſſus, germanus, certus, enucleatus, iuſtus, non fucatus ſpecie forenſi, ſed domeſticis inuſtus notis ueritatis. pro Pl. 265 a.) (. Adumbratus, ſimulatus, fucatus. Acad. 9 b. Intereſſe oportet ut inter rectum & prauum, ſic inter uerũ & falſum. & de Ora. 123 a. Ars diſſerendi, & uera ac falſa iudicandi. de Or. 111 b, Cum plus uno uerum eſſe nõ poſſit. I. V. 234 a Inter hũc & illum uerum & germanum Metellum multum intereſt. Or. 220 b, Neq; quicquam adhuc inueni firmius quod tenerem, quàm illud quod mihi ſimillimũ ueri uideretur, cum illud ipſum uerum in occulto lateret. Off. 39 a, Perſpicere quid in quaq; re uerũ ſincerumq; ſit. de Ami. 100 a. De uera & perfecta amicitia loquor. pro Fl. 159 a, Aſpiciant hos laudatores Flacci ex uera atq; integra Græcia. contra Rul. 71 a, Comitia uera.) (. Comitia adumbrata ad ſpeciem atq; ad uſurpationem uetuſtatis. de Am. 113 b, Verus ſincerus.) (. Simulatus, fucatus. Item: Vera male dicendi facultas. At. 274 a, Iuſta gloria qui eſt fructus ueræ uirtutis honeſtiſſimus. Item, Solida uera q; gloria Or. 198 b, Vel utrius, ſi uerum quærimus potius expers. & de Clar. 188 a, Verum quidem ſi audire uolumus orator, &c. Attic. 283 a, Si uera fateri uolumus. & 200 b, Si uerum ſcire uis. Qu. F. 317 b, Dic mihi uerum, num res, aut χαρακτὴρ non delectat? Oct. 330 b, Verum enim dicã utinam, &c. At. 42 b, Dicã enim quod uerum eſt. Att. 26 b, Hercule uerum ut loquamur, ſub contumelioſe, &c. Epi. 141 b, Licet enim uerum dicere. Atti. 61 a, Vt uerè loquamur. & de Or. 97 a Quod (ut uerè dicam) maximè facimus. de Or. 110 a, Sed tamen (ut uere dicã) mallẽ, &c. Att. 52 a, Vt uerè ſcribam. & ibi. Itaq; hoc tibi uerè affirmo. I. V. 272 a, Et uerè, ut dicam, &c. Att. 43 a, Vt tibi confiteor. Item: Indicabo tibi. Off. 3. b, Quod uerũ ſincerumq; eſt, id eſt naturæ hominis aptiſſimum. Off. 60 b, Tantum dabit amicitiæ, ut uerã amici cauſam eſſe malit. I. A. 204 b, Vera, grauis & ſolida gloria.) (. Præceps & lubrica dominandi cupiditas. Off. 65 b, Sed nos ueri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidam expreſſam effigiem nullã tenemus, umbra & imaginibus utimur. Part. 239 a, Tertius æqui, & ueri & recti. pro Mur. 141 b, Cato negat uerum eſſe, allici beneuolentiam cibo. Antequam 193 a, Neq; uerius eſt à ſingulis repetere officij fructum, quàm ab omnibus, id eſt æquius, uel facilius. de Le. 171 b, Aſſentior frater ut quod eſt rectum, uerum quoq; ſit, nec unquam aut oriatur, aut occidat. & 191 a, Cum aliquid uerum & rectum eſſe dicitur. In Sal. 274 b, Salluſtius in eo honore, non æquum & uerum duxit, nihil quod facere collibuiſſet.

Verum. pro eo quod factum eſt. Or. 208 a, Res, aut de uero, aut de recto, aut de nomine.

Veſanus, a, um. uecors, inſans. pro Dom. 213 b, Homo ueſanus & furioſus. & 224, Hæc furioſa uis ueſani trib. pleb. & de D. 132 a, Veſanus remex.

Veſcor, ris. utor, paſcor. de N. 37 b, Dij nec eſcis, nec potionibus ueſcũtur. Tuſc. 246 a, Lacte, caſeo, carne ueſcor. de N. 58 b, Sus eſt ad ueſcendum hominibus apta. de Fin. 66 a, Veſci iis rebus, quæ dulcem motum afferunt ſenſui. & 84 a, Veſci naſturtio. de N. 39 b, Eſt enim omne quo ueſcuntur homines penus. Or. 199 b, Quæ eſt in hominibus tanta peruerſitas, ut inuentis frugibus glande ueſcantur. de Fi. 138 b, Veſci uoluptatibus paratiſſimis.

Veſer, ris. flu. Off. 75 de Fin. 53.

Veſica, cæ. folliculus in quo urina colligitur. de Fimib. 85 a, Tanti aderant morbi ueſicæ & uiſcerum, ut, &c.

Veſicula, læ. de D. 115 a, Inflatas rumpi ueſiculas.

Veſpa, pæ. de Fini. 134 b, Veſpas aculeis uti uidemus. aliàs, Nepas legitur in ueteri codice & emendato.

Veſper. Heſperos ſtella. In Arat. Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia ueſper. l. Heſperos & Phoſphoros.

Veſpera, ræ. I. C. 130 b, Si accelerare uolent, ad ueſperam conſequentur. de Fin. 91 b, Ad ueſperam ueni.

Veſperi uel ueſpere. occidente ſole, tardè. Att. 1. 26 a, Quinto Iduum Feb. ueſperi è Philotimo literas accepi. de Ora. 109 b, & At. 220 a, Heri ueſperi. At. 39 a, Pridie ueſperi. pro Mil. 111 b, Egreditur è uilla ſubitò, cur ueſperis, quid neceſſe eſt tardè? At. 177 a, Cephalio mihi à te literas reddidit ad VIII Id. Martij, ueſpere.

Veſpertinus, na, num. de Nat. 36 a, Stella ueſpertinis temporibus deliteſcens, tum matutinis rurſum ſe aperiens. & I. A. 188 a, Atti. 211 b, Antemeridianæ literæ, & ueſpertinæ literæ.

Veſper, uel ueſperus, ri: extremum tempus diei. Att. 199 a, Cumq; mane in ſyluam me abſtruſi, nõ inde exeo ante ueſperum. de Am. 97 b, Cum ſenatu dimiſſo domũ reductus ad ueſperum eſt. & I. A. 175 a, Atq; ibi perpotauit uſque ad ueſperum. Tuſ. 247 a, Ab hora octaua ad ueſperum ſe cretò collocuti ſumus. Item: Vſq; ad ueſperum contentius ambulare. Att. 27 b, Epiſtolam cum à te auidè expectarẽ ad ueſperum, ecce tibi, &c. de D. 105 b, Vt ea ipſa die domum ad ueſperum redijt. de Or. 87 a, Vſq; ad extremum tempus diei collocuti ſunt inter ſe.

Veſta, ſtæ. de Nat. 39 b, Veſtæ nomen à Græcis, ea eſt enim, quæ ab illis ἑστία dicitur, uiſq; eius ad aras & focos pertinet. de L. 175 b, Cumq; Veſta quaſi focus urbis (ut Græco nomine eſt appellata, quod nos propè idem Græcum nomen interpretatum tenemus) conſpecta ſit, ei colendæ uirgines præſunt, ut aduigileturfacilius ad cuſtodiam ignis. pro Fon. 284 a, Veſta mater, & ignes illi ſempiterni nocturnis uigilijs ſeruati. I. C. 122 b, Ignis Veſtæ perpetuus & ſempiternus.

Veſtalis, le. de L. 173 b, Virgines Veſtales in urbe cuſtodiũto ignem foci publici ſempiternum.

Veſtibulũ, li. προπύλαιον. Atti. 89 b, I. V. 141 b, In primo aditu ueſtibuloq; templi. & de Orator. 138 a, In ædibus & templis ueſtibula & aditus. de Ar. 151 a, Aedem Telluris priuato ueſtibulo cõtineri. pro Cec. 291 b, Non modò limine tectoq; ædium ſuarum, ſed primo aditu ueſtibuloq; prohibere quempiam. & pro Cæl. 50 b, Nã ſi eſſent in ueſtibulo balnearum, non laterent. pro Mil. 105 a, Inſidiator erat in foro collocatus, atque in ueſtibulo ipſo ſenatus. Or. 320 b, Veſtibula nimirum & aditus ad cauſam faciet illuſtres. I. V. 271 a, Veſtibulum Siciliæ. & de L. 182 b, Veſtibulum ſepulchri.

Veſtigo, as. indago, ueſtigijs odoror. Poſt. 207 a, Hi uoluptates omnes ueſtigant atq; odorant de Or. 123 b, Et cauſas rerum ueſtigabimus. & 151 a, Aliquid quod cum deſidioſa delectatione ueſtiges.

Veſtigium, gij. reliquiæ, ſignum, nota, monumẽtum. pro Cec. 292 b, Cum pedem intulero, atq; in poſſeſſionẽ ueſtigium fecero, tum excludar. I. A. 153 a, Tu extra munitiones tuas ueſtigium ubi imprimas non habes. & pro Cec. 299 b, Imprimere ueſtigium in aliquo loco. Orato. 198 a, Curricula in quibus Platonis primũ ſunt impreſſa ueſtigia. de Natu. 62 a, Veſtigium ungulæ equi Caſtoris in ſilice. pro R. P. 130 b, Vt in hoc foro ueſtigium facere liceat. de Orator. 143 a, Veſtigium illud in quo ille poſtremum inſtitiſſet. & 145 b, & ad Her. 21 a, Stare in ueſtigio. Ac. 31 a, Antipodes aduerſis ueſtigijs ſtant contra noſtra ueſtigia. de Natu. 25 b, Stellæ nunquam curſus ſui ueſtigium inflectunt. In V. 212 a, Verrem in luto uoluptatum totius corporis ueſtigijs inuenimus. de Or. 93 b, Perſequi ueſtigia alicuius. pro Cl. 24 b, Conſequi aliquem ueſtigijs. de Cl. 193 b, Vt uidere poſſis quemadmodum in ſpacio Qu. Hortenſium ipſius ueſtigijs perſecuti ſumus. I. V. 147 a, Vt omnes mortales huius auaritiæ non ſolùm ueſtigia, ſed etiam cubilia uidere poſſint. de Fi. 125 a, Quacũq; ingredimur in aliquã hiſtoriã, ueſtigiũ ponimus. I. A. 189 a, Ille autẽ quas fecit ſtrages: ubi cunq; poſuit ueſtigia? Tuſ. 161 a, Memoriã eſſe ſignatarũ rerũ in mẽte ueſtigia. pro Seſt. 5 b, Veſtigia alicuius non preſſa leniter ad exigui prædicationẽ temporis, ſed fixa ad memoriã omnium ſempiternam. de N. 9 b, Deus ille quẽ mente noſcimus, atq; in animi notione tanquã in ueſtigio ponimus. I. P. 84 a, Eodẽ in tẽplo, eodẽ & loci ueſtigio & tẽporis. Qu. F. 303 a, Nõ uidiſſes fratrẽ, quem reliqueras, ne ueſtigiũ quidem eius, nec ſimulachrũ, ſed quandã effigiẽ ſpiritis mortui. I. V. 99 a, Veſtigiũ iſtius in foro nõ eſſet relictũ. de Or. 88 a, Quid in Numa Pompiliſnũ quod eloquẽtiæ ueſtigiũ appareat? pro Cor. 57 a, Extare ueſtigia: id eſt, apparere. de D. 137 a, Inerant enim in utriuſq; noſtrũ animis uigilãtium ueſtigia. Epi. 58 a, Ne ueſtigiũ quidẽ ullum eſt reliquum nobis dignitatis. ad Her. 7 b, Si ueſtigium rei fuerit. pro Cl. 23 b, Indicia et ueſtigia ueneni. pro Q. R. 53 b, Saturius aliud fraudis in eodem ueſtigio diuerticulum reperit. I. V. 212 a, Leuiter preſſo ueſtigio perſequi aliquid.

Veſtimentum, ti. ueſtis, ueſtitus. pro Mil. 106 b, Milo domum uenit, calceos & ueſtimenta mutauit. pro Fl. a, Affers purpuram Tyriã, in qua tibi inuideo, quòd unis ueſtimentis tamdiu lautus es. de L. 183 a, Sex. Aelius dixit ſe ſuſpicari, leſſũ genus aliquod eſſe ueſtimẽti lugubris. ad Her. 7 b, & 40, Cruor in ueſtimentis.

Veſtinus ager. contra Rul. 79 a.

Veſtio, ſtis. tego, obduco, conſtituo. Attic. 28 b, Deniq; etiam Vatinij ſtrumã ſacerdotij διβάφῳ ueſtiãt. de N. 50 a, Animãtes aliæ corijs tectæ, aliæ uillis ueſtitæ. Tuſ. 163 a, Multitudo pecorum ad corpora ueſtiẽda. pro S. R. 43 a, Quaſi uerò neſcias hunc ali & ueſtiri à Cælio, etc. & ibi. Niſi hoc indignũ putas, quod ueſtitum ſedere in iudicio uides. I. V. 228 b, His tabulis interioris templi parietes ueſtiebantur. de Nat. 54 b, Natura oculos mẽbranis tenuiſſimis ueſtiuit ac ſepſit. de Vn. 198 b, Deus animã circundedit corpore, & ueſtiuit extrinſecus. de Nat. 52 b, Montes ueſtiri ac ſylueſtres. de Nat. 45 b, Terra ueſtita floribus. de Or. 96 a, Inuenta ueſtire atq; ornare oratione. de Na. 45 a, Quem cum perpetuo ueſtiuit lumine Titan. de Clar. 196 a, Recõditas exquiſitaſq; ſententias mollis et pollucẽs ueſtiebat oratio. de Fa. 147 a, Hoc modo uiator bene ueſtitus cauſa ceſſatori fuiſſe diceretur, cur ab eo ſpoliaretur.

Veſtis, ſtis. ueſtitus, ueſtimentũ. Poſt. 206 b, Cum uos ueſtem mutandam cẽſuiſſetis, cunctiq; mutaſſetis. & Qu. Frat. 308 a, Veſtem tum filius mutauit. Poſt. 200 b, pro Seſt. 8 b, Hac mutatione ueſtis facta, omitto, &c. de D. 105 a, Cæſar cum purpurea ueſte proceſſit. & 116 a, Cæſar ueſtitu purpureo excors, etc. pro Cæl. 45 a, Diſcidit ueſtem, reſarcietur. In Piſ. 99 b, Veſtis ſeruilis. I. V. 261 b, Eſt Sthenius hic cum hoc capillo atq; ueſte domo ſua expilata. I. A. 173 a, Preciosa ueſtis, lauta ſuppellex. con. Rul. 73 b, In pecore, auro, argento, ebore, ueſte, ſupellectili. de Or. 98 a, Non explicata ueſte, neque propoſito argento. In Ver. 224 a, Quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem ueſtem conficiendam fuit. In V. 144 b, Veſtis ſtragula & ibid. Veſtis Melitenſis. I. V. 365 b, Veſtis limtea. Tuſ. lib. 1, Veſtis famularis. lib. 2, Veſtis furialis.

Veſtitus, a, um. I. P. 93 b, Ipſe cum hominibus XV. malè ueſtitis ad patrem peruenit. pro Cæl. 59 b, Homines calceati & ueſtiti. Tuſcu. 241 a, Sepulchrum ſeptum undique & ueſtitum uepribus & dumetis. ad Her. 38 b, Cum cinædorum prodierit optimè ueſtitus, palla inaurata indutus, &c.

Veſtitus, tus. ueſtimentum, ornatus. pro R. P. 127 a, Is crudelitatem regis in togatos ueſtitus mutatione uitauit: nam & ſoccos habuit, & palliũ more Græcorum. de In. 48 a, Veſtitu nimio indulges. de Fin. 79 a, Voluptas pulcherrimo ueſtitu et ornatu regali in ſolio ſedẽs. At. 7 b, Vir muliebri indutus ueſtitu. pro S. R. 42 b, Veſtitũ, quo tectius eram, tibi dedi. contra Rul. 68 b, Veſtitus obſoletior, corpus incultum & horridum. pro Seſt. 9 b, Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia ac penè fuſca. pro Seſt. 9 b, Subitò edictũ conſules, ut ſenatores ad ſuum ueſtitum redirent. & 10 a, Veſtitum mutare. In An. 242 a, Cuius ſcelere in hac ueſtitus fœditate ſumus. pro Q. 9 a, Victus ueſtitusq; neceſſarius. de Cl. 196 a, Veſtitus orationis. de N. 45 b, Riparum ueſtitus uiridiſſimi. & 58 b, Veſtitus denſiſſimi montium.

Veteranus, a, um. ueterani milites dicebãtur, qui uiginti annos militauerant. I. A. 154 a, Veterani, qui appellabantur, ad ſpem nouarum prædarum incitabãtur. et 184 a, C. Cæſar firmiſſimum exercitũ inuictiſſimo genere ueteranorũ militum cõparauit. Tuſ. 193 b, Veteranus miles.

Veterator, ris. I. V. 155 a, Homo callidus & ueterator. de Clar. 171 b, & 180 b, Quint. Frat. 314 b, Dionyſius eſt ueterator magnus. de Fimib. 75 b, Acutus, aſtutus, ueterator.

Veteratorie. uafrè. uerſutè, callidè. ſubdolè. Or. 205 b, Acutè & ueteratorie dicere.

Veteratorius, a, um. fallax, doloſus, malicioſus. In V. 105 a, Nihil ab iſto tectum, nihil ueteratorium expectauerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritis.de Cl.189 a, Splendida quædam & minimè uetera toria dicendi ratio. & 186 b, Et eã accurationẽ citius ue teratoriam, quàm oratoriam diceres.

Veternus, ni. morbus insaniam inducens, & pigros homines faciẽs, & somniculosos, λήθαργον Græcè nominãt. accipitur etiam pro hydrope, siue aqua intercute. Ep. 25 a, Erat in eadem epistola ueternus ciuitatis, gaudebã sanè, & nostrum amicum congelasse lætabar ocio. & 115 b, Veternus ciuitatem occupauit.

Veterrimus, a, um. peruetus. antiquissimus. de N. 10 a, Veterrimi poetæ. Fam. l. 16. 12, Pro nostro ueterrimo ueris simoq; amore Trebonij.

Vetitum, ti. de L. 171 a, Et hæc & alia iussa, & uetita populorum.

Veto, as. prohibeo, absterreo.)(Iubeo, cogo. de Or. 117 a, Lex peregrinum uetat in murum ascendere. & I. P. 90 a, Quod omnes leges plenissimè uetant. Ac. 28 b, Tu me reb. incognitis assentiri uetas. Ep. 70 a, Rationes à te collectæ uetabant me reip. penitùs diffidere. & pro Cl. 31 b, Et eũ saluti desperare uetuit. de Am. 112 a, Acta agimus, quæ uetamur ueteri prouerbio.

Vetulus, a, um. de Fin. 133 b, Arbor & uetula, & nouella. At. 214 a, Mulier uetula sanè & multarum nuptiarum. pro Qu. 5 a, Gladiator uetulus. de Am. 109 a, Equis uetulis teneros anteponere solemus. Fam. li. 7, Serò sapiunt. Tutum mi uetule, non serò prunas illas rabiosulas sat fũ tuas dedisti.

Vetus, ris. antiquus, priscus, quod uetustatem fert. pro Ce. 293 b, Hoc iam uetus est, ei maiorum exemplo multis in reb. usitatum. de Or. 98 b, Vetus et usitata exceptio. Att. 281 a, Paterna magna, & uetus & iusta necessitudo. Ep. 121 a, Amicitia peruetus mihi cum eo est. Tus. 183 a, Exercitatus & uetus miles. l. V. 216 b, Segesta est oppidũ peruetus in Sicilia. de Clar. 168 a, Themistocles ut apud nos perantiquus, ut apud Athenienses nõ ita sane uetus. pro Sest. 6 b, Veteres uexatores ætatulæ suæ despiciens. I. A. 201 b, Maiores nostri ueteres illi admodũ antiqui, leges annales nõ habebãt. & de Or. 100 b, Primum quia uetres illi, & c. de Am. 109 a, Veterrima quæq; (ui ea uina quæ uetustatẽ ferunt) esse debent suauissima. de Vn. 201 b, Credendum est ueteribus & priscis, ut aiunt, uiris.

Vetustas, tis. antiquitas. senectus. pro Dom. 237 a, Peritiores uetustas fecit. & de Or. 111 b, Historia nũcia uetustatis. Att. 225 b, Hæc nõ uidẽtur habitura uetustatẽ. de In. 43 a, Res ab nostra memoria propter uetustatẽ remotæ. de Or. 101 a, Verborum prisca uetustas. et ibi. b, Vetustatis exempla oratori nota esse debent. pro Deio. 150 b, Hæc nulla unquam uetustas obruet, nulla unquam delebit obliuio. de Or. 106 b, Veteres leges aut ipsas sua uetustate consenuisse, aut nouis legibus esse sublatas. cont. Rul 85 b, Sed certè si paululũ assumpserint uetustatis ac roboris, non continebuntur. de Cl. 191 b, Nimia uetustas non habet eam, quam quærimus suauitatẽ, nec est iã sanè tolerabilis. I. A. 186 a, Municipium uetustate antiquissimum. ad Her. 24 b, Viri iam satis omnib. uetustate probati de Sen 91 a, Vinũ uetustate coaceſcit. de D. 132 b, Vinũ uetustate euãescit de Am. 109 a, Magna est enim uis uetustatis & consuetudinis. de D. 103 a, Affert autem uetustas. 61 b In rebus longinqua observatione incredibilem scientiam.

Vetustus, a, um. uetus, antiquus. Ep. 219 a, Cum Demetrio mihi uetustum hospitiũ est. & 83 a, Ratio uetustæ disciplinæ. pro Cl. 18 b, Opinio tam penitùs insita, tam uetusta. de Cl. 172 a, Sed multo tamen uetustior & horridior ille quàm Scipio.

Vexatio, onis. magna & infesta quædã agitatio uel iactatio. I. C. 101 a, Tibi uexatio direptioq; sociorũ imposita fuit. & 118 a, & 120 b, Tus. 213 a, Afflictio est ægritudo cum uexatione corporis.

Vexator, oris. exagitator. de Ar. 255 a, Is crudelis uexator reip. fuit. I. A. 188 b, Direptor et uexator urbis. pro Sest. 6 b, Veteres uexatores ætatulæ suæ despiciens. pro Mil. 108 a, Milo uexator furoris Clodij.

Vexatus, a, um. exagitatus. I. A. 188 a, Canutius, à quo eras honestissimis conciombus & sæpe & iurè uexatus.

Vexillum. li. signum. I. A. 179 b, Vt uexillum uideres, et aratrum circũduceres. & 168 a, Vexillo opus est, cõuolabunt. Ora. 211 a, X literam è uexillo & paxillo consuetudo euellit. I. A. 200 a, Qui si Romam redierit, num quando perditis ciuibus uexillum, quò concurrant, desiturum putatis?

Vexo, as. agito, exagito, uexator sum, diripio, populor, infestum reddo, insulto, malè habeo, miserum habeo. I. C. 103 a, Cùm bello uastabitur Italia, uexabuntur urbes, tecta ardebunt. l. V. 174 a, Prouincia populata atque uexata. I. V. 87 a, Quæ oppidatur diripiẽda et uexanda eu rasti. & 95 b, Spoliãda ac uexanda. Epistol. 23 b, Interea cum meis copijs omnibus uexaui Amanienses hostes, & c. pro Sest. 3 a, Qui omnia diuina & humana uexarunt, uiolarunt, perturbarunt, euerterunt. pro Dom. 225 a, Vxor mea, quam uexauistis, raptauistis, omni crudelitate laceraustis. pro Do. 213 b, Quæ te tanta pœna tuorum scelerum uexatut arbitrere, & c. pro Qu. 18 a, Multis uexatus contumelijs, multis iactatus iniurijs. & pro Sest. 17 a, Caio Pisonem uerbis uexauit. pro Fl. 156 b, Aliquẽ probris omnibus maledictisq; uexare. Tus. 233 a, Vexatur idem Theophrastus & libris, & scholis omnium philosophorum, quod, & c. de Leg. 164 a, Solicitudo uexat impios. pro Mil. 106 a, P. Clodius statuit omni scelere uexare rempub.

Via, uiæ. iter, angiportus. uia tamen propriè est iureconsultis, qua uehiculum ire potest. l. V. 222 b, uia qua Assoro itur Ennam. & de Fi. 99 b, uia quæ est hinc in Indiã. I. V. 228 a, Cæteræ urbis partes una uia lata perpetua multisq; transuersis diuisæ priuatis ædificijs continentur. l. V. 101 a, uideo quot dierum uia sit. pro Cec. 289 b, Dare uiam alicui per fundum suum. At. 259 b, et 260 a, Longulum sanè iter, & uia inepta. l. A. 231 a, In Syriam patebat uia certa neq; longa. Ep. 149 a, Viennam equites mille uia breuiore præmisi. Quint. Fra. 318 a, Ex eo loco recta uitularia uia profecti sumus in Suffidianũ. At. 143 b, Cursare huc & illuc uia deterrima. pro Plan. 280 a, Qui antequàm de meo aduentu audire potuissent, alii quorum dierum uiam in Macedoniã, ad Planciumq; peruexi. de D. 86 a, Itaq; reuertit ex itimere, cũ iam progressus esset multorum dierum uiam. de D. 101 b, uia nouæ Romæ. & pro Pl. 262 b, uia sacra Romæ, ad quam itur à fornice Fabiano. de For. 69 b, uia illa nostra, quæ per Macedoniam est usq; ad Hellespontum militaris. de Fin. 125 a,

125 a, Declinare de uia ad dextram. Ep. 237 b, Dare se in uiam. Item: In uiã quòd te des hoc tẽpore, nihil est. pro Fon. 277 b, Munire uiam & munitiones uiarum. l. P. 88 a, Obsessio militaris uiæ. de N. 53 b, Viæ ab intestinis ad iecur ductiæ ac directæ. l. A. 172 a, Quis nescit, uenisse eã tot dierum tibi uiam gratulatũ & 243 b, Tres uiæ sunt ad Mutinam, à supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. At. 75 b, Nunc iter conficiebam, æstuosa et puluerulenta uia. Offi. 12 b, Erraui uiam monstrare. de Sen. 78 a, Volumus sanè tanquam aliquam uiam lõgam confeceris, qua nobis quoq; ingrediẽdum sit, isthuc quò peruenisti, uidere quale sit.

Via. ratio, forma, institutum. Or. 207 a, Quæ res duplicem habuit docendi uiã, & c. de D. 129 b, Dij dant nobis uias ad significationum scientiã. Ep. 57 b, Et me in ipsius cõsuetudinẽ insinuabo, & certè omnes uias persequar, quibus putabo ad id quod uolumus, peruenìri posse. de Cla. 168 b, Via et arte dicere. de N. 42 a, Via progredi. de D. 108 b, Optimarum artium uias tradere suis ciuibus. Of. 20 a, Officium, quod ab eo ducitur, hanc primùm habet uiam, quæ deducit ad conseruationem naturæ. pro Mu. 135 b, Hæc omnia tibi accusandi uiam muniebant, adipiscendi obsepiebãt. Qu. F. 292 b, Græci omnes uias pecuniæ norunt, omnia pecuniæ causa faciunt. Quin. Fr. 301 b, Via iuris eiusmodi est, ut, & c. de Fi. 60 b, Via uiuendi simplex, et aperta, et directa. I. C. 120 a, Cæsar hãc reip. uiam, quæ popularis habetur, secutus est. Orato. 197 b, Inusitatas uias indagare, tritas relinquere. de Di. 109 a, Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant uiam. I. A. 240 b, Quod si erratum est, spe falsa & fallaci redeamus in uiam. de I. 164 a, Deducere in uiam. pro Mur. 130 a, Inire uiam, Redire uiam. de Leg. 159 b, Hi non iustitiæ, sed litigandi tradunt uias. Offic. 41 a, Hæc uia ad gloriam proxima est, & quasi compendiaria. de Clar. 191 a, Vt eam uiam laudis esse duceret rectissimam, quam maiores eius ei tritam reliquissent. Item: Quod si ita putas, totam ignoras uiam gloriæ. Item: Ignoras uerum iter gloriæ.

Viaticum, ci. uiæ impẽsa, atq; itineris subsidium. At. 197 a, Velim uideas & quid instrumenti & quid uiatici satis sit. At. 114 a, et pro Pl. 264 a, Qu. Ticinius uiaticum se negat habere. Ep. 184 b, Legato tuo uiaticũ eripuerunt. At. 58 a, Viaticum Crassipes præripuit. & 123 a, Ad Philotimũ scripsi de uiatico. In. 247 b, Videomihi opus esse uiatico. de Se. 91 a, Potest quicquã esse absurdius, quàm quò minus uiæ restat, eò plus uiatici quærere.

Viarius, a, um. ad uiam quod attinet. Epist. 116 a, Lex uiaria Cælij.

Viator, oris. quicunq; iter facit. pro Mil. 112 a, Nõ semper uiator à latrone, nonnunquam etiam latro à uiatore occiditur. At. 29 a, Nisi quid ex prætereunte uiatore exceptum est, scire nihil possumus. Qu. F. 215 b, Faciam quod uiatoribus, cum properant, ut, & c. In Vat. 33 a, & pro Fon. 282 a, Misisti uiatorẽ, qui M. Bibulum domo ui extraheret. de Se. 89 a, Qui à uilla in senatum senatores accersebant, uiatores nominati sunt. Atti. 146 b, Quod cũ è uiatore quodam esset auditum, missi, & c. de Fa. 147 a, Hoc modo uiator bene uestitus causa crassatori fuisse diceretur, quòd ab eo spoliaretur.

Vibo, onis. op. Ar. 40. 255, & pro Pl. 279 b, Vibonensis. At. 255.

Vibro, as. tractare, agitare, micare. de Orat. 137 b, Samnites, qui uibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnãdo nihil utuntur. & Offi. 38 b, Vibrare hastam. l. C. 109 a, Qui ficas uibrare & uenena spargere didicerunt. Ora. 210 a, Demosthenes cuius non tam uibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. & de Cl. 196 a, Oratio incitata & uibrans. Ac. 36 b, Mare cum à sole colluitur, albescit & uibrat.

Vicanus, ni. qui in uico habitat. de D. 108 a, Vicani aruspices. pro Fl. 147, Timolites Vicanus.

Vicarius, a, um. successor, qui uicẽ alterius obtinet, uel in eius locum succedit, qui pro aliquo in aliquo munere cõstitutus est. Q. de Pe. 210 b, Pro Syl. 172 a, An hoc regnũ appellabitur? cuius uicarius qui uelit esse, inueniri nemo potest, longè abest regni suspicio. & At. 285 a, Vicarius alienæ dominationis. l. V. 219 a, Succedam ego uicarius tuo munere, suscipiam partes tuas. Ep. 265 b, Itaq; do te uicariũ, tu eum obseruabis. pro Cec. 296 a, Procurator penè domimus & alieni iuris uicarius. pro Mur. 143 b, Nolite mihi subtrahere uicarium diligentiæ meæ. pro S. R. 36 b, In his operæ nostræ uicaria fides amicorũ supponitur: id est, in mandatis.

Vicatim. rij. In alterius serui peculio seruus. I. V. Hic Dio genetus uicarium nullum habet, nihil omnino peculij. et 95 a, Pecunia omnium uicarijq; retinentur. I. V. 174 a, Quinquaginta oratores ita uideo deiectos, ut ijs ne uicarij quidem successerint. l. A. 240 a, Quòd si in bello dari uicarij solerent, libẽter me, ui Brutus emitteretur, pro eo includi paterer.

Vicatim. per singulos uicos. pro Do. 239 a, Seruorum omnium uicatim celebratur tota urbe descriptio. & pro Sest. 10 a, Cur uicatim serui omnes conscriberẽtur, etc. At. 56 a, Vicatim ambire, seruis apertè spem libertatis ostendere.

Vicem. fortunam, sortem. pro Dom. 214 b, Mihi uninecesse est, & meam & aliorum uicem pertimescere. Epi. 176 b, Valde & meam & uestram uicem timeam necesse est. At. 279 b, Reip. uicem doleo. & 133 a, Vt meam uicem doleres, cum me uideres derideri. At. 58 a, Nos malo solatio consolamur, quòd ipsius uicem minimè dolemus. & Ep. 56 b, An illius uicem (credo) doles? Epi. 197 b, Respublica, in qua tuam uicem sæpe doleo, quòd nullam partem per ætatem sanæ & saluæ gustare potuisti. I. V. 99 a, Nos si alienam uicem pro nostra iniuria dolerenus, uestigium istius in foro non esset relictum. Atti. 92 b, Sed mehercule Curionis & Pauli meorũ familiarium uicem doleo. Ep. 10 a, Quãquam ille nostrã uicem ultus est ipse per sese. pro Sest. 5 a, Recito uicẽ officij præsentis, testimonium præteriti temporis.

Vice. uel uicẽ. pro loco. At. 161 b, Nisi fortè me Sardanapali uice in suo lectulo mori malle censueritis. de L. 175 a, Si fingenda nomina uice poetæ, & c. Posteq. 203 b, Vos qui apud me uim et numẽ deorũ tenetis. de L. 180 a, Nulla est persona, quæ ad uicẽ eius qui è uita emigrauit, pro pius accedat, quàm hæres.

Vicenus, na. l. V. 117.

Vicesima, mæ. tributũ, quũ de uicenis unũ pẽditur. At. li. 2, Quod uectigal supereſt domesticũ præter uicesimã?

Vicesimus, a, um. uigesimus. Epistol. 198 a, Altero & uicesimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cesimo die.& de Fi.86 a,Quin.Fra.321 d,Vicesimo die lunæ.Nobis superstitem ædium Consules,de cõsilij sententia.

Vicetini.pop.Ep.176,Bruti.

Vicies.aduerb.At.lib.4 a, Aestimarunt HS uicies.& lib. 2,Bis & uicies,& pro Clu.

Vicinia,niæ.uicinitas. Tusc.155 b, Inde in uicinia nostra Auerni lacus.

Vicinitas,tis.uicinia,propinquitas.I.V.222b,Signũ quod erat notũ uicinitati,buccina datur. pro Cl. 45 a,Cur in istam uicinitatem meretriciam te cõtulisti? pro S.R.41 a,Cantu neruorum tota uicinitas personat. pro S. R. 21 a,Sex Roscius Amerinus fuit non modò sui municipij, uerùm etiã eius uicinitatis facilè primus.& ib. Hic præter cæteros in ea uicinitate eam partem causamq; defendit.pro S.R. 16 a,In Vmbria, atq; in ea uicinitate. pro Cl.20 a,Sed etiam regionis illius ac uicinitatis facilè primus.pro Pl.263 a, Iam municipia coniunctione etiã uicinitatis uehementer mouetur. Off.46 b, In uicinitatibus & confinijs.pro Cluent.27 b, Mihi cum eo uicinitas & magnus usus est.Post.398 d,Amicitiæ, cõsuetudines,uicinitates.& de Fi.140 a, Vicinitas cum ciuibus. de In.50 d,Vicinitas totius regionis.Ac.35 a, Versari in uicinitate.Ep.71 a, Cum forum cõmune sit, uicinitas nõ requiritur. At.73 a, Propter uicinitatẽ totos dies simul eramus.pro Pl.263 a,Scire enim hoc propter uicinitatẽ facilè possũ.de Cl.178 b,Artiũ studiorũq; quasi finitima societas.de N.54 b, Narras nõ sine causa uicinitatẽ oris secutæ sunt.pro Ra.92 d, Cum singulari uoluntate Campaniæ uicinitatis ornetur.

Vicinus,a,um.propinquus,finitimus, proximè accedens ad aliquid.At.122 a,M.Lepidus uicinus noster.& 30 b, Vicinus proximus.& 215 a,& I.C.109 d, & Off.63 b, & Qu.Fr 300 b,Interior uicinus,pro S.R.25 b,Possum multos proferre uel tribules uel uicinos meos,qui, &c. pro Syl.178 a,& ad Her.27 a,Cum cæteri deficerent finitimi ac uicini. Or.307 a,Dialectica uicina & finitima Rhetoricæ. Or.198 b,Est autem quidam interiectus intermedius uicinus amborum. Off.73 a, Fides in Capitolio uicina Iouis Opt.Max.I.V.85 a,Latona grauida,& iam ad pariendum uicina.

Vicissim.pariter,inuicem.Cæs.37 d,Acd.31 d, Vos ab illo irridemini,& ipsi illum uicissim eluditis.de N.30 a,Terrã uno tempore florere,deinde uicissim horrere. Item, Oculorum & hilaritatis & uicissim tristitiæ modũ res ipsæ temperabunt.de Fi.105 d,Quod iustum est, honestum est:uicissimq; quod honestum est,iustum est. de D. 82 a,Si sint ea genera diuinadi uera, esse deos:uicissimq; si dij sint,esse qui diuinent.de Fa.140 b,Mutuari ab aliquo, & ei uicissim reddere aliud quidpiam. de N. 65 b, Cum eadem uicissim retrò commeant.& 42 b, Deinde retrorsum uicissim ex æthere aer oritur.& 26 a, Te audire uicissim uellem. pro Cæl. 45 a, Redeo nunc ad te Cæli uicissim.Epi.34 d, Hoc ego meo facto delector,est enim.& c.considera nunc uicissim tuũ.de N.60 a, Præbebo me tibi uicissim attentum contra Stoicos auditorẽ. At.232 b,Veruntamẽ expecto quid ille tecũ, quid tu uicissim.de Se.86 b,Refrigeratio in æstate,& uicissim in hyeme ignis hybernus.& 89 d,Vbi enim potes æquè calescere apricatione, uel uicissim umbris aquisue refrigerari.In Sal.273 d,Non enim me speraſti mutuã tibi gratiam relaturum,ut uicissim tuos compellarem.

Vicissitudo,nis.commutatio,uarietas quædam. Tu.243 d,Quæq; ex alio in aliud uicissitudo atq; mutatio.et 162 d,Vicissitudines dierum & noctium, commutationesq; temporum quadripartitæ.et de In.54 d, Diurnæ nocturnæq; uicissitudines.Epi.68 d, Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporũ uarietates fortunæq; uicissitudines.de Or.164 d, Ad actionis suauitatẽ quid est uicissitudine & uarietate & commutatione aptius? pro Mur.142 b, Pop. Romanus distinguit ratione officiorũ & temporũ,uicissitudinẽ laboris ac uoluptatis. de Am. 105 b,Nihil est remuneratione benenolentiæ, nihil uicissitudine studiorum officiorumq; iucundius.Par. 241 b, Altera ad uicissitudinem referendæ gratiæ pertinet. de Or.161 d,Pedes aut choreos aut heroes aut alternos esse oportet.nam horũ uicissitudines efficiũt,ut,&c.de Ar. 248 d, Vix quisquam arte ulla rerum ordinem ac uicissitudinẽ persequi potest.de Na.51 a,Ea uicissitudo in omni cursu conseruatur.et 12 a, Qui rerũ uicissitudines ordinesq; cõseruet.& 42 b,Vicissitudine elementorũ mũdi continuata natura est.& 45 b,Impetus cœli constantissimè conficiẽs uicissitudines anniuersarias.de Leg.272 b,Dierum noctiumq; uicissitudines.Of.27 a,Vicissitudine nonnunquam utendum putet.

Victima,mæ.hostia.de In.74 a,pro Flac.164 a, Quã potestis P.Lentulo mactare uictimam gratioremẽ et de Fi. 77 b,Seq; è continenti genere tertiam uictimam reipublicæ præbuit.

Victor,oris.felix in bello gerẽdo.Epi.54 b, Multa enim uictori eorum arbitrio per quos uicit, etiam inuito facienda sunt.pro Pom.9 b,Ille ipse uictor L.Sylla.et I.P.82 b, Cn.Pompeius gentium uictor.& de Ar.255 b, Ille externorum bellorum hostiumq; uictor.de Di.120 a, Galli uicti silere solent.canere uictores.& ib.Galli uictores alacritate & quasi lætitia ad canẽdum excitantur.I.A.172 b,Cæsar Alexandriam se recepit felix.

Victoria,riæ.palma,triumphus,trophæum, res bene gesta.)(Offensio.pro Mar.132 a,Victoria,quæ natura insolens atq; superba est.At.283 a, Facilius in timore beningni,quã in uictoria grati reperimur.pro Cæl.41 a,Qui ex reip. causa sibi gloriosam uictoriam consecutus est. Att.178 b,Quodammodo uictoria excidit è manib.pro Mu.126 b,Finem stipendiorum,patris uictoriã & triũphum fuisse. de Pro. 71 b, Literæ quæ rem bene gestam in bello nunciarent.

Victoria sudauit Capuæ.de Diu.lib.1, Victoria in bellis ciuilibus,etiãsi ad meliores uenit,tamẽ eos ipsos ferociores reddit.4 Fam.Victoria acerbissima.6 Fa.Victoria ciuilis.pro Deiot. Victoria belli ciuilis, malorũ extremũ. 9 Fa.Victoria crudelis.4 Fam.Victoria funesta orbi terrarum.10 Fam.Planci, Victoria horribilis.10 ad Attic. Victoria inclinata.9 Fam.Dolabellæ:Victoria in ciuilibus bellis semper insolens. 4 Famil. Victoria naualis. Diu.lib.1.Victoria Olympiorum.Tusculan.q.lib.2, Etenim adhuc ita uestri cum illo rege contenderunt Imperatores,ut ab illo insignia uictoriæ, non uictoriã reportarent.pro Lege Manil.5 a,Victoriæ ludi.2 in Verr. In uictoriæ possessione permanebit.10 Fam.Plan.Victoriæ suæ uota facere.6 Fa.A. Cecinnæ gloriosa uictoria.

pro Cælio.Victoriam constituere, pro Ros. Amer. Victoriam subire,Fami.Victoriam diutius tenere,9 ad At. Cæsaris.Victoriã uincere,pro Marcel.Ex uictoria cùm multa mala,tum certè tyrannis existet,7 ad Attic.In uictoria alacris exultat improbitas,1 ad Atti. Parta uictoria conseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt,Offi.1.Victoria diuturna uti, 9 ad Attic. Cæsaris. Cuius adolescẽtia ad scientiam rei militaris,nõ alienis præceptis,sed suis imperijs:nõ offensionibus belli,sed uictorijs:non stipendijs,sed triũphis est tradicta, pro lege Manil.9 a,b.

Victoriatus,ti.genus numi.pro Font.278 d, Nulchalone, serenè umbimos & uictoriatos mille.& ibid. Ternos uictoriatos.

Victoriolas aureas Dionysius sine dubitatione tollebat, de N.77 d.

Victrix,cis.At.278 d, Erat uictrix respublica cæsis hostib. & pro Clu.20 b,Mater uictrix filiæ, non libidinis. pro Sest.29 b,Manus illa Clodiana in cæde ciuium iam sæpe uictrix.Tus.174 d, Oraculum erat datum,si rex interfectus esset, uictrices Athenas fore.At.lib.5, 81, Victrices literæ.i.Victoriam nunciantes.

Victurus,a,um.I.A.189 d,Is dixit,nisi qui uicisset,uicturũ esse neminem.

Victus,a,um. superatus, subactus, conuictus, fractus.pro Fon.281 b,Victi & subacti populi.& At.274 d, Exercere iracundiam in superatos.

Victus,ũs.pro Quint.9 d,Victus uestitusq; necessarius. & de Orator. 105 d, Vt ei uictus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur.Atti.195 d,Nunc planè nec uictum ullum,nec uitam colere possum.Tu.240 b,Dionysius omni cultu & uictu humano carebat.Offic.12 d,& de Fi.83 b, Vita uictusq; communis in amicis uigent maximè.Off.35 b, Hominum uita plurimum distat à uictu & cultu bestiarum.de In.42 d,Victus ferinus. de D. 93 b,Qui salubri & moderato cultu & uictu quieti se tradiderit.Tusculan.247 d,b, De parsimonia Lacedæmoniorum & Persarum in uictu.de Cl.173 d,C. Tuditanus omni uita atque uictu excultus atque expolitus.Off.3 b, Parare ea quæ suppeditent ad cultum & ad uictum, &c.de Am.112 d, Qui paruo contentus, tenui uictu cultuq; delectatur.

Vicus,ci.pars urbis ex multis domibus constans, & inter eas area & uia,angiportus.pro Do.224 b,Cum conscriberes seruos ex omnibus uicis concitatos.pro Mil.113 b, Nullum in urbe uicum, nullum angiportum esse dicebant,in quo Miloni non esset cõducta domus.Ep. 233 d, Scribis te uicum uenditurum.pro Pom.4 b, Bithiniæ uicos complures exustos esse.Item Cobiamacho,qui uicus inter Tolosam & Narbonem est.& Ep.245 d,Fugeram,quæ fuit non uici instar,sed urbis.At.76 b, Concursus fiunt ex agris & uicis,& ex domibus omnibus.Of. 68 d,Omnibus uicis statuæ factæ sunt.Att.81 b, Omnib. uicis transire legem.

Videlicet.nimirum,scilicet,nam,enim.de Or.154 b, Aut si est uictus,eloquentior uidelicet fuit Socrates.pro Cl. 44 d,Maiores nostri statuerunt, ut sortitione in quasdam animaduerteretur,ut metus uidelicet ad omnes,pœna ad paucos peruenireț.de Ora.207 d, Aristoteles dicit rhetoricã quasi ex altera parte respondere dialecti-

cæ, ut hoc uidelicet inter se differant,etc.pro Cl.49 d, Qui eorum,quorum? uidelicet qui suprà scripti sunt. de Ora.126 a, Quamobrem hoc uos doceo Sulpiti, bonus ego uidelicet magister,ut positis,&c.de In.42 d,Quidam magnus uidelicet uir & sapiens.de Ora.129 d,Sapiens uidelicet homo cum primis nostræ ciuitatis. Tus. 248 d,Sed apud alios loqui uidelicet didicerat,non multum ipse secum.& 177 d,Te natura excelsum quendam uidelicet & humana despicientẽ genuit.Ep.39 d,Vix tãdem legi literas dignas Appio,plenas humanitatis, aspectu uidelicet urbis tibi tuam pristinã urbanitatem reddidit.de Fi.71 d,Hoc natura uidelicet uoluit.141 d,Hac uidelicet ratiõe.de L.172 d,Quos imitatus Plato uidelicet hoc quoq; legis putauit esse,persuadere aliquid,&c. de L.171 b,Quæq; ita cõposita sancitaq; essent,eas uidelicet leges nominarunt.de L.174 b, Castè iubet lex adire ad deos,animo uidelicet,nec tollit castimoniã corporis. pro Q.7 d,Huic molestus esse uidelicet noluisti.I.V.139 d,Licebat enim uidelicet legib.de In.63 b, Cũ ille alter, uidelicet qui nummos habebas,etc.pro Pl.279 b, Nihil uidelicet est eorum.i.quidẽ. At. 181 b, Videlicet cum illam epistolam ad me dabat,nondũ erat tibi id notum.de Or.138 b,Videlicet illa,nã is postquam,&c.quàm lõga est narratio? pro Sest.9 b,Videlicet ejciet quem uolet? Ep.267 d,Nã quæ parcius frater præscripserat, uerecũdia uidelicet & properatione,ea tu sine assentatione,ut erant,ad me scripsisti.Ep.264 d,& 263 d,Libros cõpone,uidelicet cum Metrodoro habebit, quãdo eius arbitratu uiuendum est.de Fi.120 b,Stoici hæc uidelicet uiderunt.& 11 d,Hæc uidelicet est correctio philosophiæ.

Videns,tis.pro Qu.9 d,Huic acerbissimum uiuo uidẽtiq; funus ducitur.prouerb.

Video,es.cerno,cõspicio,perspicio,prouideo,aspectu sentio,aspectu percipio, sensum uidendi uel oculorum habeo,ante oculos mihi uersatur uel obuersatur,sed quem accepi ipse oculis animoq; sensum, hunc uere apud uos, ut potero,planissimè exponam.I.V.157 d,Prouideo,considero.Ac.20 b,At ille nescio quis, qui in scholis nominatur,mille & octingenta stadia quòd abesset, uidebat. Ac.20 b,Ego Catuli Cumanum ex hoc loco regionẽ uideo,Pompeianũ nõ cerno.pro Mu.145 d,Quæ uerò mi seràda sunt,ea & mihi ante oculos uersantur, & uos uidere ac perspicere potestis.de Nat.99 d, Vt eum oculũ, quo bene uideret,amitteret.de Vn.197 d,Nihil igni uacuũ uideri potest.Qu.Fr.313 d, Apud Anitiũ uidebimus, ut paratũ sit.pro Cl.53 b, Quicquid mali per hos annos Cluẽtius uidit,id omne à matre est conflatũ. Tus.177 d, Videre licet quosdã,&c.I.V.214 b,Videre & perspicere aliquid oculis.Ep.80 d,Quem ego tam uideo animo, quàm ea quæ oculis cernimus.de Or.135 d, Vide,inquit, ista Scaure,si potes esse possessor.Epist.156 b, Videbis quid Lysoni,quid medico placeat.I.V.271 b,Vide etiam atq; etiam ac considera quid agas.Aca.16 d,Vide quæso etiã atq; etiam,ne,&c.& 17 d,Caue ne capiaris, ne fallaris uide. Tus.193 b,Videamus,ne,&c.& 184 d,Vide ne non ita sit.I.V.66 b,Prouide ne,&c.Ep.112 b, Vide modò,inquis,&c.At.189 d,Sed Septimiũ uide.& ibid. Procuratores Cornificij uidebis.I.A.201 d,Quid concupiscas,tu uideris:quid cõcupiueris,certè habebis. At.26 d,Sed id quoq; uidebimus.At.274 d,Sed de hoc tu uideris.de

vis.de Am.97 d,Quàm id rectè faciam,uiderint sapientes.Attic.94 a,Sed hoc fortuna uiderit,quoniam consilio uti nõ licet.et 60 b,Sed de illa ambulatione fors uiderit,aut si quis eth,curet deus.pro Cæl.44 b, Sed uidero hoc posterius.pro Qu.10 d, Quid mihi cũ ista summa sanctimonia?uiderint,inquit ista officia boni uiri.de Or.106 b,Quæ ars quàm sit facilis,illi uiderint,q;etc. dein de etiã tu ipse uideris,qui,&c.de N.61 b,Quàm simile istud sit,tu uideris.At.151 b,Sed tu id quanti æstimes,tuũ iudiciũ est.de Or.94 b,Ferè nemo est,quin acutius atq; acrius uicia in dicẽte quã ut recta uideat. At.130 d, Sed diligẽtius nobis est uidendũ,ne distracti,pares aduersarijs esse nõ posimus.de Se.94 b,Nõne uobis uidetur animus is,qui plus cernat & longius, uidere se ad meliora proficisci:ille aũt cuius obtusior sit acies, nõ uidere? de Am.103 b, Sed loquor de ijs,qui ante oculos sunt,quos uidemus.pro Mi.116 b,Cogitationes nostræ quæ uolunt sic intueantur,ut ea cernimus,quæ uidemus.

Videor,eris. cõpareo,specie offero,specie habeo uel præme fero.de In.83 b, Atq; etiã hoc mihi uideor uidere esse quosdam,&c.I.V.61 b,Videre iam uideor,etc.At.15 b, Obiurgaui senatum,ut mihi uisus sum, summa cũ auctoritate.& 16 b,Vt mihi uidebar,&c. I.C.120 b,Videor mihi hanc urbem uidere subitò uno incendio concidentem.et ib.Cerno animo,uersatur ante oculos.Ep.49 a,& 134 b,Vt speciẽ aliquã uiderer uidere quasi reuiui scẽtis reip.Of 53 b,Tertiò si id quod speciẽ haberet honesti, pugnaret cũ eo quod utile uideretur. con. Ru.84 b, Hæc consilia M.Bruto reprehendenda uisa sunt.pro Qu.104, Quid est quod hac tãdẽ de re uobis posit uideri? Or.203 a,Itaq; uideo uisum esse nõnullis,Platonis locutionẽ,etc.de Or.119 b,Si quid est in me, quod tã sperare uideor,quoniã,&c.& 112 a,Nunc Catulo audiente uideor debere nõ tam pugnare tecũ, quàm quid ipse sentiã, dicere. At.78 a,Quia consilijs ut uidemur bonis utimur.et Ep.257 a,Si uideris tibi me posse cõsequi. At.132 a,Cuius socius uideor esse debere.Ep.9 a,Neq; id facio (ut fortasse quibusdã uideor) simulatione.& 57 a, Cum cæteris (ut quidẽ uideor) tum ipsi mihi displiceo. Ep.57 a,et ib.Videor mihi perspicere,etc.de N.13 a,Videor audisse de L.Crasso,&c.de Clar.166 b, Videor iã te ausurus esse appellare. de Or.113, Sicut mihi uidetur, quantũ iudicare possũ. Att.98 b,Videre mihi uideor tã tã dimicationẽ quãta nunquã fuit.et 213 b,Hortos quoniã hodie eras inspecturus,quid tibi uisum sit,cras scilicet.Of.58 b,Induxit eã quæ uideretur esse,nõ quæ esset, repugnãtiã.de Se.77 a, Nũc aũt mihi uisum est,de senectute aliquid ad te scribere.de Am.98 b, Quo in genere sperare uideor amicitiã nostrã,etc.et 99 a, Sic enim mihi perspicere uideor, ita natos esse nos, &c. At.105 b, Puero de mãcipijs,quæ tibi uidebitur attribuas.de N.33 a,Sæpe de L.Crasso uideor audisse,cũ te togatis omnib. anteferret.Itẽ alibi sæpissimè,nam nullũ uerbũ crebrius à Cicerone usurpatur.& præsertim in clausulis.

Viduitas, tis.pro Cec.287 a, Ebutius iste iamdiu Cæsenniæ uiduitate ac solitudine alitur. Ep.li.8, Visum est,ut te facerẽ certiorẽ. At.li.9, Quæ uisa sunt,respondi Balbo.de Fin.li.2,Quæ uisa sunt pro nihilo.L.Facio.

Viduus,a,um.pro Cec.287 b,Cognitor uiduarum.et Tus. 380 d,Sic ipse uiduus pestes excipio anxias.Poetæ.

Vienna,næ.urbs Galliæ.Ep.149 d,Planci.

Vietus,a,um.imbecillus,Langudus.de D.116 a,Possum suspicari cõtractum aliquo morbo bouis exile,et exiguũ, et uietum cor fuisse.de Se.78 a,Necesse fuit esse aliquid extremum,& tãquã in arborum baccis maturitate tempestiuæ quasi uietum & caducum.

Vigeo,es.uiriditatẽ quandam habeo,floreo,flagro,in gratia sum.)(Iaceo obsoletus.de N.42 b,Stirpes arte naturæ uiuunt & uigent.& 66 b,In omni rerum natura id uiuere,id uigere,quod caleat.Tu.235 b, Neq; enim est ullum,quod non uigeat interiore quodã motu.de Som.130 b,Animus est qui uiget,qui sentit,qui meminit,&c.pro Mi.118 a,In nobis esse quiddã quod uigeat, quod sentiat,etc.& de D.104 a,Viget enim animus in somnis.pro Sest.13 b,Animus post mortẽ sentit & uiget.Tus.160 b, Nisi animus antequã corpus intrasset,in rerũ cognitione uiguisset.de D.94 a,Iacet enim corpus dormiẽtis,ut mortui,uiget aũt et uiuit animus.& 95 a,Ea pars animi tũ maximè uiget,cũ plurimũ abest à corpore. Tusc.172 a,Siue occiderit animus,siue uigeat.de Fi.130 a, Omniũ rerũ quæ natura uigeãt, similẽ esse finem. Tusc.156 a, Multaq; secula postea sic uiguit Pythagoreorũ nomẽ, ut nulli alij docti uiderentur,&c. de N.4 a, Hæc in philosophia ratio cõtra omnia disserẽdi, usq; ad nostrã uiguit ætatẽ.Tus.175 a, Philosophia doctissimorũ cõtẽtionibus dissensionibusq; uiguit. At.57 a,Nos animo dũtaxat uigemus.Ep.116 b,Gregalib.illis,quib.te plaudente uigebamus amissis.et 112 a,Tui politici libri omnibus uigent.Tusc.174 a,Vigere in ore.Or.218 a,Qui numerus uiget in primo,iacet in extremo. I.A.238 b,Nihil semper floret,diu legiones Cæsaris uiguerũt, nunc uigẽt Pũsæ.pro Cæl.39 b, Flagrabant uicia libidinis apud illum, uigebãt etiam studia rei militaris.Tu.188 b,Apud quos uenandi et equitandi laus uiget.pro Cæl.52 a, Vigeãt apud istam mulierem uetustate.de Or.153 a,Nunc Philonẽ in Academia maximè uigere audio.de Or.88 b,Vigebat auditor Panætij illius tui Mnesarchus. Tu.174 a, Armodius in ore et Aristogitõ uigẽt.Tusc.206 b,Quãdiu insit,et uigeat,et habeat quandã uiriditatẽ. de Ora. 141 a,Qui memoria uigẽt,sciunt quid,&c.et de Fi.132 b,Valere & uigere. Of.12 a,Interdũ etiam obiurgationes in amicis uigẽt maximè.de Or.86 a,Athenis studia eloquẽtiæ uiguerunt. Offic.25 a, Vt eorũ & in bellicis, et in ciuilib.officijs uigeat industria.pro Mil.188 a, Vestræ tũ aræ uiguerunt,uestra uis ualuit. pro Mar.133 b, Vita quæ uigebit memoria seculorum omnium.

Vigesimus,a,ũ.uicesimus.Ep.236 a,Vno et uigesimo die. & 198 a,Altero et uigesimo die.pro Pom.5 a,Ab illo tẽpore annum iam tertium & uigesimum regnat.

Vigil,lis.I.V.222 a,Clamore à uigilibus & fani custodibus tollitur.

Vigilans,tis.acer,attẽtus.contra Rull.61 b, Tribunus plebis uigilans & acutus.& pro Sex.Ro.41 b,Vigilãs,& bonus,& fortis uir. & pro Cæl.53 a, Vigilans,sobrius, & industrius uir. Attic.126 a, Vigilans uel dormiens gubernator.1 ad Quint. Frat. Vigilans homo.pro Sest. Vigilantem pro re alterius,& cætera.1 Offic.Nostri isti nobiles,nisi uigilantes & boni,et cætera,erunt. pro Rosc. Am.Perficiam, ut nemo unquam post hominum memoriam paratior,uigilantior,cõpositior ad iudicium

dicium uenisse uideatur.2 Verr.

Vigilanter.Epist.242 a,Vt uigilanter se tueretur.Quòd uigilanter prouinciam administrasset,6 Ver.Idem præsta,ut uigilãter nerueosq; nos,qui stamus in acie,subornes,Planeus Ciceroni,lib.10.Quẽ L.Murena,pater hunusce uehementissimè uigilantissimèq; uexatum,repressum magna ex parte.non oppressum reliquit,pro Mur.

Vigilantia,tiæ.I.Attentto. Antequam.194 b, Et uos ut tutam pacem traheretis,mea perfecta uigilantia.I.V.235 b, 212 b,Siciliam uirtute eius & uigilãtia singulari esse seruatam.Atti.124 a,Cæsar horribili uigilantia plenus.Vigilantia mirifica fuit,qui suo toto Consulatu somnũ non uiderit,7 Famil.Nihil in eo frugalitatem,laborem, uigilantiam esse curamus,pro Planc.Sed hoc rẽpas horribili uigilantia,celeritate,diligẽtia est:planè quid futurum sit,nescio,ad Attic.li.8. Ipse tamen prætor qui sua uigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse,6 Ver. Et uos ut tutã tranquillamq; fortunam traheretis, mea perfecta uigilantia,Antequam iret in exil.

Vigilia,liæ.excubiæ.Tus.218 a, Cui non sunt auditæ Demosthenis uigiliæ?& Par.116 b,Quoniam illud maiorũ uigiliarũ munus in tuo nomine apparuit.I.V.222 a, Præcipitur ædilibus,ut noctu uigilias agerẽt ad ædes sacras. & I.P.82 b,Me stante & manente in urbis uigilia. I.A. 152 a,Manendum mihi statuebam quasi in uigilia quadã cõsulari & senatoria,nec uerò usquam discedebam,nec à rep.deijciebam oculos.I.C.112 a, Interim tertia fere uigilia exacta,fit in eos impetus.pro Mil.114 a,Si capitolinæ cohortes,si excubiæ,si uigiliæ.si delecta iuuẽtus cõtra Milonis impetum armata est.I.C.98 b,Illam coloniã meis præsidijs, custodijs, uigilijsq; muniui. de In.51 a, Dei & noctis,& uigiliæ,& horæ.I.A.212 b,Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus,ut populum Romanum uacuum nostra uigilia redderemus.

Vigilo,as.uigilias ago,excubo,in uigilia maneo.I.C.112 a, Tardissime autẽ Lentulus,credo quòd literis dãdis præter consuetudinẽ proxima nocte uigilauerat.& de Som. 126 b,Vigilare ad multam noctẽ.I.A.208 b, Quamobrem Quirites quantũ potero excubabo, uigilaboq; pro uobis.& pro Pl.271 a, Vigilãdum est semper,multæ insidiæ sunt bonis.Quin.Fra.315 b, Properando etiam citius,quàm si de multa nocte uigilassent,perueniunt quò uolunt.Itẽ:Peruigilare unã noctem.uide Peruigilo.de D. 137 a, Animi cum sustinentur membris,& corpore,& sensibus omnia certiora cernunt,cogitãt,sentiũt: id est, cum uigilant.

Viginti.de Orator 149 b, Annos natus unum & uiginti. pro Planc.278 b, Viginti dies.I.A. 182 b, Annos propè uiginti.

Vigintiuiratus,ti.At.li.9,Repudiare se totũ,magis etiã quàm olim in uigintiuiratu.

Vigintiuiri,orum.Atti.li.2,Vbi nemo sit præter me, qui quenquam ex uigintiuiris unum esse saluum uelit.

Vilis,le.uulgaris,contemptus,abiectus, humilis,plebeius, leuis,communis,contritus,de populo uno, unus de multis,Mysorum ultimus, omniũ infimus & sordidissimus, homo nullo numero,paruus, angustus animus & paruus,aliquis uita contẽpta & sordida.)(.Pretiosus. Qu. Fra.296 a,Semper putaui honores.si uulgares essent,uiles.& Officio.70 a,Seruulus uilis.pro Sest.14 a,Quod beneficium à me haberetis, cum pro uobis ea quæ mihi uilia essent,reliquissem?de Fini.83 b, Non minor uoluptas percipitur ex uilissimis.Epistol.104 b,Quanquam Velia non est uilior quàm Lupercal.Tusc.248 a,Quotidie nos ipsa natura admonet,quàm paucis,quàm paruis rebus egeat,quàm uilibus.pro Fl.166 a,Etiamsi bonos noster uobis uilior fuisset, salutem certè charã futuram putauit.pro S.R.30 a, Nihil tam utile neq; tam uulgare est,cuius,&c.I.V.192 b,Frumentũ quoniam uilius erat,ne emisses.I.A.243 b, Vobis tamẽ uilis esse spiritus meus non debet.

Vilitas,tis.)(Caritas.pro Pomp.12 b, Vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ cõsecuta est. & pro Do.216 a, Nec inopinata uilitas consecuta est. I.V.199 a,Vilitas in uendendis fructibus.& 196 a,Vilitas annonæ.)(.Caritas annonæ.

Villa,læ.domus extra urbem ruriue ædificata.de L.169 b, Sed antiquo more parua erat uilla,ut illa Curiana in Sabinis.Atti.30 b,Basilicam habeo,ut nõ uillam frequentia Formianorum.de Orat.133 a,Villam in Tiburte habes,cortem in palatio.pro Do.225 b,Domus in palatio, uilla in Tusculano.Epist.92 a,Domus est,quæ nulli uillarum mearum cedat.& 166 a,Frumenta aut in agro,aut in uillis sunt.pro S.R.25 a,Esse in agro,& ali ad uillam. pro Quint.Rosc.50 b,Nunc est cultissimus cum optima uilla.& ib.Qui ager uillam non habuit. At.157 b,Præterijt uillam meam Curio.& 195 a, Vltra Silianam uilla est,quam puto tibi notã esse,uillula sordida & ualde pusilla.Qu.Fr.312 b,& 313 a,Sed hominem infirmũ in uillam apertam ac nerudem quidem,imitare nolui.& 317 b,Aqua non longè à uilla bellè sanè fluens.Offi.28 b,L. Luculli uillarum magnificentia.

Villicus,ci.custos uillæ.pro Clu.52 a,Habiti uillici rẽ domini priuatamq; possessionem defenderent.de Orat.106 b,Si mandandũ aliquid procuratori de agricultura, aut imperandũ uillico sit.I.V.173 b,& 174 a,Dominus uillico delectetur.& At.231 a, Custos ac uillicus.Quin.Fr. 318 b,Nicophorum uillicum tuum sanè probaui.

Villula,læ.Att.223 b,Volo circum uillulas nostras errare. & 195 a,Villula sordida & ualde pusilla.At.lib.16,Cur ocellos Italiæ uillulas meas non uideo?

Villus,li.pilus.de Nat.50 a,Animantium aliæ corijs tectæ sunt,aliæ uillis uestitæ.& 58 a,Ouium uillis homines uestiuntur.

Vinaceus,a,um.de Se.88 a,Acinus uinaceus.

Vinalia,orum. feriæ degustandis uinis dicatæ, ut Plinius 18 libro scribit.Erant autem 9. Calend.Maij,uel ut Ouidius Fast.4,10 fuerunt,& alia uinalia mensi Septẽbri, ut idem Plin.I.A.260 b,Me pridie Vinalia (qui dies hodie est)cum fascibus descensurum imperatorem.Alij legunt Palilia.

Vinarius,a,um.I.V.214 a, Erat enim uas uinarium ex una gemma pergrandi.& pro Fon. 277 b, Cognoscite nunc de crimine uinario.de Sen.89 a,Cella uinaria.

Vincio,cis.colligo,constringo.Tuscul.185 b,Si se lachrymis dedet,uinciatur & constringatur amicorum custodijs.pro Dom.117 b, Tu liberos populos L.Pisoni uinctos constrictosq; tradidisti. & de Ar.249 a,Seruorũ multitudini S.P.Q.R. uictum ipso consensu,& constrictum spectaculis, atq; impeditum turba & angustijs tradidisti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

didicti. In Ar. Orbes uincti inter se, et nodis cœlestibus apti. de Vn. 202 b, Aliquid uinclum dissoluere. pro Mur. 234 a, Omnia quæ delapsa tã fluxerunt. seueris legib. uiuenda sunt. de Ar. 245 a, Non modò uincere sed etiã uincire aliquem. I.V. 170 b, Facinus est uincire ciuem Romanum. Att. 114 b, Loca occupare, uincire præsidijs. de Orato. 160 b, Membra orationis sunt numeris uincienda & Or. 213 a, Antiqui graues quidem sententias reperiebant. sed eas haud uinciebãt, haud explebãt. pro Deiotar. 147 b, Cum igitur eos uinciret, te solutum Romã mittebat?

Vinco, cis supero, deuinco, expugno, superior discedo, obtineo, frango, rem bene uel placatè gero, prælijs secũdis utor, uictoriam ab aliquo reporto, subigo, atq; in ditionem meam redigo, prælijs frango, domo, prælijs feliciſsimè decerto, secundum prælium facio, copias hostiũ fundo, depulsis ac dißipatis copijs superior sum contra improbos, luè uel causam obtineo, prætereo, præcurro, præsto, præpondero. I.C. 117 a, Mihi uiuendum est cum illis quos uici ac subegi. Off. 14 a, Non est consentaneũ, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se à labore præstiterit, uinci à uoluptate. Par. 120 b, Sapientis animus nunquã uincitur nec expugnatur. In A. 189 a, Is dixit, nisi qui uicisset, uictũrũ esse neminem. Or. 314 a, Hos ille moderatione, non inuentione uicit. pro Quint. Rosc. 43 b, Cognitor si fuisset tuus, quod uicisset iudicio, ferres tuum. de Orator. 90 a, Asclepiades eloquentia uincebat cæteros medicos. & 97 a, Si subitam & fortuitam orationem facilè uincit, hãc ipsam profectò ąßidua & diligens scriptura superabit. & 127 a. Ita tua sulpitii est à nobis tum accusatio victa. pro Deiotar. 148 a, Vincere causam. & I.V. 112 b, Obtinere causam. pro Cecin. 302 b, Vincere sponsionem. & pro Quin. 15 b, Vincere sponsione. de Somn. 128 a, Stellarum globi terræ magnitudinem facilè uincebant. Tusc. 238 b, Proinde ita parent se in uita, ut uinci nesciant. Epist. 48 b, Vno te uicimus. Tusc. 186 b, Vincere & superiorem discedere. Att. 252 a, Manus dedisti. & Qu. Fra. 300 b, Anteponere se alicui. Attic. 122 b, Malo me cum Pompeio uinci, quàm cum istis uincere. pro Deiot. 146 a, Tanto ille superiores uicerat gloria, quanto tu omnibus præstitisti. de Cla. 188 a, Quo enim uno uincebatur à victa Græcia.

Vinctus, a, um. constrictus, colligatus. In Ver. 155 a, Equites uincti Apronio traditi sunt. & 221 b, Et te uinctum astrictumq; dedemus. Tusculan. 180 a, Aspicite religatum asperis uinctumq; saxis. Orato. 216 a, Vinctum.)(Dissolutum.

Vinculum, li. uinclum. nodus. Atti. 89 b, Dixerim me uel plurima uincla tecum summæ coniunctionis optare, & sunt amoris arctißima. tantum abest ut ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid uelim. Academ. 16 a, Astrictus uinculis. pro Plan. 264 a, Aliquem cum alio uinculis & propinquitatis, & magni amoris esse coniunctum. In V. 239 a, Cùm hoc de pecunia clamaret, in uincula coniectus est. de Orator. 104 a, Corpora uinculis constricta. In C. 119 b, Rumpere uincula. de Fmib. 106 a, Injicere uincula alicui. contra Rul. 63 b, Italiam omnibus uinclis deuinctam & constrictam tenere. pro Pom. 5 b, Aliquẽ uinculis, & uerberibus, atq; omni supplicio excruciatum necare. pro Cecin. 298 a, Qui iur. ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam utilitatis, uitæq; communis. Offic. 74 b, Nullum uinculum ad stringendam fidem iureiurãdo maiores arctius esse uoluerũt. de Vn. 213 a, Non ijsdem uinculis, quibus ipsi erant colligati. Quæ uincula sunt ciuitatis. Par. Tollitur beneficiũ, tollitur gratia, quæ sunt uincula concordiæ, 2 de Fmib. Vincula summæ cõiunctionis tecum, 6 ad Attic. Quoniam te nulla uincula impediunt ullius certè disciplinæ, Tusc. quæst. lib. 5. id est, nulli sectæ es addictus. Vincula sontium seruanto, 3 de Le. Non ut uincula uirorum sint, sed oblectamenta puerorum, Parad. Vincula illa quibus libẽtißimè astringor, 3 Fam. Fit S.C. ut Vettius, quòd confessus esset, se cum eo telo fuisse, in uincula conijceretur: qui eum emisisset, contra Rem. facturum, 2 ad Attic. Animo tamẽ uincula injci nulla possunt, de Fmib. 3 Mitto uincla, carcerem, uerbera, &c. in Ver. 160, & Tusc. 183 b. Et quomodo hominum inter homines iuris esse uincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestijs, de Fi. lib. 3. Quid si aufugisset? si uincla rupisset? 7 Verr. Vincula carceris rumpere, Tus. quæst. lib. 1. Metaphoricè, pro, seipsum interficere. Ergo hos quidẽ ut famulos uinclis propè à custodia arceamus, Tusc. li. 2. Quos si sequamur, his uinclis simus astricti, ut nos commouere nequeamus, 4 Acad. Si corpora capta sint armis, aut constricta uinculis, tamen suum ius, &c. 1 de Ora. Qui ex corporum uinculis, tanquã è carcere, euolauerũt, Som. Sci. Et quum illuc ex his uinculis emissi fuerimus, Tusc. li. 2. id est, è corporeis affectibus. Vinculis beneficij obstrictus, pro Plan.

Vindemiola, læ. Atti 5 b, Vindemiolas meas eò reseruo, id est, ad Attici bibliothecam emendam.

Vindex, cis. ultor, præses, custos. de In. 75 a, Difficile est ab eo, qui peccatorũ uindex esse debet, ut ignoscat impetrare. de Nat. 68 b, & I.C. 110 b, Furiæ speculatrices, et uindices facinorum & sceleris, & pro Flac. 158 a, Carcer uindex scelerum. & pro Syl. 172 a, Curia uindex temeritatis. & Epi 63 a, Vindex coniurationis esse uolo. Qu. F. 311 a, Cato uindex gladiatorum & bestiarũ. Att. 284 b, Supplicatio uindici illi quidẽ alienæ dominationis, non uicario. de Orat. 126 b, Prouocatio patrona illa ciuitatis, & uindex libertatis. I.A. 166 a, Brutus uindex libertatis. & con. Rul 71 a, Custos et uindex cupiditatũ. At. 23 a, Vindex æris alieni. de Le. 173 a, Qui secus faxit, Deus ipse uindex erit. At. 286 a, Vindex atq; oppressor dominationis. & 287 b, Vindex illius mali autor extitit alterius fundamentũ, radices habituri altiores. Oct. 330 a, Extitisti tu uindex nostræ libertatis. de L. 192 a, Habeat sanè populus tabellam quasi uindicem libertatis.

Viudicatio, onis. de In. 82 b, Vindicatio est, per quã uis & iniuria, & omnino quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur. & 70 a, Ac naturæ quidem ius est, & c. ut religio, pietas, gratia, uindicatio, obseruãtia, ueritas. & ib. b, Vindicatio est, per quam & cõtumeliam defendendo aut ulciscendo propulsamus à nobis.

Vindiciæ, ciarum. formula est, qua rei controuersæ possessionem petimus, uindicamus nobis & asserimus, dum lis ipsa decidatur. & omnino uindiciæ sunt, fiduciæ, uel ut iurisconsulti loquuntur, fiduciaria possessio: lis autem uindiciarum, est de huiusmodi possessione, uindicatione, uel assertione cõtrouersia. In V. 99 a, Aut prædæ litis uindiciarum cum satis accepisset, spõsionem facere. & Mil. 151 b, Iniustis uindicijs ac sacramentis alienos fundos petere.

Vindico, as. punio, castigo, ulciscor, libero, assero. I.V. 148 b, Omnia postremò quæ uindicaris in altero, tibi ipsi uehemẽter fugiẽda sunt. & 226 a, Si qua natio fecisset aliquid in ciuẽ Romanũ eiusmodi, nónne publicè uindicaremus? pro Syl. 170 b, Neq; me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in alijs uindicassem, idem in illorum socio, cum scirẽ, defendere? de Am. 104 b, Talis consensio omni supplicio uindicanda est. pro S.R. 20 b, Quàm acerrimè maleficia uindicare. Ep. 156 a, Neq; hoc aut uindicaret Lepidus, aut sanaret. I.V. 263 a, Fateor in milites nostros sæpe esse uerè ac uehementer uindicatũ: id est, animaduersum. & 192 a, Facinus in nullo etiam uindicatum. & 239 a, Si quid uindicatum seuerè est. Offi. 22 b, Ille qui Titi Gracchi conatus perditos uindicauit. Attic. 13 b, Te ualde uindicaui: id est, ultus sum. Offic. 64 a, Dolus malus legibus erat uindicatus. de In. 72 b, Peccata iudicijs uindicari. pro Quint. 5 a, Vehementer uindicare aliquod facinus. Epistol. 123 b, Discordiæ, quas ius et ferrũ uindicabit. de L. 177 b, Græciter olim ista, grauiter uindicabat uetus illa Græcia. pro Mil. 105 a, Hominũ consilia, non exitus rerũ legibus uindicãtur. Item: Præsertim cũ unus esset, qui posset se de absente uindicare. Ep. 13 b, Vindicare seditionẽ. ad Her. 15 b, Vindicare maleficium. At. 286 b, Vindicare rempub. id est, ulcisci.

Vindicare. liberare, asserere. Attic. 102 a, Ego istos liberos non addixi, præsertim cũ adesset nemo, à quo rectè uindicarẽtur. pro Mur. 130 a, Sed an ne tu dicis, qui causa uindicaueris? de Orator. 88 b, Agere cũ aliquo lege, & uindicare. R.P. 129 b, Vt se aliquãdo ad suos uindicaret. pro Flacc. 154 b, Dubitabitis quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilißimũ ciuẽ uindicetis? pro Rab. 93 b, An seruos suppliciorum metu, dominorum benignitas una uindicta liberat, nos à mortis terrore neque res gestæ, neque nostri honores uindicabunt? de Clar. 196 a, 183 b, Illum felicitas ipsius ab omnibus miserijs morte uindicauit. & Epist. 20 a, & 163 b, P. Scipio, qui ex dominatu T. Gracchi priuatus in libertatẽ rempub. uindicauit. Epistol. 20 a, Qui sit rempub. afflictam in ueterem libertatem ac dignitatem uindicaturus. Tusculan. 184 b, Magnitudo doloris, à qua me breuitas temporis uindicabit. de Finibus, 58 b, Sapientia, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore uindicet. de Orat. 109 a, Laudem aliquorum iam propè senescentẽ ab oblιuione hominum atque à silentio uindicare. de Orator. 107 a, & 101 b, Senectutẽ à solitudine uindicari iuris ciuilis scientia. & 103 a, Vt ista ab solitudine domum meam uindicarem. Item: M. Scaurus, qui si audierit hanc autoritatem grauitatis suæ uindicari à te Crasse, iam credo huc ueniat. & c. de Orat. 121 b, Me tamen ista ociosa sapientia in libertatem uindicabit. I.A. 178 a, Pecunia, quæ nos posset à tributis uindicare. de Cl. 173 b, Cn. Carbo morte uoluntaria se à seueritate iudicum uindicabit. Quint. Fra. 305 a, Te innocentia tua & misericordia hominum uindicat hoc tempore à molestia. Quin.

Vindicta, cæ. libertas, siue prætoris uirgula, qua seruis donare se libertatem significabat, cùm ea caput serui tangebat. pro Rab. 93 b, Seruos suppliciorum metu dominorũ benignitas una uindicta liberat. Top. 22 b, Neque censu, neque uindicta, neque testamento liber factus est.

Vinea, neæ. locus uitibus consitus. contra Rul. 79 b, Iugera CCC. ubi institui uineæ possunt. & de D. 87 a, & de Senect. 88 b.

Vineæ, bellica machina, & propugnaculũ. Ep. 245 b, Agere, uineis, turribus oppugnari. I.A. 217 b, Cõductæ uineæ sunt, pugnatur acerrimè.

Vinetum, ti. uinea. de Na. 77 b, Vineta & olineta. & de L. 183 b, Vineta & uirgeta, & c. de N. 59 b, Si uinetis cuiusquam tempestas nocuerit.

Vinitor, oris. uinearum cultor. de Fmib. 134 a, An ea quæ per uinitorem uitis antea consequebatur, etiam per se ipsam curabit?

Vinolentia, tiæ ebrietas. Tusc. lib. 4. 251, Aegrotationi subiecta sunt, auaritia, & c. liguritio, uinolentia, cupidia. de Inuent. 64 a, Vt amor, iracundia, ægritudo, uinolentia. I.A. 179 a, Quid furiosam uinolentiam tuam proferam? Tusc. 251, & 214 b, Ne sobrius in uinolentiam uinolentorum incidat. & Top.

Vinolentus, a, um. ebrius, temulentus, uini plenus.)(Siccus, sobrius. Orator. 205 b, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari uinolentus uidetur. Acade. 14 a, Ne uinolenti quidem hoc faciunt. contra Rull. 61 a, Vtrum hæc uobis uidentur consilia siccorum, an uinolentorum somnia? Tusc. 251 a, Aut ne sobrius in uinolentiam uinolentorum incidat. I.P. 82 a, Vinolenta medicamina.

Vinum, ni. de N. 73 b, Vinum ægrotis quia prodest raro, nocet sæpissimè, melius est nõ adhibere omnino. de Am. 109 a, Veterrima quæque (ut ea uina quæ uetustatem ferunt) esse debent suauissima. de Sen. 91 a, Vt non omne uinum, sic non omnis ætas coacescit uetustate. de D. 132 b, De uino aut falsamento putes loqui, quæ euanescunt uetustate. Tusc. 230 b, Leuia uina nihil ualent in aqua. Offic. 70 b, Qui uinum fugiens uendat sciens, debeatne dicere. de Cla. 191 b, Vt si quis Falerno uino delectetur, sed eo nec ita nouo, ut proximis consulib. natũ uelit: nec rursus ita uetere, ut Opimium aut Anitiũ cõsulem quæ rat. de Fin. 69 b, Quibus uinum diffusum è pleno sit cœnophoro. Ex Lucil. de Nat. 38 a, Fruges Cererem appellamus, uinum autem Liberum. Post. 206 b, Consul somni uinique plenus. de Nat. 75 b, Sumere uinum meracius. &, Miscere mulsum. l. Miscere.

Viola, læ. flos. Tus. 242 b, An tu me in uiola putas, aut in rosa dicere?

Violenter. iniurioſe, & per uim. Of. 5 b, Manus uiolenter afferre alicui.

Violentia, tiæ, uis, impetus, uis maior. Antequàm. 194 a, Nostrorum inimicorum uis atque uiolentia. & ibidem b, Si uiolentiæ impetu opprimimur, decedam, &c. pro Quin. 8 a, Adhibere uim ueritati. I.A. 244 b, Noui hominis furorem, noui effrenatam uiolentiam. & de Senec. 92 a, Sic uitam adolescẽtibus uis aufert, senibus maturitas.

Vio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Violentus,a,um.qui uim affert.pro Clu. 49 b, Populus Romanus ſua ſponte pacatus hominum ſeditioſorum uo cibus,ut uiolentiſsimis tempeſtatibus concitatur. de Fi. 141 b,Sic nimis uiolentum eſt,nulla dicere.In An.173 b, Quamuis ſis,ut es,uiolentus & furens.de Ar.254 b,& 255 a,Alicuius furentes atq; uiolenti impetus.In An.158 a,Opes uiolentas,& minimè ferendam potentiam concupiſcere.I.A.168 a,Homo uehemens & uiolentus.

Violo,as.lædo,offendo,polluo, macula afficio, imminuo religionẽ,ex aliquo loco eripio.pro Dom.234 a,Ep.230 a, Niſi quid in ea re exiſtimas uiolari exiſtimationẽ tuam.Epi.6 b, Etſi mimori in re uiolatur tua dignitas. & pro Qu.13 a,Violare exiſtimationẽ alicuius.de Fi.97 a, Violare parentes. & Epiſt.12 b,Ad rempub.uiolãdam. Att.120 b,Is in nobis uiolandis putabit ſe aliquid habere populare. At.151 b,Præterea te ipſum quodam modo hic uiolauit,cum in me tã improbus fuit.de Aruſ.245 b, Qui ſacra Bonæ deæ,quæ uiri oculis,ne imprudẽtis quidem aſpici fas eſt,non ſolum aſpectu uiri,ſed etiam flagitio ſtuproq; uiolauit.Poſtq.205 a,Optimi Trib.pleb.ſanctiſsimum corpus non ſolum tactum aut uiolatũ manu, ſed uulneratũ ferro,conſectumq; uidiſtis.pro S.R.36 b, Violare,atq; imminuere ius et officiũ.I.A.160 b, Violare amicitiã.de N.71 b,Violare uirginitatẽ alicuius. pro Rab.91 b,Violare loca religioſa.et I.V.274 b,Sacra abiſto polluta et uiolata.pro Cl.58,Quæ uiolata ſunt, expiari ſolere.de Ar.249 b,Deformatum,inquinatũ,peruerſum,conturbatum.& ib. de pollutis et uiolatis ludis. Atti.147 b,Iudicaui te eo bello uiolari.Par.120 a,In patris uita uiolanda multa peccantur.l.Sanctus.l.Virgo.

Vipera,ræ.anguis.de Ar.255 b, Vipera illa uenenata atq; peſtifera.

Viperinus,a,um.de Fin.84 b,Viperinus morſus. & Tuſcul.178 b.

Vir,uiri.fortis homo.Tuſcu.186 b,Ita & tulit dolorem ut uir,& ut homo maiorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit.pro Cæl.39 b,Cum is iam ſe corroborauiſſet,ac uir inter uiros eſſet. Quin.Frat.213 b,Sed cum ueneris, uirum te putabo:ſi Salluſtij Empedoclea legeris, hominẽ nõ putabo.pro Fla.157 a,Si ciuitas per uiros bonos graueſq; homines querelas ad nos detuliſſet.de Fi.114, Vir dignus memoria.Epiſt.6 b,Vir excellens.et 18 b,Vir clariſsimus.& 20 b,Vir bonus,memor,gratus. Tuſ.184 b, Appellata eſt enim ex uiro uirtus.& ibi.Si uirtutis compotes,uel potius ſi uiri eſſe uolumus.Epiſt.133 b, Quindecimuir.Academ.34, Quinqueuir.Att.133 b, In quinqueuiratu.Epiſt.164 a, Quatuoruiratum ſibi prorogauit. Vir à uiro lectus, pro Milo.Vir altus & excellens, de Finibus. Vir ſtabili & firmo & magno animo, de Finibus libro 3.Vir bonus,orator,2 de Orat.Vir planè,& ciuis bonus,19 ad Attic.Vir bonus & ſapiens & fortis,miſer eſſe nemo poteſt,Para.& 2 Acad. Vir bonus non modò facere,ſed ne cogitare quidem quicquam audebit,quod non audeat prædicare, Offic.3. Iam uerò qui poteſt uir bonus nõ ad id,quod laudabile ſit, omnia referre quæ agit,quæq; ſentit? Tuſc.lib.5. Vir bonus refert omnia ad beatè uiuendum,Tuſc.lib.5.Vir clarus & fortis,de Finib.lib.1. Vir clarus & honoratus,Cato.uir clarus,ſed tamen popularis, Academ.quæſt.ed.1.libro 2.

uir conſtans ac ſapiens,Tuſq. lib.4. uir cum authoritate,8 ad Attic.uir diuinus ac ſingularis, de Fimib. libro 3. uir doctus ſapiensq;, Tuſculan. libr.2. uir effœminatus, Tuſc.lib.3.uir fortis ægritudine nũquam afficitur, Tuſ. lib.3.uir fortis & animoſus, Tuſc.quæſt.lib.2. uir fortis ac ſapiẽs nunquam ne ingemiſcit quidem, niſi fortè ut ſi intendat ad firmitatem,Tuſ.lib.2.uir grauis & ſapiens, Tuſc.quæſt.lib.3.uir magnus, Tuſ.quæſt.lib.1. & Acad. quæſt.ed.2.lib 1.uir magnus in primis,de N.d.1. uir magnanimus & fortis,Tuſ.quæſt.lib. 4. uir natus ad gloriã,nullam partem animi tam mollem habebit,quam nõ meditatione & ratione corroboret,Tuſ.lib.2. uir optimus atq; inuictiſsimus, Som. Scip. uir præſtans optimis artibus, Tuſculan. quæſt.lib. 5. uir præſtans uirtutis & ſapientiæ gloria,Tuſc.lib.1.uir primarius, Cat. uir primarius populi,de Fimib. lib. 2. uir ſapiens quum deus ipſe cauſam iuſtam dederit, lætus ex his tenebris in lucẽ illam exceſſerit,Tuſcul.quæſt.lib.1.An tibicines,iiſq; qui fidibus uiuunt,ſuo non multitudinis arbitrio,cantus numeroſq; moderanturuir ſapiẽs multò arte maiore præditus,non quid uerißimum ſit,ſed quid uelit, uulgus exquiret,Tuſc.quæſt.lib.5.Sed quum ſapiens & bonus uir ſuffragijs præteritur, non populus à bono Conſule potius,quàm ille à uano populo repulſam ferat? Tuſ. quæſt. lib.5. Vir ſapiens uincula carceris non ruperit, (id eſt, non ſponte mortem ſibi attulerit) ſed tanquam à magiſtratu,aut ab aliqua poteſtate legitima,ſic à deo euocatus atq; emiſſus exierit,Tuſc.quæſt.lib.1. uir igitur temperatus,cõſtans,ſine metu,ſine ægritudine, ſine alacritate ulla,ſine libidine,nónne beatus? Tuſ.lib.5. uiri propria maximè eſt fortitudo,Tuſ.quæſt.lib.2.Boni uiri uita laudabilis,Tuſ.q.lib.5.Magni uiri eſt, rebus agitatis, punire ſontes,multitudinem conſeruare, in omni fortuna,recta atq; honeſta retinere, Off. 1. Quæ ſunt magni cuiuſdam & alti uiri,Tuſcul.quæſt.lib.5.uirum habere, 3 in Verr. uirum uideri negant Peripatetici, qui iraſci neſciat,Tuſ.lib.4. Ad agendum ſemper aliquid dignum uiro natus,4.Fam.Graui teſte priuatus ſum amoris ſui mi erga te mei,patre tuo clariſsimo uiro, qui cũ ſuis laudibus,tum uerò,&c. Curioni,lib.2, & 2 Acad. Cum uno fortiſsimo uiro loquor, 15 Fam. Clari & fortes uiri cõmemorandi,eorũq; facta nõ emolumento aliquo, ſed ipſius honeſtatis decore laudanda, lib.1 de Fin. uiri clari & præſtantes,Diuin.lib.1 uiri delecti, Tuſ.quæſt.lib. 1.uiri beneficijs excellentes,de Nat.d.2. Non ſentiunt uiri fortes in acie uulnera, uel ſentiunt: ſed mori malunt, quàm tantillũ modò de dignitatis gradu dimoueri, Tuſ. quæſt,lib.2.uiri humiles & obſcuri,Diuin.lib.1.Summi uiri,Aca.quæſt.ed.1.lib.2.uirorum fortium,& magnanimorum & patientium,& humana uimcentium eſt,toleranter dolorem pati,Tuſcula. lib. 2. Itaq; uiros fortes & magnanimos,eoſdem bonos et ſimplices ueritatis amicos,minimeq; fallaces eſſe uolumus,Offic.1.Si ciuitas per uiros bonos graueſq; homines,querelas ad uos detuliſſet,pro Flac.Ab optimis illis quidem uiris,ſed non ſatis eruditis,Tuſ.lib.1.

Vireo,res.uiride eſſe.frondeſcere.Tuſ.235 b,Itaque et arbores,& uites,& ea quæ,&c.alia ſemper uirent, alia hyeme nudata,uerno tempore frondeſcunt.

Vires,

Vires, riũ. uis,nerui,lacerti,robur,latera,facultas.de Orato.97 a,Pleriq; in hoc uires exercent ſuas.Atti.102 a, Nolim reſp.tãtas tibi uires dediſſet.pro Pom. 11 b,Eximia uis remigũ.Epiſt.125 a,Omni ui te retinuiſſem.Epiſt.52 a,Viribus ac lacertis pugnare.Orato.204 a,Eſſe plurimi ſanguinis,habere aliquem ſuccum,non carere illis maximis uiribus.de Opt.243 b,Quidam uires,lacertos,ſanguinem quærũt.Epiſto.176 a,Colligere uires. de Ora.106 a,Amẽtatas haſtas oratorijs lacertis uiribusq; torquere.I.A.200 b, Experietur conſentientis ſenatus neruos atq; uires.Offi.57 a,Vt excellas etiam pulchritudine & uiribus.pro Cæl.50 a,Vir maximis uiribus.Ep. 62 b,Quæ omnibus meis uiribus ſuſtinebo.Tuſcu.191 a, Omnibus opibus uiribusq; elaborandum eſt,ut,&c. & 195 a,Omnibus uiribus atq; opibus repugnare alicui.de Sene.82 b,Quod homini naturaliter inſitum eſt, eo uti decet:& quicquid agas, agere pro uiribus. pro Seſt. 26 b,Pro uiribi parte pro Cor. 67 a,Si quæ ab hoc pro facultate huius.pro loco ficta,grata uobis eſſe debẽt. Q. de Pet.213 b,& 210 a, Planè ſic contende omnibus neruis ac facultatibus, ut,&c. pro Do.235 a,Pro ſuis opib. defendere aliquẽ.de Le.157 a,Antipater habuit uires agreſtes & horridas.Par.118 b, Virtus maximas uires habet.de Sen.93 b,Nec uos quidẽ T. Pontij centurionis uires habetis.et 82 b,Neq; nũc uires deſidero adoleſcẽtis, non plus quàm adoleſcens uires tauri,aut elephantis deſiderabã.de Or.101 b,Iã me uires decipere cœperunt. I. A.244 a,Semel circumſeſſius lectis ualentiſsimorũ hominũ uiribus cecidi ſciens.de Sen.80 b,Non enim uiribus, aut uelocitatibus, aut celeritate corporũ res magnæ geruntur, ſed conſilio, & autoritate, & ſcientia. Q.de Pet.201 a,Ex ea copia coniectura fieri poterit, quàtum ſis in campo uirium & facultatis habiturus.

Virga.gæ.flagellũ.pro Rab.92 b, Portia lex uirgas ab omniũ ciuium Rom.corpore amouit,hic miſericors ſtagella retulit.I.V.163 a,Virgis ad necẽ cædi. pro Fl.149 b,Cæſus eſt uirgis Cynicus ille Athenagoras.qui,etc. de D.92 a,Seruus per circum cùm uirgis cæderetur, furcã ferens ductus eſt.

Virgetum,ti.locus uirgis conſitus ad illigandas uites,qualis eſt Amerina ſalix.de L.173 b,Vineta uirgetaq;.

Virginalis,le.de Diu. 94 b, Virginalis modeſtia. & pro Quin.7 a,Homo timidus uirginali uerecundia.I.V.201, Duo ſigna uirginali habitu atq; ueſtitu. Tuſ.179 b, Heu uirginalem me ore ploratum edere.

Virginitas,tis.caſtitas,caſtimonia.de Natu.71 b,Minerua patrem dicitur interemiſſe, uirginitatem ſuam uiolare cupientem.

Virgo,nis.pro Dom.231 b,Clodium alloquens: Tu ſororẽ tuam uirginem eſſe non ſiuiſti.de Cl.196 a,Domi teneamus eloquẽtiam ſeptam liberali cuſtodia, tueamurq; ut adultam uirginem caſtè.& Or.202 b,Virgo caſta, uerecunda,incorrupta.I.C.122 b, Poſt uirginum abſolutionem.& de Nat.47 b, Spicum illuſtre gerens ſplendentinem.& de Nat.47 b, Spicum illuſtre gerens ſplendenti corpori uirgo.Ep.140 a, Virginem me quõdam inuitã per uim uiolat.

Virgula,læ. Offi.32 a,Si omnia nobis, quæ ad uictum cultũq; pertinẽt,quaſi uirgula diuina(ut aiũt) ſuppeditaren tur.I.A.218 a,Virgula ſtantẽ circumſcripſit,dixitq;,etc.

Virgulta. ſunt uirgæ, & aliæ ſtirpes paßim euaneſcẽtes. pro Cæl.46 a,Via deſerta & inculta,atq; intercluſa iã frondibus & uirgultis. & de D.90 b, Omnia arbuſta & uirgulta peruertere.

Viriaticũ bellũ, quod cõtra Viriatũ Luſitanum geſtũ eſt. de Clar. Or.172 a,Viriatico bello.aliter, Viriati bello.

Viridicatus,a,um.uiridibus cõſita. Qu.Fr.21 b,Palæſtra & ſylua uiridicata.

Viridis,de.habens uiriditatem.I.V.85 a, Ignẽ ex lignis uiridibus atq; humidis fieri iuſſit.& 157 b,Campi colleſq; nitidiſsimi uiridiſsimiq;.de D.83 a,Leniſcus ſemper uiridis.de L.159 a,In uiridi & opaca ripa inambulare.

Viriditas,tis.Tuſ.206 b, Quamdiu inſit & uigeat,et habeat quandam uiriditatẽ.de Pro.75 a,An laurea illa magnis periculis parta amittit longo interuallo uiriditatẽ? de Se.89 a,Pratorum uiriditas.de Se.87 b,Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit,& elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem.de Am.97 b,Seneãus auſert eam uiriditatem,in qua etiam tunc erat Scipio.

Virilis,le.fortis,uir.de Or.105 a,Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam uideri,fortem & uirilem non uideri.& 163 b,Fortis ac uirilis laterum inflexio. & Or. 202 a,Virilis uox.pro Seſt.4 b,& At.184 a,Aliquid doloris uirilis habuiſſe.Tuſ.195 a,Fortis, & ut ita dicam, uirilis oratio.de Fi.74 b, Vereturq; quicquam dicere aut facere,quod parum uirile uideatur.At.249 a,Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos uiriles.

Virilis.uiri,uires. I.V. 219 a, Eſt aliqua mea pars uirilis, quòd eius ciuitatis ſum,quam ille clarã reddidit.& 149 b,Plus etiam quàm pars uirilis poſtulat,oneris ſuſcepi. pro Seſt.26 b,Hæc qui pro uirili parte defendunt, optimates ſunt.I.A.247 a, Tũ me eius beneficio plus quàm pro uirili parte obligatum puto.pro S.R.41 a,Ego nobilitatem pro illa tenui infirmaq; parte defendi.

Viriliter.fortiter. Of.19 b, Quod uiriliter animoq;,magno fit,id dignum uiro & deorum uidetur.& Tuſ.189 a, ad Her.27 a, Viriliter ſeſe expedire.

Viritim.per ſingulos uiros,in uiros ſingulos.de Clar.169 b,Flaminius tribunus pl.legem de agro Gallico & Piceno uiritim diuidendo tulit.& de Sen.89 a,Tuſcul 101 a, Nolim mea bona tibi uiritim diuidere liceat,ſed ſi facias partem,petam.

Virtus,tis.mediocritas,bonitas,probitas,fortitudo,uis, uires,ars facultas,integritas.perfecta mens,id eſt,abſoluta ratio.Tuſcu.236 a,& de In.82 a,Virtus eſt animi habitus naturæ modo,rationi conſentaneus.Tuſc.216 a,uirtus eſt recta ratio. & ibidem, Virtus eſt affectio animi conſtans conueniensq;,laudabiles efficiẽs eos,in quibus eſt, &c. & 184 b, Appellata enim ex uiro uirtus. & ibidem, uirtus à uiris nomen eſt mutuata. & ibidem a, uirtus eſt recta animi affectio. de Natur. 67 a, uirtutis diuiſio quadripartita.Pa.236 b, uirtutem in duas partes diuidi,prudentiam,& temperantiam, iuſtitiam autem & fortitudinem eſſe ſub temperantia. Item: uirtus ferè omnis in tribus rebus uertitur, quarum una eſt in perſpiciendo quid in quaq; re uerum ſit.&c.alterum cohibere motus animi turbatos, quos, &c. tertium, ijs, quibus cum congregamur, uti moderatè & ſcienter. de Or.140 a,Vera laus uni uirtuti debetur.& ibid.Virtus eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari po
test. de N. 77 b, Virtutem nemo unquã acceptã Deo re
tulit, & rectè: propter uirtutẽ enim iure laudamur, &
in uirtute gloriamur. pro Ar. 191 a, Virtus nullã merce
dẽ laborũ periculorũq; suorũ desiderat, præter hãc lau
dis & gloriæ. pro Mil. 120 b, Ex omnibus præmijs uirtu
tis amplißimum præmiũ est gloria. de Or. 104 a, Virtus
& semper & sola libera est, quæ etiamsi corpora ca
pta sint armis & constricta uinculis, tamẽ ius suum atq;
omniũ rerum impunitã libertatẽ tenet. I. A. 193 b, Om
nia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: uirtus & u
na altißimis defixa radicib. quæ nulla unquam ui labe
factari potest. Ep. 133 b, Nihil est enim, mihi crede, uir
tute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Tus. 236
b, Omnes uirtutis cõpotes beati sunt. pro Sest. 16 b, Ig
nari quid uirtus ualeat, quæ in tempestate quieta est, &
lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atq; hæ
ret in patria, sphlẽdetq; per sese semper, nec alienis un
quã sordib. obsolescit. de Cl. 191 a, Honos est præmiũ uir
tutis, iudicio studioq; ciuiũ delatus ad aliquẽ. de Or. 106
b, Legibus & præmia proposita sunt uirtutibus & sup
plicia uicijs. & ibi, Virtutẽ hominibus (si modò tradi
ratiõe posit) instituẽdo & persuadẽdo, nõ minis & ui
ac metu tradi. Ep. 92 a, τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρῶτας ἐσ θεο
πάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι, etc. de Or. 102 a, Socrates di
cebat perfectũ sibi opus esse, si quis satis esset cõcitatus
cohortatiõe sua ad studiũ cognoscẽdæ uirtutis. pro Ar.
191 a, Nũc insidet quædam in optimo quoq; uirtus, quæ
noctes & dies animũ gloriæ stimulis cõcitet. Anteq. 193
b, Si dulcis est gloria consequere uirtutẽ, noli abijcere
labores, petere honorẽ.. Posteq. 202 b, Dixit se nõ cõmi
surum ut uirtutẽ animi nõ haberet, quã nunquã perdi
disset. de Or. 91 b, Spinosam & exilem orationẽ eorũ es
se, qui dicunt, qui unã uirtutẽ habeat, eũ omnes habere.
Of. 40 a, A meipso sæpe disputatũ est, qui unã haberet,
omnes habere uirtutes. & ibi. Nunc ita seiungo, quasi
posit quisquã, qui non idem prudens sit, iustus esse. Tus.
182 a, Virtutẽ si unã amiseris, & si amitti uirtus non po
test, sed si unã confessus fueris te non habere, nullã esse
te habiturum. de Or. 147 b, Omnes uirtutes sunt æ
quales & pares, sed tamen est species alia magis, a
lia formosa. de Cl. 177 b, Omnis uirtus est mediocritas,
ut uetus Academia dixit. pro Mur. 139 a, Virtutes omnes
mediocritate quadam esse moderatas. Off. 5 a, Virtutis
laus omnis in actione consistit. & de N. 23 a, Virtus a
ctuosa est, deus aũt uester nihil agens. Att. 99 a, Quãm
non est facilis uirtus, quãm uerò difficilis eius diuturna
simulatio. de N. 1 b, Virtutes in specie fictæ simulatio
nis ineſſe nõ possunt. de D. 124 b, Virtus, quæ uetat spe
ctare fortunã, dũ præstetur fides. pro Pl. 271 b, Is gloria
maximè excellit, qui uirtute plurimũ præstat. Of. 10 b,
Qui uirtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, tẽ
perantia, iustitia: hæ enim bonum uirũ uidentur potius
attigere. pro Mur. 129 b, Alijs ego te uirtutib. cõtinẽtiæ
grauitatis, iustitiæ, fidei, cæteris omnib. consulatu digniſ
simũ semper iudicaui. Ep. 53 a, Pro tuis maximis clariſ
simisq; uirtutibus. & 73 b, Virtus eximia alicuius L. Pi
sonis, qui tanta uirtute atq; integritate fuit, ut, & c. Posteq.
205 a, Singularis & præstãtissima uirtus P. Lentuli. &
pro Do. 221 a, Vir singulari uirtute præditus. de Cla. 176
a, In uirtute animi atque uita fuit bonus autor in senatu.
pro Rab. 95 b, Virtus & honestas, & pudor cum Coſ.
esse cogebat. pro Font. 284 a, Vitæ socia uirtus, mor
tis comes gloria fuisse. Att. 286 b, Durior est conditio
spectatæ uirtutis, quàm incognitæ. Par. 117 a, Quod re
ctum & honestũ, & cũ uirtute est. de Vniu. 198 b, Ani
mus & ortu, & uirtute est antiquior corpore. Epiſt.
144 b, Virtute duce, comite fortuna. pro Cl. 52 b, Non
ille honorẽ à pueritia, nõ studia uirtutis, nõ ullũ existi
mationis bonæ fructũ unquã cogitarat. pro Pom. 11 a,
Nõ solum belladi uirtus in summo imperatore quærẽda
est, sed multæ sunt artes eximiæ huius administræ comi
tesq; uirtutis, ac primũ innocentia, & c. tẽperãtia, & c.
facilitas & c. ingenũ, humanitas, etc. de Or. 119 b, Alte
rũesh, in qua oratoris uis illa diuina uirtusq; cernitur.
Qu. Fr. 295 b, In uirtute atq; humanitate percipienda.
Of. 23 b, Phil. ius ciuile, eloquẽtia, cæteræq; uirtutes. de
89 a, Dicendi uirtus sine rerũ scientia exstare non po
test. Or. 220 a, Tẽpora inimica uirtuti. & 199 b, Admi
rabilis fama uirtutum incredibilũ alicuius. In V. 110 a,
Ea patientia, uirtus, frugalitasq; est, ut, & c. de Cl. 170
b, In Catonis orationibus omnibus omnes oratoriæ uir
tutes reperiuntur. de Or. 131 a, Est autem hæc huius ge
neris uirtus, ut, & c. Pro Planc. 261 b, Vir sine uirtute et
ingenio. pro Planc. 276 a, Non dtcã miser (natura enim
abhorret à uirtute uerbi) sed, & c. de Leg. 165 a, Nam
nec arboris, nec equi uirtus, quæ dicitur, in quo abuti
mur nomine, in opinione sita est, sed in natura. de In.
76 b, Præmia uirtutis, & officij sancta & casta esse o
portere. & ib. Ob egregiã uirtutẽ. de Or. 91 b, Virtu
tes ipsas esse inter se æquales & pares, ita qui esset elo
quens, eum uirtutes omnes habere, atq; esse sapientem.
Qu. Fr. 291 b, Nequaquã satis esse, ipsum has te habere
uirtutes, sed esse circũspiciendũ diligẽter. & 297 a, Om
nes de tua uirtute, integritate, humanitate cõmemorãt.
In P. 91 b, Iusta gloria, qui est fructus ueræ uirtutis ho
nestißimus. In A. 201 a, Nec enim ullã mercedẽ tanta uir
tus desiderat, præter hanc laudis & gloriæ, qua etiam
si careat, tamen sit se ipsa contenta. In A. 261 b, Excel
lentium hominum uirtus imitatione, non inuidia digna
est. & ibi. Vt cursu cursus, sic in uiris fortibus uirtus uir
tute superatur. de Leg. 161 a, Virtus nihil aliud est, quã
in se perfecta, & ad summum perducta natura.

Virus. uenenum. de Am. 112 b, Tamen is pati non posit, ut
non acquirat aliquẽ apud quem euomat uirus acerbita
tis suæ. In Ar. Hic ualidocupidẽ uenantem perculit ictu,
Moriferum in uenas figens per uulnera uirus.

Vis, uim, ui. uires, uiolentia, impetus, nerui, tori, potestas,
natura. pro Do. 241 b, Magna uis est in deorum immor
talitũ numine. de N. 78 a, Vis omnis ac potestas deorũ.
& pro Cl. 20 b, Vis deorum. Tus. 251 a, Magnũ uerò ef
fecisti, si cantharidis uim consecutus es. In A. 153 b, Di
ctatura, quæ uim tam regiæ potestatis obsederat. de O
ra. 92 a, Demosthenẽ summã uim habuisse dicẽdi. & a,
Antonij incredibilis quædã & propè singularis & di
uina uis ingenij. de Or. 119 b, Alterũ est in quo oratoris
uis illa diuina uirtusq; cernitur. & 101 a, Patria, cuius
rei tãta est uis, tanta natura, ut, & c. de Or. 107 b, Illud
uereor ne maiorẽ uim ad deterrendũ habeat, quàm ad
cohortãdũ. pro Cec. 296 a, Eãdẽ uim habet æquitatis ra
tio ad eam restituẽdum, qui ui deiectus est. Of. 36 b, Ma
gna uis est in fortuna in utramq; partẽ, uel ad secundas
res, uel aduersas. Of. 42 a, Et si in eo ipso est maxima uis,
ut simus ij, qui haberi uelimus. pro Cæl. 50 a, Vim uene
ni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem
ipsam parato, cuius perceleri interitu esset ab hoc com
probatum uenenum. de Di. 116 a, Ego enim possum uel
nescire, quæ uis sit cordis ad uiuendum. de D. 118 a, Radi
ces, quarum causam ignoramus, uim & effectum uide
mus. de D. 99 a, 65 b, Quod ostentũ habuit hanc uim, ut
Dionysius paucis pòst diebus regnare cœperit. & 115 b,
Ad hostiam deligendã ducem esse uim quandam sentien
tem atq; diuinam, quæ toto confusa mundo est. pro Cor.
62 a, Quod adiunctũ est, id habet hanc uim, ut sit ille in
fœdere inferior. Of. 59 b, Hæc est uis huius annuli et hu
ius exempli, si nemo, & c. de Or. 100 b, Definitionibus
quam uim res habeant, est exprimẽdum. Or. 207 a, Rei
um ac naturam explicare de Or. 90 b, Vim uniuersam
ac proprium oratoris definire. & 96 b, Omnis uis ac fa
cultas oratoris in quinq; partes distributa est. & 86 a,
Vis dicendi Athenis inuenta est. & 85 b, Penè infinita
uis ac materia artium. At. 54 a, Doloris magnitudo uim
quandam nobis dicendi dedit. pro Mur. 131 a, Vi geritur
res. & 124 a, Si illa solennis comitiorum precatio tantã
habet in se uim & religionẽ, quãta, etc. de D. 80 b, Cum
magna uis uideretur esse in mõstris interpretãdis ac pro
curãdis in aruspicũ disciplina. de N. 74, Mẽtis infinitæ
ui ac ratiõe designari & confici omnia. pro Rab. 94 a,
Is animi uim & infirmitatẽ corporis ostẽdebat. pro Ce.
297 a, Inermes, qui uim haberẽt armatorũ ad nocendũ.
de D. 127 b, Vim cœlestẽ, ad eos qui in terris gignuntur
pertinere. de Or. 94 a, Naturam ad dicendũ uim affer
re maximã. & 98 a, Vis incitatioq; orationis. In A. 204
a, Cæsar omnẽ uim ingenij, quæ summa fuit in illo, in po
pulari leuitate consumpsit. Offi. 66 b, 67 a, Si uir bonus
hanc habeat uim, ut si concrepuerit, posit in locupletiũ
testamenta nomẽ eius irrepere, hac ui nõ utatur. pro P.
280 b, Si uitã mihi fors ademisset, aut uis aliqua maior
reditum peremisset. Tusc. 226 b, Autrogandi sunt, ut si
quã habẽt ulciscendi uim, differãt in tẽpus aliud. & ibi.
Tãta uis fuit pœnitẽdi. Or. 219 b, Aliter in oratione nec
impetus ullus, nec uis esse potest. Ep. 10 a, In te potißimũ
fractam illam & debilitatam uim suam contulit. Epiſt.
7 a, Ea res tãtam habet uim, ut, & c. & 65 a, Habere uim
fœderis. de Or. 159 b, Terram mediam esse ac sua ui nu
tuq; teneri. de Fi. 59 b, Vis & natura rerũ. pro Syl. 181 a,
Vita ipsa ex ui sua naturaq; facillimè perspicitur. pro
Cor. 59 a, Postremò hæc uis esse istius & iuris & uerbi,
ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. &
ib. Sed totum hoc in ea fuit positũ semper ratione atque
sententia, ut, & c. pro Do. 224 a, Quæ est quasi alia uis,
quæ sententia Cæciliæ legis, nisi hæc, ne populo, & c. Ep.
80 a, Quæ uis insit in his paucis uerbis, si attẽdes, intel
liges, & c. pro Ce. 296 a, Aequitate intellecta nihil ad rẽ
pertinet, quæ uerborum uis sit ac nominum. Ora. 203 a,
Sine re nulla uis uerbi est. Qu. F. 303 b, Quædam infini
ta uis lachrymarum & dolorum. & 309 a, Lexq; de ijs
ferretur, ut qui nõ decessissent, ea pœna quæ est de ui, te
nerent. Of. 24 a, Ad hanc rationem maximã uim natura
habet, fortuna proximam. de D. 138 a, Id enim celeritas
significat & uis equorũ. de Am. 98 b, In animorum con
sensione omnis uis amicitiæ est. Par. 122 b, Cui quidem,
quæ maximam uim habere dicitur, fortuna ipsa cedit. de
L. 159 a, Quantam uim rerum optimarum mens huma
na cõtineat. & 184 b, Magistratus hæc est uis, ut præsit
præscribatq; rectè. pro Mil. 104 a, Nulla uis unquã est
in libera ciuitate suscepta inter ciues, nõ cõtra rẽp. pro
Mil. 113 a, Magna uis est cõscientiæ iud. & magna in u
trãq; partem. pro Mil. 114 b. Magna in hoc certè uis &
incredibilis animus, & nõ unius uiri uires iudicantur, si
quidem, & c. et 118 a, Qui nullã uim cœlestẽ existimat,
numenq; diuinum. pro R. P. 127 a, Ergo aderat uis (ut ait
poeta ille noster) quæ summas frangit, infirmatq; opes.
& 129 b, Hãc uim frigorũ hyemẽq; nos uix sustinemus.
pro Mar. 132 a, Nulla est tãta uis, tãta copia, quæ non fer
ro ac uirib. frangi possit. pro Sest. 11 b, Vim ui repellere.
& pro Mil. 103 a, Vt uim illatam defendere. At. 36 b, Et
eo magis uis nobis timenda est. Anteq. 194 a, Cum no
strorũ inimicorũ uim atq; uiolentiã prosperiat. At. 55 a,
Facere uim alicui. pro Cec. 285 a, & 289 a, Ex conuen
tu uim fieri oportebat. Of. 74 a, & I. C. 101 a, Adhibere
uim alicui. et ib. b, Inferre uim & manus alicui. At. 148,
I. V. 134 b, Afferre uim alicui. et 88 b, Afferre uim matri
bus familiãs. pro Cec. 296 b, Si reperientur ita parati ut
uim corpori ac uitæ potuerint afferre. Ep. 16 a, Vim ne
que parenti neque patriæ afferre oportere. pro Ce. 289
a, Prætor interdixit de ui hominibus armatis. In eadem,
Omnis enim uis est, quæ periculo aut decedere nos ali
cunde cogit, aut prohibet accẽdere. & ibidẽ, Pertenuis
uis.) (. Magna uis. Epistol. 116 b, Lex Plotia de ui. de Fin.
78 b, Stuprata per uim Lucretia. Ac. 29 b, Rationes quæ
uim afferunt in docendo. pro S. R. 33 b, Multa sæpe im
prudentibus imperatoribus uis belli ac turba molitur.
pro Cl. 38 b, Incursio seditiõis, uis multitudinis, impetus
tribunitius. pro Qu. 9 a, Vi ac necessitate coactus & in
uitus hoc feci. pro Mur. 136 a, Catilina Sulpitio uim de
nunciabat. In C. 123 b, Si uis improborum spem meam fe
fellerit. At. 108 a, Decẽ annos nõ tibi à senatu, sed à te ip
so per uim & factionem datos. I. V. 115 a, Cohibitio tol
lendi nisi pactus esset, uim adhibeat pactioni. Epi. 101 b,
Vadunt solida ui.

Vis. copia, multitudo. Tus. 246 a, Magna uis auri & argen
ti. Ep. 104 a, Maxima uis ranunculorum. In V. 230 b, Vis
maxima uasorum. et 224. b, Magna uis eboris. Q. F. 126
b, Magna uis aquæ. de Ar. 148 b, Vis innumerabilis col
lecta seruorum. de Som. 127 b, Quem ut uidi, equidẽ uim
lachrymarum profudi. de Pro. 69 b, Vim argenteam de
derat præclaro imperatori nostro, ut exhaustas domos
replere possent. Pro Pom. 11 b, Eximia uis remigum. &
125 a, Omni ui te retinuissem.

Viscera, rum. intestina. de Fin. 84 a, Tanti aderant morbi
uesicæ & uiscerum. & de Na. 29 b, Terrena ipsa uisce
rum soliditas. In Catil. Tela in tuis pulmonibus & uisce
rib. adhærebunt. Tus. 214 a, Permanat in uenas, et hæret
in uisceribus id malũ. & ib. Cum hic feruor tanquam in
uenis medullisq; insederit. In C. 103 b, Periculum autẽ re
sidebit, & erit inclusum penitùs in uenis atq; uiscer ibus
reip. Tus. 233 b, Metrodorus qui omne bonũ in uiscerib.
medullisq; condidit. pro Dom. 238 a, Is extruxit uillã in
Tusculano uiscerib. ærarij. At. 86 a, Sed nol. me putare

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀγκλισήματα illa tua abiecisse, quæ mihi in uisceribus hærent. de Or. 138 a, Hæc non extrinsecus alicũde quærẽda, sed ex ipsis uisceribus causæ sumẽdæ sunt. In A. 159 a, Qui in medullis pop. Roma. ac uisceribus quærebant. & 262 b, Cæsar Antonij crudelitatem non solum à iugulis nostris, sed etiam à membris uisceribusq; auertit.

Viſceratio, onis. crudæ carnis distributio, quæ solẽni ritu fiebat. Of. 44 b, Prodigi qui epulis & uisceration ibus, & gladiatorum muneribus pecunias profundunt.

Viſcus, sci. de N. 55 a, Bestiolæ in sordibus tanquã in uisco inhæresc unt.

Viſendus, a, um. spectandus, magnificus. In Vat. 35 a, Epulum omni apparatu ornatuq; uisendo.

Vniuſmodi. non Varius (. Multiformis. Atti. 140 d, Noli enim putare tolerabiles hõrum inſanias, nec uniuſmodi fore. de Vn. 198 b, Materia ſemper eſt uniuſmodi, ſuique ſimilis, & eiuſdẽ naturæ. Ac. 44 d, Principes qualitates ſunt uniuſmodi, & ſimplices. Ex his autẽ ortæ uariæ ſunt, & quaſi multiformes. Ibidem: Quia ſola cerneret quod ſemper eſſet, ſimplex, & uniuſmodi, & tale quale eſſet.

Vnquam. omni memoria. Orat. 200 b, Iſocrates præſtat omnibus, qui unquam orationes attigerunt. de Ar. 252 b, Quod ſacrificium nemo unquam adijt? nemo niſi P. Clodius omni memoria uiolauit. Tuſ. lib. 4, Quis homo te exuperauit unquam gentium impudentia. Att. li. 3, Quũ ita me afflictũ uideas, ut neminem unquam nec uideris, nec audieris.

Vnus, a, um. ſolus, ſingularis, idem. de D. 115 d, Phyſici, qui omne quod eſſet, unum eſſe dixerunt. & de Orato. 144 b, Omnia quæ ſupra & ſubter ſunt, unũ eſſe, & una ui, atq; una conſenſione naturæ conſtricta eſſe. I. C. 114 b, Ille erat unus timendus ex his omnibus. I. C. 121 d, In hac cauſa omnes ſentiunt unum atque idem. pro Flac. 159 d, Lacedæmonij ita multos annos unis moribus, nunquam mutatis legibus uiuunt. pro Syl. 168 b, Simplex eſt officium, atque una bonorum omnium cauſa. Officior. 41 d, Confugiunt ad unum aliquem uirtute præſtantem. de Amic. 111 d, Alterius animum cum ſuo commiſcere, & efficere penè unum ex duobus. & 113 b, Vnus quaſi animus fiat ex pluribus. de Di. 128 b, Exitus quidem omniũ unus & idem fuit. de Som. 131 d, Anima eſt una ex omnibus, quæ ſeſe moueat. pro Plan. 276 d, Is enim unus fuit de magiſtratibus, qui, &c. de Pro. 73 b, Vnum pro uniuerſis ſubire atq; excipere pericula. de Legib. 170 d, Fibrenus rapidè dilapſus, citò in unum confluit. de D. 81 d, Xenophanes unus, qui deos eſſe diceret, diuinationem ſtulditius ſuſtulit. de Diuinat. 126 b, Panætius, qui unus è Stoicis Aſtrologorum prædicta reiecit. I. A. 167 d, Sed unã rem uereor, ne non probes. I. A. 223 d, Si omnes iuriſconſulti in unum conferantur, cum Ser. Sulpitio non ſunt cõparandi. Par. 118 b, C. Marius, qui mihi in ſecundis rebus unus ex fortunatis hominibus, in aduerſis unus ex ſummis uiris uidebatur. pro Cecinna, 396 b, Hoc etiam ſi uerbo differat, re tamen erit unum, & idem in omnibus cauſis ualebit. pro Quin. 13 b, Vnum tamen hoc cogitent, ſe, &c. pro Quin. 12 b, Vnum illud dico, ſi propter, &c. pro Quin. 14 d, Plura non dico, cum eo, &c. pro Pom. 5 b, Ab unis hoſtium copijs bellũ geri. pro S. R. 19 d, Non electus unus, qui maximo ingenio: ſed relictus ex omnibus qui minimo periculo poſſem dicere. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C.108 d, Quibus præcipiendũ uidetur, unum scilicet & unũ, quod cæteris. pro Cec. 296 b, Si tu solus, aut quiuis unus, &c. pro Clu. 22 d, Filius, quem tantũ unum ex multis fortuna mihi reliquũ esse uoluit. Ep. 253 d, Quanquã qui cum loquor? cum uno fortissimo uiro, qui, &c. Att. 2 d, Panætius unus omnino comes fuit. ad Her. 25 b, Nemo unus. i. solus. ad Her. 36 d, Colligere & cõferre omnia in unum. de In. 56 d, Conducere multa in unum. de In. 42 d, Compellere aliquos dispersos in unum locum. de Inu. 60 d, Vnum in locum cogi, & sub unum aspectũ subijci. ad Her. 33 b, Eiusdem unius aut plurium uerborum iteratio. Epist. 153 d, Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad unum. pro Mil. 114 d, Deinde dixit, se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret. pro Fõ. 276 d, Vnæ tabulæ proferãtur. Pro Fon. 278 b, Vnum est et simplex aurium iudicium. pro S.R. b, Cum multæ causæ cõueniẽt se unum in locum uidentur. de Or. 93 d, Cum te unum ex omnibus ad id dicendũ maximè aptũ cognossem. de Or. 85 b, Qui non aliqua in re una separatim elaborarunt, sed omnia comprehenderunt. Or. 208 d, Duplices loci, uni, & c. alteri, & c. I.V. 199 d, Vnæ decumæ. Atti. 232 b, Adductus sum tuis & unis & alteris literis. I.V. 254 b, Vna atq; eadem nox erat. & Ora. 209 b, Eadem & una res. de Inu. 62 b, Nobis non unum aliquod proposuimus exẽplũ. & ib. Vlli alicui certo sese addicere. Qu.F. 289 b, Superiorib. literis non unis, sed plurib. & c. de Or. 137 d, Vitia quæ sint in aliquo iudice uno uel pluribus. Oct. 231 d, Cõsumptus uno atq; eodẽ igni. Or. 136 d, Siue plura sint, siue aliquod unũ. pro Clu. 23 d, Vno tẽpore duas res audire. de Or. 156 d, Quid unũ excellat ex omnibus. Att. 182 d, Est autem unũ, quod mihi sit optandũ, si quid agi de pace possit. de L. 168 b, Vna mœnia. de Cla. 173 b, Vnus enim est sonus totius orationis, & idẽ stylus. Qu. Fr. 297 d, In tuis summis laudibus excipiam unam iracũdiam. Oct. 330 d, Militibus ueteranis in unum conductis. I. A. 194 b, Si hoc genus in unũ redigatur. Aur. 112 d, De amicitia omnes ad unũ idem sentiũt. de Vn. 195 b, Quod unum semper atq; idẽ est. I.V. 194 d, Data tibi pecunia est: una, qua frumentũ tibi emeres in cellam: altera, qua, & c. de Clar. 184 b, In quacunq; una, & c. nullãue una, & c. de Cl. 172 d, Vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse. con. Rul. 73 d, Vnus ullus: id est, unus aliquis. I. A. 224 b, Vnus aliquis.

Vnusquisq;. singuli. Offi. 57 d, Eandem esse utilitatem uniuscuiusq; & singulorũ. I.C. 121 d, Qui singulas uniuscuiusq; domos, & hoc uniuersum reip. domicilium delere conati sunt. pro Syl. 179 d, b, Vniuscuiusq; indulgentiã testarer in suos. Parad. 117 b, Ponite ante oculos unumquẽq; regum, & c. de N. 73 d, & de Or. 23 d, Sentit domus uniuscuiusq;. de Or. 131 b, & 141 d, Propriè de uno quoq; dixit. Tus. 176 b, Quid in unaquaq; re uerisimile esset inuenire. I.V. 217 b, Sigillatim unumquẽq; appellare. I.V. 230 b, Quæ hospites ad ea quæ uisenda sunt, ducere solent, & unumquemq; ostẽdere, & c. de Fi. 103 b, Et unumquẽq; nostrũm eius mundi esse partem. & pro S. R. 26 d, Vnusquisq; uestrũm. ad Her. 32 b, Vtrung; ad unumquodq; pro S.R. 32 d, Neq; omnia dicam, & leuiter unumquodq; tangam.

Vocabulum, li. nomen, uerbum, uox. de Ar. 249 b, Qui ludi ne uno quidẽ uerbo appellantur latino, ut uocabulo

ipso Matris magnæ nomine religio suscepta declaretur. de Na. 80 d, Chaldæi nõ ex artis, sed ex gentis uocabulo nominati. de Inu. 50 d, Nomen est, quod unicuiq; rei datur, quo suo quæq; proprio ac certo uocabulo appellatur. de Leg. 163 b, Rebus non mutatis immutare uoc abula. de Le. 182 b, Nomẽ mœniæ, quo uocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. pro Cec. 294 b, Rem aliquam suo certo ac proprio uocabulo nominare. de Or. 157 b, Cum res suum nomen proprium ac uocabulũ non habet. de Or. 217 b, Ab alijs ijdẽ pedes, alijs nominãtur uocabulis. I.P. 99 d, Vocabula tãtum pecuniarũ, & genera mutabas. de N. 9 b, Res utiles & salutares deorum esse uocabulis nuncupatas.

Vocabulum. pro notatiõe, etymologia, & uocabuli explicatione. de Or. 123 b, bis.

Vocalis. le. de Or. 204 d, Habet enim ille tanquam hiatus concursu uocalium molle quiddã. & ad Her. 27 b, Crebræ uocalium concursiones, quæ uastam & hiantẽ orationem reddũt. Item: Nemo tam rusticus est, qui uocales nolit coniungere. de Clar. 187 d, Addamus huc etiam, ne quem uocalem præterijsse uideamur, C. Cosconiũ. id est, habentem uocem.

Vocatus, tus. accersitus. de Or. 143 d, Senatus uocatus Drusi in curiam uenit.

Vociferatio, onis. uox quædam effrenatior, clamor. I.V. 267 b, Ante de L. Herennio uociferatio cõmouebat. pro Cl. 23 b, In ipso sermone hoc, et uociferatione. ad Her. 20 d, & 21 d, Muliebris uociferatio. pro S.R. 20 b, Vociferatione accusatores in iudicijs uti solent.

Vocifero, as. uociferor, clamo, clamorem edo, exclamo. I.V. 119 b, Si hoc uociferare uelim, quàm indignũ sit, &c. & 208 b, Minitari & uociferare palàm.

Vociferor, aris. uocifero. pro S.R. 20 d, Nec satis liberè uociferari possum, & c. pro R.P. 125 b, Quid uociferabare decem millia talenta Gabinio esse promissa.

Vocitor. uocor, de N. li. 2, Quas nostri septem soliti uocitare triones. pro R.P. 123 d, Demetrius qui Phalereus uocitatus est.

Voco, as. appello, arcesso, adduco. de Nat. 70 b, Hunc Aegyptij Thoyth appellant, eodemq; nomine anni primus mensis apud eos uocatur. & Academ. 5 b, Comprehensio, quam κατάληψιν illi uocãt. de Or. 255 d, Septẽ fuisse dicuntur uno tempore, qui sapiẽtes & haberẽtur & uocarentur. Ar. 94 d, Hunc ego patris causa uocaui ad cœnam. & pro Mur. 141 d, Ad prãdium uulgò uocati. Ep. 61 d, Cum senatum ad XIII Cal. Ian. Trib. pleb. uocauisset. Epist. 147 b, Quarum rerum spe ad laudem me uocasti. Atti. 41 b, Quòd me ad uitam uocas. & 198 b, Quòd me á mœstitia uocas, multum proficies, & c. Att. 41 b, Et te in eundem luctũ uocem. de L. 158 b, In lõgum sermonem me uocas. de Or. 139 d, Ad mẽtes iudicum permouendas, & ad utilitatẽ nostram uocandas. pro Deio. 149 d, Is uestram familiã in lucem è tenebris uocauit. de Or. 111 d, Eadem facultate & fraus hominũ ad perniciẽ, & integritas ad salutem uocatur. pro Rab. 94 b, Cũ ad arma consules ex senatusconsulto uocauissent. I.C. 99 b, Nunc iam uitam omnium, Italiamq; totam ad exitium uastitatemq; uocas. pro Cecin. 287 d, In partem mulieres uocatæ sunt. pro Milo. 109 d, Milo Clodium ad iudicium bis, ad uim nunquã uocauit. I.A. 171 d, Ne me apud milites

milites in inuidiam uoces. de L. 171 d, Lex uim habet ad recte facta uocandi, & à peccatis auocandi. de Ora. 106 d, Causæ quæ omnino in iudicium uocari non solent. & pro Cor. 68 b, Vocari in iudicium de aliqua re. pro Mu. 129 b, Ibi ego te ex iure manu consertum uoco. pro Qu. 21 d, Vocare aliquem in ius. de Ora. 135 b, In disceptationem aut controuersiam uocari. pro S. R. 24 b, Vocare aliquẽ in crimen. I.V. 262 b, Vocari in crimen & inuidiam. pro Sest. 27 d, Qui claros uiros in inuidiã aliquã uocauerunt. & pro Rab. 94 b, Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam uocare. pro Cec. 297 b, Aucupia uerborum in inuidiam uocant. I.V. 237 d, Vocari in suspicionem coniurationis. & pro Cl. 56 b, Noui quidam homines in suspicionem uocati sunt. pro Pom. 6 d, Vocari in periculum & discrimẽ. & Ep. 119 d, Vocari in eandem conditionem. Offi. 17 b, Vocare aliquem in odium aut inuidiam falsis criminibus.

Voconij. pop. Ep. 157, Planci.

Vocula, læ. de Or. 153 d, Flexiones in cantu, & falsæ uocu læ. & Ep. 27 d, Sed incurrit hæc nostra laurus non solũ in oculos, sed etiam in uoculas maleuolorũ. Att. 37 b, Re creandæ uoculæ causa, hæc ambulans dictaui.

Volaterræ. oppidum Hetruriæ. pro S.R. 21 b.

Volaterrani. I.V. 287, Epist. 203, Att. 18.

Volaticus, a, um. inconstans. At. 212 b, O Academiã uolaticam & sui similem, modò huc, modò illuc. de Arusp. Furentes ac uolaticos impetus, &c.

Volatilis, le. uolucer. de Na. 56 b, Vescimur bestijs & terrenis, & aquatilibus, & uolatilibus.

Volatus, tus. lapsus uolucrum. de Na. 46 d, Aer uolatus auium sustinet. de Di. 80 b, Volatibus auium, cantibusq; declarari res futuras. & 85 b, Aquilæ admonitus uolatu. de N. li. 2, Cum pulli pinnulis uti possunt, tum uolatus eorum matres prosequuntur.

Volites, tum. uelites. Cic. de Rep. Militari more ueterum uelocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati, ijsdem miscendi quos expeditos, quasi uolitantes appellabant. aliter, uelites.

Volitinienses. pop. pro Pl. 267.

Volito, as. uagor. de Orator. 110 d, Aues passim ac liberè uolitant. & 99 d, Volitare in foro, hærere in iure. cõtra Rul. 77 b, Volitat enim ante oculos istorum regis filius. de Orator. 118 d, & ad Heren. 36 d, Volitare & uagari toto foro. contra Rul. 86 d, Volitare per gentes & per regna, & c. pro Fl. 154 d, Homo uolitans gloriæ cupiditate. de Na. lib. 1, Bestiæ uolitantes in ardentibus fornacibus. Post. red. in Senatu, Homines cũ ferro & facibus uolitantes.

Volo, as. pennis aera seco. I. A. 226 b, Quem nisi in uia quidam retardassent, uolasse eum, non iter fecisse diceres. In Arat. Quæ uolat, & serpens geminis secat aera pennis. Tus. lib. 1, Volat ætas. At. lib. 2, Literæ Capuam ad Pompeium uolare dicebantur.

Volo, uis. uoluntas est, uoluntatem habeo, uoluntas mea fert, non nolo, sententia est. studeo, cupio. Quint. Frat. 319 d, Quamobrẽ ea te cura liberatum uolo. & pro Cl. 57 b, Nihil est mali, nihil sceleris, quod illa non filio uoluerit, optauerit, cogitarit, effecerit. Attic. 120 d, Nulla est sedes, quò concurrant ij, qui remp. defensam uolunt. & Epistol. 207 b, Vt eam per te quã maximè defensam

& auctam uelis. In Vat. 35 d, Volo uti mihi respondeas, & c. de Cl. 183 d, Sed is Stoicus esse noluit, orator autem nec studuit unquam, nec fuit. pro Dom. 219 d, Quid sibi iste ultrà I.V. 135 b, Quiduis facere quamuis callidè solebat. & ibi. Quamuis audacter, quamuis impudenter. Epist. 190 d, Volo uos bene sperare. et 148 b, Volo omnes de me bene sperare. Attic. 239 d, Antonio quàm iam est, uolo peius esse. Attic. 39 b, Volam illum scire ex te, me id fecisse, & c. Atti. 173 d, Per eos qui nostra causa uolunt, ualentq; apud illum, diligentissimè contẽdas opus est. de Leg. 190 b, Ita mehercule attendi, nec satis intellexi quid sibi lex, aut quid uerba ista uellent. Ep. 132 b, Velle causa alicuius. Epist. 229 b, Omnium causa, quos commendo, uelle debeo. Epist. 70 b, Si quid nostra causa uis. pro Plan. 271 b, Ego illi omnia malo, quàm mihi. Attic. 219 d, & 262 b, Dolabellæ causa & cupio & debeo. Qu. de Pet. 205 b, Vt intelligant, qui debent causa tua referẽdæ gratiæ, & qui uolunt, obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore. Attic. 96 b, Sed planè uolo his magistratibus, quorum uoluntatem in supplicatione sum expertus. Epistol. 36 d, Sin autem es φιλάστιος, illud nõ perficies, quo minus tua causa uelim, hoc assequere, & c. Epistol. 213 d, Varro magnopere eius causa uult omnia. & 224 d, Te ipsius causa uehemẽter omnia uelle. & 263 b, Valde enim eius causa uolo. pro D. 219 b, Plura dixi, quã opinio tulerit aut uoluntas mea. & pro Pom. 17 b, Si nostra uoluntas feret.

Volsci. antiqui Italiæ populi. Atti. 144, Offic. 8, pro Cor. 61 d.

Volubilis, le. in orbem incitatus. pro Mil. 114 b, Vaga uolubilisq; fortuna. & de Vniuers. 198 b, Cœlum uolubile, & in orbem incitatum. & de Natur. 35 d, Volubilis & rotundus Deus. pro Fla. 156 b, Homo uolubilis, & præcipiti quadam celeritate dicendi. & ad Heren. 21 d, Celeriter uerba conficere, ut uim uolubilem orationis uociferatio consequi possit. de Cl. 174 d, Appij uolubilis, sed paulò feruidior erat oratio. & ibid. Canorus orator & uolubilis.

Volubilitas, tis. uolubilis motus, cõuersio. de Fa. 149 d, Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motiõis, uolubilitatem autem non dedit. de Vn. 201 d, & de N. 35 b, Deus cœlum ad uolubilitatem rotũdauit. & de D. 111 b, Mundi uolubilitas. pro Pl. 272 d, Fortunæ uolubilitas: id est, inconstantia. de Or. 86 b, Linguæ uolubilitas. Or. 201 b, Verborum uolubilitas.

Volubiliter. celeriter, incitatè. Or. 217 b, & 218 d, Fundere orationem uolubiliter.

Volucer, uel uolucris, cre. uolatilis, penniger, aerius, ales. de Natur. 21 b, Volucres angues ex uastitate Libyæ uento Africo inuehi in Aegyptum. Tuscul. 235 b, Natura bestias uolucres cœlo frui libero uoluit. de Orat. 110 b, Volucres uidemus procreationis & utilitatis suæ causa fingere & construere nidos. Aca. 20 b, Quædam uolucres uident longius. de Cl. 195 b, Genus dicẽdi uerbis uolucre atq; incitatum. pro Syl. 184 b, O falsam spem, ô uolucrẽ fortunam. & pro Quin. 14 b, O nuncium uolucrẽ. pro Pl. 271 d, Nihil tam uolucre, quàm maledictum. de Di. 84 d, Astrorum uolucres motus. & 121 d, Vbi tam teneros uolucres matremq; peremit. Anie. 112 d, Bestiæ uolucres, agrestes, natantes.

Volu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Volucrium.*in genitiuo plur.teste Charisio, citatq; Cic. de Finibus.*

Volumen,*nis.liber.At.245 a,Euolui uolumẽ Epistolarũ tuarum.& Ep.263 a,Referre epistolas in uolumina.Ep. 292 a,Nõ enim te epistolis.sed uoluminib.lacesserẽ.Ep. 354,Legati mihi uolumẽ à te plenũ iniquissimæ querelæ reddiderũt.Tusc.191 b,Quoniã duob.superiorib.de morte & de dolore dictũ est,tertius dies disputatiõis hoc tertiũ uolumẽ efficiet.ad He.6 a,Quoniã satis huius uoluminis magnitudo creuit,in altero lib. exponemus, &c. de D.132 a,Chrysippus totum uolumẽ impleuit oraculis falsis,etc.Ep.155 b,Cæsar uolumina iã cõfecit ἀνοφθεγμάτων.de Or.101 a,Omnia hæc nõ ita multis literis aut uoluminib.magnis cõtinẽtur.pro S.R.35 a, Veniat modò,explicet suũ uolumen illud, quod ei Erucius cõscripsit.de N.10 b, Cuius ratiõis uim & utilitatẽ ex illo cœlesti Epicuri de regula et iudicio uolumine accepimus.*

Voluntarius,*a,um.uerus,ad arbitriũ, ad libidinẽ, quod inquinatè loquentes Spontaneũ dicunt.Est autẽ uolũtarium id,quod in sua quisq; potestate positũ sciens agit, nec eum ignorat in quo uersetur oratio, nec quo quasi instrumẽto rem agat,nec finem ipsum. Huius contrariũ est inuitum,fictum,simulatũ.Q.R.47 a,Illa fuit oratio necessaria,hæc erit uoluntaria.& Epi.15 a,Voluntaria quadam obliuione. de Cl.173 b, Carbo morte uolũtaria se à iudicum seueritate uindicauit. I. A 252 b, Est etiam Asinius quidam senator uoluntarius; lectus ipse à se.pro Mar.133 a,Vt sine ulla spe ad interitum ruerem uoluntarium.Off.6 b,Nam hoc ipsum ita iustum est,quod rectè fit,si est uoluntarium.de Fat.145 a,Esse quendã motum, animi uoluntarium.I.A.209 a,Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam,etc.nũc si quis,&c.erit uolũtarius.I.V.233 a,Nemo erat uoluntarius laudator præturæ tuæ. ad Br. 91 a,Multi ad te eũt uolũtarij.& Antequã.194 b,Si tamẽ sunt uolũtarij inimici,qui,&c.de N.34 b,Restat igitur,ut motus astrorum sit uoluntarius.de Fi.133 a, Virtutes animi non uoluntariæ.)(.Voluntariæ.de Fi.78 b,Cæsus uoluntarius.& de In.91 a,Voluntarium facimus.*

Voluntas,*tis.mens,animus,sensus,studium,arbitrium,libido, impetus quidam animi, sedulitas, animi uoluntas propensa,uoluntas in aliquem propensa.pro Mu.132 b, Nihil obscurius uoluntate hominũ. At.194 b, De uoluntate tua ut simul simus, uel studio potius & cupiditate, non dubito.pro Pl.176 a,Voluntas grata in parentes.de Or.106 a, Defendere testamenta ac uoluntates mortuorum.de Or.136 b,Habe uoluntatem nocendi in iracũdia. At.178 b,In eadem sum uoluntate.ad Br.10 a, Voluntas mea de summa reip.semper eadem fuit.pro Qu.17 b,Ad uoluntatẽ loqui.i.assentari.Qu.de Pet.211 a,Commutare uultum & sermonẽ ad sensum & uoluntatẽ alterius. pro Pom.13 a,Põpeij uoluntatibus omnes ciues assenserunt.cont.Rul.65 b, Erras si senatũ hoc probare putas, populum autem esse in alia uoluntate.contra Rul.87 b, Vt eam uoluntatẽ,quam semper habuistis erga me,retineatis.Epist.87 b,Vt ad eam uoluntatem,quam tua spõte erga Cecinnam habiturus esses,tantus cumulus accedat,&c.I. C.115 b, Dijs immortalibus ducibus hãc mẽtem uoluntatemq; suscepi.I.C.121 b, Tum etiam maiore populi.Rom.ad cõmunes fortunas conseruandas uoluntate.I.P.89 b,Hoc accidit præter optatũ meum,sed uol-*

de ex uoluntate.pro Mu.126 b, Magna est comitijs consularibus repentina uoluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad uirum bonum.pro Fl.148 a, Cum Græcus testis processit ea uolũtate,ut læderet. Antequã.192 b,Illic enim animi uoluntas propẽsa comprobatur. pro Se.18 b,Eos uoluntatẽ semper eandẽ, libertatem eãdem non semper habuisse.de Fi.78 a,Sua uoluntate, nulla ui coactus.I.V.184 b, Longius quàm uoluntas fuit,digressus sum.I.V.233 b,Is eandem uoluntatem suscepit erga illos,quam ego semper habuissem.cont.Rul.77 a,Ex sua uoluntate facere.i.arbitratu suo.pro Fon.282 a, Quantã uoluntatem habent ad hunc opprimendum. de Ora.148 a, Aliqui impetu quodam mentis & uoluntate similes. pro Pom.17 b,Si uestra uoluntas feret. Atti.55 a, Vix tamen ei de mea uoluntate concessum est.de In.62 b, Hoc mihi uoluntatis accidit,ut scriberem,&c.Ep.59 b,Tribuere alicui uoluntatẽ mutuam.Epi.25 a, Esse bona uoluntate erga aliquem.Ep.60 a,Mutuum in amicitia est, cum par uoluntas accipitur & redditur.cõt. Rul.66 b, Tua erga me uoluntas & studium.de Inu.74 b, & pro Fl.147 b,Voluntas & studium.pro Syl.169 a, Animus eximius in remp. At.41 a,Voluntas tua mihi ualde grata est.de Or.121 b,Abijcere uolũtatẽ faciẽdi aliquid. At. 142 b, Et quonam modo possem uoluntate eius nullam reip.partem attingere. At.136 b,Qui se cõtra huius uoluntatẽ diebat posse.I.A.248 b, Mea perpetua atq; constans uoluntas in remp.Ep. 220 b, Voluntas, quam erga illũ habes.pro Mil.109 b,Nihil tam flexibile, quàm uolũtas erga nos,sensusq; ciuũ.pro Li.138 a,M. Cicero dedit alium in ea uoluntate non fuisse, in qua ipse fuit. At.273 a, Occultæ hominũ uoluntates,multiplicesq; naturæ.pro Ra.92 a,Cũ tãto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari uoluntate Cãpaniæ uicinitatis ornetur.

Voluo,*uis.uerto,uerso,torqueo,in orbem torqueo.deFa. 149 a,Turbinem uersari,& cylindrum uolui.putes.& de Som.128 b, Illi qui uoluuntur stellarum cursus sempiterni.de Or.159 a, Longissima est cõplexio uerborum, quæ uolui uno spiritu potest. Or.210 b, Quo melius cadat aut uoluatur oratio.de Cl.187 a,Celeriter uerba uoluens.& 190 b, Facilè solutéq; uerbis uoluere sententias. de Cl.193 a,Voluendi sunt libri Catonis.*

Voluptarius,*a,um.amœnus.de Fini.56 b,Disciplina uoluptaria,delicata,mollis.)(.Grauis,continens,seuera. et de Or.148 b,Voluptariæ disputationes Aristippum delectabant.I.P.94 b, Sic suos sensus uoluptarios omnes incitauit.I.P.88 b,Isti tui uoluptarij. Att.104 a, Voluptariæ possessiones.de Fi.li.3.97 a,Quãq; Stoici cõmuni nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant, ego malo Lætitiam appellare,quasi gestientis animi elationem uoluptariam.Tusc.245 b, Ordiamur ab eo, quem mollem,quem uoluptarium dicimus. & 178 b, Epicurus homo uoluptarius.*

Voluptas,*tis.iucunditas,fructus iucunditatis, lætitia. de Fi.65 b,Omnes enim iucundum motum, quo sensus hilarent,Græcè ἡδονὴν,latinè uoluptatem uocant.& ib.a, Voluptatem hanc sentiunt esse omnes,quam sensus accipiens,iucunditate quadã perfunditur.et 56 b, Voluptas est,quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet,& cum iucũditate quadã percipitur sensibus.et 66 b, & 67 a, In eo aũt uoluptas omniũ latinè loquentiũ more ponitur,*

cũ percipitur ea,quæ sensum aliquè moueat iucunditas.et 80 b,Voluptas est iucũdus motus in sensu. de Fi. 66 b,Verbo uoluptatis omnes qui ubiq; sunt,qui latinè sciunt,duas res subijciũt:lætitiã in animo,cõmotionem suauẽ iucũditatis in corpore.de Fin.56 b,Omne id quo gaudemus,uoluptas est:ut omne quo offendimur,dolor. Par.227 b,Voluptas boni natura fallaciter imitãdo adulterat.de Se.85 a,In uoluptatis regno uirtus nõ potest cõsistere.de Le.162 a,Voluptate capimur omnes,quæ etsi est illecebra turpitudinis,tamen habet quiddã naturalis boni:lenitatis est enim & suauitatis.& 165 b, Quæ penitùs in omni sensu implicata insidet imitatrix boni uoluptas,malorũ aũt mater omniũ.de Or.152 a, Omnibus in rebus uoluptatib.maximis fastidiũ finitimũ est. Off. 76 a,Omnis uoluptas honestati est cõtraria. Tusc.232 a, Xerxes præmiũ proposuit,qui inuenisset nouã uoluptatem.Of.33 a,Nec me angorib.dedi, nec rursum indignis homine docto uoluptatibus.pro Mu.142 a,Tu gubernacula reip.petas fouẽdis hominũ sensib.et deliniẽdis animis,& adhibẽdis uoluptatibus.Ep.63 b, Ex literis tuis cepi incredibilẽ uoluptatẽ.et 31 b,Capere magnã et perpetuam uoluptatẽ ex aliqua re.pro Pl.259 a, Capiebam animo non mediocrem uoluptatẽ,quod,&c.Cl.177 b, Itaq; cepi uoluptatẽ, tam ornatum uirũ fuisse in nostra rep.de Orat.101 a,Percipietis enim ex cognitione iuris illã lætitiã & uoluptatem,quod,&c.de Fi.66 a, Est ne quæso sitiẽti in bibẽdo uoluptas?de Cl.181 a,Dulci oratione,et quasi uoluptate quadã perfundi.Post.198 a, Incredibili,qua nũc fruor,lætitiæ uoluptate caruissem.de Fin.53 b,Percipere uoluptatẽ corporis ex aliqua re.Ac. 6 b,Dolere.)(.In uoluptate esse.de Fi.56 b,Esse in magno dolore,uel uoluptate.Ep.22 b,Ego uoluptatẽ habui nimiã.de Fin.54 a,Recta & honesta quæ sint,ea facere ipsa per se lætitiã.i.uoluptatẽ. At.39 b, Ea res mihi summæ uoluptati fuit. Offic.21 b, Sed si quis est paulò erectior,quãuis uoluptate capiatur,occultat & dissimulat appet.tũ uoluptatis propter uerecundiã:ex quo intelligitur, corporis uoluptatẽ nõ satis esse dignam hominis præstãtia. Of.40 b,Voluptates blãdissimæ dominæ sæpe maiores partes animi à uirtute detorquẽt. Omne autẽ id quo gaudemus,uoluptas est: ut omne quo offendimur,dolor.de Fi.li.1, In eo aũt uoluptas omniũ Latinè loquentiũ more ponitur,cũ percipitur ea, quæ sensum aliquè moueat,iucũditas.de Fi.li.2,Aliud uoluptas, effusum,lene,tenerũ,hilaratũ ac remissũ.3 de Or. Voluptas amatoria.Tusc.q.li.4,Voluptas duplex. Nõ enim hãc solã sequimur, quæ suauitate aliqua naturã ipsam mouet, & cũ iucũditate quadã percipitur sensib.sed maximam illã uoluptatẽ habemus, quæ percipitur omni dolore detracto.li.1 de Fin.Voluptas per se expetẽda Epicuro.de Fi.li.1,Voluptas,bonorũ finis,secundum Cyrenaicos & Epicurum. Aca.q.ed.1.lib.2,Voluptas gestiens,est præter modum elata lætitia,opinione præsentis magni alicuius boni.Tusc.q.lib.3,Humanissima uoluptas. Aca. q. edit.1.li.2,Voluptas rationi inimica,impedit consilium, ac mẽtis perstringit oculos, nec habet ullum cũ uirtute cõmercium.Cat.38,Voluptas insatiabilis è cognoscẽdis rebus.de Fin.lib.4,Voluptas liquida & libera.de Fin.1, Voluptas quò maior est,eò magis mentẽ è sua sede et statu dimouet.Parad.Voluptas mouens:contrarium,stans. de Fi.lib.2,Doloris omnis priuatio, rectè nominata est uoluptas.1 de Fin.Libero tẽpore,cũ soluta est nobis eligẽdi optio,quiãq; nihil impedit,quò minus id quod maximè placet,facere possimus,omnis uoluptas assumẽda est, omnis dolor depellendus.1 de Fin. Omnis uoluptas honestati contraria est. Of.lib.3, Voluptas ut decoris labes opprimenda.1 de Leg. Voluptas uaria dici solet, cũ percipitur ex multis dissimilibus rebus,dissimiliter efficientibus uoluptates.de Fi.li.2.8, Voluptas procreandi. de Fin.lib.2,Voluptatis illecebris delinitus, uirtuti nuncium remisisti.15 Fam.Voluptatis nomẽ inuidiosum,& infamiæ subiectũ.de Fi.lib.2,In omni re doloris amotio successionem efficit uoluptatis.1 de Fi.Voluptati subiecta sunt,maleuolẽtia lætans malo alieno,delectatio, iactatio,et similia.Tusc.q.lib.4,Nemo ipsam uoluptatem, quia uoluptas sit,aspernatur,aut odit,aut fugit:sed quia consequuntur magni dolores eos,qui ratione uoluptatẽ sequi nesciũt.1 de Fi. Ad uoluptatem omni impetu ferri. Off.2,Aristippi est,aduoluptatẽ & dolorẽ quæ fugimus,quæq; sequamur,referri omnia.lib.1 de Fin.Ad uoluptatem loqui, quod Græci πρὸς χάριν λαλεῖν. Læl. Quod ipsa natura,ut ait Epicurus, adsciscat & reprobet,id est,uoluptatẽ et dolorem.lib.1 de Fi.Diuinè enim Plato escam malorũ uoluptatẽ appellat,quòd ea uidelicet homines capiãtur ut hamo pisces.de Se.86 a, Omne animal,simul atq; natũ sit, uoluptatẽ appetere, eaq; gaudere ut summo bono.lib.1 de Fi. Voluptatem et honestatem fines esse Callipho censuit.Acad.quæst.edit.1. lib.2,Voluptatem seuerissimè contemnere.Offic.1.101, Voluptatẽ cum honestate Dinomachus et Callipho copulauit.Tusc.q.lib.5,Voluptatem,dolore detracto,non crescere ait Epicurus.Tusc.q.lib.3,Voluptatem definiunt Stoici,sublationem animi sine ratione,opinantis se magno bono frui.de Fin.lib.2,Nullam capitaliorem pestem, quàm uoluptatem corporis hominibus dicebat à natura datã, cuius uoluptatis auidæ libidines temerè et effrenatè ad potiundum incitarentur. de Senect. 85 a, Voluptatem cum summum bonum diceret.lib. 1 de Fin. Voluptatem propter nos,nõ propter eam,nosmetipsos diligimus.de Fi.lib.5,Voluptatem etiam & per se expetendam esse, & dolorem ipsum per se esse fugiendum. lib.1 de Fi.Voluptatem ipsam per se, quia uoluptas sit, semper optandam expetendamq; putat Epicurus. Tusc. q.lib.5,Voluptatem unam uirtus minimi facit.de Fi.lib. 2,Omnis enim expectatio eius qui audit, & admiratio, & improuisi exitus,habent aliquam in audiendo uoluptatem.Parti. Nõ placuit Epicuro medium esse quiddã inter dolorem & uoluptatẽ.1 de Finib.Percipere uoluptatẽ corporis ex aliqua re.1 de Fin. Vt labore & dolore magnam aliquam quærat uoluptatem.lib.1 de Finib. Voluptatẽ immanissimus quisq; acerrimè sequitur.Par. Tum intelliges,qui uoluptatem maximè sequantur, eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

minimè consequi. Tusc.q.lib.5, Qui uoluptatem cũ honestate coniunctam summum bonum statuũt, ij inuidiosum nomen uoluptatis fugiunt, sed in uicinitate uersantur. Ac.q.ed.1.lib.2, Summam uoluptatem, inquit Epicurus, non dolere. Tusc.q.lib.3, Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatem, ut postea uariari uoluptas distinguiq; possit, augeri amplificariq; non possit. 1 de Fin. Nullam animi uoluptatem uidistis, nisi profectam à corpore, & redeuntem ad corpus. de Nat.1, Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est uoluptatem. lib.1. de Fin. Voluptate & molestia mixtus amor. de Vniuers. Voluptate compleri. Acad.q.edit.1.lib.2, Voluptate dominante, maximas uirtutes iacêre necesse est. de Fin.lib.2, Voluptate nimia gestire. Offic.1, Voluptate, quasi mercede aliqua, ad officium impelli. Acad.quæst.edit. 1. lib. 2, His rebus instructus, semper est in uoluptate. 1 de Fin. Dolere, & in uoluptate esse, contraria. Academ.quæst.ed. 1. lib. 2, Quis autem uel eum iure reprehenderit, qui in ea uoluptate uelit esse, quã nihil molestiæ cõsequatur, uel illum qui dolorem fugiat, quo uoluptas nulla pariatur? 1 de Finib. Quisquis sentit quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in uoluptate esse, aut in dolore. 1 de Fi. Voluptate sua omnia metiuntur Epicurei. 7 Eam. Voluptates et dolores animi nascuntur è corporis uoluptatibus & doloribus. de Fin.1, Voluptates beluarum sunt. Læl. Delicatæ uoluptates Epicureorum. de Nat.d.1, Voluptates languide (Tusc.q.li.5, Voluptates libidinosæ. de Fi.1) Voluptates obscœnæ. de Fin.lib.2, & Tusc.lib.5, Voluptates quæ auditu, & cantibus percipiuntur. Tusc.q.li.5, Voluptates quæ ex formis percipiuntur oculis. Tusc. quæ.lib.3, Temporibus quibusdã, aut officijs debitis, aut rerum necessitatibus sæpe euenit, ut et uoluptates repudiandæ sint & molestiæ non recusandæ. 1 de Fin. Voluptates sensum mouentes. Acad.q.ed.2.li.1, Eos & accusamus, et iusto odio dignissimos ducimus, qui blanditijs præsentium uoluptatum deliniti atq; corrupti, quos dolores, quas molestias excepturi sint, occæcati cupiditate non præuident: similiq; sunt in culpa qui officia deserunt mollitia animi, id est laborũ & dolorum fuga. 1 de Fin. Omninoq; hoc genus uoluptatum (obscœnarum) optabile esse si nõ obsit, prodesse nunquã (tradunt Epicurei) Tusc.q.li.5, Voluptatum præteritarum memoria, & spe consequentium sapientis uitam refertam putat Epicurus. Tusc.q.lib.3, Detrahens eas uoluptates, quæ sapere percipiũtur. Tusc.quæst.lib.3, Voluptates obscœnas, faciles, cõmunes, in medio sitas esse dicũt Epicurei. Tusc.q. lib. 5, Voluptates obscœnas si natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine, sed forma, ætate, figura metiendas putant Epicurei. Tusc.q.li.5, Vt non modò nullam captet, sed etiam prætereat omnes uoluptates. li. 1 de Fi. A uoluptatibus obscœnis abstinere minimè esse difficile asserunt Epicurei, si aut ualetudo, aut officium, aut fama postulet. Tusc.q.lib.5, A uoluptatibus deseri. 4. ad Attic. Voluptas, quasi titillatio (Epicuri enim hoc uerbũ est) sensibus adhibetur. de Nat.d.1, Vt turpes sunt

qui efferunt se lætitia, tum cũm uenereis uoluptatibus fruuntur. sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. Tusc.q.lib.4, Qui ita frui uoluptatibus uolunt, ut nulli propter eas dolores consequantur, & quisnam iudicium retinẽt, ne uoluptate uicti faciãt id quod sentiunt, non esse faciendũ, hi uoluptatẽ maximam adipiscuntur prætermittenda uoluptate. 1 de Finib. & de Nat.de. 1, Priuauisse se etiam uidetur multis uoluptatibus. lib.1 de Finib. A sapiente tenetur delectus, ut aut re ijciendis uoluptatibus maiores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. 1 de Fin.

Volutabundus. de rep. li 2. apud Nonium. Cupido autem & expetenti, & libidinoso, & uolutabundo in uoluptatibus eius.

Volutatio, onis. I.P. 97 a, b, Scelera tua non uestigijs odorantes ingressus tuos, sed totis uolutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus.

Voluto, as. de Som. 131 a, Eorum animi corporibus elapsi, circum terram uolutantur. In Sal. 272 a, b, Itaq; nihil aliud studet, nisi ut lutulentus sus, cum quouis uolutari. ad Her. 31 b, Cum pueri tibi ad pedes uolutarentur. de Aru. 257 b, Quis unquam tam liberè est cum scortis, quàm hic cum sororib. uolutatus? de Aru. 253 b, Clodius in domesticis est germanitatis stupris uolutatus. & ad He. 28 a, Nõ in omni dedecore uolutatus es? pro Sest. 28 a, & ad Her. 31 a, Frater uolutatus est ad pedes inimicorum. Ep. 127 a, Volutari in omni genere scelerũ. & I.V. 212 a, Volutari in luto. Q.u. Fra. 314 b, Ad Platonem & Aristotelem redeo, in quibus te uideo uolutatum. de Or. 146 a, & At. 74 b, In ueteribus scriptis studiosè et multum uolutatus. de Or. 97 b, Peruolutare libros.

Vomer, ris. ferrum in extremo aratro. I. A. 179 b, Vt aratrum circunduceres, cuius quidem uomere portam Capuæ penè perstrinxisti.

Vomica, cæ. ulcus. de Natur. 74 a, Nec prodesse uoluit Phereo Iasoni, is qui uomicam eius aperuit, quam medici non sanare potuerant.

Vomitio, onis. de Natur. deorum, 51 a, Vomitione canes aluos curare.

Vomo, mis. eijcio. pro Deiot. 147 b, Cum te uomere posse cœnam uelle dixisses. de Fin. 78 b, Asoti, qui in mensam uomant. I.P. 84 a, Conuiuium in quo nemo potest dicere utrum iste plus biberit, an uomuerit, an effuderit. Ep. 236 b, χολὴν ἐκπεφορηκότων noctu eieci. I.A. 172 b, Cui ructare turpe esset, is uomens frustis esculentis uinum redolentibus, totum tribunal impleuit. I.A. 2, Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur.

Vorago, nis. gurges, charybdis. de Diuin. 95 b, Summersus equus uoraginibus non extitit I.P. 88 a, Vos geminæ uoragines scopuliq; reipub. pro Sest. 25 a, Gurges & uorago patrimonij. I. Ver. 152 a, Immensa aliqua uorago aut gurges uiciorum. de Orat. 157 b, Charybdim bonorũ, uoraginẽ potius dixerim. In Sal. 274 b, Ea pars quò tanquam in unam uoraginem cœtus omnium uiciorum excesserat. I.A. 232 b, Habet secum L. Fratrem, quẽ gurgitem? quam uoraginem? quid eum non sorbere, quid

quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis?

Vorax, cis. gurges, belluo, ganeo. I.A. 173 a, Quæ charybdis tam uorax, tot res tam citò absorbere potuisset?

Voro, as. de Natu. 50 a, Animalia alia fugunt, alia uorant, alia mandunt. Attic. 60 b, Nos hic uoramus literas cum Dionysio.

Votiuus, a, um. quod uoto fit, uel suscipitur. I. Ver. Act. 2, Ludi uotiui. & At. 55 a, Votiua legatio. & 237 a.

Votum, ti. uoti sponsio, qua obligamur deo. Attic. 201 b, Ego me maiore religione, quàm quisquam fuit ullius uoti, obstrictum puto. pro Mil. 109 b, Vos & omnes boni uota faciebatis, ut Miloni uti uirtute sua liberet. pro Cl. 58 b, Nocturna illius sacrificia, sceleratasq; preces, et nefaria uota cognoscimus. I.C. 108 a, Facere uota contra remp. uel contra aliquem. de Ar. 250 a, Nostri imperatores maximis & periculosissimis bellis huic deæ uota fecerunt, eaq; in ipso Fesimunte ad illam ipsam principem aram persoluerũt. I.V. 228 b, Verres, qui Veneri ac Cupidini uota deberet, is Mineruæ templũ spoliare conatus est. Att. 190 b, Sed iam quasi uoto quodam & promisso me teneri puto. de N. 70 a, Iidem etiam uota suscipi dicitis oportere, nempe singuli uouent. de Nat. 78 a, Non ne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi uotis uim tempestatis effugerunt. de Nat. 9 a, Deus nihil sentiẽs, nunquã nobis occurrit, neq; in precibus, neq; in optatis, neq; in uotis. pro Pl. 280 a, Eorũ preces & uota de meo reditu audiui. I.V. 243 b, Nũcupare uota pro imperio, &c. Ep. 85 b, Nemo est quin uota uictoriæ suæ fecerit. Epist. 96 b, Quotidie uota facimus, ne intercalentur. et Tusc. 228 b, Tereor ne non tam uirtutis fiducia nitendum nobis ad spem beatè uiuendi, quàm uota facienda uideantur. At. 134 a, De aliquo ægro uota facere. de L. 178 a, Voti sponsio, qua obligamur deo. At. 243 a, Vota diis soluere. de L. 174 a, Sanctè uota reddũio. I.V. 265 a, Nocturna uota cupiditatum. i. quo sunt pro cupiditatibus. Ep. 236 b, Cui quidem tu adeò piè & castè satis facias: id est, Apollini & Aesculapio. I.A. 195 b, Antonius ea uota, quæ nunquam solueret, nuncupauit. & 211 a, Is æquum putauit, uitam quam populi Romani uotis retinuisset, pro libertate populi Rom. in discrimen adducere. I.A. 227 b, Quorum uotis iudicauit se à morte reuocatum. pro Mil. 116 a, Vota enim feceratis, ut in eos se potius mitteret, quàm in uestras possessiones.

Voueo, ues. uota suscipio, uota facio, uota nuncupo. de D. 87 a, Qui cum sues pasceret, una ex his amissa uouisse dicitur, si recuperasset, unam se deo daturum. de Natur. 68 a, Templa Nympharum publicè uota & dedicata. de Cla. 171 a, Ludi quos Salinator Senensi prælio uouerat. In Ver. 228 b, Marcellus duo templa dedicaturum se Romæ uouerat. At. 25 b, Quid optamus à diis immortalibus? quid uouemus? de N. 77 b, Neq; Herculi quisquã decumam uouit unquam, si sapiens factus esset. de Finib. 140 a, Nostri imperatores pro salute patriæ sua capita uouerunt. de In. 74 a, Nautæ uouerunt se Dianæ uitulum immolaturos.

Vox, uocis, sonus, uerbum. de Orat. 202 a, Mira est quædam natura uocis, cuius quidẽ è tribus omnino sonis, in flexo, acuto & graui, tanta sit & tam suauis uarietas perfecta in cantib. & ibi. Contenta uoce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata grauiter, & inflexa miserabiliter. et ib. Orator omnis sonorum, tũ intendens tum remittens, persequetur gradus. & ib. Vox dulcis & clara. & de Cl. 186 a, Vox suauis et canora. de N. 55 b, Vocis genera permulta, canorum, fusum, lene, asperũ, graue, acutum, flexibile, durum. Itẽ: Voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemq; tactum respondeãt, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua, mediocris, leuis, aspera, contracta, diffusa, continenti spiritu, intermisso, fracta, scissa, flexo sono, attenuata, inflata. Or. 199 a, Inclinata atq; ululanti uoce more Asiatico canere. de Cl. 192 a, Subsellia grandiorem et pleniorem uocem desiderãt. de Orat. 96 a, Neminem uoce pleniorem, aut suauiorem mihi uideor audisse. de Orat. 126 a, Vox ad miserabilem sonum inflexa. de Orat. 146 b, Mollis uox ut muliebris aut quasi extra modum absona, atq; absurda. et ib. Rustica uox atq; agrestis. de Cl. 177 a, Vox permanens, uerùm subrauca natura. de Orat. 108 a, Vocis contentio. (. Vocis remissio. de Orat. 107 a, Græci quotidie antequàm pronuncient, uocẽ sensim cubantes excitant, eandemq; cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usq; ad grauissimum sonum recipiunt, & quasi quodam modo colligunt. & ibid. Vox quæ una maximè eloquentiam uel commendat, uel sustinet. de Orat. 164 b, Cursus uocis per omnes sonos. & Orat. 202 a, Vocis flexiones de Orat. 94. b, Quidam lingua hæsitantes, & uoce absoni. & ibi. Linguæ solutio, uocis sonus. & Tusc.ul. 251 a, Inanis uocis sonus. Off. 27 a, Sed cum orationis iudicem uocem habeamus, in uoce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suauis, utrunq; omnino à natura petendum est: uerùm alterũ exercitatio augebit, alterũ imitatio presse loquentium & leniter. & ibi. Sine contentione uox, nec languens, nec canora. Or. 210 b, Verbaq; sint quàm suauissimis uocibus. de D. 110 a, Surdus uarietates uocum aut modos noscere non potest. Aca. 42 b, In lingua etiam explanata uocum impressio. de Fin. 65 a, Non intelligere quid sonet hæc uox uoluptatis. i. quæres ei subijciatur. I.V. 270, Hæc uox, ciuis Romanus sum, Orator. 212, Verbũ, uox, sonus. At. 29 b, ϛῶσις φωνῆς μείζων ἐνέργεια ἐστιν. Or. 212 b, Rerum uerborumq; iudicium prudentiæ est, uocum & numerorum aures sunt iudices. pro Pl. 266 a, Quæ enim unquam fuit Plancio uox contumeliæ potius quàm doloris. de Sen. 80 a, Cum legem Voconiam magna uoce & bonis lateribus suasissem. de Orat. 89 a, Qui omnes una uoce repellebant, &c. Qu. Fr. 298 a, b, Theatrum ita resonans, ut usq; Romam uoces referantur. pro Sest. 12 a, Vocem pro me ac pro rep. nemo misit. pro Cæl. 49 a, An aliquam uocem putatis ipsam causam pro se & ueritatẽ posse mittere? pro Cl. 36 a, Hodie primum ueritas uocem contra inuidiam mittit. pro Fl. 147 a, Vox de quæstura nulla missa est. pro Fl. 147 b, Quæ est unquã iacta nõ suspicio, quæ, etc. sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

iracundiæ uox aut doloris: pro Mur. 136 a, Voces quas habuit, &c. Or. 202 a, Actio est quasi corporis quædam eloquentia, cum constet è uoce atque motu. & ibi. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè uoce commouentur.

Vpis. *uel ut Macrobius uult, Opis, Dianæ tertiæ nomen. sic eam Græci paterno nomine (pater enim eius Vpis traditur) appellant. de N. 71 a.*

Vrania, *niæ. de D. 83 b, Vrania Musa.*

Vrbanè. *de Fimib. 57 a, Facetè & urbanè aliquem irridere. Qu. Fr. lib. 2, Contumaciter urbanéq; uexatus.*

Vrbanitas, *tis. fal. de N. 41 a, Vir nostrorum hominum urbanitate limatus. de Orat. 98 a, Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. Att. 100 b, ἀστειότης ὠν in homine urbanitas. Qu. Fr. 312 b, Vt aliquando subtilitatem ueteris urbanitatis et humanissimi sermonis attingerem. pro Cæl. 38 b, Maledictio autem si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, urbanitas nominatur. Ep. 99 a, Tu modò desideria urbis & urbanitatis depone. Epist. lib. 3, Vrbanitas est uirtus, ut Stoici rectissimè putant. de Cl. Orator. Vrbanitatis color, externis oratoribus defuit. Epist. lib. 7, Vrbanitatis possessionem defendere. Qu. Fr. lib. 2, Subtilitas ueteris urbanitatis & humanissimi sermonis. Ep. lib. 7, Vides enim exaruisse iam ueterem urbanitatem. de Fin. lib. 2, In hominum facetorum urbanitatem incurrere.*

Vrbanus, *a, um. non inurbanus, facetus. pro Do. 231 a, Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum & uenustum. I. V. 79 a, Homo lautus et urbanus. Ep. 37 a, Hominem non solùm sapientem, uerùm etiam (ut nunc loquimur) urbanum. Fam. lib. 9, Vrbani sales.*

Vrbanus. *qui in urbe habitat. Epist. 183 a, Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur, ut ego ocio diffiderem urbano. de Fin. 80 b, Vrbanus.) (. Rusticus. de Ar. 257 a, Quos non solum alieni, sed etiam sui uicini, tribules, urbani, rustici repulerunt. ad Her. lib. 2, Vrbanus prætor. Qu. Fr. lib. 1, Vrbana uel prouincialis administratio. Pro Plan. Vrbanum artificium simulationis. de Or. libro 2, Vrbanæ tribus. Ep. lib. 2, Vrbanarum rerum perturbatio. Att. lib. 9, Vrbana officia.*

Vrbinas, *urbinatis. I. A. 243 a.*

Vrbs, *bis. terra, tecta et templa urbis. cont. Rul. 74 a, Vrbs & natura & situ, & descriptione ædificiorum, et pulchritudine in primis nobilis. & 81 a, Capua urbs amplissima atq; ornatissima. Ac. 34 b, Aristoteles non dubitasset, quin & prætor ille esset & Roma urbs, et eam ciuitas incoleret. & ibi. Nec hæc urbs, nec in ea ciuitas. I. C. 110 a, Vrbs pulcherrima, florentissima, potentissimaq; et In A. 154 a, Vrbs mihi coniunctissima. pro Sest. 22 b, Domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, mœnib. sepserunt. de D. 216 a, Vrbem philosophiæ (mihi crede) proditis, dum castella defenditis. At. 209 b, et 216 a, De urbe augenda, quid promulgatum sit non intelligo. pro Fon. 276 b, Vrbs Massilia. & I. C. 109 b, Vrbs coloniarum ac municipiorum.*

Vredo, *nis. morbus stirpes adurens. de Natur. 77 a, Nec*

si uredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit.

Vrgeo, *es. ursi. incumbo in aliquo. premo, impello. cont. Rul. 63 a, Ne urbem hanc alia urbe premere atq; urgere possitis. pro Fl. 150 a, Qui nullo impellente fallebant, eos urgente Lælio religiosos fuisse putamus? pro Plan. 269 a, Etiam atq; etiam instо, urgeo, insector. de Fa. 143 b, Qui mortifero morbo urgetur. de Sene. 77 a, Onus aut iam urgètis, aut certè aduentantis senectutis. de Or. 110 a, Sin tibi id minus libebit, non te urgebo. pro Plan. 260 a, Quærit enim Laterensis, atq; hoc uno maximè urget, qua uirtute, etc. de Som. 129 a, In quo qui insistùt, aduersa nobis urgent uestigia. Qu. F. 308 a, Vrgere illi, ut loco nos mouerent. Qu. F. 328 a, Illum neq; ursi, neq; leuaui, & Ep. 164 b, Lepidus ursit me. de Ora. 108 a, In uno aliquo opere noctes et dies urgeri. de Or. 88 b, Vrgerent philosophi, & c. instaret Academia, etc. At. 215 b, Vrge, insta, perfice. Or. 209 b, Interrogãdo urgere. pro Fon. 283 a, Galli instant atq; urgent summo cum studio. de N. 10 b, Vt eundem locum diutius urgeam. de Di. 117 b, Sed urges me meis uersib. At. 60 b, Vrgere aliquem. de Fin. 123 b, Vrgent tamen, & nihil remittunt. Ac. 31 b, Vrgebor iam omnium uestrùm conuicio. Tusc. 123 a, Malis omnib. urgeri. Ep. 99 b, Quin tu urges occasionem istam. & 115 a, & 253 a, Sed non urgeo. de Fi. 143 b, Non pugnem, & c. illud urgeam, & c. Ep. 134 b, Romæ cum sum & urgeo forum, senatusconsulta scribuntur, & c. At. 92 a, Sed lucet, urget, turba festinat Philogenes. & 905 a, Solicitudine prouinciæ, tum uel maximè urgebamur. Offic. 43 b, Subuenire alicui, qui potentis alicuius opibus circumueniri urgeriq; uideatur. Off. 60 a, Vrgent rusticè sanè, negant enim posse, & in eo perstant. Of. 65 a, Ius Crassus urgebat, æquitatem Antonius. pro Mil. 112 b, Sed quæstiones urgent Milonem, & c.*

Vrina, *næ. humor, qui ex renibus in ueficam profunditur. de Fat. 141 a, Vt in urina, ut in unguibus.*

Vrinari, *sub aqua natare liberè, & emergere cum uelis. Acad. Nonius.*

Vrios Iupiter: *id est, imperator. In V. 250 a.*

Vrna, *næ. hydria. de D. 122 b, Simia urnam euertit, sordes dissipauit. Qu. Fr. 311 b, Senatorum urna copiosè absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærary condemnarunt. In Vat. 36 a, Quæsitorem uide tribunali deturbare, urnas delere, subsellia dissipare. I. V. Act. 4, Eduxit ex urna tres nimirum iudices, qui sorte iudicarent.*

Vrnula, *læ. Par. 117 b, Vrnula fictilis.*

Vro, *ris. aduro, comburo. pro Dom. 232 b, Duritia corporis, quod cum uritur non sentit. & Offic. 27 a, Sed ut adurendum & secandum medici ueniunt, sic, & c. Tuscul. 242 b, Si uratur, torqueatur, secetur. Tusc. 183 b, Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri se patiuntur. Qu. Fr. 314 a, Frigus impendebat maximum, quo periculum erat ne Appio suæ ædes urerentur. Tusc. 191 b, In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri et secari patimur. de L. 181 b, Mortuum in urbe ne sepelito, ne ue urito.*

Vsitatè,

Vsitatè, *popularіter, uulgariter. de Finibus. 121 b, Vsitatè loqui. bis.*

Vsitatus, *a, um. peruulgatus, solennis. I. V. 110 b, Si humano modo, si usitato more peccasset. I. A. 260 a, Vsitatus & peruulgatus honos. & de Or. 98 b, Vetus atq; usitata exceptio. & Ep. 56 b, Genus literarũ usitatum. Ac. 44 a, Verbũ usitatũ ac tritũ. pro Ce. 293 b, Hoc iam uetus est, & maiorũ exẽplo multis in rebus usitatum. At. 284 b, Non solum enim usitatum, sed etiã quotidianum est, audire, & c. Res usitata paucis. l. Inusitatus. de Fi. 90 b, Nisi uocabulis uteretur nobis incognitis, usitatis sibi. de N. 69 a, Sed illud nomen ueterum literis usitatius.*

Vspiam, *alicubi.) (. Nusquam. de Am. 112 b, Si aliquis nos deus in solitudine uspiam collocaret. & I. P. 88 b, Vt tu uspiam saxis fixus asperis, & c. de Fin. 146 a, Si auenam uspiam uideris. de In. 80 b, Quod uspiam est.) (. Quod nusquam est. de L. 164 b, Siue est illa lex scripta uspiam, siue nusquam. Att. 109 b, Inde utrum consistere uspiam uelit, an mare transire, nescitur. & 276 a, Si ubi cõsistat uspiam, Dolabella habet.*

Vsquam. *uspiam. At. 115 a, Nullus usquam delectus noster, dux nusquam est. & 285 b, Neq; usquam exul esse possum, dum, & c. pro Mur. 130 b, Prudentia quæ neq; extra Rom. usquã, neq; Rom. quicquã ualet. pro Fl. 156 b, Is cui nullus usquã cõsistẽdi locus. de D. 137 b, Nec mihi magis usquã uidear, quã cũ in curia senatũ uideo, somniare. Of. 33 a, Nec est usquã cõsilio aut autoritati locꝰ.*

Vxor, oris. quam in matrimonio quis habet, quæ matrimoniū alicuius tenet, particeps connubij. Top. 222. a, Vxoris duæ formæ: una matrum familias, hæ sunt, quæ in manum conuenerunt: altera eorum quæ tantummodo uxores habentur. l. Coemptio. Att. 228. a, Quintius à ducenda uxore sic abhorret, ut quicquam libero lectulo neget esse iucundius. pro Sest. 4. a, P. Sestius duxit uxorē optimi uiri filiam Scipionis. ibid. P. Sestius duxit C. Albini filiam, ex qua hic puer, & nupta iam filia. de Orat. 133. a, Ex animi sui sententia uxorē habere. I. A. 186. b, Qui Numitoriam Fregellanam habuit uxorem. Item: Habere aliquā in matrimonio. l. Matrimonium. pro Cl. 22. b, Is Safiam in matrimonium ducere concupiuit. de Fin. 104. b, Atque ut è natura uiuat, uxorem adiungere, Orat. 100. a, Cum patersamilias uxorem prægnantem in prouincia reliquisset, Romæq; alteram duxisset, neque nuncium priori remisisset, mortuusq; esset intestato, & ex utraq; filius natus esset, mediocris ne res in controuersiā adducta est?

Vxorius, a, um. Offi. 64. a, In arbitrio rei uxoriæ hæc uerba maximè excellunt: melius, æquius. & Top.

X

Litera uastior. Orat. 211. a, Verba sæpe contrahuntur, nō usus caussa, sed auriū. Quomodo enim uester Axilla ala factus est, nisi fuga literæ uastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & uexillo, & paxillo cōsuetudo elegans Latini sermonis euellit. Eadē litera in numeris significat decem: quæ si præponatur literæ uel C, uel D, aut L, aut M, decem detrahit & tollit, hoc modo XL. pro quadraginta.

Xantippe. Hic est enim ille uultus semper idem, quem dicitur Xantippe prædicare solita in uiro suo fuisse Socrate, eodem uultu semper se uidisse exeuntem illum domo & reuertentem, 3. Tusc.

Xenius, a, um. hospitalis: Xeniæ balneæ. pro Cæl. 50. b.

Xenocrates. de cuius integritate Attic. 11. a. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit, 3. de Orat. Nam Speusippus Platonis sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo & Crantor, nihil ab Aristotele, qui unà audierat Platonem, magnopere dissensit, copia fortasse & uarietate dicendi pares non fuerunt, de Orat. Nec uerò eius (Aristotelis) condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudētior, in cuius libris qui sunt de Natura deorum, nulla species diuina describitur, 1. de Natur. Xenocrates, cùm legati ab Alexandro quinquaginta et talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima, adduxit legatos ad cœnam in Academiam: iis apposuit tantū quod satis esset, nullo apparatu. Cùm postridie rogarent eum, cui numerari iuberet, Quid? uos hesterna, inquit, cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? quos cùm tristiores uidisset, XXX. minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem uideretur, Tusc. qu. lib. 5. Xenocrates animi figuram, & quasi corpus negauit esse, uerum numerum dixit esse, ut iam Pythagoræ uisum erat, cuius uis in natura maxima esset, Tusc. q. libro 1. Xenocrates & superiores animum (corporis expertem) esse dixerunt, Acad. q. ed. 1. libro 2. Quæ mihi res multò honorificentior uisa est, quàm aut illa quum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt, ad Attic. lib. 1. 11. Quid igitur aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum grauissimum philosophorum exaggerantem tantopere uirtutem, & extenuātem cætera, & abijcientem, in uirtute non beatam modò uitam, sed etiam beatißimam ponere, Tusc. Contraq; patrem eius, illū qui Tib. Gracchi conatus perditos uindicauit, nullam comitatem habuisse sermonis, nec nō Xenocratem quidem seuerißimum philosophorum, ob eam rem ipsam magnum & clarum fuisse, Off. Nam cum reliquisset duos præstantißimos studio atq; doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem, 1. Acad. De Platone.

Xenophanes. Et quàm non multum (dissenserunt) à Platone Megarici, quorū fuit nobis disciplina: cuius, ut scriptum uideo, princeps Xenophanes, quem modò nominaui, 2. Acad. Xenophanes unum (uult) esse omnia, neq; id esse mutabile, & id esse Deum, neq; natum unquam, et sempiternū, & conglobata figura, Ac. q. ed. 1. lib. 2. Tum Xenophanes, qui mente adiuncta, omne præterea quod esset infinitum Deum uoluit esse, de ipsa mēte item reprehenditur ut cæteri, 1. de Nat.

Xenophon, tis. Orat. 199 b, Xenophon, cuius sermo est melle dulcior, sed è forensi strepitu remotißimus. et 202. b, Xenophontis uoce Musas quasi locutas ferunt. Xenophon Socraticus (qui uir & quantus in ea militia, quæ cū Cyro minore perfunctus est) sua scribit somnia, quorum exitus mirabiles extiterunt. Mentiri Xenophōtem, an delirare dicemus, 1. de Di. Deniq; etiam à philosophis

 profectus

profectus princeps Xenophon Socraticus ille, pòst ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidem rhetorico penè more, ille autem superior leniore quodam sono est usus: & qui illum impetum oratoris non habeat, uehemens fortassè minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem uidetur, dulcior, 2. de Or. Instituit Xenophon Agesilaum. 3. de Or. Vincunt tamen artificio beneuolentiæ colligendæ, qui neq; Cyrum Xenophontis, neq; Agesilaum nouerint, 1. ad Qu Fr. Vnus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando faciè omnes imagines omnium, statuasq; superauit, 5. Famil. de Agesilao loquens: Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiosè, ut facitis. Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuēda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur, de Sen. Pocula, sicut in symposio Xenophontis est, minuta atq; rorantia, de Sen. Apud Xenophontem quærit Socrates unde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo, 3. de Nat. Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij: cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur: quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere nō solebat. Nullum est enim prætermissum in his officium diligentis & moderati imperij, 1. ad Quint. Frat.

Xenophonteius, ia. Gratiamq; illam, de qua suauissimè quodam in procœmio scripsisti, à quo te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophonteium illum à Voluptate, 5. Fam. Tū facillimè ex eo libro, quem de consulatu, & de rebus gestis suis cōscriptum molli & Xenophonteo genere sermonis misit ad A. Furium poetam familiarem suum. de Clar. 176. b.

Xenophontius, a, um. Epist. 67. b, Herculem Xenophōtium ferunt, &c.

Xerxes. Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmijs, donisq; fortunæ, non equitatu, non pedestribus copijs, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit qui inuenisset nouam uoluptatem, qua ipse nō fuit contentus, Tusc. q. lib. 5. Nec sequor Magos Persarum, quibus authoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quòd parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, 2. de Legi. Nō manibus, ut Xerxes, sed rationib. deorum immortalium templa & aras euerterit, de Nat. d. 1.

Xystus, sti. porticus. de Cl. 169 b, Cum inambularem in xysto, & essem ociosus domi. de Opt. 243. d, Spaciari in xysto. Acad. 3. b, Cum pauca in xysto locuti essemus, tum eodē in spacio consedimus. Attic. 5. d, Gymnasiū xystusq;.

Y

Or. 212. d, Purrū semper Ennius, nusquam Pyrrhū: ut patefecerunt Fruges, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. nec enim Græcam literā adhibebant. nunc autem etiam duas, & cum Phrygū, & cum Phrygibus dicendū esset, absurdum erat aut tātum barbaris casibus Græcā literam adhibere, aut recto casu solum Græcè loqui. tamen & Phryges & Pyrrhum aurū causa dicimus. At. 56. d. P. Sulla, pro P. Sulla.

Z

Aleucus, Zaleucū quis leges Locris scripsisse non dixit? 6. ad Attic. Quod idem & Zaleucum & Charondam fecisse uideo: quum quidem illi non studij & delectationis, sed reipub. causa leges ciuitatibus suis scripserunt, 2. de Leg.

Zelotypia, piæ. obtrectatio, quā intelligi zelotypiam uolo, est ægritudo ex eo, quod alter potiatur eo, quod ille ipse concupierit. Attic. 162. d, Offensio nostra, quæ magis φιλοτυπίᾳ mea, quàm ab iniuria nata est.

Zeno, onis. Ac. 33. b, Zeno qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. & de eodem 36 a, Iam Polemonem adiuuerunt assiduè Zeno & Arcesilas. Sed Zenō cum Arcesilā anteiret ætate, ualdeq; subtiliter dissereret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinā, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Et si Zeno Citiæus, aduena quidam et ignobilis, uerborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiā uidetur, Tusc. qu. lib. 5. Zeno Eleates perpessus est omnia potius, quàm cōscios delendæ tyrannidis indicaret. Tusc. qu. lib. 2. Zeno ad uisa quasi accepta sensibus assensionē adiungit animorum. Acad. qu. ed. 2. lib. 1. Zeno ijs solùm uisis adiungebat fidem, quæ propriam quandā haberent declarationem earum rerum, quæ uidentur, Ac. ed. 2. lib. 1. Zeno quòd suam, quòd propriam speciem habeat, cur appetendum sit, id solum bonum appellat. de Fin. lib. 4. Zeno arbitrabatur omnium perturbationum matrem esse immoderatam quandam intemperantiam. Academ. ed. 2. lib. 1. Zeno arbitrabatur nihil quicquam effici posse à natura corporis experte, Acad. qu. ed. 2. lib. 1. Zeno autem (ut iam ad uestros Balbe ueniam) naturalem legē diuinam esse censet, eamq; uim obtinere recta imperantem, prohibentemq; contraria, 1. de Nat. Zeno comprehensionem inter scientiam & inscientiam collocabat, eamq; neq; in rectis, neq; in prauis numerabat, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Zeno census iunctos esse censuit è quadā quasi impulsione oblata extrinsecus, Acad. qu. ed. 2. lib. 1. Zeno nihil censuit deesse uirtuti, Ac. q. ed. 1. li. 2. Zeno quod aut efficeret aliquid, aut quod efficeretur, censuit non posse non esse corpus, Acad. qu. ed. 2. lib. 1. Zeno non tā rebus, quàm uocabulis ueteris Academiæ disciplinam commutauit. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Zeno, quasi corporis sinus expertes, animum solum complectitur, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Zeno ita concludit, Quod ratione utitur, melius est, quàm id quod ratione non utitur: nihil autem mūdo melius: ratione igitur mundus utitur, 3. de Nat. Zeno, cùm ægritudinem definit, opinionem mali præsentis recentē, uerbum (recens) sic interpretatur, ut non tantùm illud recens esse uelit, quod paulo antè acciderit: sed quàm diu in illo opinato malo uis quædam insit & uigeat, et quædam habeat uiriditatem, tandiu appelletur recens, Tusc. libro 3. Zeno naturam ita definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem uia, 2. de N. d. Zeno manui dialecticam & eloquentiam similem esse dicebat, Ora. Zeno comprehensionem esse dicebat, cùm manum planè compresserat, pugnumq; fecerat, Ac. ed. 1. lib. 2. Zeno non eos solùm, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæterosq; figebat maledictis: sed Socratem ipsum, parentē philosophiæ, Latino uerbo utens, scurrā Atticū fuisse dicebat, &c. de Nat. de. 1. Zeno nōnulla esse falsa

falsa dicebat, quæ sensibus uiderentur. de N. d. 1. Zeno cū leuam manum admouerat, & pugnum dextræ arctè uehementerq; compresserat, scientiam talem esse dicebat, Aca. q. ed. 1. lib. 2. Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat, de Fin. lib. 2. Zeno dixit ignē esse quintam naturam, ex qua ratio & intelligentia oriretur, de Fin. libro 4. Zeno uirtutes nullo modo seiungi posse disserebat. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Zeno uisum inquietabat esse, cùm extensis digitis aduersam manum ostendebat, Ac. q. ed. 1. lib. 2. Nam per gestus quid esset, scire conficiebat Zeno inter rectè factū, τὸ κατόρθωμα, & prauè seu peccatum, ἁμάρτημα medium quoddam locauit, quod per se nec bonum, nec malum esset. sed adiectis certis circumstantijs nunc in bonis, nunc in malis numeretur, nempe officia & seruata & prætermissa, Ac. q. ed. 2. lib. 1. Zeno Epicureus, cùm à Carneade plurimùm dissentiret, unum tamen præter cæteros mirabatur. Ac. q. ed. 2. lib. 1. Zeno uirtutem cuiquam adesse negauit, nisi ea uteretur. Ac. q. ed. 2. lib. 1. contra Aristotelem, qui uirtutem etiam in dormiente, nihilq; agente locat. Zeno scientiam nominauit id, quod sensu ita erat comprehensum, ut ratione conuelli non posset, Ac. ed. 2. libro 1. Zeno nihil aliud numerauit in bonis, nisi solam uirtutem, Ac. q. ed. 2. li. 1. Zeno quatuor tantùm elementa seu mitia rerum ponit: nēpe ignem, aerem, aquam & terram, Aca. q. ed. 2. lib. 1. Zeno rectè facta sola in bonis actionibus, prauè, id est, peccata, in malis posuit, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Zeno omnē uirtutem in ratione posuit, contra ueterum philosophorū opinionem, Acad. q. edit. 2. lib. 1. Zeno premebat quæ dilatabantur à nobis, de Nat. de. 2. Zeno inuentor & princeps Stoicorum fuit, 4. Ac. & 3. de Nat. Zeno Stoicorū princeps, non tam rerum inuentor fuit, quàm nouorum uerborum, de Fin. lib. 3. Zeno cōtrahi animum, & quasi labi putat atq; concidere, & ipsum esse dormire, Diuin. lib. 2. Zeno in una uirtute positam beatam uitam putat, Ac. ed. 1. lib. 2. Zeno perturbationes putabat esse uoluntarias, opinionisq; iudicio suscipi, Ac. q. ed. 2. lib. 1. cōtra antiquorum philosophorum doctrinam, qui eas naturales esse dicebant, & in ea animi parte, quæ rationis est expers, constituebant. Zeno omnia quæ essent aliena firmæ & constantis assensionis, à uirtute, sapientiaq; remouebat, Ac. q. ed. 2. lib. 1. Me audiente Athenis senex Zeno Epicureorum acutissimus contendere, & magna uoce dicere solebat, eum esse beatum qui præsentibus uoluptatibus frueretur, considereq; se fruiturum aut in omni, aut in magna parte uitæ, dolore non interueniente: aut si interueniret, si summus foret, futurum breuem: si productior, plus habiturum iucundi, quàm mali, 3. Tusc. Quæ breuius concluduntur (ut Zeno solebat) apertiora sunt ad reprehendendum, de Na. d. 2. Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demōstrare solebat, quid inter has artes interesset. nam cum compresserat digitos, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse, &c. de Orat. Magnam molestiam suscepit, & minimè necessariam primus Zeno, pòst Cleanthes, deinde Chrysippus, &c. 3. de Nat. Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finem bonorum, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit, Ac. q. ed. 1. lib. 2. Zeno statuit cœlum esse ignem, qui quidq; gigneret. Ac. q. ed. 2. libro 1. Zeno quum Hesiodi Theogoniam, id est, originem deorum interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasq; cognitiones deorum. 1. de Nat. Zeno sensibus etiam fidem tribuebat, Ac. q. ed. 2. lib. 1. Zeno neminem uolebat esse scientiæ compotem, nisi sapientem, Ac. q. ed. 1. lib. 2. Zeno perturbationibus quasi morbis sapientem carere uoluit, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Zeno uult assensionem animorum esse in nobis positam & uoluntariam, Ac. q. ed. 2. libro 1. Zeno nihil noui reperire, sed superiores philosophos emendare uoluit immutatione uerborum, Ac. q. ed. 1. lib. 1. Zeno plurimis nouis uerbis usus est, noua enim dicebat, Ac. q. ed. 2. lib. 1. Qui cùm Zenonis auditor esset, Vides quantum ab eo dissenserit, & quàm non multum à Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina: cuius, ut scriptum uideo, princeps Xenophanes, quem modò nominaui: deinde eum secuti Parmenides & Zeno, Ac. q. ed. 1. lib. 2. Persius, Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, à quibus magna utilitas, ad uitæ cultum esset inuenta, ipsasq; res utiles, & salutares deorum esse uocabulis nuncupatas, 1. de Nat. Zenonis breues & acutulæ conclusiones, 3. de N. Zenonis inuenta, pro Muren. Posse enim asotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire, 3. de Nat. Zenoni comprehenso facta sensibus, & uera & fidelis esse uidebatur, Ac. q. edit. 2. lib. 1. Sapiens ne non timeat, necsi patria deleatur, non doleat, satis durum: sed Zenoni necessarium, cui præter honestum nihil est in bonis, 4. Acad. Zenoni & reliquis ferè Stoicis æther uidetur summus Deus, mente præditus, qua omnia regantur, Acad. q. edit. 1. libro 2. Zenoni, eiusq; auditori Aristoni placuit, bonum esse solum, quod honestum esset, Tusc. q. libro 5. Zenoni præter honestum, nihil est in bonis. Ac. q. ed. 1. lib. 2. Zenoni homini acuto placuit loquendi libertas, 9. Fam. 50. Zenoni Stoico animus ignis uidetur, Tusc. q. lib. 1. Cleanthes, qui Zenonem audiuit unà cum Aristone, tum ipsum mundum Deum dicit esse: tū totius naturæ menti atq; animo hoc nomen tribuit, tum ultimum & altissimum, atq; undiq; circunfusum & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominetur, certissimum Deum iudicat, 1. de N. Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat. de N. d. 1. Anaxarchum Democritū à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleatem in tormentis necatum, de Nat. d. lib. 3. Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter uerborum nouitatem interesse, Tusc. q. lib. 5.

Zethus. Vti apud Pacuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia quum de musica inducta est, disputatio in sapientiæ rationem & uirtutis utilitatem consumitur, 2. ad Here. Miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuianus, propè bellum indixeris, 2. de Or.

Zeugma. opp. Qu. Frat. 313.

Zeuxis. Vna est ars ratioq; picturæ, dissimillimiq; tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Appelles: neq; eorum quisquam est, cui quicquam in arte sua deesse uideatur, 3. de Orat. Neque enim putauit (Zeuxis) omnia, quæ quæreret ad uenustatem, uno in corpore se reperire posse, ideo quod nihil simplici in genere omni ex parte perfectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura expoliuit,2 de In.62 a,Itaq; (Crotoniatæ)Heracleoten Zeuxin, qui tum longè cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno precio conductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas complures pinxit, quarum nonnulla pars usq; ad nostram memoriam propter sanireligionem remansit: & ut excellētem muliebris formæ pulchritudinem muta in sese imago contineret. Helenæ se pingere simulachrum uelle dixit,& c.2 de Inu.62 a,Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxin,& Polygnotū, & Timantem, & eorum qui non sunt usi plus quàm quatuor coloribus,formas & lineamenta laudamus. Br. Ζήτημα ponere,9 Fam.i.quæstionem.Ζήτημα persolue re,7 ad Attic.

Zodiacus.signifer orbis, orbis signorum.de Diuin.126 b, Vis quædam est signifero in orbe,qui græcè ζωδιακὸς dicitur,talis,ut,& c.de Di.89 b,Dextrorsum orbem flammeum, radiatum solis linquier cursu nouo. de Di. 90 a, Ad dexteram cepit rursum, ab læua signum præpotens. de N.36 b,Orbis signorum.& ibi.Orbis signifer.Itē ibi. Lōgitudo & latitudo signiferi orbis. de D.126 b,127 a, De signifero orbe,& eius partibus,& ui & motu. Tus. 162 b,Tum in eodem orbe in XII partes distributo quin

que stellas ferri, & c. Item : Zodiacum hunc Græci uocitant,nostriq; Latini Orbem signiferum perhibebunt no mine uero.

Zonarij.qui zonas,hoc est cingulos faciūt.pro Fl. 149 b, Sutores & zonarij.

Zopyrus. Cum multa in conuentu uitia collegisset in eum (Socratem) Zopyrus, qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cæteris, qui illa in Socrate uitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatus est,quum illa sibi uitia inesse, sed ratione à se deiecta diceret,4 Tusc.Quid?Socratem, nónne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon,qui se profitebatur hominum mores naturasq; ex corpore,oculis, uultu, fronte pernoscere? stupidum esse Socratem dixit & bardum,quòd iugula concaua non haberet:obstructas eas partes et obturatas esse dicebat. Addidit etiā mulierosum,in quo Alcibiades cachinnum dicitur susstuliſſe,de Fat.

Zostera.loci nomen. Att. 74 a,Piræeo, ad Zostera uenimus,& c.cursum consecimus.

Deo Opt.Max.& uero sit omnis honos & gloria.

FINIS.

INDEX

INDEX VTILISSIMVS, IN QVO VERBA INNVMERA FERE BARBARA, VEL LATINA QVIDEM, SED NON Ciceroniana, indicantur: quibus Ciceroniana, id est, elegātissima subijciuntur, ut si quando aliquid elegantius in memoriam reuocare uelimus, hoc quasi monitore utamur. Quod si quis facere uolet, non minimam hinc, opinor, ad dicendum scribendumq; sentiet utilitatem.

A Abominor. sum auersus ab aliqua re, aliquid tanquam religioni habeo, offensionem atq; fastidium ad aliquā rem habeo, aspernor, fugio, respuo, perhorresco, detestor.

Abortio, uel abortior. pro Cl. 24 a, Mulier sibijpsa partum medicamentis abegit.

Accētus, uox, sonus. Or. 202 a, Vocis tres omnino sunt soni, inflexus, acutus, grauis. & ibid. Ipsa natura quasi modularetur orationē, in omni uerbo posuit acutam uocē, nec una plus, nec à postrema syllaba citra tertiā. At.189 b, Lenas. Orat. 514 a.

Accidentia nominum & uerborum, res quæ nominibus & uerbis sunt attributæ. de In. 50 a, b. Vide Consecutio.

Aceruo, coaceruo, accumulo.

Acesco, coacesco.

Actu esse. re uel reipsa esse, in rerū natura esse uel nō esse. l. lo-

Acuitas, acumen. (cis suis.

Additicius. addictus, astrictus. de Vn. 201 b, Credere alicui, quanquam nec argumentis nec rationib. certis eius oratio cōfirmatur. Item: Cum alijs isto modo, qui legibus impositis disputant, nos in diem uiuimus, quodcūq; nostros animos probabilitate percusit, id dicimus: itaq; soli sumus liberi.

Adimpleo. expleo, impleo.

Ad omnia. ad omnes res. Ep. 87 b.

Adoptiuus filius. Iudicio & uolūtate, filius. Ci. pro Sex. Ros.

Adoro. colo, ueneror. de D. 84 b, Ritè igitur ueteres, & c. præcipuè ingenti coluerūt numine diuos. de Le.172 b, Qua mente, qua pietate religiones colat. de D.126 a, Iupiter puer cum Iunone, & c. qui castissimè colitur à matribus.

Adriaticus, Adrianus: ut mare Adrianū: id est, mare superū.

Aduersitas. res alicuius aduersæ, turbidæ res. grauis fortuna. pro Mil.117 b.

Adulteratus. fucatns, fallax, fucosus, adulterinus.

Aduno. in unū locū congrego, in unum conduco, in unū redigo, in unū confero. I. A. 223 a.

Aequanimis, uel æquanimus. qui æquo animo est.

Aequanimitas. animus æquus, animi æquitas. Ep. 88 b.

Aequilaterus. In Ar. Huic spacio ductum simili latus extat utrunque.

Aequiualens. quòd idem ualet, par. Atti. 87 b, Ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν. i. exceptionē, ut aiunt, æquiualentē. pro Mu. 134 a, Par dignitas ad cōsulatus petitionē in hoc & in illo fuit.

Affabiliter. comiter. (tio.

Affectatio. appetitio, cōsecta

Affectatus. nimis exquisitus, appetitus, putidus, odiosus, qui omni ex genere orationem aucupatur, omnes undiq; flosculos carpit. pro Sest. 25 a.

Affirmatiuus. aiens.) (. Negans. Top. 224 b.

Afflatio. motus, uaticinatio. l. Vaticinatio.

Afflatus. mēte permotus, furore diuino incitatus, insanus, furēs, qui humanos sensus amiserit, diuinos assecutus sit, mēte incitatus, animi ardore aliquo inflammatus atq; incitatus.

Agibilis. Senectus auocat à rebus gerendis, uir acer & industrius.

Alatus. uolucer, ales, aliger.

Albedo. color albus, candor.

Aliqualiter. aliquo modo uel ratione.

Aliquantisper. paulisper, parumper. (dare.

Allegare. afferre, citare, lau-

Allocutio. compellatio.

Alternatio. uicissitudo.

Alteruter. uterque alter, ad Heren. 22 b.

Amatus. gratiosus, qui apud omnes in maxima gratia est.

Ambages. circuitio, anfractꝰ. pro Q. 80 a, Aliquo circuitu ad id peruenire quo uelis.

Angusto. in angustum adduco uel deduco, coangusto, cōtracho, angustum facio.) (. Dilato.

Animalculum. bestiola.

Animo. animum alicui do. Ep. 13 b.

Annihilari. in nihilum interire, occidere in nihilum, in nihilum recidere, perire.

Antarcticus. antaxon.

Ante omnia. in primis, præ cæteris.

Anterior. superior.

Anticatones. Cæsar contra Catonem. Top. 229 a, & Att. 199 b, & 221 a.

Antiquitus. bonis temporibus. Off. 45 a.

Antrum. splelunca.

Apologia. ἀχάλιφον.

Apostrophe. pro Fla. 159 a, Neq; uerò te Massilia prętereo, quæ, & c. l. Auerto.

Apparēs. expressus, eminens.

Apparentia. species, uisio, uisus. id in Curione speciem oratoris alicuius efficit.

Applaudo. plausum do, adhinnio.

Approprio. uēdico, adsciſco.

Aptitudo. habilitas.

Aptus natus. natus aptusq; ad dicendum. de Or. 93 a.

Aquaticus. aquatilis, nans, natans, aquarum incola.

Aqueus. humirus. Tus. 156 b, & 162 a, & de Natur. 66 a.

Arbitrium liberum, Cicero appellat uoluntatem liberam.

Arcto. coarcto, coangusto.

Armilustrium, tanquam si arma militis inspiciunda sint. pro Cec. 296 b.

Arsus. deflagratus.

Artificialis. artificiosus, quod habet artem.

Asylus. asylū, ara, perfugium. qui nisi in aram tribunatus confugisset, profectò, & c. pro Do. 235 a, Hoc perfugiū ita sanctū est omnib. ut inde abripi neminem fas sit: id est, sua cuiusq; domus.

Asser, uel assis. tabula.

Assertor. uindex.

Assuefacio. exercitatio cōsuetudoq; patiendi. Tusc. 243 a.

Audibilis, sub auditū cadēs.

Augmentabilis.) (. Crescendi accessionem nullam habens. de Fin. 99 b. (cretio.

Augmētatio. amplificatio, ac-

Augmentator. amplificator.

Augmēto, augeo, amplifico,

magnum uel maius facio, propago. pro Cæl. 45 b, Verbis paruam rem magnam facio. & 46 a, Qui hæc ex minimis tanta fecerunt. de Di. 81 a, Ea Cleanthes paulò uberiora fecit. Item: Simulachrũ Iouis maius facere.

Augmẽtum.amplificatio, incrementum,

Authenticè.αὐθεντικῶς. At.162 b,&250 b,Id enim αὐθεντικῶς narrabant.

Autodidactos. Epi.104 b,Nullam artẽ sine interprete & exercitatiõe posse percipi.& de Or. 146 a.

Aux. quæ ab astrologis dicitur aux, hanc quidam à Cicerone iugum appellari dicunt.l.Iugum.ut luna in iugo.

Auxiliator.adiutor.

B Albuties.hæsitantia linguę.

Balsamo. ταριχεύω. Here. 55 b,l.Condio.

Barbitonsor. tõsor & tõstrix.

Becchata.morsus.

Benefactor.benemeritus, benemerens.

Benefit. benignè fit. pro Pla. 269 b, Vt his benignè à populo factum uideretur.

Bene ominare, dij meliora.

Beneuolo. beneuolẽtiam erga aliquem habeo,& Terent. 72 b,Tibi bene ex animo uolo.

Beo.beatum facio.

Bibitio.potatio.

Biformis. biformatus, & triformis Chimæra.Hor.34.

Blasphemia.execratio, maledictũ.ad Att.243 a, Sed βλασφημίαν mittamus.

Blasphemo.execror.

Bona uerba,Terẽtianum est, Dij meliora,Ciceronianum.

Boreas.aquilo.

Brauium.stadium.

Breuiarium.epitome.

Breuio.breuefacio.) (. Longum facio.

Brutum. Bestia, muta bestia, pecus,animal.

C Abala.de Som. 130 a, & 129 b,Si cupiat proles illa futurorum hominũ, deinceps uniuscuiusq; nostrũ à patribus acceptus posteris prodere, tamen, &c.& de Am.112 b,Quod ab Archita(ut opinor)dici solitũ nostros senes cõmemorare audiui, ab alijs senibus auditũ. de Leg. 179 b, De sacris hæc sit una sententia, ut conseruentur semper, & deinceps familijs prodantur, & ut in lege posui,perpetua sint sacra. &184 b, Deinde etiã deinceps posteris prodebatur ad imperium.

Caco . detractio confecti & consumpti cibi.

Calceo.induo.

Calculo', uoluptatum calculos subduco,ratiocinor.

Calefactiuũ, quod uim caloris habet,qđ calefacit, calefaciens.

Calendarium.fasti.

Caliditas.calor.

Capite diminutus . qui deteriore iure est.

Captiuitas,ἄλωσις. Att. 155 a, Hæc ἄλωσις in qua nunc sumus.

Captiuo. iugũ seruile ĩpono.

Cardinalis. pontifex, pontifi cum collegiũ, summũ cõsilium.

Carentia.inopia,egestas, uacuitas.

Castigator.uindex.

Castrametor. I. A. 133 a, Saxa castrorum antea metator.

Casualis. fortuitus, incertus, in causa positꝰ,& illa uerba,quę casus habent.ad Her. 30 b.

Cataphractus . tectus ac munitus ad pugnandum.

Catarrhus.epiphora.

Cathegoremata, καθηγορήματα, Tusc.213 b.

Causatiuus.efficiens.

Causo.efficio, gigno, efficiẽs sum,importo,causam do.

Ceruicosus . qui nimium sui iuris sententiæq; est.I. V. 79 b, Obstinatus.

Chirotheca.manica.

Cholera. bilis. Epi. 263 b,χολὴν ἀπράτην noctu eieci.

Chorea.Saltatio.

Chymꝰ. succꝰ is quo alimur.

Cicuritas . mansuetudo animi.

Cinędus. Cylo,puer meritorius,exoletus,catamitus,impudicus,qui turpiter patitur, puer emptꝰ libidinis causa,qui aliorũ amori flagitiosissimè seruit.I.C. 106 a.Sall.in Cic.270 b.Nihil flagitiosum corpori tuo putasti, ꝙ alteri collibuisset.In.Sall.247 a, Postea quàm ætas tua iam ad ea patienda,quæ alteri facere collibuisset,exoleuerat.

Circulariter.in orbem.

Circularis probatio. mutua, uel in orbem facta.

Circumlocutio.circuitio,anfractus.

Circũuoluo.in orbẽ torqueo.

Circumferentia. extremitas. libramentum.

Circumstantia. ad Att. 259 a, τὸ κατὰ περίστασιν παθητόν.Parad. 120 a:Nuda ista si pones,iudicari qualia sint nõ facilè possunt,i. ἄνευ τῆς περιστάσεως. de In. 84 a, Considerandum est non quid, sed quo quidq; animo.qui cum, quo tempore,quàm diu.

Citatus.cõcitatus, incitatus, excitatus. (destinus.

Clancularius. furtiuus, clan-

Clanculum.clàm.

Clarifico.claro,clarum facio. de Or.157 a,Illustro.

Classici autores.) (. Plebeij philosophi. Tusc.159 b, uel ut ita dicam,minorum gentium.

Classicum.bellum. (perij.

Clauis imperij. claustra im-

Clima.quasi cingulus.

Coactè.per uim.

Cœptum.inceptum,cœptus.

Cognoscibilis.habens cognitionem.

Coincido.cõcurro.hæc in unam formá cadũt oía. Or.200 a.

Coitus.concubitus,coniunctio,cõplexus uenereus, obscœna uoluptas cõmiscẽdorum corporum. libido, uenereis uoluptatibus frui, reb. uenereis uti.

Combino.connecto.

Comitatio. affectatio, comitatus.

Commensalis.conuictor.

Comparatiuè.comparatè.

Compassio.συμπάθεια, miseri cordia.At.66 a,Et si quæris,nulla est magnopere cõmota συμπάθεια.& 78 a,Ita cerno συμπάθειαν amoris tui.& 201 b, συμπαθῶς de aliquo scribere. Oẽs odio Oppianici & illius adolescentis misericordia commouentur. pro Quint.18 a,Vt aliquando miseri cordiam caperet aliquâ, si non propinquitatis, at ætatis suæ. Att.260 b, Malè narras de nepotis filio,ualde me herculè moueor & molestè fero.

Compatior. συμπάσχω, miseri cordiam capio.Atti.189 a, Commotiũculis συμπάσχω, misericordia moueor.

Complexa & cum complexione. Coniuncta. Græcè κατὰ συμπλοκήν.

Complexio.constitutio.

Composita ex elemẽtis.concreta,conflata.

Computatio.calculus,rationes ciuitatum.pro R.P.124 a.

Compu-

Cõputus.At.220 a,Ratio sumptuaria.

Concausa.adiuuans causa.

Conceptus mentis.sensa mẽtis,cogitata,cogitationes.

Concernere.pertinere.

Concessio.concessus.

Conciuis. ciuis. pro S. R. 24 a.Quin. Scæuola à ciuib. suis in eremptus est.

Concoctio.digestio.

Concordantia . concentus, consecutio.

Concorditer . coniunctis sententijs.I.V.233 b.

Concupiscentia . libido, cupiditas.

Condenso.constipo.

Conditionalis.connexum.

Conditura. conditio ciborũ.

Condolentia.συμπάθεια.

Confabulatio . λέσχη quædá, quæ habet collocutiõe ipsa suauitatem,colloquium.

Confessus.concessus,certus. de D.130 a.

Confisco. Asc. 53 a. Vnde fiscus pecunia publica, & confiscari dici solet. In A. 233 b, Bona eius cẽseo publicè possidenda. publicè proscribo.

Congruè,congruenter.

Congruus.congruens.

Connexè. contextè, cõsertè.

Connumero . numero,ad numerum adscribo,colligo,in deorum numero repono.Q.F.327 b, Eumq; certum Cos. cum Domitio numerasti.

Consanguinitas . sanguinis coniunctio.

Consequenter.deinceps.

Consonare, consentire, concentum efficere.

Consortium . consortio uel consociatio.

Constellatio.situs cœli & stellarum.de D.127 b.

Cõstringere.cogere, uim adhibere.

Consummatus . absolutus & perfectus, ingenio præstanti & eruditiõe perfecta. l. Perfectus.

Contages.contagio.

Contagium.contagio.

Contemplatiuus . θεωρητικὸς βίος. I. A. 32 a, Speculator, contemplator.

Contemptus . contemptio, despicatus.

Contentiosus.pugnax.

Contentor . contentus sum, non pœnitet.

Conterraneus . popularis, eiusdem gentis,nationis,linguę.

Contiguus.contingens, quæ inter se penè contingunt. l. Inter.

Contingens.de Fa.144 a, Interest inter causas fortuitò antegressas,& inter causas cohibentes in se efficiẽtiam naturalem: id est,inter causas contingentes quas uocant, & necessarias.

Cõtinuitas.continuatio,perpetuitas.

Continuè, assiduè, continenter,usq;, assiduus.

Cõtractus.res cõtracta,commercium.

Contradictorius.contrarius, contraria enunciatio.

Contrafacio.assimulo,ex primo.I.V.147 a.

Contrarior.pugno,contrarius sum,confligo.

Contribulis. tribulis.

Contributio.tributum,tributi confectio.

Controuertitur . ambigitur.

Contumelior . cõtumelia insequor, contumeliam impono.

Conuentio.conuentus, conuentum.

Conseruatio.consuetudo, usus.I.A.210 a,b.

Conuersor : uersor, consuesco,multùm sum cum aliquo,utor,aliquem mecum semper habeo.pro Syl.178 a.

Conuerti & dici ad conuertentiam.reciprocari,Græcè ἀντιστρέφειν.

Conuicior . conuicijs insector,conuicium facio,uerbis uexo,contumelijs uexo, contumelijs aliquem insequor, in aliquẽ inuado, contumeliam in aliquẽ iacio, ignominijs aliquem concido, malè dico, furta & libidines cuipiam obijcio. pro Dom. 231 b, Cum uerborum contumelijs optimum uirum incesto ore lacerassetis. I. A. 231. In isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas,sed etiam laudem illustras meam. Qu. 97 a,Conuiciari alicui.

Conuiuo . simul uiuo . Attic. 207 a,Posthac poterimus commodius colere inter nos in Tusculano.

Copula.copulatio.

Copulatiua propositio. coniunctio.

Cordialiter.ex animo.

Corono.regnum defero,diadema pono uel impono.

Corporatura . statura, habitus.

Correctè.emendatè.

Correlatiua.quę sub eandem rationem cadunt.

Correspondeo . respondeo, consono.

Corrugo.contraho.

Corruptio,interitus, dissolutio.

Creditum . pecunia credita. de Pro.70 a,& I.P.98 a.

Crepo . concrepo, percrepo.

Criminalis.capitalis. I.V.122 b, Rerum capitalium quæstiones. & 209 a, Rei capitalis reus: de Or. 118 a, Causa criminis, & causa ex crimine. l. Crimen. de Orat.162 b, Causa capitis & lis capitis.Ascon. 65.66. Criminales causæ & criminalis quæstio. In.Vat.36 a, Iudices quæstionũ de proximis tribunalibus esse deiectos.

Crucifigo.cruce afficio, cruci suffigo, in crucem ago uel tollo.

Crumena. theca nummaria. Att.59 a.

Cudo.tundo.

Curabilis. quod curationem recipere potest.

Cursito.curso.

Curto.decurto.

Curuitas.aduncitas.

Curuus, curuatus, aduncus, tortuosus,incuruus,inflexus,incuruatus,uncinatus.

Cuspis.mucro.

Cyclopædia. encyclopædia.

D Amnifico, damno uel detrimento afficio. pro Deiot. 145 a, Damnum uel detrimentum affero. Ter.3 b, Quid illi facias, qui dederit damnum aut malum.

Damnosus,qui alicui damno uel malo est.ut,Clementia Cæsari malo fuit.

Dapes.epulæ.

Deauratus.inauratus.

Decens.par,conueniens.

Deceptio.circumscriptio, aucupium,tendicula.

Deceptorius . ueteratorius, insidiosus.

Deceptor . circumscriptor. I. C.105 b.

Decimo, decusso, hoc modo X.

Decliuis. deuexus, præceps.

Dedecens . turpis,indecorũ.

Defectus, uitium.de Diu. 104 b, Non uitio rerum, sed interpretum insciti.

Definitum in neutro.res quę definitur.

Defori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deforis. foris, extrinsecus. l. Foris. l. Extrinsecus. ut in ipsa arte insit, non foris petatur extremum.

Dehisco. discedo, desideo, τότε μοι χαύ⊙, &c. Att. 327 b.

Deifico. in deos refero uel depono, consecro, dedico.

Delator. de Am. 108 b, Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. Item: Nec solum ab aliquo oblatas criminationes depellere, sed ne ipsũ quidẽ esse suspiciosum.

Delectabilis. habens magnã delectationem.

Dementio. mentem amitto.

Demõstratio quia est, demonstratio ex effectu, & demonstratio quà res conuenire docetur.

Demonstratio propter quid.

Demonstratio ex caussa.

Demulceo, delinio, capio.

Dependeo. pendeo.

Deputatus. certus, definitus, destinatus, attributus, constitutus, dictus. pro Do. 218 b, Pecunia constituta ad emendos agros. & 220 a, Qui de quaque re constituti iudices sunt.

Derisio. ludibrium.

Deriuatus. ductus, productꝰ. l. Ineptus.

Descendentes. posteri, nepotes.

Desertum, desertus locus, uastus, incultus, solitudo.

Deses. desidiosus, iners, languidus.) (. Operosus, semper agẽs aliquid. de Se. 82 a.

Desidiosè. per desidiam.

Designum. ratio, consilium. I. V. 72 b.

Desolatio. uastitas. l. Destructio paulò pòst.

Desponsata. desponsa. Q. F. 312 a, Tulliam nostram Crassipedi esse desponsam.

Destructio. ruina, excidium, exitium, excisio, disturbatio, uastitas.

Destructor. interfector patriæ, perditor Reip.

Desuesco. desuefio, consuetudinem aliquid faciendi depono uel detraho. I. A. 225 a.

Detego. indico, enuncio, innuo, aperio, patefacio, illustro. pro Syll. 178 a, & Antequá. 194 a.) (. Occulto.

Deteriorare. deteriorem facere.

Deturpo. inquino.

Deuio. declino, deflecto, declinare uel deflectere de uia.

Deuotus. religiosus, castus, pius, sanctus, religionibus deditus, religionẽ colens.) (. Sceleratus.

Dexteritas. commoditas. de N. 78 b.

Diameter. media linea. de Vn. 199 b.

Diapason. de Som. 129 a, Illi octo cursus, in quibus eadem uis est duorum modorum, septem efficiunt distinctos interuallis sonos.

Dicatio libri. nuncupatio.

Dici ad aliquid. conferri cum aliquo.

Dictamen rationis. communis intelligentia, præscriptio uel præscriptum rationis, summa ratio insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria. de L. 159 a, Summa lex, suprema lex. de L. 160 b, Recta ratio, perfecta ratio. & ibidem. Homines parêre debẽt huic cœlesti descriptioni mentique diuinæ. & 182 b, Natura quę norma legis est. & 184 b, Omnia iussis supremæ legis obtemperant.

Dicterium. dictum.

Diescit. diluescsit, lucescit, lucere incipit, lucet.

Differentia. controuersia.

Difficulto. difficultatem affero.

Dignitas. postulatum, Græcè ἀξίωμα.

Diluuium. eluuio terrarum, exustio terrarum. de Di. 103 a, Deflagratio futura aliquando cœli atque terrarum. & Ac. 30 a, Fore aliquando ut hic mundus ardore deflagret. Quin. Fra. 326 a, Romę mira proluuies, magnauis aquæ, &c.

Discoperio. aperio.

Disconueniens. alienum.

Discordans. discrepans, uarius. ut uarium ius.) (. Congruẽs, conueniens.

Discordantia. discrepantia.) (. Consecutio.

Discurro. uolito, uagor.

Discurso. percurso.

Disdiapason. I. P. 8 a, Tamen ea quæ sunt longissimè disiuncta, comprehendam.

Disiunctiua. disiunctio.

Disparitas. uarietas.

Dispensare. soluere legibus.

Displicentia. dolor.

Dispositus. affectus.

Dispositio. affectio.

Dissonare. dissentire, discrepare, dissidere.

Disquiro. exquiro, ἐξετάζω.

Ditesco. dues fio, pecuniam facio, rem augeo, patrimonium amplifico.

Diuersimodè. non uno modo. de D. 81 a.

Diuersifico. uario.

Diuersitas. uarietas, dissimilitudo.

Diuinator. diuinus, diuinàs, ut aruspex, augur, ariolus, uates, coniector. de Natur. 12 b. de Di. 110 a, At nescio qui ille diuinus. & 118 b, Quædam casu euenirunt, ut prædicta sunt à diuinantibus.

Diuisibilis. diuiduus.) (. Indiuiduus.

Diuisim. separatim, seorsum.

Dociliter. intelligenter. Par. 232 a.

Doctio. doctrina.

Dogmaticus. cuius libertas differendi amissa est, quíque in disputando non suum iudicium sequitur, sed authoritati aliorum paret. de Le. 163 a, Nemò illum de uendita & addicta sententia mouere potest, & mancipata. Acad. 3 a, Dogmaticorũ & Academicorum differentia. Tusculanor. 176 a, De obstinatione dogmaticorũ. & Off. 58 b, Ad dogmaticos pertinentia. & Erasm. in Prouerbio, Claudi more, & cætera de Natur. 14 b, Contra dogmaticos hanc tu opinionem, & cætera. Tusculan. 151 b, Nec tamen quasi Pythius Apollò certa ut sint & fixa, quæ dixero.

Dolendus. habens dolorem. pro Mur. 145 b.

Dolentia. dolor.) (. Indolentia.

Dolorificus. faciens uel efficiens dolorem, inurens dolorẽ.

Dominium. mancipium, nexum uel nexus. πτῶσις.

Dominatio. dominatus.

Domuitio. domum itio. de Diuin. 95 a, Sed Rhodiorũ classi domum itionem dari.

Dubitabilis. habens dubitationem.

Dubiũ. controuersia, difficultas in iudicãdo, & quasi salebra. & pro Cec. 299 b, Omnia in dubium incertumque reuocari. & pro Cæl. 49 a, Rẽ minimè dubitandam in contentione poni.

Ebrio.

EBrio. ebrium facio.

Ecclesia. ædes sacra, tẽplũ.

Echo. imago, saxa & solitudines uoce respondent. pro Arch. 189. a

Effectiuè. efficienter.

Effectiuus. efficiens, habens naturam efficiendi.

Effectu. aliquid præstare reipsa & exitu.

Efficacia. efficacitas.

Efficaciter. efficienter.

Egenus. egens.

Emphasis. ad Brut. 273 a, Clodi9 ualde me diligit, uel ut ἐμφατικώτερον dicã, Valde me amat. Item, Illa ipsa rerum humanarũ domina fortuna.

Encyclopædia. de Orat. 153 a, Omnium bonarum artium societas cognatioq;. de Cl. 194 a, At uerò ego hoc tempore omni noctes & dies in omniũ doctrinarum meditatione uersabar. & 172 a, Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere.

Eneruis. eneruatus.

Ens. quod est, natura.

Ensis. gladius, ferrum, in aliquem cum ferro inuadere.

Episcopus. pontifex.

Equiso. agitator.

Eremita. solitarius homo, atque in agro uitam agens.

Eremus. solitudo. l. Desertũ.

Essentia. natura, uis, potestas. de Orat. 90 b, Vim oratoris uniuersam ac propriam definire. & Offic. 4 b, Natura uisq; honestatis. de Orator. 123 b, Omne argumentum aut ex sua sumi ui atq; natura, aut assumi foris. Orat. 207 a, Eloquentiæ uim ac naturam explicemus. Tusc. 156 b, & de Finib. 109 b, Quinta illa non nominata magis, quàm non intellecta natura. ad Herẽ. 32 a, Definitio omnem rei cuiuspiã uim & potestatem dilucidè proponit, & breuiter explicat. Quint. 77 b, ὑποίαν, quã Plautus essentiam uocat, nec sanè est aliud eius nomen Latinum.

Euacuo. exhaurio, inanio, uacuum facio, nudum inanemq; relinquo.

Euagino. educo, distringo.

Euitatio. declinatio.

Exactè. uel exactius aliquid dicere, uel facere, Accuratè, accuratius, subtiliter, limatè, exquisitè.

Exalto. effero, proueho, produco, ad honorẽ defero uel perduco. pro Cornel. 58 a, Ij quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustrauit labor & industria. I. A. 251 b, Illum sua uirtus prouexit, nõ genus. de A. 110 a, Ad amplissimos honores aliquem per res ducere. Item, Ad summũ imperium per omnes honorũ gradus efferri, & producere aliquẽ pro illius dignitate. &, Quem tu ad hũc honorem rogatione tua detulisti. Efferre aliquem in cœlum laudibus.

Excedens. præstans. de Vn. 199 a, Altera pari numero præstans extremis, pariq; numero superata.

Excessiuè. præter modum.

Excessus. superatus.

Excessus. exuperatio.

Excidium. excisio.

Excursus. excursio.

Excusabilis. habens excusationem uel aliquid excusationis. de Sen. 90 b.

Executio propositorũ. l. Explico. I. A. 211 a.

Exercitium. opus. de Diuinat. 220 b, Munus, functio, exercitatio, ludus, ars, studium, industria, agitatio. de Leg. 172 a, Studij delectationisq; causa scribere aliquid. de Sene. 79 b, Gorgias nunquam in suo studio atq; opere cessauit.

Exinanitus. enectus, effœtus.

Exonero. deonero.

Expẽsa. impensa, impendiũ.

Expergefio. è somno suscitor, expergiscor. Tusc. 218 a.

Explorator. speculator.

Exponere se periculis. obijcere se periculis.

Expositus fortunæ. obiectus fortunæ.

Extispicina. ars extispicum.

Extraordinariè. extra ordinẽ.

Circunferentia. extremitas, liberamentum.

FAbrefacio. benefacio. I. V. 209 b, Pulcherrimè facio, optimè facio, scitè facio & uenustè. In Vat. 210, & 208 b, Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta. In Verr. 125 b, Argẽtum fabrefactum. aliter, benefactum.

Faciliter, facilè, perfacilè, nullo negocio.

Factiuus. efficiens. ποιητικός. de Fi. 101 b, Artes quarum omne opus est in faciendo atq; agẽdo.

Factor. effector, architectus, perfector, parẽs, genitor. de Vn. 203 a, Imitantes genitorẽ & effectorem sui.

Facundus. copiosus ad dicendum.

Falsifico. adultero.

Famelicus. fame enectus.

Famesco. esurio.

Famigeratio. prædicatio, nobilitas.

Famigerat9, siue famosus. clarus, nobilis, fama celeber, fama celebratus, qui est in magno nomine & gloria, qui in ore uiget.

Famigero. fama celebro.

Fastus. spiritu regio. l. Spiritus.

Fatigo. defatigo, in aliquo magno labore me exerceo, magnis laboribus me frango.

Fauilla. scintilla.

Fauorabilis. propitius, secundus, popularis. pro Do. 222.

Febricito. febrem habeo.

Febrio. febrem habeo.

Februa. necia, denicales, feralia.

Felicito. felicitatem do.

Fellator. Post. 207 a, Qui ne à sanctissima quidem parte corporis hominum, impuram temperantiam propulsat.

Feracitas. ubertas.

Festo. celebro, ferias habeo, diem festum ago. In V. 119 a.

Festum. dies festus, feriæ.

Feudatarius. fundus, ut populus fundus.

Fictitius. fictus, cõmenticius.

Fidatus nuncius. certus homo. Ep. 9 a.

Fideicommissum, de Nat. 75 a, b, Nam patrimonia spe benè tradendi relinquimus, qua possumus falli. de Finib. 77 a, Sext. Peduceus cũ sciret nemo eum rogatum à C. Plotio equite Ro. ultrò ad mulierem uenit, eiq; nihil opinanti uiri mandatum exposuit, hæreditatem q; reddidit.

Fidei committo. iura fidei magistratuum commissa sunt. Off. 25 a.

Fideiubeo. spondeo. Vlp. Iureconsul. Cùm fideiussores ita interrogentur, id fide tua esse iubes? pro Fla. 156 a, Cum iste sese pecuniam, quã huius fide sumpserat, à discipulis suis diceret. Fusijs persoluturum. et ibi. Eius enim fide sumpsit à Fusijs.

Fideiussor. sponsor, præs. uide, Fideiubeo.

Figlinus. fictilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Figmentū πλάσμα, cōmentū.
Fimus.ſtercus.
Fin.lis.τελμός.de Fi.101 b.
Finitio.terminatio.
Finitus.definitus,habens modum,perfectus, abſolutus, confectus,proſtigatus,emeritus.) (. Imperfectꝰ,inchoatus, effectus.
Fixè.Tuſc.163 a, Cum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur.& de Finibus 60 b, Cum ea quę prętierierunt,acri animo, & attento intuemur.
Fluuialis.fluuiatilis.
Fluxus.fluxio.
Fœmininus. fœmineus, muliebris.l. Sexus. I.V. 41 b, Apud Iuriſc. tamē fœmininum ſexum reperias.
Fœto. malè oleo, puteo.I. V. 152 b. & 178 a, Odor teterrimus oris & corporis,quem ne beſtię quidem ferre poſſent.
Fomes peccati. ſeminarium uitiorum,uitioſitas.
Formidabilis. formidoloſus, horribilis,terribilis.
Foro.Fodio,pterebro. (cio.
Fortifico. munio, melioré fa-
Fraternitas. germanitas,
Fraudulenter.inſidioſe.
Frigefacio.refrigeo.
Frigefactiuum . refrigerans, quod uim habet frigoris.
Frigeſio.refrigeror. (ſus.
Fructifer . frugifer, fructuo-
Fructifico . fructum edo, fructum fero,fruges fundo.
Fruticeſco.fruticor. (83 b.
Fulminatꝰ.de cœlo ictꝰ.de D.
Fulmino. fulgere, fulgurare, fulmen iacere, de cœlo tangere uel percutere,è cœlo uel de cœlo iacere.de Di. 139 a, Si tactum aliquid erit de cœlo.& 83 b, Sūmanus de cœlo ictus. I. C. 115 a, Complures in Capitolio turres de cœlo eſſe percuſſas,& ibidē, Tactus eſt Romulus. de Di. 100 b, Cum in Capitolio ictus centaurus è cœlo eſt. de Di. 84 a, Nam pater altitonans ſtellanti nixus olympo, Ipſe ſuos olim tumulos ac templa petiuit, Et Capitolinis iniecit ſedib.ignes.
Funis.funiculus.
Furiatus.furens,furibundus.
Fuſim.fuſe.
Futuo . Venereis uoluptatibus fruor.Tuſcul. 224 b.l. Coitus ſuprà.

GArrulitas . inanis quædam profluentia loquendi.
Generatio,ortus,procreatio.
Genus generaliſsimum. genus ultimum,caput generis.
Geſta.res geſtæ.
Geſticulor.geſtum ago.
Glorifico.gloria afficio.Tuſc. 155 a.
Gracilis.tenuis,ſtrigoſꝰ, ſubtilis,exilis,exiguus.
Grandiuſculus.grandior.
Gratitudo.gratia,gratus animus,animus memor, memoria, uoluntas grata in aliquem, grata animi beneuolentia, pietas. Att. 142 b, Plus apud me uálere beneficij gratiam quàm iniuriæ dolorem uolo.Part. 241 b, Alteras uis æqūitatis, &c. & ibidem. Gratia in malo ponitur. I.A.263 b, Grata eorum uirtutem memoria proſequi, qui pro patria uitam effuderunt. Poſt.192 b,Liberale officiū eſt ſerere beneficium, ut metere poſsis fructum. Poſtq.203 a,Neque æquum tempore & dię memoriam beneficij definire.pro Planc.276 a,Cupio me & gratum eſſe & uideri. hæc eſt enim ima uirtus non ſolùm maxima, ſed etiam mater uirtutum omnium reliquarum, pro Plan. 279 a, Quid eſt enim pietas,niſi uoluntas grata in parentes?& ibi,Hęc priuatim officiorum memoriam & gratiam quærunt.I.A.263 b, Eſt autem ſi dei pietatiſq; noſtræ, declarare fortiſsimis militibus, quàm memores ſimus, quamq; grati. Epiſt. 9 b, Nullam partem tuorū meritorum,non modò referenda,ſed ne cogitāda quidem gratia conſequi poſſum. Epiſt. 9 b, Cætera, quæ ad te pertinebunt, cum etiam plus cōtenderimus, quàm poſſumus, minus tamen faciemus quàm debemus.
Greſsibilis.gradiens. (ua.
Groſſo modo.pingui Minerv-
Guloſitas . uitium uentris & gutturis.pro Cæl.46 b.
Guloſus.de Fin.83 b,Viuit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piſo.
Gutto.mano.de Di.96 a,Herculis ſimulacrum multo ſudore manauit.

HAeredito . Hæreditas ad me uenit , & hæreditas mihi ab aliquo uenit.
Hebe.iuuentus.
Hei. Hei mihi nō poſſum hoc ſine lacrymis commemorare.
Hermaphroditꝰ.Androgynꝰ.
Hiſtoriographus . hiſtoricus.
Homagium.clientela.
Horoſcopꝰ.de Di.126 b,Chaldæis in prædictione & in notatione cuiuſque uitæ ex natali die minimè credendum eſt.
Hortulanus.olitor.
Hoſpitor. hoſpitio accipio,tecto recipio.pro Clu.53 b,& 54 a, 48 a, Tecto ac ſedibus ſuis recipere.pro Cluen.52 b,Domo recipio,domū meam recipio.Inuito eum per literas, ut apud me diuerſetur.
Hypocriſis . ſimulatio uirtutis, uenditatio quædam atq; oſtentatio.de Am.112 a.
Hypocrita. eruditus artificio ſimulationis. Off.9.a, Qui cum maximè fallunt,id agunt, ut boni uiri eſſe uideantur.
Hypothetica.connexum.
Hypophora.pro Cluen.29 b, Sed ego occurram expectationi ueſtræ.nam,&c. pro Cluent. 30 b, Vocat me iamdudum tacita ueſtra expectatio, quæ mihi obloqui uidetur.

IEiuno.cibo me abſtineo.
Ieiunium.inedia.
Ignauiter.ignauè.
Ignominioſe. per ignominiā.
Ignominoſus. cōtumelioſus, ſordidum ad famam, cum ignominia coniunctum, maculoſus.
Ignoranter.per ignorantiam, inſcienter. Ac,5 b.
Illæſus,incolumis,inuulneratus,inuiolatus.
Illegitimus . nullum habens ius.pro D.238.
Illyria.Illyrium.
Imaginatio . cogitatio . pro Corn.64 b, Exiſtat ergo ille parumper cogitatione ueſtra, quoniam re non poteſt.
Imaginor.cogito,fingo, ſuſpicor,cogitatione depingo uel fingo,animo comprehendo, ſuſpicione attingo,coniectura informo,ſpeciem alicuius rei cogito, animo fingo , in notione animi repono , cogitatione & mente complector,cogitatione aſſequi non queo , imprimere aliquam notionem in animo . de Natur. 22 b,De imaginibus ad animum peruenientibus.Acad. 10 b, Nihil enim agens animal, ne cogitari quidem poteſt, quale ſit. Acad. 40 a, Quod quale ſit, negat Epicurus ſe nec ſuſpicari quidem. de D. 137 a, Quæ eſt enim forma tam inuſitata, tam nulla quam nō ſibi animus poſsit effingere, ut quæ nunquam uidimus , ea tamen formata habeamus.cō.Rull 77 b,Volitat enim ante oculos iſtorū regis filius.
Immediatè.,pximè.l. ,pximè.
Immediatus . proximus. Or. 212 b.l.Proximus. (ritus.
Immeritus. iniuſtus.) (. Me-
Immoror.inſiſto,hæreo,habito,in aliqua re longior ſum.
Impatienter.intoleranter.
Imperfectè.præciſe.
Imperitia.inſcitia,ſtultitia.
Impetuoſus.uiolentus,uehemens,furens.
Impingo.lætifico.
Importantia. pro Cæl. 48 b, Rem tāti ſceleris ignotis ſeruis non eſſe credendā.I.A.236 a,Apollonia magna urbs & grauis.
Impoſsibilis.ἀδύνατος, quod fieri non poteſt.Att.1 a, Vt mihi uideatur non eſſe ἀδύνατον,Curium obducere.de Orator.135 a, Sæpe etiā quæ fieri nō poſſunt optātur.& 139 b,Si quid fieri poſsit,aut nō poſsit,aut etiá neceſſe ſit.de Fat.142 b, Ergo illud, morietur in mari Fabiꝰ, ex eo genere eſt,quod fieri nō poteſt. Oct. 329 b, Si nulla ratione publicis incōmodis mederi queat.Quintil.96 b,Impoſsibilia aggrediuntur pro effectis.Vlpian.Iurecōſ. nec pœnā rei impoſsibilis committetur.
Impoſtor.planus.
Impræmeditatus.imparatus.
Imprecatio . execratio, preces. Exierūt malis ominibꝰ atq; execrationib. duo paludati,&c.
Imprecor. precor , execror, malè precor, alicui peſtem exopto, triſtibus ominibus perſequor.) (. Sic exire à patria ut omnes ſui ciues ſalutem, incolumitatem, reditum precentur. Item, Hiſce ominibus Catilina cum reip. ſalute & cum tua peſte ac pernicie proficiſcere.l. Omen, Quintil.Imprecamur debilitates,naufragia,mortes.
Impropero.exprobro.
Improprius.ἄκυρος.
Impubis.impuber.
Imputare. aſſcribere , tribuere,aſsignare.
Inæqualis.inæquabilis.
Inanimo. animum alicui do, animum augeo, multum animi affero , cupiditatē do, incendo.
Inanis gloria. falſa gloria.I.P. 91 b. (184 b.
Incantamentū.cantio. de Cl.
Incaſſum.fruſtra.
Inceſſanter.nullo pūcto temporis intermiſſo.
Inclinatio.procliuitas, facilitas,propenſio.
Inclinatus,procliuis, applicatus, propenſus. de Fin. 113 b, Omne animal applicatum eſt ad ſe diligendum.
Incœnis.incœnatus.
Incogitabilis . in cogitationē non cadens.
Incogitans.inconſiderans.
Incogitantia. inconſiderātia.
Incōbuſtilis.lituus Romuli.
Incōmoditas . incommodū.
Incōpetens.pro Cluen. 23 a. Auditis de eo, in quem iudices non eſtis. (ratio.
Incompoſitus . incondita o-
Incomprehenſibilis. incomprehenſus.
Inconſideratio.inconſideran tia,inconſulta ratio.
Incontinens.intemperans.
Inconueniens . Incommodū & abſurdum.
Incorporeus . expers corporis.) (.Corporeus.
Incorrigibilis.inſanabilis.
Incrucio . decuſſo , hoc modo X.
Inculpo.in culpa pono.
Incurabilis.Inſanabilis,deſperatus , quod curationem recipere non poteſt.Tuſc.208 a.
Indago.indagatio.
Indebitus.l.Iniuſtus.
Indefinenter : nullo puncto temporis intermiſſo.
Indigeſtio.cruditas.
Indigeſtus.crudus.
Indigꝰ . indigēs. de Or.126 a.
Indiſpoſitus.crudus.
Indiuiſibilis.indiuiduus.
Indomabilis . qui imperium recuſat.
Indubitanter . non dubitanter,ſine diſputatiōe, ſine ulla dubitatione,pro certo,uero.
Indubitatus.certiſsimus, exploratiſsimus , quod non habet dubitationem,perſpicuus.
Indubius.certiſsimus.
Interceſſor.deprecator.
Interceſsio.deprecatio.
Induſtrioſe.induſtriè.
Inebrio.uino obruo,ebrium, facio.
Inaffabilis. ἄφατον. Att.206 a.
Ineloquens.infans.
Inemendabilis . inſanabilis.
Inenarrabilis. ἀδιήγητος. Att. 206 a.
Inexcuſabilis.nihil habēs excuſationis.
Inexpertus. inexercitatꝰ, nullo uſu.pro Cor.57 b.
Inextinguibilis. infinitum odium.pro Cor.67 b.
Infallāter.pro certo,uero.
Infelicito.miſerum habeo.
Inferioritas.inferior ordo.de Am.109 a.
Infernus.ſceleratorum ſedes atq; regio. Oct.33 a, Aliquis noſtrum,qui proximus in illam æternam domum diſceſſerit . In Arat. 389. *. Hinc ſe inferni de partibus erigit hydra. aliter, infernis è partibus.
Infeſto.infeſtum reddo.
Infinitiuus.ut definitiuus.
Infirmiter.infirmè.
Inflatiuus.habens inflationē.
Influxus.tactus lunæ.de Nat. 36 a,Multaque à luna manant & fluunt, quibus, &c. Epiſt. 132 a. Cœlum exteram uim ſuam alicui dimittere.
Infortunium . aduerſa uel incommoda fortuna,acerbitas.de In.76 a, Qui propter fortunam, non propter malitiam in miſerijs ſunt.
Infraſcribo. ſuppono, ſubſcribo.At.127 a, Earumq; literarum exemplum ſubſcripſeras.
Infrigido.refrigero.
Infunibulum . uaporarium.
Ingeniculor . In V. 262 a, Illa mihi ad pedes miſera iacuit.
Ingluuies : Inſaturabile abdomen.
Ingratitudo.ingratus animꝰ. At.136 a, Ego ingrati animi crimen horreo.& 140 a, ἀχαριστίας crimen ſubire non audeo.
Intelligibilis. intelligētiæ nō ſtræ uim ac notionem fugiens.
Iniurior.iniuriam alicui infero uel facio,malè mereo, iniuriam ſtupri in aliquē infero.iniuriā alicui impono. (L.185 a.
Inobediens . non obediēs.de
Inopinans. nec opinans . pro Planc.267 a,Ignarus,inſcius.
Inopinatè. nec opinatō. I. A. 175 a.
Inopinus.inopinatus.
Inordinatè, immoderatè . de Vn.203 b.
Inordinatio.confuſio.
Inquantū.quia, quatenus,ob id ipſum quia, in eo in quo, &c. ad priuatū dolorē. l. Quatenus.
Inſalutatꝰ.oēs nos ἀπροσαγορεύτους reliquit. Att.123 a,l. Expers.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epist.44 b, & Attic. 101 a, Quæ insciente me facta sunt.

Insensatus.stupidus, communi naturæ sensu carens, stipes, Aethiops sine sensu, sine sapore, elinguis, tardus. (por.

Insensibilitas. stupiditas, stu-

Insensibiliter. sensim & sine sensu ætas senescit. de Senect. 85 a, & Tusc. 165 b.

Insensitiuus. sensum non habens.

Insido. insideo.

Insolitè. insolenter.

Insolubilis. inexplicabilis.

Instabilis. lubricus, uarius, cõmutabilis, uoluptabilis, uagus. pro Mil. 114 b, Vide quàm sit uaria uitæ commutabilisq; ratio, quàm uaga uolubilisq; fortuna.

Instabilitas. uolubilitas.

Instans. ad punctum temporis: id est, ut aiunt, in instãti. Tusc. 165 b.

Instare uel dare instantiã. resistere, occurrere. Græcè, ἐνίστασθαι.

Institor. propola, qui mercatur à mercatoribus, quod statim uendant. Off. 30 b.

Insufficienter. exiguè.

In tantum. usq; eò.

Intellectus. intelligẽtia, mẽs, ratio, mens simplex, id est, intellectus agens, qui dicitur.

Intelligibilis. quod in nostrã intelligentiam cadit, sub intelligentiam cadens, quod ratione sapientiaq; cõprehẽditur, quod intelligentia & ratione comprehenditur. de Vn. 195 b, 196 a.

Intentio. scopus, propositum.

Intercedo. deprecor.

Interfectio. occisio, cædes.

Interlocutores. Eclogarij, nomina eorum qui in Dialogis loquentes inducuntur.

Internus. interior.

Interpretamentum. interpretatio.

Interstitium. interuallum.

Intertexo. intexo.

Intitulo. inscribo.

Intrepidus. qui magno animo & erecto est.

Intricatus. nec caput nec pedes. Epist. 109 b.

Intrinsecus. interior, intestinus. Ac. 13 a.

Inualidus. irritus, nullus, infectus.

Inuerecundia. impudentia.

Inuicem inter se, uicissim. alius alium, ultro citroq;, ultro & citro. de Fin. 91 b, Sæpiusq; ista loquemur inter nos, agemusq; communiter. Of. 5 b, Vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint. An. 195 b, Non patiar ut opera mea manus inter uos conseratis, cædesq; ciuium inter se fiat. Cæs. 37 a, Hi rursus inuicem anno post in armis sunt, illi domi remanent. Hircius. 109 b, Cum dispositis turmis inuicem præliabantur. Quin. 96 b, At hæc Cicero pugnare inuicem ostendit.

Inuiolabilis. sanctꝰ, sacrosanctus.

Inuisibilis. quod fugit aciem.)(. Quod inconspectum cadit. Tusc. 159 a, Tanta est animi tenuitas, at fugiat aciem. de Vn. 199 b, animus autem oculorum effugit obtutũ. de Vn. 204 a, Animus sensum omnem effugit oculorum. Off. 95 b, Annulus Gygis.

Inundatio. proluuies.

Iratè. iracundè, cum ira. Off. 27 b, Per iram, Tusc. 226 b.

Iris. arcus species. de Natur. 69 b.

Irrationabiliter, ἀλόγως. Att. 145 a, Faciet omnino malè, & ut ego existimo, ἀλόγως, & 220 b.

Irrationabilis. rationis expers, mente ac ratione uacuus. de D. 97 b.

Irreconciliabilis. inexpiabilis.

Irreligiosus. ab religione remotus, nihil habens religionis, impius.

Irremissibile. inexpiabile.

Irrequietus. solicitus, laboriosus, exercitus.

Irritamentum. inuitamentũ, illecebra.

Irrito. irritum facio. I. A. 235 a.

Itineror. iter facio, ambulo.

Iucundor. iucunditas mihi est ex aliqua re, in uoluptate sum.

Iudicator. existimator, æstimator, iudex.

Iunctura. cõmissura, iunctio, coniunctio.

Labium. labrum.

Laboratus. textile stragulũ magnificis operibus pictum, & plenum artis argentum.

Lacteo. lactens.

Lacto. Quę paruos Mauortis sanguine natos Vberibus graui dis uitali rore rigabat. de Di. 84 b.

Lanio. lanius.

Laniatio. laniatus.

Lapido. lapidibus cædo, lapidationem facio, lapidibus appeto & percutio. Off. 61 b. Atheniẽses Cyrsilum lapidibus obruerunt.

Lapillus. calculus.

Lasciuio. exulto.

Lasso. languefacio.

Lassus. defatigatus, languẽs uel languidus. Ter. 7 b, Animus lassus, cura confectus stupet.

Lauacrum. lauatio.

Laudabiliter. cum laude. Offic. 72 b.

Laureo. laureatus.

Lenimentum. leuamentum.

Lento. laxo.

Lepidulus. lepusculus.

Letalis. funestus, mortifer.

Leuatiuus. habens leuationem doloris.

Liberum arbitrium. libera uoluntas.

Libraria. bibliotheca, taberna libraria.

Licitè. bonis & honestis rationibus.

Licitor. liceor, auctionor.

Ligatus. constrictus, uinctus, alligatus.)(. Solutus. Off. 74 a, Aliquem uinctum hostibus dare. pro Sest. 6 a, Clodium uinctũ auspicijs, alligatum more maiorum, constrictum legum sacrarum cathenis, soluit subitò consul, &c.

Lignamen. materia.

Ligonizo. pastino, fodio.

Liguria. Ligures.

Lineariter. ad lineam.

Lineus. linteus.

Liquiditas. liquor.)(. Concretio.

Litigatio. concertatio.

Litigium. rixa.

Locum tenens. legatus, præfectus, uicarius.

Logica. logice.

Lucrosus. quæstuosus.

Luctificus. luctum afferens.

Lupanar. lustrum.

Luridus. squalidus.

Luror. squalor.

Luscitiosus. luciscus, qui oculos hebetiores habet.

Lusor. aleator, collusor.

Lusorius. aleatorius.

Lusus. lusio.

Lutosꝰ. luteus uel lutulẽtus.

Luxus. luxuria, luxuries. diffluere luxuria, delicatè ac molliter uiuere. pro Mu. 177 b, Turpe conuiuium, amor, comessatio, libido, sumptus. & 142 a, Profusæ epulæ, priuata luxuria.

Luçernarius. lychnuchus.

Macero. conficio.

Macilentus, grandi macie præditus.

Macor. macies

Macresco. extabesco.

Macrologia. ponere longam orationem aliqua re.

Macrobius. de Sen. 89 b, M. Valerius Coruinus. & 91 b, Argantonius CCX. uixit annos.

Maculatura. litura.

Madefacio. perfundo, respergo, imbuo.

Magnanimiter. Tusc. 238 b, Magno animo.

Magnificens. magnificus.

Maledicens. maledicus.

Maledicentia. procacitas linguæ, morbus procacitatis, petulantia.

Malefactor. malemeritus. ad Her. 17 a.

Maleuolens. maleuolus.

Maleuolo. malè odi, malũ uolo alicui. pro Cl. 28 b, Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio uoluerit, optauerit, cogitarit, effecerit.

Malignus. qui prauo animo est. At. 7 b, Malitiosus.

Malus. flagitiosus, nequam, impurus, improbus, sceleratus.

Manifesto. apertum & manifestũ facio. pro Clu. 28 b. Epist. 242 b, In medium profero, palàm facio uel profero, planũ facio, aperio, enuncio, edo, diuulgo, apertum suum scelus ante omniũ oculos ponere. de Le. 195 b, Patefacio, profero in uulgus, indico, foràs effero. I. A. 225 b, Doleo efferri hęc foràs, & ad populi aures peruenire. de Le. 186 a, In cõspectu pono. Tusc. 189 a, In luce colloco. Omnia benefacta in luce se collocari uolunt.

Mãtica. Off. 29 b, Fit enim ne scio quomodo, ut magis in alijs cernamus, quàm in nobismetipsis, si quid delinquimus.

Marcesco. putresco.

Marcidus. putridus.

Marito. colloco, in matrimonium colloco, cum aliquo coniuncta. ad Her. 13 b, Cur ne huic locabas nuptijs.

Masculinus. uirilis.

Mastico, mando, conficio.

Mechanicus. sordidus, illiberalis. Off. 30 b, Illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorũ operæ, nõ quorum artes emuntur.

Mediator. arbiter, uel arbiter honorarius, sequester, deprecator.

Medico. medicamenta fucati roboris.

Medicor. medeor, medicinã affero, medicinã adhibeo, curo.

Meditatè. cogitatè, meditatꝰ.

Medusa. μή μοι γοργείαν κεφαλήν, &c. At. 140 a.

Melioro. melius facio. Tusc. 148 a.

Melioresco. melior fio.

Menda. mendum.

Mensor. metator, decempedator.

Mensurator. metator, decempedator.

Merda. cibi reliquiæ, quas natura respuit.

Meretricor. palam me in meretricia uita colloco. pro Cæl. 47 b.

Meridior uel meridiõ. meridianum somnum capio.

Messana. Mamertina ciuitas.

Metaphora. quantos aceruos facinorum reperietis? pro Syl. 181 b.

Methodus. in omnibus quæ tatione docentur & uia, Or. 207 b, de D. 98 a, Si dij futura significant, aliquas uias dant nobis significationis scientiam.

Microbius. pro Mar. 135 b, Animus tuus nunquam his angustijs, quas natura homini uiuendum dedit, contentus fuit.

Minera. uena.

Minimi facio. in minimis pono. Epist. 54 a.

Minutim. minutatim, exiguè, exiliter, κατὰ λεπτόν. At. 324 a.

Miraculosus. portentosus.

Miraculum. miracula, ostentum, prodigium. de D. 121 a, Nec si id factũ est, quod fieri potuit, portẽtum debet uideri. pro Lig. 138 b, Hæc non modò mirabilia sunt, sed etiam prodigijs similia. de Diu. 121 a, Si quod raro fit, id portentum putandum est, sapientem esse portentum est. Item, Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium eius oblatũ est. I. V. 225 b, Multa sæpe prodigia uim eius numenq; declarant. Ep. 123 b, Scis Appiũ hic ostenta facere de signis & tabulis.

Misanthropos. Hominum aspectũ lucemq; uitare. pro Syl. 181 a, I. Timon.

Missa. res diuina.

Modifico. I. Modificatus.

Mœchor. adulteror.

Molesto. solicitũ habeo, malè habeo, solicito, exerceo, uexo, molestum facio, molestiã affero.

Mollifico. mollio.

Monarchia. regale ciuitatis genus. de L. 187 a, Off. 33 a, Cũ dominatu unius omnia tenerẽtur.

Mucus. humor.

Multoties. sæpe, de Or. 126 a.

Murator. faber.

Mutio. hisco.

Mutuitas. mutuũ in amicitia.

Mutuo. mutuum do, utendũ do, commodo, mutuatus, παθητῶς. I. Mutuatus.

Myrrha. Pallantes filiam Mineruam amasse, & ab ea necatus dicitur. de Nat. 71 a.

Narbona. Narbo.

Natatus. natatio.

Natiuitas. ortus, dies natalis.

Nauci facio. nauci habeo.

Naumachia. bellum uel prælium nauale.

Necessito. necessitatè affero.

Negatiuus. negans.

Neotericus. recens.

Neutralis. mediꝰ, indifferẽs.

Nigredo. nigror.

Nitiditas. nitor.

Niuosus. niualis.

Nocuꝰ. infestus, perniciosus.

Nomenclatura. nomẽclatio.

Nominatiuus. rectus casus. Orat. 112 a.

Notandus. attẽdendus. de In 46 b, Notatione dignus.

Notarius. scriba, librarius.

Nothus. spurius.

Notomia. anatomen uocant Græci medici, qui ista aperta & patefacta uiderũt. Tusc. 158 a.

Nouiter. nuper.

Noua. nuncij.

Nubilosus. nebulosus.

Nullibi. nusquam, nullo loco. Epist. 91 b.

Nuncium. Nuncius.

Nuncupatio. προσφώνησις. Att. 207 b, Varro mihi nunciauerat magnam sanè προσφώνησιν.

Nutricius. educator.

Oberat. erati milites. At. 11 a, Obiectio. de Or. 139 a, Neque reprehendi, quæ contrà dicũtur possunt, nisi tua cõfirmes: neq; hæc confirmari, nisi illa reprehendas. & 137 a, Pòst ut rem probemus, nostris præsidijs cõfirmandis, contrarijs refutãdis, & ibi. Aduersariorum adiumẽta

confirmare. Orat.201 b, Infirma re & excludere cõtraria. & 208 a, Sua confirmare, aduersaria cõuertere. de Or.92 b, Quôd contrà dicatur, refellere. Deinde cõtraria refutare.

Obiectum. res obiecta sensibus, quod sensu percipitur. pro Cæl. 46 a, Qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, qui excludat auribus omnem suauitatem, qui non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur. Ac. 6 b, Oculi pictura tenentur, aures cãtibus. & ibid. Multa de ijs, quæ sensibus percipiuntur.

Obiter. *cὐ παρόδιον*. Att. 80 a, & 83 b, *ὁδῷ πάρεργον*. Q. F. 328 a, *cὐ παρέργως*, i. præter ré, præter propositum. I. V. 62 b, Quoniam nõ consultò, sed casu in eorum mẽtionem incidi, quasi præteriens satisfaciam uniuersis. de Clar. 182 b, Aliquis præteriens de Oratore sæpe iudicat.

Oblatio. liberalitas.

Obliteratus. in litura.

Obsidium. obsidio.

Obstinatè. præfractè, pertinaciter, cum pertinacia.

Obstupefactio, obstupefactus.

Obtenebro. obscuro, tenebras uel noctem offundo, perstringo.

Obuiatio. *ἀπαύτησις*, obuiamitio, occursatio. ad Attic. 134 a, Quas fieri censes *ἀπαντήσεις* ex oppidis: & 259 a, Mirifica *ἀπαύτησις*, &c.

Obuio. *ἀπαντάω*, occurro, obuius sum, alicui me obuiã fero.

Occursus. *ἀπαύτησις*. l. Obuiatio.

Odoramentum, odores, odoratio.

Odoramẽtarius, unguẽtarius.

Olfactus. odoratus.

Omnifariã. in omnes partes aliquem fallere. pro Sest. 7 a.

Omnifarius. cuiusq; modi.

Omnimodè. omni ratione. l. Obuallo. Omnibus modis. l. Vario. Tusc. 202 b.

Omnimodus. cuiusque modi. Or. 205 a, Omni modo permouere aliquem.

Opacitas. locus opacus.

Ophthalmia. morbus oculorum.

Opprobro. probrum infero.

Oratoria. rhetorica, ratio dicendi, doctrina dicendi, studium eloquentiæ oratoria, dicendi uis, studium dicendi, dicendi uirtus. de Orat. 89 a, & 111 b, Vsus dicendi. & ibidem: Laus facultatis dicendi. & 115 a, Siue ratio, siue exercitatio dicendi. & 91 b, Eloquentiã ex bene dicendi scientia constare. & ibidem. Ratio dicendi & uia & facultas dicendi. & 149 b, Si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamastis. Disputandi ratio & loquendi. Par. 237 a, De Oratoria facultate.

Ordinariè.) (. Extra ordinẽ.

Ordinarius. legitimus.

Ordinatus. habens ordinem.

Originale peccatum. illud natiuum malum, uitiositas. Tusculan. 190 b, Vt penè cum lacte nutricis, errorẽ suxisse uideamur.

Ostentator. gloriosus, uanus.

Ouo. ouans.

PAcificè. cum pace. Tusculã. 244 b,

Pædico. qui pueros amat turpissimè.

Pallesco. palleo, exalbesco.

Palliditas. pallor.

Pallidus. decolor, exanguis, sine colore.

Pannus. uestis. pro Sest. 6 b, Vestitus asper nostra hac purpura, ac penè fusca. Hor. Fides albo ũelata panno.

Papyrus. charta.

Paradisus. hortꝰ, hortulus. de Som. 127 b, Omnibus, qui rectè uicerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruantur. I. A. 264 a, Illi ad inferos pœnas parricidij luent, uos uerò piorum estis sedem & locũ consecuti. de Som. 130 a, Hic locus in quo oĩa sunt magnis & præstantibus uiris. & 128 a, Ea uita est in cœlum. & 130 a, Ad hanc sedem & ꝑternam domum contueri. de Am. 97 b, Vt ex tam alto dignitatis gradu ad superos uideatur potius quàm ad inferos peruenisse. de L. 173 a, Olli quos in cœlum merita uocauerunt, Hercules, Liber, &c. & ibidem. Olla propter quæ datur homini ascensus in cœlum, mens, uirtus, &c. de L. 183 b, Deinceps dicit eadẽ illa de immortalitate animorũ, & reliqua post mortem tranquillitate bonorũ, pœnis impiorum. de Sen. 93 a, Ego patres uestros uiuere arbitror, & ea quidem uita, quæ est sola uita nominanda, Tusc. 153 a, Animos cum è corpore excesserint, in cœlum quasi in domicisium, suum peruenire. & 145 a, Romulus in cœlo cum dijs agit

Paralogismus. captio. (quũ.

Parcitas. parsimonia.

Paroxismus. commotiuncula, tentatio.

Particularis. præcipuus, singularis, *τὸ κατὰ μέρος*. Atti. 211 a, Orat. 203 a, Vt quod in uniuerso sit probatum, id in parte probari sit necesse.

Particulariter. præcipuè.

Paruifacio. in paruis uel minimis pono. Ep. 54 b, Nullo loco habeo, pro nihilo habeo, pro nihilo puto. (dum.

Pascuũ. pascua, pastus pecuPascio. perturbatio, affectio animi. de Vn. 202 b, Animi quidem dolor. de Or. 124 b, De affectionibus. pro Mar. 135 b, Sine amore & cupiditate, rursusq; sine odio & inuidia iudicare. passionis uoce usus est Varro, teste Charisio. 262. Frob.

Passiuus *παθητικός*. patibilis.

Pastino. fodio.

Pathicus. puer emptus libidinis causa, puer meritorius, qui turpiter patitur, exoletus, penideditus.

Patrocinor, adsum ꝑ aliquo, causis præstò sum. de Cl. 195 b.

Pauefacio. pauorem affero, metum incutio.

Pauidus. pauens.

Pauperies. paupertas.

Pausa. respiratio.

Peculor. depeculor, peculatum facio.

Pensionarius. uectigalis.

Per accidẽs, temerè, casu, fortuitò.

Peremptorius. Att. 245 a, Fecissem ut ei statim tertius à prætore dies diceretur.

Perpendiculariter. ad perpendiculum, ad lineã, rectis lineis, ad pares augulos. Tusc. 156 b,

Pertingo. pertineo.

Pertranseo. permeo.

Pessundo. obtero, protero, cõculco.

Phantasticus, opinosus.

Pharus. pro Mar. 131 a, Ergo his omnibus ad bene de omni rep. sperandum, quasi signum aliquod sustulisti

Philosophaster. minutus philosophus. de D. 93 b, & de Se. 95 a, Plebeius philosophus uel minorum gentium.

Phlegma. pituita.

Phlegmaticus. pituitosus.

Physiognomia. l. Physiognomon.

Physiognomus. Physiognomon.

Pignero. oppignero.

Piscatio. piscatus.

Planctus, plangor.

Planeta astrum, uel stella errans, stella uaga, sidera quæ uocantur errantia. de D. 127 a, de Som. 128 b, Septem illi orbes, qui uersantur retrò cõtrario motu atq; cœlũ. de Nat. 36 a. Quinque errantium cõuersio. de Or. 159 b, Eadem spacia quinq; stellæ dispares motu cursuq; conficiunt. de Nat. 36 a, Quinq; stellę quæ falsò errantes uocantur. & ibid. multa de stellis uagis. & 46 b, de D. 83 b, & 84 a, Et si stellarum motus cursusque uagantes Nosse uelis, qua sint signorũ in sede locatæ, Quæ uerbo & falsis Graiorum uocibus errãt, Re uera certo lapsu spacioq; feruntur. de D. 127 b, Luna, Mercurij stella, Veneris stella, Iouis stella, Saturni stella: & ib. Luna, Sol, Lucifer, Mercurius & reliqui, & cætera, de Vn. 200 a, Tusculan. 161 a, 241 b, & 242 a, Tum illa nõre, sed uocabulo errantia.) (. Infixa.

Planitudo. æquor, planicies.

Plantarium. planta, seminarium.

Planto. serere arbores. de Senect. 81 b, de L. 156 a. Seminare stirpes. contra Rul. 79 b, Facere oliuetum in aliquo loco, instituere uineam alicubi.

Pleonasmos. occultæ insidię. I. C. 104 b.

Pleuresis. pleuritis. lateris dolor. de Orat. 142 a, Crassus lateris dolore consumptus.

Plico. complico.

Plurimus. plurimum.

Podager. podagricus, arthriticus.

Pœnitendus. *ἀμεταμέλητος*. Att. 101 b, & 102 b, Ego illi, quod de sua sententia decesserit, pœnitendum puto.

Populosus. frequens, ut frequens municipium.

Possibilis. *δυνατὸς*, quod in nostram potestatem cadit. contra Rullum, 78 b, Velim fieri possit, ut me, &c. de Fat. 140 a, De eo quod possit fieri aut nõ possit, obscura quæstio est, quàm *περὶ δυνατὸν* appellant. Atti. 120 b, Potest fieri quod fit in multis quæstionibus, ut, &c. & Epist. 230 a, Potest fieri ut fallar. Quintil. 90 b, *δυνατὸν*, quod nostri possibile nominant, quæ ut dura uidetur appellatio, tamen sola est.

Possibilitas. facultas, uires, uis. Officiorum 67 a, Si dares hanc uim M. Crasso, ut posset, & cætera.

Potentia. pro facultate, quam Græci *δύναμιν*, dicunt.

Potator. uinitor.

Potentia esse. esse posse.

Practica. usus, experientia. de L. 158 b, Id autem incognitum est, minusq; in usu necessarium. Item, assiduus usus uni rei dedi tus, & ingenium & artem sæpè uincit. pro Cor. 64 a, Vsus est magister optimus. Offic. 31 a, Cognitio contemplatioque naturæ mãca fit, si nulla actio rerum consequatur. ad Her. 16 b, Multarum rerum memoria, & usus complurium negotiorum.

Practicus. experiens, usu peritus, agitatus, exercitatus, conficio. de Orat. 91 b. In An. 225 a, Magnum usum in aliqua re habens. pro Corn. 67 b, Aliquis rerum uarietate atq; usu ipso iam perdoctus. ad Atticum 32 a, *ὁ πρακτικὸς βίος*. & 24. *Κατὰ τὸ πρακτικὸν*. pro Clu. 35 a, Vir magna prudentia, usu atque exercitatione præditus.

Præcedo. præcurro, antegredior.

Prædestinatio. Fatum.

Prædestinare. destinare.

Prædicamenta. attributa rerum, Summa rerum genera.

Prędicari apud philosophos. Tusc. 222 b, Inuidia, non solum in eo qui inuidet dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. Item, dici de aliquo.

Præfoco. suffoco.

Præmio. præmijs afficio. præmium do, præmium tribuo, amplis uel maximis præmijs afficio, magnis præmijs ab aliquo donari, ad præmia legis uenire.

Præsagium, præsagitio, præsensio.

Præsentaneus. præsens.

Prætextum: hypothesis. l. Hypothesis.

Prætextus. nomen, simulatio species, per simulationem iniuriæ, per causam inopum. pro Dom. 215 b, Cato per beneficium Cyprum relegatur. I. P. 91 b, Multicupidiores prouinciæ triumphi nomine tegunt ac uelant cupiditatem suam. Offic. 60 b, Et tamen muri causam opposui speciem honestatis nec probabilem, nec satis idoneam.

Præualeo. præsto.

Prauè. perperam.

Prepon. l. Decorum.

Primatus. principatus.

Principaliter. *πρωτευόντως*.

Principior. instituo.

Priuatiuus. priuans.

Priuus. orbus, inops, nudus, cassus, uacans.

Probiter. probè.

Proceriter. procerius.

Procliuiter. procliuius.

Proculco. conculco, protero.

Prodigalitas. effusio, profusio.

Prodigaliter. prodigè.

Prodigo. effundo, profundo, consumo, dissipo, dilapido, exhaurio, minuo, pecuniam in aliquam rem conijcio. Offic. 45 a, Iacturam patrimonij facio, rem familiarem dilabi sino, patrimonium effundo.

Producere fructus, efferre fructus.

Proferre fructus. efferre fructus, segetes, & id genus.

Profectus. magnus progressus in aliqua sententia. L. Progressus.

Professor. magister alicuius artis.

Profunditas. crassitudo.

Progenero. progigno.

Prolongo. traho, differo, profero, proueho, produco, prorogo, propago, diem profero, tempus dirimo, amplius pronũcio, longum facio. pro L. 160 a.

Promptitudo. alacritas. pro Deiot. 144 a, Hoc mihi magnam alacritatem affert.

Propalo. in medium profero, diuulgo, palàm profero, palàm recito.

Propatulus. promptus.

Properanter. festinanter, properans.

Properè. festinanter.

Properus. præproperus.

Prophasis. l. Prætextus.

Proponere quæstionem. ponere quęstionem, aut aliquid de quo quis audire uelit.

Proportionaliter. pro rata portione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prorſum.prorſus.
Proſa.ſoluta oratio,uerba ſoluta. de Orat.159 a, Verſus in ſoluta oratione propemodum adhibendos eſſe. & Orat.214 a, Iſocrates uerbis ſolutis numeros prius adiunxit.& 215 a.
Proſtituo. corpꝰ palàm ad omnes libidines diuulgo, & uulgo. Poſt.206 a, de Ar. 257 a, pro Cæl. 47 b, Mulier quæ domum ſuam patefecit omnium cupiditatibus, palamque ſeſe in meretricia uita collocauit. & 45 b, Mulier uulgata omnibus mulier quæ ſe omnibus peruulgaret. Suetonius hoc uerbo utitur.
Protector.patronꝰ. Poſt. 205 b, P. Lętulus parens ac deus noſtræ uitæ, fortunæ,memoriç,nominis.
Proterùè.petulanter.
Proteruia.proteruitas.
Prouęctus.fructus.Epiſt.127 b.
Proximior.interior, uicinus, citerior.
Puellaris.uirginalis.
Pullatus.atratus.
Pulmentarium. pulmentum.
Pulpamentum. Q. F. 226. Et πρέ& quæris.
Pulpitum.ſuggeſtum,pons.
Punitus.mulctatus.
Puriter.purè
Puſillanimitas. timiditas, animus puſillus. Epiſt.20 a, Anguſtus animꝰ & demiſſus.I.P.91 b, Anguſtus animus & paruus, imbecillitas.Attic.281 a,Infirmitas animi, egeſtas animi, anguſtiæ pectoris.
Puſillanimiter.timidè. Offic. 75 a, Quæ timido animo, humili,demiſſo,fractoq; fiunt,ea non eſſe utilia.
Puſillanimus.timidus,qui paruo animo eſt.Attic.7 b, & 217 a, Animi parum habens, uel nihil. pro Arch.191 a,An uerò tam parui animi eſſe uidemur omnes, qui,&c. Poſt. 206 a, Aliquorum mętes anguſtæ & humiles. I. A. 261 a, Qui nimis ieiuno & anguſto animo eſt.
Q Vadrum,quadratum.
Qualis qualis, cuiuſque modi, cuiuſmodicunque, qualiſcunque.
Qualitercunque.perinde,utcunque.
Quantitas continua & diſcreta. quantitas continuata & deuincta.
Quantitas. magni frumenti numerus.
Quiditas. l. Eſſentia. l. Vis. l. Notio.

R Apinor.rapio.
Ratifico.ratum facio.
Rationabilis. εὔλογον. ad Atticum, 206 a, Eſt εὔλογον, idque eram ſuſpicatus. & 236 b, εὔλογον.
Rationabiliter. probabiliter, certa ratione. de D. 111 b, Probabili coniectura & ratione dicere aliquid.
Rauceſco.raucus fio.
Raucitas.uox obtuſa.
Rebellio. defectio, alienatio, perduellio.
Rebellis.qui à repub. deficit, perduellis. I.C.103 a, Nunquam in hac urbe hi, qui à repub. defecerunt, ciuium iura tenuerunt.
Rebello.à rep. deficio uel deſciſco,à rep.retrahor.
Receptor.receptator.
Redargutio.refutatio, reprehenſio,Græcè ἔλεγχος.
Redditus. fructus, uectigal. Par.125 b,Capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta ſeſtertia. & 124 b, Tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficitur, ut ex eo tueri ſex legiones poſsis. ad Atticum 171 a, Fructus prædiorum. Par. 125 b, Ille ſumptus non modò ad fructum, ſed etiam ad fœnus eſt exiguus. & ibidem. Ex meo tenui uectigali aliquid etiam redundabit. Q. F. 296 b, Aſia parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi ſempiternam redimat atque ocium.
Reduplico.conduplico.
Refocillo.reficio,recreo.
Regaliter.regificè.
Regiſtro. in publicas tabulas refero. l. Renunciatio. I. V. 94 a.
Regiſtrum. commentarium, commentarios ueteres dixerũt.
Relatiuus. quæ ſub eandem rationem cadunt,ut locare, conducere. Top.224 b, Quæ cum aliquo conferuntur.
Remordeo. morderi eſt melius conſcientia.
Ren.renes.
Repręſentare : agere in conſpectu,in oculis,ante oculos ponere.
Repudium.repudiatio.
Repulſio.repulſa.
Reſpectu. ad priuatum dolorem,ad rationem reip.
Reſplendeo.reluceo.
Reſtauro. reſarcio, reſtituo, inſtauro.
Reſurgere à mortuis. excitari ab inferis,reuiuiſcere.
Reſuſcito.recreo, excito, ab inferis reuoco, ab Acherõte excito, uitam reſtituo, à mortuis excito.pro Mil. 117 a, 119 b, Reuiuiſco.
Reuelo,enuncio,indico,profero,aperio, illuſtro, patefacio. Enunciare commiſſa, indicare conſcios.
Reuolutio. replicatio, circulus,orbis.rotũdus ambitus,conuerſio.
Rhetoricor. Attic.246 a, Ranæ enim ῥητορεύσειν.
Ridicularis.iocularis,ridiculus.
Ringo.ſubringor.
Riſibilis. qui habet naturam ut ridere poſsit.
Rixoſus.concitus ad rixam.
Robuſtè.neruoſè.
Robuſtitas. gladiatoria totius corporis firmitas.
Rubedo.Rubor.
Ruditas. infirmitas ingenij, ſtupiditas,ſtupor.

S Aeuio. fæuitiam in aliquem adhibeo, fæuitiá in aliquem exerceo,crudelitatem in aliquè adhibeo.
Salarium. merces, præmium.
Salutifer.ſalutaris.
Saluator.ſoter,ſeruator,conſeruator.
Sanè.ſalubriter.
Sapidus.conditus.
Satiatus. ſaturatus, ſatietate defeſſus.
Satum.ſeges.
Scabo.perfrico.
Scabroſitas. ſpinę diſſerendi, aſperitas.
Scalpo.perfrico. Et tu in hoc ulcere tanquam unguis exiſteres.pro Dom.215 a.
Scibilis. quod ſcientia continetur.l.Opinabilis.
Scintillo.igniculos iacio.
Scire propter quid eſt. ſcire rem ex cauſa.
Scire quia eſt. ſcire rem ex effectu.
Scrupuloſe. nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam.
Sculptor.fictor.
Scurrilitas. obſcœnitas, ſcurrilis iocus.

Seceſſus

Seceſſus. receſſus, locus remotus,ſolitudo,latebra. de Am. 115 b, Remotꝰ ab oculis populi.
Secretè.ſecretò.
Sectatio.aſſectatio.
Sectatrix.conſectatrix.
Secundò. ſecũdo loco. de D. 133 b, Maximè fuit optãdum, ut, &c.ſecundo loco,ut, &c. tertio, ut,&c. de Nat.289.
Secundum Lucam, Lucæ Euangelium,autore Luca.
Secundum uirtutem, ex uirtute uiuere.
Secundum quid. quadam ex parte.
Securè.ſine cura.
Semel adhuc.iterum.
Senſatus.ſentiens.
Senſibilis.habens ſenſum.
Separatio. diuortium, diſſidium.
Septentrionalis.aquilonalis, ſub axe poſitus, ad ſeptem ſtellas.aliter,aquilonaris.
Sequax. Ac.18 a, Erant qui illum gloriæ cauſa facerent ſperare etiã fore,ut qui ſe ſequerẽtur.
Serò. graviter, affirmatè.)(. per iocum,per ludum : per ridiculum,ioci cauſa,ridiculè.
Serua.ancilla,famula
Sigillo.ſigno,obſigno.
Significatum.uis, notio, ſententia,poteſtas,ſignificatio.
Simul natura.ſimul naturę ordine.
Simul tempore. ſimul temporis ordine.
Solamen.ſolatium.
Solummodo. duntaxat, tantummodo,ſolum.
Somnolentià. ſopor, langor.
Somnolentus.ſomni plenus, ſomniculoſus, grauibus oculis. Poſt.206 b.
Sonoritas. canorũ illud, &c. de Sen.82 b.
Sonorus.canorus.
Sopio.conſopio.l.Sopitus.
Sparſim.fuſè.
Specialiſsima ſpecies.ultima, extrema ſpecies,ſeu forma.
Specialis.Præcipiuus.)(. Generalis. Off.19 b.
Specialiter.ſpeciatim, nominatim. Atti. 173 a, Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata.
Specierum & ſpeciebus. formarum & formis.
Sperma.ſemen.
Spira. ſed eſt quaſi rudentis explicatio.
Spiſsitudo.frequentia.
Spontaneus.uoluntarius.
Spurcitia.lues.
Sputo.l.Conſputo.
Stadiodromus. qui ſtadium currit.
Statuarius, fictor,qui ſigna fabricat. de Clar. 182 b, Polycleti Doryphorũ ſibi Lyſippus aiebat eſſe magiſtrum.
Sternutatio. ſternutamentũ.
Stipendio.conduco.
Subalterna genera. genera quorum unum ab altero continetur, uel quorum unum alteri genus eſt.
Subalterno.ſubiungo, ut omnes artes oratori ſubiungere uel ſubijcere.
Subcontrarię propoſitiones. Aduerſis contrariæ.
Subditus.alicui ſubiectus:uectigalis, Stipendiarius,cliens.
Subhaſto.prędconi ſubijcio.
Subiugatus.qui in dominatu alicuius eſt,ſubiectus.
Subiugo.ſubigo,bello domo, iugum ſeruile impono.
Sublimitas.exceſſitas.)(.humilitas.
Sublimiter. Sublimè. Argumenta aut ex ſua ſumi uti atq; natura, aut aſſumi foris.
Subſcribere. obſignare tabulas.
Subſtantiâ.natura.l.Eſſentia.
Sufficiens.contentus.
Sufficienter. ſatis commodè, Sumptum.ſumptio.
Superabundo.ſupero, ſuperfluo, affluo, effluo, abundo.)(. Deſum.
Superbio. efferor, faſtidio & contumacia efferor, animos effero. in Sal. 375 a, At egregia facta maiorum tuorum te extollunt.& ibi, Verum ut opinor,honores tui te faciunt inſcientem. pro Syll. 162 a, Res geſtæ credo meę me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritꝰ attulerũt. Sal.in Cic.270 b, At puto ſplendor domeſticus tibi animos tollit. legitur tamen ſuperbio, ſemel.
Supercilioſus. qui uultu importuno eſt.
Superficies.extremitas, libramentum.Græcè ἐπιφάνεια.
Superfluitas.redundantia.
Superfluus. ſuperuacaneus, ſuperuacuus, redundans, quod ſuperſit.Superſum.
Superimpleo.cumulo.
Superioritas. excellentia,præſtantia.
Superuiuo.ſuperſum.
Supponere.ponere.
Suſtentaculum. fundamentum,baſis.
Syllogizo.ratiocinor.
Syllogiſmus.ratiocinatio,ratio.de Or. 123 a, Veràne ſumma ſit cuiuſque rationis.de D. 121 a, Illa igitur ratio concluditur, &c. & 129 b, Concluſio rationis ea probanda eſt, in qua ex rebus nõ dubijs,id quod dubitatur efficitur. Acad. 8 a, Argumẽti conclusio, quæ eſt Græcè ἀπόδειξις, ita definitur,ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur adducit.
Symbolum collecta.Top. 123 Ariſtot. σύμβολον appellat, quod eſt Latinè nota.
Syncope.Orat.211 b, Si & plenum eſt,ſit imminutum.

T Abularius, uel tabellarius. cuſtos tabularũ, & tanquá quæſtor. Att.168 a.
Tantillus. ne punctum quidẽ temporis oppugnatio reſpirauit. Item: Ne minimam quidem moram interpoſuiſti,quin,&c.
Tãgibilis.tractabilis, res quæ ſub tactum cadit.
Tardatio.tarditas, procraſtinatio,mora,commoratio.
Tegmentum.tegmen, uel tegumentum.
Temo. clauus, gubernaculũ.
Temperies. temperatio,conſtitutio.
Tempeſtuoſus. turbulentus.)(.tranquilliſsimus.
Tenaciter.pertinaciter.
Tenebroſus.tenebricoſus, cęcus.
Tentamentum.tentatio.
Tepiditas.tepor.
Terrefacio.terrorem affero.
Terreus.terrenus.
Terriculum.terrificus.
Teſtatio.teſtificatio.
Textus.ſcriptũ.cõtra Rul. 75 Recitare auctionem populi nõ de ſcripto legis.
Theorice, Offic. 31 a, Cognitio contemplatioq; naturę mirifica quodammodo ſit, ſi nulla actio rerum cõſequatur. ibidem. Cupidus in perſpicienda cognoſcendaq; rerum natura.& ibidẽ. Tractare contemplariq; res cognitione digniſsimas. Att. 23 b. Θεωρητικὸς βίος.
Thermæ.τὰ βέρμαι.

Tinctor.

Tinctor.infector.
Titulus.inscriptio.
Tolerans.perferens.
Tonstrix.tonstricula.
Tonus.sonus.
Tormento.excrucio.
Tornator.l.Mentor.
Toxicum.uenenum.
Tractatus.tractatio, opus, liber,lucubratio.
Transactio.decisio.
Transfodio.transfigo.
Trâsformo.cõuerto.pro Syl. 141 b, Belluæ quædã illæ exportétis immanes ac ferę forma hominum indutæ extiterũt. de D. 121 b, Abdidit & duro formauit tegmine saxi.aliter,firmauit. Of fic. 68 a, Nihil interest,utrum ex homine se conuertat quis in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat belluæ.
Transmigratio animarum.de Vn.203 a, 202 b, Qui aũt intemperatè uixerit,eum secundus ortus in figuram muliebrẽ transferet: & si ne tum quidem uitiorũ finem faciet,grauius etiã iactabitur, & in suis moribꝰ simillimas figuras pecudũ & ferarũ transferetur: neq; malorũ terminum prius aspiciet, quàm illam sequi cœperit conuersionem, quã habebat in se eiusdem & unius simul innatam & insitã. (bum.
Terminus.uocabulũ, aut uer
Tortura.tormentum.
Transcribere.describere.
Trâsmutatio. uicissitudo, de Nat.42 b. (fero.
Transmuto.conuerto,trans-
Trecenti.tercenti.
Tredecim.pro S.R.21 b,Fundi decẽ & tres.& 35 a,Fundi tres & decem.
Trepidus. tremens, horrens.
Triplico.& duplico.
Triunciũ. Epi.28 b, terũcius.
Tropicus . solstitialis orbis, brumalis orbis.de Nat. 66 b, de Vn.201 a, Astra per cœlum penetrantia solstitiali se & brumali reuocatione conuertunt.
Typographus.librarius.
Tyrânicida.uindex & oppressor dominationis,tyrânoctonꝰ, qui tyrannũ necauit. pro Milo. 117 a,Iis,qui tyrânos necauerũt, deorum honores tribuuntur.
VAcuo.exhaurio,uacuum facio,nudũ inanẽq; relinquo.
Vacuum.inanitas,inane.
Vagabundus.uagus,qui sedẽ stabilem & domicilium certum non habet.pro Mar.135 b.
Valenter.fortiter,uiriliter.
Valor.precium,æstimatio.de Fin.99 b,Vis,authoritas,momẽtum, uirtus. & 53 a, Res magni precij.
Vanè.inaniter.
Vappa.uinum fugiens.
Vastalis fundus : ut fundus populus,cliens.
Vaticinium.uaticinatio.
Vbertim.uberius.
Vecordia.stupor cordis.
Vegetatiuum . quod uiget, quod uluit.
Vehementia.acrimonia.
Velox.concitatus, incitatus, excitatus,uolucer.
Venenosus.uenenatus.
Ventositas.faba uenter inflatur,quòd habet inflationem magnam is cibus.
Verifico.conuinco.
Veriloquus.ueridicus.
Versificor. condere poema, pangere uersus, facere uersus, conficere uersus,canere.
Visibilis.aspectabilis.
Visus.aspectꝰ,acies oculorũ.
Vituperium.opprobrium, uituperatio.
Viuacitas.uiriditas.
Vlcero.exulcero.
Vlterius. lõgius. l. Progredior.l.profero.l.Proueho.
Vltroneus.uoluntarius.In A. 252 b,Est etiam Asinius quidam senator uoluntarius, lectus ipse à se.
Vnanimis,uel Vnanimꝰ, concors, consentiens. de Ar. 246 a, Meam domum omni religione una mente omnes liberauerunt. pro Mar. 133 b, Nostri sensus ut in pace semper, sic in bello etiam congruebant.I.P. 86 b, P. Lentulus consentiente populo Ro. atq; una uoce reuocauit. I.A.192 b, Omnes mortales una mente consentiunt, arma contra illam pestem esse capienda. & ibid. Vt uos una mente unaque uoce dubitare uos negatis. de Ar.174 b, Fateor me una atq; constanti aruspicum uoce esse permotum. & 264 a, Senatus una uoce ac mente restiterat. de Sen.90 a, Cuius de laudibus omnium est fama consentiens.de Am. 98 b, Voluntatum, studiorum & sententiarũ summa consensio.de Am.112 a.De amicitiæ utilitate omnes uno ore consentiunt. & ibidem. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. Item : An dum bestiæ loquantur expectamus? hominum consentiente autoritate cõtenti nõ sumus? Virgil.libro 7. Tu potes unanimes armare in prælia fratres.
Vnanimitas . consentiens uoluntas, unus consensus omnium nationum.
Vnanimiter.una mente, uno ore. pro Fon.283 b, Omnes uno animo te atque una uoce defendũt in.P.80 b,Populꝰ meũ iusiurandum una uoce & consensu approbauit.
Vncinus.uncus.
Vncus.uncinatus.
Vndecunq; . ex omni parte, undiq; .
Vniformis, uniusmodi, suiq; similis & eiusdem naturæ, constans,perpetuus.Tusc.234 b.
Vnigenitus.unigena,unicus.
Vnio.concordia.
Vnio,nis.in unum conduco, congrego . pro Dom. 226 b, Vis oriens & cõgregata.) (.Iam distracta & extincta.
Vniuersaliter. generaliter, generatim , uniuerse , omnino, καθόλου.
Voluptuosus . uoluptarius, iucundus.
Vomitus.uomitio.
Voracitas.abdomẽ,edacitas.
Vulgariter. populariter. plebeio sermone,patrio sermone.
ZElus.æmulatio.
Zephyrus.Fauonius.

BASILEAE, EX OFFICINA HERVAGIANA, PER EVSEBIVM EPISCOPIVM, ANNO Salutis humanæ 1568. Mense Martio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

N. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca